UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quæstionum, Et Resolvtionvm Legalium Libri Duo

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regvlares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, 1683

urn:nbn:de:hbz:466:1-98367

Visual Library



VII M 3 Th. 1933 a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PERILLVSTRIS

DOMINI PETRI

FRANCISCI DE TONDUTI SANLEGERII

QUÆSTIONES ET RESOLUTIONES
Canonicæ & Civiles.

LIBRI DUO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QUÆSTIONUM, ET RESOLUTIONUM LEGALIUM LIBRI DUO;

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet

RESOLUTIONES BENEFICIALES, CANONICAS ET REGVLARES:

Secundus CONTROVERSIAS CIVILES determinat.

AVCTORE PERILLVSTRI DOMINO PETRO-FRANCISCO

DE TONDUTI, SANLEGERII

Domino & Toparcha, Comite Palatino,

Et Sancti Officii Inquisitionis Avenionensis, Consultorum Decano.

EDITIO NOVISSIMA A MENDIS EXPURGATA.

Collegii Soc.tis Jesu Paderborn. 1706.



LUGDUNI,

Sumptibus PETRI BORDE, JOANNIS, & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



AD SACRATISSIMAM

ET

Glorioſiſſimam ſemper Virginem

MARIAM MATREM DEI, REGINAM COELI ET TERRÆ,

DOMINAM ET PATRONAM meam colendiſſimam.

NON exquiſitis verborum fucis, aut linguæ politioris utor pigmentis; ſed in proſtrata devoti cordis ſimplicitate, librum hunc, quem jure quinquagenarii publicæ lucis tyrocinii opus nuncupare poſſum, offero Regiæ Majeſtati tuæ, Virgo Glorioſiſſima; non humanis innixum ſubſidiis, nec perituris Mœcenatum hujus ſæculi patrociniis ſuffultum; quibus licèt ſe non deſtitutum eſſe agnoſcat, ad ſolam tamen, & unicam gratiæ

tuæ potentiſſimam protectionem recurrit. Quidquid ſublunare eſt, lubricum, incertum, infinitíſque mutationibus obnoxium eſſe, vel ipsâ teſte experientiâ, non ignorans. Caduca hæc & pereuntia, inferiora ſunt animo, jam ex multiplici eventuum hujus vitæ, confuſáque variatione fatigato, & ad æterna ac nunquam intermoritura properante. Tu ſola mihi Principum omnium inſtar es, quæ illum genuiſti qui aufert ſpiritum Principum, & terribilis eſt apud Reges Terræ. Imò Tu mihi longè ſupra omnes, ô MARIA! quæ Cœli Terræque poſt Deum, obtines Principatum. Cujus ab ineunte ætate ad poſtremos hoſce vitæ meæ annos, præſentiſſima expertus ſum, méque in futurum experturum credo, in proſperis præſidia, in adverſis ſolatia, in periculis auxilia. Tu ſola, ô MARIA Virgo ſanctiſſima! è tot millibus electa, è tot myriadibus ab æterno deſtinata, quæ virginitati maternitatem adjungeres, & ſub incomprehenſibili atque incomparabili DEI MATRIS titulo nodus eſſes ſacroſancti divinæ cum humana natura commercii, & ex plenis gratiæ tuæ fontibus, cœleſtium donorum rivulos in homines derivans, ſuaviſſimæ pacis oſculo, juſtitiam cum miſericordia, æterníque fœderis inviolabili nexu copulares. Hoc igitur vnum à pietatis tuæ liberalitate ſupplex, flexíſque cordis & corporis genibus, pro illa quæ Tibi peculiaris eſt in eos, qui ſe Tibi addictos profitentur, bonitate, poſtulare non verebor, vt ſicut oblatum

tum hocce munus, qualecumque illud est (perpetui tamen mei erga Majestatem tuam, homagii & servitutis testimonium) Tibi non ingratum fore confido, ita & portiunculam aliquam amoris & gratiæ tuæ, offerenti liberaliter elargiri minimè dedigneris; quâ Deum in Te, Téque ipsam in Deo diligens, colens, & adorans, vtrique vivens, vtrique moriens, tandémque vitæ solutus legibus, & Filio & Matri, æterno atque indissolubili inter electos vinculo charitatis jungi, atque inhærere possim.

Datum Avenione hac die 11. Junii, qua Sancta Ecclesia Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti memoriam singulari veneratione colit, Anni 1648.

Vestræ Divinæ Majestatis,

Abjectissimus & indignissimus servus,
PETRUS FRANCISCUS DE TONDUTI SANLEGERIUS.

PER

PERILLUSTRI
ET EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO PETRO
FRANCISCO DE TONDUTI,
DOMINO DE SAINT LEGIER,
I. C. Celeberrimo & Patruo amantissimo.



UM Tibi de variis artem experientia rebus
Fecerit, & certis exemplis, invia nulla
Sit via, quæ justi sit regula Judicis, & dum
Assiduus responsa petit consultor ab ortu
Solis ad occasum, dubio cui jura resolvis
Contenta his libris; scio, nescio, num magis istud
Solvere sit potiùs, quàm jura resolvere; non est
Solvere, nil etenim debes; sed debitor ipse est
Qui responsa petit consultor: fallor, utrumque est.
Debitor, atque simul fis creditor: & Tibi debet
Alma Themis, satagis quod Jura resolvere; Tuque
Et mundo & prælo debes quæ jura resolvis.

J. Bapt. DE TONDUTI, Dominus de Blavac,
ex fratre germano nepos.

Perillustri & Excellentissimo Domino
DOMINO PETRO
FRANCISCO DE TONDUTI,
DOMINO LOCI SANCTI LEODEGARII
IN COMITATU VENAYSSINO;
In suum quem Beatissimæ Virgini Deiparæ consecrat Variarum Resolutionum Librum.

PRÆPONANT alii libris sacra nomina Regum,
Aut minio Rotæ devota volumina jactent,
Vel tenuem captent auram fallacis amici;
Tu nihil humanum cœlesti mente revolvis,
Non terrena sapis, nec quæ peritura momento,

Digna

Digna viro reputas, æterna ad gaudia nato.
Docta ideo nobis cùm bina volumina pandis,
Cunctorúmque bono dum noſtra & publica reddis;
Suſpicimus primum * (hoc eſt quod Præventio fecit)
Numinis æterni ſignatum nomine ſancto.
Iſtud, Virgo Dei Mater, ſupremáque Cœli
Princeps, totiúſque Orbis Regina potenti
Nomine tutatur. Nihil eſt quod, Zoile, rodas:
Iſta tuos fugiunt dentes. Sed cauſa dicandi
Non fuit hæc; ſimiles morſus doctrina ſublimis,
Quæ micat hîc, ſatis eludit, nec tegmine tanto
Indiget, invidiæ livorem ut rideat omnem.
Æternum quæris: non eſt mortale quod optas:
Sed meritò ſperas, ut quorum nomina libris
Præficis, illi æterna tuum per ſæcula nomen
Vivere, teque omni faciant ex parte beatum,
Et divina tibi in Cœlis conſortia reddant.

* *Authoris de Præventione judiciali tractatus hîc ſignificatur, Deo dicatus.*

HIERONYM. DE SAINT REME
J. C. Avenionenſis aggregatus.

ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO PETRO
FRANCISCO DE TONDUTI,
DOMINO DE SAINT LEGIER.

ANAGRAMMA.

PETRUS FRANCISCUS DE TONDUTI.
FORTUNA TV PRVDENS ES DICTIS.

FORTUNA, DICTIS PRUDENS, TU ES, maxime Legum
Interpres, libro doctus & ipſe tuo.
Doctrinæ variis orta eſt prudentia campis:
Doctrina aſſiduo parta labore venit.
Qui vult Prudentis nomen, Doctíque referre;
Evolvat librum ſæpiùs ipſe tuum.

ADAM. HUGUES Juris Utriuſque Doctor.

Perillu

Perilluſtri Domino, Domino PETRO

FRANCISCO DE TONDUTI,

DOMINO DE SAINT LEGIER,

J. C. CELEBERRIMO.



RERVM miranda fides ! Prudentia Juris
Innumeris olim ſparſa voluminibus,
Cogitur in ſeſe, librúmque refertur in unum,
Ut vigeat poſthac, Fortior alma Themis.
Condidit hic leges. Expoſuit alter. Et ille
Commentis auxit; Conſuluítque alius.
Is tractatum edit, caſus varióſque reſolvit:
Decidit nodos at Rota difficiles.
Diverſúſque labor ſimilem eſt ferè nactus honorem;
Nam retulit laudis præmia quiſque ſuæ.
Omnia ſed ſi vis collecta volumine in uno,
TONDUTI hunc librum perlege, doctus eris.
At quidnam Authori referes pro munere tanto?
Non dicam; Liber hoc dicet, & efficiet.

D. HONORATI, V. I. D. Avenionenſis.

Perilluſtri & Excellentiſſimo Domino

DOMINO PETRO

FRANCISCO DE TONDUTI,

SANLEGERII DOMINO,

ANAGRAMMA.

PETRUS FRANCISCUS DE TONDUTI.
FACTIS UT ORE PRUDENS VINCET.



URIS Sacerdos, & Senator Aſtreæ
Ævo futuro, ſæculóque non uni
Domuiſſe quiſquis voce maſculâ primum
E pulpito ſublimiore, mox chartis
Seu barbarum, quidquid effectum eſt uſquam
In Jure legum gloriatur : hic fruſtra
Spectat triumphos, Juris unus eſt Mavors
Qui præpotenti Cæſaris manu pugnans
Debellat hoſtes Cæſaris, manens Cæſar
Ubique, PRUDENS ORE VINCET, UT FACTIS.

FRANCISC. VEIRIER J. V. D. & Adv.

INDEX

ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO PETRO
FRANCISCO DE TONDUTI,
DOMINO DE SAINT LEGIER,

ANAGRAMMA.

PETRUS FRANCISCUS DE TONDUTI.
FONS AUCTUS PRUDENTER DICTIS.

QUÆRIT inexhaustum transfossus cuspide fontem
Cervus, ut extremam temperet unda sitim.
Actor, inexhaustum quæris? FONS AUCTUS in omni
PRUDENTER DICTIS Jure perennis adest.

JOACHIM LE VIEUX Doctor Medicus.

NOS adscripti, ex Societate JESU Theologiæ Professores, legimus librum, cui titulus, *Quæstionum Beneficialium, Canonicarum & Regularium Liber Primus*, à Perilluſtri Domino PETRO FRANCISCO DE TONDUTI, Sanlegerii Domino, I. C. celeberrimo elaboratum: in quo fœcunditate ingenii, ubertate doctrinæ, & soliditate judicii, illustres controversias, in Canonico Jure decidit; difficiles in re beneficiaria nodos, eximiâ dexteritate evolvit; implexa Ecclesiarum, & Ascetariorum Jura, subtiliter expedit; multa denique dispersim in variis materiis perobscura, summâ eruditione dilucidat. Hoc proinde opus (in quo nihil à Fide Catholica alienum, nihil sacris Canonibus, aut bonis moribus dissonum est,) luce dignissimum judicamus; & utriusque Fori Judicibus, ac mystis omnibus, tam sæcularibus, quàm regularibus utilissimum. In quorum fidem subscripsimus Avenione, 23. Octobris 1647.

JOANNES ALBI.

JOANNES VIGNIER.

Approba

Approbationes Doctorum.

BENEFICIUM fecit Eruditissimus D. D. Petrus Franciscus Sanlegerius, qui beneficiales simul Canonicas & Regulares has Quæstiones in duos libros congessit, & soluit : utilissimas enim, verè Canonicas & Orthodoxas illas omnes judicavimus, & probavimus Nos infra scripti Theologiæ Parisiensis Doctores, die 19. Novembris 1648.

F. Stephanvs Molin Carmelita.

F. Pavlvs Lombard Carmelita.

VISA à Nobis authentica approbatione RR. PP. Doctorum in Facultate Parisiensi Sacræ Theologiæ, super doctrinam Quæstionum harum Canonicarum & Civilium, *Auctore Petro Francisco Sanlegerio*, quam orthodoxam judicarunt : Nos in eorum sententiam euntes Prælo dandam quoque censemus. Lugduni 20. Novembris 1648.

DEVILLE Provic. Gen.

Summa Privilegij Regis Christianissimi.

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum & Navarræ Rex Christianissimus, singulari Privilegio sanxit, ne quis per universos Regnorum suorum fines, intra decem annos à die finitæ impressionis computandos, imprimat, seu typis excudendos curet, & venales habeat libros, tam editos, quàm edendos, *D. D.* P. Francisci de Tondvti Sanlegerii, *Iurisconsulti Avenionensis, &c.* præter Philippum Borde, Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Prohibuit insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, eosdem libros extra Regni sui limites imprimendos curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti Philippi Borde. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis contra delinquentes expressis, uti latiùs patet in litteris datis Parisiis, die 6. Februarii 1668.

Ex Mandato Regis

Signatum, DENIS.

Hæc ultima editio desiit excudi die 25. Julii 1673.

INDEX

INDEX CAPITUM
LIBRI PRIMI
QUÆSTIONUM BENEFICIALIUM, Canonicarum & Regularium.

CAP. I. DE authoritate Capituli, & Canonicorum in Beneficiatos, curam animarum nomine Capituli ex ſtatuto, vel fundatione exercentes. p.1

CAP. II. De Virginibus congregationis ſanctæ Urſulæ, utrùm ſint capaces ſucceſſionis in Gallia. p.2

CAP. III. De ætate ad obtinendos prioratus non conventuales, in Gallia requiſita. p.3

CAP. IV. An filii hæreticorum ſint capaces beneficiorum. p.4

CAP. V. De prohibitione facta per fundatorem in ipſo fundationis limine, ne alius Superior præter Epiſcopum beneficium Eccleſiaſticum conferre poſſit. p.4

CAP. VI. De penſione anteriori, in novæ penſionis conceſſione exprimenda. p.5

CAP. VII. De appellatione interpoſita à beneficii collatione facta per Epiſcopum. p.6

CAP. VIII. De diſpenſatione cum illegitimis. p.6

CAP. IX. De qualitatibus in proviſione beneficii exprimendis, & obſervandis; & quando ſtatus ultimus ſit attendendus. p.7

CAP. X. De incompatibilitate officiorum Procuratoris Generalis & Provincialis apud Regulares. p.7

CAP. XI. Vtrùm Epiſcopus poſſit cogere Canonicos ad aſſiſtendum cum cappis, aliis canonicis aut dignitatibus divinum officium facientibus: Et utrùm Canonici ab hoc gravamine appellare poſſint. p.8

CAP. XII. Parochus Eccleſiæ per aliquot milliaria diſtantis, an poſſit lucrari diſtributiones, anniverſaria, & miſſas fundatas, deſerviendo ſaltem per ſubſtitutum. p.9

CAP. XIII. De tempore intra quod capi debet in Gallia poſſeſſio beneficii, & de prævia Ordinarii approbatione neceſſaria. p.10

CAP. XIV. De tacita profeſſione, & de dote moniali non profeſſæ è Monaſterio exeunti reſtituenda. p.12

CAP. XV. De concurſu plurium Executorum ad puellas dotandas teſtamento deputatorum: Et quis ex illis præferendus ſit in nominatione puellarum dotandarum. p.13

CAP. XVI. Quando diſtributio legati pii facienda eſt in certum opus, reſiduum verò Hoſpitali ſolvendum, ſi contingat legatum diminui aliquo caſu poſtea ſuccedente, an omnia legata pia pro rata debeant minui; an verò illud quod de reſiduo præſtari debet. p.14

CAP. XVII. De interpretatione ordinationis Regiæ circa præbendas præceptoriales. Et ad quem ſpectet electio, ſeu deputatio magiſtri ſcholarum, de jure communi. p.15

CAP. XVIII. Vtrùm Commiſſarius Generalis ad infideles habeat vocem paſſivam in electione Provincialis, ſeu Ordinis Regularis. p.16

CAP. XIX. De requiſitis ad probationem ſimoniæ, nempe tractatu præcedenti: & quod in illius executionem pecunia, vel alia res temporalis data fuerit. Et utrùm poſſit dari alteri pecunia pro expenſis factis circa beneficium, vel ad redimendam vexationem. p.16

CAP. XX. An moniales cogi poſſint, præſertim in Gallia, ad obſervationem clauſuræ, non obſtante conſuetudine in contrarium, cujus initii memoria non extat. p.18

CAP. XXI. An ſolus Superior Regularis poſſit dare licentiam monialibus, in caſibus licitis à Monaſterio egrediendi; an verò etiam Epiſcopi licentia requiratur. Et utrùm Confeſſarius monialium, qui non impedit talem egreſſum, puniendus ſit pœnis contentis in Bulla Pii V. Et quid circa hoc obſervetur in Gallia, & Hiſpania. p.19

CAP. XXII. Mortuo penſionario, utrum penſiones non exactæ, tranſeant ad ejus hæredes. Et utrùm nondum maturatæ tranſmittantur ad ipſos pro rata temporis. Et quomodò hujus ratæ computatio fieri debeat. p.21

CAP. XXIII. De novorum Monaſteriorum ædificatione, & antiquorum tranſlatione; & quorum ad id authoritas requiratur. p.22

Index Capitum Libri Primi.

CAP. XXIV. Receptio monialium ad professionem ad quem spectet, utrùm ad Episcopum, vel ad Ordinis Generalem, Abbatissam, vel Monasterium, seu Capitulum: & quæ pro hujus professionis validitate requirantur. p. 24

CAP. XXV. Quando, & cujus expensis adjutor seu secundarius Parocho deputari debeat. Quænam Ecclesiæ teneantur contribuere in expensis visitationis Episcopi. Et quid pro illis expensis Episcopus exigere possit. Quid possit Episcopus statuere circa pias defunctorum voluntates, campanas privatorum Oratoriorum, & processiones. Denique utrùm hospitalia in Gallia subjaceant visitationi Episcopi. p. 25

CAP. XXVI. Quando, & quomodò procurator constitutus ad resignandum beneficium possit revocari, & quæ requirantur ut talis revocatio sit valida: quibus & quomodò sit notificanda: & in quibus casibus res dicatur integra, ad hoc ut revocatio sortiatur effectum, tam de jure communi, quàm de jure Gallico. Et quod revocans mandatum ad resignandum, teneatur ad interesse & expensas: & quomodo taxari debeant. Item de exequutione simplicis signaturæ in Gallia, & de regressu ob non solutionem pensionis. p. 27

CAP. XXVII. De beneficiorum vacatione ipso jure. De homicidio, & assassinio, an & quando ex illis oriatur privatio ipso jure. De beneficii impetratione sub falso nomine. De exprimenda accusatione in rescripto? Et de beneficio habente curam habitu. De beneficiis incompatibilibus. Publicationem in impetratione certo modo non esse necessariam. Utrùm obtinens novum titulum teneatur novam capere possessionem, si titulus sit confirmatorius primi. p. 31

CAP. XXVIII. Quæ sit subrogationis praxis in Gallia. p. 36

CAP. XXIX. De nullitate impetrationis, ex eo quod non fuit expressum jus ad rem, quod impetranti super alio beneficio competebat. p. 36

CAP. XXX. De immunitate clericorum à collectis, tam pro bonis Ecclesiæ, quàm pro patrimonialibus, & in quibus casibus, ac quomodo collectari possit per laïcos. p. 37

CAP. XXXI. An & quando capellania requirat provisum esse actu celebrantem, aut aptum ad celebrandum: & quando, & ex quibus possideri queat per simplicem clericum. Ubi nota quod decisio Rotæ 65. part. 3. recent. allegata in fine hujus capitis, in 2. & 3. conclusione, forsan procedere posset in capellaniis & aliis simplicibus beneficiis, ex traditis per Rebuff. in prax. cap. forma & declaratio novæ provisionis, in verb. nec non omnia beneficia. num. 19. Sed tamen quod residentiæ qualitas semper sit exprimenda, tradit Paris. lib. 10. de resign. q. 2. num. 29. Lotter. de re benefic. lib. 3. q. 27. num. 25. p. 38

CAP. XXXII. De jurepatronatus hæreditario, gentilitio, & mixto? Et quomodò voces patronorum debeant computari, quando fit præsentatio. p. 40

CAP. XXXIII. De collatione beneficii per Episcopum proprio, vel resignantis nepoti, vel consanguineo facta. De impetratione beneficii viventis. De Episcopo dicente se contulisse beneficium quod non contulerat, quomodò puniatur ratione mendacii. Denique an, & quando per primam collationem nullam, aut quæ effectum non fuit sortita, possit Episcopus iterùm conferre. p. 42

CAP. XXXIV. De sententia suspensionis cum condemnatione ad pœnam pecuniariam, per Episcopum lata contra Theologum, qui dum publicè prædicaret, propositionem hæreticam, vel de hæresi suspectam pronunciaverit. p. 44

CAP. XXXV. Utrùm extinctio pensionis beneficiariæ fieri possit in præjudicium creditorum pensionarii. Et utrùm dicti creditores possint obtinere inhibitiones de extinguendo pensionem. Et de præcepto facto contra Capitulum de solvendo pensiones dictis creditoribus pensionarii: Et quomodò Capitulum teneatur ad solutionem pensionum impositarum super canonicatu. pag. 45

CAP. XXXVI. Quod Episcopus non possit beneficiis non annexis, seu unitis, vicarium perpetuum constituere, ut sic beneficium curatum reducatur in simplex. In unitis verò, quomodò & quando vicarium perpetuum, vel amovibilem deputare queat. pag. 46

CAP. XXXVII. Quæ requirantur ad validitatem unionis, tam de jure communi, quàm de Jure Gallico: & quibus remediis unio impugnari queat. Et utrùm longi temporis præscriptio hac in re sufficiat, tam in beneficiis principalibus unitis, quàm illorum accessoriis. p. 47

CAP. XXXVIII. Utrùm forenses domicilium habentes, vel non habentes in aliquo loco, teneantur ad Ecclesiæ constructionem vel reparationem. Et ad constructionem vel reparationem campanarum. Et utrùm Prior, vel Paroehus ad tales expensas teneatur. Et quid in hoc observetur, secundùm consuetudinem Galliæ, & Comitatus Venaissini. p. 49

CAP. XXXIX. De quadam transactione inita inter Parochum, & populum tan

tam super solutione decimæ, quàm super reparatione Ecclesiæ, cereis, luminaribus, ornamentis Ecclesiæ, sumptibus prædicatoris, epulis, quas defructus vocant, & aliis similibus expensis. p.50

CAP. XL. Ex quibus probetur beneficium esse regulare. Electiua beneficia quædam collatiua, alia confirmatiua, quædam simpliciter electiua; & quis inde resultet effectus. De consensu collitorum præstito ex interuallo. De possessione non capitulariter capta. Non esse adhibendas processuras in forma dignum in prouisionibus ordinariorum. Religiosi quando curam animarum per se ipsos exercere possint. p.52

CAP. XLI. Quomodò procedendum sit in causis criminalibus contra religiosos. Quis sit eorum judex competens. Quando in forma judicii procedendum sit. Et vtrùm religiosus possit ab Abbate Generali ad loca remota citari: Et alia multa referuntur quæ modum procedendi inter religiosos respiciunt. p.54

CAP. XLII. De jurisdictione Episcopi erga Regulares curam animarum exercentes. Et quibus pœnis plectatur Parochus absens sine licentia per Episcopum in scriptis data. Quomodò contra Parochum non residentem procedendum sit, & an requiratur trina monitio, an verò statim Episcopus aduersùs Parochum non residentem procedere possit ad pœnam priuationis. p.56

CAP. XLIII. Confraternitates laicorum in Ecclesiis fundatæ, possunt liberè ab illis Ecclesiis recedere, & ad alias se transferre: vel ipsi etiam confratres ad aliam confraternitatem, priori ad libitum relictâ: quæ prior confraternitas non potest ad funus confratris recedentis venire, invitis maximè hæredibus. Translatâ autem confraternitate quid fiet de eleemosinis, & fundationibus consuetis. p.58

CAP. XLIV. Accusatus in sancto Inquisitionis officio, vtrùm habeat vocem actiuam, & passiuam in electione Provincialis sui ordinis. Quid dicendum sit de eo qui condemnatus fuit ad abjurandum de leui, vel de vehementi. Et quomodò admittendæ sint in actu electionis voces eorum, de quorum potestate eligendi dubitatur. Et quid in officiis sæcularium statuendum sit, vtrùm videlicet pendente officio accusatus ab illius exercitio suspendi possit. p.60

CAP. XLV. De validitate legati per patrem liberis facti cum ea conditione, quod si ante 25. ætatis annum exirent à Societate Jesu, majori summâ potirentur; vtrùm sit contra bonos mores, an verò sit validum. Et de legato facto majoris summæ liberis manentibus in sæculo, quàm Presbyteris, vel Religiosis. pag.61

CAP. XLVI. De dimidio laudemio de nouennio in nouennium soluendo. Cuius temporis æstimatio respici debeat, & quomodò fiat. Vtrùm debeatur à Monasterio non expectatâ morte naturali religiosi, tam de jure communi, quàm de jure Gallico. p.63

CAP. XLVIII. De jure cappæ quod soluitur in receptione Canonicorum. Et de validitate statuti quo jus istud solui mandatur. Et vtrum valida sit consuetudo soluendi aliquid Officiariis Capituli, in ingressu. Quid si duo adsint collitigantes, quorum vnus tantùm capitulariter receptus sit, vtrùm duplex jus cappæ debeatur. Obligatio fidejussoris pro soluendo jure cappæ, an sit valida. Et vtrum lite pendente seruiens vni beneficio per se, alteri per substitutum ex decreto, vtriusque beneficij fructus lucretur, si soluendi possessio illi adiudicata sit. p.65

CAP. XLVIII. Vtrùm Iudæi compelli possint domus parietes tapetibus ornare, sicut faciunt Christiani, quando Sanctissima Eucharistia defertur processionaliter per ciuitatem, transeundo ante domos quas Iudæi inhabitant. Et incidenter agitur de liberis Iudæorum, an invito patre, matre, auo, aut vno ipsorum, baptisari possint. Quibus in casibus cogi possint Judæi ad facienda ea, ex quibus honor Religioni Christianæ inferri potest. Denique utrum hodie Iudæi dare possint suis uxoribus libellum repudij. p.68

CAP. XLIX. Utrùm licentia prædicandi religioso data sub ea conditione, ut ante susceptum Subdiaconatus ordinem prædicare non possit, de jure sit valida. Quibus in casibus actus qui purè fieri possunt, fieri valeant sub conditione. Et ex quibus actus dicatur conditionalis, vel modalis. p.70

CAP. L. Quomodò, & quando minor aduersùs beneficij resignationem, ex causa læsionis in integrum restitui debeat, tam de jure communi, quàm ex supremorum Galliæ tribunalium decretis: & quomodò probetur læsio, aut circumuentio hoc casu. De resignatione facta in fauorem præceptoris, aut alterius erga minorem habentis authoritatem. Vtrùm minor restituatur aduersùs regulam de triennali. Et de resignatione in fauorem facta coram Legato, in Gallia non recipienda. p.71

CAP. LI. De quadruplici personarum differentia apud Religiosos Societatis Jesv; inter quas illi qui Scholastici nuncupantur, post emissa simplicia vota biennii, quamuis verè religiosi sint, & votũ paupertatis emiserint, possunt tamẽ bona, beneficia & pensiones Ecclesiasticas retinere, & de bonis suis disponere. Limitatè tamen ad voluntatem,

tem, seu licentiam superiorem: Et quid observetur hodie in Gallia. Quid ante Henrici IV. constitutionem. Quid denique statuendum sit quoad bona per eos in Principatu Auriacensi possessa, tam de jure Communi, quàm ex Sereniss. Principis constitutionibus. p.73

Cap. LII. Vtrùm non obstante consuetudine immemoriali cujusdam insignis Ecclesiæ, quod canonici assistere duntaxat certis horis teneantur, veluti horis matutinis, & vespertinis magni officii, & Missæ, Episcopus cogere illos possit ad assistendum omnibus officiis, tam majoribus, quàm minoribus, & omnibus horis canonicalibus. p.76

Cap. LIII. De nullitate susceptionis ordinum abeo, qui aliàs non sanæ mentis fuerat. Super quo defectu Episcopus ad ordinum susceptionem dispensare non potest, sed solus Papa. De differentia inter nullitatis declarationem, & dispensationem super ordinibus susceptis. Quando maritus juvenis facit votum continentiæ, utrùm uxor validè profiteri possit: Et declaratâ nullâ pro marito ordinum susceptione, utrùm professio religionis facta per conjugatam revocari possit; aut saltem, marito præmortuo, uxor ad religionem, quam professa fuit, redire cogatur. p.78

Cap. LIV. De fundatore laico beneficij cum reservatione juris patronatus, & facultatis de illo disponendi pro libito suæ voluntatis, & liberè tam inter vivos, quàm causâ mortis; utrùm vigore hujus reservationis potuerit disponere in favorem laici sine licentia, & approbatione Episcopi? Et an posterior donatio ejusdem juris patronatus facta in favorem Ecclesiæ, vel loci pij, etiam sine approbatione Episcopi, prævalere debeat priori donationi. p.80

Cap. LV. De casibus in quibus puella, vel sponsa, aut uxor, sequestrari possit, quomodò, quibus ex causis, & quibus observatis sequestratio fieri possit, & apud quos? Et utrùm talis sequestratio duret usque ad sententiam, & illius executionem; an verò, & quando etiam post latam sententiam. Et quid statuendum sit de muliere agente ad Thori separationem, vel ad illam in jus vocata, instante marito. p.82

Cap. LVI. Ecclesiam Cathedralem, quæ propriè matrix dici potest, totius diœcesis esse parochiam: & fundatam habere intentionem in Ecclesiis auxiliatricibus, quas succursales vocant: ibique non esse cogendam vicarium perpetuum constituere, præsertim si sit in immemoriali consuetudine presbyteros amovibiles, & salariatos deputandi. p.85

Cap. LVII. De interpretatione ordinationis Regiæ, qua cavetur devolutarios omnes teneri cavere idoneè, antequam in judicio recipiantur. Vtrùm cautio hæc post litem contestatam peti possit. Vtrùm parte non petente. Quis sit effectus denegationis audientiæ. Vtrùm danda sit cautio, quamvis ante annum possessor impeditus fuerit. Et utrùm Graduati Nominati, vel Indultarij ad hanc cautionem adstringi possint. p.86

Cap. LVIII. De congrua portione vicario assignanda, quæ in ea computentur: & quanta esse debeat. Vtrùm in illius computatione debeat haberi ratio incertarum obventionum. Et utrùm acceptans portionem tenuem, sibi debeat imputare. Quando, & quomodò adversùs talem acceptationem in integrum restituendus sit. p.88

Cap. LIX. De appellatione interposita in examine ad Parochialem inter concurrentes facto. Et vtrùm Episcopus minùs idoneum, omisso magis idoneo, in concursu eligere possit. Quæ requirantur vt peti possit nouus concursus. Quæ circunstantiæ considerandæ sint in examine ad parochiales per concursum. Et quæ sint necessaria, ut quis dicatur intrusus. p.90

Cap. LX. Monasterium ex quibus probetur esse exemptum ab omnimoda Episcopi jurisdictione, & immediatè subjectum sedi Apostolicæ. Et quomodò possit prætendere jurisdictionem quasi Episcopalem, in omnibus causis, tam matrimonialibus, quàm criminalibus. Et utrùm huic jurisdictioni fiat præjudicium per actus contrarios factos à Religiosis, contra formam privilegiorum Apostolicorum. p.91

Cap. LXI. An & quando, & in quibus casibus Episcopus teneatur sibi assumere duos adjunctos ex Capitulo, dum procedere vult contra Capitulares, vel contra ipsum Capitulum in casum delicti. Et quando Capitulum dicatur præscriptione acquisiviſſe jus cognoscendi de causis suorum Capitularium, privativè ad Episcopum. Vtrùm privatio distributionum adversùs negligentes, vel delinquentes, sit actus jurisdictionalis. Et utrùm mala fides authoris noceat successori in beneficiis. Denique de scientia, & patientia adversarii in præscriptione, in certis casibus non requisita. Et de actibus factis post completam præscriptionem. p.93

Cap. LXII. De eadem materia jurisdictionis, per Capitulum adversùs Episcopum, per transactionem, aut præscriptionem acquisitæ, in causis personas capitulares concernentibus. De confirmatione Summi Pontificis, an & quando dicatur facta ex certa scientia. Quod non obstantibus exemptionibus, Episcopus per modum visitationis

nis habeat morum correctionem. Cui Competat jus convocandi Capitulum, & privandi absentes, aut delinquentes distributionibus. p.95

Cap. LXIII. Vtrùm confratres capellæ intra limites parochiæ noviter erectæ, possint petere se manuteneri in quasi possessione usus campanarum adversùs Parochum prohibentem. Et ad quem spectent oblationes quæ fiunt in illa capella. De custodia clavis Ecclesiæ Divo Petro consecratæ: & eleemosynæ quæ dantur ob applicationem ferri candentis iis, qui laborant morsu canis rabidi. Et utrùm capella possit ædificari in præjudicium Ecclesiæ parochialis. Et in quo consistant jura parochialia, tam circa sepulturas, quàm alia; ad explicationem clausulæ *salvâ justitiâ Ecclesiæ parochialis.* p.98

Cap. LXIV. De professione monialis fraudulenta facta in articulo mortis, eo animo ut bona ad Monasterium devolverentur, in præjudicium substitutorum, vel venientium ab intestato. In quibus casibus professio in articulo mortis sit valida, finito vel non finito anno novitiatus. Et de variis conjecturis fraudis in hac materia concurrentibus. p.100

Cap. LXV. De translatione monialium ad aliud monasterium. Vtrùm translatâ personâ, transferantur etiam bona. Proponitur peculiaris constitutio, seu consuetudo in ordine sancti Dominici. Quid verò in aliis ordinibus statuendum sit. Cujus conventus religiosus dicatur filius: Et utrùm affiliatio transferri possit ad aliud monasterium. De triplici forma professionis, & de diversitate affiliationum. Dos religiosæ, soluto matrimonio spirituali penes quem remanere debeat. De alimentis Religiosæ translatæ præstandis. De forma executionis translationis quæ fit vigore Bullarum Apostolicarum. Vtrùm in ea requiratur nova professio, & utrùm delegatus executor Bullarum possit subdelegare. p.102

Cap. LXVI. Quibus in casibus successor in Prælatura, vel beneficio, teneatur stare locationi factæ per antecessorem: Et quando dicatur locatio utilis Ecclesiæ. Quid si conductor fecerit expensas in re conducta ab Ecclesia: Et utrùm interim lite pendente conductor manutenendus sit. De locatione rerum Ecclesiæ ultra triennium non concedenda: Et quomodò hoc triennium intelligatur. De successore in beneficio per obitum, vel per renunciationem simpliciter factam, vel in favorem, quæstio plenè examinatur: Et concluditur indistinctè successorem non teneri stare locationi. Quid autem super hac re observetur, & judicetur in Gallia. Denique. An & quando solutio anticipata liberet colonum, seu conductorem rerum Ecclesiæ. p.105

Cap. LXVII. De decimis animalium solvendis, an valeat consuetudo solvendi in minutioribus totius gregis animalibus. Quo tempore solvenda sit, & quomodò numeranda animalia, tam Domini, quàm pastoris. Et quid si sub eodem bajulo sive pastore plures & diversi sint animalium domini, utrùm singulorum animalia separatim numerari debeant. Et utrùm animalia unius anni, possint facere numerum pro supputatione decimæ alterius anni. p.109

Cap. LXVIII. Quando numerus canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ augetur mediante nova fundatione, utrùm Canonici antiquæ fundationis cogantur novos admittere, cum iisdem conditionibus in nova fundatione contentis; an verò alias adjicere possint, in quibus participare debeant Canonici novæ fundationis cum antiquis; & in quibus non participent. Canonici ejusdem fundationis de novo recepti, in quibus juribus & emolumentis Capituli concurrant cum antiquis, veluti in laudemiis, & distributionibus non antea divisis, mortuariis & similibus. p.111

Cap. LXIX. Utrùm assequenti beneficium incompatibile, quod postea evincitur, liceat redire ad primum beneficium dimissum, vel animo pinguius obtinendi simpliciter resignatum. Regressus quando, & qua de causa concedi soleat in beneficiis Galliæ. Quando datur regressus, utrùm liceat illum exercere propria authoritate. Quæ sit differentia inter dimissionem, & resignationem. De duplici simonia, nempe vera, & interpretativa: Et de utriusque effectu. Permutatione non fortita effectum, utrùm liceat maximè in Gallia redire ad priora beneficia sine nova collatione. Et quomodò probetur facta collatio: Et quando res non dicatur integra hoc casu. pag.113

Cap. LXX. Quod summus Pontifex, aut Legatus, seu Vicelegatus Avenionensis in mensibus Ordinarii concurrant cum eo in collatione beneficiorum. Et quod in dubio præferendus sit, qui prius possessionem adeptus est. Datam Legationis ex libro Datarii desumptam, fidem facere: non item eam, quæ per Secretarium Episcopalem in provisionibus Ordinarii apposita est, in præjudicium provisi Apostolici. p.117

Cap. LXXI. De nullitate matrimonii in Gallia contracti inter Catholicum, & hæreticam, nullis præviis denunciationibus, nec proprio Catholici Parocho assistente; & non adhibito patris consensu, juxta constitu

ſtitutiones Regias, requiſito. Et utrum matrimoniũ nulliter contractum, per ſubſequentem cohabitationem ratificari poſſit. p. 119

CAP. LXXII. Vtrùm exemptio à ſolutione decimarum acquiri poſſit per incolas alicujus loci contra Eccleſiam, ſive ex conſuetudine, ſive ex præſcriptione? Et quæ ſit in hac materia præſcriptionis, & conſuetudinis differentia: quis utriuſque effectus. De exemptione à decimis, tam à toto, quàm à quanto. Vtrùm & quando decimæ ſint de jure divino: & an ſufficiat loco decimæ cenſum annuum, aut quid aliud ſimile, in recognitionem Eccleſiæ præſtari. p. 120

CAP. LXXIII. Quomodò acquiratur jus capellæ, vel ſepulturæ in Eccleſiis regularium, in quibus laïci juſpatronatus obtinere nequeunt ad effectum præſentandi, ſed tantùm ad effectus honorificos. De jure ſepulturæ, an tranſeat ad hæredes ſanguinis, vel ad extraneos hæredes. Vtrùm finitâ familiâ, jus ſepulturæ, aut jus apponendi arma, & inſignia, poſſit alteri concedi in præjudicium memoriæ fundatoris. Arma, inſignia, inſcriptiones, & ſimilia ſculpta, vel dumtaxat depicta, utrùm in capella, aut Eccleſia, per fundatores, aut benefactores, quando & quomodò apponi, vel auferri poſſint. Et quæ requirantur ad hoc ut benefactoris arma de conſenſu regularium apponi queant in ipſorum Eccleſiis, remanentibus ſemper inſignibus, & inſcriptione facta in honorem memoriæ fundatoris. p. 123

CAP. LXXIV. De alienationibus factis per Collegia Avenionenſia, quod in eis requirantur ſolemnitates neceſſariæ in alienationibus bonorum Eccleſiæ, quæ tamen non ſunt adhibendæ in conceſſione officiorum Graffariatus à Collegio dependentis, quando ſolita ſunt concedi ad vitam poſſeſſoris: Et quando conſtare dicatur de conſuetudine concedendi ad vitam. Et de effectu harum clauſularum, *ad beneplacitum*, vel *quandiu benefeceris*, & ſimilium, quæ non ſufficiunt perpetuitati conceſſionis. Denique utrùm reſignatarius Officii in caſum evictionis, habeat regreſſum pro reſtitutione pretii contra reſignantem. p. 125

CAP. LXXV. De reſignatione mutua duorum beneficiorum, quæ tamen in effectu mera eſt permutatio: utrùm ſit illicita, tum partes non exprimunt id fieri animo permutandi, quamvis inter ſe de permutatione tractaverint. Et quod reſignatio ſit valida eâ intentione facta, ut alicui, putà amico, vel alteri, beneficium conferatur, etiamſi talis amicus Epiſcopo nominetur, aut alteri collatori, dummodo nulla apponatur clauſula, vel conditio neceſſitatem collationis importans. p. 126

CAP. LXXVI. De notis & ſtigmatibus in corpore perſonarum veneficio accuſatarum repertis, utrùm ſola faciant indicium ad torturam, & quibus indiciis concurrentibus. Et utrùm ſufficiant ad condemnationem. p. 127

CAP. LXXVII. Sententia declaratoria nullitatis profeſſionis ferri debet per Ordinarium, unà cum Superiore conventus, in quo facta fuit profeſſio, adeo ut commiſſio hujuſmodi negotii non poſſit dari alteri, quàm Superiori principali, nempe Priori, vel Guardiano: nec ſufficiat ſi in hac cauſa proceſſerit Subprior, etiam uti à Priore deputatus; cùm Subpriores, vel Vicarii Guardianorum non ſint in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti. Quod R. P. D. Vicegerens non habeat juriſdictionem in ſimilibus cauſis. Sententia ſuper nullitate profeſſionis lata non poteſt tranſire in rem judicatam. Novitiatus annus quamvis debeat eſſe continuus, & non interruptus; tamen poteſt compleri ante decimumquintum annum ætatis novitii finitum: ſi tamen novitiatus integer non fuerit, nulla eſt profeſſio ipſo jure, adeo ut non ſit opus ſententia declaratoria. p. 129

CAP. LXXVIII. Confirmatur materia capitis præcedentis de nullitate profeſſionis, propter annum novitiatus interruptum: & agitur de profeſſione emiſſa ex cauſa metus reverentialis. De tacita profeſſionis ratificatione. De reclamatione intra quinquennium. Et utrùm liceat propriâ authoritate recedere, quando profeſſio eſt nulla; & ſic matrimonium poſtea contractum ſit validum. Quid ſi profeſſus admiſſus fuerit ad religionem in alio conventu, poſteaquam rejectus fuerat à Capitulo conventus illius loci, in quo novitiatum fecerat; utrùm talis profeſſio nulla ſit. p. 131

CAP. LXXIX. Vtrùm concedenda ſit ſequeſtratio uxoris ad domum mariti traductæ, quæ poſt triennium cohabitationis allegat mariti impotentiam, quam tamen maritus negat: Et utrùm hoc caſu uxor marito reſtituenda ſit, tam quoad thorum, quàm quoad cohabitationem: Et an ad hoc cogi poſſit, & quibus remediis. Triennium experimenti ſuper impotentia faciendi, ex veriori ſententia numerandum eſſe non à die tentatæ conſummationis matrimonii, ſed à die decreti, quo judex Eccleſiaſticus experimentum fieri mandavit. p. 134

CAP. LXXX. De Canonicis regularibus, in quibus differant à monachis, & an poſſint diſponere de bonis ſuis: Et an, & quando Epiſcopi, & alii regulares ſint capaces beneficiorum ſæcularium, cum cura, vel ſine cura: Et an ſufficiat ſola diſpenſatio Abbatis cum collatione per Epiſcopum factas an verò deſideretur etiam diſpenſatio Pontificia

tificia: Ex quibus circunstantiis concurrentibus illa concedi soleat, & debeat. p. 135

Cap. LXXXI. Vtrum religiosi reformati ingredientes in conventum mitigatorum, seu non reformatorum, debeant eundem præcedentiæ gradum tenere, quem antea habebant non reformati: an verò juxta ordinem suæ receptionis in Civitate. p. 136

Cap. LXXXII. De modo procedendi inter regulares in electionibus, quando propter aliquem casum non prævisum, Capitulum ad duos electores redactum est. p. 138.

Cap. LXXXIII. De donatione facta ex causa fundationis monasterii construendi sub modo, vel conditione, utrùm ob non adimplementum modi sit locus rescissioni illius. Quomodo designatio loci, in quo monasterium construendum est, censeatur facta demonstrativè, aut taxativè. An necessaria sit in tali donatione Episcopi authoritas. Et utrùm per secundam donationem ob eandem causam factam, censeatur revocata, vel novata prima, cum extinctione hypothecarum. p. 139

Cap. LXXXIV. Continens votum, & rationes quibus motus fuit judex ad decernendam hypothecam, & validitatem primæ fundationis, de quâ in præcedenti capite; non obstantibus impugnationibus in contrarium propositis. p. 141

Cap. LXXXV. De annali, triennali & decennali possessore beneficii & regulis Cancellariæ desuper editis. Quæ sit vis & effectus diuturnæ possessionis, & quæ inter regulas de annali, & triennali differentia; tam inter se, quàm cum vulgata illa & celebri allegatione Lapi 89. quam sæpiùs Rota Romana sequuta est. Plurimæque difficultates circa praxim dictarum regularum Cancellariæ proponuntur, & resoluuntur. pag. 144

Cap. LXXXVI. De electione nulliter facta tempore pestis per tres canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, cui jus eligendi competebat, intra civitatem peste infectam: ad quam propterea absentes tutum accessum non habebant. Et obiter multa de peste quoad residentiam, administrationem Sacramentorum, & alia spiritualia. p. 148

Cap. LXXXVII. De concursu provisionis Apostolicæ, cum provisione Ordinarii facta ad Patroni laici præsentationem, quando provisus Apostolicus non fuit præsentatus à Patrono, quamvis beneficium esset alioquin reservatum. Et quod proviso ab Ordinario dentur remedia possessoria, cessante videlicet reservatione in beneficio, quod est de jurepatronatus laicali. Item quod vacatio dicatur consumpta, & cesset reservatio ad effectum, ut Ordinarius possit conferre, quando provisio Apostolica facta fuit, licèt inhabiliter, ob defectum potestatis: vel quando collatio non est nulla, sed annullanda. p. 150

Cap. LXXXVIII. De privilegio ordinis Prædicatorum Sancti Dominici, super immunitate à solutione quartæ funeratiæ, & nominatim de cereis, qui deferuntur in manibus religiosorum. Et utrùm adversus hæc privilegia opponi possit non usus, aut contrarius usus, aut res judicata ab aliquo, qui sit summo Pontifice inferior. p. 152

Cap. LXXXIX. Quorum beneficiorum nominatio spectet ad Regem Galliæ, & quæ ad eam requirantur. De ætate requisita, & aliis ad provisionem prioratuum conventualium. Intra quod tempus fieri debeat nominatio: Et utrùm nominatio locum habeat in Episcopatibus, & prioratibus vacantibus in Curia. Confidentiam in Gallia esse prohibitam, nec per spatium decem annorum purgari, si sit continua. p. 154

Cap. XC. Legatum factum Capitulo de certa quantitate tritici solvenda ex reliquis annuarum solutionum testatori debitis, utrùm solvendum sit per hæredes favore piæ causæ, licèt nulla reliqua, sive arreragia debeantur. p. 156

Cap. XCI. De jurepatronatus per fundatorem in ultima voluntate relicto. Quod legatum, & fundatio transeat in naturam dispositionis inter vivos, quando testator fundationem cum authoritate Episcopi vivens executioni demandavit. Et in omnem eventum, an ultima illa voluntas sit irrevocabilis, etiam in præjudicium ejus cui Juspatronatus relictum est. Juspatronatus utrùm Consulibus, vel etiam toti Communitati relictum censeatur. p. 157

Cap. XCII. Vtrum Vicelegatus Avenionensis, qui ex facultatibus Legationis potest religiosos dispensare, ut transeant ad laxiorem regulam, eodem modo possit dispensare super quarto voto, quod fit per RR. Patres ordinis Minimorum sancti Franciscí de Paula, circa abstinentiam ab esu carnium. p. 158

Cap. XCIII. De Graduatis, & Nominatis, quoad beneficia Galliæ. Quomodò differant Graduati simplices à Graduatis nominatis. De conditionibus requisitis ad hoc, ut quis gaudeat privilegio gradus, vel nominationis. De Attestatoriis studii, & nobilitatis, quæ ad illas requiruntur. De tempore requisito ad gradum obtinendum, vel Baccalaureatum in quacumque facultate. Præcipua quæstionum & dubiorum capita materiam Graduatorum, & Nominatorum, ac insinuationis per eos faciendæ concernentia

resoluuntur. Tandem concluditur, summum Pontificem posse uti præventione in præjudicium Graduatorum quorumcunque. De Legato verò, aut Vicelegato, utrùm possit derogare regulæ de 20. diebus, in præjudicium gradus, vel nominationis? Concluditur affirmativè. p. 159

CAP. XCIV. De dispensatione super corpore vitiatis, utrùm & quando ab Episcopo concedi possit? quomodo concedi soleat in Curia Romana. Vtrùm qui ita claudus est, ut sine baculo incedere non possit, adeò irregularis sit, ut egeat Pontificia dispensatione, tam ad sacros ordines, quàm ad primam tonsuram. Utrùm irregularis privetur beneficiis, tam obtinendis, quàm obtentis? Et an sit capax pensionum Ecclesiasticarum. p. 162

CAP. XCV. Quomodò succedatur in bonis monachi, tam in Terris Ecclesiæ immediatè subjectis, quàm in Gallia. Quid si bona partim sint in Gallia, partim in terris Monarchiæ Pontificiæ immediatè subjectis. In spoliis monachorum quis debeat succedere? Et quid si monachi decedant extra claustra, vel illicitam exerceant negotiationem, quod R. Camera succedat. Quid veniat sub nomine negotiationis illicitæ, & utrùm per eam clericus amittat sua beneficia. p. 164

CAP. XCVI. Religiosum nihil proprium habere posse. Quomodò intelligendum sit quod dicitur, religiosum proprietarium decedentem, sepulturâ Ecclesiasticâ privandum. Professum testari non posse; bona tamen sua inter liberos æqualiter, vel inæqualiter dividere posse; relictâ filiis saltem legitimâ, monasterio verò sua portione, & quæ illa sit. Transactio super nullitate professionis, promissâ pecuniâ intuitu bonorum dimissorum, an sit simoniaca. Legatum factum monacho eâ conditione ut monasterio non quæratur, an sit validum: Et si legatum factum fuerit religioso pro suis necessitatibus, utrùm cessante necessitate debeatur. p. 166

CAP. XCVII. De publicis & non publicis concubinariis, quomodo adversùs illos procedendum sit, sive clerici sint, sive laici. De clericis adulterium, aut alia incontinentiæ peccata committentibus. De simonia per tertium commissa in beneficio, utrùm possessor beneficii simoniam ignorans privandus sit illo beneficio. Utrùm propter simoniam omnia alia beneficia vacent. De homicidio, percussione cum effusione sanguinis, aut membri mutilatione. Denique utrùm Doctor Iuris Canonici possit admitti ad præbendam Theologalem. p. 169

CAP. XCVIII. De nullitate alienationis bonorum ad capellanias spectantium, sub solius Vicarii auctoritate, absque assensu Apostolico. Et quomodò sit verum quod dicitur, alienationem præsumi factam cum beneplacito Apostolico, & aliis solemnitatibus, ob temporis diuturnitatem. Et de effectu sententiæ declarantis alienationem bonorum Ecclesiæ invalidam, cum clausula, *alio non apparente*. p. 173

CAP. XCIX. De ætate requisita ab obtinendam Præposituram in Ecclesia Metropolitana. Et quod dispensatio post collationem obtenta, non præjudicet antea impetranti. De viribus, & defectu gratiæ, *si neutri*: Et de beneficiis electivis, quæ confirmatione indigent: Et utrùm beneficia simpliciter electiva possint resignari. p. 175

CAP. C. De legato facto Ecclesiæ regulari pro fundatione Missarum, utrùm spatio quadraginta annorum præscribatur, si non constet de acceptatione illius. Quid si legatum factum fuerit de viginti salmatis, vel jugeribus terræ ex prædio majoris quantitatis, & prædium impetu fluminis fuerit pro parte corrosum; utrùm Ecclesia legataria partis quantitativæ debeat in totum, vel pro parte sentire damnum illud; & utrùm stari debeat juramento Superioris, vel Guardiani asserentis missas fuisse juxta fundatoris voluntatem celebratas. p. 175

CAP. CI. Utrùm Episcopi habeant suam intentionem fundatam in quarta decimali adversùs Parochos. Et utrùm Parochi exempti solvant quartam Episcopo de prædiis postea acquisitis, & de novalibus. Et utrùm translatio super decimis comprehendat etiam prædia in futurum acquirenda. Et utrùm debeant Episcopi quartam accipere de manibus Parochi. Denique utrùm adversùs illam quartam opponi possit præscriptio. Et quæ hoc casu ad illam acquirantur. p. 177

CAP. CII. An, & quomodo infirmi & leones, qui non possunt interesse divinis officiis, vel anniversariis; illorum, aut missarum stipendia lucrentur. Utrùm distributiones contineantur sub nomine fructuum beneficii. Quid dicendum sit de absentibus causa studii Theologiæ, vel juris Civilis, aut Canonici, vel etiam Grammaticæ. An & quando percipere possint distributiones quotidianas. Cujus ad hoc licentia requiratur. De absentibus pro servitio Episcopi, vel eundo ejus nomine ad limina Apostolorum; vel eum associando ad limina eundo aut redeundo. Et utrùm Capitulum possit statuere, ut absentes lucrentur distributiones quotidianas. p. 179

CAP. CIII. De potestate, & authoritate Definitorum inter religiosos. Et utrùm Superiores

periores illorum opinionem petere, & sequi teneantur. Et utrùm ad antiquos Definitores, an verò ad novos spectet facere regulamenta, & definitiones generales, totius ordinis statum & vivendi normam concernentes. p.183

CAP. CIV. De jure decimandi prætenso per Ecclesiasticos in aliena parochia. Quid debeat probari per prætendentem tale jus. Quomodò probetur possessio immemorialis: & ex quibus talis probatio elidatur. Dandum esse potiùs mandatum de manutenendo Parocho in paritate probationum. Et quis foveat meliora jura in petitorio. pag.184

CAP. CV. Utrùm Canonici Ecclesiæ Collegiatæ possint novam formam anniversariorum constituere in præjudicium antiquæ fundationis, reducendo formam solutionis ipsorum ad formam distributionum quotidianarum pro augendo cultu divino. Quod hoc fieri debeat cum authoritate Episcopi, & servando formam antiquam, ac proportionem solitam: ita ut qui plus lucratur, plus amittat; & portiones absentium acquirantur præsentibus, quando certa massa vel portio esset assignata anniversariis, distincta à massa capitulari. p.185

CAP. CVI. Utrùm permutatio loci Collegialis monachalis fieri possit cum Sacrista ejusdem ordinis: Et an hæc præstimonia, seu portiones sint beneficia, an verò quid temporale. Beneficia, quamvis manualia, & regularia permutari posse cum officiis monachalibus, vel beneficiis perpetuis, aut resignari etiam coram Papa in favorem certæ personæ. Et ex quibus inducatur tacita professio. Quid circa tacitas professiones observetur in Gallia. p.187

CAP. CVII. De contractibus factis per aliquot moniales, per modum hospitii in aliqua civitate degentes, ante actualem monasterii erectionem. Et quod antea non dicatur contractus capitulariter gestus, & moniales ibidem remaneant, & contrahant uti particulares, non uti monasterium. pagin.189

CAP. CVIII. De declaratione facta per moribundum pro exoneratione conscientiæ, quod læsio ultra dimidium justi pretii intervenerat in contractu per eum aliàs celebrato. Utrùm talis confessio præjudicet hæredi, vel filio legitimam petenti: Et de vi, ac efficacia similium declarationum, in articulo mortis pro exoneratione conscientiæ factarum, utrùm gaudeant privilegio Piæ causæ: Et de contractu sine solemnitate statuti facto per mulierem, aut minorem ad exonerationem conscientiæ: Et utrùm confessio illa sit revocabilis. p.190

CAP. CIX. Utrùm Episcopus ex ordine regulari ad Episcopatum assumptus, possit insimul cum Episcopatu Præposituram in Ecclesia Cathedrali suæ diœceseos sæcularem obtinere. Episcopus qui simul habet ex consuetudine Episcopatum & præbendam canonicalem, quem ordinem in Ecclesia & Capitulo debeat obtinere. Quid de eo qui simul & Vicarius est, & Canonicus. Regula de infirmis resignantibus, an locum habeat in provisionibus per obitum coram Ordinario factis: Et quid circa hoc observetur in Gallia: Et utrùm illa regula locum habeat in beneficiis reservatis, vel vacantibus in mense reservato. Quid in permutationibus vel resignationibus factis in favorem certæ personæ: quid in provisis Apostolicis. p.192

CAP. CX. De jure optandi: Utrùm de jure, vel tantùm ex Ecclesiarum consuetudine competat. Utrùm consuetudo illa sit contra, vel præter jus. Intra cujus temporis spatium hæc consuetudo inducatur. Quomodò, & intra quod tempus optio fieri debeat. In quibus beneficiis optioni locus sit: Et in quo vacationis modo quis possit juri optandi derogare. Coadjuto optante, utrùm jus acquiratur coadjutori. Et quæ dicantur præbendæ, vel prædia canonicatui annexa, quæ distincta: & multa alia de jure optandi notabilia referuntur. pag.194

CAP. CXI. De eadem materia juris optandi: & utrùm Canonici ultimæ fundationis, quamvis priùs recepti, & admissi in Ecclesia, cedere debeant Canonicis antiquæ fundationis posteriori loco receptis. De receptione Canonicorum, adhibitâ clausulâ *cum plenitudine juris Canonici*. De Canonicis supernumerariis: & quæ sit eorum differentia cum Canonicis ex nova fundatione aggregatis. Et quomodò amittatur facultas juris optandi. p.196

CAP. CXII. De legato facto religiosis sanctæ Vrsulæ, quæ tamen religiosæ non erant, sed sæculares; utrùm Episcopus, aut ejus Vicarius possit legatum illud, non vocatâ parte, & sine causa, ad monasterium religiosarum professarum transferre. p.198

CAP. CXIII. De Oblatis Religionum, quomodò differant à Conversis, & in quo conveniant. Utrùm isti Oblati gaudeant privilegio fori, & an possint testari, contrahere, & de bonis suis disponere. Quis illis ab intestato morientibus succedere debeat. Et quid si Oblati votum fecerint paupertatis, castitatis, & obedientiæ, utrùm ex hoc dicantur Religiosi. p.189

CAP. CXIV. De sepulturis, quæ aliàs extra Ecclesiam, postea in atrio, denique in

in ipsa Ecclesia conceduntur fidelium corporibus humi reponendis; non tamen subtùs altare. De electione sepulturæ libera etiam extra Ecclesiam parochialem. Religiosi utrùm sibi sepulturam eligere possint. Vtrùm pater pro filio. An intra Ecclesiam Monialium benedictam, nondùm tamen consecratam. Electio sepulturæ quomodò probetur. Vtrùm possit alteri committi. Vxor, filiusfamilias, Canonicus, Beneficiatus ubi sepeliendi. p.200

Cap. CXV. De pœna hæredi imponenda qui testatoris defuncti animæ curam non habuit, illique ad mortem properanti Medicum spiritualem, hoc est, parochum non adhibuit. De obligatione Parochi visitandi parochianos suos infirmos. An & quomodò privetur successione defuncti, qui illum in civitate peste infecta dereliquit, & ab illo loco aufugit. p.202

Cap. CXVI. Matrimonio per verba de futuro contracto, quod & quale interesse peti possit contra recusantem adimplere illud in facie Ecclesiæ. Quid si per verba de præsenti, & matrimonium nondum sit consummatum, & unus ex conjugibus alio invito religionem profiteatur; utrùm sit locus repetitioni expensarum, & petitioni lucrorum ex conventionibus matrimonialibus debitorum: an verò mors naturalis sit expectanda. Quid dicendum si ambo conjuges, consummato matrimonio, profiteantur religionem. Quid si conjugium declaretur nullum ex capite impotentiæ, aut separentur conjuges tantùm quoad habitationem, & thorum. p.204

Cap. CXVII. De contractu matrimonii inter raptorem, & raptam. Quid de eo qui alienam sponsam per verba de futuro, aut etiam de præsenti alteri conjugatam rapuit, & ad aliam civitatem & Monarchiam deduxit; utrùm, & quando civiliter, & criminaliter hoc casu agi possit: & an causa criminalis sit præjudicialis actioni super nullitate matrimonii ex causa metus, aut alia, posteriùs intentatæ. De pœnis raptus tam de jure civili, quàm ex Concilio Tridentino. Denique utrùm puella hoc casu sit sequestranda, lite pendente. p.206

Cap. CXVIII. Quando collator ordinarius conferre possit beneficia juris patronatus laicalis habenti pro se medietatem vocum. Quid si unus non habeat qualitatem sacerdotii ex fundatione requisitam. Quando sufficiat in beneficio sacerdotali provisum esse sacerdotem habitu, an verò requiratur quod sit actu celebrans; & ex quibus verbis hoc colligatur. De probatione juris patronatus dum inter ipsos Patronos contenditur. Patronus non potest variare, quamvis sit laicus, post institutionem; & dum admittitur variatio, illa debet fieri cumulativè. Vicarius Generalis sine speciali mandato, sicut etiam Vicarius Capituli sede vacante beneficia juris patronatus conferre possunt. Quando attendendus sit ultimus status, & observantia in provisionibus factis de beneficiis juris patronatus: Et alia multa utilia ad materiam juris patronatus exponuntur. p.209

Cap. CXIX. De alienatione, aut concessione in emphyteusim bonorum nondum incorporatorum: Et ex quibus probetur factam fuisse incorporationem. De validitate, aut nullitate pacti de renovando emphyteusim Ecclesiæ. De validitate transactionis factæ nomine Ecclesiæ super hæreditate delata quidem, sed litigiosa, & nondùm plenè acquisita. Quando Prælatus possit bona in emphyteusim concedi solita; alteri concedere in præjudicium successoris, antequam facta fuerit devolutio: Et de vi ac effectu investituræ abusivæ. Quomodò probetur bona solita esse alienari, vel in emphyteusim concedi. Quæ sunt solita concedi, non tamen alienari possunt, nisi ad utilitatem Ecclesiæ. Denique utrùm lineâ finitâ, Prælatus propriâ authoritate possit capere possessionem bonorum emphyteuticorum, nomine suæ Ecclesiæ. p.212

Cap. CXX. De causis nullitatis matrimonii: Et quis in illis sit judex competens. An uxor alterius fori citari possit coram Judice Ecclesiastico domicilii mariti, ad declarationem dictæ nullitatis: Et ibi explicatur quoad hoc sensus *cap. ex parte 14. de restitut. spoliator.* & doctrina Abbatis *ibidem*, expenditur. De nullitate & defectu proprii Parochi. Quis in hac materia dicatur proprius Parochus. De metu in matrimonio: Et quomodò de metu constare debeat. Matrimonii metu contracti ratificationem requiri expressam, & simultaneam, verbis vel signis explicatam coram Parocho, & Testibus: nec sufficere quod metus dicatur per cohabitationem purgatus, maximè durante eadem causa metus. p.215

INDEX CAPITUM SECVNDÆ PARTIS Quæstionum Beneficialium.

CAPUT I.

Quid sit beneficium Ecclesiasticum, & quid sub nomine beneficij contineatur.

§. 1. IN quo variæ beneficij definitiones proponuntur. p.219
§. 2. De simplici deputatione Sacerdotis. ibid.
§. 3. De Capellis & Capellaniis. ibid.
§. 4. De pensionibus Ecclesiasticis. p.220
§. 5. De Vicariis temporalibus & perpetuis. p.230
§. 6. De Beneficiis manualibus seu amovibilibus. p.232
§. 7. De Hospitalibus & Leprosariis. p.234
§. 8. De Præstimoniis & locis Collegialibus. p.235
§. 9. De Præbendis & Distributionibus quotidianis, & fructibus beneficiorum. ibid.
§. 10. De Beneficiis nondum erectis. p.238
§. 11. De Titulo Beneficij. p.240
§. 12. De concessione Beneficij in Commendam. p.243
§. 13. De Coadjutoribus, & Coadjutoriis. p.245

CAPUT II.

De Ecclesiæ & Beneficij differentia, & de variis Ecclesiarum speciebus.

§. 1. DE Ecclesia Cathedrali & Metropolitana. p.249
§. 2. De Ecclesia Collegiata, & non Collegiata; & de Collegiata insigni, & non insigni. p.252
§. 3. De Ecclesia Parochiali, & non Parochiali. p.250
§. 4. De Ecclesia Patrimoniali. p.253
§. 5. De Ecclesia receptiva, seu non numerata. p.254
§. 6. De Ecclesia Monoculari. ibid.
§. 7. De Ecclesiis, seu beneficiis consistorialibus. p.254

CAPUT III.

De Personis Ecclesiasticis Beneficia conferentibus, vel possidentibus.

§. 1. DE Summo Pontifice, & de beneficiis affectis per manus appositionem. p.254
§. 2. De beneficiis summi Pontificis, seu Sedis Apostolicæ collationi reservatis in genere. p.256
§. 3. De præcipuis reservationum speciebus. p.259
§. 4. De summo Pontifice conferente jure devoluto, & de Devolutionibus. p.261
§. 5. De Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus, & illorum Indultis. p.263
§. 6. De Legatis, & illorum potestate quoad collationem beneficiorum. p.267
§. 7. De Episcopis. p.271
§. 8. De mensibus Episcopalibus, & de Alternativa. p.272
§. 9. De Abbatibus, Abbatissis, & Canonissis. p.276
§. 10. De Prioratibus simplicibus, Conventualibus, Semiconventualibus, & Claustralibus. p.279
§. 11. De dignitatibus Ecclesiarum sæcularium Collegiatarum. p.280
§. 12. De Canonicis & Hebdomadariis. Sed adverte quod hic tradita n. 13. possent forsan procedere de stilo. De jure autem verius est, non requiri expressionem qualitatis sacerdotalis regulariter, ut diximus part. 1. c. 31. num. ult. maximè in Capellaniis & simplicibus beneficiis. Et Felin. ipse in coroll. 31. se remittit ad dicta per eum in c. ad aures, de rescript. ubi tenet contrarium. Quanquam nec de stilo

Index Capitum Secundæ Partis.

ſtilo qualitatem Sacerdotii omiſſam reddere proviſiones nullas, exiſtimet Garſ. de benefic. part. 7. c. 1. n. 54. qui videndus erit à num. 45. p. 282

§. 13. De Rege, & de jure Regaliæ. p. 284

§. 14. De Rotæ Romanæ Auditoribus, quoad beneficiorum collationem. pagin. 286

§. 15. De Curia Parlamenti Pariſienſis. p. 287

CAPUT IV.

De acquiſitione beneficiorum, & de variis modis illa acquirendi.

§. 1. DE Bulla, Brevi, & literis Apoſtolicis. p. 289

§. 2. De executoribus literarum Apoſtolicarum in forma gratioſa, & in forma *dignum*. p. 290

§. 3. De gratia *ſi neutri, ſi nulli, ſi alteri.* pag. 291

§. 4. De reſcripto *perinde valere.* p. 293

§. 5. De ſubrogandis colligitantibus. p. 294

§. 6. De Electione, Confirmatione, Nominatione, & Tranſlatione. p. 295

§. 7. De Reſignatione. p. 296

§. 8. De Permutatione. p. 299

§. 9. De jure præſentandi, & jure patronatus. p. 301

§. 10. De collatione beneficiorum per concurſum. p. 304

CAPUT V.

De amiſſione beneficiorum, & de variis modis quibus beneficia amittuntur.

§. 1. DE Simonia, Confidentia, Aſſaſſinio, Concubinatu, Homicidio, & aliis delictis. p. 305

§. 2. De Irregularitate. p. 307

§. 3. De Excommunicatis, & inſordeſcentibus in excommunicatione. p. 308

§. 4. De defectu clericatus, bigamia, & vacatione propter matrimonium. p. 309

§. 5. De defectu ætatis, literaturæ, natalium, delationis habitus & tonſuræ, & de profeſſione Religionis. p. 311

§. 6. De vacatione propter beneficii incompatibilis aſſecutionem. p. 311

QUÆST.

QUÆSTIONUM BENEFICIALIUM, CANONICARUM ET REGULARIUM LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De authoritate Capituli & Canonicorum in Beneficiatos, curam animarum nomine Capituli ex statuto, vel fundatione exercentes.

SUMMARIUM.

1 *Cura in Ecclesia Collegiata apud quem resideat.*
2 *Curatus dici non potest qui alieno nomine curam exercet.*
3 *Capitulum dicitur Curatus principalis, quando cura spectat ad ipsam: deputati verò, vel beneficiati pro Capitulo exercentes dicuntur Coadjutores.*
4 *Capitulum quod habet curam animarum, potest unum vel plures Parochos subdelegare.*
5 *Deputati ad vitam pro exercitio curæ, habent quasi titulum, & non possunt sine causa amoveri.*
6 *Episcopus curam penes Capitulum existentem potest transferre ad unam ex Dignitatibus ipsius Capituli; etiam per viam perpetuæ unionis, accedente consensu Capituli.*
7 *Renunciatio non nocet successoribus in beneficio.*
8 *Curatus quomodo teneatur ad residentiam tempore pestis.*
9 *Capitulum habet intentionem fundatam in administratione rerum Ecclesiæ suæ.*
10 *Consensus Episcopi necessarius est in immutando statu Ecclesiæ.*
11 *Beneficiati, vel Portionarii non sunt de Capitulo.*
12 *Beneficia conferri non possunt non habentibus ordinem annexum.*
13 *Fundatores pœnam privationis ipso jure in limine fundationis imponere possunt.*
14 *Quando pœna privationis ipso jure imponitur per statutum, utrum requiratur declaratoria facti. Remissivè.*
15 *Ante declaratoriam privationis quoad factum, possessor non debet amoveri.*

CAPITULUM cujusdam Ecclesiæ Cathedralis sequentes difficultates pro veritate decidendas proposuit.

Prima, Utrum Canonici qui sunt fundatores beneficiatorum, possint per seipsos exercere curam dictæ Ecclesiæ incumbentem, cùm in ipso fundationis limine beneficiatos ad hoc adstrinxerint.

Secunda. Utrùm beneficiati exercentes, qui tempore pestis grassantis recesserunt, & curam Canonicis reliquerunt, juri suo renunciantes; possint cessante peste cogere Capitulum ut eos præsentet Episcopo ad exercitium curæ, durante vita.

Tertia, Utrùm ipso pestis tempore beneficiati qui curam habent, teneantur residere, maximè requirente Capitulo, ne animæ sine pastore maneant.

Quarta, Utrùm Capitulum invitis beneficiatis possit pro augmento cultus divini assumere alios Sacerdotes ad Curam exercendam.

Quinta, Utrùm Capitulum possit dimittere eos qui non sunt promoti intra annum ad sacerdotium, cùm ad id teneantur, & hoc caveatur in ipsa fundatione.

Sexta, Utrùm Capitulum possit nominare alium loco illius, qui per duos menses absens fuerit sine licentia Capituli, prout in fundatione cavetur.

Ad primam quæstionem responsum fuit, curam in casu proposito ad solum Capitulum spectare, exercitium verò Curæ ad deputatos, seu deputandos per Capitulum. Quia in Ecclesia Collegiata cura non dicitur residere penes Præpositum, Decanum aut alium Superiorem Capituli, seu ipsius Dignitatem principalem, neque penes Canonicos ut Canonicos, sed uti Collegium. Maximè cùm duo deputentur beneficiati ad exercendam dictam Curam, quo casu solum exercitium Curæ pertinet ad deputatos, Cura verò residet penes Capitulum. Sicut enim non potest una sponsa habere duos viros, ita non potest una Ecclesia habere duos Curatos, sed debet esse unius capitis,

non plurium, *c. quoniam, de offic. ord. c. cum non ignores, de præben* Barboſ. *in tract. de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 60. n. 30. & alleg. 57. n. 159. verſ. quarto requiritur.* poſt Maſcard. *de probat. concluſ. 469. incip. Curam animarum, num. 5.* Rot. *in recentior. deciſ. 340. part. 2. & deciſ. 226. num. 7. & 8. part. 1.* quæ eſt repetita *part. 3. deciſ. 258. in recentior.* Caſſador. *deciſ. 11. de Præbend. num. 3.* Ludoviſ. *deciſ. 370. n. 11.*

2 Et cùm dicti Beneficiati non exerceant, nec unquam exercuerint nomine proprio, ſed tantùm nomine Capituli : nullo modo prætendere poſſunt nomen & titulum veri Curati, quod nunquam illis convenit, qui alieno nomine curam exercent, *cap. extirpanda, §. qui verò, de præbend.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 6. n. 40.* Barboſ. *d. alleg. 57. num. 159. verſ. Tertiò requiritur.* Rot. *d. deciſ. 226. n. 1. part. 1. recentior.* Gratian. *diſcept. 865. num. 23.*

3 Quod clarè comprobatur ex verbis ſtatutorum dicti Capituli, ibi, *ad exercendum officium Curæ.* Idèò beneficiati ſunt tantùm coadjutores Capituli, quod principalis Parochi nomen obtinet. Gratian. *d. c. 865. num. 26.*

4 Secundò fuit dictum de jure communi dependere ex arbitrio & voluntate Capituli, committere exercitium curæ animarum alicui deputato, vel pluribus in ſolidum, ſi voluerit ita delegare ; remanente tamen cura penes Capitulum, quod eſt verus rector. Gratian. *loco citato, num. 36.*

5 Sed tamen quia ſtatutum ſe refert ad conſuetudinem & ad ſtatuta antiqua, in illis verbis, *Prout hactenùs obſervatum extitit, & ſecundum quod in antiquis ſtatutis cavetur* ; ideo videndum erit quid de conſuetudine fuerit obſervatum. Si enim Capellani ad Curæ exercitium per Capitulum perpetuò, id eſt ad vitam, hucuſque deputari conſueverunt, non poteſt Capitulum ſine cauſa legitima ſic deputatos, & ab Epiſcopo approbatos removere : ſecùs ſi ad tempus, vel ad beneplacitum Capituli deputentur. Nam quoad deputatos ad vitam, licèt titulus Eccleſiæ vel Curiæ ad ipſos non pertineat, tamen dicuntur habere quaſi titulum ; & ideo ſine cauſa amoveri non poſſunt : ut poſt Anton. de Butrio *conſ. 3. tradit* Card. Tuſch. *litt. C, concluſ. 1098. n. 4.*

6 Poteſt tamen cum conſenſu, & authoritate Epiſcopi cura transferri ad Canonicos, ipſi capitulo beneviſos ; cùm etiam ipſe Epiſcopus (de conſenſu tamen Capituli) talem curam penes Capitulum exiſtentem poſſit etiam per viam perpetuæ unionis transferre ad unum ex Dignitatibus Capituli : ut cenſuit ſacra Congregatio relata per Garz. *de benefic. part. 9. cap. 2. n. 290.* Gratian. *d. cap. 685. n. 3.*

Maximè verò, quia in antiquo dictæ Eccleſiæ ſtatuto, quod per novum non fuit immutatum, cavetur nominatim quod adminiſtratores cum conſilio Præpoſiti & Canonicorum, aſſumere debeant numerum ſufficientem idoneorum ſervitorum, & inter cæteros, duos Capellanos Curatos, Epiſcopo vel ejus Officiali præſentandos, qui debeant jurare de fideliter exercendo eorum officia. Et ſi contingat illos eſſe inobedientes, aut negligentes, aut aliàs reprobos in eorum miniſteriis ; quòd per majorem partem Capituli removeantur, & licentientur ; & alii magis idonei & utiles ſubrogentur. Ex quibus verbis conſtat dictos Curatos poſſe ex illorum inſtitutione ad libitum Capituli mutari, & alios in eorum locum in dicta Cura ſubrogari. Unde concludendum eſt, quòd cùm beneficiati non habeant illum quaſi titulum adminiſtrationis curæ ; Capitulum poteſt ſibi aſſumere illud onus, & deputare Canonicos, aut alios ſibi benè viſos de Capitulo, ad exercitium Curæ, præſertim accedente Epiſcopi conſenſu.

Ad ſecundam quæſtionem reſponſio patet ex iis quæ ſuperiùs dicta ſunt, nempe Capitulum non poſſe cogi ad nominandum unum ex beneficiatis in deputatum perpetuum ad curam exercendam ; niſi talis eſſet conſuetudo, quo caſu, videlicet tali exiſtente conſuetudine, in dicta Eccleſia deputandi perpetuum aliquem adminiſtratorem curæ animarum ; † renunciatio facta per beneficiatos, ipſis quidem qui renunciarunt noceret, durante eorum vita ; ſed non illorum ſucceſſoribus in beneficio, per text. *in cap. veniens, de tranſact.* Rot. *in recentior. deciſ. 730. n. 3. part. 3.* 7

Ad tertiam. Parochus qui curam animarum exercet, tenetur tempore peſtis inſervire : poterit tamen recedere, dimiſſo aliquo ſubſtituto idoneo, ita quod Grex nullum omnino detrimentum ſpirituale patiatur : Bonacin. *in tract. de oblig. & oner. benefic. ad reſid. diſp. 5. punct. 5. num. 3. & 4.* 8

Ad quartam reſpondetur, Capitulum adjungere poſſe extraneos Sacerdotes ad inſerviendum Eccleſiæ, pro augmento cultus divini ; quantumvis reclamantibus beneficiatis : cùm certum ſit Capitulum de jure communi habere intentionem fundatam, in adminiſtratione negotiorum, & rerum ſuæ Eccleſiæ ; & de illis ad libitum poſſe ſtatuere : *cap. cum omnes, de conſtit.* cum ibi notatis. † Quod intelligendum eſt, dummodo non fiat aliqua immutatio ſtatus Eccleſiæ : quia tunc neceſſarius eſſet Epiſcopi conſenſus, Rot. *deciſ. 21. num. 1. part. 2. recentior.* cum notatis per Doctores in *d. cap. cum omnes.* 9 10

Poteſt autem Capitulum, quod ex Canonicis componitur, ſtatutum ſeu concluſionem hujuſmodi circa augmentũ cultus divini facere, abſque interventu beneficiatorũ, ſeu portionariorum : quia illi non ſunt de Capitulo, ut ſæpè fuit deciſum in Rot. veluti *dec. 83. n. 1. part. 1. recentior. & deciſ. 423. part. 4. recentior.* 11

Ad quintam, Cùm in limine fundationis expreſſè cautum ſit, Beneficiatos teneri certos ordines factos ſuſcipere intra tempus præfinitum, ſub pœna privationis ſuæ beneficiaturæ ; aliàs, illis non promotis, Capitulum providebit de aliis : conſtat dicta beneficia eſſe Sacerdotalia, vel reſpectivè, Diaconalia ; & aliàs habere factum ordinem annexum, & ideo non poſſe fieri de talibus beneficiis proviſionem perſonis non habentibus, vel non obſervantibus qualitates in fundatione appoſitas : cùm fundatori licitum ſit legem dare in fundationis limine : *cap. præterea, de jur. patron. cap. quanto, de cenſib.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 5. num. 102. & 103.* Verall. *deciſ. 290. part. 2.* Minet. *de commut. ult. volunt. cap. 10. n. 153. & 154.* 12

Excuſari tamen poſſunt, qui intra annum vel aliud tempus requiſitum promoti non fuerunt ; quamvis privationis ipſo jure pœna fuerit impoſita, ſi juſtum aliquod habuerint impedimentum : per text. *in cap. cum ex eo, in princ. & 5. final. de elect. in 6. & cap. omnes, §. 2. cod. tit. lib. 6.* Moneta *ubi ſupra, num. 115.* idcirco Capitulum poteſt quidem eo caſu de alio providere : ſed ſi beneficiatus juſtum aliquod probaverit impedimentum, non erit ſuo beneficio privandus, ex ſupradictis. 13

Ad ſextam reſpondetur prout in præcedentibus ; nempe potuiſſe fundatores in ipſo fundationis limine, privationis ipſo jure pœnam apponere : Verall. *d. dec. 290. part. 2.* Gonzal. *loc. proxim. citat.* ſalvâ tamen legitimi impedimenti allegatione, ut mox dictum eſt. 14

Utrùm autem, quando pœna privationis incurritur ipſo jure, requiratur declaratoria facti pro ſubſtantia, & neceſſitate executionis : affirmativam tenet Loter. *de re benefic. lib. 3. quæſt. 28.* ubi *n. 23.* dicit interim ante talem declaratoriam, poſſeſſorem eſſe manute

manutenendum. Videri tamen poterunt per eum fusè deducta *ead. quæst. 28. n. 30. & multis seqq.* ad quæ pro nunc me remitto.

CAPUT II.

De Virginibus congregationis sanctæ Ursulæ. Utrùm sint capaces successionis in Gallia.

SVMMARIUM.

1 *Quæstio, An persona sit verè religiosa, dependet ex modo vivendi, & constitutionibus congregationis.*
2 *Virgines sanctæ Vrsulæ, in quo differant à Virginibus tertij ordinis.*
3 *Virgines tertij ordinis an succedant in Gallia.*
4 *Votum clausuræ reddit Virgines incapaces successionis apud Gallos.*
5 *Dispositio authentitæ* defuncto, Cod. ad senatusconsl. Tertyll. *servatur in Gallia, & in curia Tholosana.*
6 *Renunciatio ab ingrediente Monasterium facta, sub pretextu læsionis cujuslibet non rescinditur.*

1 OMissis quæ de hac quæstione copiosè tractat Menoch. *cons.* 948. dixi secundùm Gallicas constitutiones & consuetudines, quæ Religiosos professos à successione repellunt: totam hujus quæstionis resolutionem ex regulis, & modo vivendi piarum istarum congregationum dependere. Unde aliàs in Gallia cùm de hoc tractaretur circa successionem puellarum tertij ordinis; Senatus decrevit quod partes deducerent & probarent modum vivendi, adjudicatâ interim Puellæ provisione alimentorum: ut apud Tournet *in sua recollect. arrest. benefic. litt. R, cap.* 136.

2 Loquendo tamen in genere, quamvis sit magna differentia inter Sorores sanctæ Ursulæ, & Sorores tertii ordinis; quia istæ non vivunt in communi, sed in suis viventes hospitiis pœnitentiam agunt, & virtutum Domino in humilitate famulantur: ut dicitur in *Clement. 1. de relig. domib.* Sorores verò sanctæ Ursulæ in communi vivunt; majoremque disciplinam regularem observant. Ex una tamen congregatione ad aliam referri potest, quis quoad ipsas sit sensus supremorum Galliæ tribunalium, circa illarum successionem; cùm utriusque generis puellæ nullum solemne votum religionis emittant.

3 Veniendo igitur ad puncti propositi resolutionem; Senatus Gallici hoc observant, quod tertii ordinis Religiosæ in cœlibatu remanentes, solùm succedunt in usufructu: si verò matrimonio copulentur, quod facere possunt, tunc etiam in proprietate succedunt. Pap. *lib. 21. tit. 1. des successions, arrest. 1.* Quamvis Imbert, *in suo Enchirid. in verb. Moyne profez*, illas successionis incapaces esse, generaliter existimaverit; dicens ita fuisse judicatum. Quem sequitur Scholiastes ad Lovet *litt. C, numero* 8. Petrus Gregor. *in syntagm. lib. 45. cap. 2. num.* 8. Barry *de succession.*
4 *lib. 16. tit. 1. num. 6.* † Quod verum est, si votum clausuræ emiserint; nam illo non emisso, non sunt omninò incapaces, ut supra dictum est; adden. ad Pap. *d. arrest. 1.* post Chopin. *lib. 4. de privileg. rustic. part. 3. cap. 8. artic. 7. & de sacra polit. lib. 2. tit. ult. num. 9.*

Et ex his colligi potest, quòd Religiosæ sanctæ Ursulæ in Gallia à successione repelluntur, si clausuræ perpetuæ votum emiserint: sin minus, ad successionem proprietatis admittentur, dum dimisso cœlibatu matrimonium contraxerint.

Quæ successio deferetur secundùm ordinem & modum *authen. defuncto, Cod. ad S. C. Tertyll.* quæ in Gallia, & nominatim in Curia Tholosana observatur, teste Maynard. *lib. 6. c. 93. in princ.* & juxta *novell. 118. §. si verò cum ascendentibus.* 5

Et hæc tantò magis procedunt, supposita renunciatione bonorum omnium paternorum, & maternorum; adversùs quam, dum Monasterii ingressus causâ facta fui, non datur restitutio ex capite læsionis enormissimæ: ut sæpius fuit iudicatum, & inter cæteros docet Cancer. *lib. 2. var. resol. cap. 8. num. 80. in non. & lib. 3. cap. 15. de renunciat. n. 213.* 6

CAPUT III.

De ætate ad obtinendos Prioratus Conventuales, vel non Conventuales, in Gallia requisita.

SVMMARIVM.

1 *Omnia Beneficia simplicia hodie ex Concil. Trid. requirunt ætatem 14. annorum.*
2 *Sufficit tamen annus 14. inceptus.*
3 *In Gallia sufficit septennium in simplicibus beneficiis, secundùm Ius antiquum.*
4 *Beneficia quæ sonant in nomen Rectoriæ per se stantis, non possunt possideri in Gallia à minore 14. annorum.*
5 *In Prioratibus Conventualibus, minor 25. annis non admittitur.*
6 *Prioratus non Conventuales Curati 25. annos requirunt.*
7 *Prioratus non Conventuales, in quibus cura per Vicarium perpetuum exercetur, exigunt annum vigesimum.*
8 *Prioratus non Conventuales, in quibus cura nec per se nec per alium exercetur, exigunt annum 14.*
9 *Hodie tamen ex Concil. Trident. & ex Regis constitutione requiritur annus 16.*
10 *Ætas, & aliæ qualitates requisitæ, dum beneficium Regulare datur in titulum, debent interuenire in commenda. Intellige vt n. 12.*
11 *Si Minori Commendetur beneficium, debet promoueri ad Ordinem requisitum intra Annum, non à die adeptæ possessionis, sed legitimæ ætatis.*
12 *In Commenda temporali, debent omninò interuenire qualitates requisitæ, dum illud beneficium daretur in titulum.*

DVm quæritur quæ Ætas requiratur in Gallia, ad obtinendos Prioratus non Conventuales; 1
hoc est, quibus nulli subsunt qui collegialiter viuant. Prima sit conclusio, quod omnia beneficia simplicia requirunt hodie ætatem 14. annorum ex Concilio Tridentino *sess. 24. de reformat. cap. 6.* † sufficit tamen annum 14. attigisse; ut Sacra Congregatio declaravit. Barbos. *de Episc. part. 3. allegat. 60. num. 76.* 2

Secunda. In Gallia Conciliaris dispositio hoc in 3
capite non observatur; sed sufficit septennium ad

obtinenda ſimplicia beneficia. Selva *de benefic. part. 3. quæſt. 5. num. 27.* Garz. *de benef. part. 7. cap. 4. num. 4.*

14 Tertia. Si verò ſonent in nomen Rectoriæ per ſe ſtantis, etiamſi ſint beneficia ſimplicia, ætatem 14. annorum requirunt: quia in illis requiritur judicium, cujus impuberes non ſunt capaces. *cap. indecorum, de ætate & qualit. ordin. & cap. ſuper inordinata, de præbend.*

Quarta. Si ſint prioratus Conventuales, ætas exigitur 15. annorum, *Clem. ne in agro, §. cæterum, de ſtat. Monach.*

15 Quinta. Si prioratus non Conventuales, quibus cura animatum imminet per ſeipſum exerceri, ſolita ætas pariter requiritur 25. annorum, *d. §. cæterum, & d. cap. ſuper inordinata, & ibi DD.*

16 Sexta. Si prioratus ſint non Conventuales, in quibus Cura per Vicarium perpetuum exerceri ſolet, requiritur ætas 20. annorum. *d. clem. ne in agro, §. cæterum, de ſtat. Monach.*

17 Septima. Si ſint Prioratus non Conventuales, in quibus Cura nec per ſe, nec per alium exercetur; requiritur ſaltem ætas 14. annorum. Guill. Bened. *in cap. Raynutius in verb. adjectæ impuberi, n. 60.* Abb. *d. cap. ſuper inordinata, n. 9. de præbend.* Selv. *d. part. 3. quæſt. 5. n. 20. & 21.* † Sed hodie cùm certum ſit hos Prioratus regulares, non profeſſis non eſſe conferendos; requiritur ætas 16. annorum, quæ neceſſaria eſt ex Concil. Trident. ad Profeſſionem: cui etiam annuit Bleſenſis conſtitutio *art. 28.* ut notat addit. marginalis ad Selv. *d. quæſt. 5. n. 23.*

18 Octava Concluſio. Si Prioratus regularis detur in commendam, eadem requiritur ætas quæ requireretur, ſi daretur in titulum, ex ſententia Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 8. num. 9. per text. in cap. nemo deinceps, de elect. lib. 6. allegat* Verall. *deciſ. 127. num. 3. part. 1.*

19 Sed veritas eſt in contrarium, nempe quòd ſi Papa minori 25. annis commendet beneficium Regulare valet conceſſio; ſed cùm ætatem legitimam attigerit, debet ad ordinem requiſitum promoveri: & ſic dum requiritur ſacerdotium, debet promoveri intra annum, non à die collationis computandum, ſed à die quo legitimam ad ſacerdotium ætatem habuerit: ut deciſum fuit per Arreſta apud Lovet *in addit. lit. B. n. 4.* Et hoc fundatur in diſpoſitione *d. §. cæterum*, ibi: *intra vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum, ſi ante annum ipſum in Conventuales Prioratus eis fuerint commiſſi, aut collati, ſe faciant ad ſacerdotium promoveri.* Ubi notandum eſt verbum *commiſi*, quod commendam importat. Rebuff. *de paciſ. poſſeſſ. numero mihi 54.*

20 Nec obſtat *text. in d. cap. nemo deinceps*, quia ibi agitur de Commenda temporali facta ad ſex Menſes, nos de Commenda perpetua. Et ita etiam Verall. *dict. deciſ. 127. num. 3. part. 1.*

CAPVT IV.

An filij Hæreticorum ſint capaces beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Filii hæreticorum ex diſpoſitione Iuris communis inhabiles ſunt ad obtinenda beneficia.*

2 *Filij hæreticorum de Iure communi, privantur etiam beneficiis jam obtentis, ſecundùm multorum ſententiam.*

3 *De Iure Gallico, filij hæreticorum non ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia; nec amittunt obtenta.*

SI quæſtio propoſita ſecundùm Juris communis terminos eſſet decidenda, concludendum eſſet 1
filios hæreticorum, ad obtinenda beneficia omninò inhabiles eſſe: *cap. Quicunque 2. §. hæretici. Et cap. ſtatutum, el 2. de hæretic. lib. 6.* Rebuff. *in prax. tit. de mod. amitt. benef. n. 25.* Garz. *de benefic. part. 11. cap. 16. num. 75. & ſeqq.* Quod locum habet, ſive liberi ſint legitimi, ſive illegitimi; ne plus luxuria conſequatur, quàm caſtitas. Et ſive liberi ſint nati antè commiſſum delictum, ſive poſt. Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæſt. 28. n. 70. & ſeqq.*

Sed ſi agatur de beneficiis jam obtentis, quæſtio 2
eſt valde controverſa, ut videre eſt apud Garz. *loc. cit. n. 75. & multis ſeqq.* Sed tamen poſt longam diſputationem tam coram Penia, quàm coram Peregrino tunc Rotæ Romanæ Auditoribus habitam; fuit tandem concluſum hæreticorum filios etiam obtentis beneficiis privari: ut videre eſt in deciſionibus quas inſerit Theodoſ. Rub. *in ſuis ſingular. ad deciſ. Rot. Roman. ad deciſ. 202. & 203. coram Penia, fol. 216. & multis ſeqq.* Quarum deciſionum poſtrema inſeritur quoque apud Garz. *loc. cit. d. part. 11. cap. 10. n. 70. & poſt 2. volum. conſil.* Farinac. *deciſ. 123.* ſequitur & comprobat Lotter. *de re benefic. d. quæſt. 28. num. 81. & ſeqq.*

Si verò negotium juxta Gallicas leges decidendum ſit, non ſolùm hæreticorum filij Catholicè vi- 3
ventes; ſed ipſi quoque hæretici, ſi dimiſſo errore ad fidem Catholicam converſi fuerint, beneficiorum capaces exiſtimandi ſunt. Imò ſolent in Gallia hæretici ad fidem reduntes, ad ſua quoque beneficia ob errorem & hæreſim amiſſa redire. Quodque plus eſt, ſi quis beneficium Eccleſiaſticum obtinens, hæreticorum ſectam amplecti voluerit, conceditur illi tempus ad beneficium dimittendum. Papon. & ibi adden. *lib. 3. tit. 6. arreſt. 3* refert Tornet. *lib. 3. arreſt. benefic. H, art. 15. & litt. V, art. 3.* Et hoc vigore articulorum ſecretorum pacis occaſione per Reges conceſſorum. Deus exorandus eſt ut huic malo pro ſua benignitate occurrere dignetur.

CAPVT V.

De prohibitione facta per fundatorem in ipſo fundationis limine, ne alius ſuperior præter Epiſcopum beneficium Eccleſiaſticum conferre poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius non poteſt cognoſcere de validitate proviſionum, quando diſputatur de poteſtate Legati, vel alterius Superioris.*

2 *Vicario per obitum non datur, quando beneficium vacat per reſignationem.*

3 *Beneficiis ſedi Apoſtolicæ reſervatis, proviſus ab Ordinario non eſt legitimus contradictor, alterius proviſum Apoſtolicum.*

4 *Fundator beneficij perpetui, non poteſt apponere legem in fundatione contra poteſtatem conferendi quam ſummus Pontifex, aut Legatus habet. Secus in beneficio non perpetuo, quod non eſt proprièe beneficium.*

5 *Fundator non poteſt apponere conditiones ſibi ne-*

ceſſa-

neviſus in limine fundationis, niſi approbentur ab Epiſcopo.

6 *Epiſcopus non poteſt præſtare authoritatem in fundatione, dum agitur de intereſſe ipſius Epiſcopi.*

1 DVm tractaretur de quodam proviſo Apoſtolico per literas Illuſtriſſimi & Reuerendiſſ. Domini Vicelegati Auenionenſis, judicatum fuit controuerſiam illam coram Epiſcopo tractari non poſſe: quamuis regulariter cauſæ omnes in prima inſtantia coram Epiſcopo, dum de beneficiis agitur, ventilari debeant: ex ſacri concilij Tridentini diſpoſitione, *ſeſſ. 24. c. 20. cauſæ omnes.* Quia cohueniens non eſt, ut inferior de poteſtate ſui Superioris cognoſcat: ut oſtendit Gabriel *conſ. 182. numero 17. vol. 2.* Quod verum eſt ſi agatur de poteſtate Superioris; nam ſi diſputaretur de nullitate proviſionis, poſſet de ea re inferior judicare; ut dixi *in tract. de præcent. judic. c. 5. numero 15.*

2 Et dum deueniretur ad deciſionem negotij principalis, firmatum fuit collationem Epiſcopi, ſeu ejus Vicarij generalis, nullam eſſe & invalidam; cùm facta fuerit de beneficio vti vacante per obitum vltimi illius poſſeſſoris, cùm tamen vacaret per reſignationem per ipſum factam: & vti ſic vacans fuiſſet per ſedem Apoſtolicam collatum. Quod autem per reſignationem vacat, non poteſt per obitum conferri. Caſſad. *deciſ. 1. & 2. de renunciat.* Gabriel *conſ. 193. n. 11. vol. 2.*

3 Ex alio etiam capite dicta proviſio ſubſiſtere non poterat: quia facta fuerat de beneficio, tanquam vacante per obitum de menſe Ianvario, ſeu etiam Februario; & ſic in menſe reſervato: cùm iſte Epiſcopus non gauderet alternativa, ſeu ob non factam illius acceptationem, ſeu ob defectum reſidentiæ: & propterea proviſus Apoſtolicus debuit manuteneri, vel etiam immitti aduerſus proviſum ab Ordinario; etiamſi ab hoc proviſus, eſſet in poſſeſſione beneficij, attento quod proviſio facta fuit in menſe reſervato; & ſic proviſus ab Ordinario non habebat parem titulum: vnde quamvis poſſideret, non erat legitimus contradictor. D. Argel. *in tract. de legit. contrad. quæſt. 15. art. 5. num. 128.* Ne alioquin authoritas Pontificia eludatur per Ordinarios, qui vtplurimùm habent notitiam vacationis, antequam ſummus Pontifex aut Legatus eam habuerit: ut per Eund. *loc. cit. num. 97. & 98.*

4 Nec obſtat quòd fundator in limine fundationis hanc legem dixerit, ut nemo præter Epiſcopum beneficium huiuſmodi conferre poſſet, aliàs ex nunc, prout ex tunc, dictus fundator eandem fundationem reuocabat, & aliis piis operibus applicari mandabat. Quia talis conditio, ſeu tale onus huic beneficio ſeu perpetuæ capellaniæ imponi non poterat; quòd nullus collator, præter Epiſcopum illam conferre poſſet. Rebuff. *in tractat. de pacif. poſſeſſor. numer. 349.* Patiſ. *conſ. 34. numer. 12. vol. 4.* Et cùm talis conditio ſit contra naturam perpetui beneficij, & contra jus, non debet admitti, ſed pro non ſcripta habenda eſt. Rot. *in antiq. ſub tit. de teſtam. deciſ. 10. per tot.* Et poſt Felin. Lambertin. Couarru. & Gutier. oſtendit Gonſal. *ad regul. 8. gloſ. 5. numero 42.* Et in ſpecie, quod non obſtante contraria teſtatoris diſpoſitione, beneficium vacans in menſe reſervato, conferri debeat authoritate Sedis Apoſtolicæ, & Ordinarius non poſſit ſe intromittere, cùm regula comprehendat tam ordinarios quàm extraordinarios collatores, tradit Garz. *de benefic. par. 5. cap. 1. num. 620.*

Accedit, quòd licèt fundator regulariter in fundationis limine conditiones ſibi bene viſas apponere poſſit, etiam juri communi contrarias: hoc tamen non habet locum, quando tales conditiones ab Ordinario approbatæ non fuerint. Rot. *deciſ. 561. numer. 2. part. 2. recentior.* † Et quando tractatur de vtilitate, vel intereſſe ipſius Epiſcopi, non poteſt Epiſcopus examinare & approbare conditiones, & qualitates appoſitas in fundatione; cùm non poſſit ſimul fungi officio judicis & partis: vnde ſolus conſenſus & authoritas Epiſcopi, non poteſt præjudicare juribus Sedis Apoſtolicæ, & poteſtati quam habet in collatione beneficiorum; quia inferior non tollit legem & jura Superioris, *Clement. ne Romani, de elect.* Et ita determinatum per Rot. Roman. *deciſ. 331. num. 5. & per tot. par. 4. recentior.* Et in hac civitate Auenionenſi fuit ſecundùm prædicta judicatum, in fauorem egregij Domini Ioannis Scot jurium Doctoris, proviſi de quadam capellania ad reſignationem Reuerend. D. Pauli Caſpentras, contra Reuerend. Ioannem Bruſſet, aſſertum fundatorem dictæ capellaniæ, ſub invocatione ſanctæ Annæ, proviſum ab Epiſcopo in menſe reſeruato. 6

CAPVT VI.

De Penſione anteriori, in nouæ penſionis conceſſione exprimenda.

SVMMARIVM.

1 *Reſervatio penſionis nulla eſt, ſi non fuerit facta mentio alterius penſionis ſuper eodem beneficio impoſitæ.*

2 *Temporis diuturnitas validam reddit conceſſionem penſionis, in qua mentio penſionis anterioris facta non fuit.*

3 *Penſio affecta vitio ſimoniæ, vel alio reali, nullâ temporis diuturnitate confirmatur.*

4 *Quo remedio ſuccurrendum ſit in Gallia ei, qui nulliter penſionem obtinuit, non facta mentione penſionis anterioris ſuper eodem beneficio jam impoſita.*

1 COnceſſio penſionis, non facta mentione penſionis anterioris ſuper eodem beneficio jam impoſitæ, nulla eſt & invalida; quia omnia debent exprimi, quæ concedentem difficiliorem reddidiſſent. Garz. *de benefic. par. 2. cap. 5. numero 561.* Gigas *de Penſionib. q. 29.* Rot. *deciſ. 119. numero 2. par. 4. recent.* Boër. *deciſ. 192. per tot.* Forget, *au titre des penſions, num. 25.*

2 Sed tamen huiuſmodi penſiones, lapſu diuturni temporis confirmari poſſunt; ſi poſſeſſor per longi temporis ſpatium in ſolutione vtriuſque penſionis perſeuerauerit: hoc enim caſu locus eſt regulæ de pacificis poſſeſſoribus in Gallia. Bleyn. *de benefic. tit. de penſionibus, num. 23. in gloſſ. H.* † Quod tamen 3 ita accipiendum eſt, dummodo nullo vitio reali, veluti ſimoniæ, aut ſimili affecta ſit; nam tunc diuturnitate temporis confirmari, ſeu valida reddi non poteſt. Charond. *lib. 1. reſponſ. 47.* Tornet. *in arreſt. benefic. litt. P. num. 8.*

Quod ſi de penſionis validitate in Gallia dubitetur, ad Chriſtianiſſimum Galliarum Regem recurrendum eſt, pro obtinenda illius confirmatione, quatenus 4

tenus opus eſt, non obſtante tali defectu exprimendo. Atque ita fuit practicatum. Quod intelligendum eſt ſalva ſemper authoritate Sedis Apoſtolicæ, cùm ea quæ ſummi Pontificis poteſtati aduerſantur approbari nec poſſint, nec debeant.

CAPVT VII.

De appellatione interpoſita à beneficij collatione facta per Epiſcopum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à proviſionibus beneficij factis per Epiſcopum, dicitur extrajudicialis, nec cauſat attentata.*

2 *Si Epiſcopus procedat in forma judicij contentioſi, licet appellare à collatione beneficij, & ſuſpenditur executio.*

1 DIxi in quadam cauſa vertente in curia Palatij Auenionenſis, quod appellatio facta à collatione beneficij facta per Illuſtriſ. Dominum Epiſcopum, non ſuſpendebat executionem, nec cauſabat attentata: cùm Epiſcopus ſimpliciter contuliſſet ſine forma judicii, & ſic erat appellatio extrajudicialis, quæ non cauſat attentata: *c. conſtitutus 46. de appellat.* Cavalcan. *deciſ. 26. num. 56. part. 3.* Mareſcot. *lib. 2. var. reſol. cap. 64. num. 20.* Lancell. *de attentat. cap. 12. limit. 49.* Gonzal. *ad regul. 8. §. 9. in annotat. num. 27. & 29.*

2 Quicquid aliùd ſit, quando Epiſcopus proceſſiſſet in forma judicii, & per viam contentioſæ juriſdictionis: ut per Eund. *n. 203.* ſed dum Epiſcopus procedit tanquam collator ordinarius, non debet admitti appellatio, quæ ſuſpendat executionem, & cauſet attentata; quia tunc procedit dumtaxat vti collator, non vti Iudex. Gonſal. *ibid. num. 36.* Plura dixi *in tract. de præuent. judic. cap. 32. numero 14. & ſequentibus.*

CAPVT VIII.

De diſpenſatione cum illegitimis.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi ſunt incapaces ordinum, & beneficiorum.*

2 *Epiſcopus diſpenſare poteſt cum illegitimis ad minores ordines, & beneficia ſimplicia.*

3 *Aſſertioni Epiſcopi ſtandum eſt in iis, quæ eius ſimplici informationi commiſſa ſunt; vel ſi non adſit in commiſſione clauſula, vocatis vocandis.*

4 *In extrajudicialibus ſemper præſumuntur interueniſſe ſolemnitates ad actum requiſitæ.*

5 *Quando diſpenſatio fuit ſortita effectum, omnia legitimè & ſolemniter facta præſumuntur.*

6 *In impetratione beneficii non eſt exprimenda diſpenſatio jam per Epiſcopum approbata, & executioni demandata.*

7 *In impetratione beneficij exprimi debent beneficia jam obtenta.*

VErum quidem eſt, omnes illegitimè natos non ſolùm ad beneficia, ſed etiam ad ordines, ipſúmque clericatum, ſine diſpenſatione promoueri non poſſe: *cap. Innotuit 20. de Elect. cap. fin. de fil. Preſbyt.* † ſed tamen illi non ſolùm ex diſpenſatione Pontificia, ſed etiam Epiſcopali redduntur habiles: ex illa quidem, ad omnia; ex hac, ad minores ordines, & beneficia ſine cura: *cap. 1. & ibi Gloſſ. & DD. de fil. Presbyt. in 6.* † Quod ſi Epiſcopus in collatione clericatus, de hac diſpenſatione fecerit mentionem; non erit neceſſe ei, cui ſic collatio facta fuit, docere de aliqua proceſſura judicialiter, aut extrajudicialiter ſuper diſpenſatione facta: cùm de jure præſumatur, collationem ordinum ab Epiſcopo ritè & rectè, & ſervatis ſervandis factam fuiſſe; & ab eo diſpenſationem examinatam. Non enim tenetur Ordinarius procedere in ſimilibus diſpenſationibus in forma judicij; ſed ſufficit ſola informatio extrajudicialis, quando nullus adeſt contradictor, & in commiſſione non adeſt clauſula, *vocatis vocandis*. Pute. *deciſ. 140. n. 1. & 2. in nouis*, aliàs *deciſ. 154.* Gonſal. *ad regul. 8. §. 9. gloſſ. 1. in annot. n. 20.*

Dum igitur Epiſcopus in literis ordinum, ſeu clericatus, nominat promouendum filium naturalem à ſummo Pontifice diſpenſatum, non tenetur promotus juſtificare illam enunciativam; quia in extrajudicialibus, ſemper præſumitur quod interuenerit ſolemnitas ad talem actum requiſita; & quæ ſpectat ad officium exercentis talem actum. Innocent. *in cap. innotuit, ſub numero 4. de eo qui furt. ord. ſuſcep.* Petr. *con. 362. num. 5. vol. 2.* atque ita per Rot. Roman. judicatum fuit, ſuper certa diſpenſatione matrimoniali commiſſa Ordinario, qui aſſenſum præſtiterat contractui matrimonij; quamuis non conſtaret de aliqua verificatione narratorum. Quia, inquit, cùm poſt talem diſpenſationem matrimonium in facie Eccleſiæ celebratum fuerit; præſumendum eſt, literas Ordinario fuiſſe exhibitas, pſúmque ſe extrajudicialiter informaſſe. Rot. *deciſ. 406. n. 1. & 2. part. 1. in recent.* † Et cùm diſpenſatio effectum ſortita fuerit, præſumitur, quod præceſſerit informatio, tanquam neceſſarium antecedens. Rot. *d. loc.* Garz. *de benefic. par. 2. cap. 2. n. 247. & ſeqq.*

Similiter non eſt opus, quod in impetratione beneficij fiat aliqua mentio diſpenſationis iam ſortitæ effectum; & per Ordinarium, dum primam tonſuram contulit, executioni demandatæ: cum omnes actus, qui fiunt in conſequentiam, ſiue ſacros ordines, ſiue beneficia conferendo, fiant tantùm in executionem actus præcedentis. Rot. *in antiq. deciſ. 3. de fil. Presbyt.* Et dubium dumtaxàt intraret, ſi ageretur de obtinenda noua diſpenſatione, quia tunc regula generalis eſt, quòd debeat fieri mentio primæ, ut inferius hoc loco oſtendetur: ſed dum nova diſpenſatio non petitur, impetratio ſine expreſſione diſpenſationis eſt valida: ut dicit Rot. *d. deciſ. 3. de fil. presbyt. in antiq.* Garz. *de benefic. par. 7. cap. 2. n. 73.*

Cauendum tamen eſt, ut non omittatur in impetratione, expreſſio aliorum beneficiorum per impetrantem obtentorum, quia omiſſio talis expreſſionis nullam ſine dubio impetrationem redderet, *c. ſi mens proprio, de præbend. in 6. Clement. 2. de Offic. Ordin. cum ſimil.* Et ſi in hoc erratum fuiſſet, remedium adhibendum eſſet per novam proviſionem. De hoc autem defectu expreſſionis obtentorum, dicemus infra *c. 27. num. 36. & cap. 29.*

CAPVT

CAPVT IX.

De qualitatibus in provisione beneficij exprimendis, & observandis; & quando status vltimus sit attendendus.

SVMMARIVM.

1 *In beneficij impetratione exprimi debet, si residentiam requirat.*
2 *Si ex fundatione collatio fieri debeat oriundo ex certo loco, non valet collatio facta extraneo.*
3 *Capella est incompatibilis cum canonicatu, si illa assiduum seruitium & residentiam requirat.*
4 *Vltimus status in beneficialibus attendendus est.*
5 *Provisiones Apostolicæ non mutant statum beneficii.*
6 *Vltimus status non attenditur, quando constat legitimè de statu præcedenti, nisi probetur præscriptio cum aliis requisitis.*
7 *Quæ sint necessaria, vt status beneficii fuerit legitimè præscriptus.*
8 *Si ob defectum hæredum fundatoris, Ecclesia libertatem acquirat, collatio nihilominus fieri debet habenti qualitates ex fundatione requisitas.*
9 *Præscriptio non est extendenda, sed tantùm præscriptum quantùm possessum.*

CVm ex lege fundationis Capellania continuam residentiam exigeret, nec aliis quàm oriundis ex illo loco, ubi fundatio facta erat, conferri deberet; si non expressè, vel falsò narrata fuerat qualitas residentiæ, collatio hoc ipso nulla erat, præsertim si alteri quàm originario loci illius facta
1 fuisset. † Qualitatem siquidem beneficii requirentis residentiam, omninò exprimendam esse in illius impetratione certum est; aliàs nullam esse collationem. Selua *de benefic. part. 3. quæst. 11. numero* 42. Gonzal. *ad reg. 8. §. 9. num. 30.* Et adest regula Cancellariæ 63. *de expressione qualit. in be-*
2 *nefic. impetr.* † Quod autem attinet ad aliam qualitatem requisitam ex fundatione, quòd beneficium non possit alteri quàm oriundo ex loco conferri, certum etiam est non solum qualitatem illam in impetratione beneficii exprimendam fuisse, sed etiam collationem alteri quam filio patrimoniali, seu oriundo ex loco factam, nullius esse momenti. Garz. *de benefic. part. 7. cap. 15. n. 1. 2. & seqq.*
3 Sed restabat difficultas, quia videbatur quod status illius beneficii mutatus fuisset: cùm per plures annos illa Capellania absque onere residentiæ possessa fuisset: ad quam licèt Capellanus ex fundatione teneretur, quia erat obligatus assistere diuinis officiis in Choro, & ideo non poterat simul cum Canonicatu obtineri: vt ostendit Barbos. *in tract. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 5. num. 28.* Tamen vltimus illius possessor Capellaniam obtinuit simul cum
4 Canonicatu: † certum est autem in materia beneficiali, semper attendendum esse vltimum statum. Rot. *Decis. 49. in antiq. sub tit. de Rescript.* Ferret. *cons. 382. num. 11. & 12.*
5 Quæ tamen difficultas non obstat, tùm quia prouisiones vltimi possessoris erant Apostolicæ, quæ non mutant statum beneficii. Achill. *decis. vlt. de Iurepatr.* Rot. *decis. 421. n. 2. part. 2. recent.*
6 Tum etiam, quia quando constat de legitimo statu præcedenti, non attenditur vltimus status contrarius, nisi probetur legitimè præscriptus, & mutatus spatio quadraginta annorum. Gratian. *discept. forens. c. 574. num. 13. & 14.*

Tum, & denique; quia ad mutandum statum be- 7
neficii, vltra quadragenariam, plura alia requiruntur, nempe potestas, & voluntas superioris, necnon etiam bona fides, & præterea scientia & patientia illorum, qui ex hac status mutatione præjudicium recipiunt, quæ in hoc casu non concurrebant. Adden. ad Ludovis. *decis. 34. num. 20.* Et plenè Rot. coram illustriss. bon. mem. Dunozetto *in Lucana Iurispatronatus de podiis, diebus 23. Martij & 20. Nouembr. 1620.* vbi quod animus Ordinarij non præsumitur fuisse mutandi statum beneficij, quando breue temporis spatium intercessit, & non concurrentibus requisitis, de quibus suprà. Quarum decisionum prior, quæ est sub 23. Martii, inscribitur post tract. Viuiani *de Iurepatr. decis. 29.*

Neque prædictis obesse potest quod mortuo sine 8
hæredibus fundatore, aut aliàs non comparentibus illius successoribus, Ecclesia libertatem acquisierit, & ius conferendi fuerit omnino deuolutum, & translatum in Episcopum. Quia deuolutio ad Superiorem facta intelligitur cum omnibus qualitatibus, oneribus, & conditionibus, quæ ex fundatione requiruntur. Barbos. *de Episcop. par. 3. alleg. 72. numero 119.* Francisc. Marc. *decis. 494. numero 7. part. 1.* Gutier. *cons. 1. numero 31.* Lambertin. *de Iurepatr. in 7. quæst. princip. 3. partis, art. 13. lib. 3.* Garz. *de benefic. par. 10. cap. 3. num. 42.* Et nominatim quoad illam qualitatem requisitam, quod prouisus sit filius patrimonialis: quia † quamuis in cæteris aliqua præscriptio 9
allegari posset, ex eo nihil inferri posset ad istam qualitatem; siquidem tantùm præscriptum, quantùm possessum. Seraphin. *decis. 1404. num. 2.* Barbos. *Axiom. 211. n. 13.*

CAPVT X.

De incompatibilitate officiorum Procuratoris Generalis, & Prouincialis apud Regulares.

SVMMARIVM.

1 *Officium Procuratoris Generalis est incompatibile cum officio, seu munere Prouincialis.*
2 *Capitulum nihil potest statuere aduersus ordinationem Summi Pontificis, & n. 4.*
3 *Capitulum habet manus ligatas per clausulam decreti irritantis.*

PROCVRATORES Generales Ordinis per sum- 1
mum Pontificem in Romana curia, & in curia Christianissimi Francorum Regis deputati; ea lege, vt suis respectiuè fungerentur officiis; vsque ad proximum tunc capitulum generale, quod in brevi celebrari mandabatur; non poterant in capitulo intermedio eligi in Prouinciales, † cùm onus Prouincialis sit incompatibile cum onere procuratoris generalis, nec aliquis religiosus simul & semel duo officia, personalem residentiam requirentia, aut personatum & dignitatem habentia, sine dispensatione obtinere possit, *argum. cap. de multa, de Præbend.* Mirand. *in manual. prælat. regul. tom. 2. quæst. 3. art. 3.*

Renunciatio verò officij Procuratoris generalis, 2

quam facere intendebant Provinciales eligendi, non poterat eos ad provincialatum reddere idoneos, quia cùm ſummus Pontifex juſtis de cauſis mandaverit capitulum generale celebrari anno 1636. in capitulo intermedio quod voluit celebrari anno 1635. mandaverit deputari Provinciales: & quod Procuratores generales in brevi Apoſtolico nominati, eorum Officio fungerentur reſpectivè in Romana curia, & in Regno Franciæ, uſque ad dictum proximum capitulum generale; non potuerunt capitulares, in illo capitulo intermedio derogare Pontificiæ conſtitutioni: nec deputati & approbati à ſummo Pontifice renunciare ſuæ deputationi, niſi interveniente ejuſdem ſummi Pontificis authoritate. Quia quando conſtitutio Pontificia facta fuit ad bonum commune, non poteſt illi per conſenſum capituli, vel particularium derogari, vel ab ea recedi in præjudicium religionis: ut in fortioribus terminis de capitulo generali loquens tradit Mirand. *in manual. prælat. regul. tom. 2. q. 29. art. 8. in 1. & 2. concluſ.* Et eſt communis Doctorum traditio in *cap. cum acceſſiſſent 8. de conſtit.*

3 † Quod tanto magis procedit, quia in Brevi conceſſo à ſummo Pontifice, adeſt decreti irritantis clauſula, adjectâ etiam pœnâ excommunicationis: ob quæ multò minus recedi poteſt à voluntate expreſſa ſummi Pontificis. Covarr. *in cap. quamvis pactum, part. 2.*

4 *§. 2. n. 13.* † Cum ergo tractetur de mera & clara diſpoſitione Papali, nullo modo poſſunt religioſi illi contravenire. Rot. *deciſ. 84. num. 6. part. 1. recentior.* Quamvis ſupradictis ceſſantibus, poſſit religioſus qui fuit electus, & nunquam poſſeſſionem apprehendit, neque adminiſtravit, electioni renunciare; ut aliud officium quod aliàs eſſet incompatibile, conſequatur, maximè ceſſante clauſula decreti irritantis: ut tradit Novar. *deciſ. 66. per tot. part. 1.*

CAPUT XI.

Utrum Epiſcopus poſſit cogere Canonicos ad aſſiſtendum cum cappis, Canonicis aut Dignitatibus divinum officium facientibus. Et utrum Canonici ab hoc gravamine appellare poſſint.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus in Synodo ſtatuta condere poteſt, dummodò non ſint contraria juri communi.*
2 *Epiſcopus ſtatuta ſine capitulo facere non poteſt.*
3 *Statuta & decreta facta in Synodo, dicuntur ſtatuta ſolius Epiſcopi.*
4 *Epiſcopus in condendis ſtatutis requirere debet conſenſum capituli, ſed non tenetur illud ſequi.*
5 *Tractatus capituli pro condendis ſtatutis ſufficit, quod fiat in privatis congregationibus.*
6 *Quæ ſit differentia inter Synodum provincialem, & Diœceſani. Remiſſivè.*
7 *Epiſcopus poteſt pœnam imponere, ubi jus non imponit, vel pœnam juris augere.*
8 *Epiſcopus pœnam excommunicationis imponere poteſt, etiam abſque trina monitione.*
9 *Excommunicationis pœna non debet facilè imponi.*
10 *Conſuetudo Eccleſiæ, circa dilationem capparum, debet obſervari.*
11 *Appellari non poteſt à pœna impoſita per ſtatutum Epiſcopi.*
12 *Appellari poteſt à declaratione pœnæ legis, vel ſtatuti.*
13 *A pœna excommunicationis contenta in decreto, datur appellatio.*
14 *A decreto facto favore cultus divini, non datur appellatio ſuſpenſiva.*
15 *Datur tamen appellatio quoad effectum devolutivum.*

SUpponendum in primis eſt, Epiſcopum ſtatuta 1
condere poſſe, dummodo juri communi non ſint contraria: ut probatur *in cap. quod ſuper his, de major. & obed. capit. exore, §. porrò, de privil. cap. licèt. de off. ordin.* Duenn. *regul. 245.* Barboſ. *de off. & pot. Epiſc. allegat. 93. n. 23.* Tuſc. *litt. E, concl. 351.* † Et quamvis 2
regulariter Epiſcopus ſtatuta condere non poſſit, ſine conſilio ſui capituli: *cap. Epiſcopus, 14. diſtinct.* Barboſ. *ubi ſupr. n. 25.*

Tamen advertendum eſt ſufficere, quod Epiſcopus 3
negotium communicaverit capitulo, prout ſupponebatur in facto; quia Canonici Eccleſiæ Cathedralis de qua agebatur, fuerant (prout eſſe ſolent) præſentes in Synodo Diœceſana. Decreta verò & conſtitutiones quæ fiunt in Synodo, non dicuntur ſtatuta Synodi, neque fiunt à Synodo; ſed à ſolo Epiſcopo, qui ſolus illa ſubſcribit, ſolus publicari mandat, ſolus ad illorum obſervantiam cogit: ut bene oſtendit Ugolin. *in tract. de Epiſcop. part. 2. cap. 47. num. 7.* ubi docet 4
† congregationem Eminentiſſ. Cardinalium, qui Concilii Tridentini interpretationi præfecti ſunt, declaraſſe Epiſcopum in Diœceſana Synodo poſſe conſtitutiones facere, abſque conſenſu & approbatione Cleri: debere tamen requirere conſilium Capituli, licèt illud ſequi minimè teneatur. Quod etiam voluit Stephan. Quarant. *in ſum. bullar. in verb. Synodus Diœceſana.* Et quod plus eſt, † ſufficit quod 5
talis tractatus fiat in privatis congregationibus, dummodo poſtea decreta in Synodo publicentur. Et ad præmiſſa faciunt quæ tradit Sanch. *in tract. de matrim. lib. 8. diſp. 17. num. 33.* ubi † oſtendit differen- 6
tiam inter Synodum Diœceſanam & Synodum Provincialem. Idem voluit Barboſ. *dict. allegat. 93. numero 15. in fin.*

Et prædicta locum habent, non obſtante pœna 7
cenſurarum appoſita in dicto decreto: quia Epiſcopus poteſt apponere pœnam, ubi jus non apponit, vel aggravare pœnam à jure impoſitam, *cap. innotuit, & ibi* Abb. *De eo qui furt. ordin. ſuſcep.* Etiam appo- 8
nendo pœnam excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti abſque trina monitione, licèt illa regulariter requiratur; *cap. ſacro, de ſentent. excommun. & ibid.* Boich. *col. 1.* Henric. Bott. *in tract. de Synodo Epiſc. part. 2. concluſ. 13. n. 106. & 109.*

Meliùs tamen feciſſet illuſtriſſimus Dominus Epi- 9
ſcopus, ſi tam facilis non fuiſſet in laxando pœnam excommunicationis, in qua valde parcum eſſe oportet: cùm tales pœnæ potiùs ſint in laqueum Chriſtianis, quàm in utilitatem: ut notat Bott. *loc. citat. num. 113.* Et ideo cùm aliàs quidam Epiſcopus decretum feciſſet in Synodo, adjectâ pœnâ excommunicationis: Rota Romana pœnam illam non approbavit, dixitque illam non poſſe ſervari, cùm fitilliqueatoria animarum, ut videre eſt in *deciſ. 157. n. 2. par. 2. recentior.*

Et præmiſſa omnia procedunt, poſito quod non 10
probetur conſuetudo dictæ Eccleſiæ, circa delationem quatuor capparum, in contrarium: nempe quod Domini Beneficiati ſint in tali conſuetudine, non aſſiſtendi Canonicis, vel Præpoſito Eccleſiæ diebus ſolemnibus celebranti, vel officium facienti, cum quæ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tuor cappis : si enim contraria consuetudo legitimè probaretur, res non transiret sine difficultate : ex *dicta decisione* Rot. 757. *num.* 1. *part.* 2. *recentior.*

Attamen difficillima erit huius contrariæ consuetudinis, in hac Ecclesia Cathedrali probatio, si eam Præbendati aduersus Canonicos facere intendant; cùm jam à multis annis de tempore quo insignis Iurisconsultus Stephan. Bertrandi viuebat, beneficiati consueuissent assistentiam facere Canonicis & Dignitatibus in officiis solemnibus : ut de hac eadem Ecclesia loquens testatur *consil.* 195. *lib.* 1. *posterior.* quod consilium est totum de hac materia, & valde fauet constitutioni factæ per Illustrissimum Dominum Episcopum.

11 Quibus ita positis, sequitur resolutio dubij, vtùm ab hujusmodi decreto seu constitutione Episcopali appellari possit ; nam à pœna per statutum Episcopi imposita, appellari non potest : Bott. *in d. tract. de Synodo, art.* 1. *concl.* 1. *n.* 115. quia à pœna
12 legis vel constitutionis non appellatur : *c. quia nos* 32. *de appellat.* † Licèt à declaratione pœnæ per statutum Episcopi impositæ, detur appellatio ; quia appellans forsan non fuisset ligatus pœna statuti illius Episcopalis, cùm multi dentur casus, in quibus contrauenientes tali statuto, pœnam non incurrunt. Bott. *dicto loc. numero* 17.

13 Præterea verius videtur, quod à pœna excommunicationis in illo decreto contenta, detur appellatio suspensiua : quia decretum illud excommunicationis pœnam infligens, non videtur obseruandum tanquam illaqueatorium animarum, vt sup. diximus ex *d. decis.* 75. *n.* 2. *par.* 2. *recentior.*

14 Semotâ verò pœna excommunicationis, in reliquis dicta appellatio non debet suspendere executionem, saltem donec Dominus Episcopus fuerit inhibitus : quia agitur de decreto facto propter augmentum cultus diuini ; quo casu, pendente appellatione ; fit prouisio propter fauorem diuini cultus. Rebuff. *de senten. prouision. in præfat. numero* 37. *& num.* 38. *in fin.* vbi dicit, quòd non obstante appellatione, fieri debet seruitium Ecclesiæ per modum prouisionis ; ne cultus diuinus pereat, aut minua-
15 tur ; † sine tamen præjudicio appellationis, quoad effectum deuolutiuum. Sigism. Scacc. *in tract. de appellat. quæst.* 17. *limit.* 26. *num.* 1. *vers. ratio huius limitationis.* Salgad. *in tract. de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 2. *numero* 69.

CAPVT XII.

Parochus Ecclesiæ per aliquot milliaria distantis, an possit lucrari distributiones, anniuersaria, & missas fundatas, deseruiendo saltem per substitutum.

SVMMARIVM.

1 *Distributionum quotidianarum quatuor species.*
2 *Residentia, & præsentia personalis in choro, multum inter se differunt.*
3 *Residentia duplex est ; vna præcisa, & alia causatiua : & quomodo inter se differant.*
4 *Quæ residentia requiratur in simplici præstimonio, vel beneficio.*
5 *Beneficium quod habet onus celebrandi missas, non est incompatibile cum curato.*
6 *Seruitia Ecclesiæ, ex quibus sint inter se compatibilia.*
7 *Beneficia simplicia si sint seruitoria, requirunt residentiam.*
8 *Incompatibilitas consideranda est non respectu tituli, sed respectu seruitij, dum agitur de lucrandis distributionibus.*
9 *Distributiones quæ præstantur pro seruitio personali, dicuntur personales.*
10 *Substitutus non admittitur, quando distributiones præstantur ratione seruitij personalis, etiam in fauorem absentium ex causa studij, vel alia iusta causa.*
11 *Missæ per turnum celebrandæ, non possunt dici per substitutum.*
12 *Statutum recipit interpretationem à jure communi.*

DIstributionum quæ inseruientibus, & diuino officio assistentibus dantur, quatuor sunt species. Prima, quando certus est numerus præbendarum, sed præbendæ non sunt distinctæ. Secunda, quando præbendæ sunt distinctæ, & distributiones dantur de mensa communi residentibus in loco ; quamuis diuinis officiis non interfint. Tertia est earum quæ dantur illis, qui interfunt horis diurnis & nocturnis Ecclesiæ, & choro, actuale seruitium & ministerium sibi competens exhibendo. Quarta continet omnia emolumenta quæ dividuntur, & distribuuntur præsentibus tantùm, & iis qui interfunt certis sacris, piisque actionibus ; qualia sunt anniuersaria, mortuaria, & alia hujusmodi, de quibus in *cap. vnic. de cleric. non residen. lib.* 6. Et has quatuor species distributionum refert & explicat Monet. *de distribut. quotid. par.* 1. *q.* 3. *per tot.* 1

Inter residentiam autem, & interessentiam personalem in choro, etiam quoad distributionum quotidianarum perceptionem, magna est differentia : ex Cæsar. de Grass. *decis.* 5. *de præben. num.* 3. cum pluribus citatis per Monet. *in d. tract. de distr. quotid. par.* 1. *quæst.* 4. *numero* 18. Rot. *decis.* 330. *numero* 2. *par.* 1. *diuers.* 2

Porrò residentia duplex est ; vna præcisa, qualis requiritur in parochialibus, in canonicatibus, & similibus : alia est causativa, videlicet ut clericus teneatur residere sub pœna privationis fructuum, non autem sub pœna privationis tituli ; qualis est ea quæ requiritur in certis capellaniis ; quæ obligant ad interessendum in choro diurnis, nocturnisve officiis, sub pœna privationis emolumentorum. Et similiter dum quis obligatur inservire, quando id sibi iniungitur à Præposito, vel alio superiore ; aut quando obligatur inservire certo tempore, & non continuo : ut bene explicat Rot. *decis.* 489. *num.* 1. *& per tot. par.* 2. *in recentior.* 3

Ex quibus sic suppositis, sequentes eliciuntur resolutiones. Primò quod licèt regulariter residentia, quæ requiritur in simplici beneficio, vel præstimonio, non dicatur præcisa, sed tantùm causatiua ; cùm plerumque seruitium tam missarum, quàm aliorum similium præstari possit per substitutum ; & ideò † beneficium habens onus annexum celebrandi missas, non sit incompatibile cum beneficio curato, teste Gratian. *Decis. March.* 155. Tamen residentia quæ requiritur in Parocho, exigitur præcisa & personalis ; neque potest Parochus curam animarum exercens in loco satis remoto ab Ecclesia parochiali excusari, nó tantùm ab interessentia, de qua nullũ est dubium ; sed nec à residentia in alia nó Parochiali, supposito quod seruitium istius, semper & continuò concurrat cum seruitio Ecclesiæ parochialis. Certum est autem, † 6 quòd 4 5

quòd duo ſervitia dicuntur incompatibilia, quando vno & eodem tempore concurrunt, & eodem tempore requiritur præſentia, & intereſſentia perſonalis in ſervitio vtriuſque. Garc. *de benefic part.11.c.5.n.86. verſ.ſed id de reſidentia.* Maſſobr. *in prax.concurſ.requiſit.1.dub.3.verſ.niſi fortè concurreret.* † Sicut beneficia etiã ſimplicia, quæ aliàs ex generali conſuetudine reſidentiã non requirerent; cã tamẽ exigunt, ſi ſint ſervitoria. Griuell. *deciſ.Dolan.89.n.9.* Incõpatibilitas enim tunc generaliter inducitur, quando nõ poteſt quis ſimul & ſemel vtrique beneficio deſervire: † taliſque incompatibilitas tunc producitur ratione obligationis ad ſervitia ſimul impoſſibilia; cùm nemo naturaliter duobus in locis ſimul & ſemel eſſe poſſit: & potiùs ratione ſervitij, quàm ratione tituli. Garſ. *d.n.86.* Et conferunt tradita per Rot. *Deciſ.140.n.4.& 7.part.4.recentior.* vbi oſtenditur induci incompatibilitatem ex reſidentia & intereſſentia eodem tempore requiſita. Vnde concluditur in caſu duplicis ſervitij eodem tempore requiſiti, adeſſe incompatibilitatem beneficiorum.

9 Secundò colligitur, quòd dum diſtributiones quæ præſtantur in Eccleſia ſatis remota à Parochiali, requirunt ſervitium perſonale, & dantur tantùm ratione miniſterij perſonalis, prout explicat Rot. *d.deciſ. 330.n.2.part.1.diuerſ.* vbi plures alij citantur; & eſt *text. in c.de cætero, ibi, quæ non conſueuerunt abſentibus exhiberi, extr.de Cleric.non reſiden.* Bleyn. *de benefic.tit. de Præſtimoniis, n.16. fol.342.* Tali caſu non poteſt quis deſervire per ſubſtitutum: cùm de jure

10 † non admittatur ſubſtitutus in caſibus, in quibus requiritur ſervitium perſonale: ita ut abſens etiam ex cauſa ſtudij, vel alia juſta de cauſa, non poſſit percipere diſtributiones quotidianas; neque per ſubſtitutum ſervire poſſit: per *text. & DD. in cap. fin.de reſcrip.in 6.* Barboſ. *de Canon.& Dignit.c.25. num.10.* Vbi dicit, quòd nullo caſu abſens poteſt percipere diſtributiones, Miſſis aut defunctorum

11 anniuerſariis applicatas. † Et in puncto quòd Miſſæ quæ per turnum in Eccleſia celebrari debent, non poſſint dici per ſubſtitutum, oſtendit Azor. *Inſtit.moral.part.2.lib.6.cap.8.num.16.* & poſt eum Barboſ. *in cap.ſignificatum, num.4. de præben.*

12 Et licèt ſtatutis dictæ Eccleſiæ caueatur, quòd vno deficiente in ſervitio ſui officij, Oeconomus eiuſdem Eccleſiæ de alio prouideat; non tamen propterea ſequitur, quòd licitũ ſit abeſſe à ſervitio Eccleſiæ ſine cauſa, vel ex cauſa merè voluntaria. † Et ſtatutum omne debet intelligi juxta terminos juris communis. Menoch. *conſ.187.n.29.& 31.* Cùm illud ſtatutũ non ſit juris communis correctorium, nec ſit juri contrarium, ut per eundem *num.31. in 2.& 3.caſu.*

CAPUT XIII.

De tempore intra quod capi debet in Gallia poſſeſſio beneficij. Et de prævia Ordinarij approbatione neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio beneficij in Gallia capi non debet, niſi præcedat approbatio perſonæ ab Ordinario.*

2 *Prouiſus debet ſe ſiſtere perſonaliter coram Ordinario, antequam beneficij poſſeſſionem apprehendat.*

3 *Signatura in* forma dignum, *nihil aliud eſt quàm mandatum de prouidendo.*

4 *Poſſeſſionem capiens abſque prævia Ordinarij approbatione, eſt intruſus in illo beneficio.*

5 *Approbatio proviſi facta ab Ordinario per epiſtolam, non valet, ex Regia ordinatione in Gallia.*

6 *Vicarius foraneus, non poteſt examinare proviſum in* forma dignum.

7 *Recuſante Ordinario exequi literas in* forma dignum, *quo remedio in Gallia vtendum ſit.*

8 *Appellari poteſt à recuſatione Ordinarij, cui fuit data commiſſio in* forma dignum.

9 *Intra quod tempus capi debeat poſſeſſio beneficij in Gallia & fieri publicatio, & numero 13.14. & 15.*

10 *Beneficium habetur pro derelicto, ſi eius poſſeſſio intra triennium capta non fuerit, & n.13.*

11 *Poſſeſſio poſt ſex menſes in Gallia ſi capta non fuerit, viuente reſignante, vel ſi adſit fraudis ſuſpicio, non ſuffragatur.*

12 *Verus intellectus & præxis regulæ,* de Publicand. reſignat. *in Gallia.*

13 *Beneficium, cuius poſſeſſio intra triennium capta non fuit, amittitur, etiam in odium proviſi per obitum.*

14 *Publicatio proviſionis factæ in curia per reſignationem, debet fieri intra ſex menſes; ſi vero extra curiam, intra menſem.*

15 *Tempus publicationis numeratur à die datæ.*

16 *Poſſeſſio viuo reſignante capienda eſt.*

17 *Vt beneficium reſignatum vacet per obitum, tria requiruntur.*

18 *Tempus ad publicationem aſſignatum, non eſt ſubſtantiale in Gallia.*

19 *Qui non publicavit poteſt moram purgare, in Gallia.*

20 *Publicatio poteſt fieri in Gallia per aquipollens.*

INdubitatum eſt apud Gallos reſignatarium poſſeſſionem beneficij capere non poſſe, niſi præcedat approbatio, ſeu, ut dicunt, *viſa* Ordinarij, aut illius Vicarij generalis, juxta formam ordinationis Bleſenſis *art.12.& 13.* & Melodunenſis *art.14.* † Nec ſufficit ad Epiſcopum ordinarium ſcripſiſſe pro habendo illud *viſa*, ſeu approbatione: quia proviſus ipſe perſonaliter coram eo ſe præſentare tenetur, illique ſignaturã ſuam exhibere, ante quã exhibitionem & præſentationem, executor in *forma dignum* nullam habet juriſdictionem, quoad illa quæ ſuam commiſſionem concernunt. Quia licèt executori ſeu cõmiſſario in *forma dignum* juriſdictio quætatur à die datæ reſcripti; illam tamen exercere non poteſt ante præſentationem illius. Ricc. *collect.1588.* Garſ. *de benefic.par.6.c.2.n.7.& multis ſeqq.* † Conditionalia ſi quidem ſunt huiuſmodi reſcripta; eandémque vim habent, quam mandatum de providendo: & per conſequens approbatio Ordinarij eſt vera proviſio. Quia licèt Ordinarius de validitate, vel invaliditate proviſionis cognoſcere non poſſit; tamen ad eum ſpectat de capacitate, vel incapacitate proviſi judicare: quâ capacitate per eum cognitâ, verificatur conditio appoſita in reſcripto; & confertur per ipſum jus incommutabile illi, qui ſignaturam obtinuit: ut explicatur apud Tornet *in arreſt.benefic.litt.B, n.25.* † Vnde ſi reſignatarius caperet poſſeſſionem beneficii reſignati, ante obtentum *viſa*, ſeu approbationem Ordinarij; eſſet in illo beneficio intruſus, itaut non poſſet frui beneficio regulæ de triennali, ut explicat Theuen. *ad ordinat. Reg.lib.1.tit.21. art.4.verb.poſſeſſion.* Louët *litt.P.num.25.* Et per conſequens reſignatã

gnans redire posset ad beneficium resignatum, attento quòd resignatio facta fuit in favorem: ut alibi dicemus.

5 Constat ex supradictis, quod epistola scripta per Episcopum ad resignatarium, per quam declarat se illius personam ad beneficium, de quo agitur, obtinendum, omninò approbare; non sufficit pro observatione Regiæ ordinationis, per quam requiritur ut provisus personaliter coram Ordinario se sistat: dictáque ordinatio continet verba præcisa & conditionalia: *Ne pourront prendre possession des benefices, ny s'immiscer à la jouyssance d'iceux, sans estre prealablement presentez à l'Ordinaire, pour subir l'examen & obtenir le Visa, lequel ne pourra estre baillé sans avoir veu & examiné ceux qui seront provenuz: & dont ils seront tenus faire mention expresse.* Hoc est: non poterunt capere possessionem beneficiorum, nec se immiscere in fruitione ipsorum, nisi priùs se præsentaverint Ordinario ad subeundum examen, & obtinendum *visa*; quod dari non poterit nisi priùs visis & examinatis provisis: & de hoc tenebuntur expressam facere mentionem.

6 Nec sufficit, quòd hujusmodi personalis compartitio fiat coram Vicario foraneo, cùm talis Vicarius non sit judex ordinarius, sed dumtaxat delegatus; cùm non à jure, sed ab Episcopo jurisdictionem habeat. Sanch. *de matrim. lib. 3. disput. 29. n. 10.* Et ideo ordinatio exigit, ut præsentatio fiat coram Episcopo, vel Archiepiscopo diœcesano & Ordinario, vel in
7 eorum absentia, coram ipsorum Vicario generali; † à quib. præcisè approbatio, vel reprobatio debet obtineri. Et hac de causa cùm Ordinarius civitatis Parisiensis noluisset concedere suam approbationem, seu *visa*, & ab ejus denegatione fuisset appellatum ad curiam Parlamenti tanquam ab abusu (prout practicatur in Gallia, ubi talis appellatio sic nominatur) Senatus mandavit appellanti, ut recurreret ad Episcopum, aut illius Vicarium, à quo approbationis vel rejectionis obtineret attestationem: ut ex Bergeron. notavit Tornet *in recolec. arrest. litt. C, n. 43.*

8 Quòd autem attinet ad appellationem, quæ interponi debet in casum denegationis sui *visa* per Ordinarium factæ; non est dubitandum quin ad summum Pontificem, aut ad Legationem in locis ubi ejus facultates sunt receptæ, recurri & appellari possit: quia tunc non tractatur de validitate aut invaliditate provisionum, per summum Pontificem in curia Romana factarum: sed tantùm de justitia, vel injustitia recursus interpositi, ut colligitur ex notatis per Garz. *de benefic. part. 6. c. 2. n. 81. & multis seqq.* Ubi ostenditur hujusmodi appellationes, etiam ad Nuncios Apostolicos interponi posse; si de causis beneficiabilibus cognoscendi potestas ipsis, in eorum facultatibus, concessa sit: qualem sine dubio habent Legati & Vicelegati Avenionen.

9 Habita verò approbatione Ordinarij possessio beneficij resignati capienda est, & publicanda resignatio juxta regulam Cancellariæ *de publicand. resign.* quæ est una ex regulis in Gallia receptis: idque intra sex menses; circa quorum computationem variæ fuerunt sententiæ, nonnullis existimantibus illos à die præstiti consensus computandos; aliis à die admissæ resigna-
10 tionis, ut notat Theven. *ad ordin. Reg. lib. 1. tit. 25. art. 1. in verb. En la forme qui s'ensuit.* † Verè tamen hoc in Gallia observatur, quòd possessio beneficij resignati, non solùm intra sex menses regulæ capi potest, sed etiam post, dummodò intra triennium: quo elapso, beneficium tanquam dimidium, & pro derelicto habitum, non amplius spectat ad provisum, qui omne jus suum amittit, tam quoad possessorium, quàm quoad petitorium: per text. & gloss. *in capite 1. in verb. tenentur, de pacific. possessor.* Peleus *lib. 1. action. forens. capite 40.* † Sed quoad sex menses, non ob- 11
stante eorum lapsu, semper & quandocunque in Gallia possessio capi potest, dummodò capiatur intra triennium, ut mox dictum fuit; & dummodò resignans sit vivus, ut probatur ex regula, quæ utitur hac clausula *si postmodum*: dummodo etiam nulla fraudis conjectura vel præsumptio colligi possit. Et ideo consultius erit, possessionem aliquo saltem ante resignationis obitum tempore, captam esse. Quæ omnia explicat Theven. *d. artic. 1. tit. 25. in verb. La prinse de possession.* Peleus *in comment. Analyt. cap. 32. in princip.* Hodie autem ex edicto Ludovici XIII. possessio capienda est per duos dies integros ante mortem resignantis; ut in *articulo 17. dictarum ordinationum.*

Ut autem vera praxis regulæ de publicandis resi- 12
gnationibus habeatur, juxta observantiam curiarum Galliæ; sciendum est in primis, quod licèt de jure communi nullum esset præfixum certum tempus ad publicandas resignationes, & capiendam possessionem: † nihilominus si provisus per resignationem, 13
beneficij resignati possessionem per triennium apprehendere neglexerit, præsumitur illud habuisse pro derelicto, & ab omni suo jure cadit: ut supra diximus *n. 10.* & ultra ibi citatos testatur Boër. *dec. 312. num. 1. & 24. n. 3.* Peleus *lib. 1. action. forens. cap. 29. & actione 40.* qui loquuntur de quocumque proviso, etiam per obitum: & probatur per text. *in cap. 1. de pacific. possess.* & ibi Gloss. *in verb. triennio.* † attamen 14
quando agitur de beneficio resignato, cautum est per regul. Cancell. *de public. resign.* quæ una est ex illis quæ in Gallia sunt receptæ, ut publicatio talis resignationis fiat intra sex menses, quoad resignationes in curia Romana factas subsequutâ provisione in eadem curia; intra verò mensem unum, si agatur de proviso in Legatione per resignationem, quia mensis datur proviso extra Romanam curiam, cujus curiæ appellatione Legatio non continetur, ex Rebuff. *in regul. de public. resign. glos. 6.* Petr. Greg. Tholos. *in instit. benefic. cap. 32. num. 19.* † Quod tempus à die da- 15
tæ supplicationis seu provisionis computandum esse Rebuff. censuit in explicatione *d. regulæ de public. resign.* Licèt contrarium teneat Gomez: qua de re supra egimus *hoc cap. n. 9.* † Et hæc de capienda intra 16
triennium possessione intelligenda sunt, ut locum habeant vivente resignante; eo enim mortuo, resignatario capta possessio minimè suffragatur. Papon. & ibi adden. *lib. 3. tit. 1. art. 6.* Theven. *d. lib. 1. in ordin. Reg. tit. 25. in 3. verb. La prinse de possession.* Quamdiu autem vivit resignans, possessio intra triennium capi potest; nec in Gallia observatur *definitio Codic. Fabr. 59. sub tit. de sacrosan. Eccles.* Quia quamvis intra tempus regulæ, publicatio resignationis facta non fuerit; sufficit ipsam intra triennium, vivo tamen resignante, factam fuisse. † Et in summa, tria copu- 17
lativè in Gallia concurrere debent, ad hoc ut beneficium resignatum vacet per obitum. Primò, quod non fuerit facta publicatio resignationis. Secundò, quòd non sit capta possessio beneficij resignati. Tertiò, quòd resignans post sex menses in curia, vel post mensem extra curiam, mortuus fuerit: & non solùm mortuus fuerit: sed quòd tempore obitus esset adhuc in possessione beneficii resignati. Petr. Greg. *in instit. rei benefic. cap 31. num. 22.* Et uno ex his tribus deficiente, beneficium non vacat per obitum, sed per resignationem. Gomez *add. regul. de public. quæstion. 15.* Peleus *in comment. Analyt. cap. 32. numero 37.* Ratio est, quia regula formaliter & conditionaliter

ditionaliter requirit obitum reſignantis, per illa verba, *ſi poſtmodum*: ceſſante ergo conditione, ceſſat diſpoſitio; & res redit ad terminos juris communis, quo nullum capiendæ poſſeſſioni tempus conſtitutum eſt: ut ſupra diximus ex Boër. *d. deciſ.* 312. *num.* 1.

18 Tempus verò regulæ non habetur in Gallia pro ſubſtantiali, & limitativo facultatis publicandi: ſed dumtaxat ne mora committatur, & beneficium vacet per obitum reſignantis, ſi intra tempus regulæ illum mori contingeret. Tempus enim à regula præfixum facit, ut ſi reſignans intra illud obierit, non tamen ex eo beneficium vacare cenſeatur per obitum; ut patet ex illa clauſula, *ſi poſtmodum*. Et ita tenet Rebuff. *in d. reg. num.* 12. *verſ. Et per iſtum textum*. Gomez *in præfat. in illis verbis*. † Adeo quòd ſi reſig-
19 nans decederet infra ſex menſes, beneficium vacaret per reſignationem, & non per obitum: ſed lapſo tempore regulæ, reſignatarius poteſt in Gallia moram purgare, & periculum mortis prævenire publicando, & poſſeſſionem capiendo, dummodò intra triennium. Papon. *d. lib.* 3. *tit.* 1. *art.* 6. & ibi adden.
20 † Imò quod plus eſt, loco publicationis ſatis eſt, ſi poſſeſſio publicè capta fuerit, & ad majoris partis populi notitiam devenerit; quæ in Gallia pro publicatione habetur: ut oſtendit Theven. *d. tit.* 25. *in verb. la prinſe de poſſeſſion*. Et ita aliàs conſului anno 1639. pro quibuſdam Dominis Arelatenſibus, & ſic fuit obſervatum.

CAPUT XIV.

De tacita profeſſione, & de alimentis, ac dote Moniali non profeſſæ è Monaſterio exeunti, reſtituenda.

SUMMARIUM.

1 *Tacitæ profeſſionis præſumptio excluditur per continuatam delationem habitus Novitiorum diſtincti ab habitu profeſſorum.*
2 *Habitus Novitiorum quando dicatur diſtinctus ab habitu profeſſorum.*
3 *Vtrum Monaſterium petere poſſit à Novitio exeunte expenſas pro ejus alimentis factas.*
4 *Monaſterium nihil petere poteſt à Novitio, ne liber ejus exitus impediatur.*
5 *Dos ſpiritualis, mortuâ moniali, non tranſit ad hæredes.*
6 *Dos ſpiritualis reſtituitur moniali ob profeſſionis nullitatem, aut aliàs licitè exeunti.*

IN Monaſterio diſtinctus erat habitus profeſſarum monialium & novitiarum. Et cum virgo quædam nobilis per plures annos novitiarum geſtaſſet habitum, nec unquam actibus capitularibus interfuiſſet, nullóſque alios actus profeſſis ſolis convenientes exercuiſſet, ſemperque pro novitia ſe geſſiſſet: Dixi non poſſe in ea aliquam tacitam profeſſionem præſumi, † quæ locum non habet, niſi concurrat geſta-
1 tio habitus profeſſarum diſtincti ab habitu novitiarum: *cap. qui verò, de regular. in* 6. Eman. Roderic. *tom.* 3. *quæſt. regul.* 17. *art.* 1. quem ſequitur Hieron. Roderic. *quæſt. regul. cap.* 101. *num.* 53. Sanch. *in præcep. decal. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 24. Et probatur in *cap. ad noſtram, de regular. & cap. conſtitutionem, eod. tit. lib.* 6. Menoch. *conſ.* 396. *n.* 16. & in *tract. de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 83. *num.* 25. Gratian. *diſcep. forenſ. c.* 640. *n.* 20. *& ſeqq.* † ubi dicit, quod triplex eſt habitus. Quidam 2
omninò diſtinctus, nempe quando novitii habitu alio utuntur, alio autem profeſſi: alter eſt indiſtinctus: tertius indiſtinctiſſimus. Primo caſu, qui noſtro convenit; aut diſtinctio eſt latens, aut patens, veluti in colore, ſciſſura, vel forma: ſi diſtinctio eſt patens, etiamſi quis deferat habitum per viginti annos, non tamen ex eo cenſetur profeſſus.

Præſuppoſito igitur quod virgo illa poſſet, uti non 3
profeſſa expreſsè nec tacitè, à Monaſterio recedere: dum quæreretur utrùm Monaſterium, alimenta illi per plures annos præſtita, jure repetere poſſet: Reſpondi diſtinguendum eſſe. Primò enim, ſi ſervitia per Novitiam Monaſterio præſtita, erant æquivalentia alimentis ipſi præſtitis, certum eſt Monaſterium repetere non poſſe: & æquivalentia erant in caſu propoſito, quia puellæ illius obſequio Monaſterium indigebat; & ſi illam non habuiſſet, ſimilem impenſam pro alia vel novitia vel profeſſa facturum omninò fuiſſet, cùm numerus perſonarum in illo Monaſterio, ex tenore fundationis certus & determinatus eſſet requiſitus; & ideò repetitioni alimentorum locus non erat: ex iis quæ tradit Sanch. *in præcep. decal. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 2.

Quando verò ſervitia per Religioſum vel Reli- 4
gioſam reddita monaſterio, non attingunt valorem alimentorum illi præſtitorum; licèt major videatur dubitandi ratio, non tamen hoc etiam caſu monaſterium quidpiam à novitio exeunte petere poteſt, ſub prætextu alimentorum illi præſtitorum; ne ſub eo prætextu liber exitus novitiorum à monaſterio impediatur, aut retardetur: ut Doctores unanimi conſenſu tenent, & inter cæteros Gemin. *in cap.* 2. *n.* 5. *lib.* 6. Philip. Franc. *in d. cap. final.* Nicol. de Vbald. *in tract. de ſucceſ. ab inteſt. regular. in* 2. *part. n.* 10. *in fin.* Eman. Roderic. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 12. *verſ. circa eandem conſtitutionem*. Barboſ. *in cap. ſtatutum* 23. *num.* 2. *de regular.*

Et ſecundùm hæc judicatum fuit in ſuprema Curia Parlamenti Auriacenſis, inter Nobilem Mariam filiam Domini du Fles, & condomini Sancti Romani; & Monaſterium Sancti Andreæ.

Conſtabat enim quod illa, obſequia ſolita præſtiterat quandiu manſerat intra monaſterium, quæ propterea cum alimentis erant compenſanda: ad inſtar pupilli erga tutorem. Gloſſ. fin. *in l. quod ſi artificem, ff. de re, judic. l. ſi paterno affectu, & ibi Doct. res, Cod. de negot. g. ſt.* Munnoz *de ratiocin. cap.* 22. *n.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 39. *num.* 17. Idem ergo dicendum in Monacho, quia qui altari ſervit, de altari vivere debet: *cap. cum ſecundum, de præb.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 75. *n.* 1. Etiam lite pendente ſuper validitate profeſſionis. Idem *d. tit.* 1. *quæſt.* 128. *num.* 10. *& 11.* Et ſicut pater putativus alimenta filio præſtita non repetit, Bartol. *in l.* 1. *§. competit, ff. ſi mul. vent. nom.* Natt. *conſ.* 108. Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, ff. de liber. agnoſ. num.* 39. ita & monaſterium erga dictam Dominam Mariam, quæ communi opinione habebatur pro Religioſa, cùm tamen nondum eſſet profeſſa.

Nec in contrarium faciunt tradita per Sanch. *in præcep. decal. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 5. quem alii ſequuntur; dum conſtituit differentiam inter novitios & novitias: quia loquuntur in caſu pacti expreſſi facti in ipſo actu receptionis novitiæ, de ſolvendo expenſas victus, & veſtitus ipſius. Et præterea doctrina illa, necnon tradita per Barboſ. *de Iure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 177. procedunt in ea, quæ intra annum probationis moritur, vel recedit; non autem in ea quæ

quæ communiter pro Religiosa habeatur, & omnia obsequia sicut aliæ Religiosæ, Monasterio consueverat reddere. Et propterea ita, ut supra dictum est, fuit judicatum.

Quod autem de alimentis moniali è Monasterio exeunti restituendis dictum est, eadem ratione, imò & multò fortius in restitutione dotis, per ipsam monasterio tempore ingressus assignatæ, statuendum est: non ex eo quod soluto matrimonio spirituali
5 dotis restitutioni locus sit, † cùm non sit eadem hujus dotis ratio, cum dote carnalis matrimonij; eo quòd mortuâ Religiosâ, non ad ejus hæredes dos transeat, sed in ipso monasterio remaneat: ut concludit Sanch. *in præcep. decal. lib. 7. cap. 9. num. 23.*
6 idque potius ex vi generalis consuetudinis, quàm ex dispositione legis, ut ibi Author advertit: † sed ex eo quia monacho, aut moniali licitè post professionem exeunti, omnia per eam delata vel oblata, sint ipsi aut ejus hæredibus restituenda; sive professionem nulliter emiserit, sive alio modo (licitè tamen) è Monasterio recesserit. DD. in *cap. quod te*, maximè Abb. *num. 5. & 6. de cleric. conjug.* Natt. *cons.* 180. *num.* 3. Menoch. *cons.* 184. *num.* 13. tanquam cessante causa fina i propter quam dos constituta fuit. Gratian. *discept. forens. cap. 96. num. 24.* Atque ita fuit decisum.

CAPUT XV.

De concursu plurium Executorum, ad puellas dotandas testamento deputatorum; & quis ex illis præferendus sit in nominatione quoad possessorium.

SUMMARIUM.

1 *Commissio data pro executione facienda uni ex duobus, censetur cuilibet data in solidum.*
2 *Amplia, licèt unus ex duobus executoribus esset alio dignior.*
3 *Inter plures executores datos in solidum, præfertur ille qui prævenit, & num. 5.*
4 *Inter plures judices in solidum datos, locus est præventioni.*
6 *Executor testamenti qui prævenit, præferendus est in exquendo.*
7 *Vno executorum nolente, aut negligente, alius solus exequi potest.*
8 *Iuri accrescendi vel non decrescendi locus est inter plures executores testamentarios.*
9 *Præsentatio unius ex compatronis, alterius jura coadjuvat. Limita ut ibidem, & infra n. 12. in fine.*
10 *Executores testamentorum censentur juri suo renunciare, si intra annum non acceptent munus sibi demandatum.*
11 *Executores deputati pro administratione dotis puellarum nubilium, & illarum nominatione, æquiparantur executoribus testamentorum.*
12 *Possessionis magnum est commodum.*
13 *Actus gesti per antecessorem in beneficio, prosunt successori.*
14 *Manutentio datur in quasi possessione eligendi & nominandi puellas, ex eleemosina dotandas.*
15 *Quando non sit opus articulare scientiam in possessorio.*
16 *Scientia præsumitur ex temporis diuturnitate, & actibus multiplicatis.*
17 *Actus non dicitur facultativus, nisi de hoc clarè constet.*
18 *Possessio privativa ex quibus probetur.*

TEstator relictâ cujusdam operis pij pro puellis nuptui tradendis administratione Capitulo certæ Ecclesiæ, mandavit distributionem fieri intervenientе consensu unius ex duobus ejusdem Ecclesiæ præcentoribus. Hanc administrationem primi præcentores qui extra Civitatem habitare solent, per annos sexaginta à morte testatoris elapsos neglexerunt, solis secundis præcentoribus administrantibus, & omnes actus administratorios exercentibus. Unde, dum quæreretur utrùm post tanti temporis spatium, primus præcentor secundum in sua quasi possessione dictæ distributionis, seu administrationis turbare posset? Respondi non posse: imò secundum præcentorem in possessorio esse fundatum. † Siquidem hoc in jure indubitatum est per illam clausulam, *Vni ex præcentoribus*, utrique ipsorum concessam fuisse præeminentiam in solidum, in executione & distributione, ac interventione in administratione prædicti operis. Menoch. *lib. 2. præsumpt. 18. num. 35.* Barbos. *de clausul. cap. 125. num. 6.* Ita ut unus sine alio interveniendi facultatem habeat. Vantius *de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. num. 179.* † Idque non obstante quod eorum unus altero sit major, & nuncupetur primus præcentor: quia quando unus est major seu dignior, & alter minor seu minùs dignus, si uterque potest æquè principaliter adiri, tunc etiamsi major esset præsens, non tamen fileret minor propter præsentiam majoris: *cap. cùm Ecclesiam, de offic. Ordin.* Bald. *in l. 1. §. Consulis, ff. de offic. Consul.* Unde duæ inferri possunt conclusiones. Prima, † quod locus est præventioni inter duos illos Præcentores; ita ut qui ex illis præoccupavit administrationem, seu præeminentiam ipsius, ille solus continuare debeat. Menoch. *d. lib. 2. præsumpt. 18. numero* 37. Valent. *d. numero* 179. † Ubi dicit, quod si plures dati sunt judices, ita ut inter ipsos locus sit præventioni, quod factum dicitur si commissio uni ipsorum, vel cuilibet ipsorum data sit; tunc si unus præoccupaverit, alter se immiscere non potest. † Idemque in pluribus Judicibus executoribus determinat Rot. *decis. 783. num. 3. part. 3. recentior. per text. in cap. cum plures, de offic. deleg. in 6.* Quod etiam probatur per text. *in d. l. 1. §. Consulis, ff. de offic. Consul.* Ubi dicitur, quod qui apud unum ex Consulibus nomina edidit, apud alium Consulem manumittere non potest. Ex quo ibidem ad multa infert Bartol. & nominatim *num. 7.* Ubi dicit quod si Episcopus duos habeat Vicarios, causa cœpta coram uno non potest continuari coram alio. † Et quod ibi dicitur de Consulibus, Vicariis, Judicibus, & similibus; idem pariter de executoribus testamentariis statuendum est: ut dicit Bald. *cons. 473. post med. vers. sed habemus, lib. 2.*

Secundò infertur, quod uno ex præcentoribus absente, vel exequi nolente, potestas ad alium solum devoluitur, per text. *in cap. Religiosus, §. sanè, de treguis in 6.* Paria enim sunt quod unus sit executor, vel quod sint duo, quorum unus exequi non vult, vel non potest. Mich. Grass. *in §. executor ultimar. volunt. quæst. 4. n. 4.* Dilect. *de art. testand. tit. 7. cant. 8.* Gratian. *discept. forens. cap. 812.* Tusc. *lit. E, conclus. 534. n. 18.* † Quia inter plures executores locus est juri accrescendi, seu non decrescendi. Bellon *de jur. accresc. cap. 6. quæst. 27.* Et in terminis nomina-

tionis puellarum dotandarum, Rot. *deciſ.213.num.3. part.5. recentior.* Tota igitur devoluta eſt nominandi facultas ad ſecundum præcentorem, ob primorum
9 negligentiam, durante tali temporis ſpatio: † ſicut dicitur de patrono qui vidit ſolùm compatronum præſentare per plures annos; nam per tanti temporis intervallum tacens, jus ſuum deſerere videtur. Rot. *deciſ.251.n.4.part.2.recentior.* Quod multò magis in
10 executoribus locum habet, † qui munus ſuum intra annum acceptare tenentur; aliàs illi renunciaſſe præſumuntur. Bald. *conſ.287.n.4.verſ.quintus caſus, vol.4.*
11 † Quod autem de executoribus dicitur, idem & de nominatoribus puellarum dotandarum ſtatuendum eſt; ad effectum ut unus per alium removeri poſſit. Gratian. *diſcept. foren. cap.522. num.3.*

12 Sed cùm magnum ſit commodum poſſeſſionis, §. *retinendæ, Inſtit. de juriſdict.* dictique primi præcentores non ſolùm propter decem, imò & propter ſexaginta annorum negligentiam, animo deſtiterint, ex traditis per Rip. *in cap. cum Eccleſia, num.11. in fin. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Poſt. *in tract. de manuten. obſer.58. num.2. & 3. cum ibi citat.* non poterit de-
13 negari ſecundo præcentori manutentio: ſive tales actus ab ipſo, ſeu ab ejus anteceſſoribus in hoc beneficio facti fuerint. Rot. poſt tract. Poſtij *de Ma-*
14 *nuten. deciſ.194. num.13.* † Nam quod manutentionis remedia competant perſonis, ad electionem puellarum dotandarum deputatis, fuit deciſum per Rot. *poſt dictum tract. de manuten. deciſ.250. num.1. & ſeqq. & deciſ.242. n.2. part.5. recentior.* Poſt. *in d. tract. obſerv.10. num.47.* † Adeo ut non ſit opus hoc
15 caſu, probare ſcientiam primorum præcentorum, cùm ſecundi titulum habeant, uti comprehenſi in nominatione teſtatoris; quo caſu, ſcientia adverſarij non requiritur, ad obtinendum in judicio manutentionis. Caſtrenſ. *in l. ſervitutes prædiorum 14. num.9. in fin. ff. de ſervitut.* Ubi dicit, hoc eſſe perpetuò menti tenendum. Seraph. *deciſ.1213. num.5. in fin. verſ. Et poſtremò.* Rot. *deciſ.533. num.3. circa med. part.2.*
16 *recentior.* † Præterea ſcientia primorum præcentorum, præſumitur ex diuturnitate temporis, & actibus continua ſerie multiplicatis. Burat. *deciſ.222. num.6. & deciſ.604. num.8.*

17 Neque exiſtimandum eſt, hîc tractari de actibus facultativis. Quia facti ſunt in vim tituli præcedentis, & per longiſſimum tempus continuati: & in dubio danda eſt manutentio, ſi non clarè conſtet de actibus facultativis, quod ſint tales. Adden. ad Ludoviſ. *deciſ.162. litt. C.*

18 Rurſus poſſeſſio hujuſmodi non cumulativa, ſed privativa dici debet; cùm non conſtet de aliquo initio poſſeſſionis primorum præcentorum: & ſic ſecundi non poſſunt dici poſſidere nomine illorum, qui nunquam poſſidere cœperunt. Poſt. *obſer.73. num.37. & 38.* Tum etiam propter tanti temporis continuationem, quæ facit, ut poſſeſſio privativè & jure proprio facta cenſeatur: & quod primi præcentores, animo dereliquerint poſſeſſionem, Poſt. *obſervat.73. num.43.* Et diximus *ſup. num.9. & 12.*

Sed ſi negotium decidendum eſſet in petitorio, quæſtio eſſet altioris indaginis, videndum enim eſſet an anteceſſores potuerint ſucceſſoribus in beneficio præjudicare, dùm agitur de jure quod habet tractum temporis ſucceſſivum: juxta notata infra *cap.88. n.5. hoc lib.* 1. utrùm ſupra dicta procedant in actibus qui ſunt reiterabiles, & alia multa quæ ſunt extra materiam poſſeſſorij.

CAPUT XVI.

Quando diſtributio legati pij facienda eſt in certum opus, reſiduum verò hoſpitali ſolvendum, ſi contingat legatum diminui aliquo caſu poſtea ſuccedente, an omnia legata pia pro rata debeant minui, an verò illud quod de reſiduo præſtari debet.

SUMMARIUM.

1 *Merus executor legati pij, quis dicatur.*
2 *In dubio is qui legatum pium diſtribuere debet, dicitur merus executor.*
3 *Reſidui appellatione quid comprehendatur.*
4 *Diminutio legati poſtea contingens, cedit damno ejus cui reſiduum præſtandum eſt.*
5 *Merus executor eſt nudus miniſter, nec teſtatoris diſpoſitionem excedere poteſt.*

UT à propoſita diſtributionis pij legati materia minimè recedamus, alius caſus tractandus eſt ſecundùm quem fuit judicatum: nempe quando teſtator certos annuos reddidus, in pios uſus per quandam confraternitatem diſtribui mandavit, reſiduum verò hoſpitali perſolui: ſi diminuti fuerint illi reditus propter ſubſecutas evictiones, damnum ſolius hoſpitalis, cui reſiduum præſtari debuerat, jacturæ cedere debere. † Nam iſti confratres erant meri exe-1
cutores. Rot. *deciſ.425. numero 1. & num.10. verſ. prout nec etiam relevat, part.4. recentior.* † Tum etiam quia quotieſcunque agitur de legato pio, cauſa fina-2
lis cenſetur eſſe ipſum legatum pium: & ſic relictum cenſetur duntaxat factum mero executori Ludoviſ. *deciſ.544. num.42. verſ. prout etiam cenſetur.* Unde cùm voluntas teſtatoris ſit expreſſa, ut hoſpitale nihil habeat, niſi reſiduum quod ſupereſſet poſt certas & determinatas præſtationes; ſequitur † appellatione reſidui id ſolùm contineri poſſe, quod 3
ſupereſt poſt ſolutionem certorum illorum onerum, in teſtamento expreſſorum: itaut ſi nihil ſupereſſet poſt ſolutionem onerum, nihil prorſus hoſpitali deberetur, *l. quod ſi Mævius 80. ff. de hæred. inſtit. l. cæterorum, & ibi DD. ff. de verb. ſign.* † Et ſi quæ 4
diminutio de præterito evenerit, vel contingat in futurum, illa fieri non debet de certis & determinati piis operibus, per teſtatorem ſpecificatis; ſed de reſiduo hoſpitali reliquo duntaxat: ut decidit Alexand. *conſ.216.* Magiſter Albert. *num.4. lib.7.* quem citat & ſequitur Tuſc. *lit. R, concluſ.255. num.9.* † Unde ſequitur quod Domini Rectores illius con-5
gregationis ſeu confraternitatis, non potuerunt in aliquo derogare voluntati teſtatoris, nec plus affgnare Hoſpitali, quàm illi relictum fuerit; cùm merus executor ſit nudus miniſter voluntatis teſtatoris. Rot. *deciſ.391. num.2. part.1. recentior.* reperitata apud Ludoviſ. *deciſ.544. num.3.* Ea ratione, quia nudus miniſter non ſe repræſentat, ſed ſolum teſtatorem. Bald. *in l. ſi quis Titio, numero 3. ff. de legat.2.*

Et de materia videndus Burat. *deciſ.432. num.7.* Gratian. *diſcept. for. cap.446. & 563. & 666. num.7.* Marta *de ſucceſſ. leg. part.4. q.15. num.19.*

CAPUT

CAPUT XVII.

De interpretatione ordinationis Regiæ circa præbendas præceptoriales. Et ad quem spectet electio, seu deputatio magistri scholarum, de jure communi.

SUMMARIUM.

1 *Præbendarum præceptorialium provisio, quomodo fieri debeat ex Concilio Tridentino, & ex Regia ordinatione.*
2 *Voces quomodo computari debeant in deputatione præceptoris.*
3 *Nominatio ad præbendam præceptorialem, utrum collegialiter fieri debeat; an verò sufficiat illam fieri separatim.*
4 *Institutio ad præbendam præceptorialem, ad solum Episcopum pertinet.*
5 *Nominatio ad præbendam præceptorialem, si contra formam Regiæ Ordinationis ignoranter facta fuerit, potest ad novam nominationem procedi.*
6 *Forma* cap. quia propter 42. de elect. *quæ sit? Et an illius omissio privet ipso jure eligentes facultate eligendi.*
7 *Secunda electio facta ante sententiam declaratoriam privationis, est valida.*
8 *Intrusus dicitur, qui ante Episcopi institutionem, vel confirmationem, aut aliàs sine legitimo titulo possessionem accipit.*
9 *Possessionem capiens in casu postulationis, vel electionis, ante Episcopi confirmationem, vel institutionem, dicitur intrusus.*
10 *Idem dicendum est de eo, qui possessionem capit post præsentationem, & ante Episcopi collationem.*
11 *Electio, est actus spiritualis; præsentatio verò, temporalis: ideo jus eligendi non competit laicis, sicut jus præsentandi.*
12 *Ad hoc ut quis dicatur intrusus, sufficit quod administraverit, & spiritualia exercuerit absque perceptione fructuum temporalium.*
13 *Nominans scienter intrusum, vel aliàs inhabilem, privatur jure nominandi pro illa vice.*
14 *Intrusionis mentio in provisionibus facienda est, ad hoc ut sint validæ.*
15 *De jure communi, ad quos spectet deputatio magistri scholarum.*
16 *Decuriones quamvis ignorantes, eligunt magistrum scholarum, & advocatum. Secus est in examine Doctorum, quod debet fieri per peritos.*
17 *Deputatio magistri scholarum, dum ab ordine Decurionum fieri debet, collegialiter est facienda.*
18 *Magistri scholarum quamvis à Concilio deputati, debent facere fidei professionem, & Episcopus illos examinare potest.*

1 SAcrosancti Concilij Tridentini constitutione *sess. 5. de reformat. capite* 1. cavetur, quod Ecclesiæ, quarum annui proventus tenues fuerint, saltem magistrum habeant ab Episcopo, cum consilio capituli eligendum, qui clericos aliósque scholares pauperes gratis Grammaticam doceat. Sed ordinatio Regia latiùs sese extendit: mandat enim in omnibus Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis, reservari præbendam Theologalem; juxta formam, & ad effectus in ordinatione contentos. Et si præbendæ dictæ Ecclesiæ excedant numerum decem (principali dignitate non comprehensâ) aliam præbendam destinari pro salario præceptoris, qui gratis juvenes illius civitatis eò mediante instruere teneatur. Qui præceptor eligeretur per Archiepiscopum, vel Episcopum, vocatis suarum Ecclesiarum Canonicis, & Consulibus civitatis; & destitui poterit per Episcopum, vel Archiepiscopum, ex opinione supradictorum: quam ordinationem refert Thevenеau *lib. 1. tit. 7. art. 2.*

2 De cujus ordinationis praxi & interpretatione cùm dubitari contingeret. Dixi in primis, electionem illius qui de illa præbenda præceptoriali provideri debet, spectare ad Episcopum pro una voce; capitulum pro alia; & consules pro tertia. Atque ita judicatum fuisse testatur Maynard. *lib. 1. cap. 13.*

3 Secundò dictam nominationem præceptoris, ab illis tribus ad quos jus nominandi pertinet, fieri posse conjunctim & collegialiter, vel separatim. Quamvis enim nominatio pro parte capituli, non nisi capitulariter fieri possit; cùm jus nominandi ad capitulares pertineat, non ut singulos, sed uti universos: capitulum tamen quoad alios nominatores vel electores, non intervenit nisi tanquam constituens unam personam fictam, & habens unam vocem; dictique tres non nominant uti unum corpus, sed uti tres nominatores: & per consequens possunt procedere ad nominationem conjunctim, vel separatim; absque eo quòd inter ipsos opus sit ulla congregatione: juxta doctrinam Joan. Andr. & Panormit. *in 2. dub. in cap. quoniam, de jurepatr.* Dec. *in cap. cum omnes, numero 9. in fine, de instit.* Ricc. *in prax. juris patr. decis. 177.* Rot. *decis. 2. num. 3. part. 7. recentior.*

4 Tertiò institutionem dicti præceptoris ad solum Episcopum, vel Archiepiscopum, non autem ad consules vel capitulum pertinere; cùm alij præter Episcopum vocem habeant duntaxat, sed institutio ad solum Episcopum, vel Archiepiscopum pertineat. Ita ostendit Charond. *Aux responses du droict françois, lib. 3. resp. 61. vers. car l'élection & provision du recepteur.*

5 Quartò quòd si in nominatione seu electione per capitulum vel consules facta, aliquis adesset defectus in forma electionis, iidem nominatores vel electores possent novam facere electionem, servatâ formâ requisitâ, neque privari jure eligendi, nisi si & quatenus electionem scienter, contra formam debitam fecissent de persona indigna. Francisc. Marc. *q. 481. n. 13. part. 1.* † excepto casu *cap. quia propter, 42. de elect.* ubi est casus specialis adversus eos; qui ad electiones non procedunt, servatâ unâ ex tribus formis, nempè scrutinij, compromissi, vel inspirationis: Burat. *decis. Rot. 809. num. 14. & 15.* imò etiam in casu *d. cap. quia propter.* Electores non privantur jure eligendi ipso jure; sed requiritur ut præcedat sententia declaratoria dictæ privationis: textus enim in *d. cap. quia propter*, conceptus est per verba futuri temporis, *priventur*, prout explicat Tiraquel. *ad l. si unquam, in verb. revertatur, num. 177. Cod. de revoc. donat.* † ideò nova electio facta ante sententiam declaratoriam privationis, non potest de nullitate impugnari: *cap. cum terra, de elect.* Menoch. *cons. 67. num. 28. & 29.* Lother. *de re benef. lib. 2. q. 19. n. 66. & 67. & lib. 3. quæst. 17. num. 105.*

6

8 Quintò, ex præmiſſis infertur, quod ſi quis de præbenda præceptioriali à capitulo proviſiones obtinuerit, & ſub illius prætextu poſſeſſionem obtinuerit, tanquam ſine legitimo vel colorato titulo poſſidens, dicitur intrulus, ſi poſſeſſionem apprehenderit, & in illo munere ſeſe ingeſſerit, & exercuerit: licèt enim forſan collatio aliarum præbendarum ex ſtatuto, fundatione, vel conſuetudine ad capitulum pertineret; tamen cùm præbendæ præceptorialis proviſio, ex clara ordinationis Regiæ diſpoſitione, ad Archiepiſcopum vel Epiſcopum pertineat; ut etiam tradit Charond. *loc. cit. nempe lib.3. reſponſ.61.* Sequitur ſic poſſidentem eſſe intruſum: *cap. ad aures, de exceſſ.prælat. cap. quia diverſitatem, de conceſſ. præb.* Rebuff. *in praxi ad regul. Cancellar. de ſubrogand. gloſſ.4. numero 4.* Ricc. *in*
9 *prax. var. reſol.cap. 224.DD. in cap.avaritiæ,de præbend.in 6.*† Quia diſpoſitio dicti *cap.avaritiæ*,adversùs eos qui ante Epiſcopi confirmationem, vel inſtitutionem, poſſeſſionem accipiunt, locum habet; non ſolùm in caſum electionis, vel poſtulationis, *cap.*
10 *bonæ memoriæ Moguntinenſis, de elect.* † Sed etiam in caſum præſentationis. Franc. *in d. cap. avaritiæ, numero 2.* Calderin. *conſ.8. de elect.* Lap. *allegat.8. ſub num.4. & 5. verſ. ſic & pœna.*

11 Hoc autem in caſu, dum agitur de nominatione vigore Regiæ ordinationis facienda, non poteſt prætendi quod agatur de jure eligendi; cùm electio ſit actus ſpiritualis. Abb. *in cap. illa quidem, ſub num.5. verſ. præſertim cùm electio, de elect.* Quia per electionem is qui eligitur, acquirit jus ſpirituale: præſentatio verò eſt actus temporalis, per quem non transfertur in præſentatum jus aliquod ſpirituale, ſed aliqua duntaxat præparatio ad jus ſpirituale acquirendum. Abb. *in cap.quod ſicut,§.ſuper eo,num.6. de elect.* Potiùs ergo ad præſentationem, quàm ad electionem nominatio hujuſmodi accedere videtur.

12 Sed quæritur quid dicendum, ſi talis à capitulo proviſus, nullos ex illa præbenda fructus adhuc perceperit; utrùm propterea ceſſet vitium intruſionis? Reſpondetur, ut quis dicatur intruſus, ſufficere quamlibet fructuum perceptionem, ſive temporalium, ſive ſpiritualium: & ſic ſufficere ad incurrendum vitium intruſionis, quod quis actus ſub muneri incumbentes exercuerit, etiam abſque ulla fructuum temporalium perceptione. Rot. *diverſor. deciſ.83. num.4. part.3. lib.3.* Put. *deciſ.45. lib.3.*

13 Rursùs quæri poteſt, utrùm ſic nominantes jure nominandi ſint privati, vel privandi; caſu quo primæ nominationis nullitatem agnoſcentes, eundem priùs nominatum iterùm præſentaverint Epiſcopo, ſeu nominaverint? Reſpondetur, dictos nominantes inhabilem & intruſum ſcienter, privatos fuiſſe pro illa vice jure ſuo; & jus illud ad ſolum Epiſcopum per jus non decreſcendi devolutum fuiſſe. Rip.
14 *in l.re conjuncti, num.234.ff. de legat.3.* Præſes Bellon. *de jur. accreſcen. cap.6. quæſt. 48. numero 28.* † Adeo ut ne quidem in Legatione obtineri poſſint novæ proviſiones, aut in Urbe ad favorem ejuſdem, niſi facta mentione intruſionis. Joan. de Selu. *de beneficio. part.3. quæſt.11.*

15 Sed quid dicendum, ceſſante ordinatione Regia, ad quem pertineat deputatio magiſtri ſcholarum? Reſponderur de hoc eſſe textum in *cap. quia nonnullis, verſ.verum, de magiſtr. in decretal.* in illis verbis, *conſtituatur magiſter idoneus à prælato cum capitulo, ſeu majori & ſaniori parte capituli eligendus, qui Clericos in Grammatica ac alios inſtruat juxta poſſe.*

Quod etiam probatur per textum expreſſum in *l. magiſtros, Cod. de profeſſ. & medic. lib.10.* ibi, *ſed judicio Ordinis probatus decretum Curialium mereatur,* & ibid. tradit Gloſſ. *in verb. Ordinis*, quæ explicat, id eſt, *Decurionum*; & ad hoc allegat *text. in l.1. ff. de decret.ab Ord. fac.* quæ duo jura, Civile nempe & Canonicum; cùm illud, Decurionum; hoc verò, capituli conſenſum exigat, ſic concordantur; videlicet quod ſi magiſtri ſalarium ab Eccleſia recipiant, aut legere vellent in Theologia, conſenſus capituli requiratur: ſi verò ſalarium ſolvatur per communitatem, requiratur conſenſus Decurionum, juxta *d.l. magiſtros, Cod. de profeſſ. & medic. lib.10. & l. ambitioſa, in fin. ff. de decret. ab Ord. facien.* Et ita diſtinguit Rebuff. *in d.l. magiſtros, num.3.*

Et hac in re omnino notanda eſt differentia, quam 16
affert Luc. de Penn. *in d.l. magiſtros, col.2. in fin. verſ. vel dic quod hæc lex*, inter approbationem quæ fit pro Doctoratu, & eam quæ fit pro lectura alicujus ſcientiæ in ſtudio ordinario: quia licèt pro Doctoratu requiratur examen perſonarum ejuſdem profeſſionis, neque approbatio fieri debeat ab ordine Decurionum: tamen pro lectura in ſtudio ordinario, ſufficit approbatio Decurionum, aut aliàs juxta ſtatuta, ordinationes, vel conſuetudines locorum. Quod probatur etiam à ſimili, cùm deputatio Advocatorum communitatis fiat per ipſos Decuriones, ſeu Conſiliarios; quamvis non Doctores & juris ignaros: *l.ſed & reprobari, in princ. ff. de excuſat. tut. & in l. ut gradatim, §. reprobari, ff. de muner. & honor.* quia ſcilicet habent ſalarium à publico, *l. providendum, ff. de poſtuland. l. fori, Cod. de advocat. diverſ. judic.*

Dictaque electio magiſtrorum quæ pertinet ad 17
collegium, ſeu Concilium aut Ordinem, cujus ſumptibus illis ſalarium ſoluitur; non debet fieri per Decuriones uti ſingulos, ut evitetur confuſio: ſed collegialiter, tanquam repræſentantes totum corpus: ut probatur ex traditis per Cardin. Zabarel. *in Clement.1. verſ. quibus, num.4. maximè circa fin. ſub tit. de magiſtr. & ibid.* Anchar. idem tradit Avendan. *in tract. de exequen. mandat. Reg. part.1. cap.10. num.9. verſ. omnium autem.*

Cæterùm iſti magiſtri etiam in Grammatica, 18
quamvis per Concilium deputati, tenentur facere profeſſionem fidei, & Epiſcopus poteſt illos examinare. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.1. cap.13. num.44. & ſeqq. & de poteſt. Epiſc. allegat.61. num.2.* Porto *in dubiis regular. in verb. profeſſio fidei, num.3.* Cherub. *in ſumma Bullar. ad conſtitut.89. Pij IV.* Quarant. *in verb. fidei profeſſio.* Eman. Roderic. *tom.1. q.72. artic.2.* Ubi vigeſimam octavam Pij IV. conſtitutionem deſuper editam ad longum refert.

CAPUT XVIII.

Utrùm Commiſſarius generalis ad infideles habeat vocem paſſivam in electione Provincialis.

SUMMARIUM.

1 *Onus Commiſſarij generalis ad infideles, requirit perſonalem reſidentiam.*
2 *Commiſſarij generales ad infideles, habent juriſdictionem ordinariam in Religioſos, in illis partibus degentes.*
3 *Officium Commiſſarij generalis ad infideles, di-*

mitti non potest sine authoritate summi Pontificis.

4 *Electus à summo Pontifice ad aliquod officium, aut ab alio confirmatus, non potest illi renunciare, nisi in manibus ipsius.*

5 *Per acceptationem officij secundi incompatibilis, inducitur tacita renunciatio primi.*

6 *Quæ sit differentia inter postulationem, & electionem.*

PRoponitur difficultas, utrùm Religiosus qui à summo Pontifice deputatus fuit Commissarius generalis missionis ad Infideles in remotissimis partibus degentes, possit habere vocem passivam in electione Provincialis, & aliorum officialium sui ordinis, post acceptatam per eum dictam commissionem. In qua resolvendum est, dictum Religiosum non esse capacem vocis passivæ, in dicta congregatione capituli provincialis, pro obtinendis officiis dicti ordinis: † quia certum est, dictam commissionem generalem esse omninò incompatibilem cum exercitio officiorum dictæ provinciæ; utpote requirentem personalem residentiam: adeo ut in nonnullis religiosorum ordinibus constitutum fuerit, tales Commissarios reverti non posse ante decennium completum: ut notavit Mirand. *in manual. prælat. regular. part. 2. q. 14. art. 3. in 3. conclus.* † Qui quidem Commissarij generales habent jurisdictionem ordinariam in religiosos in illis partibus degentes: ut per eund. *loc. cit. art. 2. in prima conclus.* 2

3 Quod quidem officium certum est dimitti non posse, aut illi renunciari, sine authoritate ejusdem summi Pontificis qui aliud concessit: ut notatur in *cap. admonet 4. & cap. quod in dubiis 8. de renunciat.* probat text. *in l. Legatus 20. ff. de offic. Præsid.* & ibi Gloss. & DD. *in Clemen. 1. de renunciat.* ibi: *in cujus manibus cessio erat facienda*; Abb. *in cap. 2. n. 10. de restit. spoliat.* Francisc. Marc. *quæst. 626. num. 6. & 629. part. 1.*

4 Et hoc non solùm procedit, posito quod dictus Commissarius fuerit immediatè deputatus à Sancto Pontifice, verùm etiam locum habet, etiamsi fuisset electus à R.P. Generali, aut à capitulo; sed tamen per summum Pontificem confirmatus: quia officij renunciatio fieri debet, non in manibus eligentis, sed confirmantis. Bartol. *in l. 2. Cod. de defens. civit.* Dec. *in l. jus dicentis, num. 47. ff. de jurisdict. om. jud. l. more majorum, num. 26. & ibi* Jas. *num. 31. ff. eod. tit.* Surd. *cons. 385. numero 33.*

5 Ergo cùm per acceptationem officij incompatibilis, inducatur tacita renunciatio dictæ commissionis generalis; non potest dictus R. Pater ad tale officium eligi, cùm non sit hic casus electionis, sed postulationis; hoc est, quod non debet eligi, sed à summo Pontifice postulari; cùm sit alteri officio al-

6 ligatus, liberúmque non habeat volatum. † Postulantes enim non consentiunt in Postulatum, nec illum eligunt; sed petunt gratiosè, ut tollatur vinculum, seu defectus impediens electionem; per eum qui hoc facere potest. Petr. à Biaxio *in director. elect. part. 2. cap. 34. num. 3.* Et notatur *in cap. Et si unanimiter*, quod est ultimum; & ibi Gloss. & DD. *de postulat. prælat.* Ad instar Episcopi, qui alteri Ecclesiæ jam est alligatus, qui non potest eligi, licèt postulari possit à Papa, ut absolvatur ab onere Episcopatus, *d. cap. fin. de postul. prælat.* Mirand. *d. tom. 2. quæst. 23. artic. 11. conclus. 5. vers. circa septimum.*

7 Non potest igitur dictus Religiosus eligi, sed tantùm postulari.

CAPUT XIX.

De requisitis ad probationem Simoniæ, nempe tractatu præcedenti, & quod in illius executionem pecunia, vel alia res temporalis data fuerit. Et utrùm possit dari alteri pecunia pro expensis factis circa beneficium, vel ad redimendam vexationem.

SVMMARIVM.

1 *In Crimine Simoniæ requiritur exacta & concludens probatio.*

2 *Simonia est difficilis probationis, & probatur ex conjecturis; sed oportet illas conjecturas plenè & concludenter probari.*

3 *Vt probetur Simonia, debet constare de duobus, nempe de præcedenti conventione, & quod pecunia vel res temporalis data fuerit in executionem illius conventionis.*

4 *In probatione Simoniæ non admittuntur testes inimici, nec probationes imperfectæ conjunguntur.*

5 *Amplia ut locum habeat in quacunque accusatione criminali, imò etiamsi de crimine civiliter ageretur.*

6 *Si de Simonia opponeretur per viam exceptionis, sufficerent leviores probationes.*

7 *Pecunia non potest dari pro beneficio, etiam sub prætextu expensarum. An verò dari possit ad redimendam vexationem. Remissivè* numero 10.

8 *Pecuniam dare potest possessor beneficij ad redimendam injustam vexationem.*

9 *Qui beneficium non possidet, sed illud petit, non potest dare pecuniam, etiam sub prætextu redimendæ vexationis.*

CUm quidam Presbyter in curia Episcopali Cavalicensi fuisset de Simonia accusatus: Respondi de ea non constare; & ideò accusatore non probante, reum esse absolvendum, *l. qui accusare. Cod. de eden.* † Et maximè quia in crimine Simoniæ, 1 requiritur exacta & concludens probatio. Felin. *in cap. super his, num. 17. de accusat.* Rot. *decis. 418. num. 4. part. 1. recentior.* cùm Simonia sit difficilis probationis, *cap. per tuas, de Simon.* † Et licèt per conjecturas probetur, illæ tamen debent esse concludentes, & evidentes. Clar. *in §. Simonia, num. 12.* 2 Mascard. *de probat. concl. 1310. n. 27.* Paris. *de resignat. lib. 14. q. 8. num. 14.* talesque conjecturæ debent plenè & concludenter probari. Paris. *ibid. num. 15.*

In casu proposito, non constabat de requisitis ad 3 probationem Simoniæ: quia licèt reus dixisset extrajudicialiter, se fratri resignantis centum aureos dedisse, pro expensis per eum in lite factis: inter cæteras rationes defensionis hujus rei, hæc erat præcipua, † quod non erat probata accusatoris intentio; nisi simul doceret, hasce pecunias, in vim præcedentis resignationem conventionis fuisse expeditas. Farinac. *cons. crimin. 75. num. 2. 3. 16. 38. 80. & 83.* & passim in toto consilio. Ludovis. *decis. 238. num. 10.* Rot. *decis. 166. num. 2. & 9. part. 2. recentior.* Mascard. *conclus. 1311. num. 4. 5. & 6.* Ideni Ludovis. *decis. 517. num. 30. & 31.*

4 Accedebat teſtium inimicitia, cùm etiam in crimine Simoniæ, & aliis, quamvis ſint difficilis probationis, teſtes inimici non admittantur: Ludoviſ. *deciſ.* 517. *num.* 6. *& ſequent.* Sicuti nec ſingulares; cùm probationes imperfectæ hoc caſu non conjun-
5 gantur. Ludoviſ. *ibid. num.* 28. † Quod generaliter locum habere vult in omnibus judiciis criminalibus, etiamſi de crimine civiliter ageretur.

6 Quod tamen ſic intelligendum eſt, ut locum habeat quando Simonia per modum accuſationis proponitur, prout in hoc caſu: † ſi enim per modum exceptionis proponeretur, ex tractatu præcedenti colligi poſſet id quod poſtea datum eſt, fuiſſe expenſum in executionem pacti antea conventi, ſi aliæ concurrerent veriſimilitudines. Lother. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 29. *num.* 61. Ubi ſic intelligendam monet deciſionem Seraphini 237. necnon 244. Ubi ex probatione tractatus, & plurium actuum in illius executionem factorum, deciſum fuit conſtare de Simonia.

7 Poterat etiam dici, quod licèt non poſſit dari pecunia alicui, ut renunciet beneficio, etiam ſub prætextu expenſarum: ut per Mohedan. *deciſ.* 5. *de Simon.* Put. *deciſ.* 142. in correct. per text. *in cap. cùm pridem* 4. *de pact.* Pariſ. *de reſig. lib.* 14. *tit.* 7. *num.* 1.
8 † Tamen cùm accuſatus iſte beneficium poſſideret, & litigans cum eo non haberet jus in eo, nec in ſua prætenſione fundatus eſſet: potuit ipſe collitiganti pecuniam, vel aliquid aliud temporale dare, ut liti injuſtæ renunciaret, ad redimendam vexationem. Burat. *deciſ.* 307. *num.* 5. Ubi ſubdit hoc caſu non requiri ſuperioris authoritatem in renunciatione: ex traditis per Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 249. Pariſ. *de reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 104.
9 † Loquor de beneficij poſſeſſore: nam petitor non poteſt dare pecuniam, etiam ad redimendam vexationem: Lother. *de re benefic. d. lib.* 3. *quæſt.* 29.
10 *num.* 129. *&* 130. † Copioſè hanc materiam tractat omnes caſus diſtinguens Sanchez *in opere morali, lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 30. *per tot.*

CAPUT XX.

An Moniales cogi poſſint, præſertim in Gallia, ad obſervationem clauſuræ, non obſtante conſuetudine in contrarium, cujus initij memoria non extat.

SUMMARIUM.

1 *Moniales cogendæ ſunt ad clauſuræ obſervationem, non obſtante qualibet exemptione: & quoad hoc, ſubjiciuntur juriſdictioni Epiſcopi.*
2 *Vtrum in Gallia, Epiſcopi poſſint cogere Moniales ad clauſuræ obſervationem, quæ tempore profeſſionis ipſarum non obſervabatur.*
3 *Religioſi non poſſunt cogi ad auſteritates regulæ quas non ſunt profeſſi. Diſtingue ut numero* 5. *&* 6.
4 *Text. in* cap. 1. de ſtat. regul. lib. 6. *non eſt receptus in Gallia. Sed tamen obſervanda eſt illius diſpoſitio, necnon Concilij Tridentini quoad clauſuram, & de hoc adeſt Regia ordinatio, ut num.* 7. *&* 13.
8 *Conſuetudo immemorialis, & privilegium paſſu ambulant.*
9 *Papa derogat primitivæ regulæ Religioſorum in iis, quæ non reſpiciunt tria vota ſubſtantialia: veluti in Ordine Præmonſtratenſi, dum cavebatur profeſſos non poſſe removeri à domo, in qua profeſſionem emiſerant; cui Regulæ ſummus Pontifex derogavit.*
10 *Conſuetudo irrationabilis, nulla præſcriptione temporis roboratur.*
11 *Clauſuræ rigor non pendet à monialium voto, ſed à lege Superiorum.*
12 *Puellæ quæ non vivunt in congregatione aliarum, non poſſunt cogi ad ſervandam clauſuram.*

NOn eſt dubitandum, quin conſtitutio Fel. Recor. Bonifacij VIII. *in cap. periculoſo, de ſtat. regular.* omninò debeat obſervari, & juxta ipſam omnes Religioſæ expreſsè vel tacitè profeſſæ, quocunque nomine nuncupentur, etiamſi aliàs ad clauſuram minimè tenerentur; ad eam nihilominùs cogendæ ſint per Epiſcopos, qui hac in re authoritatem & juriſdictionem habent, etiam ſuper monialibus exemptis: cùm diſpoſitio illius *cap. periculoſo*, fuerit confirmata in Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *de regular. & monial. cap.* 5. Et per conſtitutionem ſanctæ mem. Pij V. editam anno 1566. 4 Kalend. Junij; de quibus fusè Bonacin. *in tract. de clauſura monial.* & alij allegati per Barboſ. *ſuper d. Conc. Triden. loc. cit.* quæ hìc non repeto.

Sed quia in Gallia plurima ſunt monaſteria, in quibus clauſura non fuit hactenus obſervata; fui ſæpiùs interrogatus, utrùm Epiſcopi in Gallia poſſint cogere moniales ad obſervantiam clauſuræ, non obſtante antiqua & immemoriali conſuetudine, aut privilegio hujuſmodi monaſteriorum. In qua quæſtione fui aliquando dubius propter punctuale conſilium Oldradi 96. incipit, *Nunquid Monachi.* Ubi movet dubium, utrùm Papa poſſit includere monacham contra ſuam voluntatem; & pro affirmativa inducit textum in *d. cap. periculoſo, de ſtat. regul. lib.* 6. † Sed tamen in contrarium conſiderat, quod ab initio datur ingreſſo annus probationis, ut monaſterij auſteritates experiatur; quæ ſi ſibi non placeant, poteſt infra illum annum exire: ut *in cap. ad Apoſtolicam, de regular.* Ergo non videtur, quod contra ſuam voluntatem, cogi poſſit ad aſperam regulæ obſervantiam, niſi ſaltem ſibi detur alius annus, intra quem clauſuræ rigorem experiatur: quibus addi poteſt text. *in cap. inſinuante, Qui clerici vel voven.* In quo conſtat ſolemnem profeſſionem emitti poſſe per fœminas, ea conditione ut in domo propria remanerent.

Præterea videtur, quod text. *in d. cap. periculoſo, de regular. in* 6. non ſit receptus in Gallia; cùm ita teſtetur Gloſ. & Joan. Andr. *in d. capit. periculoſo.* Ubi refertur arreſtum Curiæ Parlamenti contra Archiepiſcopum Burdegalenſem; unde duo caſus referuntur apud Bouchel *in ſumma benefic. in verb. Religieux, pag. mihi* 938. In quibus religioſi ad ſtrictiorem regulam cogi non poſſunt. † Primus eſt quando profeſſio fuit limitata ad certam regulæ obſervantiam, veluti ſi profeſſionem emittens, dicat ſe profiteri v. g. Sancti Franciſci regulam, eo modo quo nunc obſervatur: & eo caſu non poteſt poſtea ad ſtrictiorem obſervantiam cogi: quia actus agentium ultra eorum intentionem operari non poſſunt, *l. nos omnis, ff. ſi certum pet.* & limitata cauſa limitatum producit effectum. *l. in agris, ff. de aqu. quot. dom.* & ſuper hoc refert Hoſtienſ. *in ſum. in tit. de vot.* §. *utrùm.*

Secundus

6 Secundus casus est quando per tempus immemoriale, laxior regula fuit observata; quo casu cùm nova videatur introduci regula, non est quis ad illam adstringendus. Panormit. *in cap. Deus qui* 11. *de vit. & honest. cleric.*

7 His tamen non obstantibus, re diligentiùs considerata, & in deliberationem deducta cum viris admodùm eruditis; Censuimus ex vi ordinationis Regiæ, quæ Concilio Tridentino conformis est, cogi posse quascumque Moniales in congregatione viventes, ad observantiam clausuræ; non obstante quacumque contraria, etiam immemoriali consuetudine. Atque ita de jure interrogatus, Respondi quibusdam Provinciæ Monialibus, anno 1641. licèt aliàs re non ita discussâ; aliud sensissem an. 1632. Siquidem Regia ordinatio monet Episcopos, Archiepiscopos, & alios Superiores Monasteriorum Religiosarum, ut diligenter & serio incumbant restitutioni & manutentioni clausuræ ipsarum, illásque ad id cogant per censuras Ecclesiasticas, & alias pœnas juris; injungendo Regiis officialibus, ut ipsis opem & auxilium ad hunc effectum præstent. Prohibendo dictis monialibus ne post factam professionem, sub quocumque tempore, aut sub quocumque prætextu seu colore, à monasterio exeant, nisi legitima de causa ab Episcopo aut Superiore approbanda. Et hoc non obstantibus omnibus dispensationibus, vel privilegiis in contrarium. Hæc sunt verba Regiæ ordinationis, quæ continent derogationem omnium privilegiorum, & dispensationum quarumcunque quæ in contrarium allegari possent; adeo ut eadem ratione, imò & multò fortius, cuicumque consuetudini, quamvis immemoriali, derogatum per dictam con-
8 stitutionem censeatur: † cùm consuetudo immemorialis, & privilegium pari passu ambulent. Felin. *in cap. accedentes* 11. *num.* 6. *de præscript.* Rot. *decis.* 614. *num.* 22. *part.* 2. *recentior.* & *decis.* 11. *num.* 2. & 3. *eod.*
9 *part.* 2. † Unde propter vim clausulæ derogatoriæ; cùm aliàs orta esset controversia inter Religiosos ordinis Præmonstratensis, utrùm censeretur sublata primitiva dicti ordinis regula in certis capitibus in hæc usque tempora observari consuetis, per confirmationes factas in favorem reformatorum ejusdem ordinis: fuit aliàs decisum in Rota Romana, per plures decisiones; derogatum fuisse regulæ in illis capitibus quæ non erant contraria tribus votis substantialibus Religionis; nempe paupertatis, castitatis, & obedientiæ: veluti in eo capite in quo fuerat stabilitum, religiosos professos censeri affiliatos illius domus, seu monasterii, in quo professionem emiserant; & rectè factam fuisse regulam in contrarium, quòd liceret religiosos; Superiore volente ad ejus libitum, ab uno monasterio ad aliud ejusdem ordinis transferre: ut per Rot. *decis.* 4. *num.* 9. & 333. *num.* 4. *part.* 6. *recentior. in Tullensi reformationis, ann.* 1630. & 1631. coram eruditissimo & illustriss. Domino meo Domino du Noizet Rotæ Decano.
10 Nec potest allegari aliqua temporis etiam immemorialis præscriptio, quandò agitur de consuetudine irrationabili, vel iniqua; aut bonis moribus contraria, qualis est ea, quâ Moniales extra clausuram
11 divagantur: *cap. final. de consuetud.* † Non obstat *consil.* Oldradi 96. Quia procedere potest, quando agitur de nova regula introducenda, contra primam institutionem: & de iis in quibus non versatur utilitas publica, & periculum pudicitiæ virginalis & honestatis, prout in casu isto; cujus favore certum est potuisse summum Pontificem, & cum eo Regem Galliæ Christianissimum constitutionem prædictam edere, quâ Moniales ad clausuram obligentur: siquidem clausuram servare, aut non servare, non dependet à voluntate monialium: sed ipsis etiam invitis & reluctantibus, possunt supremi Moderatores; penes quos hujus rei potestas est, illas ad clausuræ observantiam cogere; non ex ipsarum voluntate, sed ex legis & constitutionis potestate, & authoritate: ut dicit Bonacin. *in tract. de clausur. quæst.* 1. *punct.* 2. *n.* 5. Mirand. *de Monialib. in* 1. *quæst. art.* 4. *conclus.* 6. *vers. sed moneo.* Unde summus Pontifex in sua constitutione, fundationibus & consuetudinibus etiam immemorialibus expresè derogavit.

Secundum argumentum petitum ex *d. cap. insinuante, Qui cleric. vel voven.* locum habere posset, 12
si ageretur de voto emisso ab ea, quæ non vult in congregatione vivere; nam quoad moniales in aliarum cœtu & congregatione viventes, non possunt se eximere à clausura, propter claram legis & constitutionis prohibitionem, ex tradit. per Bonac. *loc. proximè cit.* Et propterea non assentior rationi allatæ per Scort. *in select. Pontific. constit. Theorem.* 227. dum voluit clausuram, in voto castitatis antecedenter promissam censeri: quia Respondeo votum castitatis extra congregationem sine clausura subsistere posse.

Ad id quod tertio loco dicitur, ex Glos. & Joan. 13
Andr. *in d. cap. periculoso* 1. *de stat. regular. in* 6. Respondetur hodie constitutionem illam super monialium clausura, editam fuisse per Regiam ordinationem, quæ non vigebat tempore Joan. Andreæ. Imò & dictam sanctæ memoriæ Pii V. constitutionem ann. 1566. editam observandam esse in Gallia, testatur Theven. *ad ordin. Reg. lib.* 1. *tit.* 10. *art.* 8. & 9.

Quod verò opponitur de professione limitata ad 14
certam regulam, & ad certam vivendi normam; eandem admittit responsionem, quæ in responsione ad secundum argumentum allata est: ut locum quidem habeat in ea, quæ separatim in domo sua vivere desiderat; non autem in ea quæ in congregatione aliarum monialium religiosum statum ducere vult: ex Bonacin. & Mirand. *ubi sup.*

Similiter, & ad id quod opponitur de consuetu- 15
dine immemoriali, superiùs responsum fuit, sublatum esse omne privilegium, & consuetudinem, ex mente constitutionum in hac materia editarum: præsertim quando talis consuetudo non est rationi consentanea, ut suprà diximus *num.* 10. Nam per clausulas generales non obstantiarum, censetur huic consuetudini irrationabili derogatum. Rot. *decis.* 71. *num.* 6. & 7. *part.* 5. *recentior.* Addent. ad Burat. *decis.* 435. *num.* 16.

CAPUT XXI.

An solus Superior Regularis possit dare licentiam Monialibus, in casibus licitis, à monasterio egrediendi: an verò etiam Episcopi licentia requiratur. Et utrùm Confessarius monialium qui non impedit talem egressum, puniendus sit pœnis contentis in Bulla Pii V. Et quid circa hoc observetur in Gallia, & Hispania.

SUMMARIUM.

1 *Licentiam egrediendi è Monasterio justis de causis, Superiores Regulares sine Episcopo con-*

cedere poſſunt, ex multorum ſententia. Alii tamen contraria fuerunt opinionis, ut num. 2. *Et hæc ſententia verior eſt, & conformis declarationi ſacræ Congregationis Concilii*, numero 3.

4 *In Gallia ſufficit licentia ſolius Epiſcopi, vel ſolius Superioris Regularis, ut moniales egrediantur è monaſterio. Item in Hiſpania*, numero 5.

6 *Quæ pœnæ per Bullam ſanctæ mem. Pii V. imponantur monialibus, & Superioribus, ſine licentia legitima egredientibus, vel egreſſum permittentibus.*

7 *Moniales ſanctæ Claræ, ſpeciale votum clauſuræ emittunt.*

8 *Confeſſarius excuſatur à pœna conſtitutionis editæ ſuper clauſura monialium, ſi claſſicorum Doctorum ſententiam, quamvis erroneam, ſequatur.*

9 *Confeſſarius tenetur obedire ſui Superioris præcepto, etiamſi dubius ſit utrum illud ſit juſtum, an non.*

10 *Subditus tenetur ſuo Superiori obedire, quando ſolam habet dubitationem, utrùm quod ſibi præcipitur, ſit illicitum, ſi id non cognoſcat evidenter.*

11 *Confeſſarius tenetur præcepto ſui Superioris obedire, quando id quod præcipitur juſtum eſt; ſed ſolùm dubitatur de authoritate & poteſtate jubentis.*

DUbium mihi à quodam Religioſo probo & erudito, qui nonnullarum monialium confeſſiones audiebat, ex Superiorum commiſſione ſibi data propoſitum, duo continebat capita. Primum, ad quem ſpectet facultas dandi licentiam Monialibus exeundi in caſu licito à monaſterio, an ad Superiorem regularem habentem juriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſolùm, an verò ipſius etiam Epiſcopi licentia copulativè requiratur. Secundum, utrùm Confeſſarius Monialium qui non impedit illarum egreſſum, inciderit in pœnas contentas in Bulla ſel. recor. Pii V. ſi ultra ſui Provincialis licentiam, non curavit adjungi licentiam egrediendi, in ſcriptis ab Epiſcopo concedendam.

1 Ad primum dubium Reſpondi, varias circa quæſtionem illam reperiri Doctorum ſententias. Nam quod ſola Superioris Regularis licentia ſufficiat, veluti Provincialis, aut alterius juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentis, tenuit Navar. *conſ.* 48. *num.* 6. *de regular. in reſponſ. ad* 2. *quæſtion.* Jacob. de Graff. *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 6. Eman. Roderic. *quæſt. regular. tom.* 1. *quæſt.* 49. *art.* 6. Mirand. *de ſacris monial. quæſt.* 3. *art.* 6. Portel. *in dubiis regul. in verb. clauſura monialium*, §. *egreſſus*, *num.* 26. Hieron. Roder. *reſol.* 26. *num.* 41.

2 Contrarium tamen tenuit Barboſ. *in tract. de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 102. *num.* 28. *& in tract. de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 89. Joan. Bap. Scott. *in ſelect. Pontif. conſtit. theorem.* 228. *verſ. declarat etiam.* Tambur. *in tract. de jur. Abbatiſſ. & Monial. diſp.* 20. *quæſit.* 5. *num.* 6. *&* 11. Eandemque ſententiam probat Sanch. *in præcep. decalog. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 28. Quod tamen intelligendum eſt, ut procedat, niſi conſtitutionibus religionis aliter cautum ſit, ut teſtatur Bonacin. *in tract. de clauſur. quæſt.* 1. *punct.* 8. *num.* 1.

3 In hac Doctorum contrarietate, poſterior ſententia tenenda eſt; nempe non licere Monialibus ſubjectis Sedi Apoſtolicæ, vel Superioribus regularibus, egredi è monaſterio in caſibus per Bullas & conſtitutiones Apoſtolicas exceptis, niſi adſit ſimultaneus conſenſus, tam Epiſcopi, quàm Superioris regularis: adeo ut ſi illæ quæ Superioribus regularibus ſubditæ ſunt, auſæ fuerint egredi cum ſola Superioris regularis licentia; nec illam ſimul ab Epiſcopo habuerint, puniri poſſint per Epiſcopos loci ordinarios, pœnis in Bulla Pii V. contentis, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, & exemptionibus in contrarium. Sic enim determinavit ſacra Concilii congregatio, teſte Barboſ. *in dec. Apoſtol. collect.* 509. *n.* 6.

4 In Gallia tamen, ſolà Superioris Regularis licentia ſufficit, neque ulla infligitur pœna monialibus, ſic è monaſterio egredientibus: quia Regia ordinatio loquitur alternativè, requirens licentiam Epiſcopi, vel Superioris. † Idemque in Hiſpania ſervari teſtatur Theveneau *ad ordin. Gall. lib.* 1. *tit.* 10. *art.* 9. Scott. *dicto Theorem.* 228.

5

6 Pro reſponſione ad ſecundum dubium, ſupponendum in primis eſt, quòd per Bullam ſanctæ memor. Pii V. quæ inſeritur apud Quarant. *in ſumm. bullar. in verb. monaſteria monialium*, renovata fuit conſtitutio *cap.* 1. *de ſtat. regul. in* 6. Et per aliam conſtitutionem ejuſdem Pontificis, quæ incip. *Decori*, cujus epitome habetur apud Scort. *in ſelect. Pontif. conſtit. epitom.* 93. fuit additum, non licere monialibus, etiam ex Regia proſapia, vel prætextu cujuſcumque facultatis, aut infirmitatis, egredi è proprio monaſterio, niſi causâ magni incendii, lepræ & epidimiæ, cujus cauſæ approbatio fieri debeat in ſcriptis per Superiores ſimul, & per Ordinarium, quamvis monaſteria ſint exempta: & in dictis caſibus, licentia detur ſolùm ad tempus neceſſarium: & ſi ſecùs fiat, egredientes ipſæ, dantes licentiam, comitantes, & recipientes ſint ipſo facto excommunicatæ; & abſolutio Papæ reſervetur: & egreſſæ, ac dantes licentiam, priventur omnibus dignitatibus & officiis, atque ad eadem, & alia fiant inhabiles in futurum.

7 Et ideo propter illud verbum, *comitantes & recipientes*, quod eadem ratione comprehendere videtur omnes auxilium & opem præſtantes; agebatur contra confeſſarium, quòd egreſſum monialium non impedierat: † maximè cùm ageretur de Monialibus ſanctæ Claræ, quæ ſpeciali voto ad clauſuram obligantur: ut teſtatur Eman. Roderic. *tom.* 1. *quæſt. regular.* 49. *art.* 1. *in fin.*

8 Dixi nihilominus confeſſarium non poſſe ullatione moleſtari, nec in pœnas Bullæ incidiſſe. Quæcùm Doctores claſſici illam opinionem tenuerint, quòd ſolius Provincialis licentia ſufficiat, nec declarationes ſacræ congregationis omnibus, quamvis eruditis, notæ ſint; non videtur pœna digna, qui tot præclarorum Doctorum ſententiam ſequutus eſt. Ita in ſimili ferè caſu Bonacin. *in tract. de clauſur. quæſt.* 1. *punct.* 9. *num.* 19. Ubi aſſerit, quod licèt monialibus licentia exeundi concedi nequeat, ob morbum periculoſum qui non ſit contagioſus; tamen ſi Superiores talem licentiam conceſſerint, non ſunt puniendi: quia pro ſe habent opinionem Doctorum Claſſicorum, imò ſola Doctoris Navarri authoritas excuſat à pœna illum, qui credidit ſolam Superioris regularis licentiam in hac materia ſufficere: ut dicit Eman. Roderic. *d. tom.* 1. *quæſt. regul.* 49. *art.* 3. *verſ. ſed advertendum.* Sanch. *in præcep. decal. d. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 42.

9 Et hoc multò magis locum habere debèt in Confeſſario, qui ſui Superioris præcepto obedire tenetur, etiamſi ſit dubius an res quam ſibi præcipit Superior ſit juſta vel injuſta: ut copioſè comprobat Sanch. *loc.*

loc. proximè citat. lib.6. cap.3. num.3. Dian. *part.2.*
10 *tract.13. de opin. probab. art.10.* † Ubi concludit hanc probabiliorem, & communiorem esse sententiam; quòd subditus tenetur suo Superiori obedire, quando solùm opinionem habet, illud quod sibi præcipitur esse illicitum, quia Superior habet potestatem omnia subdito præcipiendi, quæ subditus non cognoscit evidenter esse illicita, & ultra Superioris
11 potestatem. † Quod multo magis locum habere dicebam in casu proposito, quia ipsi Confessario constabat rem jussam, esse ex se fundatam in justitia & æquitate; sed solùm dubitari poterat, utrùm præceptum peccaret in forma ob defectum potestatis Superioris; quapropter non solùm poterat, verùm etiam tenebatur Confessarius præcepto sui Provincialis obedire. Sanch. *in præcep. decal. lib.6. cap.3. numero* 4. Et per has rationes, non fuit ampliùs dictus Confessarius molestatus, anno 1638. mense Julij.

CAPUT XXII.

Mortuo Pensionario, utrùm Pensiones non exactæ transeant ad ejus hæredes. Et utrùm nondum maturatæ transmittantur ad ipsos, pro rata temporis. Et quomodo hujus ratæ computatio fieri debeat.

SUMMARIUM.

1 *Clerici sæculares in statu Avenionensi, habent facultatem disponendi de fructibus suorum beneficiorum, ex privilegio, & consuetudine.*

2 *Pensionarius transmittit ad hæredes pensiones decursas, etiam in locis ubi Clerici non habent facultatem testandi: non tamen fructus beneficiorum: & quæ sit ratio.*

3 *Referuntur duæ sententiæ, quarum una solos pensionis maturatæ terminos, transmitti ad hæredes existimat: alia verò pro rata temporis,* num.4. *Rota distinguere solet inter cessationem pensionis voluntariam, & necessariam,* num.5.

6 *Computatio pensionis fieri debet, ex sententia aliquorum, secundùm ratam temporis quo pensionarius vixit.*

7 *Annus pensionis beneficiariæ computari debet ad ratam temporis perceptionis fructuum, non temporis vitæ illius. Et hæc vera est sententia.*

8 *Anni computatio in materia pensionum Ecclesiasticarum, incipit à die quo pensiones reservatæ sunt, à quo tempore fit computatio rata fructuum perceptorum. Quod propositis exemplis explicatur.*

9 *Annus à quo tempore incipiat in aliis causis præter pensiones Ecclesiasticas. Remissivè.*

PEnsionis reservatio facta fuerat die 7. Novembris anni 1630. in quolibet festo Sancti Joannis & Natalis Domini, pro medietate solvenda. Mortuus est pensionarius in principio Februarij 1632. Unde dubitatum fuit, utrùm tota pensio ad hæredes translata fuerit, an pro rata temporis, à die reservationis 7. Novembris computando, an verò à die fructuum perceptorum.

1 Pro cujus quæstionis resolutione supponendum in primis est, quod in civitate Avenionensi, & toto ejus statu, Clerici ex antiquissima consuetudine, & summorum Pontificum privilegiis, ac concessionibus, habent facultatem testandi, & de fructibus suorum beneficiorum disponendi in favorem suorum hæredum; exceptis tamen Episcopis, & Religiosis, quibus specialis testandi facultas concessa non est. † Et tamen quamvis testandi facul- 2
tas non esset alicui Episcopo, aut alteri concessa, transmitteret nihilominus pensiones non exactas ad hæredes, sive ex testamento, sive ab intestato; cùm debeat fieri differentia inter fructus beneficiorum non exactos, & pensiones. Illi enim remanent in dominio Ecclesiæ: Pensiones non item; cùm in mera temporalitate consistant, ut dicit Marescot. *lib.2. var. resol. cap.2.* Et ante eum Gigas *de pension. quæst.52.*

Quibus ita suppositis, adverto varias circa pro- 3
positam difficultatem fuisse Doctorum sententias: & inter cæteros, Barbos. *in l. divortio 8. ff. solut. matr. part.2. num.39. usque ad* 44. re diligenter examinatâ, concludere videtur *num.*43. solos pensionis maturatos terminos ad hæredes transmitti, ita ut pensionarius iste, solum terminum in die Natalis Domini decursum transmittat; nihil autem de futuro, in diem Sancti Joannis Baptistæ destinator quem sequitur Castill. *in tract. de usufruct. cap.79. num.*17. cum aliis per eos citatis.

Alij verò æquiorem, & magis communiter rece- 4
ptam amplexi sunt sententiam; à qua in judicando & consulendo non est recedendum: ut scilicet nec tota pensio successori in beneficio, nec tota hæredi pensionarij adjudicetur, sed ad utrumque pro rata temporis pertineat. Quam sententiam intrepidè sequutus fuit Peregrin. *in tract. de fideicom. articul.49. num.*191. post plures alios per eum allegatos. Costa qui plures etiam citat, *in tract.de ration.rat. quæst.*10. *numero* 4. Gabriel *cons.*191. *per tot. vol.*2. Honded. *cons.*85. *num.*13.23. *& seqq.* cum pluribus ibi citatis *volum.*2.

Rota verò Romana post varias super hac quæ- 5
stione deliberationes, tandem hac distinctione dubium terminavit, quod aut pensio per actum voluntarium, veluti per translationem cessavit; aut per actum necessarium, veluti per obitum pensionarij. Primo casu, quia is qui cedit seu transfert pensionem, nihil sibi reservasse censetur: ideò tota pensio ad cessionarium seu translatarium pertinet. Secundo verò casu, pro rata temporis ad hæredes pensionarij transit: ut habetur apud Put. *decis.*14. *per tot. lib.3. & in decis.*278. *num.6. part.2. in recentior.* Ubi etiam *d. consil.* Gabriel. 191. *lib.2.* fuit approbatum, necnon Honded. *cons.* 85. *lib.2.* & tradit Theodos. Rub. *in suis observat. ad decis.* Orani *in Segutinæ beneficiorum,* 1. Jun. 1592. *num.*4. Lotter. *de benef. lib.1. quæst.44. num.1. usque ad* 19.

In praxi tamen, quomodo computanda sit hæc 6
rata temporis, non satis constat. Dubitari siquidem potest utrùm rata ista considerari debeat, & computari, habitâ proportione ad tempus quo pensionarius vixit, prout computari debere censuit Nic. Garf. *in tract. de benefic. part.2. cap. 1. à num. 105. usque ad num.*125. maximè verò *num.*120. itaut si pensionarius mortuus fuerit mense Februarij, pensio ad ejus hæredes transmittatur pro rata termini decursi ut loquitur Garf. *ibid.num.* 116. & sic pro rata temporis decursi à die natalis Domini. Cujus opinionis

funda-

fundamentum petitur ex eo, quod penſionarius ex conſtitutione Pij V. tenetur recitare parvum officium B. Virginis: & per conſequens ei acquiri debet penſio pro rata ſervitij, & vitæ, qua durante officium recitavit; maximè cùm penſiones iſtæ ſint ad inſtar alimentorum, quæ debentur ad ratam temporis, quo vita alimentarij duravit. Et ejuſdem ſententiæ fuit Covar. *lib.1. var. reſol. cap.15. num.13.* Peregr. *de fideicom. artic. 49. num. 101.* apud quos alij citantur.

7 Alij tamen exiſtimarunt, ratam temporis conſiderandam & computandam eſſe, non ad proportionem temporis quo penſionarius vixit: ſed ad ratam fructuum per beneficiarium, qui penſione oneratus eſt, perceptorum; itaut ſi penſio fuerit impoſita tam ſuper fructibus, quàm ſuper diſtributionibus; attendi debeat quantùm de fructibus perceperit, vel propter illorum maturitatem percipere debuerit, aut potuerit, beneficij penſione onerati poſſeſſor. Similiter & quantùm ex aliis emolumentis & diſtributionibus, ſuper quibus penſio impoſita eſt, & ad ratam & proportionem illorum, penſio hæredibus penſionarij ſit adjudicanda. Et ita cenſuit Caccialup. *in tract. de penſionib. quæſt.25.* Gigas *in cod. tract. quæſt.53.* Coſt. *d. quæſt.10. numero 4.* Honded. *conſ.85. num.23. & ſeq. vol.2.* Tuſc. *lit. P, concluſ.267. numero 8. & 9.* & egregiè Monald. *conſ.107. per tot.* ubi oſtendit integram penſionem deberi hæredibus penſionarij, ſi ipſe mortuus fuerit eo tempore, quo beneficium penſione oneratum poſſidens, percepit integram fructuum recollectionem. Et hæc poſterior ſententia ſequenda eſt, cùm eam tandem ſequuta fuerit poſt longum examen Rot. Rom. apud Duran. *deciſ. 448. per tot.* ubi omnes pro utraque ſententia rationes optimè diſcutiuntur. Et ideò concluditur ibidem, quod cùm penſionarius obiiſſet die 25. Octobris, quo tempore fructus omnes in illis partibus erant recollecti; integra penſio totius anni debebatur hæredibus penſionarij, & ſic integer terminus, qui ſolvendus erat in die Natalis Domini.

8 Hæc tamen deciſio non ita clarè quæſtionem reſoluit, quin adhuc remaneat ſcrupulus; nempe quomodo computari debeat annus iſte, vel à menſe Januarij, vel à tempore recollectionis fructuum; videlicet ab una recollectione ad aliam, vel à die datæ
9 impoſitionis penſionis; † prout in diverſo caſu, de varia anni computatione agit Munnoz *in tract. de ratiocin. comput. 21. num.7. & 8. & comput.26. numero 9.*

Sed clarè difficultas hæc explicatur apud Cavaler. *deciſ.129.* nempe quod annus debeat inchoari à die quo penſio fuit impoſita: cui deciſioni non reſiſtit Duran. *d. deciſ.448.* quia in caſu iſtius deciſionis penſio fuerat impoſita die 10. Maij, & ſic totius anni penſio debebatur: cùm ſupponeretur in facto, quod tempore mortis penſionarij, qui è vivis exceſſerat die 25. Octob. anni 1632. omnes fructus totius anni uſque ad 10. Maij anni 1633. omninò percepti fuerant per illius beneficij poſſeſſorem. Quod convenit reſolutioni factæ *d. deciſ. 129.* coram Cavaler. de computando anno à die reſervatæ penſionis, prout in caſu ſibi propoſito, in quo reſervatio penſionis ſuper Epiſcopatu Carpentoractenſi, facta fuerat in favorem Eminentiſſimi quondam Cardinalis Baronij die 23 Septemb. At verò Cardinalis mortuus fuerat die 29. Junij. Et ſic poſt paucos dies à tempore maturati unius termini ſolvendæ penſionis, nempe nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ: ideo Rota reſoluit deberi penſionem hæredibus Domini Cardinalis, pro rata fructuum perceptorum à die 23. Septemb. 1606. uſque ad diem 29. Junij 1607. quo die mortuus eſt Cardinalis. Intelligitur itaque tota perceptio fructuum finita die reſervatæ penſionis, & ſic cùm recollectio granatorum non eſſet facta die 29. Junij, vindemiæ autem jàm fuiſſent finitæ die 23. Septemb. ann. 1606. qui erat annus mortis à 23. Septembris computandus, parva admodum quantitas penſionis fuit hæredibus Domini Cardinalis adjudicata. Quod applicando ad caſum propoſitum, concluſum fuit penſionem dumtaxat hæredibus penſionarij deberi, ad ratam fructuum perceptorum à die 7. Novembris, necnon diſtributionum, & emolumentorum Canonicatus, ſuper quo penſio fuerat reſervata.

CAPUT XXIII.

De novorum Monaſteriorum ædificatione, & antiquorum tranſlatione, & quorum ad id authoritas requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes non poſſunt nova loca acquirere, ſine ſedis Apoſtolicæ licentia.*
2 *Quid circa novorum monaſteriorum erectionem ſervetur in Gallia.*
3 *Excommunicatio contra alienantes domos regulares, quomodo intelligenda.*
4 *Erectio novorum monaſteriorum, quomodò facienda ex Concilio Tridentino.*
5 *Privilegia nova monaſteria ad libitum erigendi, ſunt hodie revocata.*
6 *Monialium monaſteria erigi nequeunt ſine licentia ſedis Apoſtolicæ, & Epiſcopi.*
7 *Tranſlatio Monaſterij ad locum ſalubriorem ejuſdem oppidi, non exigit ſedis Apoſtolicæ licentiam; ſed ſufficit conſenſus Ordinarij.*
8 *Epiſcopus ex cauſa mutare poteſt defunctorum voluntatem, conſentiente fundatore, vel ejus hæredibus, aut etiam ipſis negligentibus.*
9 *Quomodò intelligi debeat privilegium mendicantibus conceſſum, quo nova monaſteria non erigantur in loco non diſtante per 300. canas.*
10 *Præjudicium quod oritur ex ſepulturis & miſſis, non eſt conſiderabile in materia erectionis novorum monaſteriorum.*
11 *Tranſlatio monaſterij fit cum omnibus bonis ad illud ſpectantibus.*

NOtandum eſt in primis Bonifacij VIII. Pontificis Maximi conſtitutione cautum eſſe in *cap. cùm ex eo, de exceſſ. prælat. in 6.* ne Religiosi mendicantes, tam prædicatores, quàm minores, aut alij nova monaſteria habere aut acquirere, vel acquiſita ſeu recepta transferre ſeu alienare poſſint ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia: non obſtantibus quibuſcumque eorum privilegiis. Quam conſtitutionem poſtea Clemens V. in Concilio Viennenſi renovavit, adjecta etiam excommunicationis pœna in *clement. cupientes, de pœnis.* † Quæ conſtitutio etiam in Gallia ſervanda eſt, teſte Chopin. *lib.1. monaſtic. tit.3. numero 11.* qui allegat etiam ad hoc conſtitutionem Gregorij X. in *cap. unic. §. confirmata*

firmata, de Religios. dom. in 6. & Agathense Concilium in *cap. de monachis, 18. quæst. 2.* Servanda inquam est in Gallia, ex eodem authore, quoad monasteria non mendicantia; mendicantibus enim à summo Pontifice concessa privilegia, in Gallia admissa & executioni demandata fuisse testatur, favore Reverendorum Patrum de Observantia ordinis Sancti Francisci, qui vulgò Recollecti nuncupantur: & liberam ipsis in vim privilegij Pontificij, ædium concessam fuisse structuram: quibus suas etiam partes Christianissimus Rex postmodùm accommodavit: quod fusiùs idem Author prosequitur, & varia circa novorum monasteriorum ædificationem arresta Senatûs eodem loco refert, quæ hîc transcribere superflui laboris esset.

3 Verùm & hoc secundo loco notandum est, constitutionem illam Concilij Viennensis, de domibus antea receptis duntaxat mentionem fecisse; & ideo ad domos post illius Concilij celebrationem, nempe post annum 1311. quo Concilium illud congregatum fuit, receptas, extendi non potuisse: ut notarunt Geminian. & Ancharan. *in d. cap. cum ex eo, de excess. prælat. in 6.* Bonacin. *de excommun. extra bull. disput. 2. quæst. 8. punct. 2. n. 4. vers. observa tamen.*

4 Tertiò supponendum est, quod ex constitutione Concilij Tridentini *sess. 25. de regular. cap. 3.* nova monasteria sine consensu Episcopi, & licentia ipsius erigi non possunt. Ultra quam constitutionem Sacra congregatio declaravit, necessariam esse in novorum monasteriorum erectione causæ cognitionem; necnon summi Pontificis permissionem ac licentiam. Quod etiam statuit Clemens VIII. Non tamen licet Ordinariis hujusmodi licentias concedere, nisi vocatis & auditis Prælatis Conventualibus locorum, ubi ædificandum est, & aliis interesse habentibus: ut advertit Barb. *lib. 2. jur. Eccles. cap. 12. num. 7.*

5 Et quamvis pluribus Religiosis concessum fuerit privilegium à summis Pontificibus, nova monasteria ad libitum ædificandi; omnia tamen similia privilegia revocata fuerunt per constitutionem Felic. Record. Urbani VIII. sub Dat. Romæ die 28. Augusti 1624. quam ad longum inserit Tamburin. *de jur. abbat. tom. 3. disput. 5. quæst. 1.* quæ incipit *Romanus Pontifex.* Per quam fuit ordinatum, non obstantibus quibuscumque privilegiis, servandam esse constitutionem sacrorum canonum & Concilij Tridentini, Clementis VIII. & Gregorij XV. circa novorum monasteriorum erectionem.

6 Quartò supponendum est ratione monasteriorum monialium, etiam ante dictam Urbani VIII. constitutionem, nempe ante annum 1615. ex speciali Sacræ congregationis decisione statutum fuisse, ut illa erigi non possent, nisi de speciali sedis Apostolicæ indultu; & interveniente Ordinariorum consensu, necnon in locis muro cinctis: ut not. Barbos. *in suis decis. apostol. inverb. monasteria monialium, collect. 504. num. 1. & 2.* ubi alij DD. referuntur.

7 Quintò, considerandum est, quæ de novo monasterio ædificando dicta sunt, non procedere quando agitur de antiquo monasterio in alium locum transferendo: unde cùm quidam conventus Ordinis Sancti Dominici, jam tunc à viginti & amplius annis in quodam loco ædificatus, consentiente Episcopo, totoque populo annuente, nec contradicentibus Religiosis Ordinis Sancti Francisci, tractaret de transferendo monasterium jam tunc extra civitatem in loco minùs commodo ædificatum, ad locum commodiorem, & magis sanum: Respondi hoc licitè fieri posse, absque nova licentia superiorum, nempe Episcopi, & summi Pontificis: quod sic fieri posse testatur Barbos. *lib. 2. de jur. Eccles. univers. cap. 12. num. 78.* ubi dicit licitè mutari posse conventum sanitatis causâ, è vallibus ad colles; quia hoc casu nullus novus acquiritur titulus, sed primus renovatur aut ampliatur. Idem tradit Mirand. *in manual. prælat. regul. quæst. 33. art. 5. in 2. conclus.* Hieron. Roderic. *quæst. regul. 55. num. 10.* Eman. Roder. *quæst. regular. tom. 2. quæst. 49. art. 9.* Portel. *in dubiis regular. in verb. monasterium, num. 5.* licèt asserat ad istam mutationem requiri novam Episcopi licentiam; allegans ad hoc eund. Eman. Roderic. qui hoc dicit *tom. 1. quæst. 23. art. 7. in fin. vers. notandum tamen,* quamvis idem *tom. 2. quæst. 49. art. 4.* & Portel. *ubi sup. num. 7.* referat Sixti V. privilegium mutandi monasteria ad alium locum, sine Episcopi licentia.

His ita constitutis. Dixi Religiosos Sancti Dominici, non solùm in possessione conventus jam acquisiti manutenendos esse; verùm etiam ad translationem ejusdem ad salubriorem locum admittendos; interveniente tamen consensu fundatoris, qui in priori loco fundare voluerat; vel hæredum ipsius unà cum consensu & authoritate Episcopi; † qui tan- 8
quam sedis Apostolicæ Delegatus, ultimas defunctorum voluntates ex justa, & rationabili causa commutare potest: ut disponit Concil. Trident. *sess. 22. de reformat. cap. 6. & sess. 25. cap. 4.* Barbos. *de Episcop. part. 3. alleg. 83. num. 5. & 6.* Vel si malint religiosi, recurrere poterunt ad Legationem, ubi id sine difficultate obtinebunt, cùm sit conforme juri communi: per textum in *cap. nos quidem, de testam.* ex quo probatur, quod testatore mandante, monasterium construi in certo loco, si ibi commodè construi non possit, arbtrio hæredis & Episcopi, in ô & solo authoritatem interponente Episcopo, si adsit hæredis negligentia, in alio commodiori loco construi debet: & ita tradit Monet. *in tract. de commut. ult. volunt. cap. 3. n. 78.* Quod ad alios casus non est extendendum, ut dicemus *cap. 68. num. 7. & 12. & cap. 113. n. 5.* quia aliud est substantiam voluntatis, aliud accidentia commutari, veluti locum, & tempus, & similia: Moneta *ibi, cap. 5. n. 336.* & dicemus dicto *c. 68. n. 12.* post Mohedan. *decis. 1. de Iurepatronat. n. 2.* Sin autem Episcopus debitè requisitus, commutationem illam justis causis innixam concedere recusaverit: praxis communiter recepta est, ut ab hac denegatione appelletur, & causa appellationis coram Superioribus ad quos appellare licet introducatur.

Quod verò attinet ad oppositionem factam per 9
Religiosos Ordinis Minorum sancti Francisci, qui Pontificio nituntur privilegio, ne quis propè eorum domos novum monasterium intra trecentarum cannarum spatium per aërem mensurandarum, ædificare possit: Dixi illam recipiendam non esse. Quia privilegium hujusmodi, quod à Clemente IV. & Julio II. Minoribus concessum est, locum habet duntaxat favore illorum religiosorum qui mendicant; ne propter aliorum conventuum proximitatem, ipsorum eleemosinis fiat præjudicium. Unde si dicti patres Prædicatores ostendant se aliundè non mendicando vivere posse, privilegium illud non erit considerabile; cùm nullum ex nova illa ædificatione Minoribus præjudicium inferri possit: ut in simili consideravit Rot. *decis. 746. num. 1. part. 2. recentior.* nam textus in *d. cap. 1. de excess. prælat.* loquitur dumtaxat de iis qui mendicant. Et hodie ex Concilio Tridentino Episcopi soli, hanc translationem conventus de loco ad locum facere possunt. Rot. *decis. 193. num. 8. & 9. part. 5. recentior.*

Similiter

10 Similiter, nullum præjudicium conſiderari poteſt pro parte fratrum Minorum, ex eo quod Chriſti fideles in nova Eccleſia poſſint eligere ſepulturam, quam alioquin elegiſſent in Eccleſia Minorum, & in ea miſſas & anniverſaria celebrari curaſſent. Quia cùm verſemur in facultativis, non poteſt aliquod naſci præjudicium conſideratione dignum. Poteſt enim quilibet in Eccleſia ſibi beneviſa opera pia exercere, & ſepulturam ſibi eligere: *c.1.de ſepultur.* unde intrat doctrina Bartol. *in l.quo minus,n.21.in fin. ff.de fluminib.* Rot. *deciſ.745. num.3. part.2.recentior.*

11 Unde ſequitur non potuiſſe denegari tranſlationem iſtam conventus ab uno loco ad alium, cum omnibus bonis primi conventus, quæ ad ſecundum pertinebunt: ut decidit Rot. *deciſ. 193. n.7. part.5. recentior.* per text. in *cap.2. de religioſ. domib.*

CAPUT XXIV.

Receptio Monialium ad profeſſionem ad quem ſpecter, utrùm ad Epiſcopum, vel ad Ordinis Generalem, Abbatiſſam, vel Monaſterium ſeu Capitulum: Et quæ pro hujus profeſſionis validitate requirantur.

SUMMARIUM.

1 *Admiſſio religioſorum ad profeſſionem, ſpectat ad ſuperiorem immediatum illius conventus, ubi novitiatus factus fuit; non autem ad mediatum.*

2 *Epiſcopus, aut Generalis Ordinis, non poteſt moniales ſolus ad profeſſionem recipere, ſine capitulo, & ſuperiore immediato.*

3 *Non poteſt monialis in monaſterio recipi, contra voluntatem capituli.*

4 *Atque ita Regia ordinatione ſancitum eſt.*

5 *In recipiendis ad profeſſionem monialibus, nec ſolius capituli, nec ſolius Abbatiſſæ conſenſus ſufficit; ſed requiritur utriuſque.*

6 *In rebus magni ponderis, conſenſus requiritur Prælati & Capituli, copulativè.*

7 *Moniales quarum numerus definitus eſt, ultra illum numerum recipi non debent; ſed nec ultra monaſterii facultates, ſi dotem non afferant.*

8 *Ante profeſſionem emiſſam, ſicut religioſus, ita & conventus pœnitere poteſt.*

9 *Novititatus debet eſſe continuus abſque interruptione, maximè in monialibus.*

10 *Ad validitatem profeſſionis monialium, plurima requiruntur tam de iure, quàm ex Chriſtianiſſimi Francorum Regis conſtitutionibus.*

11 *Profeſſio monialium non poteſt aliter probari quàm per ſcripturam.*

PRopoſitæ fuerunt ſequentes quæſtiones, pro parte cujuſdam monaſterij Regiæ fundationis in Gallia, decidendæ.

Prima, utrùm Epiſcopus, invita Abbatiſſa, jubere poſſit ut quædam puella ad profeſſionem admitteretur.

Secunda, utrùm ſufficiat conſenſus Epiſcopi & monialium, ſine Abbatiſſa.

Tertia, utrum in omnem eventum Abbatiſſa ſit fundata petendo, ut dicta puella minimè recipiatur, niſi dotatâ congruâ dote.

Ut faciliùs quæſtiones iſtæ reſolvantur, adverten- 1
dum eſt in primis, quod jure communi inſpecto, monachorum receptio ad conventum & Prælatum immediatum monaſterij, in quo novitiatus factus fuit, & annus illius completus; non autem ad alium ſuperiorem mediatum pertinet: ut ex Navar. refert Sayr. *in flor.ib. deciſ.tit.23. de regular.deciſ.58. argumento cap.ad apoſtolicam, de regular.* quod etiam voluit Gloſſ. *in cap. fin. de regular. in 6. verb. pertineat,* quam ibi ſequuntur communiter Doctores. † Ex quo 2
præſuppoſito reſultat reſolutio primæ quæſtionis. Non enim poteſt per ſe vel Epiſcopus, vel alius quilibet prælatus regularis, ſine conventu moniales creare vel recipere, nec Abbatiſſæ vel conventui præcipere, ut ipſis invitis aliquam monialem admittant. Quod ſi faceret Epiſcopus, juſto cum gravamine, ab illius præcepto poſſet appellari Lap. *alleg.32.* Calder. *conſ.16 de regular.* quos citat & ſequitur Mirand. *in manual. prælat. regul. part.1. q.25.art.1.in 3. concluſ.* † Neque enim rationi conſentaneum eſſet, 3
ut Abbatiſſa & Monaſterium, contra propriam voluntatem cogerentur admittere puellas ad earum obedientiam, juriſdictionem & ſubjectionem: ut dicit Mirand. *in tract. de monialib. q. 8. art.1.* Eman. Roderic. *quæſt. regular. tom.3. q.9. art.2.* Imò & monachus habitum recipere non debet, niſi à perſona ad id poteſtatem habente: *cap. porrectum,* cum ibi notat. *de regular.* † Quod & Regiæ ordinationi con- 4
forme eſt, in qua non ad aliud Epiſcopi requiritur authoritas in receptione monialium, quàm ad explorandam puellæ voluntatem, eaque de cauſa per Epiſcopum, aut ejus Vicarium per menſem ante profeſſionem faciendam moneri jubet.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur, neque 5
ſolum Abbatiſſæ conſenſum ſine conventu, neque ſolam conventus ſine Abbatiſſa voluntatem ſufficere, ut monialis legitimè recepta dicatur, ſed utramque copulativè intervenire debere: quod tanquam indubitatum ſupponit Gloſſ. *in cap. fin. de regular. in 6.* & ſequitur Mirand. in *manual. d. q. 15. n.1. concluſ.2.* † Quia in rebus magni momenti, quales 6
eſt receptio religioſorum, Prælatus ſine Capitulo, vel Capitulum ſine Prælato nihil facere poſſunt. *cap.quanto, cap.novit, cap.ea noſcitur, de his quæ fiunt à prælat. ſine conſ. capit.*

Ad tertiam quæſtionem reſpondetur, tam ex de- 7
poſitione Concilij Tridentini, quàm de jure communi; in omnibus monaſteriis certum debere teneri numerum monialium, juxta facultates redditus monaſterij, ultra quem non liceat ullas Religioſas admittere. Abb. *in cap. quoniam, verſ.in gloſſa prima, in fin. de Simon.* Quod in caſu propoſito factum fuerat per tranſactionem olim inter Epiſcopum, & moniales initam; per quam numerus illarum ad denarium reductus eſt, qui eo tempore completus erat, unde multò minùs cogi poterant moniales ad puellæ illius receptionem, maximè ſine dote: cùm ſit inhabitatum, monaſterium, ſi facultates non ſuppetant, dotem petere & exigere poſſe. DD. *in d.cap. quoniam, de Simon.* Menoch. *conſ.193. num.4.*

Verùm, quia Dominus Epiſcopus prætendit cogere monaſterium ad hujus puellæ receptionem, non tanquam novitiæ, ſed tanquam monialis jam admiſſæ: videndum eſt utrùm hæc ſit fundata prætenſio. Et ſanè non eſſe fundatam, fuit determinatum.

Non enim tanquam novitia poteſt admitti, ut jam 8
probavimus: nec tanquam profeſſa, cùm nullam omnino profeſſionem emiſerit, nec novitiatum compleverit: † ideo ſicut ipſa poteſt pœnitere, ita & mo- 9
naſterium illam recuſare, ut ſit par utriuſque con-

ditio

tio: *cap. consulti, cap. postulasti*, cum ibi notatis, *de*
9 *Regular.* † Præsertim cùm novitiatus non fuerit continuus, sed interruptus; quod admitti nullo modo potest, Abb. Ancharan. & alij in *d. cap. ad apostolicam, de Regular.* Maximè in monialibus, quæ licet ad curandam valetudinem per aliquod tempus exiverint à monasterio, etiam cum licentia Abbatissæ, non possunt reversæ annum adimplere; sed de novo absque temporum interruptorum conjunctione, illum inchoare debent, Gratian. *discept.* 166.
10 *num.* 14. & 15. † Cùm igitur dicta puella non possit dici novitia in statu professionis, multò minùs recipienda fuit tanquam professa, quia non concurrebant quatuor illa copulativè requisita, ex consuetudine Galliæ, & ordinationibus Regiis; nempe ætas, capacitas personæ recipientis, juramentum
11 in scripturam redactum, & registratio. † Quidquid enim sit de professionibus virorum, hoc certum est in probandis mulierum professionibus, scripturam de substantia requiri: *cap. omnes fœminæ* 37. ubi Gloss. *in princ. caus.* 27. *quæst.* 1. *cap. viduæ* 20. *quæst.* 1. Gratian. *discept. forens.* 640. *num.* 5. Quæ omnia deficiebant in casu proposito, nempe ætas hujus puellæ minor annorum sexdecim, quæ tamen ex Concilio Tridentino, & ex ordinatione Regia omninò requiruntur, ut Carolus IX. statuit: deficiebat etiam consensus personæ recipientis, nempe Abbatissæ, sicut & instrumentum, & registratio: ergo non poterat hæc puella dici professa, ex notatis per Tornet. *in recollect. arrest. in caus. benefic. lit. P, num.* 202.

CAPUT XXV.

Quando, & cujus expensis adjutor, seu secundarius, Parocho deputari debeat. Quænam Ecclesiæ teneantur contribuere in expensis visitationis Episcopi: & quid pro illis expensis Episcopus exigere possit. Quid possit Episcopus statuere circa pias defunctorum voluntates, campanas privatorum Oratoriorum, & processiones. Denique utrùm Hospitalia in Gallia subjaceant visitationi Episcopi.

SUMMARIUM.

1 *Adjutor seu secundarius, quando dari debeat Parocho.*
2 *Parochus regulariter non tenetur ad plus, quàm ad tenendum simplicem clericum qui eum adjuvet.*
3 *Quadragesimali vel Paschali tempore, Parochus potest advocare exteros confessores, si ipse non sufficiat; nec propterea dandus est illi adjutor, ex mente Rotæ; cujus sententia concordatur cum declarationibus sacræ congregationis. Ibidem.*
4 *Omnes Ecclesiæ contribuere tenentur ad expensas visitationis.*
5 *Excipiuntur Ecclesiæ exemptæ.*
6 *Item Ecclesia paupertate laborantes.*
7 *Item excipiuntur hospitalia infirmorum, leprosorum, & similia.*
8 *Episcopus non potest regulariter pias testantium voluntates commutare, excepto casu impossibilitatis, aut simili, & quomodo id sit intelligendum.*
9 *Episcopus nihil ultra expensas visitationis petere potest, imò ne fragmenta ad domum suam deferri curare.*
10 *Pœna Episcopo & ejus domesticis aliquid ultra victum in visitatione petentibus, quænam sit imposita.*
11 *Visitati possunt expensam visitationis pecuniarodimere.*
12 *Episcopus in terris Ecclesiæ, hospitalia visitare potest.*
13 *Quid servetur in Gallia circa potestatem Episcopi, quoad visitationem hospitalium.*
14 *Campanas in privatis Oratoriis, sine Episcopi licentia habere non licet.*
15 *Processionum abusus corrigit Episcopus appellatione remota.*

NOnnullæ à quodam Episcopo movebantur difficultates, dum Ecclesias suas visitaret. Et primò quando, & in quibus casibus, & cujus expensis Parocho adjutorem seu secundarium deputare posset. Secundò, quænam Ecclesiæ tenerentur contribuere in expensis visitationis. Tertiò, utrum Episcopus visitando, possit pias defunctorum voluntates commutare. Quartò, quomodo regulari, seu taxari debeant expensæ visitationis. Quintò, quam potestatem habeat Episcopus circa visitationem hospitalium, præsertim in Gallia. Sextò, quid statuendum sit super campanis privatorum Oratoriorum, & quid circa præcedentias in possessionibus.

Quibus quæstionibus responsum fuit in primis, 1
expensam secundarij seu adjutoris qui Parocho assistere debet in administratione Sacramentorum, ad ipsius Parochi onus pertinere: cùm unusquisque curam animarum exercens, debeat habere aliquem qui sibi assistat: *cap.* 3. *de vit. & honest. cleric.* Quia licèt in illo capite fiat dumtaxat mentio de clerico, idem tamen dicendum est de secundario etiam Presbytero; quando parochia ita numerosa est, ut simplex clericus non sufficiat: atque ita fuit judicatum ratione Prioratus loci de Biturritis, uniti authoritate Apostolica Conventui Patrum Minorum hujus civitatis Aven onensis; quamvis super hoc pendeat appellatio, ex eo quòd dicti patres prætendunt populo non esse necessarium adjutorem.

Verùm non potest regulatiter Episcopus Parocho 2
invito, capellanum seu adjutorem adjungere; nisi probetur quòd Parochus solus sine alio capellano Sacerdote, non posset muneri suo satisfacere. Et ad hunc effectum Rota censuit probari debere quod propter defectum ministrorum, & multitudinem incolarum, infantes sine baptismo & homines sine sacramentis obierint: ex Hostiens. in *cap. ad audientiam* 1. *num.* 3. *de Eccles. ædif.* Veral. *decis.* 240. *num.* 1. *part.* 2. Ricc. *collect.* 2926. *vers. bene verum.* † Ne- 3
que sufficit probare, quod tempore Quadragesimæ & Paschatis, unus Rector non sufficiat pro audiendis confessionibus, & sanctissimo Sacramento administrando: quia illo tempore vocari possunt exteri sacerdotes, quibus Parochus reliquo anni tempore non indigebit: ita censuit Rot. in *Vallisoletana servitij*, allegata per add. ad Ludovis. *decis.* 245. *num.* 12. Ricc. *loco mox citato.* Ex cujus dictis colligitur hujus servitij per adjutorem præstandi onus, de pensione non esse deducendum, quando prædictæ circumstantiæ non concurrunt: quia tunc onus illud non est necessarium. Et hoc verum est quamvis reditus Parochi essent sufficientes, saltem respectu pensionarij in

cujus præjudicium non minuitur penſio per onus ſecundarii, quando non adeſt neceſſitas tenendi adjutorem; ſed dumtaxat per expenſam ſimplicis clerici. Et hac ratione procedunt tradita per Rot. *deciſ.* 56. *num.* 3. *part.* 2. *diverſ.* ut traditur apud Burat. *deciſ.*468.*num.*8.

Sed hæc Rotæ ſententia contraria videtur determinationi ſacræ congregationis interpretum ſacri Concilii Tridentini,quæ in quadam Tiraſſonenſi declaravit, non debere expectari quod Parochiani decedant ſine ſacramentis, ut Epiſcopi cogant Rectores ad ſibi alios ſacerdotes adjungendum, in locis in quibus populus adeo numeroſus eſt, ut unus Rector non ſufficiat: juxta *cap.*4.*ſeſſ.*21.*de reformat.*

Utràque tamen ſententia ſic conciliatur, ut ipſe quidem Epiſcopus, ſi de evidenti neceſſitate parochianorum, & de periculo defectus ſacramentorum, ſibi extrajudicialiter appareat; Parochum cogere poſſit ad ſibi alium ſacerdotem adjungendum, cùm id ipſius Epiſcopi muneri incumbat, & hac in re ex officio procedere queat. Sed Rota quæ non niſi judicialiter procedere ſolet, & causâ cognitâ, & ad partis inſtantiam, non decrevit talem adjunctionem donec ſibi de neceſſitate parochianorum in forma judicii appareat: quam conciliationem affert Nic. Garz. *in tract.de benefic. part.*12.*cap.*3.*num.*9. & 10. confert *deciſ.* Cæſ.de Graſſ.1.*de Paroch.*

Porrò quod diximus, adjutorem ſumptibus Parochi eſſe deputandum,ita intelligendum eſt, ut ſi quis alius decimas præter Parochum percipiat, is ad adjuvandum Rectorem in adminiſtratione ſacramentorum concurrere teneatur: ut notavit Garz.*d.cap.*3. *num.*10.*in fin.verſ.maximè*, & fuit deciſum per Rot. apud Seraphin. *deciſ.*780. *num.* 4. Et generaliter ex fructibus beneficiorum, expenſas adjutoris miniſtrandas eſſe tradit Gonſal. *ad reg.*8. *gloſ.*5.§.9. *n.*33. Quod ſi fructus beneficiorum non ſufficiant, in ſubſidium tenebuntur parochiani. Ric. *in prax. rer. for. Eccleſ. deciſ.*574. *num.*11.

4 Secundò dictum fuit, omnes Eccleſiaſticos regulariter teneri contribuere ad expenſas viſitationis, per text. in *cap.ſopita*, 14 *de cenſib.* quam contributionem faciendam eſſe pro rata facultatum, teſtatur Coſt. *de ration.rata, quæſt.*89.*num.*4. poſt Alberic. *ad l.*2.§.*cum in eadem, num.*6. *ff. ad leg. Rhod. de jact.*

5 6 Excipiuntur tamen ab hujuſmodi ſolutione Eccleſiæ exemptæ, Coſt. *ibid.* † Item excipiuntur Eccleſiæ paupertate laborantes; has enim Eccleſias pauperes tenetur Epiſcopus propriis ſumptibus viſita-
7 re: Surd. *de alimen.tit.*1.*quæſt.*64.*num.*10. † Similiter excipiuntur Hoſpitalia infirmorum, leproſorum, aut ſimilium perſonarum. Barboſ. *in tract.de offic. & poteſt.Epiſc. part.*3.*allegat.*73. *num.*50. Communitates verò ad hanc expenſam non tenentur. Barboſ. *ibid. num.*45. Ubi dicit quod quamvis Communitates has expenſas facere conſueverint, ad illas tamen invitæ cogi non debent.

8 Tertiò fuit reſponſum, non poſſe Epiſcopum pias teſtantium voluntates commutare ad alium locum, vel ad alium effectum, etiam conſentientibus hæredibus, niſi adeſſet impoſſibilitas adimplendi eo modo, quo fuit à teſtatore ordinatum, aut negligentia hæredis, aliáve juſta cauſa: ut oſtendit Monet. de *commut.ult. vol.cap.*5. *num.*325.& 335. *& ſeqq.* Qua de re alia occaſione agemus, nempe *cap.*68.*num.*7. *& ſeqq.& cap.*112.*num.*5.*& ſeqq.* Et vide ſuprà *cap.*23. *num.* 8. Ubi diſtinximus commutationem accidentium, veluti loci & temporis, aliarúmve circunſtantiarum, à commutatione ſubſtantiæ, Mohed. *deciſ.*1. *de Iurepatronat.*

Quartò Reſolutum fuit, non poſſe Epiſcopum 9
ultra expenſas viſitationis quidquam accipere, neque aliquid ex iis quæ ſuperſunt, ad domum deferre; ſed ſolo victu debere eſſe contentum: & non ſolùm ipſum non poſſe ultra victum aliquid accipere, ſed
nec ejus domeſticos † ſub pœna maledictionis, & 10
interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac reſtitutionis dupli, non obſtante remiſſione Conc.Trident. *de Reformat. ſeſſ.*24.*cap.*3. text.eſt in *cap.*1.§.*prohibemus,& in cap. exigit,de Cenſibus,lib.*6. Barboſ. *d.allegat.*73.*num.*44. Ricc. *in prax.viſitat.deciſ.*612. † Liberum tamen erit 11
viſitatis expenſam viſitationis congruenti pecunia redimere: Barboſ. *d.cap.*73. *num.*56.

Quintò determinatum fuit, rem eſſe expeditam 12
in terris Eccleſiæ, & in locis ubi Concilium Tridentinum fuit receptum, Epiſcopos hoſpitalia viſitare poſſe, & ab illorum adminiſtratoribus rationum redditionem exigere, propter expreſſam ejuſdem Concilii diſpoſitionem, *ſeſſ.*25.*de reform.c.*8.Barboſ. *de Epiſcop. alleg.*75. *num.*1.

In Gallia verò res maximam patietur difficulta- 13
tem, propter expreſſam ordinationem Regiam, quæ Judicibus laicis hujuſmodi negotii cognitionem committit, & expeditionem demandat; de qua Bouchel *in ſumma beneſic.in verb.viſitation,* & arreſta ſuper hoc lata per ſenatum Pariſienſem refert Tornet *in ſua recollectione arreſt.in lit.I, n.*265.*& lit.H,n.*26. quanquam ex juris communis diſpoſitione, jus viſitandi Hoſpitalia & alia loca pia ad Epiſcopum pertineat: per text. *in cap.quidam* 18.*q.*2.*& in c.*3.*&* 4. *de relig.domib.* Cardin.Tuſc. *lit.H,concluſ.*161.*n.*1.*& ſeqq.* Unde non obſtantibus prædictis ordinationibus,& adverſus ea quæ author quidam natione Gallus hac in materia ſcripſit, opinio contraria magis placuit Theven. *in annotat. ad ordinat. Reg. tit.*29. *lib.*1. *art.*1.*in verb.& autres lieux pitoyables.* Ubi dicit omnia Hoſpitalia, ſive erecta fuerint authoritate Epiſcopi,ſive non; dummodò causâ pietatis ſint inſtituta, quamvis eſſent loca privata, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium, Epiſcopi viſitationi eſſe ſuppoſita, niſi fundatione aliter caveatur. Per quam viſitationem non fit præjudicium Regiæ juriſdictioni, nec magni ejus Eleemoſinarii, cùm in Concilio Tridentino nominatim excipiantur loca pia, quæ ſub immediata Regum protectione ſunt conſtituta, ut hæc ſine ipſorum licentia viſitari ab Epiſcopis non poſſint. Præterea addit,per Epiſcopi viſitationem non impediri Judices Regios ſuper reditibus temporalibus hujuſmodi locorum, in caſum abuſus, providere: dicens ita fuiſſe declaratum per Eminentiſſimos Dominos ſacri Concilii Interpretes. Quæſtio iſta fuerat olim deciſa per Edictum Franciſci I. Galliarum Regis, ſub die 29. Decembris anni 1543. quo cautum fuit, Judices omnes ordinarios, Ballivos & Seneſcallos, ex debito officii teneri ſeſe informare de redditibus omnium Hoſpitalium, ſeu locorum pro curandis infirmis deſtinatorum; ac etiam pro leproſis: & caſu quo Rectores & adminiſtratores ipſorum officio ſuo, prout decet, minime fungerentur, alios in illorum locum nominatum idoneos, & ſufficientes, quibus hæc cura per magnum Regium Eleemoſinarium demandaretur.

Poſtea verò, alio Edicto ſub die 15. Januar. idem Franciſcus I. ordinavit omnes hujuſmodi adminiſtratores teneri remittere titulos fundationis Hoſpitalium, & locorum piorum ſimilium, ſimul etiam computa ſuæ adminiſtrationis intra certum tempus, in manibus Judicum cujuſlibet loci: qui etiam faciebant viſitationem dictorum Hoſpitalium & locorum piorum: eos verò qui malè adminiſtraſſe reperiebant,

rientur, ab officio authoritate Curiæ Parlamenti removendos esse.

Super cujus arresti verificatione, cùm formata fuisset oppositio parte magni Regij Eleemosinarij, necnon parte plurium Cardinalium, Episcoporum, Ducum, Cómitum, & aliorum interesse habentium; suprema Parlamenti Curia, rejectis hujusmodi oppositionibus, mandavit procedi ad publicationem literarum patentium Regiæ Majestatis; respectu dumtaxat distributionis fructuum dictorum hospitalium, sine præjudicio jurisdictionis Ecclesiasticæ quoad spiritualia, & quoad personas Ecclesiasticas: & saluâ Prælatis facultate duos probos homines in quolibet loco deputandi, qui Judicibus Regiis assistere possint, non retardata tamen executione edicti Regij. Quæ facultas similiter prætensis fundatoribus & Patronis concessa fuit, sine retardatione Regiæ voluntatis, duos probos viros, ut supra, deputandi. Qua executione facta, reservavit sibi Parlamentum facultatem jus dicendi super redditione computorum dictorum locorum, & super aliis juribus ad Patronum laicum pertinentibus. Hujusmodi autem arrestum latum fuit die 4. Februar. ejusdem anni 1545.

Adest etiam simile edictum Caroli IX. anno 1561. mense Aprilis, & aliud ejusdem Regis, anno 1566. quibus hæc cura hospitalium committitur Judicibus laicis: ut refert Fontanon *tom. 4 tit. des maladeries, hospitaux; &c. fol. mihi* 583.

Cui accedit edictum Henrici III. sub die 14. Augusti, & verificatum in Parlamento die 7. Septembris 1585. quo revisio rationum administrationis hospitalium, confraternitatum, & aliorum locorum piorum committitur Judicibus Regiis cujuslibet loci, in prima instantia; & supremis curiis Parlamenti in secunda: apud Fontanon *tom. 4. fol. 957.*

Tempore autem Henrici magni, anno videlicèt 1606. constitutum fuit; ut magni Regij Eleemosinarij authoritate, seu per commissarios aut vicarios ab illo deputandos, procederetur ad generalem hospitalium, & aliorum similium locorum piorum reformationem, auditionem & revisionem generalem computorum administratorum, colonorum, seu firmariorum & commissariorum, penes quos horum locorum cura fuerat: & pecuniæ ex illo reliquatu provenientes, destinatæ fuerunt ad solarium nobilium & militum mutilatorum: & pro hujus Edicti executione, stabilita fuit curia nuncupata *La chambre de la charité*, quæ tamen revocata fuit, & res ad antiquas ordinationes reducta anno 1611.

Verùm Ludovicus XIII. per suas literas in formam Edicti publicatas 24. Octobr. an. 1612. erexit cameram generalem reformationis hospitalium, leprosariarum, & aliorum locorum piorum, compositam ex quatuor Consiliariis, & supplicum libellorum Magistris, *Maistres des Requestes ordinaires de son hostel*, unà cum quatuor magni consilij Consiliariis; ut simul magno cum Galliæ Eleemosinario, seu ejus Vicariis, vel quinque ex ipsis in aliorum absentia, seu impedimento; instante Regio Procuratore Generali, seu ejus Substituto; seriò intendant horum locorum reformationi, computorum redditioni, seu revisioni, usurpationum punitioni, & correctioni, & generaliter super litibus occasione præmissorum motis, vel movendis, jus dicendi; cum annexis, & connexis. Et in casum appellationis cognitio magno Regio Consilio tributa fuit, sublata omnibus Judicibus inferioribus judicandi facultate, prout hæc omnia refert Carolus Chapuseau Doctor Gallus *in suo tract. de Iurisdict. Gallic. cap.* 17. Mejus tamen esset, si & jurisdictio Ecclesiastica conservaretur, & sancta Concilij Tridentini dispositio executioni demandaretur.

Sextò, quod attinet ad campanas in privatis Oratoriis constitutas; certum est illas ibidem teneri non posse, ut publicè pulsentur sine Episcopi licentia; cum ad loca illa universus populus minimè convocetur: ut notant DD. communiter *in cap. patentibus* 10. *de privileg.* Fusch. *de visit. lib.* 1. *cap.* 14. *numero* 5. 14

Licitum tamen est, ibidem habere campanulam ad usum privatum, non quæ publicè pulsetur: ut benè comprobat Barbos. *in d. cap. patentibus, num.* 6. 15

Ultimò, quoad præcedentiam in processionibus, servanda est consuetudo: si autem adsit abusus, nemo dubitat quin Episcopus providere possit. Intentio tamen sacri Concilij est, ut Episcopus similes controversias, quantum fieri potest, componat omni appellatione remota, quoad effectum suspensivum; ita ut decreta Episcopi mandentur executioni, non obstante appellatione, sine præjudicio jurium partium in gradu appellationis deducendorum: ut legitur in Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 13. Barbos. *in decis. Apostol. decis.* 590. *num.* 1. Ubi de materia præcedentiæ plurima notatu digna per totum illud caput, ex mente Cardinalium concilij interpretum, referuntur.

CAPUT XXVI.

Quando, & quomodo procurator constitutus ad resignandum beneficium possit revocari. Et quæ requirantur, ut talis revocatio sit valida. Quibus, & quomodò sit notificanda. Et in quibus casibus res dicatur integra, ad hoc ut revocatio sortiatur effectum, tam de jure communi, quàm de jure Gallico. Et quod revocans mandatum ad resignandum, teneatur ad interesse & expensas. Et quomodò taxari debeant. Item de executione simplicis signaturæ in Gallia. Et de regressu ob non solutionem pensionis.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum ad resignandum beneficium revocari potest.*
2 *Ampliatur, etiamsi factum fuerit cum juramento.*
3 *Procurator constitutus cum juramento de non revocando, non potest revocari, nisi ex causa de novo superveniente.*
4 *Fallit in constitutione procuratoris ad resignandum, qui revocari potest, non obstante promissione jurata de non revocando.*
5 *Revocatio procuratoris, sive tacita, sive expressa, debet notificari.*
6 *Tacitè multis modis procurator revocatur, veluti per constitutionem secundi procuratoris.*
7 *Ampliatur, etiamsi procurator secundo loco constitutus, mandatum non acceptaverit.*
8 *Procurator non revocatur per constitutionem secundi, quando in secundo instrumento adest clausula, citra revocationem.*
9 *Si plures procuratores fuerint constituti, utrum*

omnibus intimanda ſit revocatio.

10 *Intimatio revocationis ſufficit quod fiat procuratori, vel collatori.*

11 *Intimatio ſummo Pontifici revocationis fieri debet in Camera, & Cancellaria.*

12 *Intimatio procuratori fieri debet ipſimet, nec ſufficit quod fiat curſori.*

13 *Intimatio revocationis, an requiratur pro forma, an verò ſufficiat illius ſola ſcientia.*

14 *Intimatio ſufficit quod fiat ipſi parti, quando pars eſt certa; veluti in mandato ad reſignandum in favorem, vel ad permutandum.*

15 *Revocatio Procuratoris ad reſignandum, fieri debet re integra.*

16 *Conſenſus præſtitus in parva data non eſt attendendus.*

17 *Conſenſus cauſalis quis dicatur.*

18 *Conſenſus formalis procuratoris ad reſignandum in quo conſiſtat; & quomodo differat à cauſali.*

19 *Poſt præſtitum conſenſum cauſalem, licèt nondum fuerint expeditæ litteræ, utrùm procurator ad reſignandum conſtitutus revocari poſſit.*

20 *Gratiam ſola ſignatura perfectam eſſe, quomodò intelligatur.*

21 *Ex ſtilo Romanæ curiæ, non priùs præſtatur conſenſus formalis, quàm cauſalis.*

22 Regula Cancellariæ 44. de conſenſibus præſtandis, *non ſervatur in Gallia.*

23 *Procurator poteſt bullas expediri facere, quamvis reſignans ante bullarum expeditionem moriatur, ſi illo vivente ſupplicatio ſignata fuerit.*

24 *Facto mandato ad reſignandum coram ſummo Pontifice, utrùm Ordinarius negotium reſignationis expedire poſſit? variæ ſunt opiniones.*

25 *In Gallia ſervatur opinio* Seluæ & Barbatiæ, *quod per conſtitutionem procuratoris ad reſignandum coram Papa, ligatæ ſunt manus Ordinarij.*

26 *Ampliatur, ut procedat ſive revocatio fuerit intimata procuratori, ſive non: ſufficit tamen ſcientia procuratoris vel ſuperioris, ſecundum Doctores Gallos.*

27 *Revocans procuratorem conſtitutum ad reſignandum, vel ad permutandum, tenetur procuratori ad damna illius & intereſſe, uſque ad revocationem intimatam.*

28 *Revocans procuratorem, tenetur etiam ad damna illius, qui cum illo contraxit, &* numero 30. *Et ad intereſſe, & expenſas omnium quorum intererat, mandatum non eſſe revocatum.*

29 *Intereſſe ob revocationem mandati ad reſignandum, liquidatur juxta* leg. unic. Cod. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profer.

31 *Intereſſe eſt difficilis probationis, & nulla certa juris definitione comprehendi poteſt.*

32 *Intereſſe ſingulare judicis arbitrio liquidatur.*

33 *Intereſſe aliud eſt intra rem, aliud extra rem.*

34 *Ob revocationem mandati, ſolum intereſſe intra rem debetur.*

35 *Quando quis actum facit jure permittente, ſolum intereſſe intrinſecum debetur.*

36 *Intereſſe tam intra, quàm extra rem, debetur in delictis; quamvis duplum excedat: juxta multorum ſententiam.*

37 *Revocans mandatum, ſolùm tenetur ad intereſſe quod provenit immediatè ex revocatione, non autem quod mediatè.*

38 *Penſio de jure peti non poteſt, litteris non confectis.*

39 *In Gallia, ſola ſignatura non habet paratam exequutionem pro exactione penſionis beneficialis: & quæ pro tali exequutione requirantur.*

40 *Penſionarius habet regreſſum contra beneficium reſignatum, ſi penſio ſibi non ſolvatur, tam de jure communi, quàm de jure Gallico.*

41 *Regreſſus reſignanti conceſſus, contra reſignatarium non ſolventem penſionem, non fuit ſublatus per Concilium Tridentinum.*

QUidam Abbas monaſterij in patria Lingnæ Occitanæ conſtituti, dictam Abbatiam dimittere volens, fecit mandatum ad illam reſignandam in favorem certæ perſonæ, in manibus Sanctiſſimi D.N. Papæ, ſub reſervatione penſionis mille & centum librarum: in vim cujus mandati reſignatarius proviſiones obtinuit in Romana Curia menſe Februarij anni 1633. non obſtante revocatione dicti mandati ad reſignandum per Dominum Abbatem facta longè ante dictas proviſiones, nempe die 18. Novemb. anni 1632. illiuſque revocationis intimatione facta tam in Camera, quàm in Cancellaria Apoſtolica eodem menſe Novembris. Super quo duæ quæſtiones propoſitæ fuerunt pro parte Domini Abbatis. Prima, utrùm reſignatarius eſſet fundatus in prætenſione dictæ Abbatiæ, & utrùm revocatio mandati ad reſignandum obſtaret dicto reſignatario. Secunda utrum procedere poſſet dictus Dominus Abbas reſignans viâ exequutivâ, caſu quo mallet petere penſionem ſibi reſervatam, aut quo remedio ipſi conſultum eſſet, tam in partibus Galliæ, quàm ratione bonorum ſitorum in locis immediatè ſummo Pontifici ſubjectis.

Pro reſolutione primæ difficultatis ſupponendum eſt, mandatum ad reſignandum ſimpliciter factum, revocari poſſe, ut notavit Pariſ. *de reſignat. lib. 9. quæſtion. 25. numero 2.* † Quod procedit etiamſi mandatum fuiſſet factum cum juramento, quia juramentum debet intelligi ſecundùm naturam actus, cui adjungitur, ut copioſè notavit Boër. *deciſ. 207. num. 1.* Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 12. numero 44.* † niſi tamen inſtrumentum* jurium contineret expreſſam promiſſionem de non revocando; tunc enim revocari non poſſet procurator ſic conſtitutus, niſi nova ſuperveniente cauſa: ut notavit Boër. *d. deciſ. 207. numero 2.* † Sed hoc non habet locum in conſtitutione procuratoris ad reſignandum; nam ſi ſtatim conſtituentem pœnitet, non valet reſignatio facta per procuratorem. Boër. *ibid. numero 3. in fin.* † Quod tamen intelligendum eſt; ut locum habeat, dummodò revocatio procuratoris legitimè fuerit intimata, per text. in *Clement. unic. de renunciat.* Pariſ. *d. quæſt. 25. num. 12. & 13.* Quod procedit, ſive revocatio ſit expreſſa, ſive tacita; ut per Gloſſ. *in d. Clemen. unic. de renunciat. in verb. quomodolibet.* † Tacitè autem multis modis revocatur procurator, & inter cæteros per conſtitutionem alterius procuratoris, ut in procuratore ad reſignandum, tradit Pariſ. *d. quæſt. 25. numero 3.* † etiamſi procurator ſecundo loco conſtitutus, mandatum non acceptaverit. Mantic. *de jur. deciſ. convent. lib. 7. tit. 22. numero 38.* Bellamer. *deciſ. 530.* add. ad Burat. *deciſ. 723. numero 7.* † Fallit tamen, niſi adhibita fuerit in ſecundo mandato clauſula, *citra revocationem*, add. ad d. Burat. *deciſ. 723. num. 7.*

Sed

9 Sed dubium esse potest, quomodò fieri debeat ista notificatio revocationis mandati: qua in re concludendum est primò, quod si plures sint procuratores in solidum constituti, omnibus notificatio fieri debet: alias resignatio facta ab eo qui nescivit se revocatum, valebit: si verò procuratores constituti sint sine clausula *in solidum*; valebit resignatio facta per unum: quia in spiritualibus non habet locum *cap. si duo, §. fin. de procur. in 6.* ut benè comprobat Rebuff. *in concord. de sublat. Clement. literis, in verb. re-*
10 *signatione, vers. amplia, sive sit unus.* † Sufficit autem quod intimatio revocationis fiat ipsi procuratori, vel collatori; ut dicitur in illa *Clemen. unic. de*
11 *renunciat.* † Intimatio autem quæ fit summo Pontifici, debet fieri tam in camera, quàm in Cancellaria.
12 Paris. *d. lib. 9. quæst. 26. numero 8. & 9.* † Quæ verò fit procuratori, debet ipsimet fieri; nec sufficeret factum fuisse cursori, qui missus fuit ad sumendas expeditiones beneficij: quia cursor non tenetur credere alteri dicenti mandatum fuisse revocatum; nec si credat, tenetur revelare, nisi fuerit in testem productus: ut dicit Rebuff. *loco proximè citato, in verb.*
13 *resignatione, vers. Sexto.* † An autem sufficiat sola scientia vel notitia revocationis, an verò pro forma requiratur intimatio: dubitavit Rot. *decis. 130. numero 20. part. 6. recentior.* quæ in eam videtur inclinare sententiam, ut sola notitia sufficiat: per text. *in d. Clemen. unic. ibi, notitia revocationis.* Paris. *d.*
14 *quæst. 25. numero 29.* † Sufficit etiam quod intimatio fiat ipsi parti, quando agitur de mandato ad permutandum, vel etiam ad resignandum in favorem certæ personæ: tunc enim cùm persona sit certa, intimatio ipsi facta valida est: ut notavit Paris. *d. lib. 9. quæst. 27. num. 10. & multis seqq.*

15 Ista autem intimatio revocationis mandati ad resignandum, fieri debet re integra; nam si procurator revocatus consensum formalem præstitisset, antequam illi fuisset intimata revocatio; valerent gesta per eum, & resignatio subsisteret, non obstante revocatione mandati.

16 Pro cujus rei intelligentia sciendum est, in praxi triplici modo considerari posse consensum in provisionibus beneficiorum. Primò dum præstatur consensus in parva data, qui vocatur parvus consensus, & hic non facit desinere rem esse integram: quia gratia non dicitur perfecta, nisi post signatam supplicationem, & ideo non obstante tali consensu, potest procedi ad revocationem procuratoris. Cokiet *ad regul. 43. aliàs 44. de consens. in resignat. & pension. numero 25. & 26.* post Paris. *de resign. lib. 1. quæst. 12. num. 42.* Lother. *de re benefic. lib. 3. quæst. 16. num. 18.* Gratian. *discep. for. cap. 191. num. 3. & seqq.*

17 Secundò consideratur tanquam consensus causalis, qui narratur in supplicatione, & in litteris perinde ac si jam formaliter præstitus fuisset; & hic consensus est causa, & radix in qua fundantur provisiones, & concessiones beneficiorum.

18 Tertiò, dicitur consensus formalis, qui præstatur in expeditione litterarum, juxta Regul. Cancel. 43. *aliàs 44. de consens. in resig. & pens. vers. nec literæ resignationis.* Secundus consensus respicit substantiam gratiæ, & est de essentia illius, ut dicit Mohedan. *de is. 5. de renunciat.* licèt ibi talem consensum vocet formalem. Tertius verò consensus respicit solam expeditionem litterarum, & formalitatem extrinsecam, in vim regulæ Cancellariæ observandam: unde & illi solet Papa derogare. Lotter. *de re benefic. lib. 4. quæst. 35. numero 71.* Licèt illius sententia non videatur ab aliis Doctoribus recepta, ut
19 mox dicemus; † & propterea secundùm illius opinionem explicatam *d. cap. 35.* post præstitum secundi generis consensum, nempe causalem; rem non esse integram, & non esse locum pœnitentiæ, quando videlicet talis consensus fuit præstitus post signaturam supplicationis, cum appositione datæ per Datarium; ita ut inutiliter hoc casu revocetur mandatum, quamvis consensus, juxta regulam Cancellariæ, nondum fuisset pro expeditione litterarum extensus: ut explicat idem Lotter. *d. lib. 3. quæst. 16. numero 51. vers. nihilominus.*

Veruntamen alij Doctores contrarium tenuerunt, & inter cæteros Cokier *ad d. regul. 43. alias 44. de consens. n. 26. & 27.* nempe quod etiamsi in suprascriptione supplicationis dicatur, resignantem præstitisse consensum; tamen donec, & quousque non est datus formalis consensus, qui est cùm expresè datur in camera, vel Cancellaria; & extenditur à Notario, licitum est recedere à resignatione, & procuratorem revocare: & talis est Curiæ stilus. Quod etiam decisum fuit apud Verall. *decis. 217. n. 8. part. 1.* & tradit Paris. *de resignat. lib. 8. quæst. 8. numero 40. & 43.* & omnium optimè Gratian. *discept. forens. cap. 191. per tot.* Ubi ostendit quod signatura fingitur obtenta eadem die qua parva data obtenta fuit; & expeditio literarum retrotrahitur ad illud tempus: & quod post obtentam parvam datam, porrigitur supplicatio; & Notarius nondum extendit consensum procuratoris, sed solùm notat diem consensus in tergo mandati: postea verò Notarius extendit illum consensum, non sub data dici qua fit extensio, sed sub illa data, qua annotatio facta fuit in tergo mandati: & tamen donec consensus fuerit extensus in Camera vel Cancellaria, potest fieri revocatio mandati. Et talis est stilus Curiæ, qui procedit non solùm post porrectam supplicationem; sed etiam post solutam compositionem Datario, ut bene explicat Gratian. *d. cap. 191. num. 5. & 6. & seqq.*

Et secundùm hanc sententiam, non obstat ratio 20
adducta per Lotterium, quod gratia perfecta dicitur per solam signaturam. Quia imò non dicitur perfecta ante literarum expeditionem, ante quam gratia dicitur informis: ut notavit Paris. *de resign. lib. 1. quæst. 12. numero 38.*

Hodie tamen, ex stilo moderno Romanæ Curiæ 21
quæstionem istam superfluam esse notavit Lotter. *d. lib. 3. quæst. 16. numero 59. vers. est tamen verum;* quia non priùs consensus apponitur in dorso supplicationis signatæ, quàm ille sit in Cancellaria præstitus, & in libris Cameræ extensus sub ea formalitate, quæ respicit tam signaturam, quàm literarum expeditionem.

Multóque magis superflua est in hac ratio ista in 22
Gallia; in qua regula illa de Consensibus, minimè observatur, tanquam contraria juri communi: quia inter admissam resignationem, & bullarum expeditionem resignans variare non potest secundùm jus commune: per text. *in Clemen. 1. de renunciat.* † Et idcò, si resignans ante bullarum expedi- 23
tionem moriatur, poterit nihilominus procurator bullas expediri facere, tanquam quid dependens à procuratione, quæ jam executioni mandari cœpta est, juxta text. *in l. Julianus, ff. qui satisd. cogant.* Et opinio illa Lotterij servatur in Gallia, nempe quod per verbum *Fiat*, gratia est absoluta, & negotium resignationis expeditum: atque ita judicatum fuisse testatur Papon. *lib. 2. tit. 8. de resignation. art. 13.* Cod. decis. forens. *lib. 1. tit. 30. decis. 17.*

Verùm non modica difficultas versatur in quæstio- 24
ne illa, utrùm si mandatum factum fuerit ad resignandum coram summo Pontifice, sive simpliciter, sive

in favorem, ſive etiam ad permutandum, poſſit poſtea illud idem beneficium coram Ordinario reſignari, ante intimatam revocationem procuratoris in Romana curia conſtituti. Duæ ſiquidem in hac controverſia fuerunt contrariæ opiniones. Prima, quod ligatæ ſint manus Ordinarij, adeo ut conferre non poſſit; niſi priùs procurator conſtitutus in curia revocatus fuerit, & illi intimata revocatio: quam opinionem ſequutus fuit Barbat. quem citat & ſequitur Pariſ. *de reſign. lib. 9. quæſt. 25. numero 44. & multis ſeqq.* Joan. Selua *in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 16. numero 3. verſ. & ſubdit Felin. & verſ. tamen contrarium.* Ubi additio marginalis teſtatur, opinionem illam in Gallia ſervari. Boër. *deciſ. 207. numero 6.*

Altera opinio eſt, prævalere reſignationem factam à principali coram Ordinario, quamvis procurator ad Romanam Curiam miſſus, nondum fuiſſet revocatus; dummodò proviſio Ordinarij præcedat collationem ſummi Pontificis: neque ligatas eſſe manus Ordinarij, per nuntij miſſionem ad ſummum Pontificem; quia ſufficit quod procurator revocetur, licèt revocatio illi non fuerit intimata, quando renunciatio domini præcedit renunciationem procuratoris: ut tenet Felin. *in cap. ex parte Decani, num. 16. de reſcript.*

25 Sed opinio Felini communiter reprobatur, ut notavit Pariſ. *d. quæſt. 25. numero 53. in fin.* & in Gallia ſæpiùs pro opinione Seluæ, & Barbatiæ fuit judicatum: ut apud Boër. *d. deciſ. 207.* Papon. *lib. 2. tit. 8. des reſignations, Arr. 15.* Tournet. *en ſes Arreſts beneficiels, lit. O, num. 1.* † Qui ſuſtinet dictam opi-
26 nionem locum habere, ſive revocatio procuratoris notificata fuerit, ſive non: ſed add. ad Papon, & arreſtum prædictum relatum per Tournet in fine, licèt non exigant intimationem, & notificationem intimationis; tamen exiſtimant requiri ſcientiam dictæ renunciationis vel in procuratore, vel in Superiore reſignationem admittente. Cod. deciſ. forenſ. *lib. 1. tit. 30. des reſignations, deciſ. 19. & ibi add. in fin.* Qui omnes nituntur conſilio cujuſdam Doctoris Galli per eos allegato. Poterit tamen Ordinarius conferre per obitum, ſi Papa appoſuiſſet manum per reſignationem. Gonzal. *gloſ. 52. num. 49.*

27 In caſibus autem in quibus permiſſa eſt revocatio procuratoris ad reſignandum conſtituti, ſi factæ fuerint expenſæ pro executione mandati, debet revocans illas reſarcire, & damna reſtituere, non modò ipſi procuratori, ſed etiam parti, ſi illius interſit, teſte Rebuff. *in Concord. tit. de ſublat. Clement. litter. in verb. reſignatione, in 4. limit. verſ. tamen is qui revocat.* Bald. *in l. ſi mandaſſem, in 3. colum.* Ubi dicit, quod ſi procuratoris aliquid intereſt, Dominus non liberatur ab intereſſe propter revocationem, quia procurator non eſt certificatus, & ideò mandatum adhuc durat poſt revocationem ad effectum, ut con-
28 ſtituens teneatur ad intereſſe mandatarij. † Similiter reſpectu illius, cum quo procurator aliquid geſſit, durat mandatum ad effectum conſequendi damna & intereſſe, uſque ad tempus revocations intimatæ: tenetur ergo conſtituens ad damna, ſive conſiſtant in expenſis, ſive in aliis damnis: ut bene *ibidem*
29 explicat Bald. † dicens illud intereſſe liquidandum eſſe juxta *l. unic. Cod. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer.* Idem tradit Gloſſ. *in Clement. unic. in verb. teneat, de renunciat. ibi, licèt teneatur ad expenſas &*
30 *intereſſe ejus cujus interfuit.* Et Felin. *in d. cap. ex* † *parte Decani 33. num. 26. de reſcrip.*

31 Illud autem intereſſe difficilis eſt probationis; cùm potiùs in facto, quàm in jure conſiſtat; *l. quatenus 24. ff. de reg. jur.* ideò taxari & liquidari debet, juxta qualitatem perſonarum, locorum & temporum: per text. *in l. Pomponius, in fin. ff. de negot. geſt. l. eum quem temerè, ff. de judic.* aliàs nulla certa juris definitione comprehendi poſſunt, ut dicit Maynard. *lib. 4. cap. 59. num. 4. l. fin. ff. de prator. ſtipul.* Barboſ. *in l. 2. in fin. Cod. de reſcind. vendit.*
† Et multùm in hoc poteſt judicis arbitrium, ut di- 32
cit Menoch. *de arbitrar. caſ. 116. num. 20. & caſ. 120. num. 5.* Ubi dicit, quando agitur de intereſſe communi, non difficilis eſt illius probatio; aliud eſſe dicit in intereſſe ſingulari, quod ex communi valore probari nequit; ſed ex qualitate perſonarum, & negotij: ideò conjecturis probari debet, & à judicis arbitrio dependet.

Porro generalis eſt diſtinctio, ut aliud dicatur in- 33
tereſſe intrinſecum, ſive intra rem; aliud extrinſecum, ſive extra rem: hæc enim eſt communis Doctorum diſtinctio, quamvis illam reprobet Scacc. *de commerc. §. 7. gloſſ. 2. n. 91. fol. 454.* Sed loquitur contra communem ſenſum omnium Doctorum, in *d. l. unic. Cod. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer.*

In caſu propoſito, ſolum intereſſe intrinſecum, 34
ſeu intra rem peti poteſt, veluti expenſæ factæ pro expeditione ad urbem, pro nunciis, curſoribus & aliis ſimilibus; non autem extrinſecum, ſeu extra rem: ex regula generali propoſita per DD. in *l. ſi quando, Cod. unde vi,* & nominatim per Plot. *ibid. §. 10. num. 27.* DD. *in d. l. unic.* & ibi Rebuff. *in gloſſ. in verb. Dupli.* Fumeus *in tract. de eo quod intereſt, numero 43. & ſeqq.* † Nempe quod quotieſcumque ali- 35
quis actus fit lege permittente, & dando operam rei licitæ, ſolum intereſſe intrinſecum debetur: quod etiam tradunt Bartol. Alexand. Caſtrenſ. Jaſ. & alij omnes in *l. nummis, ff. de jurejur.* † Secus ſi illiciti, 36
& cum delicto actus fiat; tunc enim omne intereſſe tam intra, quàm extra rem deberi fatentur DD. ſupra citati. † Quod procedit, etiamſi intereſſe illud extra 37
deret in duplo intereſſe commune, ut explicat Fachin. *lib. 1. controverſ. jur. cap. 49.* Ubi oſtenſit quod licèt regulariter intereſſe non poſſit excedere duplum, tamen in delictis, & in obligationibus quæ ex delicto naſcuntur, intereſſe duplum excedere poteſt: quod tamen nunc non diſcutio, quia eſt extra materiam noſtram.

Notandum etiam eſt hoc caſu, ſolum immediate deberi quod proceſſit immediatè ex facto mandatis, ſeu conſtituentis procuratorem; non autem quod mediatè: ex notatis per Jaſ. & alios in *l. 2. §. ſi in facto, num. 23. & 24. ff. de verb. oblig.*

Ad ſecundam difficultatem reſpondetur, dictum 38
reſignantem non poſſe petere dictam penſionem contra bona, & reditus d. Abbatiæ ſitæ intra monarchiam S. D. N. Papæ, literis non confectis: ita decidit Mantic. *deciſ. 286.* Ricc. *collect. 1665.* adde ad Ludoviſ. *deciſ. 440. num. 8.* Idque propter decorum, quod ſolet apponi in conceſſione penſionum cum hac clauſula, vigore literarum Apoſtolicarum deſuper conficiendarum, nec antea, aliàs præfata penſio ſit nulla. Ad hunc autem effectum literæ dicuntur expeditæ, quando ſunt plumbatæ. Ludoviſ. *d. deciſ. 440. num. 5.*

Quoad verò reditus beneficij qui ſunt in Gallia, 39
non poteſt ſimpliciter Dominus Abbas reſignans procedere viâ executivâ, pro conſequenda penſione reſervata; tam propter clauſulam appoſitam in ſimplici ſignatura, quod major expreſſio fieri poſſit in literis; tum etiam quia talis eſt ſtilus curiarum Galliæ, quæ non poſſit procedi viâ executivâ per pignorationem bonorum, & reditum; quamvis ſpecialiter affecta fuerint

fuerint pro solutione pensionis ; nisi prius confectis literis, ut notavit Forget *in tit. des pensions beneficielles, num. 17. vers. toutesfois les simples signatures* ; relatus apud Bouchel. *in sum. benefic. in verb. pensiones.* Tria enim requiruntur, ut simplex signatura executionem habeat in Gallia. Primò, quod habeat attestationem expeditionariorum, vel Notariorum Apostolicorum, aliarumve similium personarum expertarum in materia harum expeditionum. Secundò, quod talis attestatio, seu verificatio fiat potius coram judice Ecclesiastico, quàm alibi. Tertiò, quod talis signatura fuerit homologata, & declarata exequutoria parte præsente, vel legitimè citata in jurisdictione seculari : ut declarat Forget *loc. cit. num. 19. vers. mais je demanderay.* Eandem executionem denegari simplici signaturæ, pro consequenda pensione, tradit Bleyn. *in tract. de benefic. tit. de pens. benefic. num. 26. in glos. K.* Ubi dicit, non posse simplicem signaturam executioni demandari, sine literis executorialibus.

40 Poterit etiam Dominus Abbas resignans, in defectum solutionis pensionis, intentare regressum & reditum ad pristinum beneficium & Abbatiam: quia clausula regressus in defectum solutionis, semper reservata censetur, & tacitè subintelligitur in omnibus provisionibus pensionum Ecclesiasticarum, & beneficialium ; ad instar donationis quæ revocatur, si donatarius conditionem donationi appositam non adimpleverit : prout ita judicatum
41 fuisse per plurima arresta Curiæ Parlamenti, testatur Tornet *in sua recollect. arrest. benefic. lit. P, numero* 88. † Hos autem accessus & regressus qui in resignationibus beneficiorum conceduntur, ob non solutionem pensionis, non abstulit Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 7.* teste Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 5. num. 100.* Barbos. *in praxi exigendi pensiones, quæst. 9. num. 2.* ubi fusiùs de praxi hujus regressus. Vide infrà *cap. 69.*

CAPUT XXVII.

De Beneficiorum vacatione ipso jure. De homicidio & assassinio, an & quando ex illis oriatur privatio ipso jure. De Beneficij impetratione subfalso nomine. De exprimenda accusatione in rescripto ; & de beneficio habente curam habitu ; & de beneficiis incompatibilibus. Publicationem in impetratione certo modo non esse necessariam. Utrùm obtinens novum titulum, teneatur novam capere possessionem, si titulus sit confirmatorius primi.

SUMMARIUM.

1 *Privatio beneficiorum ipso jure, in quibus casibus, & pro quibus delictis inducatur, & num. 5.*
2 *In quibus casibus inducatur privatio beneficii per solam Judicis sententiam, & num. 7.*
3 *Pro homicidio, imò & pro parricidio nemo privatur beneficiis ipso jure. Contra num. 12.*
4 *Crimen assassinij inducit privationem beneficij ipso jure.*
6 *Receptatores privantur beneficiis ipso jure in assassinio. Intellige interveniente dolo, num. 7.*
8 *Assassinium non dicitur, nisi fiat mediante pecunia.*
9 *Privatus ipso jure beneficiis, non potest resignare etiam ante sententiam.*
10 *Quid si privatus per sententiam appellaverit, & post appellationem resignaverit.*
11 *In Gallia, licita est etiam resignatio ante sententiam, si beneficium non vacet ipso jure.*
13 *Non modo simplex resignatio, sed etiam in favorem licita est, in non vacantibus ipso jure.*
14 *Resignatio Beneficij ipso jure non vacantis, fit coram Papa ; dimissio verò coram Ordinario.*
15 *Quæ clausula apponi debeat, ut delinquens in præjudicium impetrantis resignare non possit.*
16 *In impetratione fieri debet mentio litis pendentis super accusatione. Et num. 35.*
17 *Accusatus potest resignare etiam post conclusum in causa, quando non privatur ipso jure.*
18 *Accusatus potest resignare in favorem coram summo Pontifice, etiam post conclusum in causa, secundum veriorem sententiam : licèt aliy contrarium sentiant.*
19 *Resignari non potest beneficium post impetrationem, si illa devenerit ad notitiam possessoris, propter illius malam fidem, & propter clausulam decreti irritantis.*
20 *Contrarium tenuit Garz. cujus sententia reprobatur num. 21. licèt opinio Garsiæ sit in jure verior, sed communis est in contrarium.*
22 *Quando privatio oritur ipso jure, interim tamen ante sententiam declaratoriam facti, possessor manutenendus est.*
23 *Sententia condemnans ad pœnam ratione delicti, non operatur privationem in iis quæ illam non inducunt ipso jure ; nisi privatio expresè per sententiam declaretur.*
24 *Quando privatio inducitur ipso jure, sufficit sententia condemnatoria delicti, absque expressione pœnæ privationis.*
25 *Sola condemnatio ad carceres perpetuos non infert pœnam privationis beneficiorum.*
26 *Omnis gratia in qua falsum narratur, nulla est, & invalida.*
27 *Simonia non committitur punibilis, nisi probata conventione, & illius effectuatione.*
28 *Reservatio beneplaciti summi Pontificis omnem Simoniam excludit.*
29 *Amplia, ut etiam hoc procedat in beneficiis Gallia.*
30 *Fallit, si beneplacitum fuerit reservatum duntaxat animo fraudem obtegendi.*
31 *Impetratio beneficij falso expresso nomine nulla est.*
32 *Quæ sit vis illius clausulæ, Quod major expressio fieri possit in litteris.*
33 *Qualitas Doctoris dicitur confrontatio æquivoca, quia pluribus convenire potest.*
34 *Quando duo reperiuntur ejusdem nominis, identitas debet probari per demonstrationes concludentes, & non dubias, seu æquivocas.*
36 *Impetrans debet facere mentionem aliorum beneficiorum quæ obtinet, aliàs gratia est nulla.*
37 *Amplia, ut exprimenda sint beneficia obtenta, quantumcunque modici valoris.*
38 *In Gallia non debet exprimi quæ beneficia quis jam obtineat, quando agitur de collationibus Regiis.*
39 *Nec expressio obtentorum requiritur in permutationibus.*
40 *Quantitas beneficij curati habitu, non est exprimenda in impetratione.*

41 *In Gallia contrarium obſervandum eſt ; & qualitas beneficy curati habitu exprimenda.*

42 *Duo beneficia uniformia ſub eodem tecto poſſideri non poſſunt.*

43 *Per pacificam poſſeſſionem ſecundi incompatibilis, vacat primum ipſo jure.*

44 *In Gallia tamen primum incompatibile, non vacat niſi poſt annum.*

45 *Primum beneficium habens tantùm curam habitualem , non vacat per adeptionem ſecundi.*

46 *Duæ capellaniæ ſub eodem tecto , ſine ſummi Pontificis diſpenſatione poſſideri nequeunt.*

47 *Vt primum beneficium vacet , requiritur pacifica poſſeſſio ſecundi incompatibilis.*

48 *Canonicatus infert ſine alia expreſſione ſtallum in choro, & vocem in capitulo.*

49 *Regula de publicandis , locum habet dumtaxat in reſignationibus & ceſſionibus.*

50 *Nova proviſio novam poſſeſſionem exigit. Intellige ut num.52.*

51 *In beneficialibus datur manutentio , non obſtante quod titulus ſit diſcoloratus.*

52 *Cauſam poſſeſſionis mutare licet in beneficialibus, abſque nova apprehenſione.*

VAriæ aliàs propoſitæ fuerunt decidendæ quæſtiones, ſuper impetratione quorundam beneficiorum ſitorum in partibus Galliæ. Et primò quidem , utrùm Sacerdos qui mandaverat fieri aſſaſſinium in perſona alterius Sacerdotis, poſſet reſignare ſua beneficia in præjudicium ejus, qui illa uti vacantia impetraverat. Et quid de receptatoribus homicidarum, ſeu aſſaſſinorum ſtatuendum eſſet.

Secundò, utrùm ille qui obtinuit à ſummo Pontifice diſpenſationem, ad effectum duo incompatibilia beneficia poſſidendi , poſſit uti effectu gratiæ, ſi falſum narraverit.

Tertiò, utrùm beneficium illius, qui pecunias ſub beneplacito Sanctiſſimi D.N.Papæ, pro ipſius adeptione promiſit , jure impetrari poſſit ex capite ſimoniæ : maximè homologatione , poſt longum tempus in vim mandati annum excedentis conceſſa.

Quartò, utrùm impetratio facta cum errore circa nomen proprium ſit valida.

Quintò , utrùm accuſatus in mandato ad reſigandum, teneatur de accuſatione expreſſam facere mentionem.

Sextò , utrùm impetrans beneficium , veluti Præpoſituram, teneatur mentionem facere, ſeu exprimere aliud beneficium habens curam habitu.

Septimò , utrùm quis poſſit obtinere in eadem Eccleſia beneficium habens curam habitu , ſimul cum duabus capellaniis abſque diſpenſatione.

Octavò , an obtenta gratia *ſi neutri* , beneficia incompatibilia ante gratiam poſſeſſa , ſtatim vacare cenſeantur.

Nonò , utrùm neceſſe ſit in impetratione Præpoſituræ , exprimere quod Præpoſitus habeat vocem activam , & paſſivam in capitulo.

Decimò , utrùm impetratio remaneat ſine effectu, ſi intra tempus requiſitum juxta regul. Cancel. *de public. reſign.* non fuerit publicata.

Ultimò , utrùm ille qui ſemel impetravit, & vigore commiſſionis in *forma dignum arbitramur* , fuit approbatus ; ſi novam proviſionem obtineat , novum capere poſſeſſionem teneatur ; aut aliàs quomodò hoc caſu procedendum ſit.

1 Prima quæſtio , pro vera & diſtincta reſolutione, quædam exigit ſupponenda. In primis ergo notandũ eſt , privationem beneficij duobus modis accidere poſſe. Primò quidem, privatio inducitur ipſo jure. Secundò , per ſolam Judicis privationem , & ſic facto hominis legalem pœnam imponentis , & ſententiam declaratoriam proferentis. Ipſo jure vacant beneficia per obitum : per reſignationem : per alterius beneficij incompatibilis aſſecutionem : per matrimonium : per religionis profeſſionem : ob non promotionem ad ſacerdotium intra annum, in parochialibus: ob Prælati ad aliam Eccleſiam tranſlationem : ſi electus intra menſem , à die ſibi præſentatæ electionis, illi non conſenſerit ; vel electionis confirmationem infra tres menſes à die præſtiti conſenſus non obtinuerit : ſi electus , vel præſentatus ante confirmationem,vel inſtitutionem, adminiſtrationi per ſe,vel per alium ſe ingeſſerit : Item per promotionem ad Epiſcopatum,adepta poſſeſſione, & conſecratione ſequuta; vel lapſo tempore ad illam petendam præfixo ; ſi quis militiæ ſæculari ſe adſcripſerit : (quamvis hoc hodie parùm obſervetur in Gallia :) ſi quis beneficij poſſeſſionem violenter adeptus fuerit : ſi ſequeſtrum vigore *Clemen. 1. de ſequeſtr. poſſeſs.* appoſitum violaverit : ſi beneficiatus ab Ordinario monitus, titulum ſuum non exhibuerit : ſi bona Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus alienaverit : ſi beneficium pro deſlicto habuerit : ſi in hæreſis crimen inciderit,aut hæreticorum fautor fuerit : (quid tamen circa hoc ſervetur in Gallia , diximus ſuprà *cap.4.n.3.*) Item vacant ipſo jure beneficia, ob ſimoniam realem ; non tamen ipſo jure vacant ob ſolam conventionalem beneficia obtenta. Rurſus propter crimen læſæ majeſtatis, falſitatis literarum apoſtolicarum, percuſſionis Cardinalis, vel Epiſcopi, aſſaſſinium, occiſionem Rectoris ſuæ Eccleſiæ, carcerationem clerici donec beneficium ſuum reſignaverit , adminiſtrationem tempore ſuſpenſionis , ſodomiam. Item ſi reſignans in infirmitate conſtitutus , per viginti dies non ſupervixerit ſi reſignatarius intra tempus præfixum non publicaverit , aut in Gallia aliud non fecerit, quod publicationis inſtar ſit, (de quo diximus *cap.13.n.18.*) Si parochialis proviſio contra formam conſtitutionis Pij V. conceſſa fuerit : ſi quis pro alio examini ſe ſuppoſuerit, aut beneficium ſeu penſionem ſub hac ſuppoſitione obtinuerit : ſi Antipapæ , vel hæreticis adhæſerit : ſi Papa ad beneplacitum conferens mortuus fuerit : ſi beneficio per ſummum Pontificem ad tempus collato , Pontifex ipſe mortuus fuerit : ſi is qui ad nutum contulit , ſuam conceſſionem revocaverit : ſi proviſus fuerit depoſitus , aut privatus beneficio : ſi ante literarum expeditionem , beneficij a Papa collati poſſeſſionem apprehenderit : ſi in Romana curia litigantes, aut Judices, Advocatos, Procuratores aut Notarios eorum , contra Alexandrinæ conſtitutionis prohibitionem offenderit : ſi per annum ſaltem in excommunicatione quis inſorduerit : ſi adverſus decretum de dimittendo , beneficium intra tempus in eo definitum poſſederit : ſi quis ad ordines per ſaltum,vel extra tempora, aut ſine dimiſſoriis promotus ſit. Item propter confidentiam, aut ſi fundator ita diſpoſuiſſet , ſeu conſtitutione , aut ſtatuto cautum eſſet ; & ob malam valoris expreſſionem. Quos omnes vacationis ipſo jure beneficiorum modos , exponit ad longum Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloſ.15. à num.3. uſque ad 134.*

Secundus modus vacationis beneficiorum eſt, quando non ipſo jure vacant, ſed dumtaxat per Judicis privationem, & ſententiam. Quod regulariter accidit in delictis non exceptis , veluti ſi agatur de homicidio non qualificato , de ſacrilegio , de publico concubinatu , de incendiario , perjuro , reſidere nolente, bannito, & aliis, de quibus per Rebuff. *in pra-*

xi,

xi tit. de mod. amitt. benef. à num. 50. usque ad fin. Item si agatur de adulteris, incestuosis, incorrigibilibus, aleatoribus, furibus, usurariis, stupratoribus, & omnibus aliis gravia crimina perpetrantibus, dummodò tamen talis pœna exprimatur à jure, aliàs non: Rebuff. *in praxi, d. tit. de mod. amitt. benef. n. 62.* Gonsal. *loc. cit. num. 139.*

3 Secundò supponendum est, quod licèt, ut supra diximus, pro simplici homicidio non inducatur privatio beneficiorum ipso jure, etiamsi ageretur de parricidio, quicquid dixerit Rebuff. *in tract. de pacif. possess. num. 265.* quem citat & reprehendit Gabriel *conf. 196. n. 7. vol. 1.* Ubi etiam loquitur de eo, qui occiderat patrem suum spiritualem.

4 Tamen quando agitur de assassinio, certum est induci privationem beneficiorum ipso jure, propter atrocitatem criminis: ut habetur in *cap. 1. de homicid. lib. 6.* Massobr. *in praxi habend. concurs. requis. 1. dub. 2.*

5 *num. 30.* † Ubi omnes casus vacationis beneficiorum ipso jure recensèt usque ad numerum 63. Et à d. num. 63. recensèt casus, quibus beneficia vacant de facto tantùm, quæ etiam omnia enumerantur apud Cokier *ad Regal. 8. Cancel. glos. 7. num. 20. usque ad fin. illius glossæ.*

6 Et quemadmodum propter assassinium, beneficia vacant ipso jure; ita & beneficia illorum, qui assassinos receptaverint, eadem ratione vacare censenda sunt, per text. expres. in d. *cap. 1. de homicid. in 6.* in illis verbis, *per assassinos interfici fecerit, vel etiam mandaverit, aut eos receptaverit, vel defenderit, seu occultaverit.*

7 Constitutâ tamen differentiâ inter eos qui receptarunt, & qui receptatos habuerunt, quia receptatio non committitur, nec punitur sine dolo, & mala intentione, ut explicat Farinac. *de Consultor. q. 133. n. 55.* Giurb. *cons. 28. n. 10. & seqq.*

8 Supponendum est tertiò, quod de essentia assassinii est, ut fiat interveniente pecunia, alioquin non dicitur assassinium; nisi tamen aliquid promitteretur, quod esset loco pecuniæ. Farinac. *de homicid. q. 123. num. 19. & seq. & n. 41. & n. 153. & seq.* ubi bene hanc materiam explicat.

9 Supponendum est quartò, inter plurimas differentias quæ proponuntur vacationis beneficiorum ipso jure, aut per sententiam declaratoriam; hanc afferri solere: quòd qui ipso jure privatus est beneficio, illud resignare non potest; qui verò non ipso jure privatus est, sed privandus, potest resignare etiam post accusationem, & aliàs donec sententia lata fuerit in rem judicatam transacta. Gonsal. *ubi sup. glos. 15. num. 146. & 147.* ubi plures allegat. Rebuff. *in d. tit. de mod. amitt. benef. num. 51.* Rot. *decis. 377. num. 1. part. 3. recent.* & est indubitata regula apud omnes

10 DD. † Si tamen post latam privationis sententiam, à qua fuerit appellatum, condemnatus resignaverit, talis resignatio erit, in pendenti: quia si resignans pendente appellatione mortuus fuerit, aut si sententiam absolutoriam reportaverit, valebit resignatio: at si gratiam à Principe, aut alio ad id potestatem habente obtinuerit, irrita remanebit resignatio: si denique sententia privationis in gradu appellationis confirmata fuerit, resignatio pendente appellatione facta, per viam retroactionis censebitur invalida tantùm ab initio, *l. post contractum capitale crimen, juncta l. si aliquis, ff. de donat. caus. mort.* & ita referunt sensisse quendam *ad regul. de infirm. resignant. num. 379.* licèt contrarium teneat Garz. *de benefic. part. 11. cap. 3. num. 95.*

11 Quod autem mox dictum est de privationis sententia, adversus beneficiatum delinquentem regulariter requisita, ad hoc ut beneficio careat; etiam in Galliæ tribunalibus observatur, teste Maynard. *lib. 1. quæst. jur. script. cap. 61.* qui post Præpositum in *cap. studeat, 50. distinct.* asserit post commissum capitale crimen, ante tamen sententiam condemnatoriam, licitam esse resignationem beneficii; vel etiam post latam sententiam, si ab ea fuerit appellatum: Rebuff. *in tract. de pacif. possess. num. 262. aliàs 314.* Charond. *lib. 1. respons. 22. in fin.* † quanquam Maynard. *in d.* 12
cap. 61. inter delicta ob quæ beneficium vacat ipso jure, enumeret parricidium, & alia quædam delicta, quæ non omnia videntur secum afferre beneficiorum privationem ipso jure, ut supra ostendimus *n. 3.* post Gabriel. *d. cons. 197. lib. 1.* His non absimilis est resolutio Pelei *lib. 1. action. forens. 31.* Theven. *ad Constit. Reg. lib. 1. tit. 22. art. 5.*

Supradicta ampliantur, ut etiam sit licita resigna- 13
tio in favorem, ante latam privationis sententiam, in beneficiis ipso jure non vacantibus. Rebuff. *de pacif. possess. num. 263. aliàs 316.* Felin. *in cap. inquisitionis, num. 4. de accusat.* Garz. *de benefic. part. 11. c. 3.*
num. 64. † Intellige si resignatio fiat coram Papa; 14
nam si coram Ordinario, fieri debebit simplex beneficii dimissio: cùm nemo dubitet resignationes in favorem fieri non posse coram Ordinario, sed nec coram Legato: add. ad Lovet. *lit. C, num. 40.* Reliqua hanc materiam concernentia, fusè discutit Garz. *d. part. 11. cap. 3. n. 62. & multis seqq.*

Supponendum est quintò, in casibus in quibus be- 15
neficia non vacant ipso jure, posse impetrationem validè fieri cum clausula sequenti, quæ impediet quominus delinquens possit resignare in præjudicium impetrantis; videlicet cum decreto, *quod resignatio cedat in favorem impetrantis:* quæ clausula facilius conceditur, quando accusatus fuit condemnatus per primam sententiam; rarò autem conceditur, antequam prima sententia condemnatoria lata fuerit: ut notavit Cokier *ad regul. Cancell. 45. num. 8.* Farin. *de homicid. quæst. 119. num. 91.* Garz. *d. part. 11. cap. 3. num. 112.*

Supponendum est sextò, quod licèt post commis- 16
sum crimen, resignatio in favorem coram summo Pontifice fieri possit, ut supra diximus: hoc tamen intelligendum est, ut procedat, dum modò in tali resignatione fiat mentio litis pendentis: aliàs resignatio nulla erit. Rebuff. *in d. tit. de mod. amitt. benef. n. 52. in fin.* Farin. *d. q. 119. n. 76. & 77.* Mar. Anton. *lib. 2. var. resol. cap. 112. resol. 70. vers. primò.*

Septimò supponendum est, quod accusatus de de- 17
licto, ex quo non oriatur ipso jure beneficii privatio, resignare potest etiam post conclusum in causa. Quod indubitatum ego existimo; si enim, ut mox dictum est, resignare potest etiam post primam & secundam sententiam, donec intervenerit res judicata; multò fortiùs resignare poterit post causæ conclusionem, & sic ante sententiam, † Sed difficultas est, utrùm post 18
conclusum in causa, possit resignatio fieri in favorem? Ratio dubitandi est, quia aperiretur via fraudibus, atque ideo Paris. censuit solam simplicem hoc casu renunciationem admittendam esse, in *tract. de resign. benefic. lib. 3. quæst. 16. num. 42.* Farinac. *d. q. 119. num. 80. & 81.* Maximè quia vix possibile est, ut fama Rei apud graves viros læsa non fuerit; quo casu militare videntur quæ dicta sunt apud Garz. *d. cap. 3. num. 69.* atque ita ego consului: sed revera hoc apud me maturiùs cogitantem, non transit sine magna difficultate; quia rationes illæ fraudis & infamiæ, multò magis militant post latam sententiam: & tamen illo etiam casu, nihilominus accusatus resignare potest in favorem, si non fuerit inducta privatio ipso

jure

jure : & per conſequens verior videtur mihi ſententia Garſ. *d.c.3.n.90.*ut etiam ante concluſum in cauſa, reſignatio coram Papa hoc caſu fieri poſſit.

19 Supponendum eſt octavò, quæſtionem eſſe admodum controverſam ; utrùm valida ſit reſignatio beneficiorum, in quibus non fuit inducta ipſo jure vacatio, quando delinquens habuit notitiam impetrationis adversùs ſe factæ. Quod enim hoc caſu reſignatio fieri nequeat, propter malam fidem reſignantis, tenuit Pariſ. *de reſign.lib.3. quæſt.16.num.35. & ſeqq.* Peleus in *Comment. Analit.de benefic.cap.36. verſ. non omnis, fol.mihi* 126. Farinac. *d. quæſt. 119. n.88. & 89.* idque propter vim & efficaciam decreti irritantis, appoſiti in impetrationis reſcripto ; quæ clauſula nullam & invalidam reddit reſignationem poſtea factam. Boër. *deciſ.205. num.* 8. Lancel. *de attent. part.2. cap. 5. num. 12. & 13.* quia, inquit, reſignatio facta inquiſitione pendente, ab eo qui veriſimiliter ſciebat ſe privandum eſſe, non valet: idem Boër. *deciſ.2. num.5.* Joan.Bapt.Coſt. *de fact. ſcient. & ignor.cent.2. diſtinct.44.* Et hujus ſententiæ Author fuit Anton. de Butrio *conſ.43. circa fin.verſ. ſed hic non proponitur ſcientia :* & Ludovic. Gomeſ. *ad regul. de annali, quæſt.42. verſ.eſt tamen advertendum.* Aufrer. *in not. ad Capell. Tholoſ. deciſ.436. in princ.* idem tenet Felin. *in cap. in noſtra 32. num.38. verſ. idem mandatum Papæ, de reſcript.* Lancel. *de attent. cap.5. num.12.* Cokier *ad regul.de Annal.32. num.30.*

20 Contrariam tamen ſententiam amplectitur Garſ. *d. part. 11. cap.3. num.* 84. cum nonnullis Doctoribus per eum citatis, quæ ſententia magis in jure fundata videtur : quia ſive ſciat quis, ſive ignoret; dum beneficium ante privationem reſignat amico vel conſanguineo, nulla interveniente confidentia aut alia ſimili fraude, jure ſuo utitur, cùm beneficium nondum vacat : & per conſequens nemini facit injuriam, *l. non fraudantur, ff. de reg. jur.* ceſſat ergo illa fraudis conſideratio. Et ad objectionem petitam ex decreto irritanti, bene reſpondet Garſ. *num.85.* decretum illud operari dumtaxat, ſi & quatenùs caſus privationis advenerit, & non aliàs : cùm igitur tempore reſignationis nondum evenerit caſus privationis, non poteſt etiam adeſſe aliquis effectus decreti irritantis : alioquin eodem modo decretum operaretur, exiſtente ignorantia reſignantis; quia ſive ſciret impetrationem, ſive ignoraret, ſemper decretum illum afficeret, quia afficit ignorantes: *cap.dudum, de præben.in 6. cap.1.de conceſſ.præben.* Et cùm beneficium nondum vacet, donec latæ fuerint tres conformes ſententiæ ſuper illius privatione; non videtur impediri illius reſignatio, cùm impetratio illius nondum vacantis, nulla ſit : & in hoc nihil faciat ſcientia vel ignorantia poſſeſſoris, ſtante impetrationis nullitate, de qua per Gonzal. *ad reg.8. gloſ.15.num.148.*

21 Cæterùm, ſi negotium ex pluralitate Doctorum judicandum ſit, prior ſententia prævalebit, quam communem eſſe poſt Pariſ. teſtatur Farinac. *d. quæſt. 119.num.88.* exiſtimans ab ea in judicando vix recedendum. Et ſecundùm illam opinionem ego conſului, maximè quia agebatur de beneficio ſito in Gallia, propter authoritatem Boërii ſeu Senatus Burdegalen. & Aufrerii *ad d.deciſ.436.Capell.Tholoſ.*

22 In omnibus autem caſibus, in quibus privatio beneficii ipſo jure inducitur ex cauſa delicti; certum eſt interim donec lata fuerit ſententia declaratoria facti, poſſeſſorem manutenendum eſſe. Lotter. *de re benefic.lib.3.quæſt.18.n.28.* Rot. *deciſ.255.n.2.part.3. recent.& deciſ.179.n.9.in impreſſis poſt conſil. Farinac*

Supponendum eſt nonò,quod licèt quis fuerit cõ- 23
demnatus ratione delicti, ex quo non venit privandus ipſo jure ; non carebit ſuo beneficio,niſi expreſsè in ſententia pœna privationis declarata fuerit: quia ſententia eſt ſtricti juris, & nihil continet niſi quod in ea exprimitur. † Si verò agatur de crimine, 24
ex quo pœna privationis ipſo jure irrogatur ; ſequitur privatio ex ſola ſententia condemnatoria delicti, quamvis in ea nihil de privatione dictum fuerit. Campanil.*in diverſ.Iur.Canon.rubr.11.cap.23.n.121.* † Unde ſi quis ad pœnam perpetui carceris fuerit 25
condemnatus, ſi nihil aliud in ſententia dictum fuerit,non erit privatus beneficiis : ut adversùs Garz.tenet Lotter. *de re benefic.lib.3. quæſt.33.n.58.* Et ex his expedita eſt prima quæſtio propoſita.

Ad ſecundam quæſtionem principalem Dixi, re- 26
gulam eſſe generalem, omnia reſcripta & gratias, in quibus falſum narratur ; nullas eſſe, & invalidas, neque poſſe impetrantem illarum effectu frui. Gloſ. in *cap.quia circa,de conſang. & affin.in fin.cap.dudum, §.inſuper, de elect.* Et obreptio ac ſubreptio vitiant ipſo jure gratiam, *cap.ſi dignitatem, de præben.in Clement.cap.dudum, de privileg.* Petr.Gregor. *de reſcript. lib.1.cap.15.num.11.*

Ad tertiam Reſpondi,ad hoc ut Simonia ſit puni- 27
bilis, neceſſariò requiri quod pecunia fuerit effectualiter ſoluta, vel aliquid aliud pecuniæ æquivalens præſtitum : & quòd talis ſolutio vel præſtatio facta fuerit in executionem pacti, vel conventionis præcedentis : ita ut ſi duo illa requiſita non concurrant, non ſit locus pœnæ alicui ob cauſam Simoniæ infligendæ. Rot. Roman. apud Ludoviſ. *deciſ.238. num.* 10. *& deciſ.517. num.* 30. copioſè Farinac. *conſ.75.per tot.*

Et quamvis inſimul probaretur tractatus præce- 28
dens, & illius effectuatio ; excluderetur tamen Simonia, & illius effectus, ſi ſummi Pontificis beneplacitum in concordia fuiſſet reſervatum, quia coram ſummo Pontifice, ſi omnia bene examinantur, nulla committitur Simonia. Farinac. *d. conſ.75. num.19.33. & 72.* † Quod etiam in Gallia indubi- 29
tum eſt. Add. ad Lovet. *lit. C, num.40.*

Quod tamen ſano modo intelligendum eſt.ſi enim 30
clauſula illa, *ſub beneplacito Sanctiſſimi,* fuiſſet dumtaxat appoſita ad regendam & colorandam partem fraudem ; utpote ſi ante obtentum ſummi Pontificis beneplacitum, conventio fuiſſet executioni demandata, & pecunia ſoluta, aut alia res æquivalens tradita, non expectatâ homologatione ; hoc caſu committeretur Simonia. Mohedan. *tit. de Simon. deciſ. num.6* Rot.diverſ. *deciſ.673.part.3.lib.3.*

Ad quartam dubitationem Dixi, impetrationem 31
cum errore nominis, ſeu ſub alieno nomine propria factam, invalidam eſſe ; quamvis illam per errorem factam fuiſſe proponatur. Rot. *deciſ.16.de reſcriptis novis*, ubi dicitur, impetrationem factam pro Franciſco Bernardino, qui nihilominus Joannes Bernardinus vocabatur, nullam eſſe; niſi tamen ex aliquibus circumſtantiis, veluti ex deſignatione officii, 32
dignitatis ipſius impetrantis, certitudo & identitas perſonæ evidenter colligi poſſet : ut bene explicat Ricc. *Collect. 1496. ſuper l.ſi quis in fundi vocantur, ff.de legat. 1.* & Barboſ. *in cap. in noſtra 32. num.4. & 7. de reſcrip.*

Clauſula verò illa, *quod nominum & cognomi-* 33
num verior expreſſio fieri poſſit in litteris, nihil juvat, quando nomen impetrantis malè fuit expreſſum. Rebuff. *in 2. part. ſignat. in verb. nominum & cognominum, num.4.*

Cæterùm in caſu propoſito, qualitas Doctoris 34
adjecta

adiecta nomini erroneo, non est talis ut possit personam certificare, & gratiam validam reddere ; quia est qualitas æquiuoca,quæ potest pluribus aliis personis conuenire.Si tamen duo essent ejusdem nominis,quorum vnus esset Doctor,alius non ; ista expressio Doctoratus videretur sufficiens ad dignoscendum vtri ex duobus facta esset collatio : alioqui si remaneat æquiuocum,gratia est nulla : non enim resignationes & confrontationes dubiæ & æquiuocæ,in ju-
34 re admittuntur , ad probandam identitatem : † sed probatio debet esse concludens , quando duo eiusdem nominis, & cognominis reperiuntur. Mascard. *de probat. conclus.*875.*n.*2. Gratian. *discep.foren.*554. *num.*58.Peregr.*de fideicom. art.* 44. *numero* 46. *vers. quare vis huius negotij.* Vbi dicit huius negotij vim ad hoc reduci, an vltra nomen proprium concurrat aliqua alia qualitas, quæ vni conueniat,& non alteri : nam dispositio in eo verificabitur,nisi ex adverso probetur alium extare , cui eadem qualitas conueniat : tunc enim probatio redditur dubia,& sic insufficiens ad probandam identitatem ; pro cuius verificatione necesse est probare duas saltem demonstrationes, quæ vni tantùm conueniant. Marescot.
*lib.*1.*var.resol.cap.*12.*n.*32.

35 Quintæ quæstionis resolutio pendet ex notatis suprà *num.* 16. nempe quod omninò necesse est exponere summo Pontifici , qualiter resignans fuit de tali crimine accusatus : & quòd super eo pendet lis, aliàs nulla est impetratio : Rebuff.*in praxi , tit. de mod. amitt.benef.num.*51.*in fin.*Farinac.*d. quæst.*119. *num.*76.*&* 77.

36 Ad sextam quæstionem Dixi, nullum esse dubium, quin impetrans beneficium teneatur mentionem facere aliorum beneficiorum jam obtentorum;aliàs impetratio nulla erit , *cap. cùm adeo, & ibi DD. de Rescrip.cap. de multa, de præben.* Menoch.*de arbitr. cas.*
201.*num.*41.Barbos.in *cap.ad audientiam* 31. *num.*3.
*de Rescrip.*Ioan.Selu.*de benefic.part.*3.*quæst.* 11.*num.*1.
37 Tornet.*in arrest. beneficial.lit. B, n.*60.† Quod pro-
38 cedit etiamsi beneficia jam obtenta essent quantumcunque modici valoris. Monald. *cons.*92.*n.*1. † Hoc tamen non procedit in Gallia, in Regiis collationibus, in quibus non sunt exprimenda priùs obten-
39 ta.Louet & ibi add. *lit.B,num.*3. † sicut nec in permutationibus. Idem ibid.

40 Sed major est difficultas,vtrùm qualitas beneficij curati habitu , sit exprimenda pro validitate provisionis. Verbi gratia , si beneficium ex primæva sui origine haberet curam animarum , quæ tamen de præsenti non potest exerceri ; quia propter bellum, aut aliam ob causam totus populus ab illo loco recessit. Pro negativa, quod qualitas illa beneficij curati habitu, exprimenda non sit ; fuit decisum apud Seraphin.*decis.*936. Gabriel.*cons.*191.*lib.*1. Cavaler.
decis. 164.*num.*2. Lotter. *de re benefic.lib.*1.*quæst.*20.
*n.*155. Garz.*de benefic.part.*5.*cap.*3.*num.*99. *& seqq.*
ita ut certum sit, hanc opinionem in beneficiis sitis in Italia, aut in locis summo Pontifici immediatè subiectis, servandam esse.

41 Sed in Gallia,& in curiis Parlamenti alio modo judicatur , nempe omninò necessariam esse expressionem curæ , quantumuis habitualis. Rebuff. *in praxi.tit. de dispensat.rat. atat. in verb.etiam si curam, vers.S cu dò*,additio ad Alexand.*cons.*74.*in verb.habitu,vol.*4.add.margin.ad Selu.*de benefic.part.*3.*q.*72.
*num.*2.*vers.nota oliter.*Bleyn.*de benefic.in tit. de simplic.& dupli benef.n.*37.

42 Ad septimam propositionem constituenda est regula , duo beneficia sub eodem tecto esse incompatibilia,si sint vniformia ; veluti duæ Dignitates,duo Canonicatus , & similes. † Ideò per pacificam ade- 43
ptionem secundi, vacare primum ipso jure, per text.
in *cap.de multa,de præben.*Garz.*de benefic.part.*11.*c.*5. 44
num. 182. † In Gallia tamen primum incompatibile non vacat, nisi post annum. Louet *in recollect. arrest.lit.I,n.*5.*in fin.& ibi adait.*

Sed tamen per adeptionem alterius curati actu, 45
non vacabit ex capite incompatibilitatis primum, quod solam curam habitualem habebat. Rebuff. *in d. tit. de dispensat. rat. atat. in verb. etiamsi curam, vers.veruntamen.*Rot.*decis.*179.*n.*2. *part.*2.*recentior.*
† Quod ad Capellanias, teneri nequeunt plures sub 46
eodem tecto , sine legitima dispensatione summi Pontificis ; aliàs dum secunda obtinetur , oportet omninò dimittere primam : Garz. *loc.cit.num.*22. *&*
multis seqq. Ricc. *decis.*156.*part.*2.

Ad octauam certum est , non statim per adeptio- 47
nem secundi incompatibilis beneficij , vacare primum ; sed ita demùm si secundi possessio pacifica fuerit, nisi tamen possessor litem sibi in fraudem legis moueri procurauerit ; aut per eum steterit, quominus pacificam secundi possessionem adipiscatur: ita Garz.*de benefic.part.* 11.*cap.*5.*n.*100.

Ad nonam. Sufficit exprimere, Præposituram ha- 48
bere canonicatum sibi annexum : nam eo ipso infertur per necessariam consequentiam, ipsum Præpositum habere stallum in choro, & vocem in capitulo; itavt non sit opus alia huius rei particulari expressione. Seraph.*decis.*474.*n.*2.*&* *decis.*1495.*n.*2.

Ad decimam , Respondetur non esse in illius de- 49
cisione diutiùs insistendum : cùm nec constitutio de publicand.resignat.nec regul.Cancell.34. loquantur de aliis prouisionibus , quàm de illis quæ fiunt per resignationem, aut jurium cessionem.Et hoc indubitatum est.

Ad vltimam quæstionem resolutio hæc est. Si pos- 50
sessor titulum habeat saltem coloratum , licèt obtineat rescriptum *si Neutri* , non tamen indiget noua possessione ; dum,ut fieri solet, gratiam obtinet cum clausula *sine præjudico juris jam quæsiti , & jus juri addendo.*Sed si nequidem titulum haberet coloratum, nova indigeret possessionis apprehensione ; quia in beneficiis nunquam admittitur vitiosus ingressus. Ita decidit Cod.Fabr. *lib.*1.*tit.*2.*de sacrosan.Eccles.defin.*
13.Quamuis aliter sentiat Chassin.*cons.*30. *num.*13.
† Et in beneficialibus dari debeat manutentio in 51
summariissimo possessorio illi , qui titulum habet, quamuis discoloratum. Post. *de manuteni. observ.*42.
*n.*28.† Verùm Rota Rom.hanc sequitur opinionem, ut non sit opus nova possessionis apprehensione; sed licitum sit cuicumque , nouum titulum cum priori accumulare ; & causam possessionis sibi mutare, nulla nova apprehensione possessionis interueniente ; & sic primam possessionem continuare , vigore novi tituli superuenientis. Burat. *decis.*117. *num.*18. quæ est repetita *in recent.*741.*num.*8.*part.*2.Lotter.
*de re benefic.lib.*2. *quæst.*46. *num.*21.vbi plures decisiones ad hoc allegantur.Quod & in Gallia obseruatur ex Papon.*lib.*8.*tit.*17.*arr.*1.quia licèt ex pluribus titulis possit quis possidere , tamen vnica possessio sufficit,*l.*3.*§.ex pluribus,ff.de acq.poss.*Rebuff.*in praxi tit.*2. *de subrogat.n.*28. & potest possessio acquiri ex titulo invalido.Idem *in tit.de rescrip.Etiam,& Perinde valere,n.*52. & potest fieri acquisitio possessionis sine causa.Bart.*in l.quod meo, num.*1.*ff. de acq.poss.*
Ias.in *l.*3.*§.genero,ff.eod.tit.* & licèt causa sit injusta, ob quam possessio captafuit ; ipsa tamen possessio vera est. Rot.*decis.*275.*n.*5.*part.*1.*recent.*

CAPUT

CAPUT XXVIII.

Quæ ſit ſubrogationis praxis in Gallia.

SVMMARIUM.

1 *Subrogatio in beneficialibus quomodo & quando obtineri poſſit, breviter enarratur.*
2 *In Gallia quomodo fiant ſubrogationes beneficiales. Et num.11. remiſſivè.*
3 *Ex juris communis diſpoſitione, collatio facta collitiganti per viam ſubrogationis prævalet, ſi intra menſem obtineatur.*
4 *In Gallia collatores ordinarii beneficia litigioſa conferre ſolent. Et num.6.& 8.*
5 *Literæ ſubrogationis in Gallia obtinentur à Rege vel à Cancellaria.*
7 *Obtenta ſubrogatione, quomodo procedendum ſit in Gallia.*
9 *Si duo ſubrogati invicem contendant, prævalebit is cujus jura ſunt meliora.*
10 *Permutationes etiam ſuper jure prætenſo, fieri poſſunt coram Ordinario, in Gallia.*
12 *Subrogatio peti debet intra menſem, non à die notitiæ, ſed à die obitus.*
13 *Collitigans non poteſt petere ſubrogationem, ſi annus fuerit elapſus; qui annus non computatur à die adeptæ poſſeſſionis, ſed à die datæ tituli.*
14 *Fallit ſi petens ſubrogationem ſit in poſſeſſione; tunc enim annus non currit in præjudicium poſſidentis.*

1 SUbrogatio in beneficialibus nihil aliud eſt, quàm alicujus in jus & locum alterius ſuppoſitio; quæ ad hoc inventa eſt, ut collitigantibus novus non detur adverſarius: ſed ſi unus ex illis cedat vel decedat poſſit alter collitigans obtinere à ſummo Pontifice, vel Legato ad id poteſtatem habente, ſe ſupponi & ſubrogari in jus & locum ſui adverſarii, qui ceſſit jus ſuum alteri, vel mortuus eſt; dummodo id petat intra menſem à die mortis, aut à die præſtiti conſenſus numerandum: & ſi durante hoc menſe, tertius quidam illud beneficium obtinuerit, prævalebit conceſſio facta collitiganti ſubrogato, quanquam & poſſit Papa tertium non collitigantem ſubrogare, cum derogatione regulæ de ſubrog. collitigant. vel etiam abſque derogatione, quando collitigans extra curiam deceſſit. Ita Rebuff. *in prax. tit. de ſubrog. in princ. & num.6. & alij DD. ſuper reg.28. de ſubrogand. collitig.*

2 Sed in Gallia praxis ſubrogationis eſt omnino diverſa. Et ideò aliàs requiſitus ſuper prioratu loci de Vacheres, cujus occaſione Miraltius duas ſubrogationes obtinuerat, unam in jus Caroli, aliam in jus Danielis, qui à Carolo reſignationem habuerat, & ambo mortui erant lite pendente; adversùs quem ſubrogatum contendebat Martinus, qui beneficium
3 illud uti vacans per obitum impetraverat. † Dixi quod licèt ex juris communis diſpoſitione, beneficium illud non poſſet per alium quàm per Papam, nec alteri quàm collitiganti conferri, per text. *in Clemen. unic. ut lit. penden. & cap. 2. eod. tit. in 6.* In Gallia
4 tamen contrarium obſervatur: † Licitum enim eſt collatoribus ordinariis, beneficia litigioſa per obitum vel reſignationem unius ex partibus collitigantibus vacantia, conferre. † Quâ collatione factâ, impetrantur litteræ à Rege vel Cancellaria, ad effe- 5
ctum obtinendi ſubrogationem in jus & locum defuncti, vel cedentis. Petr. Gregor. *in inſtit. rei benefic. cap.40. num.27. verſ. in Gallia.* Rebuff. *in concord. tit. mand. Apoſt. §. declarantes, in verbo ſucceſſores, verſ. præterea ſignandum eſt.* † Confert enim in Gallia Or- 6
dinarius quæcumque beneficia, non obſtante quod ſint litigioſa, Adden. ad Pariſ. *de reſign. lib.2. quæſt.3. num.105.* Peleus *in Analyſi, cap.37. verſ. in hoc regno, fol. mihi 141.* Ubi dicit, quod hodie non ſervatur in Gallia jus antiquum: ſed ſtatim mortuo beneficiato, confertur alteri beneficium etiam litigioſum per Ordinarium, vel per Papam. † Quod ſi quis fue- 7
rit ſubrogatus per Papam in jus alterius, accipit poſſeſſionem in vim ſubrogationis Papæ; & poſtea impetrat literas Regias, quibus petit ſe ſubrogari in jus & poſſeſſionem ac inſtantiam mortui: niſi ipſe jam eſſet in poſſeſſione: quia ſufficit continuatio ſine nova apprehenſione, ut ſupra dictum eſt *cap. præced. num. ult.* † Et ſi prædictis opponatur, Ordinarium 8
non habere poteſtatem ſubrogandi? Reſpondent Doctores Galli, non ab Ordinario, ſed à Rege, & per literas Regias ſubrogationem concedi. Et ita practicatur.

Unde pro reſolutione caſus propoſiti, concluden- 9
dum erat, quod cùm duo concurrerent petentes ſe ad ſubrogationem admitti, nempe Miraltius & Martinus; ille ex juribus utriuſque collitigantis defuncti, hic ex propria impetratione; diſcutiendum erat de titulis amborum, & is obtinere debebat, cujus jura eſſent meliora, ut decidit Papon. *lib.8. tit.18. art.7.* Tornet. *lib. 2. lit. S, n.46.*

Præterea dixi Martinum licitè potuiſſe permutare 10
coram Ordinario, coram quo permutationes etiam de jure prætenſo fieri poſſunt in Gallia, ſaltem de conſuetudine: ut teſtatur addit ad Pariſ. *de reſign. lib.9. tit.16. num.13.*

Si quis autem plura juxta praxim Galliæ circa 11
ſubrogationes ſcire deſideret: adeat Rebuff. in locis proximè citatis, nempe *in prax. tit. de ſubrog. & in concord. tit. de mandat. Apoſtol. §. declarantes, in verb. ſucceſſores.*

Debet autem ab ipſis collitigantibus peti ſub- 12
rogatio intra menſem, non à die notitiæ, ſed à die obitus; adeo ut ſi poſt tempus illud petatur, ſuccedat jus commune; ut prior proviſo valeat, poſteriores ſint invalidæ. Expill. *Arreſt. num.2. & 3.*

Et non poteſt peti ſubrogatio per collitigantem, 13
ſi annus à data ſuarum proviſionum fuerit elapſus: non dico à data captæ poſſeſſionis, quæ in hac materia non inſpicitur; ſed à data tituli, add. ad Pap. *lib.8. tit.17. art.3.* † Quod verum eſt, ſi ſubrogati- 14
nem petens non poſſideat; nam eo poſſidente, non currit annus, ut poſt Rebuff. advertit add. ad Loue. *lit. S, num.6.*

CAPUT XXIX.

De nullitate interpretationis, ex eo quòd non fuit expreſſum jus ad rem, quod impetranti ſuper alio beneficio competebat.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans tenetur facere expreſſam mentionem aliorum beneficiorum quæ obtinet.*

2 *Expiini*

2 *Exprimi debent in impetratione beneficia, super quibus impetrans non habet jus formatum; sed duntaxat jus ad rem.*

3 *Resignare non potest quis beneficium, in quo nihil juris habet.*

4 *Incompatibilitas beneficiorum non nocet impetranti, sed ambo possidere potest, quamdiu durabit lis & possessio non erit pacifica.*

CAsus talis propositus fuit. Titius duas parvas capellanias possidens, impetravit certo modo quoddam beneficium regulare, cum decreto de suscipiendo habitum intra tres menses, & professionem regularem emittendo, dictasque capellanias dimittendo: dictum verò beneficium regulare semper fuit litigiosum.

Idem Titius postea canonicatum obtinuit, nulla facta mentione præmissorum, & illius possessionem adeptus est: in cujus possessionis adeptione se Tertius opposuit, prætendens se primò provisum de dicto canonicatu per resignationem; deinde verò per obitum.

Quæsitum fuit 1. utrùm impetratio canonicatus sit valida. 2. utrùm Titius possit dictum canonicatum resignare. 3. utrùm beneficia illa incompatibilia simul tenere possit, cùm sint litigiosa.

1 Respondi sine dubio impetrationem canonicatus factam per Titium, nullam esse; cùm in ea non fuerit facta mentio obtentorum, quod tamen erat omninò necessarium: per text. *in cap. si motu proprio 23. de præbend. in 6.* Menoch. *de arbitrar. cas. 201. n. 41.* qui id ampliat *num. 42.* etiamsi essent beneficia modici valoris. Diximus sup. *cap. 26. num. 26. & 27.*

2 Similiter quamvis impetrans non haberet jus plenè formatum in aliquo beneficio, sed duntaxat jus ad rem; aut si beneficium de facto, non de jure possideret: tenetur nihilominus illud exprimere, Menoch. *ubi sup. num. 43.* Selu. *de benefic. part. 3. quæst. 11. num. 4.* Paris. *de resignat. lib. 10. quæst. 2. n. 73. & 75.* Garc. *de benefic. part. 1. cap. 2. num. 122. & seqq.* Ubi reprehendit Gonzal. contrarium sentientem.

3 Unde sequitur, Titium resignare non posse, cùm nullum jus habeat in canonicatu, ob non factam expressionem beneficiorum obtentorum: & beneficium illud uti vacans, posse à Tertio impetrari. Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 22. num. 6.*

4 Si tamen obtenta expresserit in impetratione beneficij regularis, non nocebit illi incompatibilitas; cùm durante lite non teneatur priora beneficia dimittere, ut diximus suprà *cap. 27. num. 47.* & tradit Cokier *ad regul. 51. Cancellar. num. 9.*

CAPUT XXX.

De immunitate Clericorum à collectis, tam pro bonis Ecclesiæ, quàm pro patrimonialibus. Et in quibus casibus, ac quomodò collectari possint per laicos.

SUMMARIUM.

1 *Actus qui dederunt causam liti, vel facti fuere lite pendente, non sufficiunt ad manutentionem.*

2 *Possessorij actus adversus clericos particulares non suffragantur, in præjudicium ordinis clericalis.*

3 *Clausula decreti irritantis inficit tam titulum, quam possessionem.*

4 *Non datur possessio etiam immemorialis in præjudicium exemptionis clericorum, & n. 7.*

5 *Derogatio specialis requiritur, ut fiat præjudicium privilegiis clericalibus.*

6 *Octo requisita copulativè concurrere debent in casibus, in quibus clerici collectari possunt.*

8 *Bona ad Ecclesiasticos transeunt cum onere suo, quando agitur de onere perpetuo & invariabili; secus si onus sit incertum, & variabile.*

9 *Vicelegatus nihil potest statuere contra jus commune.*

10 *Clausula, citra præjudicium jurium, suffragatur etiam in possessorio.*

11 *Clerici sunt immunes etiam ab impositionibus factis super carne, vino, & similibus.*

12 *Clerici bene faciunt, si componant & transigant super collectis cum Universitatibus, quando adsunt plures expensæ factæ pro communi utilitate clericorum & laicorum.*

13 *Clerici succedunt in onere collectarum, si bona emerint, aut acquisiverint sub pacto expresso illas solvendi.*

CUm alias consuluissem pro immunitate Ecclesiasticorum ab onere collectarum, pro debitis communibus exsoluendis impositarum per communitates laicorum: tandem fuit lata sententia in favorem dictæ immunitatis. Pro cujus justificatione, respondendo ad dubia quæ contra Clerum proposita fuerant, Dixi in primis; non constare de quasi possessione collectandi: † quia aderant tantùm certi actus qui vel liti causam dederant, vel lite pendente facti fuerant; & ideo non sufficiebant, ut ex illis deveniretur ad manutentionem. Rot. *decis. 533. num. 2. part. 1. recentior. & part. 2. decis. 30. num. 1.* Cancer. *lib. 3. var. resol. cap. 4. num. 95.*

Et quamvis constaret de aliis actibus possessoriis, 2 non tamen possent suffragari in præjudicium ordinis clericalis, *cap. quanquam, de Censib. authent. item nulla communitas, Cod. de Epis. & cler.* Ruin. *cons. 117. in fin. vers. non obstat postremò, vol. 4.* Rot. *decis. 72. num. 8. & 9. part. 1. recentior.*

Præterea, propter clausulas irritantes contentas 3 in bulla Cœnæ Domini, non potest opponi aliqua possessio in præjudicium ordinis clericalis; tales enim clausulæ inficiunt titulum & possessionem. Cassador. *decis. 1. de causs. possess. & propriet.* Cod. Fabr. *lib. 1. tit. 2. defin. 21. num. 3.* & in proprio casu nostro Barbos. *de Iur. Eccles. cap. 39. §. 5. numero 59. vers. septimò quæro.* † Et sanè cùm immunitas clericorum sit de jure divino, nulla possessio 4 in contrarium opponi potest. Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect. 3. num. 114.*

Quod procedit, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemoriali in contrarium, propter excommunicationem contentam in dicta bulla: Gras. *d. effect. 3. num. 118.*

Et quamvis in contrarium allegarentur quædam Bullæ Leonis X. & Clementis VII. necnon decisio Clementis VIII. relata per Mart. *de jurisdict. part. 4. centur. 1. cas. 1. num. 52.* Tamen dixi hæc non obstare; † cùm in dictis bullis nulla adesset expresse 5 derogatio privilegiorum clericis competentium: cùm tamen constitutio illos non afficeret, nisi specialiter fuissent nominati. Ugolin. *in tract. de censur. sum. Pontif. reser. cap. 18. §. 2. per tot.*

Decisio verò Clementis VIII. non obstabat; tum quia in casu illo collecta imponebatur authoritate

ſummi Pontificis, quod hic factum non fuerat: tum etiam, quia ibi conſtabat notoriè, laicos non habere facultates ſufficientes ad ſoluenda onera, ut legitur apud Mart. *d. num.* 52. *&* 53. quod in caſu noſtro non verificabatur.

6 Et quamvis clerici teneantur aliquando contribuere, non ſolùm ad peſtem & famem repellendam, ſed etiam ad aliqua concernentia illorum utilitatem tamen illa contributio non debet fieri, niſi octo concurrentibus, quorum primum eſt, ut non collectentur niſi in ſubſidium, & deficientibus facultatibus laicorum. 2. Quod contributio fiat, conſulto Romano Pontifice. 3 Ut conſtet impoſitionem fieri ex cauſa neceſſaria. 4. Ut deliberatio circa talem impoſitionem fiat convocato concilio tam clericorum, quàm laicorum. 5. Ut pecunia pro qua imponitur collecta, fuerit conſumpta, vel debeat conſumi ad illum uſum pro quo fuit impoſita, & non ad alios. 6. Quod neceſſitas vel utilitas ſit magna & urgens. 7. Quod negotium tangat directè Eccleſiam. 8. Ut agatur de neceſſitate communi inter clericos & laicos: quæ omnia copiosè tradit Carol. de Graſſ. *d. effect.* 3. *num.* 227. *uſque ad* 248. Et ferè omnia referuntur per Rot. *deciſ.* 42. *à num.* 3. *uſque ad* 9. *part.* 4. *recentior.* & de dicta immunitate clericorum copiosè
7 tractat Rot. *deciſ.* 338. *per tot. part.* 6. *recentior.* † Ubi *numero* 70. oſtenditur, Rectorem non poſſe per ſuum conſenſum præjudicare Eccleſiæ, quamvis permiſerit bona poni in cataſtro laicorum; quamvis etiam aliquo tempore perſoluiſſet collectas: quia non potuit præjudicare Eccleſiæ ſine aſſenſu ſummi Pontificis, ut ibi dicitur *num.* 77. Et ſic fuit bis diligenter examinato articulo per Rotam Romanam reſolutum.

8 Quæ immunitas extendenda eſt ad bona patrimonialia clericorum. Cùm enim duo ſint onerum genera, quædam certa, invariabilia & perpetua, ut ſunt cenſus & tributa; alia verò ſint variabilia & incerta, quæ per æs & libram modò majora, modò minora imponuntur: ſi de primi generis oneribus agatur, certum eſt illa tranſire ad privilegiatos, ad quos res ipſa onere invariabili affecta petranſit: ſi verò de oneribus ſecundi generis, quales ſunt collectæ, quæ pro ære alieno diſſolvendo imponi ſolent, tunc res non tranſit cum ſuo onere: ſed ſi privilegiatus ſuccedat, utetur ſuo privilegio, quamvis requiſiverit à perſona non privilegiata. Rot. *d. deciſ.* 42. *numero* 11. 12. *&* 13. *part.* 4. *recentior.* Scort. *in conſtit. Pontific. theorem.* 77. *verſ. porro bona patrimonialia.* Bonacin. *tom.* 3. *diſput.* 1. *quæſt.* 19. *punct.* 3. *num.* 12. *verſ. ſententia.* Ubi plures allegat. Garz. *d. effect.* 3. *numero* 27. 28. *&* 32. Ubi dicit contrariam opinionem eſſe communiter damnatam.

9 Et quamvis in caſu propoſito allegaretur decretum quoddam, aliàs factum per Eminentiſſ. Cardinalem de Comitibus contra clericos: Reſpondi, non potuiſſe Vicelegatum derogare diſpoſitioni juris communis. Rot. *deciſ.* 500. *num.* 4. *in fin. part.* 3.
10 *recentior.* Honded. *conſ.* 93. *num.* 70. *vol.* 2. † Maximè cùm decretum illud factum fuiſſe proponeretur cum clauſula, *ſine præjudicio jurium partium*, quæ illarum jura præſervat etiam in ſummariiſſimo poſſeſſorio. Seraphin. *deciſ.* 810. *num.* 1.

11 Majus tamen dubium verſari videbatur circa impoſitionem factam ſuper carne quæ in publico macello vendebatur; cujus pretium dicebatur augeri mediantibus quibuſdam paſcuis communibus, quæ per univerſitatem dabantur macellariis: & non videbatur æquum, ut clerici utilitatem perciperent ex paſcuis laicorum. Sed ad hoc reſponſum fuit, idem jus competere clericis ſuper paſcuis communibus, quod laicis; & ideo Communitas nihil dabat macellariis pluſquam ipſimet clerici, qui partem habebant in paſcuis. Bertrand. *conſ.* 92. *vol.* 3. *part.* 1. Et ideo ſi ſuper pane, carne & aliis venalibus imponantur gabellæ, clerici & perſonæ Eccleſiaſticæ non tenentur contribuere, ut decidit Rot. *deciſ.* 159. *num.* 8. *part.* 7. *recent.* dicens iſtam eſſe veram, & communem ſententiam, quicquid alij dicant in contrarium.

Et ex his lata fuit ſententia in favorem Eccleſia- 12
ſticorum: circa quam tamen duo notanda eſſe exiſtimo. Et primò quidem, quod cùm magna pars impoſitionum, quæ fiunt per Communitates, maximè in ſtatu Avenionenſi & Comitatu Venaiſſino, fiant pro exſolvendis oneribus & debitis contractis ex cauſa belli, ſeu ad depellendam famem & peſtem, & aliis in quibus de jure Eccleſiaſtici contribuere debent, non expedit ut clerici reddant ſe difficiles in contribuendo pro rata eos tangente, cum authoritate ſuperiorum, & intervenientibus aliis de jure requiſitis. Quemadmodum fecerunt Domini de clero, qui cum civitate Avenionenſi tranſegerunt ſuper modo ſolvendi collectas.

Secundò notandum eſt, quod licèt clerici ſint im- 13
munes à dictis oneribus, tamen ad illa tenentur, ſi in contractu acquiſitionis ad eorum ſolutionem ſe obligaverint: quia Eccleſia licèt ſit immunis à collectis, non tamen eſt immunis à conventionibus: ita tradit Cardin. Alban. *in tract. de immunit. Eccleſ. num.* 80. *verſ. nunc rationem illam*, adden. ad Burat. *deciſ.* 780. *num. ult. col. ult.* Rot. *deciſ.* 339. *num.* 62. *part.* 6. *recentior.* Sanch. *in opere moral. lib.* 2. *cap.* 4. *diſput.* 57. *num.* 8. Ubi quod donans vel concedens in actu conceſſionis poteſt apponere legem quam voluerit, & Eccleſia tenetur illam obſervare, ſive in fraudem ipſius Eccleſiæ id actum ſit, ſive non. Nic. Bellon. *conſ.* 40. *num.* 4. *&* 5. Et onera quæ præcedunt ex pacto inito cum authoribus clerici, à quibus ipſe jus habet, dicuntur realia, & rem ipſam ſequuntur, ut oſtendit Barboſ. *de jure Eccleſ. cap.* 39. §. 5. *num.* 37. Vide Dian. *reſolut.* 82. *tract.* 2. *vol.* 1. *& reſol.* 44. *&* 45. Quid de prohibita introductione eorum fructuum intra civitatem, idem Diana loquens de prohibitione ingreſſus vini forenſis, *loc. cit. reſolut.* 68. *&* 69. Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 2. *num.* 315. Quid de taxa fructuum, Dian. *reſol.* 71. Quid de conſuetudine immemorialis, *idem* Diana *loc. citato reſolut.* 96.

CAPUT XXXI.

An, & quando capellania requirat proviſum eſſe actu celebrantem, aut aptum ad celebrandum. Et quando, & ex quibus poſſideri queat per ſimplicem clericum.

SUMMARIUM.

1 *Capellania non eſt Sacerdotalis, quamvis fundator dixerit, quod inſtitutus in ea teneatur celebrare.*

2 *Amplia, ut hoc procedat, quamvis fundator mandaſſet præſentari unum, qui ſit idoneus.*

3 *Idem, ſi fundator dixiſſet inſtitui capellanum, qui diu noctuque celebret divina officia, ſicut cæteri.*

4 *Vel ſi dixiſſet, quod teneatur aſſiſtere proceſſionibus, & divinis officiis.*

5 *Capellania*

5 *Capellania dicitur Sacerdotalis, si ex verbis fundationis colligatur intentio fundatoris. Et ex quibus.*

6 *Nomen Presbyteri refertur ad simplices Clericos.*

7 *Fallit si testamentum fuerit latino idiomate conscriptum.*

Sublimita, nisi testator esset imperitus; tunc enim larga sit interpretatio, num. 12. & vide num. 8.

9 *Decisio* Mantic. 129. *in quibus terminis procedat.*

10 *Consuetudo interpretativa facit, ut simplices Clerici admitti possint, vel non, ad capellaniam.*

Amplia licèt consuetudo non esset præscripta. num. 11.

13 *Quando capellania est Sacerdotalis, tenetur provisus de ea, per se ipsum inservire, & non per substitutum.*

14 *Curatus tenetur ad continuam residentiam, & celebrationem Missarum.*

15 *Cura est incompatibilis cum capellaniis Sacerdotalibus, in loco ita remoto constitutis, ut utrique servitio Parochus simul interesse non possit.*

16 *Verum in impetratione capellaniæ necesse sit pro illius validitate exprimere, quod habet ordinem presbyteratus annexum.*

QUæstio admodùm practicabilis est, an, & quando capellania censeatur Sacerdotalis, & requirat quod provisus sit Sacerdos, & actu celebrans; an verò per simplicem clericum possit obtineri. In qua variè secundùm facti contingentiam, Sacerdotalem esse, vel non esse, Respondi: attentis maximè verbis in fundatione appositis. Nam super testamento Domini quondã Petri de Villanova loci de Grans in Provincia provinciæ condito anno 1348. die 15. Maij. Dixi capellaniam per eum fundatam non esse Sacerdotalem, & in ea deserviri posse per substitutum, etiamsi testator dixisset, quod instituatur capellanus qui singulis diebus celebrare teneatur. Quia licèt nonnulli Doctores, ex illis verbis voluerint inferre capellaniam esse Sacerdotalem; † tamen contraria sententia prævaluit, & illam amplexa est Rot. Roman. existimans illam fundationem non continere præcisam Sacerdotii necessitatem, nec personalem residentiam; sed per alium fieri posse servitium in eadem capellania: ut notavit Burat. *decis. 92. n. 2. & seqq.* Idque eo magis, quia Sacra Cardinalium Concilii interpretum congregatio ita sæpiùs declaravit, ut refert Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. n. 77. & 88.* & testatur *ibid.* Burat. † qui subdit hoc procedere, quamvis testator voluisset quod præsentandus esset idoneus; quia idoneitas etiam considerari potest ad hoc ut per substitutum faciat celebrari. Idem tenuit Gratian. *discep. forens. cap. 133. num. 10. & seqq.* † ubi loquitur in casu quo testator voluerat, quod Capellanus diu noctuque celebraret divina officia, sicut cæteri Capellani; referens ita per S. congregationem fuisse determinatum.

1 2 3

4 Unde nec obstat possidenti vigore dicti testamenti, quod testator voluerat provisum assistere processionibus & divinis officiis. Quia ista possunt exerceri per substitutum; ideò non inferunt provisum debere esse Sacerdotem. Rot. *decis. 65. n. 2. part. 3. recentior.*

Sed è contrario super testamento D. Berengarii Goffridi consultus eodem ferè tempore, contrarium respondi; nempe capellaniam per eum fundatam esse Sacerdotalem, nisi præscriptio vel consuetudo obstaret in contrarium. Ratio est, quia testator claris verbis suam intentionem expresserat, mandans suum nepotem instituti in dicta capellania, casu quo ad sacros ordines pervenerit, & Missam celebraverit, & interim voluit poni unum presbyterum sufficientem, donec ipse fuerit effectus presbyter, & missam novam celebraverit; si verò non pervenerit ad presbyteratus ordinem, &c. † Quæ omnes clausulæ satis demonstrant illius intentionem fuisse, ut provisus de dicta capellania esset actu presbyter, sicut in similibus terminis respondit dicta Eminentiss. Cardinal. congregatio, referente Barbos. *de jur. Eccles. lib. 3. c. 5. n. 33.* Et ita dixi capellaniam à dicto Berengario fundatam, per testamentum ab eo conditum die 17. Octobr. 1419. esse sacerdotalem. 5

Et eadem ratione, super alio testamento consultus Respondi, ex verbis fundationis apparere beneficium de quo agebatur, esse sacerdotale; quia testatrix usa fuerat his verbis: Volo & ordino quod de bonis meis fundetur una capellania, in Ecclesia parochiali sancti Amantii, in honorem beatæ Catharinæ, in qua quidem capellania dici & celebrari volo qualibet septimana tres missas: & eo casu adveniente, instituo & Patronos esse volo Propinquos meæ parentelæ, & quod patronus teneatur, & debeat providere de uno presbytero idoneo & sufficienti; & casu quo non reperiretur aliquis, qui dictæ capellaniæ vellet inservire, nec onus celebrandi dicendo tres missas modo præmisso in se assumere; volo quod bona mea dentur amore Dei, tam operæ dictæ Ecclesiæ, &c.

Quia licèt sæpius Rota Romana existimaverit nomen presbyteri posse etiam simplicibus clericis adaptari, ut colligitur *in cap. vestra. junct. princip. cum fin. de cohabit. cleric. & mul.* Mantic. *decis. 129. num. 1.* † Tamen hoc non procedit, quando testamentum conceptum fuit latino idiomate, prout in hoc casu; tunc enim non refertur nisi ad insignitos ordine sacerdotali, per rationem allatam à Rolan. *cons. 83. num. 21. vol. 3.* Rot. *decis. 14. num. 7. part. 7. recentior.* ubi alii citantur. † Maximè quia illud testamentum, de quo agebatur, conditum fuerat à muliere, quæ vim & efficaciam verborum latinorum ignorabat: & propterea interpretatio fieri debebat secundùm communem usum loquendi, & verba propriè, non autem impropriè & fictè intelligenda, *l. fin. & ibi DD. Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* 6 7 8

Dicta verò *decis. 129.* apud Mantic. fundatur potiùs in observantia verbi dubii interpretativa, ut not. Barbos. *de jur. Eccles. lib. 3. cap. 5. de capellan. num. 33.* † Sicut etiam stante consuetudine interpretativa admittendi clericos, etiam non sacerdotes, seu in minoribus ordinibus constitutos, collationem capellaniæ factam simplici clerico; validam esse determinavit Rot. *d. decis. 14. n. 8. part. 7. recentior.* † Adeo ut non sit necesse consuetudinem esse præscriptam, ut dicit Mantic. *d. decis. 129. num. 2.* Rot. *d. decis. 14. n. 5. & 6. part. 7. recentior.* 9 10 11

Et licèt replicari possit, contrarium probari posse ex traditis per Gonsal. *ad reg. 8. gloss. 5. num. 85. & 86.* † Maximè quia testatrix erat ignara, & sic ejus dispositio largo modo intelligenda videbatur, ex tradit. per Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 5. num. 7. & 8.* 12

Non tamen ideo recedendum existimavi à præcedenti resolutione, quia Gonzal. ut & Mantic. videtur se restringere ad observantiam admittendi non presbyteros, cùm tamen in casu proposito supponeretur semper provisos fuisse actu celebrantes, quæ consuetudo servanda est, ut tradit idem Gonzal. *loc. cit. n. 107.*

Sed ſemotis omnibus prædictis conſiderationibus, hæc una ſufficit ad declarandam mentem fundatricis, quæ colligitur ex verbis illis : Provideatur de ſufficienti Preſbytero ; & caſu quo non reperiretur qui vellet dictæ Capellaniæ inſervire, nec onus celebrandi dictas tres miſſas aſſumere, &c. quibus ſic ſtantibus, debet proviſus per ſe ipſum celebrare, & non per ſubſtitutum, præſertim junctis aliis ſupra adductis, quæ inſimul, & non ſeparatim conſideranda ſunt, ad eliciendam intentionem fundatricis. †
13 Debet ergo proviſus actualiter & per ſe, non per ſubſtitutum deſervire. Garz. *de benefic. part. 7. cap. 1. num. 86. & multis ſeqq.* Barboſ. *de jur. Eccleſ. d. cap. 5. n. 33. & 34.* Gonzal. *d. gloſſ. 5. num. 100.* Novar. *lib. 1. quæſt. forenſ. cap. 115.* Aliquid hac de re diximus infrà *cap. 118. num. 26. & ſeqq.*

Unde ſequitur dictam capellaniam fundatam in Eccleſia loci de S. Chamas, eſſe incompatibilem cum
14 cura loci de Grans : † tenetur enim Curatus ex debito officij, miſſas in ſua Eccleſia parochiali celebrare, juxta Concil. Trid. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 14.* Barboſ. *de offic. & poteſt. paroch. cap. 11. num. 5.* Cùm igitur non poſſit ſimul duobus in locis conſtitui, & ex neceſſitate curæ teneatur ad continuam reſidentiam in loco de Grans, non poteſt ſatisfacere celebrationi miſſarum in d. Eccleſia loci de S. Chamas indictæ:
15 † Unde oritur incompatibilitas, Garz. *d. part. 11. c. 5. n. 86. verſ. ſed id de reſidentia.* Maſſobr. *in prax. concurſ. requiſ. 1. dub. 3. n. 7. verſ. niſi fortè.* Rot. *Diverſ. deciſ. 483. n. 3. part. 1.* ubi dicitur hoc habere locum quando reſidentia eſt continua; adeo ut ſi quis poſſit in utroque beneficio deſervire, beneficia non dicantur incompatibilia, veluti ſi ex jure ſpeciali, ſtatuto vel conſuetudine, reſidentia in utroque requiratur; quo caſu per adeptionem capellaniæ, vacant beneficia jam adepta, propter incompatibilitatem; ut dicit Card. Zabarel. *conſ. 3.* ubi concludit quod licèt canonicatus requirat præciſam reſidentiam, non tamen eſt incompatibilis cum capellania habente onus annexum ſingulis diebus celebrandi miſſam; quia hoc onus poteſt ſe compati cum reſidentia requiſita in canonicatu. Idem tradit Grivel. *deciſ. Dolan. 89. n. 9. & 10.* ubi dicit, quod ſi capellania habet onus coadjuvandi Parochum in cura animarũ, dicitur requirere reſidentiam, & ex eo inducitur incompatibilitas; & nos ſuperiùs *cap. 12.* copiosè demonſtravimus.

16 An verò, & quomodò in impetratione hujuſmodi capellaniarum habentium ordinem annexum, aut onus celebrandi miſſas, vel requirentium perſonalem reſidentiam, facienda ſit mentio harum qualitatum, reſolvitur per ſequentes concluſiones.

Prima, non eſſe neceſſarium quod in impetratione exprimatur, capellaniam habere annexum onus celebrandi miſſas, quia talis qualitas licèt fuiſſet expreſſa, non ideo difficiliorem reddidiſſet ſummum Pontificem ad gratiam concedendam. Cùm enim Judicis arbitrio relinquatur judicandum, utrùm qualitas non expreſſa ſit talis, quæ difficiliorem reddidiſſet Principem concedentem, conſideratis ſcilicet negotii circunſtantiis, ut tradit Rot. *deciſ. 24. n. 8. part. 3. recent.* Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 21. num. 19.* nullus Judex exiſtimabit expreſſionem oneris celebrandi miſſas, difficiliorem redditurum fuiſſe ſummum Pontificem ad gratiam concedendam; quia cùm capellania ſit beneficium Eccleſiaſticum, & propter divinum officium detur beneficium, *cap. cum ſecundùm, de prabend. cap. fin. de præſcript. in 6.* potuit cogitare ſummus Pontifex capellaniam habere aliquod jus ſpiritualitatis annexum, Felin. *in cap. in noſtra 32. n. 9. verſ. de tertio, de reſcript.* Cùm etiam ipſum nomen capellaniæ, quodammodo præ ſe ferat celebrationem miſſarum. Rot. *deciſ. 65. num. 1. part. 2. recentior.*

Secunda concluſio; quamvis capella habeat annexum ordinem ſacerdotii, non eſt neceſſe illud exprimere in impetratione : Imò ſufficit quod proviſus ſit habilis actu, vel habitu ad illius ordinis ſuſceptionem, *cap. ſi pro clericis, & cap. ei cui, de præb. in 6.* Rot. *d. deciſ. 65. n. 2.*

Tertia concluſio, quamvis capellania requirat reſidentiam, non tamen neceſſariò illius qualitatis fieri debet mentio in impetratione : quia reſidentia de jure communi ineſt omnibus beneficiis, qualitates autem quæ inſunt de jure, ſunt notæ ſummo Pontifici ideo non ſunt de neceſſitate exprimendæ. Selv. *de benef. part. 3. quæſt. 12. n. 12.* & ita decidit Rot. *d. deciſ. 65. n. 1. verſ. quo verò ad reſidentiam.*

CAPVT XXXII.

De jurepatronatus hæreditario, gentilitio & mixto; & quomodo voces patronorum debeant computari, quando ſit præſentatio.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus quando ſit gentilitium, hæreditarium vel mixtum.*
2 *Qualitas hæreditaria non eſt incompatibilis cum jurepatronatus gentilitio.*
3 *In dubio juſpatronatus cenſendum eſt hæreditarium.*
4 *In gentilitio ſucceditur in capita, in hæreditario in ſtirpes.*
5 *In gentilitio ſuccedunt qui ſunt proximiores ordine ſucceſſivo, excluſis remotioribus.*
6 *In hæreditario mille computantur pro uno quem repræſentant.*
7 *In gentilitio quilibet ſuum caput conſtituit, ſed remotiores excluduntur à proximioribus, num. 8. & 22.*
9 *Explicatur ſententia Barboſæ, & aliorum, qui dicunt juſpatronatus relictum per donationem vel legatum, acquiri in capita. Et num. 12. contrarium verius oſtenditur, excepto jurepatronatus gentilitio.*
10 *Hæredes ex inæqualibus portionibus, ſuccedunt tamen æqualiter in jurepatronatus. Fallit quando voces ſunt æquales, quia præſentatus ab eo qui majorem habet partem hæreditatis, præfertur, num. 11.*
13 *In gentilitio, poſt primos vocatos, alii ſuccedunt in ſtirpes. Limita, niſi familia eſſet vocata tanquam unum corpus, & collegialiter, n. 14.*
15 *Si duobus corporibus competat juſpatronatus, quodlibet corpus pro uno tantùm jure numeratur.*
16 *Quæ requirantur ut juſpatronatus ſit mixtum ex gentilitio & hæreditario.*
17 *Iuſpatronatus mixtum non poteſt transferri, niſi deficiente tota familia vocata.*
18 *Finitâ familiâ juſpatronatus tranſit ad hæredes extraneos, nec Eccleſia libertatem acquirit.*
19 *In jurepatronatus mixto ſucceditur in capita, licèt*

cèt non sit purè gentilitium ; in eo tamen filii emancipati non admittuntur vivis parentibus ad præsentandum , secus in purè gentilitiis.

20 *Vtrùm filius in jurepatronatus gentilitio repræsentet personam patris , & quid de nepote respectu patrui , num.21.*

22 *Eadem ratio repræsentationis locum habet in jure patronatus , quæ in profanis successionibus observatur.*

23 *In jurispatronatus successione consuetudo attendenda est.*

24 *Quando agitur de derogatione qualitatum fundationis , major pars patronorum non præjudicat minori ; sed unius oppositio derogationem impedit.*

25 *Permutatio non exigit consensum patroni , sed sufficit illius requisitio ; quod tamen in Gallia non admittitur , nec valet permutatio renuente patrono , num.26.*

27 *In Gallia non admittitur derogatio jurispatronatus laicalis pro medietate.*

28 *Praxis computationis vocum in jurepatronatus hæreditario.*

29 *Data paritate vocum , locus est gratificationi.*

30 *Praxis computationis vocum , quando unus ex patronis fuit institutus hæres , aut aliter successit compatrono ; & quando debeant fieri plures unciæ in jurepatronatus , sicut in successionibus hæreditariis.*

31 *Verum qui sunt de alio corpore ; possent adhærere voci aliorum patronorum alterius corporis : & in hoc casu voces conjungantur cum alia voce præfecta. Refertur opinio Peregrini.*

32 *Sed tamen contrarium judicatum fuit in Rota Romana , quia major pars unius stipitis absorbet minorem ; & minor pro nihilo reputatur.*

ALia decidenda fuit quæstio super testamento D. quondam Berengarii Goffridi , de quo præcedenti capite actum fuit ; nempe utrùm illud jusparonatus esset hæreditarium, vel gentilitium ; & quomodo voces plurium successorum deberent computari. Quæ quæstio , cùm sæpiùs occurrat in praxi, ideo accuratiùs examinanda est.

1 Itaque supponendum est primò , jusparonatus quoddam esse hæreditarium , quod videlicet transit ad quoscumque hæredes,etiam extraneos ; aliud verò gentilitium, seu familiare, quod solùm transit ad eos qui sunt de certo genere , seu familia ; quamvis non fuerint hæredes instituti : aliud denique mixtum, quod duo requirit in persona successoris ; nempe ut
2 sit hæres, & de familia. † Qualitas enim hæreditaria non adversatur juri gentilitio , & familiari ; & hæc mixtura sufficit ad exclusionem extranei ; ad instar feudi , quod potest esse in parte hæreditarium , & in parte ex pacto,& providentia : Rota *decis.*247.*n.*5.*in fine,part.*4.*recent.* post Cárdin. *in Clement.plures , de jurepatronat.colum.fin.* & alios ibi allegatos.

3 In dubio,jusparonatus præsumitur hæreditarium: ut tradunt DD. omnes in dicta *Clem.plures* , Rota *decis.*756.*n.*1.*part.*2.*recent.* Seraph. *decis.*456.*n.*1.

4 In jureparronatus hæreditario, succeditur in stirpes : in gentilitio seu familiari , succeditur in capita; & quilibet de familia pro uno numeratur in dando voce'n , quamvis non sit hæres : ut dicitur *in d.clement.plures.* Rota *decis.*251.*num.*5.*part.*2.*recent.*† Ita
5 tamen ut illi de familia admittantur ordine successivo , & de gradu in gradum ; quando in testamento vel fundatione adsunt verba tractum temporis successivum importantia : juxta sententiam Cumani *in l.cùm ita , §.in fideicommisso , ff.de legat.*2. & aliorum quos citat & sequitur Rota *decis.*482.*num.*2.*part.*1. *recent.* Lotter. *de re benefic. lib.*2. *quæst.*21. *num.*123. & 124. Ricc. *in prax.decis.*199.

Et propterea,etiamsi essent mille personæ,quæ uni 6
ex hæredibus in ejus portione successissent ; pro una tantùm voce computarentur, Duran. *decis. Rotæ Romanæ* 438. *num.*12. Gratian. *discept. forens. cap.*521. *num.* 14. Idque in jurepatronatus hereditario.
† Econtra verò in patronatu gentilitio , quælibet 7
persona suum caput constituit, & pro una voce computatur : Campanil. *in diversi.juris canonic. rubric.*11. *c.*13.*n.*484. Burat. *decis.*183.*num.*4.*&* 16. Lotter. *d. quæst.*11.*num.*124.† intelligendo ut suprà quoad jus, 8
secus quoad exercitium ; quia proximiores præferuntur remotioribus , nisi aliter ex tenore fundationis, aut consuetudine colligatur : ut ibidem dicit Lotter. & Macerat. *lib.*1.*resol.*87.*num.*1.

Quæ de jurepatronatus hæreditario diximus, non 9
procedunt in eo quod ex donatione aut legato acquiritur ; nam in eo non succeditur in stirpes , sed in capita : ut tenet Ricc. *in praxi jurispatronatus , decis.* 210. *n.*269. *& collect.*1733. Barbosa *loco citato,n.*70. Sed notandum est illos loqui de jurepatronatus legato vel donato familiæ , & jus ac fundamentum illorum sit potiùs in contemplationem familiæ,& sic videntur potiùs agere de familiari seu gentilitio ; ideò contrarium verius est , ut infra dicetur *num.*2.

In computandis autem hæredum vocibus, non est 10
inspiciendum pro qua parte quis fuerit hæres institutus ; imò si tres fuerint hæredes , unus pro sex unciis , alius pro quatuor , tertius pro duabus ; tantùm ponderabit vox tertii, quantùm primi ; licèt ex disparibus portionibus sint instituti , ut tenuit Peregr. *consil.*27.*vol.*2.*n.*7.*& consil.*32.*num.*7.*vol.*1. Aldovin. apud eundem Peregr. *consil.*18.*n.*3.*vol.*5. Lambertin. *in tract.de jurepatron.lib.*2.*part.*3.*quæst.*5.*princip.n.*4. *versic.adverte tamen.* † Ubi tamen dicit , vocem illius 11
qui majorem habet hæreditatis portionem, hoc operari,ut in paritate vocum non sit locus gratificationi; sed præsentatus ab eo qui majorem habet hæreditatis portionem , præferendus sit præsentato ab eo , qui minorem habet partem.

Eademque ratione si pluribus ex legato vel dona- 12
tione competat jusparonatus , veluti si quis bona omnia certi loci ex inæqualibus portionibus reliquerit , & per consequens jusparonatus quod venit accessoriè cum universitate bonorum ; isti nihilominus legatarii vel donatarii æquales erunt in jurepatronatus , ut dicit *ibidem* Lambertin. sed melius *lib.*1. *part.*2.*quæst.*1. *art.*24.*num.*11.*in fine*, & sequitur Peregr. *dicto consil.*32. *n.*9. *vol.*1. Ubi concludit jusparonatus spectare æqualiter, & pro virili ad singulos donatarios , quamvis ex quinque , donator tertiam uni, aliam tertiam bonorum partem alteri ; residuam verò tertiam tribus aliis reliquisset ; quia cùm tres illi donatarii ultimæ tertiæ partis , nominibus propriis essent vocati , debebant in jurepatronatus habere voces æquales , quamvis in bonis donatis quilibet pro tertia tertiæ admitteretur. Et ideo quæ superius dicta sunt ex Barbosa & aliis,de quibus suprà *n.*9. locum tantùm habent in jurepatronatus gentilitio: non autem in eo in quo familiæ, seu agnationis ratio non fuit considerata : cùm(ut dictum est)in eo in quo familiæ ratio habita fuit , succedatur in capita.
† Intelligendo tamen de primis vocatis,nam sequen- 13
tes post primum gradum debent admitti in stirpes.

Ricc. *in deciſ. cur. Archiep. Neapol. part. 2. deciſ. 6. numero 1. verſic. ita tamen.* Quod tamen non procedit
14 ſi familia eſſet vocata tanquam unum corpus, & collegialiter; tunc enim voces computandæ eſſent per capita, non per ſtirpes: Rot. *deciſ. 42. part. 4. recent. tom. 2.* Lambertin. *de jurepatronat. lib. 1. part. 2.*
15 *quæſt. 1. artic. 25. num. 17.* † Et ſi duæ univerſitates vel familiæ haberent juſpatronatus, tanquam duo corpora ſeu collegia, quælibet familia haberet unam vocem, & ſic omnes de familia pro uno tantùm computarentur: ut per Lambertin. *loco citato.* Et vox cujuſlibet familiæ, conficitur ex majori parte familiarum concurrentium. Rota *deciſ. 2. part. 7. recent.* Et ſic, etiamſi ſint mille deſcendentes ex qualibet familia; tamen pro una voce computantur. Rota *ibidem, num. 9. & 10.*

16 Supradicta omnia procedunt in jurepatronatus gentilitio, vel reſpectivè hæreditario. Sed quid dicendum de mixto? Reſpondetur, quod cùm in mixto utraque qualitas concurrere debeat, nempe quod ſuccedere volens ſit ſimul hæres, & ſit de familia,
17 ut dicit Rota *deciſ. 96. numero 18. part. 6. recent.* † Et tale juſpatronatus non poſſit transferri ad hære-
18 dem extraneum, niſi deficiente tota familia vocata, Rota *deciſ. 166. num. 24. eadem part. 6.* † Finita autem tota familia, tranſit ad hæredes extraneos, nec Eccleſia libertatem acquirit, Burat. *deciſ. 183. numero 21. & Coſta de rat. quæſt. 97. num. 12.* Ideo ad
19 inſtar gentilitij, † in mixto ſucceditur in capita, & non in ſtirpes, eo modo quo ſupra dictum eſt. Burat. *deciſ. 647. numero 10. & 679. num. 8.* Filij tamen emancipati non habent vocem, vivis parentibus, in mixto; ſecus in purè gentilitiis. Ratio eſt, quia in mixto requiritur quod ſint hæredes; quæ qualitas vivis parentibus non poteſt verificari. Rota apud Vivian. *de jurepatr. lib. 4. cap. 1. numero 71. verſic. non obſtat quod in jurepatronatus.* Adden. ad Burat. *deciſ. 183. num. 27.*

Deveniendo nunc ad praxin, & ad reſolutionem propoſitæ quæſtionis, Cenſui juſpatronatus de quo nunc agebatur, eſſe gentilitium: cùm in eo teſtator expreſsè deſcendentes vocaverit, & in eorum defectum proximiores, ex ſupra notatis *num. 8.* & ideo ſuccedi per capita, & non in ſtirpes. Et ſic deſcendentes Jacobi, qui ſunt ſeptem, ſi concurrant ad nominationem alicujus, prævalere deſcendentibus ex Catharina, Anna & Leonarda, qui ſunt duntaxat
20 quinque; † & hoc ſi filius præmortui repræſentet perſonam patris, de quo dubitandum, cùm proximiores ſint vocati, quo caſu excluditur repræſentatio, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 485. numero 36. & ſequent.* Maximè, quia agitur de collateralibus gradus
21 ulterioris, Fuſar. *ibidem, num. 106.* † Nam ſi ageretur de patruo, & nepote. Gratian. *d. cap. 521. numero 16.* inclinat pro repræſentatione, in hoc jurepatronatus gentilitio; ceſſante repræſentatione, vox
22 illa non computaretur. † Quia ut ſupra dictum eſt, ſoli proximiores, excluſis remotioribus, hac in materia admittuntur, ſicut in profanis. Gabriel *conſil. 169.*
23 *num. 2. 3. & 4. volum. 2.* † qui hoc limitat *num. 9.* niſi conſuetudo eſſet in contrarium: ſicuti & Peregr. *d. conſil. 33. num. 25. & 26. vol. 1.* cum ſuprà citatis *num. 8.*

24 Adeo ut ſi ageretur de derogatione qualitatum fundationis, non majoris partis conſenſus, ſed omnium ſingularium per capita exigendus eſſet: & oppoſitio unius ſufficeret ad impediendam talem derogationem. Lambertin. *lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 30. n. 23.*
25 Similiter licèt Rebuff. *in praxi, tit. de permut. n. 22.* dicat requirendos eſſe patronos, dum fit permutatio beneficij juriſpatronatus; & hanc requiſitionem ſufficere, quamvis non conſentiant: hoc caſu requiri omnes debent, nemine dempto, & ſingulariter ac per capita, ex ſupradictis. † Tamen in Gallia hoc 26
non recipitur contra voluntatem patroni, Ferrer. ad Guid. Pap. *deciſ. 374.* Cokier *de permut. benef. capit. 19. num. 10. & ſeq.* cùm agatur de Jurepatronatus laicali, Peleus *ad regul. Cancel. cap. 10. verſic. permutatio non poteſt.* Ubi quod ſi aliter fiat, appellatur in Gallia, tanquam ab abuſu: † ſicut nec ad- 27
mittitur in Gallia derogatio juriſpatronatus laicalis pro medietate. Rebuff. *in 3. part. ſignaturæ, in verbo, necnon juriſpatronatus, numero 69.*

Sed ſi ex conſuetudine, vel ex aliis præſumptio- 28
nibus conſtare poſſet juſpatronatus illud eſſe hæreditarium; quilibet hæres pro uno computaretur, & eo mortuo hæredes ipſius, quamvis plures, unam tantùm vocem haberent. Quod ſi duo eodem tempore fundaverint, reſervato jurepatronatus, ſingulæ hæreditates poſt eorum obitum pro una duntaxat voce erunt computandæ. Et ſi una hæreditas præſentavit unum, & de alia hæreditate unus eundem præſentaverit, tres verò vel quatuor reſidui alium, præſentatus à prima hæreditate inſtituendus erit quia habet dimidiam partem vocum, & unam vo- 29
cem de alia medietate †. Si voces ſint omninò æquales, locus erit gratificationi: ita Ugolin. *de Epiſcop. cap. 51. §. 1. num. 8.*

Unde ſi fundator tres hæredes reliquerit A. B. C. 30
conſtituent omnino tres voces, ſed ſi C. v. g. hæredem inſtituerit A. pro tertia parte, M. pro duabus tertiis; hoc caſu adveniente caſu præſentationis, ſi A. præſentet unum, B. verò alium, & M. alium; præferetur præſentatus ab A. quia habet quinque uncias cum dimidia; B. verò quatuor; & M. duntaxat duas cum dimidia, ut bene comprobat Peregr. *dicto conſil. 27. num. 13. & ſeq. volum. 2.* † dicens 31
poſſe eos, qui ſunt de alio corpore, per adhæſionem unire vocem ſuam, quamvis in minori numero reſpectu ſui corporis, ſeu ſtirpis, cum voce alterius corporis: ut per eundem *num. 16. & ſeq.* † 32
Quod tamen pro nunc non tranſit apud me ſine dubio. Nam Rota Romana ſæpiùs judicavit minorem partem unius ſtipitis, pro nihilo reputari; & quod major pars in hoc caſu abſorbet minorem; ut apud Cavaler. *deciſ. 519. num. 3.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 135. & 136.*

CAPUT XXXIII.

De collatione beneficij per Epiſcopum, proprio, vel reſignantis nepoti, vel conſanguineo facta. De impetratione beneficij viventis. De Epiſcopo dicente ſe contuliſſe beneficium, quod non contulerat, quomodo puniatur ratione mendacij. Denique an, & quando poſt primam collationem nullam, aut quæ effectum non fuit ſortita, poſſit Epiſcopus iterum conferre.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia Gallia primo impetranti conferenda ſunt. Fallit primo in beneficiis conſiſtorialibus, & quæ dicuntur conſiſtorialia, quare ſic denominentur, n. 2. Fallit*

Fallit secundò in collationibus quæ fiunt coram ordinariis collatoribus, num.3.

4 *Episcopus proprio nepoti, vel consanguineo, beneficia per obitum vacantia conferre potest, & numero 6.*

5 *Potest Episcopus proprio nepoti pensionem super beneficio assignare.*

7 *Non impeditur quis beneficium proprio nepoti resignare.*

8 *Resignatio si facta sit coram Ordinario, non potest ille beneficium sic resignatum conferre suo nepoti, consanguineo vel familiari, vel consanguineo resignantis.*

9 *Fallit in beneficiis jurispatronatus, ex declaratione Sacræ Congregationis.*

10 *Licèt impetrans beneficium viventis reddatur indignus, non tamen ideo collator suo jure conferendi privatur, si ignoranter contulerit.*

11 *Collator ordinarius dicens se contulisse, cùm non contulerit, privatur jure conferendi ob mendacium.*

12 *Episcopus conferens indigno, privatur jure conferendi; & quomodo id procedat, & num. 13.*

14 *Episcopus tenetur inquirere super conditione illorum, quibus beneficia confert.*

15 *Prima Episcopi collatio impedit secundam; & quando id locum habeat.*

16 *Secundo conferre potest Episcopus, si prima collatio sit facta incapaci; aut non fuerit acceptata, num.18. Intellige ut num.17. dummodo res sit integra, & quando dicatur integra. Sed hoc casu audiri debet primus, cui collatio facta est: num.19. & 20.*

MUlta aliàs proponebantur adversùs cujusdam beneficij collationem ab Ordinario apud Provinciales factam; quibus ipsam nullam atque invalidam declarandam esse contendebatur.

Et primo quidem, ex eo quod collatio facta fuerat alteri, quàm illi qui in petendo beneficio fuerat diligentior.

Secundò, quia collatio per Episcopum facta fuerat nepoti proprio.

Tertiò, quod collatio facta fuerat illi, qui beneficium viventis impetraverat.

Quartò, quod Episcopus requisitus declarando, utrùm beneficium illud contulisset? Respondit affirmativè; quamvis tunc collatio facta non fuisset.

Quintò, quod idem collator jam de eodem beneficio, aliam collationem fecerat; & per consequens iteratò conferre non poterat.

1 Quarum oppositionum majorem partem frivolam esse censui. In primis enim, † quamvis in collationibus quæ fiunt per summum Pontificem, vel ejus Legatum, attendi debeat (quoad beneficia Galliæ) quis sit prior in data, quæ attenditur ab hora & die
2 qua cursor accedit ad urbem; † exceptis beneficiis consistorialibus, veluti Episcopatibus & similibus, quæ ideo consistorialia nuncupantur, quia in publico consistorio per publicationem & præconizationem expediuntur, prævia nominatione Regia; quorum non datur expeditio, nisi prævia informatione vitæ & morum, præconizatione consistorialiter facta, & aliis similibus, ut dicit additio ad Loüet *liter. M,n.10.col.4.versic.Car les François ont ce privilege: & liter. B,num.13.* Ubi ponit praxim procedendi in provisione beneficiorum consistorialium Galliæ.

3 Tamen dum agitur de collatore ordinario, indubitatum est ipsum non teneri beneficia per obitum vacantia conferre primo currenti, vel requirenti: quia de natura collationis est ut sit libera, gratiosa, & nullo modo coacta, nec ad certas personas restricta & limitata; nisi tamen statuto aut fundatione cautum sit, ut certo personarum generi beneficia debeantur: ut notat Garcias *in tract. de benef. part.5. cap.7. num.69. & 70.*

Quoad secundam verò oppositionem, Dixi non 4
impediri Episcopum, aut alium collatorem ordinarium quominus beneficia per obitum vacantia proprio nepoti, vel consanguineo conferat: non obstantibus bullis adversùs confidentiarios per Pium V. & summos Pontifices factis, dummodo digni sint.

† Quod eadem ratione de reservatione pensionis 5
dicendum est, quam in favorem nepotis, vel consanguinei, Episcopus reservare potest, ut notat Paris. *in tract. de confiden. quæst.1. numero 20.* Rota *decis.166. numero 4. part.2. recent.* Gratian. *discept. forens. cap.617. num.* 8. Ubi dicit justam causam reservationis pensionis per Episcopum faciendæ hanc esse, si sit in favorem nepotis, & ut commodiùs litteris incumbere valeat.

Dixi, per obitum vacantia, quia licèt non impe- 6
diatur quis in favorem affinium, vel consanguineorum, beneficia resignare; dummodo resignatio 7
non fuerit facta in fraudem, veluti ut faciliùs committeretur homicidium: ut docet Navar. *in manuali cap.23. numero 107.* & post eum Paris. *de resignat. lib.4. cap.8. num.6.* † Tamen hoc procedit, quando resignatio fit coram summo Pontifice, quæ valida est, etiamsi fiat in favorem nepotis, vel consanguinei: dummodo tamen in impetratione exprimatur gradus consanguinitatis, vel affinitatis; ut notat addit. ad Paris. *dicto lib.4. quæst.6. n.6.* † Nam coram 8
Ordinario non valet resignatio, etiam purè & simpliciter facta, si Episcopus beneficium sic resignatum contulerit filiis consanguineis, affinibus vel familiaribus propriis, vel etiam ipsius resignantis; quod prudenter statutum est per fel. record. Pium V. *constit.58.* etiamsi id fiat multiplicatis per circuitum resignationibus: & graves constituræ pœnæ adversùs contravenientes, ut notat Paris. *in d. tract. de resignat. lib. 5. quæst.7. num.188. & seq.*

Dicta verò Pij V. constitutio, ultra quod inseritur in bullario, refertur etiam ad longum apud Quarant. *in summa bullar. in verbo Beneficiorum resignatio, fol. mihi 112.* & apud Scort. *in selectis summ. Pontific. constitut. Epit. 101. theorem. 251.*

Illa tamen prohibitio admittendi resignationes, 9
& providendi consanguineos, non habet locum in beneficiis jurispatronatus; quæ non comprehendi in §. *cæterum, in d. constitutione* Pij V. declaravit Sacra Congregatio, teste Quaranta *loc. citat. versic. ad majorem.* Plura de dicta constitutione tradunt DD. per Barbosam citati *de jure Ecclesiast. universi. lib.3. cap.15. numero 112. & in decis. Apostolicis, cap.61. num.13.* Filliuc. *tract.45. cap. 8. num.28. & 29.*

Ad tertiam quæstionem responsum fuit, quod li- 10
cèt impetrans beneficium viventis, reddatur ipso jure indignus, *cap.1. de concess. præb.* Rebuff. *in prax. tit. de reprob. benef. viventis impetr. num.13. & 18.* DD. *in d.c.1. de concess. præben.* Tamen collator non privatur suo jure conferendi, nisi dolosè, & scienter talem collationem fecerit. Rebuff. *loc. citat. num.21.* Intelligendo tamen de collatore ordinario; nam summus Pontifex poterit illud beneficium eidem conferre, si hoc illi exprimatur. Rebuff. *ibidem, numero 22.* Selu. *de benef. part. 3. dicta quæst.47.*

Ad quartam respondetur, quod si Episcopus aut 11
alius collator declaraverit se beneficium contulisse, quod tamen nondum erat collatum: ratione talis

mendacij, privatur jure conferendi; quia per mendacium perditur privilegium: & ita ſaltem in Gallia judicabitur, prout ſic judicatum fuiſſe, teſtatur Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. ſi quis verò, in verbo, diſpoſuerit, verſic. ultimò ſi collator.*

12 Ad quintam oppoſitionem reſponſum fuit, duas hic pugnare regulas generales, quarum altera vult, quod ſi Epiſcopus indigno beneficium contulerit, privetur pro illa vice jure conferendi: per text. *in cap. cùm in cunctis 7. §. clerici ſanè, de electione.*

13 † Quod tamen procedit in quatuor caſibus ibidem expreſſis, nempe ſi collatio facta fuerit illi, qui patiebatur defectum in natalibus, vel in ætate, ſcientia vel moribus: ut notavit Abbas *in d. §. clerici, num. 6.* dictamque regulam approbavit Rota apud Mantic.

14 *deciſ. 158. numero 1. & 2.* dicens † Epiſcopum non poſſe prætendere ignorantiam conditionis illius, cui beneficium contulit; cùm teneatur ſe informare & inquirere de vita & moribus illius: quod etiam tradit Barboſa *in dicto §. clerici, num. 37.* Variatio enim in perſonis Eccleſiaſticis maximè eſt vitanda. *Clement. unica in princip. de renunciat.* † Et prima collatio impedit ſecundam, quando utraque fit ab eodem Ordinario, & eodem jure; nam ſi ſecunda collatio fieret alio medio quàm prima; ut ſi primam collator feciſſet jure ordinario, ſecundam verò coactè, veluti in vim mandati Apoſtolici de conferendo; vel in Gallia, in vim gradus & nominationis, ratione beneficiorum quæ Graduatis aut nominatis conferre tenetur, poſſet ſecundam collationem facere, non obſtante prima: ut notavit addit. ad Loüet *litt. P, n. 25. circa finem, verſic. les collations ordinaires.* Quia prima collatio facta fuit jure ordinario; ſecunda, Pontifice vel lege cogente: ut dicit Selua *dicta quæſt. 47.* & ibi additio marginalis poſt Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 17. num. 8. junctò num. 59.*

16 Alia regula proponitur in contrarium, nempe quod ſi Epiſcopus nulliter beneficium contulerit, poteſt nihilominus idem beneficium iterum conferre, quamvis ille cui primo contulit non ſit capax: juxta tradita per Caſtrenſ. *conſil. 365. num. 2. part. 1.* quia non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum, *cap. non præſtat, de reg. jur.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſ. 15. § 2. num. 7.*

17 Quæ regula procedit, dummodo res ſit integra; id eſt, niſi per lapſum temporis collator ordinarius fuerit excluſus, vel per appellationem interpoſitam ad ſuperiorem, aut per collationem ſedis Apoſtolicæ; ex his enim impediretur poteſtas ordinarij collatoris, ut declarat Lottet. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 21. num. 73.*

18 Unde ſi beneficium collatum fuerit alicui, qui non acceptavit, poterit Ordinarius alteri conferre; quia ſtante non acceptatione, res dicitur integra, & beneficium alteri conferri poteſt, ex deciſ. Veralli 231. *part. 1. & deciſ. 59. num. 2. part. 2.* Covar. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 16. num. 3. & 4.*

19 Hæ duæ regulæ ſic concordantur, ut prima locum habeat, ſi prior collatio fuerit facta indigno, ſecus ſi fuerit facta incapaci: nam primo caſu amittit poteſtatem conferendi, ſi indignitas ſit una ex dictis quatuor ſuprà deductis: ſecunda verò regula procedit in collatione facta incapaci, aut non acceptanti, vel ſi aliis modis ſit invalida, ut explicat Caſtrenſ. *conſil. 365. num. 2. p. 1.* Unde ſi Epiſcopus beneficium contulerit, ſpreto patrono; vel ad præſentationem illius qui non poterat præſentare, non impeditur poſtea idem beneficium, eidem aut alteri conferre, Selu. *dicta q. 47. n. 2. part. 3.* † Quod tamen intelligendum eſt, ut caſu quo collatio ſecunda fiat alteri, quàm ei cui primo beneficium collatum fuerat; fiat audito prius & conſentiente, aut condemnato eo cui priùs beneficium collatum erat; alioquin ſecunda collatio nulla erit, ut notatur in Codic. Fabrian. *lib. 1. tit. 3. definit. 51.*

20

Et ſic apparet reſolutio propoſitæ quæſtionis ex appellatione facti; nam ſi prima collatio contineat defectum ex indignitate perſonæ, non poterit ampliùs conferre: ſi verò ex illius incapacitate, aut aliis modis, de quibus ſupra, poterit Epiſcopus iteratam facere collationem, juxta diſtinctionem Caſtrenſis ſupra allegatam, cui accedunt tradita per addent. ad Loüet *dicta litt. P. num. 25. in fin.* Quia tradita ibi de patrono indignum vel incapacem præſentante, locum etiam habent in collatore, ex identitate rationis.

CAPUT XXXIV.

De Sententia ſuſpenſionis, cum condemnatione ad pœnam pecuniariam per Epiſcopum lata contra Theologum, qui dum publicè verbum Dei prædicaret, propoſitionem hæreticam vel de hæreſi ſuſpectam pronuntiavit.

SUMMARIUM.

1 *Non datur appellatio à ſententia, per quam quis declaratur hæreticus.*
2 *Intellige ut procedat reſpectu judicis à quo, ſed tamen ſuperior non impeditur appellationem admittere, & inhibitiones decernere.*
3 *Appellatio datur à ſententia declaratoria hæreſeos, ſi adſit juſta & legitima cauſa appellandi.*
4 *Pœna hæreſeos ultra corporalem, eſt confiſcationis bonorum, & privationis beneficiorum ipſo jure.*
5 *De eſſentia hæreſeos eſt obſtinatio, & pertinacia.*
6 *In quo conſiſtat pertinacia requiſita ad hoc, ut quis declaretur hæreticus.*
7 *Proferens propoſitionem ambiguam, in dubio non præſumitur hæreticus, ſi alioquin ſit bonæ famæ.*
8 *A declaratione pœnæ ſuſpenſionis datur appellatio quoad effectum devolutivum.*
9 *A ſuſpenſione à divinis officiis ſi fuerit appellatum, non ſuſpenditur executio: ſecus ſi appellatum fuerit à ſuſpenſione à beneficiis; tunc enim datur appellatio etiam quoad effectum ſuſpenſivum.*
10 *Epiſcopus vel alius judex, non obſtante ſententia ſuſpenſionis per eum lata, poteſt concedere ad tempus ei qui ſuſpenſus eſt licentiam celebrandi.*
11 *Licitum eſt appellare ad Metropolitanum, in caſibus in quibus Epiſcopi procedunt vigore Concilij, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegati.*

CUm quidam vir pius ſimul & eruditus, poſſidens præbendam Theologalem, propoſuiſſet in publica prædicatione quandam aſſertionem ab Eccleſia Catholica damnatam; fuit per Epiſcopum declaratus convictus de hæreſi, & ad pœnam centum librarum condemnatus; necnon à prædicationis exercitio ad triennium ſuſpenſus; à qua ſententia appellavit, & de illius appellationis validitate & effectu dubitatum

dubitatum fuit. Super hoc consultus, Respondi dictam appellationem legitimè interpositam fuisse, & in Legatione, vel apud Metropolitanum committendam esse; prout in effectu dictus Theologus fuit postea ad pristinum statum restitutus. Ratio est, quia
1 licèt per canonicas constitutiones, † à sententia per quam quis declaratur hæreticus nequeat appellari, *cap. ut inquisitionis officium, versic. ut qui de hæresi, de hæretic. in 6.* Tamen generalis illa regula duas recipit limitationes, quæ in proposito casu locum ha-
2 bent. † Prima, quod licèt judex à quo non debeat talem appellationem admittere, superior tamen, ad quem appellatum fuit, potest constito de gravamine & injustitia primæ sententiæ, decernere inhibitiones adversus judicem à quo, in vim & consequentiam appellationis interpositæ: teste Felin. *in cap. ad abolendam, num. 3. in fin. versic. sed adverte, de hæreticis, in decretal.*

3 Altera limitatio est, ut liceat à sententia in causa hæreseos lata appellare, existente justa & legitima gravaminis causa: ut testatur Sigismund. Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 4. num. 67. juncto num. 84.* Præsertim in Gallia, ubi dispositio *d. cap. ut inquisitionis*, non ita rigorosè observatur.

Rationabiles verò causæ appellationis, per dictum Dominum Theologum interpositæ, plures sunt; in primis verò, quia d. sententia Episcopalis magnam continebat contrarietatem: quia dictum Theologum declarabat hæreticum, de hæresi convictum, & nihilominus illum condemnabat dumtaxat ad mul-
4 ctam centum librarum, & suspensionem à prædicatione ad triennium: † cùm tamen certum sit de jure, pœnam hæreseos esse corporalem, unà cum confiscatione bonorum, ultra omnimodam privationem beneficiorum, quæ per hæresim vacant ipso jure: ut probatur per text. *in cap. cùm secundùm leges, de hæreticis in 6.* Garcias *de benefic. part. 11. cap. 10. num. 66.*

Secundò quia dictus Dominus Theologus, postquam publicam dictæ assertionis propositionem fecisset, confestim in proxima sequenti prædicatione declaravit errorem suæ propositionis, quam declaravit juxta mentem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, statimque in jus vocatus protestatus fuit, se nullam aliam doctrinam credere & profiteri præter eam, quam Sancta Romana Ecclesia Catholica tenet & profitetur: non potuit igitur ullo modo tanquam
5 hæreticus condemnari. † Cùm præcipua hæreseos circunstantia, eaque substantialis sit, ut quis suum cum pertinacia tueatur errorem: Farin. *in tract. de hæres. quæst. 178. num. 16. & seqq.* Cæsar Carena *in tract. de offic. inquisit. part. 2. tit. 1. de hæresi, §. 1. num. 10.* Anton. de Sousa *in aphorism. inquisit. lib. 1. cap. 8. num. 1. & 2.* & maximè *num. 3.* † Ubi dicit pertinaciam, quæ ad hæresim requiritur, exigere per
6 actum positivum contradictionem eorum quæ constat esse de fide: & eum qui sic contradicit, non esse corrigi paratum. Pertinacia igitur in eo consistit, quod quis prudens & sciens errorem adversùs Ecclesiam Catholicam tueatur: ut dicit Sanch. *de præcept.*
7 *decalog. lib. 2. cap. 7. num. 2.* † Quod maximè procedit attenta qualitate dicti Domini Theologi, qui simul erat Ecclesiæ Cathedralis Archidiaconus, & eruditione & pietate insignis; quo casu facta propositione ambigua, aut æquivoca, quæ duplicem sensum habere potest; fieri debet interpretatio favorabilis ad exclusionem delicti: atque ita observatur in tribunali Sanctæ Inquisitionis, Ricciul. *in tract. de jure personar. extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 5. cap. 5. num. 5. 7. & 8.*

Tertiò, quia non solùm à declaratione pœnæ pe-
8 cuniariæ licita est appellatio, sed etiam (saltem quoad effectum devolutivum) à declaratione suspensionis: ut notant DD. *in cap. ad hæc, de appellat.* † Imò
9 licita est appellatio quoad utrumque effectum, tam devolutivum, quàm suspensivum, quando agitur de suspensione, præterquam à divinis officiis, veluti si quis suspendatur à beneficio, aut alia simili suspensione. Franc. *in dict. cap. ad hæc, num. 4. per textum in cap. 15. de sententia excommunicationis, in 6.* veluti si quis suspendatur ab ingressu civitatis vel palatii, aut si ageretur de suspensione à Pontificalibus; vel ab usu pallii, per appellationem suspenderetur effectus sententiæ, ut tenet Franc. *in dict. n. 4.* Consului tamen ad majorem cautelam, ut Dominus Theologus abstineret à prædicationis exercitio, donec illius suspensionis revocationem obtinuisset; nisi tamen prædicandi licentiam ab eodem Episcopo obtinuisset. † Potest enim Episcopus, vel judex, non ob- 10
stante suspensionis sententia per eum lata, ex justa causa illam suspendere ad tempus, & concedere licentiam exercendi: ut notat Bonacin. *in tit. de suspens. disput. 3. punct. 1. n. 4.*

Imò notandum est, appellationem illam interpo- 11
ni potuisse, tam in Legatione, quàm coram Metropolitano; quia etiam in casibus in quibus Episcopi procedunt, tanquam sedis Apostolicæ delegati, licita est appellatio ad Metropolitanum: ut notavit Barbos. *in Concil. Trident. sess. 13. de reformat. cap. 2. n. 3.* atque ita praxis observat. Quæ omnia dicta sunt sub correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ.

CAPUT XXXV.

De extinctione pensionis beneficiariæ faciendæ in præjudicium creditorum pensionarii. Et utrùm possint dicti creditores obtinere inhibitiones de extinguendo pensionem, & de præcepto facto contra Capitulum, de solvendo pensiones dictis creditoribus pensionarii. Et quomodò Capitulum teneatur ad pensiones impositas super canonicatu.

SUMMARIUM.

1 *Debitor pensionis impositæ super beneficio, potest quandocumque pensionem extinguere.*
2 *Non potest fieri inhibitio, & conventio de non extinguendo pensionem.*
3 *Pensionis extinctio cedit in utilitatem Ecclesiæ, quia pensio est onus beneficii, & servitus imposita Ecclesiæ.*
4 *Non valet actus, per quem pensio redditur inextinguibilis, tanquam Ecclesiæ præjudicans.*
5 *Non valet mandatum irrevocabile factum creditori, ad exigendam pensionem Ecclesiasticam.*
6 *Usufructus extingui non potest in præjudicium creditorum.*
7 *Pensiones Ecclesiasticæ non sunt in commercio nostro quoad jus, sed tantùm quoad factum.*
8 *Extinctio pensionis Ecclesiasticæ, regulariter non præsumitur facta in fraudem creditorum.*
9 *Actio ad petendam pensionem non datur nisi*

contra

contra eum qui fructus beneficii percipit.

10 *Qui non habet poſſeſſionem beneficii, non tenetur ad ſolutionem penſionis ſuper eo impoſitæ.*

11 *Reſignans poſt reſignationem habetur pro mortuo quoad beneficium reſignatum.*

12 *Oblationes & fidejuſſiones occaſione beneficii præſtitæ, expirant facta illius reſignatione.*

13 *Capitulum tenetur ad ſolutionem penſionis, quando fructus percipit propter abſentiam & impedimentum Canonici.*

14 *Fructus beneficii accreſcunt præſentibus, cum ſuo onere penſionis ſuper beneficio impoſitæ.*

15 *Capitulum, an verò ſingulares perſonæ de capitulo, teneantur, & cogi poſſint ad ſolutionem penſionis, pro rata temporis, quo fructus canonicatus (Canonicis abſentibus) perceperunt. Remiſſivè.*

INſtantibus Canonici reſignantis creditoribus, duplex facta fuerat inhibitio; una contra reſignatarium de extinguendo penſionem 80. ſcutorum, per reſignantem ſuper illo canonicatu ſervatam: altera adverſus capitulum de ſolvendo dictam penſionem dicto reſignanti; imò præceptum fuit de ſolvendo creditoribus eandem penſionem, juxta formam obligationis de ſolvendo præſtitæ per dictum capitulum.

1 Utramque procedendi formam dixi de jure ſubſiſtere non poſſe: † nam quod attinet ad inhibitionem factam reſignatario, certum eſt licitum ipſi eſſe penſionem quandocumque extinguere, ex notat. per
2 Gigantem *in tract. de penſion. quæſt.* 45. † Ita ut nec poſſit fieri conventio, vel prohibitio, per quam penſionarius prohibeatur extinguere penſionem; niſi talis conventio, vel prohibitio fuerit ſummi Pontifi-
3 cis authoritate roborata. † Quia penſionis extinctio cedit principaliter in utilitatem & commodum Eccleſiæ, cùm ſit onus beneficio impoſitum, & ſervitus ipſius Eccleſiæ, Camill. Borell. *in ſumma deciſ. lib. 1.*
4 *cap. 30. n. 2.* Gig. *de penſion. quæſt. 96. num. 1.* † Quod ſi talis prohibitio ſubſiſteret, penſio redderetur inextinguibilis, ſaltem durante vita reſignantis; quod eſſet in præjudicium Eccleſiæ: & ſic non poteſt va-
5 lere, Abbas *in cap. pervenit, num. 2. de arbitr.* † Neque valeret mandatum irrevocabile factum per penſionarium ſuo creditori, ad penſionem Eccleſiaſticam exigendam: ſicut non valet mandatum factum per
6 eum qui præbendam, vel beneficium poſſidet, de exigendo fructus ſui beneficii durante toto vitæ ſuæ tempore. Rebuff. *in compend. alien. rer. Eccleſ. n. 27.* † Et quamvis uſusfructus extingui non poſſit in præjudicium creditorum, *l. 3. ff. de his quæ in fraud. cred.* in his tamen penſionibus alia ratio eſt: quia uſusfructus
7 in commercio noſtro eſt, † non item penſio Eccleſiaſtica; quæ tamen quoad factum, & fructuum perceptionem in commercio eſt; non quoad jus percipiendi, ut benè explicat Rota *deciſ. 129. n. 4. part. 1.*
8 *recent.* † Neque poteſt prætendi, quod extinctio penſionis fiat in fraudem; quia qui jure ſuo utitur nemini injuriam facit: atque ita decidit Rota Rom. non impediri extinctionem penſionis, non obſtante mandato irrevocabili per penſionarium facto, ut per *totam illam deciſ. 129. part. 1. recent.* Unde concluſum fuit, dictas inhibitiones de extinguendo penſionem, non poſſe de jure ſubſiſtere.

Quoad præceptum verò, & inhibitiones capitulo factas, eadem ratione non eſſe fundatas dictum fuit.
9 † Quia actio ad petendam penſionem non datur niſi contra eum, qui fructus beneficii percipit. Rot. *deciſ.*
10 *699. num. 1. part. 1. diverſ.* † Et qui non habet poſſeſſionem beneficii vel præbendæ ſuper qua penſio eſt impoſita, non tenetur ad illius ſolutionem. Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 34. num. 47.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 535. num. 4.* Borell. *in ſumma deciſ. tit. 30. num. 14. lib. 1.* Cùm igitur Capitulum non poſſideat canonicatum & præbendam, ſuper qua penſio fuit impoſita; ſequitur præceptum de ſolvendo factum capitulo, non poſſe ſubſiſtere. Neque obſtare cenſui, quod Capitulum præſtiterat obligationem de ſolvendo penſionem durante vita reſignantis. Quia talis obligatio præſtita fuerat, quando reſignans beneficii poſſeſſionem acceperat, quod eadem penſione jam antea reperiebatur oneratum; quæ cùm realis eſſet, ad reſignatarium ſucceſſorem tranſibat: illa autem Capituli obligatio reſtricta erat ad tempus, quo ille beneficium poſſideret, *tant qu'il ſera Chanoine:* expirabat ergo Capituli obligatio per reſignationem ipſius, ſic reſtrictam & limitatam. † Maximè quia canoni-11
cus ille prior, per reſignationem habebatur pro mortuo in beneficio reſignato, Abbas *in cap. niſi eſſent, in gloſſ. ult. de præben.* Pariſ. *de reſign. lib. 1. quæſt. 8. num. 7.*
† Et ideo omnes obligationes, & fidejuſſiones expi-12
rant ſtatim facta reſignatione. Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 34. à num. 45.* Nicol. Garc. *de benef. part. 1. cap. 5. num. 178. & 179.* † Non negamus tamen, quin ceſ-13
ſante extinctione, & durante penſione, Capitulum, ad cujus noritiam devenit creditum reſignantis, teneatur ad ſolutionem illius penſionis, pro rata ipſum tangente, dum fructus canonicatus percipiet propter abſentiam, vel aliud impedimentum canonici moderni poſſeſſoris dicti canonicatus: ex traditis per Mareſcot. *lib. 2. variar. reſol. cap. 18. num. 50.*
† Quia cùm penſio ſit impoſita ſuper fructibus, red-14
ditibus, proventibus canonicatus, non poſſunt illi fructus tranſire ad Capitulum ſeu ad canonicos prætenſos quibus accreſcunt, juxta *cap. 1. de cleric. non reſident. lib. 6.* niſi cum ſuo onere, & ſic cum gravamine dictæ penſionis, Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 5. §. num. 44.* Nicol. Garc. *de benef. part. 1. cap. 5. num. 214.* & ita fuit etiam determinatum per Rot. *deciſ. 133. part. 2. recentior.*

Utrùm autem Capitulum teneatur ad ſolutionem penſionis, an verò ſingulares perſonæ de capitulo videatur Garcias *loco citato, num. 221. & ſeqq.* ubi benè quæſtionem iſtam reſoluit.

CAPUT XXXVI.

Quod Epiſcopus non poſſit in beneficiis non annexis, ſeu unitis, Vicarium perpetuum conſtituere, ut ſic beneficium curatum reducatur in ſimplex. In unitis verò quomodò, & quando Vicarium perpetuum, vel amovibilem deputare queat.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt beneficium curatum convertere in ſimplex, per deputationem vicarii. Et num. 5.*

2 *Nullus præter Papam, poteſt in perpetuum à reſidentia diſpenſare.*

3 *Cultus divinus non augetur per deputationem Vicarii, niſi etiam principalis curam exerceat.*

4 *Epiſcopus beneficia dividere, aut diſmembrare non poteſt.*

5 *Concilium Tridentinum prohibet conversionem beneficii curati in simplex.*
6 *In parochialibus unitis, Episcopus potest Vicarium perpetuum constituere.*
7 *Vicarii perpetui deputatio non habet locum in beneficiis dependentibus, non unitis.*
8 *Deputatio Vicarii perpetui fieri non potest per Episcopum, nisi in visitatione, & justa subsistente causa.*
9 *Deputatio Vicarii perpetui locum habet, etiamsi beneficium regulare possideatur per secularem ex dispensatione Apostolica.*
10 *Per deputationem Vicarii perpetui beneficium redditur simplex, & sine cura.*
11 *Referuntur varii casus, in quibus non est procedendum ad deputationem Vicarii perpetui, sed temporalis & amovibilis.*
12 *Ad quem spectet nominatio Vicarii perpetui in Ecclesiis unitis, Collegiis, Capitulis, vel Monasteriis.*
13 *Referuntur plures Rotæ Romanæ decisiones, in quibus tota materia deputationis Vicarii perpetui continetur.*

BEneficium regulare, cui annexæ sunt duæ Ecclesiæ parochiales, & à tempore immemoriali unitæ, converti potest in beneficium simplex, absque cura animarum, per deputationem Vicarii perpetui.
1 † Quia licet Episcopus non possit beneficia sæcularia unita, quibus cura animarum annexa est, convertere in simplicia per deputationem Vicarii perpetui, *cap.exti[rpanda], §.qui verò, de præbend.* & ibi DD. ma-
2 ximè Abbas *num.*2. ea ratione † quia nullus prælatus infra Papam, potest in perpetuum à residentia dispensare, Put. *decis.*233. *in collect.lib.*3. ubi quod Vicarius perpetuus non potest per Episcopum constitui,
3 nisi propter annexionem alterius beneficii curati. † Quod procedit etiamsi talis Vicarii deputatio esset colorata sub prætextu augmenti cultus divini, & divitiarum Ecclesiæ: siquidem divinus cultus non augeretur, nisi uterque, tam principalis, quàm Vicarius actualiter inservirent: ut dicit Hostiens. *in summa, in tit.de offic. vicarii, §.& in quibus, vers.ex præmissis:* †
4 non enim licitum est Episcopo beneficium dismembrare, vel dividere, nec ex uno duo facere; quod accideret si assignata congrua portione, deputaretur
5 Vicarius perpetuus, Garz. *de benef. part.*12. *cap.*4. † Et hoc expressè constitutum est in Concil. Trident. *sess.*25. *cap.*16. *de reformat.* his verbis: *Statuit sancta Synodus, ut Ecclesiastica beneficia sæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæva eorum institutione, aut aliter quomodocumque retinent; illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata vicario congrua portione, non convertantur, non obstantibus quibuscumque gratiis, &c.* Idem ex mente Concilii notavit Monet. *de commut.ult.volunt. cap.*11. *num.*64. & 65. Gonzal. *ad reg.*8. *glos.*5. §.3.
6 *num.* 13. Verall. *part.*3. *decis.*339. *num.* 1. † Tamen quando agitur de parochialibus perpetuò unitis monasteriis, Ecclesiis, capitulis, collegiis, beneficiis, aut piis locis, Episcopus illas visitare tenetur singulis annis, & sollicitè providere, ut per idoneos Vicarios animarum cura exerceatur, ut statuitur in Concil.
7 Trident. *sess.*7. *de reform. cap.*7. † Si tamen parochialis Ecclesia non est unita monasterio, sed dumtaxat ab eo dependens, aut esset membrum monasterii, dicta conciliaris constitutio locum sibi non vendicaret, ut resolvit sacra congregatio, teste Nicol. Garc. *de benef. part.*11. *cap.*2. *num.*14. *in fin.*
8 Cæterùm hanc Vicarii perpetui deputationem fieri non posse ab Episcopo, in his beneficiis unitis monasteriis, nisi justa subsistente causa, & in visitatione, tradunt Garc. *loc.citat.num.*12. Barbos. *de Episcopis, part.*3. *alleg.*72. *n.*190. *vers.ad vertendum.*

Prædicta omnia, quæ de parochialibus unitis mo- 9
nasteriis dicta sunt, locum habent, sive beneficium regulare, cui cura annexa est, possideatur à regulari, sive per dispensationem à sæculari. Rebuff. *in prax. tit.de vicar.perpet.num.*11. quod est notandum, quia dum secularis illud possidet, videtur cessare ratio finalis constitutionis, quæ est ne religiosi ab exercitiis eorum quæ sunt religionis avertantur.

Et ex his in facti contingentia, Respondi posse 10
Episcopum in visitatione Vicarium perpetuum, in his duobus beneficiis, quæ pro uno ratione unionis reputantur, constituere; & tunc cura ad Vicarium perpetuum devolvetur: beneficium verò regulare, simplex & sine cura remanebit. Gonzal. *dict. glos.*5. §.3. *num.*24.

In certis tamen casibus, non perpetuus, sed amo- 11
vibilis Vicarius deputatur, veluti si ageretur de parochiali, pleno jure subjecta monasterio. Lotter. *de re benefic. lib.*1. *quæst.*33. *num.*93. & in aliis casibus, quos ad longum recenset Ricc. *in praxi aurea variar. resolut. cap.*293. *per totum.* Barbos. *de Episc. & alleg.*72. *num.*189. idem Barbos. *in cap. de monachis* 12. *num.*4. *de præbendis.* Et *de jur.Eccles.univers.lib.*3. *cap.*6. *num.*6. *& seq.* Videlicet primò, quando beneficium fuit unitum à tempore immemoriali, & nunquam fuit deputatus Vicarius perpetuus. Secundò quando unio facta fuit cum pacto de serviri faciendo per Vicarium amovibilem. Tertiò, quando unio facta fuit monasterio mendicantium, aut Monachorum. Quartò, ex privilegio remunerationis causa concesso. Quintò, si pro bono pacis Vicarius temporalis apponendus esset, & amovibilis. Sextò, quando particulariter, & per se unita est vicaria perpetua. Septimò, ex privilegio Pontificio post Concilium Tridentinum concesso. Quæ omnia prosequitur, & explicat Barbos. *dicto cap.*6. *num.*6. *usque ad* 13. apud quem etiam, & authores ab eo citatos, videri poterunt ea omnia, quæ materiam Vicarii perpetui concernunt.

Ad quem verò spectet nominatio Vicarii perpe- 12
tui, tradit Salgad. *de Reg. protect. part.*3. *cap.*9. *n.*156. nempe ad eos quorum monasteriis, capitulis, vel beneficiis parochiales unitæ sunt.

Plura de his Vicariis perpetuis', & ad quem perti- 13
neat illorum deputatio, & utrùm debeant illorum provisiones fieri per concursum, tradit Rota *decis.* 102. *per tot. part.*1. *recent.& decis.*153. & 710. *part.*2. *recent.& decis.*99. & 785. *part.*3. *recent.* quæ est *decis.*214. & 923. apud Burat. & *decis.*16. *part.*6. *recent.* & *decis.*445. *part.*5. & *decis.*5. *part.*7. *recent.* Cavaler. *decis.* 350. *num.* 4. Ubi explicatur in quo casu Vicarii parochialium unitarum monasteriis, debeant esse perpetui, nempe quando consueverunt Episcopo præsentari, & per Episcopum institui; aliàs sunt amovibiles: & ita explicat *cap. unic. de capell. monach.in* 6.

CAPUT XXXVII.

Quæ requirantur ad utilitatem unionis, tam de jure communi, quàm de jure Gallico. Et quibus remediis unio impugnari queat. Et utrùm longi tẽporis præscriptio

hac

hac in re ſufficiat, tam in beneficiis principalibus unitis, quàm illorum acceſſoriis.

SUMMARIUM.

1 *Conſenſus Abbatis, cui jus eſt conferendi beneficium uniendum, non eſt præcisè neceſſarius pro validitate unionis.*
2 *Sufficit conſenſus abbatis poſt unionem præſtitus, pro illius validitate.*
3 *Clauſula unionis, etiam quod intereſſe habentes vocati non fuerint, non attenditur in Gallia.*
4 *Appellatur ab unionibus nulliter factis, etiam poſt centum annos & amplius, in Gallia.*
5 *Dominus loci, nec populus citandi ſunt in unione facienda.*
6 *Conſenſus populi quando requiritur, collegialiter præſtandus eſt.*
7 *Vnio non audito Regio procuratore nulla declaratur, non obſtante lapſu temporis. Intellige ut n. 8.*
9 *Vnio regulariter valida præſumitur poſt longiſſimi temporis ſpatium, ſi per illud continò fuerit obſervata.*
10 *Vnio præſumitur valida poſt 40. annos, ſi titulum habeat; ſin minus poſt tempus immemoriale.*
11 *In unione ſufficit titulus putativus cum obſervantia quadragenaria.*
12 *Contra abuſum nulla datur cujuſcumque temporis præſcriptio: quomodo id ſuſtineri poſſit.*
13 *Sufficit unionem beneficii principalis eſſe validam, nec de acceſſorio quærendum eſt.*
14 *Vnio probatur etiam conjecturis.*
15 *Sententia in cauſa ſtatus perſonarum, afficit omnes.*
16 *Sententia contumacialis præſumitur lata ob contumaciam, non autem ob bonum jus.*

PLuribus in cauſis actum fuit de validitate unionum, vel jam factarum, vel quæ fieri debebant in favorem Capitulorum Eccleſiarum ſæcularium, de beneficiis tam in Gallia quàm alibi ſitis. Cujus quæſtionis reſolutioni paucis & reſolutivè ſatisfa-
1 cere deſiderans, † Dixi in primis, Abbatis illius ad cujus collationem beneficium uniendum pertinet, conſenſum præcisè non eſſe neceſſarium pro unionis validitate; dummodo ipſe Abbas legitimè, coram Commiſſario in partibus per ſummum Pontificem pro bullæ fulminatione & executione deputato, fuerit citatus; cùm omnes quidem in unione intereſſe habentes citandi ſint, ſed ſi citati conſentire recuſaverint, ad id per eundem commiſſarium compelli poſſint: ut probatur ex reg. Cancel. 21. in illis verbis: *vocatis quorum intereſt*. Peleus *in analyt. comment. c. 42.* Rebuff. *in praxi, tit. de unionib. gloſſ. 11.*
2 † Et conſenſum iſtorum ex poſt præſtari ſufficit, Boër. *deciſ. 345. num. 3.* Cokier *ad dictam reg. 21. aliàs 22. num. 28. in fine, verſic. caterum*, Petr. Greg. *in inſtitut. rei benefic. cap. 20. num. 10. verſic. poterit & capituli conſenſus*. Et ſupradicta procedunt in Gallia,
3 † non obſtante quod in bulla appoſita fuiſſet illa clauſula, *etiamſi intereſſe habentes vocati non fuerint*: quia talis clauſulæ nulla habetur ratio in Gallia, teſte Rebuffo *d. regul. 21. gloſſ. 10. & gloſſ. 11. num. 7.* ſolent enim Galli appellationes interponere
4 ab hujuſmodi clauſulis, † & ab unionibus factis non vocatis vocandis, quas appellationes Galli vocant tanquam ab abuſu; etiam poſt quinquaginta, vel centum & amplius annos. Maynard. *lib. 1. cap. 2. n. 4.* Papon. *lib. 3. num. 10. arreſt. 2.* Qui ea ratione nituntur, quod gravamen ſit perpetuum. Charond. *lib. 7. cap. 32.*

Cæterùm nec Dominus loci, nec populus vocari
5 debet in unione facienda, minúſque conſenſum præſtare: populus enim ſæpè contra propria commoda laborat. Rebuff. *dicta gloſſ. 11. num. 11. ad reg. Cancell. 21.* Nicol. Garc. *de benef. part. 12. cap. 2. num. 219.* Barboſ. *in notis ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 5. num. 8. & in tract. de Epiſc. alleg. 66. num. 37.* Si tamen juſtum impedimentum allegarent, audiendi ſunt, ut per Garc. & alios ſupra citatos. † Non
6 poteſt autem ſufficiens populi conſenſus (caſu quo neceſſarius fuiſſet) elici, ex eo quod major pars coram commiſſario Apoſtolico teſtimonium in cauſa unionis tulit: conſenſus enim populi in caſibus in quibus neceſſarius eſt, non ſeparatim, ſed ſimul & collegialiter præſtandus eſt, & communitate legitimè congregatâ. *DD. in cap. cum omnis, & in cap. cum M. de conſtitut. & cap. in Geneſi, de elect.* Monet. *de commut. ult. volunt. cap. 7. num. 398.*

Quod autem paulò ante diximus, poſſe poſt quan-
7 tumcunque temporis ſpatium de nullitate unionis opponi, intelligendum eſt, ut locum habeat, ſi ex inſpectione actorum conſtaret conſenſum, aut citationem intereſſe habentium in ea non interveniſſe, aliave requiſita in ea deficere: ut voluit Garc. *de benef. part. 12. cap. 2. num. 178.* † Et hâc ratione intel-
9 ligendum eſt quod dicitur fuiſſe deciſum, unionem irritam declarandam eſſe, non obſtante quocumque temporis lapſu, ſi non audito Regis vel Principis Procuratore facta ſit: ut deciſum teſtatur Faber *in Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 48.*

Alioqui conſenſus poſt quadraginta, & nullò
9 magis poſt centum annorum ſpatium interveniſſe præſumendus eſt, ſi concurrat continua unionis obſervantia toto illo tempore durante: Tiraquel. *de præſcript. §. 1. gloſſ. 4. num. 21.* cum pluribus aliis quos citat & ſequitur Nicol. Garc. *d. part. 12. cap. 2. num. 178.* † Si enim unio ſit titulo roborata, ſuffi-
10 ciet 40. annorum præſcriptio: ſin minus, probanda eſt obſervantia & effectuatio unionis per tempus immemoriale; quæ effectuatio & obſervantia neceſſariò deducenda eſt, & probanda. Garc. *loco citato, §. 3. n. 231.* ubi dicit ſufficere titulum putativum cum quadragenaria præſcriptione: quia titulus ille dat juſtam præſcribendi cauſam. Cokier *ad reg. Cancellar. 21. num. 38.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1400. incipit, Vnio beneficiorum, num. 11.* Ludovif. *deciſ. 31. num. 1. & 3.* atque ita fuit judicatum per Rotam Romanam in Lucana juriſpatronatus de Podiis, 21. Martii 1620. coram Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. bonæ mem. D. Guillelmo du Nozetto, Domino meo obſervantiſſimo, cujus memoriæ & amicitiæ multùm me debere profiteor. † Et in ſpecie quod titulus pu-
11 tativus ſufficiat cum præſcriptione quadraginta annorum, tradit Boërius *deciſ. 345. num. 5.* Rot. *deciſ. 223. num. 5. in fin. part. 1. recent.* Et ita exiſtimo intelligendum eſſe, quod dicit Menoch. *lib. 6. præſumpt. 8. num. 5.* dum vult præſumptam unionem non admitti
12 niſi immemorialis temporis roboratam præſcriptione. Et quod dicunt DD. Galli, adverſus abuſum nullum currere præſcriptionem, ut præter citatos dicit Chopin. *de ſacra poliit. lib. 2. cap. 6. num. 7. & 8.* ut ſuſtineri poſſit quando unio non eſt alicui titulo innixa, ſecùs
13 ſi titulo ſit munita: probatur ex DD. ſuprà citatis.

Unde capitulo cujuſdam Eccleſiæ Metropolitanæ, cui prioratus duo uniti fuerant, quorum unus principalis, alius acceſſorius erat: Conſuluit, ut ſi fieri poſſet, oſtenderet per antiqua documenta, qualiter prio-

ratus

ratus iste accessorius, de cujus unionis validitate dubitabatur, fuerat ab immemoriali tempore possessus uti accessorius, & annexus alteri principali, 23 de cujus unionis validitate non dubitabatur. † Supposita quippe hac qualitate beneficij accessorij, quodque uti accessorium tanto tempore possessum fuerat, suppresso hac ratione illius titulo, non fuisset opus in unione principalis, istius accessorij facere mentionem, nec requirere consensum Abbatis, aut Capituli pro beneficio tunc extincto, dummodo requisita ad validitatem unionis circa principale beneficium, fuissent observata. Gomez *ad reg. de triennali, quæst.* 8. *num.* 2. Barbos. *de jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 10.

24 Multò magis hoc procedere Dixi, si ultra longi temporis lapsum, unionis concurrerent conjecturæ; de quibus Rebuff. *in unionib. num.* 19. Menoch. *d. præsumpt.* 80. *n.* 6. *lib.* 6. Garc. *part.* 11. *cap.* 2. *n.* 56.

Sed quia difficilis erat istius accessoriæ qualitatis, per tanti temporis spatium, probatio; nec per sententiam forsan vocato impetrante proferendam, res omninò certa esse poterat; fuit ad concordiam, me consulente, & suadente, deventum.

25 Quia licèt sententia in causa status jus faciat quoad omnes, dum de statu personarum agitur, *l. ingenuum, ff. de stat. homin.* aliud tamen est si de rerum statu tractari proponitur: sed neutro casu sententia sustineri posset, nisi vocato legitimo defensore, Regio nempe procuratore, & Abbate collatore ordinario, lata esset: Bart. Bald. & Angel. *in d. l. ingenuum.* Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 9. §. 1. *n.* 84. *& seq.*

26 Multòque magis, si sententiam ferri contingeret in contumaciam; quæ non ex defectu juris, sed ob contumaciam lata præsumitur, Felin. *in cap. ex litteris, num.* 8. *de constitut.* & diximus inferiùs *cap.* 41. *num.* 16. *& seq.*

CAPUT XXXVIII.

Utrùm forenses domicilium habentes, vel non habentes in aliquo loco, teneantur ad constructionem & reparationem Ecclesiæ Parochialis contribuere; & ad constructionem vel refectionem campanarum. Et utrum Prior vel Parochus ad tales expensas teneatur. Et quid in hoc servetur secundum consuetudinem Galliæ, & Comitatus Venayssini.

SUMMARIUM.

1 *Onera quædam realia, alia personalia, alia denique mixta: & quomodo inter se differant. Forenses quomodo ad onera illa contribuere teneantur: ibidem.*

2 *Qui non subditi non possunt collectari, nec ligantur conclusionibus communitatis.*

3 *Quid observetur in comitatu Venayssino circa contributionem forensium.*

4 *Onus constructionis & reparationis Ecclesiæ est merè personale, & ad illud forenses cogi non possunt.*

5 *Forenses pro majori parte inhabitantes in aliquo loco, tenentur contribuere ad Ecclesiæ reparationem.*

6 *In Gallia, & maximè in Delphinatu, forenses non nobiles cum habitatoribus, æquali proportione ad omnia onera mixta contribuunt, & num.* 9.

7 *Forenses non tenentur contribuere ad campanarum expensas.*

8 *Campanæ directè respiciunt vocationem populi, & signum ad preces Deo fundendas.*

10 *Parochus tenetur ad reparationem Ecclesiæ.*

11 *Omnes qui ex decimis utilitatem percipiunt, in Ecclesiæ reparationem contribuunt.*

12 *Referuntur DD. de materia reparationis Ecclesiarum tractantes.*

13 *Parochus an cogi possit ad reparationis & constructionis Ecclesiæ contributionem, per subtractionem decimarum.*

14 *Parochus tenetur ad expensas pro campanis.*

15 *Pro qua portione, & quando Parochus ad expensas constructionis & reparationis Ecclesiæ teneatur.*

16 *In qualibet Ecclesia Parochiali debet saltem adesse una campana, expensis Parochi fabricanda & conservanda.*

CUm ad quandam Ecclesiam Parochialem extrà oppidum ædificatam difficilis esset accessus, tempore præsertim hiemali, ob pluvias, nives, & alia temporis incommoda; eaque de causa populus novam intra locum ipsum construere vellet: fuit dubitatum, an forenses in loco illo ejusque territorio bona possidentes, ad expensam illius fabricæ contribuere tenerentur; & similiter utrùm Parochus in illo locò decimas percipiens, ad contribuendum in dictis fabricæ expensis compelli posset.

Pro cujus difficultatis resolutione supponendum inprimis est, onera quæ per communitates imponuntur, triplicis esse generis. Quædam enim sunt merè realia, quæ certam habent præstationem, veluti tributa, quæ rem ipsam afficiunt, & ad quemcumque possessorem transeunt; & hæc afficiunt etiam forenses, & alios quantumvis exemptos. Alia verò sunt personalia, ad quæ soli habitatores contribuere tenentur. Alia denique mixta, quæ & patrimonialia nuncupantur, quæ personis pro rebus imponuntur, nec certam & determinatam habent quæstionem; ad quæ etiam de jure communi forenses non tenentur, quia principaliter personis, rerum contemplatione, indicuntur. † Si igitur personæ non sint subditæ, communitatis conclusionibus & deliberationibus ligari non possunt. Rot. Aven. *decis.* 182. *num.* 2. D. Ludovic. Bell. *consil.* 28. *n.* 14. In quo consilio licèt multùm faveat communitatibus adversùs forenses, tamen per transactionem initam inter communitatem Castrinovi, pro qua ipse consulebat, & forenses, multa per eum in suo consilio determinata, fuere rejecta, ut patet ex lectura dictæ transactionis. † Et in Comitatu Venayssino, multæ communitates cum forensibus transegerunt. Aliæ verò ad evitandas lites observant regulamentum, per modum expedientis factum, quo cavetur forenses in civitate Avenion. aut Comitatu Venayssino commorantes, pro rata bonorum quæ in aliis territoriis possident, pro duabus tantùm partibus de tribus contribuere teneri; ita ut alteram tertiam partem soli habitatores sustineant.

Sed hoc intelligitur de muneribus patrimonialibus; nam ea quæ merè sunt personalia, sine dubio semper ad solos habitatores spectant: unde non immeritò dubitatum fuit, an reparatio Ecclesiæ, vel ejus nova, eaque necessaria constructio, ad merè personalia munera referenda sit, an verò patrimonialium naturam sortiatur.

4 Ego ſanè, quantumvis reluctante communitate: Reſpondi onus hoc ad ſolos habitatores pertinere, nec ad illius contributionem forenſes cogi poſſe, cùm perſonis principaliter, quamvis habita ratione ad proportionem bonorum imponatur, nec Eccleſiæ uſus magis ad forenſes, quàm ad quemlibet etiam omninò extraneum pertinere videatur: ut explicat Pek. *in tract. de Eccleſ. reparat. cap.* 11. *num.* 4. *& ſequent.* Bertrand. *conſil.*126. *num.*12. *volum.*1. *poſter.* Natt. *conſil.*215. Theſaur. *deciſ.*149. *& ibi addent.* Bell. *d. conſil.* 28. *num.*20.

5 Si tamen forenſis domicilium obtineret in illo loco, & ibi pro majori parte anni habitaret, teneretur ad Eccleſiæ conſtructionem & reparationem contribuere, in qua Sacramenta Chriſti fidelibus miniſtrari ſolent. Cabedo *deciſ.*91. *num.* 9. Barboſ. *de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 64. *num.*10.

6 In Gallia tamen, & potiſſimùm in patria Delphinatus, æquè forenſes & habitatores contribuunt ſi nobiles non ſint: ut copioſè & egregiè oſtendit Expilly, *plaidoyé* 9. *per totum*, & deciſum refert Bleyn. *in ſuo opere beneficiali, tit. de quarta pauper. & fabricæ, num.* 28. *in gloſſ. P.*

7 Debent etiam forenſes, ex juris communis diſpoſitione, eximi à contributione expenſarum quæ fiunt pro conſtructione, conſervatione & refectione campanarum; quia hæc expenſa ſolos habitatores reſpicit, qui mediante illarum ſono vocantur ad Eccleſiam; nec debet haberi reſpectus ad ſecundariam utilitatem, quam ex illis forenſes percipiunt; dum imminente tempeſtate campanæ ad illam avertendam pulſantur: ut fuit aliàs determinatum inter communitatem Vaſionis, & forenſes in ejus territorio bona poſſidentes, apud Bertrand. *conſil.*53. *num.*6. *verſic. & idem videtur dicendum de campanis, volum.*1. *part.*2. quidquid in contrarium Avend. *de exeq. mandat. part.*2. *cap.*10. *num.* 25. *verſic. & ob id ſequitur.* Nam ſententia Bertrandi verior eſt, quia expenſa iſta forenſium utilitatem reſpicit ſecundariò, & per accidens. † Quia principaliter campanæ
8 ſunt inſtitutæ ad convocandum populum ad officia divina, vel ad preces faciendas dum timentur tempeſtates, quæ à malis ſpiritibus ſæpiùs excitantur: ut dicit Ugolin. *de Epiſcop. cap.*31. §.1. *num.*2.

Neque obſtat quod Natta *conſil.* 215. *num.*7. & Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 84. *num.* 20. *&* 21. ſolùm eximant forenſes à voluntaria Eccleſiæ reparatione, non autem à neceſſaria.

9 Quia Doctores illi loquuntur de obſervantia & conſuetudine, à qua non eſſe recedendum in hac materia, tradit idem Natt. *conſil.* 447. *per tot.* Et quæ conſuetudo viget in Italia, ut ſcilicet forenſes indiſtinctè cum habitatoribus contribuant, ut notat Pek. *in dicto tractat. de Eccleſ. reparat. dicto cap.*11. *num.*5. *&* 6. & D. Bellus *dicto conſil.*28. *num.*16. ubi etiam loquitur de generali totius Galliæ conſuetudine; nos autem loquimur in terminis juris communis.

10 Quod autem attinet ad Parochum, certum eſt ipſum ad onus fabriæ ejuſdem Eccleſiæ contribuere teneri, *cap.*1. *& cap. de his, de Eccleſ. ædific. &*
11 *ibi DD.* Cened. *collect.*153. Ricc. *collect.*492. *part.*3. † Et generale eſt, ut quicumque percipit decimas, teneatur contribuere pro Eccleſiæ reparatione, Bouvot *en ſes queſtions notables, part.*3. *in verb. reparation d'Egliſe, quæſt.* 2. *fol.*212. *& part.* 2. *in eod.*
12 *verb. quæſt.*1. *fol.*188. fusè de hac materia D. Ludou. Bell. *conſil.* 144. Marta *de juriſdict. part.* 2. *cap.*48. Surd. *conſil.*62. *num.*23. Fuſc. *de viſitat. lib.*1. *cap.*10. *numero* 15. & Concil. Trident. *ſeſſ.*21. *cap.*7. & ibi Barboſa, necnon *dicta allegat.* 64. *part.*3. Tuſch. *in verb. fabrica, concluſ.*3. Aufrer. *ad deciſ. capell. Tholoſ.*499. Papon. *lib.*1. *tit.* 1. *arreſt.*14. *&* 15. Maynard. *lib.*1. *cap.*40.41. *&* 42. Louet. *littera R, numero* 50. Abb. *quæſt.*3. *in* 6. *dubio.* Rip. *reſponſ.*26. *&* 68. Charond. *lib.*1. *reſponſ.*67. Valaſc. *conſult.*179.

Et præmiſſa adeò vera ſunt, ut compelli etiam 13
poſſit Parochus ad dictam contributionem per ſubtractionem decimarum, ſecundum Rip. *dicto reſp.*26. *num.*15. *& reſp.*68. *per totum*, in quibus locis tractat de Domino Præpoſito villæ Inſulæ in Comitatu Venayſſino, de quo etiam D. Ludou. Bell. *dicto conſil.*144. ad quos ego recurri, dum petitum à me fuit conſilium per Dominos Conſules & Communitatem prædictam: & ſecundùm meum conſilium fuit obſervatum, in novæ Eccleſiæ ampla & magnifica conſtructione. Quoad tamen retentionem decimarum, contrarium, & meo quidem judicio veriùs tenet Monet. *in tract. de decim. cap.*7. *quæſt.*2. *num.* 41. tum quia liquidi non datur retentio pro illiquido: tum etiam quia nemini licitum eſt ſibi propria authoritate jus dicere.

Tenetur etiam Parochus contribuere in expenſis 14
conſtructionis, conſervationis, & refectionis campanarum, eodem modo quo in expenſis fabricæ ipſius Eccleſiæ: text. eſt *in cap. finat. de teſtam. vel. quæ ornamentis, ſeu fabrica, luminaribus, ſive alia &c.* & in puncto Bertran. *d. conſil.*35. *num.*5. *verſic. & idem videtur, vol.* 1. *part.*2.

Sed difficultas ſupereſt, quomodo & pro qua par- 15
tione Parochus ad dictas expenſas contribuere teneatur. Vera reſolutio eſt, quod hac in re, in primis loci conſuetudo attendenda eſt. Secundò, ſi de conſuetudine non apparet, & Eccleſia habet reditus ad id deſtinatos, illi priùs ad dictos uſus convertendi ſunt, & ad id cogendi qui fructus perceperant. Tertiò, his ceſſantibus, Rector, & qui decimas percipiunt, pro rata contribuere tenentur. Quartò, ex generali conſuetudine & ex æquitate, Rector ad preſbyterij reparationem, populus verò ad navim Eccleſiæ contribuit; ita ut preſbyterium dicatur quidquid eſt in fornice, ubi preſbyteri remanere ſolent, quæ omnia explicat D. Ludou. Bell. *d. conſil.*144. *per tot.* De his videndum eſt Concil. Triden. *ſeſſ.*21. *de reform. cap.*7. Fuſc. *de viſit. lib.*1. *cap.*10. *n.*15. *&* 16. Ubi dicit quartam fructuum partem reparandis Eccleſiis eſt natam eſſe. Quod ſi fructus alimentis Parochi non ſufficiant, Parochianos ad id eſſe cogendos. Omnes tractant DD. in locis ſuperius citatis.

Hoc ultimo loco notandum eſt, Parochum, ſi in 16
Eccleſia Parochiali nulla adſit campana, teneri ad illius conſtructionem & applicationem: quia de jure exigitur, ut in omnibus Eccleſiis Parochialibus una ſaltem adſit campana. Joan. de Selua *in tract. de benefic. quæſt.*5. *num.*82. Fuſc. *de viſit. lib.*1. *cap.*14. *n.*5. Sed tamen in his omnibus multùm poteſt conſuetudo, ut ſæpè dictum fuit.

CAPUT XXXIX.

De quadam tranſactione inita inter Parochum & populum, tam ſuper ſolutione decinæ, quàm ſuper reparatione Eccleſiæ, cereis, luminaribus, ornamentis Eccleſiæ, ſumptibus Prædicatoris, equis quas *defructus* vocant, & aliis ſimilibus expenſis.

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Parochus habet intentionem fundatam in perceptione decimarum, ex omni genere fructuum in tota parochia.*
2 *In materia decimarum, consuetudo est præcipuè attendenda.*
3 *Consuetudo eximit parochianos à solutione decimarum de certis fructibus.*
4 *Reparatio Ecclesiæ cathedralis spectat ad Episcopum.*
5 *Fabrica & reparatio inferiorum Ecclesiarum, ad quem spectet.*
6 *Consuetudo attendi debet circa expensas reparationis Ecclesiæ.*
7 *Prædicatoris expensam quis soluere teneatur: & num.12. Lampadem ardentem coram sanctissimo Sacramento quis manutenere debeat. Ibidem.*
8 *Presbyterium cuius sumptibus reparandum.*
9 *Ornamenta Ecclesiæ quis facere teneatur.*
10 *Reparare, seu reficere, & readificare, multùm inter se differunt.*
11 *Observantia interpretatiua quid possit, & an debeat esse præscripta.*
13 *Consuetudo non valet, quod Rector Ecclesiæ non teneatur per se, vel per alterum prædicare.*
14 *Qui per substitutum aliquid facere potest, tenetur illud facere suis sumptibus.*
15 *Prædicatores verbi Dei, possunt petere sibi solui eleemosynam solitam.*
16 *Populus cogitur consueta seruitia præstare.*
17 *Decennalis præstatio populum obligat ad soluendum in futurum.*
18 *Populus non tenetur soluere salarium, seu eleemosynam consuetam Prædicatori; sed duntaxat alimenta, cessante consuetudine in contrarium.*
19 *Dictio Gallica* Entretenement, *quid comprehendat.*
20 *Consuetudo qua Parochus tenetur ad epulas & conuiuia, vtrum debeat obseruari.*

SUper interpretatione & obseruatione transactionis, inter Parochum & parochianos olim initæ, requisitus fui, ut pro veritate judicium meum ab vtraque parte obseruandum interponerem: vnde super primo illius capite quo conuentum fuerat, quòd licitum erit Domino Priori percipere decimam consuetam, veluti vigesimam octavam partem granorum bladi, siliginis, &c. Dixi casum solitionis decimæ de vino & aliis rebus in transactione minimè comprehensis, remanere in dispositione juris communis: † & ideo Priorem habere intentionem fundatam in jure, quòd de omnibus terræ fructibus & prouentibus decima soluenda sit, *cap. non est, cap. nuncios, cap. ex parte, el 2. & alibi passim, extr. de decim.* Vnde cessante transactione, consuetudine, vel præscriptione legitima, solui debet decima de omni frumento, grano, palea, & aliis, de quibus per Monet. *in tract. de decim. cap. 4. numer. 2. & seq.* adeo ut nihil probare teneatur Parochus, cùm ejus intentio sit fundata in tota parochia. Posthius *de manuten. obseruat. 45. numero 43.* vbi plures Rotæ decisiones allegat. † Sed tamen in hac decimarum materia, multùm attendenda est consuetudo: *cap. in aliquibus, §. fin. cap. commissum, cap. cum sint homines, cap. ad Apostolicæ, extr. de decim.* Rot. *decis. 333. num. 4. part. 5. recent.* vbi plures aliæ decisiones, & jura allegantur. Quod tam in prædialibus, quàm personalibus decimis locum habere declarat Monet. *in tract. de decim. cap. 5. n. 87. & 94.* † vbi ostendit valere illam consuetudinem, ut ex certis fructibus, veluti oleo, vino, fœno, & similibus nulla solvatur decima. 3

Quæ consuetudo sufficit, quod sit quadraginta annorum, ut per eundem *num. 103.* Quamuis si ageretur de vna Ecclesia ad aliam, sufficeret spatium decem annorum. Rot. *d. decis. 333. n. 5. part. 5. recent.* quia hoc casu consuetudo non est juri contraria, sed præter jus.

Et ex his censui, quod si populus probaret consuetudinem nullas decimas soluendi de fructibus in transactione minimè designatis, non tenebatur in futurum de illis soluere; sin minus, ad solutionem cogendus erat in fauorem Parochi: & quod totum hoc ad consuetudinem reducendum erat.

Secundo transactionis capite conuentum erat, quod mediante summa duodecim librarum singulis annis per Priorem soluenda, in manibus operariorum seu matriculariorum dictæ Ecclesiæ, ipse esset immunis ab omni expensa luminarium, lampadum, cereorum, candelarum, facium, ornamentorum, reparationum Ecclesiæ, campanarũ, chordarum, & ab intertenimento Prædicatoris tempore Quadragesimæ. Ex quo quæsitum fuit, vtrùm populus teneretur ad reparationem Ecclesiæ, presbyterii ipsius, fontium baptismalium, sacristiæ, cathedræ seu pulpiti pro Prædicatoribus necessarii, & similium.

Dixi quod si actum fuisset de Ecclesiæ cathedralis reparatione, ad illam Episcopus regulariter teneretur, cessante consuetudine in contrarium, Rot. *decis. 6. 7. part. 1. recent.* Tusc. *de visitat. libro 1. capite 10. num. 15.* † Sed quia agebatur de Ecclesia inferiori, cessante consuetudine vel transactione, ad onus reparationis teneri illos qui beneficia possident, *cap. 1. & cap. de his, extr. de Eccles. ædificand.* & ibi DD. Et quicumque percipit decimas, tenetur ad Ecclesiæ reparationem, *Abbas quæst. 3. in 6. dubio.* Rip. *resonsf. 26. & 68.* Charond. *lib. 1. resp. 57.* Bouuot *part. 3. in verb. reparation d'Eglise, quæst. 2.* & dixi *c. præcedenti, n. 11.* † Sed dum adest consuetudo in contrarium, vel transactio, prout in casu isto; ad illam recurrendum est. Rip. *d. responsf. 68. n. 3. versic. item procedit.* Surd. *consil. 62. num. 16.* 4 5 6

Et quod dictum fuit de reparatione Ecclesiæ, eodem modo dici debet de sumptibus pro Prædicatore faciendis, & pro lampade ardenti ante sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Surd. *d. consil. 62. num. 17.* Qui tamen subdit *numer. 18.* post Rip. *responsf. 27. numer. 4.* non sufficere quod aliqui particulares actus illos ex deuotione fecerint: nisi hoc factum fuerit animo consuetudinem inducendi, sciente & patiente vniuerso populo: ad notata per DD. *in l. 2. Cod. quæ sit long. consuetud.* 7

Et propterea si populus aliàs fecisset construi & reparari presbyterium, & tamen Priorem interpellasset ad contribuendum in sumptibus operis; expensa illa per populum facta non noceret: quia non fuisset facta animo relevandi Priorem; maximè si doceatur quod aliàs Prior, pluribus & diuersis vicibus talem expensam sustinere solitus fuit. Rip. *dict. resp. 26. num. 4. & 5.* 8

Idem dicendum est de ornamentis pro servitio Ecclesiæ, & cultus divini necessariis; ut sunt pluvialia, calices & similia, sine quibus divina officia celebrari nequeunt: cùm ista à pari procedant cum expensa reparationis Ecclesiæ. Et sicut illi qui decimas percipiunt, ad Ecclesiæ refectionem tenentur, ut mox dictum est; ita & ad istas expensas, tam ornamentorum, quàm aliarum rerum similium, cessante

ſante videlicet tranſactione, vel conſuetudine in contrarium : Surd. *d. conſil. 62. num. 5.* In caſu autem propoſito, verba tranſactionis erant clara, quod Prior mediante ſumma duodecim librarum annis ſingulis perſolvenda, erat immunis ab iſta expenſa ornamentorum, candelarum, & reparationis Eccleſiæ; unde nullus erat relictus dubitandi locus.

10 Advertendo tamen quod verba tranſactionis loquentia de reparatione Eccleſiæ, non debeant extendi ad caſum neceſſariæ reædificationis : nam verbum *reparare* ſeu *reficere*, valdè differt à verbo *reædificare*, ſeu de novo facere, *l. 3. §. enim verò, & §. reficere, ff. de itinere actuque privat. l. 1. §. deinde, ff. de rivis, l. 1. §. 1. ff. de via publica.*

11 Quod ſi aliqua alia dubitatio circa tranſactionis verba occurreret. Dixi ad obſervantiam recurrendum eſſe, quæ conſuetudine favorabilior eſt; cùm obſervantia illa ſit interpretativa mentis contrahentium in caſu dubio : nam illa nihil operatur in claris, *l. continuus, §. cùm ita, ff. de verb. obligat.* Rot. *deciſ. 636. num. 9. & ſeq. part. 1. recent. & deciſ. 261. num. 4.* Nec requiritur quod fuerit præſcripta, imò ſufficit quod aliquando ita obſervatum. Rot. *deciſ. 49. num. 6. ead. part. 1.*

12 Sed quod attinet ad ſalarium ſeu eleemoſinam Prædicatoris : Cenſui, ceſſante conſuetudine, populum ad illud minimè cogi poſſe, cùm verum ſit, ſemota tranſactione, vel conſuetudine, expenſam tam ſalarij quàm alimentorum Prædicatoris ſpectare ad eum qui habet curam animarum : tenetur enim ipſe populo verbum Dei prædicare, *Clem. dudum, circa medium*, & ibi not. Cardin. *in verſic. verum, de ſepult.* Quia prædicare, eſt officium Curæ, ut dicit Abbas *in cap. quod Dei, de ſtat. monach. numero 2.*

13 † Adeo ut conſuetudine induci non poſſit, ut Rector Eccleſiæ per ſe, vel per alium prædicare non teneatur. Rip. *dict. reſp. 26. num. 44.* Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 59. num. 7. & 8.* quod in Concil. Trident. ſtatutum eſt, *ſeſ. 24. cap. 4. de reform.* his verbis: *per Parochos, ſive, iis impeditis, per alios ab Epiſcopo deputandos.* Cùm ergo munus prædicandi ſpectet ad

14 Parochum, ſequitur ipſum teneri ſuis ſumptibus Prædicatorem alere : † quia dum is, ad quem pertinet actus, illum per ſubſtitutum peragere poteſt, tenetur id facere ſuis ſumptibus : & probatur per text. *in l. ſed ſi hæreditas, §. 1. ff. ad exhib. & in cap. inter cætera*, ibi : *Quibus ipſi dum indiguerint, congruè neceſſaria ſubminiſtrent. extr. de offic. ordin.* & ibi tradit Abb. & Surd. *d. quæſt. 59. numero 7. 8. & 9.* Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ. 536. num. 1.*

15 Supradicta procedunt in alimentis Prædicatoris; ſed quid dicendum de ſalario, ſeu eleemoſina Prædicatori dari conſueta. Surd. *conſil. 254. per tot.* & maximè *num. 24. & 25.* exiſtimavit Prædicatorem non poſſe aliquid pro ſalario exigere, citra vitium ſimoniæ : ſed tamen verius videtur, quod per modum eleemoſinæ illi qui Prædicatori illam præſtare ſoliti ſunt, in futurum etiam cogi poſſint, ut exiſtimavit ſacra Cardinalium Concilij interpretum congregatio, ut refert Barboſ. *in deciſ. Apoſt. in verbo Prædi-*

16 *cator, collect. 592. num. 14.* † Sicut videmus in ſimili, populum ad conſueta ſervitia præſtanda cogi poſſe, Bart. *in l. privilegia, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Ozalc. *de-*

17 *ciſ. 99. num. 20. & 21.* † adeo ut decennalis præſtatio ſufficiat ad obligandum populum ad continuationem eleemoſinæ. Ozalc. *d. deciſ. 99. num. 17.* Covar. *lib. 1. variar. reſol. cap. 17. num. 3.* & bene comprobat Excellentiſſ. I. C. inter Romanæ curiæ Advocatos nemini ſecundus, D. Paulus Ranuccius in ſuo eruditiſſimo reſponſo relato apud Cenſ. *in tract. de cenſib. quæſt. 81. numero 15. verſic. ſecundò quia.*

His ita conſtitutis, deveniendo ad ſolutionem propoſitæ quæſtionis, Dixi populum vigore tranſactionis ad alimenta Prædicatoris eſſe obligatum; ſed ad illius ſalarium nec de jure, nec ex conventione teneri.

De jure quidem, quia poſito quod populus, ceſ- 18
ſante conſuetudine, ad alimenta Prædicatoris teneretur; non tamen ideo ad ejus ſalarium cogi poſſet, tum ex traditis per Surd. *d. conſil. 254. à num. 25. ad finem*, ubi in propriis terminis hanc quæſtionem tractat, & oſtendit quæ ſint ad inducendam conſuetudinem neceſſaria in caſu iſto : tum etiam, quia ſæpè in ſupremis tribunalibus deciſum fuit, ut populus ad alimenta quidem, ſed Prior ſeu Parochus ad ſalarium Prædicatoris teneatur, teſte Maynard. *lib. 1. cap. 38.* ubi ita in caſu occurrenti ſervandum ait.

Ex verbis autem tranſactionis, populus obliga- 19
tur duntaxat ad alimenta Prædicatori præſtanda, non autem ad ſalarium, quia verbum illud in tranſactione poſitum *entretenement*, ſola alimenta comprehendit, nempe cibaria victui, cultuique neceſſaria, quæ ſub illa Gallica nomenclatura non inepte exprimi teſtatur Joan. Philipp. Gallus Monſpelienſis *reſp. 43. num. 18.*

Fuit etiam in eadem cauſa ultimo loco dubita- 20
tum, quid ſtatuendum eſſet de conſuetudine convivij, ſingulis annis populo per Parochum ſeu Rectorem præſtandi, an poſſet ad illius obſervationem cogi? In primis enim conſuetudinem illam in ſupremis tribunalibus reprobatam fuiſſe, tanquam abuſivam, teſtatur Charond. *lib. 7. reſponſ. cap. 79.* Deinde verò contrarium fuit ordinatum, & Parochus ad illius convivij præſtationem continuandam coactus; addit. ad Pap. *lib. 1. tit. 1. arreſt. 3.* jura ſiquidem illa conviviorum ſeu feſtagiorum, inter Eccleſiaſticos, aut etiam alicujus parochiæ habitatores, pluribus ſupremarum Curiarum arreſtis comprobata fuere; eo quod ad fovendam inter ejuſdem conditionis homines amicitiam plurimùm conducant; *tuſſ. Blevn. in tract. de re benef. lib. 1. tit. 11. num. 47. in gloſ. R. fol. 169.* Chopin. *de ſacra poliz. lib. 3. tit. 4. num. 11.* ubi teſtatur demandatam eſſe horum conviviorum continuationem, moderatione ſumptus, & ſacræ ſcripturæ aſſidua lectione temperatam. De ſimili quæſtione in utramque partem, licèt in alio caſu, agit Bellam. *conſil. 31. verſic. ſecundò de præmiis videamus.* Ubi loquitur de conſuetudine Eccleſiæ Rothomagenſis, quod omnes Epiſcopi ſuffragium ante receptionem tenerentur dare unum bonum prandium Archiepiſcopo, & capitulo. Alios citat Barboſa *in cap. Iacobus, de Simon.*

CAPUT XL.

Ex quibus probetur beneficium eſſe Regulare. Electiva beneficia quædam collativa, alia confirmativa, quædam ſimpliciter electiva, & quis inde reſultet effectus. De conſenſu collatorum præſtito ex intervallo; & de poſſeſſione non capitulariter capta. Proceſſuras in *forma dignum arbitramur*, non eſſe adhibendas in proviſionibus Ordinariorum. Religioſi quando curam animarum exercere poſſint per ſeipſos.

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Omnia beneficia præsumuntur sæcularia.*
2 *Beneficium esse regulare, probatur ex enunciativis plurium instrumentorum.*
3 *Collationes beneficii, tanquam regularis factæ, non probant qualitatem beneficii regularis; nisi probetur ipsas effectum fuisse sortitas.*
4 *Status beneficii non mutatur nisi statio quadraginta annorum, cum aliis requisitis.*
5 *Quod maximè procedit, quando non agitur de quasi possessione, sed de pertinentia collationis.*
6 *Beneficium electivum quando dicatur collativum.*
7 *Quomodo differant beneficia electiva simplicia, collativa, & confirmativa.*
8 *Quando Ecclesia dicatur viduata, ad hoc ut fiat electio simplex juxta formam* cap. quia propter, de elect. *nempe per scrutinium, compromissum vel inspirationem.*
9 *Quis sit effectus triplicis differentiæ beneficiorum electivorum in Gallia.*
10 *Referuntur DD. de beneficiis electivis agentes.*
11 *Quando sunt plures collatores, sufficit collatio unius, subsequente aliorum consensu.*
12 *Quo remedio utendum, quando possessio non fuit capta capitulariter.*
13 *Provisus ab Ordinario non tenetur ad* forma dignum.
14 *Quæ sit pœna professionis fidei non factæ intra bimestre, ex Regia ordinatione.*
15 *Religiosi possunt curam animarum exercere in Ecclesiis ab eorum monasteriis dependentibus, aut quæ sunt illorum membra.*

VAriis super collatione cujusdam prioratus, cui cura animarum imminebat, exortis difficultatibus, per Canonicum regularem ordinis Sancti Augustini de eo provisum; & communicato cum viris doctis negotio, fuimus ejus qui sequitur voti: In primis beneficium illud non sæculare esse, sed omni-
1 nò regulare.† Quia licèt de jure omnia beneficia sæcularia præsumantur, juxta primævam illorum à B. Petro Apostolo, qui sæcularis erat, institutionem; Mascard. *consil.* 172. *incip. Beneficium regulariter, n.* 4. Tamen in casu proposito constabat beneficium illud ab omni tempore Canonicis regularibus, nunquam verò sæcularibus, fuisse collatum. Quod probabatur per varias enunciativas antiquissimas diversorum instrumentorum à diversis personis, & in diversis scripturis, ac diversis temporibus emanatas;
2 † Quod sufficit ad probandam qualitatem beneficii regularis. Rot. *decis.* 163. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Puteus *decis.* 209. *incipit, In una Bononiensi, lib.* 2. *&* *decis.* 405. *num.* 3. *eadem part.* 1. Junctis potissimùm plurib. ejusdem beneficii collationibus, tanquam
3 de regulari; † dummodo probetur illas fuisse effectuatas; id est, quod provisi in effectu fecerint actus possessorios in hujusmodi beneficio. Ludovis. *decis.* 482. *num.* 8. Et licèt producantur aliquæ provisiones per Episcopos in favorem personarum sæcularium factæ, non constabat de legitimo temporis intervallo ad mutandum † statum beneficii, nempe de spatio
4 quadraginta annorum, cum aliis requisitis, de quibus alio loco agemus. Rot. *decis.* 188. *num.* 1. *part.* 1.
5 *recent. & d. decis.* 163. *num.* 3. *eadem part.* 1. † Maximè quia hic non agebatur de quasi possessione conferendi, sed de pertinentia collationis, & de statu beneficii, utrùm sæculare esset, an regulare: quo casu non inspicitur sola quasi possessio conferendi, Ludovis. *decis.* 112. *num.* 3. *in fin.* Rot. *decis.* 737. *part.* 2. *recent.*

Secundò, fuit concluſum, beneficium de quo 6
agebatur, potiùs esse collativum, quàm electivum. Quia † constabat nominationes capitulares absque aliqua Superiorum confirmatione, per plures annos sortitas fuisse effectum, & executioni demandatas: ex quo sine dubio resultat status beneficii collativus; nam in electivis necessaria est superioris confirmatio, & illa deficiente, beneficium dicitur collativum: quia nominatio capitularis habet vim provisionis, & collationis. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 23. Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 40. † Siquidem beneficiorum quæ 7
per electionem deferuntur, tres sunt species. Quædam sunt quæ electiva confirmativa nuncupantur, eo quòd indigeant confirmatione. Alia sunt electiva collativa, quorum nominatio ad capitulum, & provisio ad superiorem spectat. Tertia species est eorum quæ merè sunt electiva, in quibus providetur Ecclesiæ quasi viduatæ, juxta formam *cap. quia propter, de election.* quæ non habet locum in beneficiis inferioribus, nec in dignitatibus, per quarum vacationem Ecclesia non manet viduata pastore, ut ostendit Barbos. *in d. cap. quia propter* 32. *num.* 8. In his enim sufficit solus consensus capitularium legitimè congregatorum; cùm in aliis, quando scilicet Ecclesia 8
manet viduata, † (quod accidit in electionibus Episcoporum & aliorum Prælatorum Ecclesiarum collegiatarum, in dictis Ecclesiis collegiatis generalem jurisdictionem habentium, necnon in electione Prælatorum regularium. Rot. *decis.* 312. *num.* 10. *part.* 4. *recent. tom.* 2. post Abbat. *in d. cap. quia propter, num.* 7. *versic. circa istam partem primam,*) debeat ad unguem forma ibi præscripta observari, aliàs electio sit nulla. Rot. *decis.* 574. *num.* 2. *& per totam, part.* 4. *recent. tom.* 4. Debet ergo fieri electio per scrutinium, vel compromissum, aut inspirationem, ut habetur in *d. cap. quia propter.* † Hujus distinctio- 9
nis maximus est effectus; nam tertii generis beneficia in Gallia Regias nominationes admittunt, alia non item: in electivis collativis admittunt Galli Pontificiam præventionem, non autem in confirmativis, teste Bleyn. *de benefic. cap. ult. num.* 47. *in glos. O.* Chopin. *de sacra polit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. 2. 3. 4. de his etiam Peleus *lib.* 1. *action. forens.* 44. *& action.* 5. † Et plurima de beneficiis electivis Gonzal. *ad re-* 10
gul. 8. *glos.* 19. Franc. Marc. *decis.* 90. *maximè numero* 9. *part.* 2. Codex Fabrian. *lib.* 1. *tit.* 2. *definit.* 44. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 10. *& seq.*

Cùm ergo beneficium, de quo agebatur, esset electivum collativum, diximus sufficere, quod consensus capituli postea accedat collationi factæ per Decanum. † Quia quando sunt plures collatores, si 11
unus solus conferat, & alii tacitè vel expressè consentiant; collatio remanet valida, quia alii collatores cedunt juri suo pro illa vice. Rot. apud Put. *decis.* 124. *& 190. num.* 3. *lib.* 3. Achill. de Grass. *decis.* 4. *de præbendis.* Rota coram Orano apud Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 42. *&* 43.

Quia verò provisus possessionem capitulariter 12
non acceperat, casu quo dictus prioratus haberet annexam vocem in capitulo, remedio hoc utendum esse censuimus: nempe procurandum ut possessio expressè vel tacitè à capitulo approbaretur, provisum hunc ad actus capitulares admittendo tanquam dicti beneficii possessorem. Rot. *decis.* 91. *n.* 6. *part.* 1. *recent.* addent. ad Ludovis. *decis.* 364. *num.* 6. *versic. tertiò non procedit.*

13 Tertio loco concluſum fuit, non teneri proviſum juſtum ad proceſſuras illas, quas *forma dignum* vocant: quia proviſus ab Ordinario, cenſetur ab eo cognitus, ejuſque illi mores & qualitates ac capacitas perſpecta; ideo in ſimilibus Ordinarij collatoris proviſionibus nullum aliud ſimile examen requiri tradit Joan. Selu. *de re benef. part.3. quæſt.12. num.* 19. Rot. apud Nicol. Garz. *de benefic. part.5. cap.4. num.43.* ubi loquitur de proviſione facta per capitulum, & *part.6. cap.2. num.230.*

14 Quartò dictum fuit quod Regia Caroli 9. Bleſenſis ordinatio, *artic.* 10. circa fidei profeſſionem edita, non privat poſſeſſores beneficij ob non factam dictam profeſſionem intra duos menſes, poſt adeptam pacificam & non litigioſam poſſeſſionem, ſed dumtaxat fructibus contravenientes carere vult. Quod etiam conforme eſt Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum declarationi, ad *ſeß.24. cap.* 12. Barboſ. *in deciſ. Apoſtol. collect. 611. num.* 7. 8. & 9. Ubi quod nec privatur quis diſtributionibus quotidianis, nec effectibus aliis poſſeſſionis, veluti voce in capitulo, & ſimilibus, ob non emiſſam intra bimeſtre profeſſionem fidei. Idem *de jure Eccleſ. univerſ. lib.1. cap.21. numero 71. & ſeq.*

15 Quintò, diximus nullum eſſe dubium, quin proviſus iſte curam animarum per ſe ipſum exercere poſſit: nam omiſſa illa quæſtione, de qua alio loco agemus, utrùm Canonici regulares cum licentia ſolius Abbatis, beneficium ſeculare curam animarum annexam habens poſſidere queant; in caſu propoſito res difficultate caret, cùm agatur non de beneficio curato unito ipſi Monaſterio, ſed de beneficio à prioratu dependente, tanquam membrum dicti prioratus; quo caſu Rector per ſe ipſum deſervire debet. Anchar. *in Clem.1. de offic. Vicar. num.4. verſic. datio autem hujus Vicarij.* Garc. *de benefic. part.10. cap.2. num.14.* Ubi dicit, quod in Parochialibus quæ non ſunt unitæ monaſteriis; ſed ſunt eorum membra, aut quomodocumque dependentes, non deputatur Vicarius: atque ita declaravit Congregatio, & ſine ulla controverſia ſervatur in praxi.

CAPUT XLI.

Quomodò procedendum ſit in cauſis criminalibus contra Religioſos. Quis ſit eorum judex competens. Quando in forma judicij procedendum ſit, & utrùm religioſus poſſit ab Abbate Generali ad loca remota citari, & alia multa referuntur, quæ modum procedendi inter Religioſos reſpiciunt.

SUMMARIUM.

1 *Si ex ſtatutis Religionis collega cum Capitulo procedere debeant, proceſſura per ſuos collegas facta nulla eſt.*
2 *Citatio adhiberi debet in cauſis religioſorum, aliàs proceſſura non valet.*
3 *Subſtantialia judicij in cauſis regularium ſervanda ſunt.*
4 *Non tamen cum tanto rigore prout inter ſeculares.*
5 *A Prælatis regularibus appellari poteſt, ſi excedant modum Eccleſiaſticæ diſciplinæ.*
6 *Teſtium nomina inter religioſos in cauſis gravibus edenda.*
7 *Citationis quæ ſit forma dum citantur regulares.*
8 *Duplex modus procedendi Superiorum regularium, & quæ in utraque forma ſervanda.*
9 *Quomodo ſuperior regularis ſine citatione procedere poſſit in delictis notoriis.*
10 *Notorium crimen quod dicatur.*
11 *Ad excludendum notorium ſufficit cauſa colorata.*
12 *Notorium facti tranſeuntis indiget probatione.*
13 *In delictis notoriis requiritur cauſæ cognitio, quando proceditur contra abſentem.*
14 *Fugitivus non dicitur qui recedit ex juſta cauſa metus, vel inimicorum.*
15 *Fuga poſt formatam inquiſitionem non facit indicium.*
16 *Sententia contra contumacem potiùs præſumitur lata ob contumaciam, quàm ob delictum. Et plura de ſententia contumaciali, numero 17.18. 19.20. & 21.*
22 *Inimicitiæ cauſa ſufficiens oritur, quando in univerſitate adſunt duæ factiones contrariæ.*
23 *Religioſi in prima inſtantia non ſunt ad loca remota trahendi.*
24 *Citatus perſonaliter ad loca remota excuſatur, ſi æquitate nequeat, aut alia juſta de cauſa.*
25 *Quando Abbas judicialiter aut extrajudicialiter contra monachos agere teneatur.*
26 *Abbates non quidem à jure, ſed in vim privilegiorum procedunt contra monachos, etiam in forma judicij, & in delictis quæ ſunt contra communem converſationem.*
27 *Exceptio incompetentiæ proponi poteſt coram judice requiſito adverſus requirentem, & ab hujus exceptionis rejectione datur appellatio, numero 28.*

PRoceſſuræ criminales factæ contra quendam religioſum Sacerdotem, ſuſtineri non poterunt propter defectum inſanabilem juriſdictionis: cùm ex ſtatutis & conſtitutionibus ordinis illius, cauſa criminalis, de qua agebatur, non per ſolos tres collegas, ſed per ipſos unà cum capitulo cognoſci & terminari deberet. † Ideo cùm Collegæ ad actus ſubſtantiales judicij, ſoli & ſine capitulo proceſſiſſent, citatio & omnia inde ſecuta aperta nullitate ſcatebant, Vant. *de nullit. ex defect. juriſdict. orin. num.*175. & 176. Ubi oſtendit, quod ſi plures ſint judices ordinarij, vel delegati, & unus procedat ſine alio, nulliter procedit.

Secundus defectus proceſſuræ conſiſtit in citatione, cùm procedi non poſſet etiam inter religioſos contra non citatum: quia ſublata citatione, tollitur ſubſtantia judicij, & facultas defenſionis quæ omni deneganda eſt, *l. defenſionis facultas, Cod. de juriſdic. lib.*10. Citatio enim cùm ſit de jure naturali *clem. paſtoralis, §. cæterùm, de re judic.* non debet denegari etiam in cauſis religioſorum: Eman. Rodric. *quæſt. regul. tom.2. q.*18. *artic.*3. Ubi quod licet reus non ſit citandus, quando adverſus eum formatur inquiſitio; tamen dum ad ulteriora in negotio proceditur, debet omninò citari, & in ſuis defenſionibus audiri. † Nam licèt in ſimilibus religioſorum cauſis proceda tur ſummariè, ſimpliciter & de plano, tamen in illis obſervari omninò debent ſubſtantialia judicij: ut teſtatur idem Roder. *tom.2. quæſt.3. artic.* † Non tamen rigidè modus judicialis in illis obſervandis

servandus est, ut dicitur *in cap. qualiter & quando 24. in fin. ext. de accusat. & in cap. per tuas. 32. §. fin. ext. de*
5 *simonia.* † Potest nihilominus in illis causis appellari, quando Prælati excedunt modum religiosæ disciplinæ, dummodò in appellatione exprimatur causa gravaminis: ut copiosè explicat Sanchez *in præ-*
6 *cep. decal. lib. 6. cap. 8. à n. 105. ad 111.* † Et nomina testium in causis criminalibus gravibus edi debent reo religioso (excepto crimine hæreseos, in quo procedunt Inquisitores:) quo faciliùs defensiones suas proponere queat, teste Roder. *d. tom. 2. q. 3. artic. 1. in fin.* Hieron. Roder. *resol. 42. num. 35.*

7 Citatio autem ista quæ fit inter religiosos, non debet fieri secundùm stilum ordinarij judicij: sed more religiosorum, id est, per literas Secretarij Abbatis Provincialis, aut generalis, ab illis subscriptas, & in rei manibus positas: ut idem Hieron. Roder. testatur *resolut. 44. num. 2.*

8 Hæc vera sunt, quando Superior regularis procedit in forma judicij, & tanquam Prælatus ad punitionem delicti, secùs si procedat tanquam pater ad nudam morum correctionem, secundùm formam regulæ: tunc enim nullæ juris solemnitates exiguntur, ex Eman. Roderic. *d. tom. 2. quæst. regul. quæst. 3. artic. 1. in princip.* Cùm igitur adversùs religiosum illum ad delicti punitionem ageretur; sequitur necessariam omninò fuisse illius citationem: & eâ omissâ, omnia nulla esse & invalida.

9 Et quamvis diceretur agi de delicto notorio, in quo nulla requiritur forma juris; tamen id non subsistebat in jure, neque in facto. In jure quidem, quia licèt contrà religiosum possit Prælatus supremus, qualis est Generalis, procedere ad privationem, in delictis notoriis gravibus sine citatione; hoc procedit quando notoriè constat nullam delinquenti competere posse defensionem, & non aliàs: cessantibus enim illis circumstantiis, requiritur citatio, etiamsi delicta prætenderentur notoria, Farin. *de delict. quæst. 21. num. 70. & 78.* Hieron. Roder. *resol. 44. numero 1.*

10 In facto verò, quia factum prætensum non erat tale, quod notorium dici posset; cùm notorium illud dicatur, quod nulla excusatione vel tergiversatione celari potest, ut potè cujus universus populus, aut major ejus pars testis esse queat: ut probat *text. in cap. cùm dilectis, ext. de purgat. canonic. cap. ex tua, & cap. fin. ext. de cohabit. cleric. & mulier. can. de manifestis, 2. quæst. 1.* Farin. *dict. quæst. 21. num. 4.* Tale autem non erat negotium de quo agebatur, imò scriptura illa super qua fundabatur notorietas, jam fuerat per D. Locumtenentem civitatis Aquensis nulla & invalida declarata: unde ex ea non po-
11 terat desumi notorietatis argumentum. † Cum ad illam excludendam sufficiat aliquam coloratam exceptionem opponere, *cap. significaverunt, num. 4. de testib.* Craver. *consil. 299. num. 8.* Menoch. *remed. 1. recup. possess. num. 225.* Contard. *ad l. unic. Cod. si de moment. possess. limit. 9. num. 29. & 31.*

12 Et casu quo factum esset notorium, illud non esset facti permanentis, sed potiùs transeuntis; cùm nulla post se vestigia relinquat; ideò non poterat procedi, nisi prævia probatione talis negotij cum cognitione causæ, Joseph. Ludou. *decis. 67. num. 21.* Mascard. *de probat. conclus. 1106. num. 10.*

13 Imò in quocumque delicto notorio, quando Judex procedit contra absentem, requiritur causæ cognitio, Boss. *in tit. quomodo proced. in crim. notor. numero 9. & 10.*

Similiter frustra opponebatur, hic agi potuisse via facti; quia agebatur de religioso fugitivo. Quia nec istud in facto subsistebat, nam R. iste pater non aufugerat, nisi ut evitaret violentiam, & recurreret ad locum tutum, & ad Superiores à quibus judicari & corrigi poterat, si deliquisset: † Quo casu non 14
dicitur fugitivus, *l. quis sit fugitivus, ff. de Ædilitio edict.* Sanch. *in oper. moral. lib. 6. cap. 8. num. 2.* Et cùm fuga ortum habuisset ex justa causa metus, nempe quia habebat persecutores inimicos, qui cum eo contenderant pro munere P. adipiscendo; nullum ex eo oriri poterat indicium vel probatio, Paris. de Put. *in tract. de syndic. in verb. fuga officialis, cap. 2. n. 1. & 3.* Ghirlan. *de relaxat. carcerat. in tit. de fuga carcerat. num. 11. in fin. & seq.* † Maximè verò, quia fuga 15
non nocet, quando facta fuit post formatam inquisitionem. Peguer. *decis. 17. num. 32.* Mastrill. *decis. 296. num. 25.* Cælar Caren. *de offic. Inquisit. tit. 10. §. 11. num. 84.*

Et ex his constat inutiliter opponi, quod d. R. P. tanquam contumax non debet audiri appellando à sententia adversùs ipsum lata: quia cùm non teneretur comparere, ut demonstratum fuit, non potest dici contumax. † Et sententia illa potiùs ob contu- 16
maciam prætensam, quàm propter delicti probationem lata præsumitur, Beltram. *ad decis. 371.* Ludovis. *num. 11.* † unde statim per comparitionem rei, ad ni- 17
hilum reducitur: ut dicitur ibidem post Dec. *in cap. ex literis, num. 42. ext. de constitut.* Seraph. *decis. 972. num. 20.* † Et ex hujusmodi sententia contumaciali 18
sine probationibus lata, non dicitur constare de delicto, Marsil. *in praxi criminali, §. post quam, num. 48.* † de quo constare debet in actis per veras & legiti- 19
mas probationes. Seraph. *decis. 364. num. 10. & seqq.* † Et testes debent formitèr recipi, aliàs non impedit 20
illorum receptio quin sententia dicatur contumacialis, Seraph. *dict. decis. 354. numero 10. verse. ex testibus informationis.* Roland. *consil. 29. numero 31. volum. 3.* † Maximè si adversùs testes dentur oppositio- 21
nes, veluti ob inimicitiam, aut aliam similem causam: Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 28. num. 1. & casu 110. num. 1.* Crescent. *decis. 3. de testib. num. 1.* † Una autem ex causis inimicitiæ hîc concurrebat, 22
quia partes erant divisæ in duas functiones; ita ut qui erant unius factionis, præsumantur malè affecti erga illos qui erant alterius factionis, præsertim aliis circumstantiis in facto intervenientibus: ex traditis per Peñam *in direct. inquisit. schol. 23. causa 16.* Verùm quia superiùs dictum fuit. Superiorem regularem duobus modis posse procedere; primò quidem judicialiter, secundò verò sine forma & figura judicii: operæ pretium erit scire, quando uno aut alio modo cótra religiosos Abbas, aut alius Superior procedere possit. Et sanè cum in facti contingentia monachus quidam suæ administrationis rationem redditurus ad partes admodùm remotas extra Monarchiã citaretur, adhibitis etiam dicti Domini Abbatis litteris requisitoriis: Dixi præfatum religiosum ad locum illum accedere non teneri, nec executionem literarum rogatoriarum concedi posse; cùm non judicialiter, sed extra judicium pro sola morum correctione juxta formam regulæ procedendum esset. † 23
Quamvis enim religiosi Superioribus suis in omnibus obedire teneantur, non tamen possunt in prima instantia à Generali sui ordinis extra locum suæ habitationis evocari: sed imprimis coram suis Judicibus ordinariis conveniendi sunt, ipsique Generales in secunda duntaxat instantia jus reddere debent, juxta Concilii Tridentini dispositionem *in cap. causa omnes 20. sess. 24. de reformat.* Atque ita determinat Laurent. Portel *in dubiis regul. in verbo Prælati potestas, num. 8.* ergo casu quo judicialiter procedi posset,

adeundus erat ordinarius religioſi Judex ; cùm non debeant religioſi, dum contra eos proceditur criminaliter, a propriis clauſtris evocari ; ſed ad eos mitti ſolent viſitatores qui illorum delicta corrigant, & mores reforment ; & hæc eſt generalis omnium ordinum conſuetudo in jure fundata, qua ſemper citatis competit jus revocandi ad domum ſuæ habitationis, *l.2. §. legatis*, & ibi Gloſſ. *ff. de judiciis.*

24 Agebatur præterea de viro pluſquam octuagenario, qui propter ætatis incommoda longiſſimum iter aggredi non poterat ; & ideò excuſandus erat: prout in pari caſu de eo, qui citatus erat ad comparendum perſonaliter coram ſummo Pontifice, & ſe non poſſe accedere reſpondebat propter infirmitatem, ob quam equitare non poterat, aut alia ſimili de cauſa, tradit Calderin. *conſ.1. de dilation. per tot.* Rebuff. *in conſtit. Reg. tit. de excuſat. tom.3.num.66. & 68.* Idque potiſſimùm, quia nihil per religioſum iſtum geſtum fuerat, cujus reddendæ rationis actus facilè per procuratorem expediri non poſſet : quo caſu, non eſt neceſſaria perſonalis præſentia principalis. *DD. in l.fin. Cod. de procurat.*

25 Denique licèt Abbas juriſdictionem habeat in monachos, ut illos viſitare & corrigere poſſit ; hoc tamen ita intelligendum eſſe dicebant aliqui, ut hoc fieret non per modum contentioſæ juriſdictionis, nec in figura judicij ; ſed tantùm extrajudicialiter, & juxta formam regulæ, tam procedendo, quàm decidendo : prout determinat Rot. Rom. *deciſ. 17. num.2. part. 1. recentior. & deciſ. 15. eadem part.1. num.11.12. & 13.* Ubi dicitur, quod delicta monachorum duplici modo conſiderantur ; aut ut propria ipſorum monachorum, aut ut communia, ſeu communem converſationem offendentia. Primo caſu Abbas procedit ſecundùm formam regulæ. Secundo caſu, cognitio ſpectat ad Epiſcopum uti Judicem ordinarium. Sed dum Abbas procedit propter inobſervantiam regulæ, procedere debet extrajudicialiter, & non per viam contentioſæ juriſdictionis, & hoc patet *ex text. in cap. fin. de ſtatu monach.* Ubi dicitur, correctionem monachorum fieri debere per viſitatores ; qui ſi aliquem deliquiſſe repererint, id in primis Abbati illius loci denuncient : & ibi tradit Gloſſ. *in verb. per Abbatem loci*, qui textus nominatim loquitur de religioſis ſancti Benedicti, dicens in his cauſis procedendum eſſe ſine ſtrepitu & figura judicij, & per impoſitionem pœnitentiæ ſalutaris, juxta text. & Gloſ. *in cap. ad noſtram, 3. ext. de appellat.* Rot. *deciſ. 20. num.1. part.1. in recent.*

Advertendum tamen eſt, ſupradictas deciſiones procedere quidem poſſe in terminis juris communis : ſecus tamen eſt, attenris privilegiis & exemptionibus conceſſis regularibus à ſummis Pontificibus ; quarum virtute non poſſunt Ordinarij, Epiſcopi ſcilicet vel Archiepiſcopi, de cauſis regularium cognoſcere, nec illorum delicta punire ; ſed cognitio etiam judicialis hoc caſu ſpectat ad Abbates, & alios Superiores regulares : ut notavit Marius Muta *deciſ. Sicil.2. numero 16. & ſeq.* & copioſè Tamburin. *de jure Abbat. tom. 3. diſput.5. quæſt.11. per tot.*

26 Sed adhuc ſupradictæ doctrinæ caſui propoſito applicabantur, quia non agebatur de juriſdictionis contentione inter Ordinarium & Superiorem regularem ; ſed contendebatur duntaxat utrùm procedi poſſet in forma judicij : cùm adversùs monachum nihil prætenderetur, quod communem converſationem offendere poſſet : ſed agebatur tantùm de inobſervantia regulæ, & delictis ſolos religioſos tangentibus contra monachum prætenſis : & ſic firma remanebat regula in eo capite, in quo dictum fuit, non poſſe Superiorem regularem procedere in forma judicij : & ſic malè fuiſſe petitum territorium, ad fines exequendi litteras requiſitorias domini Abbatis : † & hanc exceptionem incompetentiæ Judicis requirentis, rectè coram judice requiſito proponi potuiſſe, ex traditis per Menoch. *remed.3. retinen. poſſeſſ. num.360.* † Et admitti debere appellationem, ſi ad ulteriora procederetur ; & per eam retardari debere executionem litterarum judicis requirentis. Roland. *conſil.37. num.4. volum.1.* Quibus conſideratis fuit dictus religioſus per Dominum Abbatem abſolutus. 27 28

CAPUT XLII.

De juriſdictione Epiſcopi erga regulares curam animarum exercentes. Et quibus pœnis plectatur Parochus abſens ſine licentia per Epiſcopum in ſcriptis data. Quomodò contra Parochum non reſidentem procedendum ſit, & an requiratur trina monitio ; an verò ſtatim ad pœnam privationis beneficij Epiſcopus procedere poſſit adversùs Parochum non reſidentem.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus procedere poteſt contra regulares curam animarum exercentes, in iis quæ curam, vel ſacramentorum adminiſtrationem concernunt.*
2 *Ampliatur ut procedat etiam in dependentibus à cura : ubi ponitur exemplum.*
3 *Reſidentia eſt annexa curæ animarum.*
4 *Quid ſit obſervandum, quando Parochus vult abeſſe à ſua parochia.*
5 *Quæ ſit Parochi non reſidentis pœna, & cui, aut quomodo applicanda.*
6 *Utrùm Epiſcopus teneatur procedere præcedente fructuum ſubtractione, & excommunicatione, quando procedit contra Parochum non reſidentem.*
7 *Quomodo intelligenda ſunt jura, & Rotæ deciſiones, dum volunt requiri trinam monitionem, & Parochum per ſex menſes à die ultimæ monitionis eſſe expectandum, antequam ad privationis declarationem deveniatur. Quid in Gallia.*
8 *Epiſcopus debet vicarium deputare in locum Parochi abſentis, cum aſſignatione ſalarij.*

EPiſcopus contra Canonicum regularem curam animarum exercentem poteſt procedere, & jollicare in omnibus iis quæ curam concernunt, & illa dependent : *cap.1.§.final. de privileg. in 6.* & hoc tutum eſt in Concil. Triden. *ſeſſ.25. de regul. cap.11.* Ubi dicitur, in monaſteriis quibus cura imminet animarum perſonarum ſecularium, perſonas tam regulares quàm ſeculares, curam hujuſmodi exercentes, ſubeſſe immediatè in iis quæ ad curam animarum pertinent, & ad Sacramentorum adminiſtrationem, juriſdictioni, viſitationi & correctioni Epiſcopi, in cujus Diœceſi ſunt ſita. † Quod Concilij decretum non ſolùm obtinet in iis, quæ directè curam animarum

rum concernunt : sed etiam in dependentibus ab ea, & à Sacramentorum administratione : ut notavit Campanil. *in diverſ. jur. canon.* Rubr. 12. *cap.* 13. *num.* 51. & ante eum Marius Antonin. *lib.* 1. *cap.* 12. *caſu* 50. *prope fin.* Ubi propterea concludit, Canonicum regularem & curatum, ſuppoſitum eſſe juriſdictioni Epiſcopi, & puniendum eſſe ab ipſo, eo quòd præmonitus noluit proficiſci cum cruce ad Eccleſiam Cathedralem, ut deduceret crucem capituli ad locum ad quem eundum erat, juxta conſtitutionem Synodalem : quia agebatur de jure ſepulturæ & funeris, quod dependebat ab Eccleſia curata, unde idem jus ſtatuendum aſſerit in dependentibus quod in principali : ergo multò magis poteſt Epiſcopus procedere contra canonicum regularem curam exer-
3 gentem, qui in ſua Parochia reſidere recuſabat : † cùm reſidentia non ſolùm dependeat à cura animarum, ſed etiam illi ſit connexa, & ab ea inſeparabilis : fusè Barboſ. *de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 8. *per tot.*

Cùm autem Epiſcopus adversùs Parochum regularem procederet, tria capita in ejus decretis examinanda proponebantur. Primum, circa præceptum factum Parocho de reſidendo, ſub pœna privationis fructuum. Secundum, circa præceptum de reſidendo, ſub pœna privationis beneficii. Tertium conſtitutionem Vicarii ad exercitium curæ in locum abſentis continebat. Tria autem hæc præcepta, in jure
4 fundata eſſe non erat dubitandum. † Nam quoad primum, certum eſt Parochum non poſſe abeſſe à ſua Eccleſia, niſi interveniente juſta cauſa per Epiſcopum cognoſcenda, & in ſcriptis concedenda : ita tamen
5 ut duorum menſium ſpatium non excedat. † Si verò Parochus ſine Epiſcopi licentia abſit, non lucratur fructus ſui beneficii ; ſed illi piis operibus applicari debent, teſte Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 23. *& num.* 179. Quod Regia ordinationi conforme eſt, ut habetur apud Theveneau *lib.* 1. *tit.* 8. *art.* 2. *ordinat. Regiar.* Et eſt in arbitrio Epiſcopi, utrùm fructus illos fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus applicare velit. Garc. *ubi ſup. num.* 30. intelligendo (ut ibi per eum) de pauperibus, vel fabrica illius Eccleſiæ : ita ut nullam poſſit Epiſcopus cum Parocho ſuper fructibus illis amiſſis facere compoſitionem. Barboſ. *de offic. Paroch. d. cap.* 8. *num.* 68. Garc. *d. num.* 30. Cùm igitur Epiſcopus ſimplex præceptum laxaverit, non potuit Parochus, cum quo gratiosè actum fuit, ab illo recurrere, aut appellare, cùm illud in jure & Concilio Tridentino fundatum, & Regiæ conſtitutioni, cui in Gallia locus erat, omninò conforme eſſet.

6 Quod ad ſecundum caput attinet, non adeſt aliquod gravamen in eo : quia Epiſcopus non privavit Parochum, quod facere poterat, etiam non præcedente fructuum ſubtractione & excommunicatione, teſte Barboſ. *de offic. Paroch. d. cap.* 8. *num.* 74. Mantic. *deciſ.* 67. *num.* 7. Ubi dicit eſſe in electione Epiſcopi, an velit procedere præcedente fructuum ſubtractione, & excommunicatione ; vel non ſervatâ hac formâ, opportunis juris remediis ad privationem adversùs non reſidentes : idque vigore Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 12. *verſic. præterea.* Nam ex juris communis diſpoſitione, debuiſſet in primis procedi per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, antequam procederetur ad privationem beneficii : *cap. ex tuæ* 11. §. 1. *de clericis non reſid.* debent etiam ex forma illius capitis præcedere tria edicta, & expectari lapſus ſex menſium ab ultimo edicto. Mantic. *deciſ.* 12.

7 Sed tamen eadem Rota Romana, negotio exactè diſcuſſo in *Teralbenſi Rectoriæ, anno* 1619. *coram Pirovano in recentior. part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 131. & 163. Cenſuit proceſſuras Epiſcopi non ſubſiſtere : quia Parochus, cùm non fuiſſet perſonaliter citatus, contumax dici non poterat, nec contra eum tanquam latitantem, vel fugitivum ſervata fuerat forma tradita per Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 1. incipiendo à cenſuris, deinde procedendo per fructuum ſequeſtrationem, & ſubſtractionem ; & ſuper hoc allegatur deciſio Eminentiſſim. Cardinalium Concilii interpretum : nec fuerat Parochus expectatus per ſex menſes, juxta diſpoſitionem *dicti cap. ex tua* 11. *ut habetur in d. deciſ.* 131. *part.* 4. *recent. tom.* 2. Quæ deciſio fuit poſtea confirmata *deciſ.* 163. *eadem parte.* Sed iſtæ deciſiones declarantur duplici concluſione.

Prima, quando Parochus, aut alius beneficiatus eſt præſens, & perſonaliter citatus, vel monitus ut reſideat ; tunc cùm non poſſit excuſari à manifeſta contumacia, non requiritur trina monitio, ſed unica ſufficiet perſonaliter executioni demandata : neque opus erit hoc caſu expectare lapſum ſex menſium poſt intimationem, imò tempus erit arbitrarium. Abbas *in d. cap. ex tua, num.* 10. & 13. *de cler. non reſident.* Garcia *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 155.

Quomodocumque ſe res habeat, Epiſcopus non gravaverat faciendo Parocho ſimplex præceptum ; comminatâ dumtaxat, ſed non declaratâ privationis pœnâ.

Secunda concluſio, quando beneficiatus eſt abſens, vel non poteſt perſonaliter requiri, ſeu citari ; hoc caſu præcedere debet trina monitio, & poſtea ſic monitus expectandus eſt per ſex menſes ; quibus elapſis, poteſt procedi ad privationem. Joan. de Selu. *de benefic. part.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 3. *verſic. & iſtud tenendo, non obſtat.* Garc. *d. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 154.

Fallit iſta concluſio, quando ille qui ſic abeſt, impedit ne perſonaliter citetur ; hoc enim impedimento probato, eodem modo proceditur contra eum per edicta, quo procederetur ſi perſonaliter poſſet apprehendi, ut probatur *in c. quoniam frequenter, §. porrò,* & ibi DD. maximè Bald. *num.* 2. *extra, ut lit. non conteſt.* Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 27. *n.* 92.

Sed in utroque caſu, ſive agatur contra perſonaliter citatum, ſive in contumaciam adversùs abſentem qui non fuit repertus ; dependet ab Epiſcopi arbitrio utrùm velit procedere ad fructuum ſequeſtrationem, vel ad cenſuras ; an verò per viam privationis inchoare, præcedentibus monitionibus, juxta diſtinctionem mox allegatam requiſitis, ex traditis ſuperiùs *num.* 6. Et determinat Lotter. *d. lib.* 3. *quæſt.* 27. *n.* 15. Coccin. *deciſ.* 10. *num.* 5.

In Gallia verò, negligentia Diœceſanorum cauſam dederat art. 5. edicti Aurelianenſis, quo annotandorum fructuum poteſtas data erat adverſus non reſidentes : ſed edicto Bleſenſi *art.* 15. & 16. temperamentum adhibitum fuit, ut non niſi conſulto Epiſcopo annotare liceat : ut tradit additio marginalis ad Seluam *d. quæſt.* 5. *in princip.*

Tertium decreti caput nullum quoque gravamen 8
continebat ; cùm de jure, abſente Parocho, ſpectet ad Epiſcopum Vicarii deputatio, cùm aſſignatione ſalarii competentis : ut teſtatur Barboſ. *de offic. & poteſt. paroch. d. cap.* 8. *num.* 52. & 64. Joan. de Selu. *de benefic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 21. & *verſic. his tamen & ſimilibus.*

CAPUT

CAPUT XLIII.

Confraternitates laicorum in Eccleſiis fundatæ, poſſunt liberè illas Eccleſias dimittere, & ad alias ſe transferre; ſicut & confratres ad aliam confraternitatem, priorémque ad libitum relinquere, quæ non poteſt ad funus confratris decedentis accedere, maximè invitis hæredibus. Translatâ autem confraternitate, quid fiet de eleemoſynis & fundationibus conſuetis.

SUMMARIUM.

1 *Vaſa ſacra certæ Eccleſiæ addicta, ad alias transferri non poſſunt, vel alienari.*
2 *Res ſacræ potiùs intuitu Eccleſiæ in dubio datæ cenſentur.*
3 *Receptio ad confraternitatem neminem obligat, & eſt merè voluntaria, tam reſpectu confratrum, quàm reſpectu Eccleſiæ; & in hoc non datur mandatum de manutenendo.*
4 *Confratres liberè poſſunt recedere à confraternitate, dummodò nihil de bonis ipſius retineant.*
5 *Corpus confraternitatis non eſt annexum Eccleſiæ, & cum ea nihil habet commune.*
6 *Canonici ſunt unum corpus cum Eccleſia, & monachi cum monaſterio.*
7 *Confraternitatum nec perſonæ loco, nec locus perſonis unitus eſt.*
8 *Eccleſiaſtici poſſunt liberè dimittere confraternitates.*
9 *Spiritualis conjunctio confraternitatum cum Eccleſia durat quandiu in ea confraternitas remanet.*
10 *Confraternitates non poſſunt accedere ad funera, niſi expreſsè vocentur.*
11 *Si quis à prima confraternitate ad ſecundam acceſſerit; funus ſecunda, non autem prima confraternitas comitari debet: maximè requirentibus hæredibus.*
12 *Temporale capi poteſt pro ſervitio ſpirituali, juxta conſuetudinem.*
13 *Ex diuturni temporis annua præſtatione oritur obligatio in futurum, favore piæ cauſæ.*
14 *Ex quibus dicatur probata laudabilis conſuetudo annuæ præſtationis favore Eccleſiæ, & quod poſſeſſorium in his habeat admixtam cauſam proprietatis.*
15 *Ceſſante ſervitio Eccleſiæ ceſſat annua præſtatio contemplatione illius debita.*

CONfraternitas Aurificum erecta in Eccleſia regulari, ad aliam Eccleſiam, & ibi exercenda conſueta pietatis opera ſeſe transferre deſiderans, ſequentes de jure decidendas propoſuit quæſtiones.

Prima, utrùm fundata eſſet religioſorum petitio, agentium ad repetitionem ſacri calicis argentei, & ornamentorum Eccleſiaſticorum apud Rectores prædictæ confraternitatis exiſtentium.

Secunda, utrùm dicti confratres cogi poſſint exercitia pietatis in eadem regularium Eccleſia more ſolito continuare; an verò liberè ad aliam Eccleſiam & capellam ſibi benè viſam tranſmigrare.

Tertia, utrùm dicti confratres factâ tranſlatione ad aliam Eccleſiam, cogi poſſint ad ſolvendam annuam pecuniarum quantitatem primo illi conventui, pro celebratione miſſarum & divini ſervitii, præſtari ſolitam.

Quibus quæſtionibus memini me aliàs reſpondiſſe. In primis quod ad ſacros calices & alia ornamenta attinet, attendendum eſſe utrùm ſemel in illa Eccleſia Deo dicata fuerint, an non. † Si enim ſemper ſub libera confraternitatis & Rectorum ipſius cuſtodia remanſiſſent, prout fit in nonnullis confraternitatibus, in quibus vaſa argentea nulli certæ, aut determinatæ Eccleſiæ addicta ſunt; ſed in plena & libera Rectorum & confratrum poteſtate exiſtunt non poſſunt ſuper illis religioſi dictæ Eccleſiæ quidquam prætendere. Si verò certæ illi capellæ & Eccleſiæ fuerint addicta & deſtinata, non poterunt per confratres ad alios uſus converti: & propterea in in facto verificatum eſſet, harum rerum cuſtodiam & detentionem apud religioſos illos, longo admodùm tempore, ad uſum illius capellæ extitiſſe; verius videtur confratres iſtos non poſſe ſacra hæc vaſa & ornamenta, non modò ad alios uſus, ſed nec ad aliam Eccleſiam transferre: cùm negari non poſſit, vaſa hæc, & ſupellectilem, inter res ſacras recenſeri. Farin. *de furt. quæſt.* 172. *num.* 59. & uti tales nec alienari poſſe, nec ad alios uſus converti: *cap.* 1. & ibi DD. *extr. de pignorib.* imò nec ad aliam Eccleſiam transferri, ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienatione rerum Eccleſiæ. Bonacin. *de alienat. bon. Eccleſ. quæſt. unic. punct.* 1. *num.* 14. & 30. *junctis.* † In dubio autem res iſtæ ſacræ potiùs contemplatione Eccleſiæ, quàm perſonarum datæ cenſentur: Mascard. *de probat. concluſ.* 1248. *alias* 1254. incipit, *Qualitas, num.* 119. & *concluſ.* 965. *alias* 968. incip. *Legatum, num.* 11.

Quantùm ad ſecundam quæſtionem, Dixi nihil eſſe quod impediat dictos confratres, quominus liberè recedant ab illa capella & Eccleſia regulari, & ad aliam per eos eligendam ſe transferant; & ibidem recipi poſſint: cùm dictæ confratriæ neminem obligent, & ſint merè voluntariæ; & actus qui fiunt per confratres, ex mera voluntate facti non ſufficiant, ut dictis religioſis concedi poſſit mandatum de manutenendo: ex traditis per Surd. *conſil.* 127. *num.* 81. & 82.

Et quamvis per religioſos eſſet deductum, ipſos eſſe in pacifica, quieta & immemoriali poſſeſſione faciendi ſervitium in dicta capella pro illa confraternitate: hoc non relevaret ad effectum de quo agitur; cùm debeat fieri differentia inter ſervitium, de quo in ſequenti quæſtione agemus, & perſonis confratrum; ac ea quæ ſunt conſecutiva confraternitatis, cui liberum eſt quomodocumque recedere, & ad alium locum tranſire; nullaque eſſe poſſit in illis actibus, quæ ab hominum libera voluntate dependent, coactio. † Adeò ut non ſolùm poſſint confratres, è congregatione quomodocumque volentes recedere, & confratriæ renuntiare, dummodò nihil retineant de bonis illius; alioquin antequam tranſcient, illa reddere debent: ut docet Jacob. Rebuff. *in l. nemo, column. ult. Cod. de ſpectaculis, lib.* 10. & quitur Petr. Rebuff. *in conſtitut. Regiæ, tom.* 2. *de confraternit. num. ult. fol. mihi* 331. Sed etiam tum ipſum confraternitatis corpus ab illa Eccleſia ad quam accedere conſueverat, poſſit recedere: † cùm nihil commune habeat cum ipſa Eccleſia, ut dicit Natt. *conſil.* 62. *num.* 6. ubi propterea concludit confraternitates iſtas non gaudere privilegio præcedentiæ, quo gaudet Eccleſia in qua ſunt inſtitutæ; cùm non ſint illius membra. Et Caſtrenſ. *conſil.* 5. *num.* 6. *volum.*

volum. 2. ubi dicit ea de causa posse istas confraternitates liberè ab Ecclesia, in qua institutæ sunt recedere. Hoc etiam bene determinat Petr. de Ubal. *in tract. de canonica Episcop. quæst.* 14. *princip. num.* 9. & 22. Quia quando persona est obligata loco, & 6 inserta loco, † sicut sunt canonici Ecclesiæ; tunc collegium est in Ecclesia, & Ecclesia inest collegio, & unum sunt; est enim inseparabilis conjunctio: ut in *cap. requisisti*, 15. *ext. de testam.* Eodem modo, inter professos & monasterium est inseparabilis conjunctio, *cap. sicut, de jurejur. & can. qui verò*, 16. *quæst.* 1.

7 Aliud est in istis confraternitatibus, in quibus nec persona loco, nec locus personæ addictus est; & unum ab altero est separabile, ut bene probat Petr. de Ubald. *loc. citat.* & sequitur Rot. coram Coccin. *decis.* 472. ubi concludit quod sicut confraternitas 8 potest ad libitum recedere, † ita & potest ad libitum per Ecclesiasticos illius Ecclesiæ, in qua erecta est, dimitti: quia constituunt collegium personale, non naturale, reale & necessarium: cùm nullam habeant cum Ecclesia conjunctionem, sed per se considerentur. 9 † Non tamen negari potest, quin durante confraternitate, adsit quædam spiritualis inter ipsam & Ecclesiam conjunctio, largo modo sumpta, ut dicit Petr. de Ubald. *dict. loco, num.* 23. Et hoc fundamento, probabile est, motam fuisse sacram Congregationem rituum, dum decrevit nullum jus competere 10 confraternitatibus laicorum accedendi ad funera confratrum mortuorum; nisi quatenus ab hæredibus defuncti specialiter & expressè vocentur: cujus declarationis meminit Barbos. *de offic. & potest. Paroch. cap.* 26. *num.* 61. *& in decis. Apostol. collect.* 207. *num.* 22. 11 † Qua de causa cùm nuper esset contentio inter confratres pœnitentium cærulei coloris, & confratres albi coloris saccum deferentes, ambobus corpus defuncti cujusdam ad sepulturam, ut moris est, portare contendentibus; fuit justè & sapienter ordinatum à Reverendiss. Petro Peregrino de Tonduti Vicario generali in præsenti Civitate & Archiepiscopatu, ac Rotæ Auditore fratre meo dilectissimo, præferendos esse albi coloris pœnitentes: tum quia defunctus à Cæruleis recesserat, permittens & volens se describi inter Albos; quod, ut supradictum est *num.* 4. fieri sine dubio potest: tum quia soli Albi ab hæredibus defuncti vocabantur, unde Cærulei non vocati accedere minimè poterant.

12 Deveniendo ad resolutionem tertiæ quæstionis propositæ, non leve in ea dubium versari videtur. Quia poterunt isti religiosi summas singulis annis per spatium triginta annorum, & amplius solutas, accipere loco alimentorum, cùm altari servierint, & de altari vivere debuerint: ex traditis per Sanch. *lib.* 2. *consil. moral. cap.* 3. *dubit.* 11. ubi fusè ostendit posse accipi res temporales pro servitio spirituali, 13 loco alimentorum vel sustentationis. Bonacin. *de simon. disput.* 1. *quæst.* 4. *num.* 9. † Et per consequens ex tanti temporis præstatione, videtur inducta obligatio continuandi & solvendi in futurum, non obstante quod præteritæ præstationes factæ fuerint voluntariè & jure facultatis; quia hoc est privilegium causæ piæ, ut ex præteritis actibus per longum tempus continuatis, etiam jure facultatis, oriatur obligatio in futurum: ut per addent. ad Ludovis. *decis.* 162. *in fin.* Rot. *decis.* 360. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* ubi deciditur presbyteros qui ornamenta pro usu cujusdam confraternitatis commodaverant, necnon campanas suæ Ecclesiæ pro majori festi diei celebritate, cogi poterant in futurum: quia non dicitur materia facultativa, quando agitur favore piæ causæ & cultus divini, & diximus sup. *cap.* 39. *num.* 17. quibus addo Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 60. *num.* 9. *& tit.* 7. *quæst.* 3. *num.* 18. Imò favore piæ causæ sufficere præstationem decennalem, multi censuerunt ad hoc ut Ecclesiæ, aut loco pio detur in similibus præstationibus manutentio. Felin. *in c. ad Apostolicam, n.* 3. *extr. de Simon.* cum aliis citatis per Barbos. *in d. cap. n.* 8. Veral. *decis.* 166. *num.* 2. *part.* 3.

His non obstantibus, verius est nullam inductam fuisse consuetudinem sufficientem, per quam confratres in futurum, sublatâ confraternitate, & in alium locum translatâ, teneantur continuare solutionem summarum dicto conventui solvi solitarum.

Tum quia non simpliciter jura, & doctrinæ in 14 contrarium allegatæ intelligendæ sunt, sed ita demùm si probatum esset quod confraternitatis populus solutiones præteritas fecisset gratis, & non ad importunitatem clericorum, & nulla præcedente pactione; & quod totus populus, vel major pars permanserit in servanda consuetudine laudabili: istis enim non probatis, non potest dici laudabilis consuetudo ex pia fidelium devotione introducta, ut in similibus terminis docet Gratian. *discept. forens. cap.* 210. *num.* 29. post Castrens. *consil.* 363. & 401. *volum.* 1. Mathesil. *singul.* 65. *num.* 13. qui dicunt hoc casu possessionis simplicem probationem non sufficere, cùm possessorium admixtam habeat proprietatis causam: imò si credimus Surd. *consil.* 62. *num.* 18. probandum est præstationes annuas factas fuisse animo consuetudinem inducendi, consentiente majori parte populi: cujus doctrinam approbavit Rot. *decis.* 545. *num.* 3. *part.* 3. *recentior.*

Tum etiam, quia quamvis præstatio annua fuisset facta Ecclesiæ intuitu certi servitii, & in recompensationem spiritualium; quo casu doctrinas superiùs allatas locum habere testatur Abbas Panorm. *in cap. suam nobis, num.* 7. *de Decim.* † tamen cùm 15 hodie cesset causa finalis servitii, & administrationis spiritualium, propter licitam confraternitatis ad aliam Ecclesiam translationem; cessante causa finali talis præstationis, cessare debet & ipsa præstatio respectu primi conventus, in quo erectum fuerat collegium, seu confraternitas; ne ipsa alioquin duplicis præstationis onere gravaretur, hoc est, tam respectu Ecclesiæ à qua fit translatio, quàm illius ad quam. Ideò supradicta concludunt quidem confraternitatem cogi posse ad continuandum servitium divinum, sed non magis inferunt ad unam, quàm ad aliam Ecclesiam; nec magis ad eam à qua recedit, quàm ad illam ad quam accedit: sicut enim qui altari servit, de altari vivere debet: ita qui altari non servit, de altari vivere non debet: Surd. *de alim. tit.* 7. *quæst.* 35. *num.* 3. Sicut dicitur de uxore, quæ si non sit in obsequio viri, non consequitur alimenta, ut per DD. in *l. quod in uxorem, Cod. de negot. gest.* Surd. *d. quæst.* 25. *num.* 4. Et ita ego pro veritate Respondi confraternitati Aurificum anno 1634. & confraternitati armorum Fabricatorum anno 1642. Sed tamen Missæ, & aliæ fundationes non intuitu confraternitatis, sed contemplatione ipsius Ecclesiæ relictæ, recedente confraternitate semper in statu remanerent, quod in dubio esse præsumendum, suprà ostensum fuit, *num.* 2. & fusè explicat Mascard. *in locis ibidem citatis.*

CAPUT

CAPUT XLIV.

Accuſatus in Sancto Officio Inquiſitionis utrùm habeat vocem activam & paſſivam in electione provincialis ſui ordinis. Quid dicendum ſit de eo qui condemnatus fuit ad abjurandum de levi, vel de vehementi. Et quomodo admittendæ ſint in actu electionis voces eorum, de quorum poteſtate eligendi dubitabatur. Et quid in officiis ſæcularium ſtatuendum ſit, utrùm videlicet pendente officio, accuſatus ab illius exercitio ſuſpendi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *An Guardianus inquiſitus poſſit habere vocem activam & paſſivam, & officiales deputare.*
2 *Per accuſationem irrogari poteſt infamia facti, juris verò dumtaxat per ſententiam.*
3 *Explicatur Ricc. deciſ. 327. part. 2.*
4 *Suſpectus de hæreſi, ſi per triennium emendatus vixerit, non excluditur ab officio.*
5 *Condemnatus ad abjurandum non removetur ab officio ſuperioris ſui ordinis.*
6 *Duplex eſt abjuratio, una formalis, alia pœnalis; & hæc vel levis, vel vehemens.*
7 *Ex conſtitutione fel. record. Vrbani VIII. qui abjurarunt etiam de levi, removendi ſunt ab officio.*
8 *Religioſus ſuſpectus de hæreſi & diffamatus, ſuſpendi poteſt ab officio uſque ad ſententiam.*
9 *Praxis procedendi ad electionem, dum dubitatur utrùm quis vocem habeat.*
10 *Qui de vehementi abjurarunt, non ſunt admittendi ad audiendas fidelium confeſſiones.*
11 *In officio qui deliquit, ſuſpendendus eſt ab illius exercitio; imò & ex cauſa, ſi extra officium delictum fuerit commiſſum, num. 12.*
13 *Quomodò procedatur pendente proceſſu ad ſuſpenſionem ab officio, & quæ ſit praxis.*
14 *In officiis juriſdictione carentibus procedituꝛ etiam quandoque ad ſuſpenſionem ab officio, lite pendente.*

1 FUit aliàs propoſita dubitatio, utrùm religioſus in ſancto inquiſitionis officio de aliquo crimine accuſatus, pendente accuſatione poſſit habere vocem activam & paſſivam in electione canonica Superioris: & utrùm deputationes Guardianorum per eum ex officii ſui poteſtate factæ, de jure ſubſiſtant.

Reſpondi religioſum ſic inquiſitum, ab officio per ſolam inquiſitionem minimè removeri; deputationeſque Guardianorum per eum factas validas eſſe; neque defectu poteſtatis in deputante impugnari poſſe; & per conſequens tam ipſum, quàm Guardianos per eum deputatos, habituros eſſe vocem activam in capitulo provinciali. De paſſiva verò, non ita ſimpliciter ſtatuendum eſſe reſpectu perſonæ ipſius inquiſiti; ſed cum hac diſtinctione: Aut enim ſupponimus, accuſationem eſſe talem, ut ex ea bona fama inquiſiti apud probos & graves viros notata fuerit, aut non: primo caſu, Guardianus ille accuſatus voce etiam paſſiva privandus eſt: ſecundo caſu minimè, ex communi reſolutione DD. in *cap. omnipotens 4. de accuſat.* ubi concludunt eum qui de aliquo crimine inquiſitus, vel infamia præcedente accuſatus, aut denunciatus fuit, inhabilem eſſe ad obtinendas dignitates; obtentis tamen minimè privari debere, niſi ſubſecutâ ſententiâ. † Cùm enim duplex ſit infamia; una juris, altera facti; hæc per ſolam inquiſitionem, illa per ſolam ſententiam incurri ſolet. Infamia juris per ſententiam declaratoriam illata privat etiam obtinendis dignitatibus: infamia verò facti repellit duntaxat ab obtentis. Dyn. *in cap. infamibus* 87. & ibi Boër. *in addit. de reg. jur. in 6.* Felin. & alii in *d. cap. omnipotens, de accuſat.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 7. cap. 8. num. 6. & multis ſeq.* Barboſ. *de poteſtate Epiſcop. part. 2. alleg. 43. num. 10. & in d. cap. omnipotens, num. 2.* Bertachin. *in verb. minoſus notorius.* Et optimè docet in terminis electionis Petr. de Biaxio *in directorio electionum, part. 2. cap. 23. per totum.* † Unde non poſſum aſſentiri deciſioni relatæ per Ricc. *part. 3. deciſ. 327.* ubi dicit fuiſſe ex ſuo voto judicatum per quendam Superiorem regularem, religioſo, inquiſitione pendente, non competere vocem activam: niſi dicamus in caſu illo famam ipſius apud probos & graves viros fuiſſe notatam, ut mox dictum eſt ex communi DD. traditione. † Nam in ipſo etiam de hæreſi ſuſpecto decretum fuit aliàs ipſum non eſſe officii incapacem, nec ab eo poſſe removeri, ſi bene vixerit, & per triennium emendatus fuerit, quamvis abjuraſſet de vehementi in ſancto inquiſitionis tribunali, ut *in deciſ. criminali*, Farin. 51.

Unde cùm aliàs quidam religioſus fuiſſet in ſacro inquiſitionis officio accuſatus, quod nulla obtenta licentia quaſdam concluſiones Theologicas typis mandari curaſſet: fuit non obſtante tali accuſatione dictum, & concluſum per me, de voto gravium virorum, illum non eſſe propterea à voce activa & paſſiva repellendum in electionibus ſui ordinis. Eum tamen de facto ad vocem paſſivam atque activam non fuiſſe admiſſum, mihi relatum fuit.

Idemque de eo qui condemnatus fuit ad abjurandum de levi, quia librum hæreticum legerat, tradit Hieron. Roderic. *quæſt. regul. 73. num. 10.* Inò & idem dicendum eſt de eo qui non tanquam vere hæreticus, ſed tanquam de hæreſi ſuſpectus, coactus fuit abjurare etiam de vehementi.

Duplex eſt enim modus abjurandi. Primus, cùm quis condemnatur ad abjurandum, tanquam vere hæreticus. Secundus, quando tanquam de hæreſi ſuſpectus, quia videlicet non fuit probatum, illum eſſe verè hæreticum; ſed tamen contra ipſum magnæ adſunt præſumptiones: ſtantibus enim maximis præſumptionibus, reus ut ſe ab illis purget, cogitur ex vehementi abjurare, jurans ſe hæreſim nec incurriſſe, nec unquam incurſurum: de quo duplici abjurandi modo agit Cæſar Carena *in ſuo tract. de offic. Inquiſit. part. 3. tit. 12. de abjurat. num. 7.* intelligendo de abjuratione ſimplici, non de ea quæ fit ob hæreſim formalem, de qua per eundem *loc. citat. num. 6.* Quia ex ſimplici abjuratione non damnatur ut tanquam hæreticus; nec ei imponitur aliqua pœna propter hæreſim formalem: unde per abjurationem ſive levem, ſive vehementem indictam, declaratur quis innocens ab imputatione hæreſeos, & per conſequens purgatur ſuſpicio, & tollitur inhabilitatis impedimentum. Sanch. *lib. 2. in præcep. decalogi cap. 3. num. 12.*

Sed tamen hodie, quia ex decreto Sacræ Congregationis authoritate ſanctæ mem. Urbani VIII. fidelis, regulari

regulares omnes, qui in sancto officio quodcumque pœnæ genus vel pœnitentiæ, exceptis salutaribus, habuerint, redduntur inhabiles ad quæcumque officia, vel dignitates suæ religionis; sequitur in vim talis decreti illos qui abjurarunt de levi, vel de vehementi, inhabiles reddi ad quæcumque officia, & dignitates suæ religionis. Quia abjuratio est pœna, nec ullo modo venire potest appellatione pœnitentiæ salutaris, quæ sola in dicto decreto excipitur.

Quamuis ergo ex sola abiuratione olim non esset religiosus privatus voce activa & passiva, ut testatur Hieronym. Roderic. & Sanch. *locis citat.* quibus additur Paris. *de resignat. lib. 4. quæst. 3. num. 17.* Ricc. *in prax. rerum fori Eccles. decis. 676. per tot.* hodie tamen vigore dicti decreti aliter statuendum est: & is qui etiam de levi abjuravit, à dignitatibus arcendus est, Caren. *loc. citat. num. 14.* Diana *part. 4. tract. 8. cap. 64.*

8 Præterea notandum est, quod si religiosus esset suspectus de hæresi, posset etiam ante sententiam suspendi ab officio & dignitate; quia fama ejus esset notata apud graves viros: sed post abjurationem, recuperaret pristinum officium, imò & beneficium, non obstante illius collatione alteri facta, quia per abjurationem purgatur infamia. Ricciul. *de jur. personæ ext. grem. Eccles. existent. lib. 5. cap. 19. n. 25.* Rot. apud Farin. *inter criminales, decis. 51. n. 6.* Et hoc intelligendum, nisi obstet dicta Urbani constitutio.

9 Praxis autem & forma procedendi in electione, dum dubitatur utrùm aliquis sit ad vocem inhabilis, talis est, quod admittatur cum protestatione, ut illius vox valeat in quantum appareat postea eundem electioni interesse potuisse, & non aliàs; & quod noceat electioni aliàs legitimæ, quod non habens, seu non habentes vocem fuerint admissi unà cum aliis, prout ita fieri debere testatur Mirand. *in manual. prælat. regul. tom. 2. quæst. 23. art. 11. in fin. versic. solummodò superest.*

10 Quod autem mox dictum est de abjurantibus, eadem ratione dicendum est, ut qui de vehementi abjuratunt, nunquam admittantur ad audiendas fidelium confessiones; secus in abjurantibus de levi, prout decisum testatur Ricc. *in decis. 218. part. 2.* Genuens. *in prax. Archiep. cap. 45. num. 2.* ubi refert declarationem sacræ Congregationis. Diana *part. 4. tract. 8. resol. 64. in princip.*

11 Quid autem in officiis temporalibus statuendum sit, tradit Grivel. *decis. Dolana 60.* Vincent. de Franch. *decis. 8.* & ibi addentes. Vera resolutio est, quod aut agitur de delicto commisso extra officium, & tunc pendente accusatione non est locus suspensioni: aut de delicto commisso in officio, & tunc suspensio fieri debet, nisi judex arbitretur accusationem calumniosam, aut malitiosam esse: ut dicit Franc. *d. decis. 8.* Joan. Andr. Georg. *alleg. 42. n. 21.*

12 Si tamen ageretur de tali delicto extra officium commisso, ex quo scandalum, si ille exerceret, resultare posset; perinde interdiceretur administratio ac si in officio deliquisset: teste Sanfelic. *decis. 61. num. 3. versic. sed ampliat. part. 1.*

13 Dices, quomodò sciri potest, utrùm quis sit diffamatus ante defensiones reo datas, sive in officiis Ecclesiasticis & regularibus, sive in temporalibus.

Respondeo duas hic adhiberi causæ cognitiones; unam summariam, antequam processus sit publicatus, ad effectum suspensionis ab officio decernendæ: alteram plenariam, ad effectum sententiæ in negotio principali proferendæ: de quo duplici judicio in simili casu tractat Merlin. *part. 1. controvers. cap. 40. num. 15.* & Sanfelic. *dicta decis. 61. num. 4.*

Sed in hoc casu suspensionis, audiendus est etiam summariè reus in suis rationibus, ut idem advertit.

Porrò licèt nonnulli distinxerint inter officiales jurisdictionem habentes, & non habentes, ut illi suspendi debeant ab officio, hi verò non debeant suspendi: unde dicunt notarium de falso accusatum, pendente accusatione instrumenta conficere posse, ut notavit Farin. *de falsit. quæst. 155. num. 64.* & adhibitis distinctionibus Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 21. num. 134. & seq. & cap. 22. per tot.* Tamen negari non potest, quin judex etiam in officiis sine jurisdictione, ratione scandali vel infamiæ procedere possit lite pendente, ad suspensionem: ut determinant Capiblanc. *de jure Baron. pragm. 5. num. 80.* Georg. *dict. allegat. 42. num. 21.* Sanfelic. qui ita judicatum refert *d. decis. 61.* ad instar tutoris qui ob solam suspecti accusationem suspenditur à tutela, *l. eum quem, Cod. de suspect. tutorib. & §. si quis autem, Institut. eod. tit.* Grivell. *d. decis. 60. num. 9.* 14

CAPUT XLV.

De validitate legati per Patrem liberis facti cum ea conditione, quod si ante 25. ætatis annum exirent è Societate Jesu, majori summa potirentur: utrùm sit contra bonos mores, an verò sit validum? Et de legato facto majoris summæ, liberis manentibus in sæculo, quàm Presbyteris, vel Religiosis.

SUMMARIUM.

1 *Conditio adjecta legato in odium religionis invalida est, & pro non scripta habetur.*

2 *Fideicommissum alicui injunctum casu quo fiat religiosus, nullum est, & dispositio pura remanet, & sine gravamine.*

3 *Relictum filio, si presbyter vel monachus fieret, non extenditur ad casum quo filius in sæculo manens sine liberis decedat.*

4 *Quibus casibus valida sit dispositio facta adversùs filios religiosos effectos.*

5 *Explicatur decisio Senatus Tholosani apud* Maynard. *lib. 5. cap. 14.*

6 *Conditio, si religiosus fiat, ademptionem legati continens, valida est, si facta fuerit principaliter pro conservatione bonorum in familia.*

7 *Pater plus relinquere potest liberis in sæculo manentibus, quàm religionem intrantibus: & num. 10.*

8 *Attenditur principalis intentio testatoris, licèt in consequentiam & secundariò religionis ingressus ratio habita sit per testatorem.*

9 *Dispositio in odium religionis valida est, quando in odium certæ religionis, vel certi ordinis facta fuit. Secus si in genere adversùs quascumque religiones.*

11 *Conditio retrahens à nuptiis temporalibus nulla est, & pro non scripta habetur.*

12 *Argumentum non valet à matrimonio carnali ad spirituale, si adsit diversa ratio.*

13 *Quæ sit ratio cur conditio retrahens à nuptiis temporalibus, sit nulla semper; non tamen semper, quæ à nuptiis spiritualibus.*

TEſtator filio ſuo ſeniori religionem Rever. Patrum Societatis Jeſu ingreſſo, domum quandam legaverat caſu quo ante 25. ætatis ſuæ annum exiret à dicta religione, & non aliàs, ſubſtituendo illi hoc caſu ejus liberos maſculos. Et caſu quo ante illam ætatem non exeat à dicta Societate, eandem domum alteri filio ſuo natu minori, qui novitius tunc erat in eadem Societate, ſub eadem conditione reliquit, ad eandem ætatem reſtricta: & ſi non egrediatur ante dictum tempus ſuæ ætatis 25. annorum, voluit domum illam in globo ſuæ hæreditatis remanere. Et cuilibet ex dictis duobus filiis alia fecit legata ſub ea conditione ſi ante ætatem 25. annorum exiret de dicta religione.

Ex quibus dum quæreretur utrùm legata illa R. Patribus Societatis eſſent quæſita, rejectis, & pro non ſcriptis habitis conditionibus prædictis: Dixi
1 hoc in primis conſtituendum eſſe: † Quod ſi teſtatoris intentio fuiſſet diſponendi in odium religionis, & filios ſuos invitandi ad admittendam vitam religioſam, talis conditio tanquam turpis eſſet rejicienda, & diſpoſitio remaneret pura in favorem religionis, & religioſi legatarij, Peregr. *de fideicom. artic.* 28. *num.* 75. Mohedan. *deciſ.* 3. *de teſtam. num.* 3. Rot. *deciſ.* 480. *num.* 9. *part.* 2. *recent.* Fu-
2 ſar. *conſil.* 141. *per tot.* Qui omnes concedunt † fideicommiſſum alicui injunctum, ſi religioſus vel preſbyter fieret, nullum eſſe, & diſpoſitionem puram & ſine onere manere, reprobato Alexandro
3 *conſil.* 100. *lib.* 4. ubi plus voluit: † nempe diſpoſitionem illam attendi ad caſum quo gravatus non efficeretur preſbyter, ſed decederet ſine liberis: ſed in caſu Alexandri aliæ concurrebant conjecturæ, ex quibus colligi poterat, teſtatorem non tam ad qualitatem Sacerdotij, quàm ad ejus effectum, nempe carentiam liberorum reſpexiſſe: ut benè advertit Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 16.
4 *n.* 9. † Supradictis accedit Theſaur. Jun. *lib.* 1. *quæſt. forenſ.* 60. *num.* 16. ubi explicat *conſil.* Caſtrenſ. 336. *lib.* 1. ut locum habeat, quando conſtat teſtatorem diſpoſitionem ſuam feciſſe in odium religionis: & ita videtur quoque intelligendus Simon de Prætis *lib.* 2. *de interpret. ult. volunt. interpret.* 2. *dubit.* 2. *ſolut.* 2. *num.* 193. *fol. mihi* 229. Galganet. *de condit. & demonſt. part.* 1. *cap.* 45. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 463.
5 *num.* 9. † Et in hoc etiam ſenſu procedit deciſio facta per Senatum Tholoſanum, de qua Maynard. *lib.* 5. *cap.* 14. ubi cùm filius hæres univerſalis ex ſemiſſe fuiſſet inſtitutus, ſi Jeſuitarum religionem deſereret, illa conditio fuit habita pro non ſcripta, & religioſus ille fuit admiſſus ad ſemiſſem hæreditatis: quia in caſu illo pater malum animum in ſuo teſtamento expreſſerat, & odium religionis oſtenderat, præſertim in illa clauſula: *Pour ſervir d'exemple à tous jeunes enfans de n'entreprendre tels vœux ſans le conſentement de leurs Peres, qui eſt contrevenir aux commandemens de Dieu.* Hoc eſt: *Ut filius meus ſit exemplo junioribus liberis, ne contra divinum præceptum ſimilia vota, renuentibus & invitis parentibus, faciant.* Item in illis verbis, *Oubliant ſa faute, & la luy pardonnant.* Hoc eſt: *Ejus culpæ & errori parcens.* Rursùs dum dicit: *S'il revient à moy & à mon obeyſſance avec repentance, non feinte ny diſſimulée à mon endroit.* Id eſt: *Si ad me & ad meam obedientiam vera & non ficta pœnitentia ductus redeat.* Quæ omnia cùm manifeſtum parentis odium erga religionem & ſtatum religioſum oſtenderent, non immeritò fuit judicatum valere relictum, conditione rejecta.

6 Si verò conſtare poſſit teſtatorem non malo animo, neque odio religionis talem feciſſe diſpoſitionem, tunc conditio erit valida & obſervanda, neque uti turpis reiicienda, v. g. ſi conſtet teſtatorem eo modo diſpoſuiſſe, eo animo ut bona in familia conſerventur, prout fieri ſolet in majoratibus & primogenituris; aut ſi agatur de feudo, aut illuſtri, ex qua domus ſive familia accipiat denominationem; tunc enim non odio religionis, ſed favore familiæ diſpoſitio facta cenſetur. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 54. Caſtill. *lib.* 3. *controverſ. cap.* 12. *num.* 36. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſput.* 34. *num.* 14. Duran. *de condit. impoſſib. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 34.

Sic permiſſum eſt patri plus relinquere liberis in 7
ſæculo manentibus, quàm religionem profitentibus: cùm hoc caſu mens teſtatoris non ſit ordinata, ut avertat liberos ab ingreſſu religionis; ſed ut proſpiciat rebus ſuis, & de eis diſponat ad commodum eorum, quibus ſibi magis viſum fuerit eas relinquere. Neque probabile eſt viros pios ab ingreſſu religionis avocandos ſub prætextu conſequendi aliquam pecuniarum ſummam, aut alia bona temporalia, dum de æternis cogitant, & ſe ſuaque omnia bona derelinquunt, ut Deo commodiùs inſervire poſſint: ut benè dicit Menoch. *conſil.* 169. *num.* 19. *volum.* 2. & poſt ipſum Gratian. *diſcept. forenſ.* 281. *num.* 21. addent. ad Ludou. *deciſ.* 63. *num.* 25. & 26. & fusè probatur ex traditis per Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 83. *numero* 3. *uſque ad* 27. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 424. *num.* 23. *junctis num.* 26. † Et generaliter 8
omnes in eo conveniunt, quod ſi conditio ea præcipuè intentione adjecta ſit, ut religioni noceatur, non valebit, & pro non ſcripta habebitur: ſi verò præcipua teſtatoris ſeu diſponentis intentio non tendat in odium religionis, valida remanebit, & obſervanda, ut tradit Fuſar. *loc. citat. numero* 25. & *quæſt.* 687. *num.* 13. Beltramin. *ad dictam deciſ. Ludouiſ.* 63. & omnes alij ſuperiùs citati, Ripol. *ad l. Titio centum* 1. *num.* 18. & *ſeqq.* *Titio centum*, §. *Titio centum*

Videndum igitur eſt, utrùm in caſu propoſito diſpoſitio teſtatoris cenſeatur facta in odium religionis; an verò ad aliquem bonum alium finem: & ſanè ad bonum potiùs finem, quàm in odium religionis factam fuiſſe, vel ex eo colligitur, quod per eum non ſimpliciter liberi relicto privantur, quòd religioſi fuerint, nec ea potiſſimùm intentione ut ipſi à religione poſſint averti; cùm illis legati fuerint bis mille aurei, ſive religioſi fuerint, ſive non & ſic non privantur paterna ſucceſſione in odium religionis, cùm illis multò minus relinquere potuiſſet, ſi odio religionis diſponere voluiſſet, & erga religionem malè affectus fuiſſet: ſolùm ergo dictus teſtator aurit legitum illud caſu quo liberi ante ætatem 25. annorum à religione illa recederent, ſeu dimitterentur: ſi verò poſt illam ætatem recederent, noluit illos plus habere, ſed duntaxat contentos eſſe legato 2000. ſcorum: Quod ſi odio religionis diſpoſuiſſet, illos argmento carere voluiſſet, ſive ante, ſive poſt 25. nos religionem dereliquiſſent. Quod probatur à ſimili. † Ad hoc enim ut diſpoſitio in odium religionis facta cenſeatur, non ſufficit illam fieri reſpectu certi caſus; ſed requiritur illam fieri generaliter in odium religionis in univerſum: & propterea non ſufficit quod fiat in odium certi ordinis, ſeu religionis, velut Sancti Dominici, vel Sancti Franciſci, ut dicunt omnes DD. ſuprà citati, & nominatim Galganet. *part.* 1. *c.* 45. *in tract. de condit. & demonſtr.* Eodem igitur modo dicendum videtur legati ademptionem & privationem, quoad illius augmentum, non videri factam odio religionis, cùm non generaliter & indiſtinctè, ſed reſpectu certæ ætatis facta fuerit. Pereg. *de fideicom. art.* 28. *num.* 75. *verſic. niſi teſtator expreſſiſſet.*

Oportet

Oportet igitur aliqua alia ratione motum fuisse testatorem, dum liberis post 25. annum à religione recedentibus nihil amplius legavit: fortè quia religiosi Societatis Jesu possunt post prima vota dimitti, & post ann. 25. suæ ætatis solent ad sacerdotium promoveri. Cogitabat ergo testator sacerdotes post 25. annum effectos, majori & ampliori legato non indigere, ideo liberis sacerdotibus professis, vel non professis, nihil amplius relinquere voluit.

Addatur quod testator dictis liberis ante 20. annum decedentibus, substituit liberos ipsorum masculos primogenitos, servato semper ordine primogenituræ; ita ut potius ad familiæ conservationem, quàm in odium religionis id fecisse videatur: Atque ita insequendo communem DD. opinionem quæ hodie est receptissima, videtur concludendum † testatorem minùs relinquere potuisse liberis in religione perseverantibus, quàm in sæculo manentibus: prout ultra DD. superiùs relatos servari testatur Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 32. versic. sed contrariam opinionem*, & alii relati per Fontanell. *de pact. dotalib. claus. 4. glos. 2. num. 34. & 35.* Cancer. *lib. 1. variar. resol. cap. 24. n. 11. & seq.* Sanch. in præcept. *decalog. lib. 7. cap. 15. n. 6.*

Neque obstat si dicatur conditionem retrahentem à nuptiis nullam esse, & pro non scripta habendam, *l. quoties 22. l. eum tale 71. §. Mævia, & l. Titio, si nupserit 99. ff. de condit. & demonst.* ergo & indistinctè rejiciendam esse conditionem, *si religionem ingressus fuerit*: cùm valeat argumentum à matrimonio carnali ad spirituale. † Quia argumentum illud non procedit quando in utroque diversa est ratio, prout in hoc casu; licèt enim status religionis sit perfectior, tamen status matrimonii utilior est bono communi Reipublicæ, propter procreationem liberorum: † & ideò hoc in casu, ab uno ad aliud non bene infertur, ut explicat Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 34. n. 11.* Duran *in tract. de condit. impossib. part. 2. cap. 3. num. 32.* status enim religionis potiùs respicit privatum ingredientis, quàm commune Reipublicæ bonum, ut per Duran. & Sanch. *locis citatis.*

CAPUT XLVI.

De dimidio laudemio de novennio in novennium solvendo, cujus temporis æstimatio debeat respici, & quomodo fiat. Utrum debeatur à monasterio, non expectatâ morte naturali religiosi, tam de jure communi, quàm de jure Gallico.

SUMMARIUM.

1. *Emphyteusis in Ecclesiam vel alias manus mortuas transferri non potest, & num. 3.*
2. *Dominus in concessione emphyteutica potest apponere pacta sibi benevisa.*
4. *Amortisatio quid sit in Gallia, & unde duxerit originem, & quomodò ab indemnitate differat.*
5. *Solutio dimidii laudemii unde duxerit originem, & quod in sola consuetudine rationabili fundetur.*
6. *Dominus directus cogere potest Ecclesiam ad vendendam rem emphyteuticam.*
7. *Si tamen eam in emphyteutam approbaverit, potest vigere consuetudinis petere indemnitatem dimidii laudemii.*
8. *Quando Dominus directus cogit manum mortuam ad vendendum, non debetur laudemium ex illa venditione.*
9. *Dominus directus non habet jus prælationis tempore solutionis novennii, cessante conventione.*
10. *Solutio dimidii laudemii, seu renovatio emphyteuseos, non est nova acquisitio.*
11. *Novus titulus non dicitur qui procedit ex causa necessaria in renovatione emphyteuseos.*
12. *Valor bonorum inspicitur de tempore redemptionis, quando nullum fuit definitum pretium.*
13. *Ius prælationis si competat longè post contractum, æstimatio fit juxta tempus quo fit prælatio.*
14. *Æstimatio fieri debet juxta tempus ad quod differtur executio contractus, & quo nascitur actio.*
15. *In evictione attenditur æstimatio temporis, quo contingit evictio.*
16. *In æstimando bona ad effectum dimidij laudemij, attendi debet valor de tempore solutionis.*
17. *Æstimatio fieri debet de tota re, & non per partes.*
38. *In æstimatione domorum debet haberi ratio expensarum, quæ fiunt pro illarum conservatione.*
19. *Res emphyteutica non debet uti libera æstimari, sed cum suo onere.*
20. *Onera realia in æstimatione rei deducenda sunt.*
21. *Domus an æstimentur ex fructibus, an ex communi valore.*
22. *Quid in domibus rusticis, quomodò illarum æstimatio facienda.*
23. *Emphyteusis, an durante vita monachi transeat in monasterium.*
24. *Durante vita monachi non debetur per monasterium laudimium Domino directo.*
25. *Consensus Domini non requiritur in alienatione à lege inducta.*
16. *Quid si adsit pactum de non alienando in manus mortuas.*
27. *In Gallia monasterium non succedit, & si bona possideat, statim debet amortisationem.*

QUando bona emphyteutica in Ecclesiam, vel in aliam manum mortuam transferuntur, variæ quæstiones inter ipsam & Dominos directos oriuntur, quarum decisio erit in praxi utilissima.

In primis igitur supponendum est, quod emphyteusis regulariter in Ecclesiam, vel in aliam manum mortuam alienari non potest, cùm vigore pacti quod in omnibus ferè recognitionibus appositum reperitur, quo emphyteutæ promittunt Dominis directis rem emphyteuticam non transferre in potentiores, nec in manus mortuas, vel in personas à jure prohibitas; † cùm permissum sit cuilibet in concessione rei suæ apponere pacta sibi benevisa, quibus non observatis, emphyteuta privatur jure suo: Joseph. Ludovis. *decis. Perus. 22. num. 7. & seq.* Corbul. *de jure emphyteut. tit. de causa privat. ob inobservant. pact. num. 1.*

Tum etiam ex juris communis dispositione, cùm Ecclesia & similes dicantur potentiores & privilegiatæ, in quas emphyteusis alienari non potest: Jason *in l. final. num. 97. Cod. de jur. emphyteut.* Corbul. *in tit. de caus. privat. ob alienationem, ampliat. 12. sub num. 1. versic. personæ autem.* Ludovis. *decis. 529. num. 6. & seq.*

4 In Gallia verò dum Rege conſentiente bona tranſeunt ad Eccleſiam, tunc dicitur fieri amortiſatio. Quia jure quidem antiquo apud Gallos Eccleſia non erat capax bonorum, inſequendo morem ipſius in primæva naſcentis origine, dum omnia bona inter pauperes diſtribuebantur: *cap. futuram Eccleſiam*, 12. *q.* 1. prout fusè proſequitur Guillelm. Benedictus *in cap. Raynutius, de teſtam. in verb. Et uxorem nomine Adelaſiam, deciſ.* 1. *numero* 268. Et in effectu, *Levi non habuit partem, neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis, quia ipſe Dominus poſſeſſo ejus eſt*: tamen ſucceſſu temporis permiſſa eſt perſonis Eccleſiaſticis bonorum emphyteutica poſſeſſio, obtenta à Regibus licentia & diſpenſatione quam vocant *Amortiſſement*, ut notavit Bacquet *du droit d'Amortiſſement, cap.* 40. data tamen indemnitatis compenſatione aliqua vel Regi, vel Dominis directis, ut ibidem notatur. Quod autem Regi ipſi perſoluitur, nuncupatur *droit d'Amortiſſement*. Quod verò Dominis aliis directis, vocatur *droit d'Indemnité*: de quo etiam jure loquitur Gaſp. Roder. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 34.

5 Quemadmodum autem in Gallia, ita & in aliis partibus introductum eſt, ut pro Domini indemnitate, manus mortuæ aliquid certo definito tempore perſoluant: veluti decimoquinto quoque anno, ut in regno Valentiæ, prout teſtatur Hieron. Leo *deciſ. Valent.* 77. *num.* 8. Apud nos verò jus illud indemnitatis præſtari ſolet dum bona devenerunt ad manus mortuas, veluti Eccleſias, Collegia, Civitates, & ſimiles, de novennio in novennium: & tunc de conſuetudine hujus patriæ ſoluitur dimidiatum laudemium, quod potius in conſuetudine quàm de jure communi fundatum eſſe teſtatur Leo *d. deciſ.* 77. *num.* 7. *&* 9.

6 Non tamen ideò credendum eſt, quod alienatione in manus mortuas veluti Eccleſiam facta, Dominus directus prohibeatur cogere ipſam Eccleſiam, aut aliam manum mortuam ad vendendum rem emptam, vel aliter acquiſitam, quinimò hoc ipſi licitum eſt, ut fusè explicatur per addent. ad Ludoviſ. *deciſ.* 520. *n.* 14. Barboſa *in cap. potuit*, *n.* 169. *de locat.*

7 Sed ſi Dominus directus non reclamaverit, dabitur illi actio pro ſua indemnitate ad conſequendum jus conſueti laudemij dimidij, aut alterius ſummæ Dominis directis tempore præfixo exigi ſolitæ, ut dicit Leo *d. deciſ.* 77. *num.* 6. dicens quod ſi Dominus recipiendo cenſum ab Eccleſia, fuerit excluſus à jure cogendi illam ad evacuandum; non tamen excluditur à jure cogendi illam ad ſolvendam compenſationem ſibi debitam ratione amortiſationis.

8 Dum autem Eccleſia, aut alia manus mortua cogitur vendere, non debetur Domino directo laudemium ex illa venditione, cùm ſit alienatio neceſſaria ex qua nullum debetur laudemium, prout ſæpè in facti contingentia vidimus obſervari; & hoc juri conſentaneum eſt, ex traditis per Amad. à Ponte *quæſt. laudem.* 26. fusè Burg. *de laudem. part.* 2. *inſpect.* 1. *num.* 13. cum pluribus per eum allegatis.

9 Soluente autem manu mortua dimidium laudemium Domino directo de novennio in novennium, vel aliam indemnitatem, modo & tempore juxta regionis conſuetudinem ſolui ſolito: fruſtra prætenderet Dominus (niſi adeſſet particularis conventio in contrarium, concedens hanc facultatem Domino directo:) ſibi competere jus prælationis, cùm illud ex diſpoſitione *l. final. Cod. de jur. emphyteut.* non competat niſi quando agitur de nova acquiſitione, & quando mutatur emphyteuta, ut probatur per text. in *d. l. final.* ibi, *Alienare, vel jus emphyteuticum in alium transferre.* Item ibi, *meliorationes ſuas aliis vendere, vel jus emphyteuticum in alium transferre.* † At- 10
qui ſolutio iſta dimidij laudemij, ſeu alterius indemnitatis, quamvis renovationem contineat recognitionis, non dicitur nova acquiſitio, ſed continuatio vel renovatio prioris. Gratian. *diſcep. forenſ.* 913. *num.* 21.

† Et cùm non proveniat ex aliqua cauſa voluntaria, 11
ſed neceſſaria, non poteſt haberi pro novo titulo. Rot. *deciſ.* 201. *n.* 19. *part.* 7. *recent.* Non poteſt igitur locus eſſe juri prælationis in favorē Domini direct.

Sed duæ notabiles in hac materia occurrunt quæſtiones. Prima quomodò debeat fieri æſtimatio bonorum emphyteuticorum, ad effectum liquidandi illud dimidium laudemium, quod Domino Directo pro ſua indemnitate penditur: utrùm habito reſpectu ad valorem bonorum juxta pretium conventum in contractu venditionis, an verò habito reſpectu ad tempus ſolutionis dimidiati laudemij; & aliàs quomodò fieri debeat æſtimatio. Ego aliàs in caſu propoſito Dixi, æſtimationem bonorum tam ad effectum juris prælationis quàm dimidij laudemij, quod Domino directo quolibet novennio (non quidem ex juris diſpoſitione, ut mox dictum eſt, ſed ex conſuetudine, vel ex peculiari conventione) competebat, fieri debere juxta tempus novennij, & non juxta tempus acquiſitionis. † Quoad jus retentionis feudalis, ſeu 12
prælationis, regula generalis eſt, attendendum eſſe ad valorem tempore redemptionis, quando nullum certum pretium eſt definitum: ut notavit Rip. *in l.* 1. *ff. de privileg. credit. num.* 21. *in fin.* ubi dicit, quod ſi fuerit dictum, quod aliquis poterit retrahere rem pro pretio quo fuit diſtracta, ſtandum eſt certo: ſi verò fuit ſimpliciter dictum, quod poſſit retrahere, hoc intelligitur pro juſto & communi pretio: ſi autem fuerit dictum, quod quis præferatur aliis omnibus; hoc intelligitur de pretio quod ab aliis reperiri poterit: quæ etiam videtur eſſe ſententia Tiraquelli *de retract. conſanguinit.* §. 1. *gloſſ.* 18. *num.* 18. ex qua doctrina Ripæ, Covarruvias *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 14. *num.* 6. *verſic. Quartò præterniſſa*, † infert 13
quod ſi quis exerceat jus prælationis ſtatim poſt primam venditionem, debet haberi ratio pretij illius temporis: quod ſi ex intervallo, ex aliqua ſpeciali cauſa emptor alteri rem emptam vendere cogatur, tunc juſtum pretium & æſtimatio debetur, nec habetur ratio pretij illius temporis quo res vendita fuit: quia hæc retentio, licèt originem ducat ex pacto præambulo, tamen nec datur actio, nec petitio ante declarationem domini directi: & propterea inſpicienda eſt æſtimatio illius temporis, quo retentionem petere & exercere dominus poteſt: per text. in *l. ſi hominem, ff. mandati, l. quoties in diem* 56. *ff. de* 14
verb. oblig. † ubi dicitur, quod ſi quis oleum in diem vel ſub conditione promiſerit; ejus æſtimationem ſpectare oportet eo tempore quo dies obligationis venit: & ratio ibi redditur his verbis. *Tunc enim ab eo peti poteſt*; addit Gloſſa, *cum effectu*: quia dicat quod licèt antea contracta ſit obligatio, non tamen datur actio & petitio cum effectu: & ideo eo tantùm tempore ſit æſtimatio, quo oleum peti poteſt: atque ita declarat Marian. Socin. *in l.* [illegible] *pulatus, num.* 264. *ff. de verb. oblig. volum.* 6. *Rep.*

Accedit præmiſſis, quod quando executio contractus confertur in tempus futurum; tunc non attenditur tempus contractus, ſed tempus executionis. Pinell. *in l.* 2. *de reſcind. vendit. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. 15
† Sicut in evictione valor attenditur, qui eſt tempore evictionis. Surd. *conſil.* 52. *numero* 50. & in retrovenditione attenditur pretium temporis illius, quo fit retrovenditio. Surd. *ibidem, num.* 51.

16 Et istis considerationibus motus Dixi, in æstimando valore bonorum ad effectum soluendi dimidij laudimij (nisi aliter conventum fuerit) debere attendi pretium temporis solutionis : cùm generaliter in æstimatione facienda attendi debeat tempus & locus quo fieri debet solutio, *d. l. quoties 59. ff. de verb. oblig.* & ibi DD. maximè Alexand. *& l. si hominem 37. ff. mandat. & in l. vinum, ff. si cert. petat.* & ita in propriis terminis consuluit Æmilius Ferret. *consil. 21.* ubi dicit quod communitas Masani tenetur soluere dimidium laudimium Domino illius loci pro molendino, habita ratione ad fructus & reditus qui percipiebantur ex illo molendino de tempore novennij, quo fieri debebat renovatio & solutio dimidij laudemij : quam sententiam sequitur Burg. *in tract. de laudim. part. 2. inspect. 6. num. 26.*

17 Æstimatio autem rei emphyteuticæ fieri debet hoc casu de tota re, prout tota valet ; & non per partes : *l. Mævius, §. final.* & ibi Bartol. *ff. famil. erciscund.* Idem Bartol. *in l. si ex falsis, Cod. de transact.* Glos. & Bart. *in l. 1. ff. commun. divid.* Pinel. *in l. 2. part. 3. cap. 4. num. 54. Cod. de rescind. vendit.* Oldrad. *consil. 235.* quem sequitur Tusc. *littera E, conclus. 670.* ubi quod totum æstimari debet ut quoddam totum ex partibus collectum ; non autem ut singulæ partes, nec habito respectu ad partes, quantùm quælibet pars per se considerata valeret : per text. *in d. l. 1. Cod. commun. divid.* Surd. *consil. 217. num. 13.* Burat. *decis. 538. num. 6.*

18 Et in æstimatione domorum & ædificiorum, debet haberi consideratio magnarum expensarum, quæ fiunt in illarum manutentione, & reparatione. Seraph. *decis. 952. num. 5.*

19 Similiter res emphyteutica, ad effectum solvendi laudemium, non debet æstimari tanquam libera ; sed cum onere subjectionis, tanquam emphyteutica : Amad. *quæst. laudem. 5. num. 1.* & sic quanti valet utile dominium, sine directo.

20 Deducenda etiam sunt onera super ipsa re imposita, veluti si magnus canon emphyteuticus solueretur : Blancard. *ad quæst. laudem. notab. 5. num. 3.* Licèt etiam pro domibus, castris, & ædificiis solvendum sit laudimium : quia ædificium solo cedit, li-

21 cèt reditus sint parvi. Boër. *decis. 19. num. 3.* † Tamen, regulariter domus parvi fructus & magni valoris non debent æstimari ex valore ædificij, sed ex reditu : quia domus magnæ potius ad ornatum, quàm occasione fructuum ædificantur. Joseph. Ludovis. *decis. Perus. 65. num. 11.* Quod non ita simpliciter verum est : non enim ædificia pretiosa ad rationem quinque pro centenario æstimanda sunt, ut advertit Surd. *consil. 151. num. 70.* sequitur add. ad Ludovis. *decis. 553. num. 16.* sed æstimatio fieri debet habito respectu ad materiam & formam : & videndum quanti similia ædificia in illo loco communiter venduntur, non autem simpliciter quanti materia & opere constant, nec quantos fructus reddunt : ut benè explicat Maresc. *lib. 2. variar. resolut. c. 114. num. 13.*

22 Æstimatio autem domus rusticæ non debet fieri principaliter, sed accessoriè, in quantum reddit utilius, vel deterius prædium. Rot. *decis. 457. numero 3. part. 3. recent.*

Secunda quæstio, utrùm emphyteuta religionem ingresso, Monasterium statim cogi possit ad vendendam rem emphyteuticam, an verò mors naturalis ipsius emphyteutæ religiosi expectanda sit ; & per consequens utrùm jus illud indemnitatis (quod apud nos est dimidium laudimium quolibet noven-

23 nio solvendum) exigi possit durante vita religiosi?

† In hac quæstione Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 31. num. 11.* distinguit inter emphyteusim Ecclesiasticam, & profanam. Ecclesiasticam durante vita monachi tranire in Monasterium testatur, nisi intra biennium revocetur : per text. *in authent. de alienat. & emphyt. §. 1. versic. si verò contingeret.* Profanam verò in monasterium vita monachi durante indistinctè transire vult. Contrarium tamen in hoc secundo capite in praxi receptum esse testatur, & quamvis agatur de emphyteusi profana, cogi posse monasterium, aut Ecclesiam ad evacuandum intra annum : ut ostendit *num. 13.*

Verùm quod durante vita religiosi non debeatur 24
laudemium, cùm bona ipso jure transeant in monasterium, probatur ex traditis per Felin. *in cap. in præsentia, num. 49. extr. de probat.* Gratian. *discep. forens. 481. num. 69. in fin.* add. ad Burat. *decis. 394. num. 11.* quia per professionem religiosi monasterium legis potestate succedit, juxta *authent. ingressi, Cod. de sacrosanct. Eccles.*

Consensus autem Domini non requiritur, quan- 25
do agitur de alienatione à lege inducta, per text. *in l. cùm pater, §. cùm inter, ff. de legat. 2.* secundùm unum intellectum. Glos. singularis *in l. pater, §. Iulianus Agrippa, ff. de legat. 3.* Bartol. *in l. si ita 95. §. ea lege, ff. de verb. obligat.* † Sed tamen si in 26
contractu recognitionis aut concessionis, emphyteuta expresè promiserit se non alienaturum in manus mortuas, prout plerumque fieri solet, non videtur licita translatio in monasterium : cùm sit de personis prohibitis, in *l. ult. Cod. de jure emphyt. in versic. his tamen personis.* Glos. *in cap. potuit, in verb. prohibentur, extr. de locat.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 33.* Quia per tacitam istam declinationem bonorum factam Ecclesiæ, contraveniretur pacto; quod tamen pro nunc non decido.

Sed Dico quod in Gallia cessat tacita ista bono- 27
rum dedicatio, expressa verò omnino prohibita est, & dicta *authent. Ingressi*, in illo regno abrogata est; & sic non succedit monasterium, etiamsi adesset expressa donatio in ejus favorem facta per ingredientem. Louet. *litera C, num. 8.* & ibi addentes fusissimè. Ita ut non posset religiosus, sive major, sive minor in Gallia in articulo suæ professionis, aliquid monasterio vel directè, vel indirectè legare : ut sancitum fuit ordinatione Regia Aurelianensi *art. 19.* & Blesensi *art. 28.*

Statim enim facta professione monachi in Gallia pro mortuis habentur, & uti ex familia exclusi reputantur : ut in dict. addit. ad Louet *litera C, numero 8.* Ergo statim in Gallia, non expectata morte naturali Monachi, cogi potest monasterium ad dimittendum vel ad solvendum dimidium laudimium suo tempore, nempe finito novennio, aut alias juxta loci consuetudinem.

CAPUT XLVII.

De jure cappæ, quod solvitur in receptione Canonicorum, & de validitate statuti quo jus istud solvi mandatur, & utrùm valida sit consuetudo solvendi aliquid officiariis capituli in ingressu. Quod si duo adsint collitigantes, quorum unus tantùm capitulariter receptus sit, utrùm duplex jus cappæ debeatur. Obligatio fidejussoris

pro ſoluendo jure cappæ, an ſit valida, & vtrùm lite pendente ſerviens vni beneficio per ſe, alteri per ſubſtitutum ex decreto, vtriuſque beneficij fructus lucretur, ſi ſecundi poſſeſſio illi adjudicata ſit.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de ſoluenda certa ſumma in receptione novi canonici in vtilitatem canonicorum, non valet. Sed vide infrà.*

2 *Non licet aliquid capere in ingreſſu canonici novi, per quod antiquì liberentur ab onere proprio.*

3 *Novi canonici non debent cogi ad ſoluendum aliquid pueris chori, campanario, & aliis officiariis capituli.*

4 *Confraternitates non poſſunt cogere nouos confratres ad aliquid ſoluendum. Intellige vt numer. 8.*

5 *Valet ſtatutum Eccleſiæ, vt novi canonici certam ſummam ſoluant pro cappa, vel pluviali.*

6 *Ampliatur etiamſi ſtatutum diceret non eſſe recipiendos canonicos, niſi prius ſolutâ cappâ.*

7 *Conſuetudo ſoluendi jus cappæ in receptione canonici vel dignitatis, non eſt reprobata à Tridentino.*

8 *Quomodò novi confratres cogi poſſint ad ſoluendum aliquid in ingreſſu confraternitatis.*

9 *Cautionem recipere licet pro ſolutione juris cappæ facienda, & illius obligatio eſt valida.*

10 *Quæ tacitè inſunt, licitè exprimi poſſunt abſque vitio ſimoniæ.*

11 *Licitum eſt conferre commendam ſub conditione ſoluendi iura conſueta.*

12 *Pactum fieri poteſt quod reſignans, fructus beneficij reſignati habeat, pro rata temporis quo inſeruiuit.*

13 *Valet pactum cum reſignante factum, quod reſignatarius vltimum in choro locum teneat.*

14 *Poſſeſſio non capitulariter capta, nulla eſt.*

15 *Gabella non debetur ex actu nullo, vel non effectuato.*

16 *Laudemium non debetur ex actu nullo, aut reſoluto ex cauſa exiſtente tempore contractus.*

17 *Statutum debet intelligi ſecundùm aliud caput eiuſdem ſtatuti.*

18 *Statutum quod loquitur de minoribus, debet intelgi de minoribus 20. annorum, juxta aliud caput eiuſdem ſtatuti declarantis minorem ætatem vſque ad annum vigeſimum.*

19 *Non poteſt capitulum conſequi jus cappæ ex receptione canonici impugnata ab ipſo.*

20 *Difficilis eſt exactio juris cappæ. Intellige de iure communi, ſecus ex ſtatuto, num. 21.*

22 *Jus exigendi cappam non tranſit ad tertium, cùm ſit actio perſonalis.*

23 *Qui ſuit negligens in exigendo penſionem, non habet pro ea actionem contra ſucceſſorem.*

24 *Sequeſtrati fructus debent dari ei cui beneficium fuit adjudicatum.*

25 *Duplex diſtributio debetur ei qui ex legis permiſſione duo obtinet beneficia.*

26 *Duo jura competunt ei qui duas ſuſtinet perſonas.*

27 *Beneficium incompatibile non dimittere quis tenetur, niſi poſt adeptam pacificam poſſeſſionem.*

28 *Qui duobus beneficiis inſervit, debet vtriuſque reditus percipere.*

STatuto & conſuetudine antiquiſſima Eccleſiæ Metropolitanæ certum eſt, ut quicumque ad canonicatus poſſeſſionem admittuntur, in ipſa poſſeſſionis adeptione certam pecuniarum ſummam pro jure cappæ ſoluere teneantur. Cujus quidem ſtatuti vigore, cùm capitulum ageret aduerſus canonicum hebdomadarium, non pro jure cappæ ſuæ poſſeſſionis, quod jam ipſe perſoluerat; ſed pro jure cuiuſdam collitigantis, qui ſe eiuſdem beneficij poſſeſſorem prætendebat, quaſi capitulo duplex jus cappæ pro duplici poſſeſſione deberetur; & Canonicus ille hebdomadarius vti canonicatus poſſeſſor non modò ſuum, ſed & collitigantis jus cappæ ſoluere teneretur: Dixi capituli petitionem nullo jure niti.

In primis enim ſupponendum eſt, ſtatutum hoc de ſoluendo jure cappæ in adeptione poſſeſſionis, variis obiectionibus impeti poſſe. Quia ſtatutum hoc vel conſuetudo tendere videtur ad privatam canonicorum vtilitatem, & per conſequens invalidum: per text. cum ibi not. *in cap. Iacobus 44. de Simon.* Liberantur enim canonici ab onere conficiendi ornamenta Eccleſiæ, ad quod ipſi obſtricti fuiſſent. † Vnde laudabilem non eſſe conſuetudinem, qua canonici recipiendi tenentur aliquid dare pro inſtauratione vel reparatione bonorum Eccleſiæ, cùm ex eo vtilitas privata reſultet in fauorem ipſorum canonicorum; cenſuit Nicol. Garc. *in tract. de benefic. part. 8. cap. 1. numero* 90. vbi refert declarationem Sacræ congregationis ſuper hoc factam. † Et hoc maximè procedere videtur, quia pars aliqua iſtarum pecuniarum ſolvitur pueris chori, adminiſtratoribus, campanariis, & aliis officialibus vel ſervitoribus capituli, quod illicitum eſt: ut docet Garc. *ibidem, numer. 91. & part. 3. cap. 2. numero* 198. vbi refert declarationem Sacræ congregationis ſuper hoc factam, ut *ibidem declarat. 9.* Unde & hanc conſuetudinem aliquid ſoluendi pro adeptione poſſeſſionis, tanquam ſimoniam, damnare videtur Rebuff. *in concord. tit. de reſeruat. §. final. verſic. quintò etiam infertur*, licet ſe remittat ad notata per DD. *in cap. cum M. de conſtitut.* Et hac de re multa, licèt ſatis confuſè, tradit Coſm. *in gloſ. pragmat. ſanct. tit. de annot. in verb. conſuetudinis.* Ubi Probus addit, † idem procedere in confratrernitatibus, quæ non poſſunt condere ſtatuta dicentia, quod quis recipi non poſſit, niſi decem ſolvat: ad quod allegat Præpoſit. *in cap. 1. diſtinct. 42.* Prædicta confirmantur ex diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 14. de reform.* & ex conſtitutione Pij V. quæ incipit: *Durum nimis*, edita anno 1570. pridie Kalend. Iunii, quam refert & explicat Bonac. *in tract. de Simon. quæſt. 7. §. 3. & Scort. Epiteme 110. theorem. 298.*

Sed tamen neceſſarium eſt ſtatutum illud & validum eſſe & obſervandum, prout quotidie non ſolùm in illa Eccleſia, ſed in pluribus aliis Eccleſiis collegiatis & capitulis ita obſervari videmus. Ita & in Eccleſia Tholoſana quilibet noviter receptus tenetur ſoluere 40. ducatos pro vna cappa, ſiue pluuiali; quia hoc factum dicitur in fauorem cultus divini; & ſic videtur permutatio ſpiritualis cum ſpirituali: ut aduertit Aufrer. ad deciſ. Capellæ Tholoſ. *quæſt. 311. verſic. ſed quid ſi ſtatuto.* † Quod ampliandum eſt, ut procedat etiamſi ſtatuto vel conſuetudine caueatur, quod non admittatur, niſi priùs ſoluerit: ut notat Cenedo *ad decretales, collect. 16. num. 2.* vbi propterea dicit conſuetudinem antiquam Eccleſiæ noſtræ Dominæ de Pilari validam eſſe, in qua Canonici,

Dignitates,

Dignitates, & portionarii noviter recepti solvunt certam pecuniam fabricæ ejusdem Ecclesiæ, ut vul-
7 gò dicitur pro cappa. † Quæ consuetudo valida est & attendenda, ac de jure servanda, etiam ex mente Concilii Tridentini, quo mandatur observari consuetudinem, qua aliquid in pios usus convertitur, & solutiones duntaxat illicitæ reprobantur: ut etiam notavit Scort. *dicto theorem.* 298. *colum.* 2. *versic. per hanc tamen constitutionem.* Bonacin. *d. quæst.* 7. *de Simon.* §. 3. *num.* 5. Zerol. *in prax. Episcop. part.* 2. *in verb. possessio beneficii*, §. 5. Barbos. *ad dictum Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 4. *num.* 11.

Ideo non obstant contraria, quia procedunt si pecunia illa converteretur in effectu in utilitatem propriam canonicorum; hoc enim illicitum est, quia esset dare spirituale pro temporali, contra juris & constitutionum dispositionem: ut patet ex iis quæ mox in medium attulimus.

8 Quod autem de confraternitatibus dictum est, intelligendum est ut locum non habeat, quando pecuniæ illæ pro ingressu exsolvi solitæ, in pios usus convertuntur: tunc enim non solùm validum, sed & laudabile statutum esse, vel consuetudinem, ut recipiendi aliquid in ingressu solvere teneantur, docet Sanch. *consil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 23. *num.* 8. cùm hoc convertatur in sumptus necessarios confraternitatis, & in usus pios.

9 Quemadmodùm autem licitum est ab ingredientibus, & ab iis qui ad canonicatus possessionem admittuntur, jus istud cappæ effectualiter recipere; ita etiamsi non realiter exsolvatur, licitum est cautionem de ea solvenda exigere: ut tenet Cosm. *in d. gloss. pragmat. sanction. tit. de annat.* quod probat per text.
10 *in cap. significasti* 4. *de elect.* ubi dicitur † ea quæ tacitè insunt, licitè exprimi posse absque vitio simoniæ: quod & firmat Sanch. *in consil. moralib. lib.* 2. *cap.* 3. *dubio* 25. *num.* 9. *versic. At non est simonia:*
11 ubi dicit † non esse simoniam, imò licitum esse alicui conferre commendam, eo adjecto modo & conditione, ut solvat quadraginta aureos, quos ex ordinis statuto tenetur solvere quisquis eam commendam habuerit: quidquid enim à jure permissum est, potest licitè in pactum deduci. Campanil. *in diversor. juris canonici, lib.* 11. *rubric.* 27. *num.* 41. Ubi propte-
12 rea infert † validum esse pactum, quod resignans fructus beneficii lucretur pro rata temporis quo beneficium possedit: unde & in *c. ex insinuatione, de simon.*
13 habetur, † conditionem tenendi ultimum locum in choro, non esse simoniam; quia de jure inest. Bonac. *de simon. quæst.* 6. *punct.* 1. *num.* 7.

His ita constitutis, deveniendo ad resolutionem principalis quæstionis propositæ, fundatam non fuisse capituli prætentionem, in petendo duplici jure cappæ; probatur ex eo quod competitor dicti canonici beneficiarii nunquam acceperat possessionem illius beneficii capitulariter, imò quando comparuit in capitulo, fuit illi responsum, jam fuisse competi-
14 tori datam possessionem, & de fructibus pro eodem beneficio duobus responderi non posse. † Possessionem autem non capitulariter captam, nullam esse certi juris est. Paris. *de resign. lib.* 6. *quæst.* 5. *num.* 32. *& lib.* 10. *quæst.* 6. *num.* 42. Cassador. *decis.* 8. *de caus. possess. & proprietat.* Gonsal. *ad reg.* 8. *in proœmio*, §. 3. *num.* 81. Et in effectu possessio dicti beneficii uni tantùm fuit concessa, nempe huic canonico hebdoma-
15 dario, qui jura cappæ pro sua possessionis adeptione capitulo persolverat. † Et probatur exemplo gabellæ, quæ ex actu nullo non debetur. Jason. *in l. non dubium, num.* 9. *Cod. de lecib.* Ubi idem esse asserit quando tractatur de actu non effectuato, quia verba legis vel statuti intelligi debent cum effectu: *l.* 1. §. *hæc verba, ff. quod quisque juris*, fusè Asinius *de execut.* §. 1. *cap.* 39. *num.* 11. *& per tot.* † Similiter lau- 16
demium non debetur ex actu nullo, aut ex actu resoluto ex causa existente tempore contractus. Pap. *lib.* 4. *tit.* 2. *art.* 29. Qua de re videatur Amad. à Pont. *quæst. laudim.* 38. *&* 39. Claper. *causa* 66. *quæst.* 1.

Multòque magis præmissa procedunt, quia statutum illius Ecclesiæ, quod astringit ingredientes ad solvendum jus cappæ, debet interpretationem desumere ex illa parte ejusdem statuti, qua prohibetur hebdomadarios admitti, nisi qui de gremio ejusdem Ecclesiæ fuerint: & sic dictus competitor qui repellebatur à capitulo, tanquam non existens de gremio, & habebat impedimentum proveniens ex ipsismet statutis ejusdem capituli, † non poterat dici 17
comprehensus in alia parte statuti loquentis de jure cappæ, argumento text. *in l. si cum fundum* 126. *ff. de verb. signif.* Rot. *decis.* 168. *num.* 5. *part.* 4. *recent. tom.* 1. 18
† ubi propterea dicitur, quod statutum Urbis dum loquitur de minoribus, debet intelligi de minoribus viginti annis, secundùm dispositionem ejusdem statuti in alio capite.

Propterea cùm Capitulum semper impugnaverit 19
admissionem dicti competitoris, non potuit ex actu impugnato commodum juris cappæ reportare: præsertim cùm impugnatio sortita fuerit suum effectum, & dictus competitor repulsus fuerit à portione dicti beneficii: ut per Seraph. *decis.* 620. *num.* 5. *cum similibus.*

Addebatur etiam, quod difficilis erat exactio con- 20
tra resistentes & repugnantes pro consequenda solutione istorum jurium: ut dicunt DD. *in dict. cap. cùm M.* 9. *de constitut.* Garc. *de benef. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 86. sed hæc ratio non militat, nisi in terminis juris communis. † Nam existente capituli statuto 21
legitimè confirmato, datur actio & petitio pro consequenda solutione istius juris cappæ: † nempe con- 22
dictio ex statuto, quæ est merè personalis, sicut & aliæ condictiones, §. *sit itaque*, cum ibi notat. *Instit. de actionib.* & ideo non egrediebatur personam dicti competitoris, nec potest intentari contra dictum canonicum hebdomadarium, qui non est successor dicti competitoris, nec ab eo jus meritur; sed est omninò tertius, & extraneus.

Denique dictum capitulum omninò excludendum 23
erat, qui facto proprio seipsum excluserat, dum oblatam pecuniam, imò & depositam per dictum competitorem expressè recusaverat: & sic, etiamsi illi competiisset actio contra successorem in beneficio, quæ tamen (ut dictum est) non competebat, ab ea excluderetur propter culpam & recusationem suam, ut probatur à simili de successore in beneficio, qui non tenetur ad pensiones decursas tempore sui prædecessoris, quando creditor fuit negligens in exigendo. Seraph. *decis.* 1351. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 201. Pacific. *de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 626.

His rationibus motus Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Guillelmus du Nozet, Dominus meus singularis, Rotæ Romanæ Auditor, tunc Vicelegatus Avenionens. inclinabat in favorem dicti canonici hebdomadarii, pro exclusione capituli ab illo duplicato jure cappæ.

Aliud tamen subtiliter dubium excitavit, quod cùm dictus canonicus hebdomadarius possideret antea beneficiaturam in eadem Ecclesia incompatibilem sub eodem tecto, juxta *cap. de multa, & præbendis*, cum similibus, quam beneficiaturam non dimisit, nec dimittere tenebatur, quia canonicatus heb-

domadarius erat litigioſus; videtur quod non potuit eodem tempore percipere fructus & diſtributiones utriuſque beneficii incompatibilis.

24 Huic tamen dubio reſponſum fuit, rem fuiſſe deciſam per decretum in judicio contradictorio ab eodem Domino Vicelegato factum, quod fructus hebdomadariæ ſequeſtrarentur ad fines reſtituendi illi cui daretur mandatum de manutenendo: & ſic cùm dictus canonicus hebdomadarius fuiſſet judicialiter manutentus, dictaque decreta interveniente capitulo facta fuiſſent, mandari debeant executioni, & fructus ſequeſtrati illi reſtitui; quia non ad alium finem fit ſequeſtratio, quàm ut fructus & diſtributiones reſtituantur ei, qui in lite vicerit: Gonzal. *ad regul.* 8. §. 7. *proœmial. num.* 241.

25 Addebatur communem eſſe Canoniſtarum ſententiam, illum qui duo beneficia obtinet ex legis vel ſuperioris permiſſione, utriuſque diſtributiones lucrari. Abbas *in cap. cùm olim, de re judic.* & ibidem Felin. qui de communi teſtatur. Covarru. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 13. *num.* 6. Corſet. *in tract. de verb. geminat. verſic.* 68. Vivius *lib.* 1. *comm. opinion. in verb. Archidiaconus*, & ita judicatum fuit per Rotam Rom. *in Oriolenſi canonicatus, coram Remboldo, die* 10. *Iunii* 1619. cujus copia dabatur, quæ poſtea fuit inſerta *deciſ.* 124. *part.* 3. *recent. tom.* 2. ubi dicitur ita fuiſſe declaratum per S. Congregationem Concilii interpretum: & *deciſ.* 94. *num.* 1. *ead. part.* 4. *tom.* 2.

26 Quia † quotieſcumque duorum jura in eadem perſona remanent, unumquodque ſubſiſtit illæſum, nec jus unius perſonæ confunditur cum jure alterius; ſed quodlibet de per ſe conſideratur: ut in *d. deciſ.* 94. *num.* 2. & 3. & in alia ſimili apud Barboſ. *alleg.* 62. *num.* 22. & *ſeq.*

27 Hoc autem in caſu, dictus hebdomadarius beneficium ſimul cum canonicatu illo retinere jure permittente poterat, donec lis ſuper hebdomadaria fuiſſet terminata, *cap. ſi tibi conceſſo*, & ibi DD. *de præbend.* Mareſcot. *lib.* 2. *variar. reſol. capit.* 35. *num.* 111. ne deinde contigiſſet ipſum utroque privari. Seraph. *deciſ.* 1254. *num.* 1. & ne cogeretur utroque privatus in dedecus ordinis clericalis mendicare. Garc. *de benef. part.* 11. *num.* 105. Seraph. *deciſ.* 953. *num.* 1. Cùm ergo hebdomadariæ per ſubſtitutum inſervierit, juxta decretum in judicio contradictorio factum, beneficiaturæ verò per ſeipſum, debuit ſine dubio fructus & reditus utriuſque

28 beneficii lucrari: cùm generalis ſit regula: † Illum qui duo poſſidet beneficia, quorum uni per ſubſtitutum inſervire poteſt, per ſe alteri poſſe inſervire, & utriuſque fructus ſuos facere, ex traditis per Garc. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 75. in illis verbis: *Nam ſi poſſet deſerviri per alium, non poſſent dici beneficia incompatibilia ratione reſidentiæ*, atque ita per ſupradictas rationes fuit judicatum in favorem dicti canonici hebdomadarii.

CAPUT XLVIII.

Vtrùm Judæi compelli poſſint domus parietes tapetibus ornare, ſicut faciunt Chriſtiani, quando Sanctiſſima Euchariſtia defertur proceſſionaliter per civitatem, tranſeundo ante domos quas Judæi inhabitant. Et incidenter agitur de liberis Judæorum, an invito patre, matre, avo, aut uno ipſorum, baptizari poſſint. Quibus in caſibus cogi poſſint Judæi ad facienda ea ex quibus honor religioni Chriſtianæ inferri poteſt. Denique utrum hodie Judæi dare poſſint ſuis uxoribus libellũ repudii.

SUMMARIUM.

1 *Sanctiſſimum Sacramentum non debet proceſſionaliter deferri ante domos Iudæorum. Intellige ut num.* 16.

2 *Iudæi ex ſpeciali gratia ſummi Pontificis habitant in regionibus immediatè ſubjectis Sedi Apoſtolicæ.*

3 *Lex Moyſis apud Hebræos ſervanda eſt, & in quibus caſibus. Remiſivè.*

4 *Filii Iudæorum doli non capaces, non poſſunt invitis parentibus baptiſari.*

5 *Filii Iudæorum doli capaces baptiſantur, etiam renuentibus parentibus, ſi ipſi velint.*

6 *Si pater, mater, aut avus diſcordent ſuper baptizatione infantis, quis prævaleat?*

7 *Si pater Hebræus baptiſandum obtulerit, an poſſit pœnitere re integra.*

8 *Iudæi quoad ſpiritualia non ligantur legibus canonicis, & num.* 9.

10 *Fallit quando conſtitutio ſpecialiter comprehendit Iudæos.*

11 *Dies feſtos in Gallia hæretici obſervare tenentur, ex ordinatione Regia.*

12 *Iudæi non ſunt tolerandi in iis quæ tendunt in opprobrium fidei Chriſtianæ.*

13 *Iudæi non poſſunt cogi formaliter ad exhibendum Deo cultum ſecundùm legem noſtram: poſſunt tamen compelli ad actus ex quibus honor divinus oriri poſſet, quoad actus materialiter conſideratos.*

14 *Actus quidam ſunt indifferentes, quorum bonitas vel malitia dependet ex intentione agentis.*

15 *Actus interiores ab humana voluntate procedentes, nullo modo poſſunt dependere à voluntate alterius hominis.*

17 *Iudæi compelli poſſunt ad audiendam prædicationem verbi Dei.*

18 *Iudæi hodie non poſſunt duas uxores viventes ſimul habere.*

19 *Limitatur, ut non procedat, ſi Iudæus prima uxori dederit libellum repudii.*

20 *Hodiernis temporibus Iudæos uxores ſuas dimittere non poſſe, etiam dato libello repudii, Dafferes graviſſimi exiſtimant.*

21 *Intellige niſi juſta ſubſiſtente cauſa.*

22 *Sed tamen communis opinio & in praxi recepta eſt, ut etiam hodiernis temporibus Iudæi uxores ſuas dimittere poſſint, dato illi ſolemniter libello repudii, ſecundùm legem Moſaicam.*

QUæſtio propoſita fuit pro veritate examinanda: Utrùm Judæi compelli poſſint ad ornandas petibus domum, quando proceſſionaliter defer Sanctiſſimum Sacramentum per vias publicas, a feſto ſacratiſſimi Corporis Domini Noſtri Jeſu CHRISTI: quæ variis pro utraque parte dictis rationibus agitata fuit. † In primis enim adducitur ordinatio Sacræ Congregationis rituum, qua probibetur ſanctiſſimam Euchariſtiam deferri per loca & plateas in quibus Judæi habitant, ut retulit Barbol. *in tractat. de Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 22. *num.* 4. & in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tract. de offic. & potest. Paroch. cap. 20. num. 33. & in decis. Apostol. collect. 405. num. 8. Ergo frustra videtur quærendum, utrùm Judæi cogi possint domus suas, seu illarum parietes tapetibus ornare.

2 Secundò, quia cùm Judæi in terris Ecclesiæ ex benignitate summi Pontificis habitare possint, & ex ipsius gratia speciali, ut dicitur *in decis. 194. num. 14. part. 4. recent. tom. 2.* non sint in eorum lege turbandi,

3 aut legem nostram observare cogendi. † Imò apud ipsos lex Moysis observanda sit, ut copiosè per plures casus explicat Cyriac. *controvers. 241. per tot.* Surd.

4 *decis. 133.* Et propterea † filii Hebræorum paruuli qui non sunt capaces rationis, non sunt baptisandi parentibus invitis: Cavalcan. *decis. 21. num. 14. part. 2.* Afflict. *decis. 151.* Natta *consil. 434. num. 5.* Benincas. *de pauper. quæst. 11. num. 8.* Gratian. *discept. forens. cap. 658. num. 31.* Paschal. *de patr. potest. part. 1. cap. 7.*

5 *num. 3.* † Si tamen puer esset doli capax, posset invito patre baptisari, qualis est ille qui habet ad minus decem annos cum dimidio. Pascal. *d. part. 1. cap. 7.*

6 *num. 5. & 6.* † Et si concurreret mater conversa cum patre Judæo, præferenda esset mater favore religionis: & hoc casu filius invito patre baptisaretur, quamuis in infantia constitutus: Gratian. *discept. foren. 977. num. 20. & seq.* Imò si adesset avus paternus qui peteret filium infantem baptisari, præferendus esset contradictioni patris, cùm avus habeat nepotem in sua potestate, ut copiosè ostendit Gratian. *discept. 977. per tot.* Pascal. *d. cap. 7. num. 4.* Multò minùs qui habent usum rationis, compelli poterunt ad observandam legem nostram; militem enim voluntarium diligit Deus, ut dicunt omnes DD. supra

7 citati: † adeo ut si pater pœnitentia ductus ante susceptum baptismum filios sibi restitui petierit, tali casu filii patri sint restituendi, ut copiosè consuluit Mart. *consil. 184. per totum.* Si autem Hebræi cogerentur ad ornandos parietes domus tapetibus in honorem sanctissimi Sacramenti, cogerentur legem suam violare: ergo non sunt ad hoc astringendi.

8 Tertiò, quia in spiritualibus concernentibus favorem animarum, Judæi non ligantur legibus canonicis, neque in sacramentalibus; quia de eorum anima non curamus; cùm ipsi de ea non curent: *cap. gaudeamus, de divort.* Thusc. *litt. I, conclus. 368. n. 1. & conclus. 369. num. 24. & 27.* Farinac. *in fragment. in verb. Iudæi, num. 639.* Viu. *opinion. 392. num. 3.* ergo cùm decretum illud de ornando domum tapetibus respiciat spiritualia, videtur quod non liget Hebræos.

9 In contrarium tamen Respondi contra Hebræos, ipsos cogendos esse ad domum tapetibus ornandam, vel potius ornari faciendam: quia licèt statuta & ordinationes factæ circa ea quæ cultum divinum respiciunt, non afficiant infideles, *l. spadonem 17. §. constitutiones, & §. jam autem*, ubi dicitur: *constitutiones sine molestia in iis solis jubere esse Iudæos, per quæ cultus divinus inquinari videtur; ff. de excusat. tutor. & l. 3. §. finali, ff. de Decurion.* ubi dicitur, necessitatem Judæis imponere constitutiones, ita tamen ut

10 superstitiò eorum non lædatur. † Tamen quando constitutio aliquid specialiter mandat fieri per Judæos, tenentur obedire, ne per contemptum & inobservantiam talis ordinationis, videantur illudere Christianis: *cap. quia, & cap. in nonnullis, §. diebus, ext. de judiciis*, ubi prohibetur Judæis ne diebus hebdomadæ sanctæ in publico compareant, aut fenestras

11 vel ostia aperta teneant. Similiter decretum super observantia festorum comprehendit Judæos, quando de ipsis specificam facit mentionem: Ricciul. *in tract. de person. extra grem. Eccles. existent. cap. 8. num. 2. & 3.* Bertach. *in tract. de gabell. part. 7. quæst. 17. num. 38. & 39.* † Sicut & prudenter ordinatione Regia constitutum est in Gallia, ut omnes cujuscumque 11
religionis, teneantur observare dies festos à sancta Catholica & Romana Ecclesia indictos; nec possint illis diebus laborare, vendere, vel apothecas publicè apertas tenere: ut habetur inter ordinationes Regias apud Theveneau *liu. 1. de l'estat Ecclesiastique, tit. 11. art. 5. & en la conference des ordonnances Royaux, lib. 1. tit. 1. art. 20.* † Et certum est Judæos non 12
esse tolerandos in iis, quæ tendunt ad opprobrium illius qui probra nostra delevit: *cap. in nonnullis, §. illud autem, de Iudæis.* Et nobis fidelibus esset verendum, ne divinam indignationem incurreremus, si ea fieri pateremur, quæ fidei nostræ confusionem inducunt: *cap. etsi Iudæos, eod. tit.* Ricciul. *lib. 2. c. 18. num. 2. & 3.*

Præterea advertendùm est, in illa actione tapetibus domus parietes exteriores ornandi, duo consi- 13
derari: nempe materiam, & actionem ipsam materialem; secundò formalem intentionem honorandi sanctissimum Sacramentum. Respectu hujus secundi capitis, verissimum est non debere cogi Judæos ad adorandam & honorandam sanctissimam Eucharistiam: quia hoc esset contrarium legi, quâ ipsos uti tolerat summus Pontifex, & contra *d. l. 3. §. final. ff. de Decurion.* & alia omnia jura in contrarium allegata: sed quoad ipsam actionem materialem, non potest dici quod Judæi cogantur legi suæ contravenire; tum quia nemo impedit quin ipsi mediante pecunia opus hoc per interpositas Christianorum personas exercere possint: sicut aliquibus in locis coguntur verrere viam ante palatium ubi transire debet sanctissima Eucharistia: quod ipsi Hebræi per se non exercerent, sed per Christianos, quorum operas locant: tum etiam, quia cùm actio illa domus tapetibus ornandi sit ex se indifferens, nec sit actio honoris & reverentiæ erga Christum Dominum, nisi quatenus ad id dirigitur ex intentione operantis, non potest dici, quod Judæi cogantur ex hoc violare legem suam, quia non coguntur ad aliquem actum internum honoris & reverentiæ erga sanctissimum Sacramentum, cùm sola causa & intentio ornantis reddat actionem illam bonam inter Christianos, & malam in lege Judæorum. † Et probatur ex iis, quæ circa bonita- 14
tem vel malitiam actionum indifferentium copiosè tradit Sanch. *lib. 1. in præcep. decalogi, cap. 7. num. 8.* & per totum illud caput. † Actus autem internus 15
honoris non dependet à voluntate præcipientis hominis, sed à mera voluntate & libero arbitrio operantis; quia excedit omnem humanam potestatem: ut dicit idem Sanch. *in præcep. decalogi, lib. 6. cap. 2. n. 6.* ergo non potest dici quod Judæi dum coguntur parietes domus tapetibus ornare, adstringantur ad violationem superstitionum suarum.

Non obstant adducta in contrarium. Quod enim 16
primo loco dicitur ex resolutione sacræ rituum Congregationis, locum haberet si sanctissima Eucharistia deferretur per plateas & vicos, ubi soli Hebræi habitant; non autem quando (prout in casu proposito) adsunt permixta Christianorum domicilia; in quo casu non decidit quidquam Congregatio, cujus tamen decisioni & correctioni me submitto.

Ad secundum Respondetur, Judæos non turbari in exercitio eorum superstitionis: quia non coguntur ad aliquem actum cultus exterioris, aut interioris erga sanctissimum Sacramentum; sed ad actum quemdam qui ex se est indifferens, nec recipit bonitatem nisi ex intentione operantis; ut suprà dictum est *num. 13. & seqq.*

Ad

Ad tertium Reſpondetur, hic non tractari de ſpiritualibus, ſed de quodam actu exteriori, qui ex ſe indifferens eſt: & licèt bonus ſit ex intentione præcipientis, tamen reſpectu operantis non dirigitur ad honorem ſanctiſſimi Sacramenti, niſi ratione intentionis; quæ cùm bona non ſit in Judæis, non poteſt quoad ipſos dici actus honoris & reverentiæ erga ſanctiſſimam Euchariſtiam: & per conſequens non
17 adeſt ulla coactio ad violandam legem ſuam: † veluti quando coguntur ad audiendam prædicationem verbi Dei. Ricciul. *dicto lib.2.cap.37.*

Similiter quamvis cauſa matrimonialis ſit ſpiritualis, non tamen in omnibus poſſunt Judæi ſequi leges, & conſuetudines Judaicas quoad matrimonia contrahenda: ſed canonicis etiam ſanctionibus ſupponi poſſunt, † veluti quoad polygamiam, quæ olim
18 apud Judæos frequentabatur, & tamen ea conſuetudo Judæorum ſublata eſt, etiam quoad ipſos Judæos ex lege Evangelica, cui ipſi quoad hoc obedire tenentur: ut notat Thomas Sanch. *de matrim. lib.7.*
19 *diſput.80. num.12. & 14.* † Non poſſunt igitur Judæi duas ſimul habere uxores, niſi prima legitimè dimiſſa, dato libello repudii: ut dicitur *in l. nemo Iu-*
20 *dæorum 6.* & ibi Bartol. & alii, *Cod. de Iudæis.* † Imò quoad libellum repudii, non licere Judæis uxoribus illud dare poſt legem Evangelicam, cui in hoc ipſo obedire teneri aſſerunt Doctores graviſſimi, veluti Sanch. *de Matrim. lib.10. diſput.1. num.9. & lib.5. diſput.12. n.1.* Baſil. Pont. *de matrim. lib.7. cap.50.* Bonac. *de matrim. quæſt.2. punct.11.* Barboſ. *ad rubric. ff. ſolut. matrim. 2. part. rubric. num.10.* ubi alios citat. Gutier. *de matrim. cap.106. num.2. & 3.* Covarr. *in epitom. 4. decret. part.2. cap.7. §.4. num.6. & 7.*

21 Sed tamen Hoſtienſis *in cap. gaudemus, de divort. colum. antepenult. in verb. qui autem*, hoc explicat dicens, hoc locum habere ſi repudium daretur inter Judæos, & divortium fieret ſine juſta cauſa. Et ſtatim ibi in *verb. repudiavit*, explicat, *id eſt ſine cauſa.*

22 Major tamen pars Doctorum exiſtimat licitum eſſe Judæis aliam uxorem ducere, primâ ſolemniter repudiatâ, ut teſtatur Barboſ. plures citans in *d. l. nemo, Cod. de Iudæis*, & *in cap. de infidelibus, n.3. de conſang. & affinit.* Farinac. *in fragm. litt. I. num.652.* & ita practicatur Avenione, ut teſtatur D. de Laurentiis *deciſ. Rot. Avenion.157.* Bertrand. *conſil.132. volum.6. & conſil.124. volum.7.* Tuſch. *in verb. Iudæus, concluſ. 369. num.2.14. & 23. & concluſ.371. num.74.* Vivius *opin.533. n.7.* Alexand. *conſil.72. num.2. volum.2.* Abb. *in d. cap. de infidelibus, de conſang. & affinit. num.6.* Hoſtienſ. *ibidem, in fin. in verb. inter eos.* Joan. Andr. *num.5.* Zabarel. *num.4.* Butrius *num.9.* Alexand. de Nævo *num.10.* quos citat Barboſ. *in eod. cap.* Baiard. ad Clar. *in §. fornicatio, num.37.* Bald. *conſil.428. n.4. volum.5.* Menoch. *de arbitr. caſu 420. num.94.* Ita ut hæc poſterior opinio receptior ſit, & in praxi apud nos obſervata.

Quidquid ſit, concludendum eſt, Judæos rectè cogi poſſe ad procurandum, quod eorum domus tapetibus exornentur tempore dictæ proceſſionis; maximè ut evitetur contemptus & ſcandalum, cùm omnes aliæ domus præter Hebraicas tapetibus ornatæ ſint.

CAPUT XLIX.

Vtrùm licentia prædicandi Religioſo data ſub ea conditione, ut ante ſuſceptum diaconatus ordinem prædicare non poſſit, de jure ſit valida. Quibus in caſibus actus qui purè fieri poſſunt, fieri valeant ſub conditione. Et ex quibus actus dicatur conditionalis, vel modalis.

SUMMARIUM.

1 *Religioſi, cujus licentiam obtinere debeant, ut prædicare poſſint, ſive intra, ſive extra ſuorum ordinum Eccleſias.*

2 *Pœna religioſi prædicantis ſine Epiſcopi licentia, quæ ſit.*

3 *Religioſis ſine licentia prædicantibus, non poteſt de jure Epiſcopus pœnam declarare.*

4 *Hodie tamen ſecus eſt ex conſtitutione Gregorii XV.*

5 *Quidquid purè fieri poteſt, etiam ſub conditione fieri poteſt regulariter: & num.7.*

6 *Actus legitimi non recipiunt diem & conditionem contra ipſorum naturam, ſecus ſi conditio illorum naturæ non repugnet.*

8 *Clerico in ſacris nondum conſtituto, munus prædicandi committi non poteſt.*

9 *Verba ſub conditione quandoque habent vim modi potiùs quàm conditionis.*

10 *Verba ſub conditione aliquando potius ſignificant legem actui datam, quàm conditionem.*

11 *Clauſula, & non aliter, nec alio modo, non ſemper facit conditionem.*

12 *Duplex eſt forma, una ſubſtantialis, alia effectualis, quæ non impedit actus perfectionem.*

13 *Conditio non nocet dum apponitur executioni actus perfecti.*

14 *Subſtantialia judicii inter religioſos ſervanda ſunt.*

15 *Religioſi, in caſibus in quibus appellatio ipſis prohibita eſt, poſſunt recurrere ad ſuperiores per viam querelæ.*

COnſtitutum eſt in Concilio Tridentino *ſeſſ.5. de reformat. cap.2. in regulares*, quod cujuſcumque ordinis regulares, etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum, prædicare non poſſint, niſi à ſuis ſuperioribus de vita & moribus ac ſcientia examinati, & approbari fuerint; & de eorum licentia, cum qua perſonaliter coram Epiſcopis ſe præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur antequam prædicare incipiant. In Eccleſiis verò quæ ſuorum ordinum non ſunt, ultra licentiam ſuperiorum ſuorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in Eccleſiis non ſuorum ordinum nullo modo prædicare poſſint. Quod Concilii decretum refert, & explicat Mirand. *in Manuali prælatorum regul. part.1. pul.10. & ſeq.* Hieron. Rodetic. *quæſt. regul. 112. num.2.* Diſtel. *in dubiis regul. in verb. prædicatores, num.11.* † Qui addit, pœnam prædicantis abſque Epiſcopi licentia eſſe, excommunicationis non latæ, ſed ferendæ ſententiæ: *cap. excommunicamus 13. §. quia verò, de ſtatic.* † Sed illos ſic ſine Epiſcopi licentia prædicantes non ab Epiſcopo, ſed à ſuo ſuperiore puniendos eſſe: juxta declarationem Sacræ Congregationis. † Hodie tamen ab Epiſcopo puniri poſſunt ex conſtitutione Gregorii XV. Barboſ. *in deciſ. Aſp. collect.637. num.2.*

Sed in facti contingentia dubitatum fuit, utrum valida eſſet licentia cuidam regulari à ſuo ſuperiori ad prædicandum conceſſa, ſub ea conditione, ſi ante

effectu prædicare non posset, nisi post susceptum diaconatus ordinem: & utrùm licentia illa sine causæ cognitione, & inaudita parte potuerit à Vicario generali ordinis revocari.

5 Validam fuisse, nec revocari debuisse talem licentiam existimavi: quia regula generalis est, quidquid potest fieri purè, potest etiam fieri sub conditione, §. *emptio, Institut. de empt. & vendit.* §. *omnis stipulatio, Instit. de verbor. obligat. l. 2. ff. de in diem addict.* & notat Dynus *in capit. actus, de regul. jur. in 6.*

6 Et licèt actus legitimi non recipiant diem, neque conditionem, *l. actus 78. ff. de reg. jur. & cap. actus 50. eodem in 6.* tamen intelligendum est ut locum habeat, quando dies & conditio est contra naturam ipsorum actuum; secus est, quando conditio vel dies
7 non est contra substantiam, vel naturam illorum. † Quia tunc procedit illa generalis regula contraria, de qua suprà; nempe quod quidquid potest fieri purè, potest etiam fieri sub conditione: ut dicunt Dec. & Cagnol. *in d. l. actus, de regul. jur.* Galganet. *in tract. de condit. & demonstr. part. 2. cap. 1. quæst. 102. num. 1. & 2.* Conditio autem illa, quod regularis prædicare non possit, nisi post susceptum diaconatus ordinem, non est contra, sed præter naturam
8 actus. † Quia licèt clerico in sacris non constituto, prædicatoris munus committi possit, ut ex mente Sacræ Congregationis Concilii refert Barbos. *in decis. Apostolicis, collect. 592. num. 6.* tamen non est inconveniens quod superior regularis, ad quem spectat dare licentiam prædicandi, possit illam suspendere ad certum tempus, vel ad certum casum, cùm hoc non repugnet naturæ concessionis.

9 Præterea verba *sub conditione*, non semper faciunt conditionem, sed sæpè sonant in modum: videlicet quando actus in se perfectus est, eique adjicitur aliquid quod semper respicit tempus ipsius actus jam perfecti: ut notatur *in l. 1. Cod. de his quæ sub modo leg. vel fideicom. relinq.* & declarat Glos. *in cap. verum, de condition. appos. l. ea conditione, Cod. de rescindend. vendit. l. quoniam*, & ibi Bald. *Cod. de rer. permut. l. cùm vos, Cod. de donat. l. Mævia, ff. de manumiss. testam.* Unde cùm licentia prædicandi sit purè
10 concessa, & illius exequutio dilata ad tempus quo religiosus diaconatum assumpserit; † verba illa, *sub conditione*, potiùs legem datam religioso significant, quàm conditionem; & actus approbationis remanet purus, sed ejus exequutio dilata ad tempus diaconatus. Tiraquel. *de retract. conventional. §. 2. gloss. 1. num. 76.* & bene explicat Joan. Andr. Georg. *alle-*
11 *gat. 31. num. 12. & seq.* † Qui hoc ampliat *num. 23. & seq.* ut locum habeat, etiamsi adjecta fuisset clausula, *& non aliter, nec alio modo*: quando talis clausula
12 respicit actum perfectum, dicens † duplicem esse formam, unam substantialem, cujus omissio vitiat actum, quia impedit perfectionem actus: aliam verò esse formam effectualem, quæ quamvis requiratur effectivè, tamen illius omissio non vitiat dispositionem; quia respicit actum perfectum, & requiritur ex postfacto: *ut ibidem, num. 24. & 25.*

13 Denique, quia etiamsi ageretur de actu conditionali, non nocet illius validitati adjectio conditionis, quando talis conditio apposita fuit executioni, & non substantiæ actus: quod in casu proposito factum fuit; in quo licentia prædicandi purè data fuit, ita tamen quod effectualiter ante susceptum diaconatus ordinem, facultatem illam exercere nequeat: & probatur *in d. l. Mævia*, ibi: *libertas sub conditione suspensa, ff. de manumiss. testam.* Dec. *in d. l. actus legitimi, num. 7. ff. de reg. juris.*

Vicarium autem generalem, qui non citatâ parte 14
ad dictæ licentiæ cassationem processit; non minus nulliter, quàm injustè decrevisse constat. Injustè quidem, ob rationes superiùs deductas: nulliter verò, quia citatio est de jure naturali, & de substantia judicii: & licèt inter religiosos solemnitates judiciorum non attendantur; tamen substantialia judicii omninò servanda sunt. Emanuel Roderic. *tom. 2. quæst. regul. 3. artic. 1.* † Et propterea à tali declaratione 15
potuit appellari, & ad superiores regulares saltem per viam querelæ recurri: ex traditis per Sanch. *in præcept. decalog. lib. 6. cap. 8. num. 110.* ubi dicit quod in casibus in quibus religiosi appellare non possunt, propter constitutiones & regulas sui ordinis; possunt tamen per viam querelæ ad superiores recurrere: licèt hic recursus non suspendat jurisdictionem Prælati inferioris, donec inhibeatur.

CAPUT L.

Quomodo, & quando minor adversùs beneficii resignationem ex causa læsionis in integrum restitui debeat, tam de jure communi, quàm ex supremorum Galliæ tribunalium decretis: & quomodò probetur læsio, aut circumventio hoc casu. De resignatione facta in favorem præceptoris, aut alterius erga minorem habentis authoritatem. Vtrùm minor restituatur adversùs regulam de triennali. Et de resignatione in favorem, facta coram Legato, in Gallia non recipienda.

SVMMARIVM.

1 *Minores habentur pro majoribus in causis benefi-cialibus.*

2 *Minores & filii familias in causis spiritualibus legitimam habent personam standi in judicio, etiamsi agatur de simplici fundatione Missarum.*

3 *Minor restituitur adversùs resignationem, stante læsione, vel circumventione.*

4 *Minor adversus repudiationem hæreditatis paternæ restituendus est, etiam re non integra.*

5 *Differentia est inter resignantem beneficium, & repudiantem paternam hæreditatem.*

6 *Titulus successionis hæreditariæ est lucrativus.*

7 *Petens restitutionem adversùs resignationem beneficii jam adepti, agit de damno vitando.*

8 *Non datur minori restitutio ad revocanda alienata, si adversùs repudiatam extranei hæreditatem illam imploret.*

9 *Minor adversùs læsivam feudi refutationem in integrum restituitur.*

10 *Quamvis minor habeat in casu speciali legitimam personam standi in judicio, hoc debet intelligi, ut non minùs in integrum restitui possit, si læsus fuerit. Et num. 12.*

11 *Minor restituitur adversùs renunciationem beneficii jam obtenti, non autem adversùs repudiationem obtinendi.*

13 *Restitutio in integrum facilius in causis spiritualibus concedenda est.*

14 *Minor*

14 *Minor adversùs triennalem adversarii poſſeſſionem non reſtituitur in Gallia.*

15 *Minor quatuordecim annorum, quibus concurrentibus beneficium reſignare poſſit.*

16 *Læſio minoris reſignantis, ex quibus probari poſſit.*

17 *Quibus concurrentibus circunſtantiis minor in Gallia adverſus reſignationem beneficii reſtitui ſoleat.*

18 *Reſignatio facta in favorem præceptoris, gubernatoris, aut alterius poteſtatem ſuper reſignante habentis, irrita eſt in Gallia.*

19 *Minor læſus in reſignatione, & circumventus, implorat remedium reintegrandæ, in Gallia.*

20 *Rejicitur opinio Cravetæ* conſil. 90. num. 4. *& aliorum.*

21 *Clauſula*, conſcientiam oneramus, *facit ut commiſſarius non teneatur procedere in forma judicii.*

22 *Probatio per evidentiam facti admittitur contra acta Epiſcopi commiſſarii Apoſtolici.*

23 *Proviſio in Legatione facta in vim mandati conditionalis ad reſignandum, non recipitur in Gallia.*

MInorem, qui beneficium monachale Cluniacenſis ordinis poſſidebat, adverſus illius reſignationem per ſupremam Curiam Parlamenti Delphinatus reſtituendum eſſe Cenſui, propter enormiſſimam & totalem læſionem. Quia in decimo octavo, vel circiter, ſuæ ætatis anno conſtitutus prioratum illum in favorem ſui Superioris regularis reſignaverat, cujus reſpectu & occaſione, juxta bullas ſuæ proviſionis, profeſſionem in illo ordine emiſerat: quâ reſignatione ſic factâ nihil ipſi remanebat unde in illo ordine vivere poſſet.

1 Quamvis enim minores in beneficialibus pro majoribus habeantur, & contractus omnes facere poſſint; ut teſtatur Rot. apud Burat. *deciſ.* 483. *num.* 7. ubi agitur de validitate contractus per majorem 14. annorum, minorem tamen 25. circa pen-
2 ſionem Eccleſiaſticam celebrati. † Unde & minorem, ac filiumfamilias tam agendo, quàm excipiendo, per ſe, & abſque patris interventu in judicio ſtare poſſe, circa capellaniam pro celebratione miſſarum fundatam, cenſuit eadem Rot. *deciſ.* 571. *num.* 1. *part.* 4. *recent. tom.* 1.

3 Tamen ſi cum minori ætate concurrat læſio vel dolus reſignatarii, concedi debet omninò minori in integrum reſtitutio, ut tandem concludit Pariſ. *in*
4 *tract. de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 45. † Idque etiamſi poſſeſſio in reſignatarium tranſlata fuerit, & res non ſit ampliùs integra: per text. in *l. final. Cod. de repudiand. hæredit.* ubi habetur, minorem adversùs repudiatam paternam hæreditatem in integrum reſtitutionem obtinere poſſe, quamvis bona in emptores tranſlata fuerint, & ſic res non ſit ampliùs integra.

5 Sed hæc ampliatio, licèt in ſe vera ſit; non tamen per illum textum probari videtur: quia non eadem eſt ratio repudiantis hæreditatem, & beneficium reſignantis: qui enim hæreditatem repudiavit, certat de lucro non amittendo, ut probatur *in l.* 3. *Cod. de*
6 *jur. & fact. ignorant.* † cùm titulus hæreditarius, ſit titulus lucrativus, *l.* 1. §. *lucrativus*, *Cod. de imponend. lucrat. deſcript. lib.* 10. *l. inter ſtipulantem*, §. *ſi rem*, *ff. de verb. obligat.* Et ſic dum minor adversùs repudiatam hæreditatem reſtituitur, non adversùs damnum paſſum, ſed adversùs lucrum omiſſum reſtitui
7 dicitur. † Qui verò adversùs beneficii reſignationem reſtitui vult, agit de damno vitando, & de jure jam quæſito recuperando: unde multò fortiùs datur reſtitutio in integrum adversùs beneficii renunciationem læſivam, etiamſi jam alteri facta fuerit collatio: per text. *in l. ſciendum, cum duabus legibus ſequentibus*, *ff. ex quibus cauſis major.*

Et ſic non obſtat text. *in l. ait prætor* 25. §. *Scævola*, 8 *ff. de minorib.* ubi ſi non agatur de hæreditate paterna, de qua loquitur text. *in d. l. fin. Cod. de repud. vel abſtin. hæredit.* ſed de hæreditate extranei repudiata; non datur minori in integrum reſtitutio quando bona fuerunt alienata: quia illo caſu agitur de lucro; at in caſu reſignationis beneficii, de damno, & amiſſione juris jam quæſiti.

Unde hanc ſententiam ultra Pariſ. ſupra citatum tenet Boër. *deciſ.* 350. *num.* 4. *colum.* 1. *in fin. & ſeq.* adinſtar feudi per minorem refutati, quod reverti-
tur ad Dominum; & tamen minor adversùs hanc refutationem in integrum reſtituitur. † Item quia licet minor ex aliqua cauſa ſpeciali legitimam perſonam habeat ſtandi in judicio, non ideò privatur beneficio reſtitutionis. Et Guillelm. Benedict. *in c. Raymutius*, *in verb. adjecta impuberi*, *num.* 62. ubi dicit, † quod tractans de beneficio obtinendo, videtur tractare de lucro: ideo minor ad beneficium ſibi debitum, quod petere omiſit, non poteſt tanquam læſus & damnum paſſus petere reſtitutionem: ſecùs in beneficio jam obtento: quia illud reſignando læſum & damnum patitur circa jus quæſitum. In eadem ſententia reſidet Peregr. dicens contrariam non eſſe tutam, *in tract. de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 47. *verſ. vel etiam reſponderi poteſt.* Covar. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 5. *num.* 3. *verſic. contrariam ſententiam.* Puteus *deciſ.* 427. *lib.* 1. *in correct.*

Neque obſtat quod opponebatur, minores in beneficialibus haberi pro majoribus. Quia reſpondetur hoc eſſe verum quoad agendum, & adminiſtrandum; non tamen quoad hoc ut excludatur à beneficio reſtitutionis in integrum; adinſtar Eccleſiæ quæ agere poteſt in judicio; & tamen non impeditur petere reſtitutionem in integrum, ſi læſa fuerit: *cap.* 1. *de reſtitut. in integrum.* † Imò fortiùs in Eccleſiaſticis 23 & ſpiritualibus concedenda eſt minoribus reſtitutio quia Eccleſia non debet tolerare fraudes, & deceptiones in iſtis contractibus: *argum. cap. cum monaſterium*, *de rer. permut.* Et ita ad objectum reſpondet Panormit. *in cap. ex parte*, *num.* 16. *de reſtitut. ſpoliat.*

Notandum tamen eſt, quod ſi minor paſſus fuerit adverſarium pacificè beneficium reſignatum poſſidere, difficilè poſſet in Gallia reſtitutionem adversùs lapſum triennii obtinere: ut dicit Prob. *in addit. ad gloſ. pragmatic. ſanct. in tit. de pacific. poſſeſſ.* §. 1. *in verſ. impedimenti*, *in fin. verſic. unum tamen dico tibi*, quo loco teſtatur ſe nunquam vidiſſe, nec audivisse quod adverſus decretum de pacificis poſſidentibus minor fuerit reſtitutus; nec in eo, quod petitorium concernit, nec quoad poſſeſſorium coram Judicibus in Gallia privativè agitari conſuetum. Vide Gomez *ad regul. de trienn. anaſt.* 15. ubi benè diſtinguit, ad quem ſe refert Cokier *ad reg.* 31. *num.* 3. Pel. *in anal. commen. cap.* 35.

Quod ſi reſignans eſſet minor quatuordecim annorum, prout vel diſpenſatione, vel etiam ſine ea in Gallia beneficium obtinere poteſt, teſte Peleo *in addit. action.* 48. tunc ſolus ille beneficium reſignare non poſſet; ſed duo hoc caſu requiruntur. Primò, quod fiat hoc fiat in manibus Superiorum. Secundò, quod fiat cum cauſæ cognitione. Guillelm. Benedict. *in dict. cap. Raymutius*, *in verb. & adjecta*, *num.* 62. *de reſtitut.*

Læſionem

16 Læsionem autem in casu proposito, imò & deceptionem interveniſſe conſtabat: quia minor iſte nullum aliud obtinebat beneficium, & unde viveret condecenter ſecundùm ſtatum ſuum non habebat: ſi enim plura habuiſſet beneficia, & uno ipſorum ſe exoneraſſet, nequaquam deceptus dicendus fuiſſet: ut benè explicat Rebuff. *in prax. tit. Ratione perſonæ & rei vitiatur reſign. numero 5.* Gomez *de*
17 *trienn. d. quæſt. 15.* † Qua læsione ſic ſuppoſita, ſuprema Galliæ tribunalia minoribus, adversùs beneficij reſignationem inconſultè factam, beneficio reſtitutionis in integrum ſuccurrere ſolent: ut pluribus arreſtis judicatum teſtatur Mornac. *in l. ait prætor 7. in princip. ff. de minoribus.* Louet, & ibi addent. *litter. B, numero 7.* ubi tamen in fine dicit, quod ſi ageretur de majore 18. vel 20. annorum, in quo nulla conſiderari poſſet circumventio, reſtitutionem Curia adversùs beneficij renunciationem ſo-
18 let denegare. † Verùm ſi agatur de reſignatione facta ad utilitatem magiſtri, præceptoris, vel alterius ſuper reſignante habentis authoritatem; tunc non ſolùm reſtitutio conceditur, ſed etiam tales reſignationes diſtrictè prohibentur. Idem fuit deciſum apud Papon. *lib. 16. tit. 3. arreſt. 3.* ubi dicitur ex ſola ætate non concedi reſtitutionem, niſi alia concurrant: & *lib. 3. tit. 11. arreſt. 1.* & ibi addent. Ricc. *collectan. 2977.*

19 Et hoc caſu, quando adeſt reſignatio per minorem inconſultè facta in favorem, ſeu ad utilitatem perſonæ, ſub cujus gubernatione exiſtit, poteſt ab eo intentari remedium reintegrandæ, ut reponatur ad priſtinam beneficij reſignati poſſeſſionem. Charond. *lib. 1. reſponſ. 46.* quem ſequitur Ricc. *dict. collect. 2977.*

20 Itaut parum ſit curandum de opinione Cravettæ *conſil. 90. num. 4.* & aliorum qui minori denegandam in integrum reſtitutionem hoc caſu exiſtimant: cùm adversùs eos ſit magis communis ſententia, & Rotæ Romanæ, ac plurium ſupremorum tribunalium ſuperiùs notata decreta.

21 Addebatur & hoc caſu, minùs difficultatis adeſſe in concedenda reſtitutione minori reſignanti: cùm in proviſionibus per reſignatarium obtentis, data fuiſſet commiſſio Archiepiſcopo ordinario, ſeu ejus Officiali de mittendo in poſſeſſionem reſignatarium, *ſi ipſi conſtiterit dictum Andream habere aliundè, unde commodè vivere poſſit.* Quæ verba ſunt conditionalia, ita ut non verificata conditione, dictus Archiepiſcopus non potuerit in poſſeſſionem reſignatarium inducere.

Et quamvis Archiepiſcopus non teneretur proceſſuras judiciales deſuper facere: quia in commiſſione adjecta fuerant illa verba, *ſuper quo conſcientiam veſtram oneramus*, quo caſu ſufficiunt extrajudiciales informationes, ut notat Garc. *de benefic.*
22 *part. 6. cap. 2. n. 247.* † Tamen contrarium per evidentiam probari poterit, oſtendendo notoriè reſignantem nihil habere, unde commodè vivere poſſit, non obſtante decreto per Archiepiſcopum facto: ut probatur per text. *in cap. fin. de ætat. & qualit. ordinan.* in illis verbis, *& per evidentiam facti.*

23 Præmiſſis accedebat, quod mandatum ad reſignandum in Legatione factum fuerat in favorem, cum clauſula, *& non aliàs, aliter; nec alio modo*, quæ reſignandi forma coram ſummo Pontifice admittitur; ſed coram Legato non recipitur apud Gallos: imò nulla eſt tali caſu reſignatio. Ratio eſt, quia ſi Legatus talem reſignationem ſub conditione factam admittit, pactionem illicitam approbare cenſetur: ſi verò ſpreta mandati ad reſignandum forma provideat, collatio facta reperitur ſub falſo vacandi modo: ut benè arguit addit. ad Louet *littera C, num. 40. in gloſ. A.* Et ex his dictus reſignans per Curiam Parlamenti fuit reſtitutus, & ad ſuum beneficium reintegratus.

CAPUT LI.

De quadruplici perſonarum differentia apud Religioſos Societatis JESU, inter quos illi qui Scholaſtici nuncupantur, poſt emiſſa ſimplicia vota biennij, quamvis verè Religioſi ſint; & votum paupertatis emiſerint; poſſunt tamen bona, beneficia, & penſiones Eccleſiaſticas retinere, & de bonis ſuis diſponere; limitatè tamen ad voluntatem, ſeu licentiam Superiorum. Et quid obſervetur hodie in Gallia. Quid ante Henrici IV. conſtitutionem. Quid denique ſtatuendum ſit quoad bona per eos in Principatu Auriacenſi poſſeſſa, tam de jure communi, quàm ex Sereniſſimi Principis conſtitutionibus.

SUMMARIUM.

1 *Patres Societatis IESV, poſt emiſſa vota ſimplicia, ſunt vere religioſi.*
2 *Religioſi non habent velle, nec nolle, & de bonis ſuis diſponere non poſſunt.*
3 *Quatuor perſonarum genera in Societate IESV conſiderari poſſunt.*
4 *Ieſuitæ poſt vota ſolemnia ſunt incapaces bonorum, & ſucceſſionis, ſaltem ad effectum illa retinendi.*
5 *Coadjutores formati qui ſint in Societate IESV.*
6 *Scholaſtici qui nominentur inter religioſos dictæ Societatis.*
7 *Religioſi Societatis prædictæ, poſt emiſſa ſimplicia vota biennij, poſſunt bona ſua retinere, ut facilius, ſi caſus occurrat, dimitti poſſint.*
8 *In Gallia poſt edictum Henrici IV. Ieſuitæ poſt emiſſa vota biennij ſunt bonorum incapaces.*
9 *Ante Henrici IV. conſtitutionem, Ieſuitæ poſt vota ſimplicia emiſſa, erant capaces bonorum.*
10 *Dominij præcipuus effectus eſt, ut quis de bonis ſuis ad libitum diſponat.*
11 *Arguere non licet ab aliis religioſis ad Ieſuitas: quia hi propriis & peculiaribus vivunt regulis.*
12 *Ieſuitæ etiam poſt emiſſa tria vota ſimplicia, remanent adhuc in probatione.*
13 *Paupertatis voto non repugnat, quod vovens bonorum ſuorum poſſeſſionem retineat, reſtricta tamen ad ſuperioris voluntatem.*
14 *Quomodò intelligendum ſit quod dicitur, Papam non poſſe diſpenſare ut monachus proprium habeat.*
15 *Religioſi Societatis nondum ſolemniter profeſſi quomodò differant, quoad bonorum retentionem, à monachis.*
16 *Qui dominium habet ſine adminiſtratione, non prohibetur de re ſua diſponere, intervenientibus ſolemnitatibus requiſitis.*
17 *In ſtatu Auriacenſi religioſi non ſuccedunt, niſi ſpecia-*

ſpecialiter & expreſsè ipſis relinquatur, facta mentione incapacitatis ipſorum.

18 *De jure communi religioſi teſtari, & de bonis ſuis diſponere non poſſunt.*

19 *Explicatur conſtitutio Sereniſſimi Principis Auriacæ, ſub titulo* Quartæ Trebellianicæ.

20 *Verba ſtatuti vel conſtitutionis, quantum fieri poteſt, interpretationem accipere debent à jure communi.*

21 Authent. Ingreſſi, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. *debet intelligi de illis qui effectualiter profeſſionem emiſerunt.*

22 *Religioſi per ingreſſum & profeſſionem bona ſua & ſeipſos Deo offerunt.*

23 *Ieſuitæ emittendo vota ſimplicia, reſervant ſibi dominium bonorum, juxta conſtitutiones Societatis.*

24 *Emiſſio votorum biennij in dicta Societate, non facit profeſſos, cùm in illa viventes promittant ſe profeſſuros quando placuerit Superioribus.*

25 *Ieſuitæ ſemper expelli poſſunt, non obſtantibus votis ſimplicibus, etiam ſine culpa ſua, ſed non ſine cauſa.*

26 *Votum non debet operari contra intentionem voventis.*

27 *Votum eſt lex ex ſola voventis intentione conſurgens.*

28 *Tempore Apoſtolorum, & multò poſt, religioſi ſimplicibus votis contenti erant.*

29 *Religioſi Societatis IESV ſimiles ſunt religioſis antiquis, & primi temporis Eccleſiæ.*

30 *Primis Eccleſiæ temporibus religioſi voventes paupertatem, bonorum ſuorum dominium retinebant, & de iis diſponere poterant.*

31 *Reſervatio dominij regulata ad voluntatem ſuperioris, etiam in ſolemni profeſſione religionis, valida eſt.*

DUm de validitate donationis univerſalis inter vivos factæ per quendam religioſum Societatis JESU diſputabatur, eo quod poſt emiſſa vota ſimplicia in dicta Societate, elapſo novitiatus bienni o, nondum tamen ſecuta ſolemni profeſſione, facta fuiſſet; pro validitate donationis poſt longam diſputationem judicatum fuit, quæſtione in duo capita diſtincta. Quorum alterum donationis illius validitatem aut invaliditatem reſpiciebat, juxta juris communis diſpoſitionem: alterum verò referebatur ad ſpecialem Principatus Auriacenſis conſtitutionem, ſub titulo *de la Quarte Trebellianique, artic.* 15. qua monaſteriis & religioſis ſucceſſio tacita prohibetur; niſi expreſsè, & facta mentione incapacitatis ipſorum, vocati ſint.

1 In primo capite, res dubia primo intuitu videbatur: quia nemo negat, quin Patres dictæ Societatis ante ſolemnem profeſſionem, emiſſis tamen votis ſimplicibus, ſint verè religioſi, ut determinavit Gregor. XIII. duplici conſtitutione edita anno 1582. & 1584. quod Doctores omnes unanimi conſenſu

2 fatentur. † Si verè ſunt religioſi: non habent velle, nec nolle, nec de bonis ſibi obventis teſtari, vel diſponere poſſunt. *Authent. ingreſſi, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. can. quia ingredientibus, 19. quæſt. 3.* Michaël Graſſ. §. *teſtamentum, quæſt. 34. numero 1.* Tamburin. *de jure Abbat. tom. 2. diſput. 22. quæſt. 18. numero 1. & ſeq.*

3 Pro reſolutione hujus difficultatis ſupponendum eſt in hac clariſſima Societate, quatuor perſonarum conditiones conſiderari poſſe. Primò enim, quidam ſunt novitij, qui nondum aliquod voti genus emiſerunt: & de his non eſt quæſtio noſtra; cùm indubitatum ſit, illos de bonis ſuis ad libitum diſponere poſſe: & ſi non diſpoſuerint, ipſis intra annum novitiatus decedentibus, bona illorum ad ſucceſſores ab inteſtato devenire debere: ut notatur *in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtat.*

Secundum genus eſt eorum, qui vota emiſerunt 4 quæ ſolemnia nuncupantur, ad differentiam ſimplicium, quæque juxta formas in dicta Societate præſcriptas fieri ſolent: & de his ſimiliter non agimus, quia iſti ſunt incapaces bonorum, & ſucceſſionis ſaltem ad effectum bona retinendi: Burat. *deciſ.* 245. Gabriel *conſil.* 28. *lib.* 1. nam quoad effectum bona vendendi, & illorum pretium in uſus neceſſarios convertendi, non obſtante profeſſione, capaces ſunt: ut notavit Marta *conſil.* 11. *num.* 41.

Tertium genus eſt Coadjutorum formatorum ſive 5 ſpiritualium, qui deſumuntur ex religioſis quarti generis, ſive etiam coadjutorum temporalium, qui licèt ſolemnia vota non emittant; non tamen ex conſtitutione capaces ſunt dominij, nec condere poſſunt teſtamenta, nec hæreditates adipiſci quandiu ſunt intra Societatem; nam ab ea expelli poſſunt, & quotidie (gravioribus ex cauſis!) expelluntur: & de his ſimiliter modò non agimus; cùm religioſus de quo agitur, tempore donationis, intra quartum dictæ Societatis ſtatum conſtitutus eſſet.

Quartum itaque genus eſt eorum quos ſcholaſti- 6 cos vocant, qui votum quidem caſtitatis, paupertatis & obedientiæ emiſerunt, ſimplex tamen; & inter hos aliqui futuri ſunt ſacerdotes, & alij in ſtatu laicali remanſuri, cum titulo coadjutorum temporalium: & iſti remanent perpetuo obligati Societati, ſed Superior Generalis poteſt eos ſemper dimittere cum cauſa, abſque illorum culpa, non obſtantibus dictis votis, juxta ſtatuta dictæ religionis, & conſtitutiones à ſede Apoſtolica confirmatas: & iſti poſſunt de bonis ſuis cum authoritate Superiorum diſponere, & bona temporalia poſſidere. † Nam ut Societas majorem haberet libertatem illos, ſi opus eſſet, dimittendi, ſapienter 7 proviſum fuit eos poſſe poſſidere bona ſua, ne ſi poſtea dimitterentur, omnibus ſuis bonis ſpoliati, in dedecus ordinis clericalis mendicare cogerentur: ut expreſsè diſponitur in conſtitutione prædicta Gregor. XIII. quæ incipit, *Aſcendente Domino*, 8. Kalend. Jun. 1584. & omnes DD. unanimi conſenſu teſtantur, Anton. Ricciul. *de jur. perſon. extr. gram. Eccleſ. exiſten. lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 2. Gatc. *de bonis Eccleſ. part.* 7. *cap.* 10. *numero* 62. Barboſ. *de jur. Eccleſ. cap.* 41. *num.* 191. *&* 192. & ita determinavit Rota coram Andrea *deciſ.* 78. *num.* 8. *& ſeq.* quæ eſt repetita *deciſ.* 246. *part.* 4. *recent. num.* 4. ubi etiam *num.* 8. ita teſtatur hanc eſſe communem & univerſalem obſervantiam inconcuſsè practicatam; ut illi qui finito novitiatus anno vota ſimplicia emiſerunt jus & dominium bonorum ſuorum retineant. Quæ omnia nuper Perilluſtris & Excellentiſſimus Franciſcus meus dilectiſſimus Dominus Joannes Bapt. de Tonduti, Dominus loci de Blouvac, juris Pontificij Profeſſor & Regens ordinarius, eruditiſſimè in ſuo teſtamentorum materiam tractans, publicis prælectionibus explicabat.

Et quamvis in Gallia poſt conſtitutionem Henri- 8 ci IV. anno 1603. editam, & anno 1604. menſe Januario verificatam; non ſolùm profeſſi, ſed etiam qui vota ſimplicia emiſerunt, ſint ſucceſſionis incapaces, ut habetur in addit. ad Loucr. *lettr. C, num.* 8. *verſic. pour ce qui eſt des Ieſuites, fol. mihi* 75. *colum.* 1.

Tamen

9 Tamen ante edictum illud sæpè judicatum fuit, tales religiosos, nondum emissa solemni professione, dominij, successionum & bonorum esse capaces: teste Chopino *lib. 2. monastic. titul. 3. num. 9. fol. mihi* 316. ubi duo arresta refert: alterum 4. Idus Octobris anni 1518. alterum 10. Kalend. Januarij 1592. in Curia cameræ inquestarum prolata. Chenu apud Papon. *lib. 21. tit. 8. arrest. 9.*

10 Unde sequitur dictos religiosos votis simplicibus religioni obstrictos, de bonis illis disponere posse, maximè in vita; cùm præcipuus dominij effectus sit, ut quis de re sua ad libitum disponere queat, quod probatur per text. *in d. authent. ingressi, Cod. de sacrosanct. Eccles.* ubi affertur ratio propter quam religiosi de rebus suis disponere non possunt: quia videlicet non sunt bonorum domini, ut pater in illis verbis, *utpotè nec domini rerum.* Ergo supposita dominij retentione, cessat ratio finalis propter quam sic depositum fuit in illa Authentica; & per consequens qui dominium retinent, de bonis suis disponere possunt, non obstante professione. Quod probatur à simili: nam religiosi de fructibus beneficiorum regularium eodem modo disponere possunt, quo cæteri de beneficiorum suorum sæcularium fructibus disponunt. Rota *decis. 772. num. 4. part. 1. divers.* ubi alij citantur.

11 Et ex prædictis non erit difficilis responsio ad argumentum superius oppositum: quia non est par ratio religiosorum Societatis JESU, & aliorum, cùm illi propriis regulis & constitutionibus ab aliis planè diversis utantur; ita ut ab his ad illos, & è contra, arguere non liceat, ut notavit Burat. *decis. 255. num. 5.* Andr. *d. decis. 78. num. 79.* Menoch. *consil. 1014. sub num. 14.* Et propterea quamvis alij religiosi, post emissa vota regularia, efficiantur bonorum & successionis in particulari ac dispositionis incapaces: non ex hoc quidquam inferri potest ad-

12 versus dictos Patres, † qui non obstantibus tribus votis sine solemnitate factis, remanent adhuc veluti in probatione, ut ex eorum constitutionibus bene comprobat Rota apud Andr. *decis. 78. num. 17.*

13 Sed nec paupertatis voto successio, aut dispositio ista repugnat: cùm hæc de bonis disponendi facultas non simplex sit, & libera; sed ad superioris voluntatem restricta, & limitata. Abbas *in cap. 2. n. 4. in 3. notab. de stat. monachor.* Rot. *d. decis. 772. n. 1. part. 1. divers. & decis. 216. n. 12. & 13. part. 2. divers.* ubi dicitur hoc locum habere non solùm ad effectum retinendi, sed etiam ad effectum alienandi, donandi, & disponendi cum permissione superiorum.

14 Eadem ratione, & multò fortiùs dicendum est, non fieri præjudicium voto paupertatis, si religiosus propria bona retineat de voluntate Papæ: ideo dum dicitur *in cap. quoad monasterium, de stat. regular.* quod Papa non potest disponere ut monachus proprium habeat, utpotè quod hoc sit voto paupertatis contrarium, & cum eo incompatibile: intelligendum est de monachis, & aliis religiosis qui votum paupertatis generaliter, & indefinitè in religione fecerunt. Aliud statuendum est quoad illos, qui votum & paupertatem restringere voluerunt, & referre ad certum paupertatis modum, secundùm particularis religionis sanctiones à sede Apostolica approbatas; quibus dominium istud, & dispositio bonorum ad certum tempus, vel sub certis modis & formis limitatè conceditur: ut optimè explicat Emanuel Roderic. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 1. art. 4.*

15 † Præsertim cùm tales religiosi nondum solemniter professi, solum retineant dominium, & non usum; nec administrationem sine licentia Superiorum: in quo differunt ab aliis regularibus, qui usum & administrationem habere possunt; sed non dominium: ut per Emanuel. Roderic. *loc. citat.* Mirand. *in manual. prælator. regul. part. 1. quæst. 10. artic. 3. in 2. conclus. in respons. ad 1.*

Licèt autem dominium habeant religiosi dictæ 16
Societatis sine administratione, non propterea infertur eos disponere non posse, Superioris interveniente consensu. Sicut filiusfamilias, cujus bonorum administratio legitima penes patrem est; sed non propterea disponere prohibetur, si patris consensus & authoritas interveniat: *l. fin. §. filius aucem*, & ibi Gloss. *Cod. de bon. quæ liber.*

Secundi capitis difficultas petitur ex ordinationi- 17
bus Serenissimi Principis Auriacensis, sub titulo *de la Quarte Trebellianique, artic. 15.* cujus hæc sunt verba: *Monasteres & religions ne pourront succeder & entrer en succession, representans la personne de leurs religieux ou religieuses pour raison d'iceux, quand lesdits religieux, ou religieuses seront appellez taisément, & non specialement par la disposition de leurs parens ou autres; s'il n'est qu'expressement lesdits monasteres, ou religions soyent appellez, & à eux expressément delaissé, faicte mention expresse de leur qualité, & incapacité.*

Ex quibus verbis colligi videtur, religiosos, seu potiùs monasterium, ex persona ipsorum esse successionis, & per consequens dispositionis incapaces, ratione bonorum in dicto principatu Auriacensi existentium.

Alia difficultas in hoc secundo capite proponi 18
potest, quod cùm Princeps velit in suo principatu, juris communis sanctiones observari; de jure autem juxta *d. Authent. ingressi*, religiosi testari, aut alias de bonis sibi obventis disponere non possint: & dicti Patres Societatis JESU sint verè religiosi, ut suprà ostensum fuit; sequitur dicendum, quod in dicto Principatu recipi non debet dispositio per eos de bonis facta; idque non obstante quacumque juris Canonici, aut alia Pontificia constitutione.

Sed tamen, non obstantibus istis difficultatibus, 19
firma remanet conclusio pro validitate dispositionis per dictum religiosum facta. Quod enim ad superiùs descriptam Principis constitutionem attinet, illa nullo modo ad casum propositum adaptari potest; cùm non agatur modò de Monasterij successione ex persona religiosi, in vim tacitæ bonorum dedicationis, quæ in ipso professionis ingressu fieri solet, ut per Glos. & omnes DD. in *d. authen. ingressi*, sed de successione ipsius R. Patris, de quo agebatur, & de dispositione per eum facta; siquidem in illa ordinatione nullum adest verbum de successione personarum, sed ibi tantùm fit sermo de successione Monasteriorum & religiosorum ordinum, ut patet ex illis verbis: *Monasteres & Religions ne pourront succeder.* Item dum dicitur, *representans la personne de leurs religieux*: nos autem fatemur Collegia dictæ Societatis, necnon Domos professas, ipsasque etiam probationis Domos à tacita illa successione vigore Principalis illius ordinationis excludi; necnon à tacita bonorum religiosorum dedicatione. Quod etiam cavetur prædicta Gregorij XIII. constitutione, quæ incipit, *Ascendente Domino.* Qua de causa ex illa Principis Autiacensis lege, nihil ad casum nostrum inferri potest; in quo de Monasterij ipsius successione non agitur, sed de religiosi capacitate quoad bonorum intentionem, & dispositionem, qui casus non est in illa lege comprehensus: unde quod constitutio non dicit, nec nos dicere debemus, *l. si verò negotium, §. de viro, ff. solut. matrim.*

20 Præterea verba cujuſcumque ſtatuti vel conſtitutionis, quantùm fieri poteſt, interpretationem accipere debent à diſpoſitione juris communis: per text. notab. *in cap. cùm dilectus*, §. *quia nobis*, *de conſuet.* ubi Panormit. *numero* 2. Sed de jure communi, religioſi dictæ Societatis ante votorum ſolemnium præſtationem de bonis ſuis diſponere poſſunt; attento quod votum paupertatis per illos ſub tali reſervatione emittitur, ut ſuperiùs oſtenſum fuit; & mox probabitur in reſponſione ad ſecundum dubium. Igitur dicta Principis ordinatio trahi non debet ad caſum diſpoſitionis per voventem reſervatæ, de quo non loquitur, ſed juxta juris communis terminos intelgenda eſt.

Deveniendo igitur ad ſecundam difficultatem: Dixi ex juris communis diſpoſitione, religioſis dictæ Societatis competere facultatem diſponendi de bonis ſuis cum licentia & conſenſu ſuorum Superiorum. † Quia *d. authent. Ingreſſi*, intelligenda eſt de 21 his qui verè profeſſionem emiſerunt; & locum habet profeſſione effectualiter ſubſequuta: quia ante profeſſionem quis non dicitur ingreſſus, nec bona illius ante monaſterio acquiruntur, quàm profeſſio facta fuerit expreſsè, vel tacitè. † Siquidem per ta- 22 lem ingreſſum, religioſi ſe & ſua dedicant Deo, ut dicit Gloſ. 1. Bart. Bald. Salicet. Caſtrenſ. & alij paſſim. in *d. authent. ingreſſi*, *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Riminald. jun. *conſil.* 477. *num.* 9. 10. & 11. † 23 Atqui religioſi dictæ Societatis, dum emittunt tria vota ſimplicia, non ſolùm bona ſua Deo non dedicant expreſsè, nec tacitè; ſed potiùs eorum dominium ſibi expreſsè reſervant: cùm vota illa emittant juxta conſtitutiones dictæ Societatis, & Bullas ſummorum Pontificum, per quas dominium bonorum illis expreſsè reſervatur; ut adveniente caſu expulſionis, commodiùs & ſine difficultate eiici poſſint. 24 † Imò quod plus eſt, tempore novitiatus elapſo, non profitentur expreſsè, nec tacitè; ſed duntaxat ſe profeſſionem facturos promittunt, dum & quando ita Superioribus placuerit; & ſic nec ſunt verè novitij, nec verè profeſſi; ſed quidpiam medium inter novitios & profeſſos: quod medium inter utrumque in illis religioſis ordinibus non poteſt dari. Imò in dicta Societate, religioſi trium votorum ſimplicium, videntur quadam ratione magis accedere ad novitios, quàm ad profeſſos, cùm ſint adhuc in ſtatu 25 probationis: † & ſemper cum cauſa, etiam ſine culpa ſua expelli poſſint; prout etiam conſideravit Rota *dicta decif.* 246. *num.* 7. *part.* 4. *recent.* Cùm ergo non ſint profeſſi, ſed tantùm promiſerint profiteri: concludendum eſt etiam inſpecta juris communis diſpoſitione, dictæ Societatis religioſos ante ſolemnem profeſſionem, ſucceſſionis eſſe capaces; & bona ſua donare, ac de illis cum licentia ſuorum Superiorum diſponere poſſe. Omnia tamen remittendo ad conſtitutiones dictæ Societatis.

26 Nec facit ad propoſitum quod obiici poſſet: ſi hoc admitteremus, ſequi quod votum contra voventis intentionem operaretur: cùm tamen juxta illam debeat regulari, tam quoad ſubſtantiam, quàm quoad circumſtantias. Hoc enim fatemur; ſed retorquendo argumentum dicimus, legem non aliter obligare, quàm legiſlator obligare intendit, utpotè quæ ex 27 ſola legiſlatoris voluntate obligandi jus habeat. † Votum autem eſt lex à ſola voventis voluntate dimanans, & ex illius intentione conſurgens. Quare dum de voventis intentione apparet, quod paupertatis votum ad regulas & conſtitutiones illius Societatis regulare voluerit, abſonum eſſet dicere, ipſum ad majora & graviora onera teneri, quàm illius religionis (quam reſpexit) ordinationibus caveatur, & illum contra propriam intentionem obligari: ita Sanch. *in præcep. decalog. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 2.

In hac autem voti forma nulla adeſt paupertatis inſtituto contraria circumſtantia. † Non enim ſem- 28 per religioſi votis ſolemnibus conſtiterunt; quin potiùs notiſſimum eſt, tempore Apoſtolorum, & multò poſt, nempe primo, ſecundo, tertio, vel quarto ab Apoſtolis ſæculo, religioſos ſimplicibus votis fuiſſe contentos; & votorum ſolemnitatem Eccleſiæ conſtitutionibus fuiſſe adinuentam: ut adverti Baſil. Pontius *in tract. de matrimonio*, *lib.* 7. *cap.* 22. † 29 Ubi propterea ignorantiæ arguit eos, qui religioſos dictæ Societatis verè religioſos eſſe negant; cùm ſint antiqui illius temporis religioſis non abſimiles. † Qui quidem antiqui religioſi, licèt paupertatis vo- 30 to ſeſe adſtringerent; bonorum tamen ſuorum dominium retinebant, & de illis diſponere poterant: ut idem author fusè comprobat *lib.* 7. *cap.* 13. *per tot.* Eadem ergo ratione ſubſiſtit dominij reſervatio in ſimplicibus prædictæ Societatis votis, facta ad inſtar antiquæ illius religioſorum vivendi normæ. Præſertim cùm & generalis conſuetudo, & Rotæ Romanæ authoritas, & ſupremorum Galliæ tribunalium decreta ante præfatam Henrici IV. conſtitutionem edita, ita ſæpiùs declaraverint; & diſpoſitiones ſimiles, uti bonas & validas admiſerint. † 31 Et cùm reſervatio non ſit liberæ diſponendi facultatis; ſed regulata & limitata ſub poteſtate & authoritate Superioris: quo caſu non ſolùm in ſimplici voto paupertatis, ſed etiam in ſolemni profeſſione, reſervatio illa ſubſiſteret; atque ita per Sacram Cardinalium Congregationem declaratum refert Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 6. *numero* 14. & 15. Quod tamen quomodò intelligendum ſit, cùm excedat terminos propoſitæ quæſtionis, videatur Sanch. *in præcep. decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 91. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 42. *numero* 150. & *ſeq.* cum aliis per eos citatis.

Et ex his judicatum fuit, donationem de qua agebatur, eſſe validam, per ſupremum Auriacum Senatum anno 1644.

CAPUT LII.

Utrùm non obſtante conſuetudine immemoriali cujuſdam inſignis Eccleſiæ, quod Canonici aſſiſtere duntaxat certis horis teneantur, veluti horis maturnis & veſpertinis magni officij, & Miſſæ; Epiſcopus cogere illos poſſit ad aſſiſtendum omnibus officiis, tam majoribus, quàm minoribus, & horis canonicalibus.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo eſt valida, ut Canonici qui eo tantùm horis choro interfuerint, integras diſtributiones lucrentur.*

2 *Concilium Tridentinum mandat tertiam partem fructuum converti in diſtributiones quotidianas quando nullæ ſunt, vel nimis tenues.*

3 *Epiſcopi deputantur à Concilio ad applicandos fructus in diſtributiones quotidianas.*

4 *Concily Tridentini duæ ſanctiones in hoc capite diſtributionum quotidianarum explicantur.*

5 *Cap.*

5 *Capitulum simul cum Episcopo facit constitutiones super distributionibus quotidianis.*

6 *Capitulum solum sine Episcopo circa quotidianas distributiones statuere potest.*

7 *Paruum officium Gloriosissimæ Virginis, & mortuorum, quando & à quibus recitari debeat, ad hoc ut lucrentur distributiones quotidianas.*

8 *Officia parua prædicta, utrùm extra chorum recitanda sint ex obligatione.*

9 *Consuetudo legitimè introducta inserviendi per alium in choro, est valida.*

10 Cap. unic. de Cleric. non residentib. *quomodo intelligendum.*

11 *Applicatio distributionum debet fieri proportionabiliter.*

12 *In applicatione distributionum debet haberi ratio onerum.*

13 *Portio distributionum assignanda, juxta Concilium quanta esse debeat.*

VEra resolutio quæstionis propositæ, utrùm Episcopus possit cogere Canonicos Ecclesiæ Cathedralis ad assistendum omnibus, tam majoribus, quàm minoribus officiis, omnibusque horis canonicalibus, obstante antiquissima & immemoriali consuetudine percipiendi integras distributiones, dummodò assistant horis matutinis, & vespertinis magni officij, & Missæ majori; dependet ex sequentibus conclusionibus.

1 Prima Conclusio, validam esse consuetudinem ut distributiones quotidianæ acquirantur illis canonicis, qui aliquibus & certis duntaxat horis divino servitio in Ecclesia interfuerint, ut colligitur ex *Clem. 2. de ætat. & qualit.* & ibi Glos. *in verb. certis horis*, & ibi tradit Ancharan. *n. 8.* Cardin. *q. 17.* Imol. *n. 33. circa med.* Duen. *reg. 206. limit. 2.* Roch. de Curt. *in tract. de consuetud. n. 485.* Molleta *de distribut. quotid. part. 2. q. 3. n. 43.* quos refert, & sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 21. n. 22. & in tract. de jur. Eccles. lib. 3. cap. 18. n. 33.* Quamvis contradicat Grass. *decis. aur. part. 2. lib. 3. c. 14. de cleric. non resid. n. 20.* ex authoritate Hentici Bohic. *in cap. nonnulli, de cleric. non resident.* qui tamen non loquitur de consuetudine, sed de statuto per canonicos facto: ideo à priori sententia communiter recepta non est recedendum.

2 Secunda conclusio, ex dispositione Concilij Tridentini *sess. 21. de reformat. cap. 3.* ne divinus cultus minuatur, statutum fuit, ut in omnibus Ecclesiis, tam cathedralibus, quàm collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, aut ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertia pars fructuum, & quorumcunque proventuum & obventionum, tam Dignitatum, quam canonicatuum, personatuum, portionum & officiorum, separetur, & in distributiones quotidianas convertatur, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros divinis interessentes, proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegato faciendam dividatur: non obstantibus exemptionibus, & consuetudinibus etiam immemorialibus, & appellationibus quibuscumque.

3 Tertia Conclusio, ex ejusdem Concilij dispositione permissum est Episcopis tertiam partem fructuum, dignitatum, personatuum & officiorum in Ecclesiis cathedralibus vel collegiatis, in distributiones dividere per eos amittendas, qui personaliter qualibet die competens servitium non impleverint, & ipsius Ecclesiæ fabricæ, vel alteri pio loco applicare: ita statuit Concil. *sess. 22. cap. 3.*

4 Quarta Conclusio: Inter duas illas sacri Concilij sanctiones, magna est differentia: nam prior, quæ est *sessio 21. c. 3.* fit ex necessitate: posterior quæ est *sessio 22. c. 3.* arbitrio Episcopi committitur. Prior fit quando nullæ, vel tenues sunt distributiones: posterior non requirit distributiones tenues. Illa vult portiones non inservientium accrescere servientibus: hæc portiones illas non quidem inservientibus, sed fabricæ Ecclesiæ, aut aliis piis operibus applicari mandat: ut notavit Nicol. Garc. *in tract. de Benef. part. 3. cap. 2. num. 465.*

5 Quinta Conclusio, non ad solum Episcopum, sed ad ipsum quoque capitulum spectat statuere, quænam distributionum portio, cuilibet horæ canonicæ, seu alteri functioni Ecclesiasticæ applicanda sit: quia spirituale regimen Ecclesiarum collegiatarum ad Episcopum simul cum capitulo pertinet, ut notatur *in cap. cum omnes, de constit.* & tradit Monet. *de distribut. quotid. part. 2. quæst. 3. n. 15. & 16.* per textum & Glos. *in cap. unic. de cleric. non resid. lib. 6. in verbo. statuimus*, in illis verbis: *juxta Ecclesiæ cujusliber ordinationem, juncta ibidem in verb. ordinationem*, quæ sic explicat, utputa quod detur tantùm ei qui interest: ita communiter DD. Tusch. *liter. D. concluf. 515.* Bonacin. *de hor. canonic. disp. 2. quæst. 4. punct. 1. num. 4.*

6 Imò in terminis constitutionis ejusdem Concilij, censuit ibi Moneta, hanc distributionem seu portionum assignationem singulis horis à solo capitulo, sine interventione Episcopi fieri posse: ex traditis per ipsum *part. 2. quæst. 13. num. 25.* ubi dicit valere statutum canonicorum sine consensu Episcopi, circa modum dividendi quotidianes distributiones.

7 Sexta Conclusio: nulla Ecclesia cathedralis vel collegiata tenetur de jure communi recitare communiter officium Gloriosissimæ Virginis Mariæ: si tamen adsit consuetudo, vel peculiare statutum mandans illud recitari in choro; Canonici omnes, qui volunt majoris officij distributiones lucrari, tenentur etiam huic parvo officio interesse, quod eadem ratione de officio mortuorum dicendum est, ex Monet. *loc. citat. part. 2. quæst. 3. num. 4. & seqq.*

8 Circa quod advertendum est, quod ex bullis Pij V. & Clement VIII. quæ in principio Breviarij Romani continentur, nemo tenetur extra chorum ad recitanda parva illa officia, exceptis Ecclesiis in quibus consuetudo est illa recitandi: ita Bonac. *loc. cit. disp 1. q. 3. punct. 1. n. 12* & bene explicat *disp. 2. q. 4. punct. 1. n. 5.*

9 Septima Conclusio, quod legitima consuetudine, præsertim immemoriali, induci potest; ut quis per alium in choro inserviat, & distributiones lucretur: Monet. *in d. tract. part. 2. quæst. 12. n. 48.* & fusè Berous *q. 114. per tot.* ubi dicit eos qui residet, & interfunt per capellanos, vel per vicarios, per quos superioris authoritate, aut ex consuetudine inserviunt Ecclesiæ, haberi pro interessentibus ad effectū lucrandi distributiones quotidianas: quia talis consuetudo immemorialis habet vim legitimæ concessionis, & privilegij. Alios plures citat & sequitur Bonac. *loc. citat. disp. 2. q. 5. punct. 6. n. 17.* Et propterea, cùm in quadam Ecclesia cathedrali, canonici inservirent ex consuetudine omnem hominum memoriam excedente, per mansionarios & anniversarios ac stipendiatos, qui sunt omnes clerici ejusdem Ecclesiæ, qui recipiunt salaria & stipendia dignitatibus, canonicis & capitulo, à quibus fundati fuerunt de propriis eorum redditibus, ne cultus divinus desereretur: Censui aliàs & Respondi, sufficienter Dominos de capitulo interesse singulis horis canonicis, dum illis interfunt per substitutos, quod fit sine ullo scandalo, cùm officium honorificè fiat per presbyteros ejusdem Ecclesiæ in numero sufficienti, & absque ullo notabili detrimento cultus divini. Et juxta præmissa

fuit hactenus obſervatum, & conquievit animus Epiſcopi qui nihil niſi juſtum, & rationi conſonum deſiderabat.

10 Neque obſtat *cap. unic. de cleric. non reſident. in 6.* & Concil. Trident. quibus conſuetudines omnes reprobantur, abſentibus lucrum diſtributionum quotidianarum tribuentes. Quia reſpondetur eos qui inſerviunt per alios de corpore ejuſdem Eccleſiæ, videri inſervire per ſe ipſos fictione juris; cùm ob id Eccleſia damnum non patiatur, nec ulla perturbatio in Eccleſia ſequatur, intereſſente eo qui aliàs intereſſe conſueverat. Ultra quod quando Concilium reprobat quamcunque conſuetudinem contrariam, non cenſetur reprobare eam quæ juſta ex cauſa introducta fuit: ut notavit Bonacin. *in tract. ſup. citat. diſput. 2. quæſt. 1. punct. 5. num. 3.*

11 Octava Concluſio: in caſibus in quibus Epiſcopus tertiam partem fructuum ſeu proventuum diſtributionibus applicat, hoc debet facere proportionabiliter, ut qui plus contribuit, plus lucretur, ſervatâ ſemper conſuetudine diſtribuendi: ut vo-

12 luit Coſta *in tract. de rat. quæſt. 106. numero 9. 10. & 11.* † vel (& melius) juxta declarationem Sacræ Congregationis, ut illis à quibus nihil debetur, & à quibus multum aufertur, multum detur: ut voluit Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. in verb. diſtributiones quotidianæ, num. 3. in 2. & 3. dubio.*

13 Nona Concluſio: non eſt neceſſe omninò tertiam partem aſſignari pro diſtributionibus, in caſibus in quibus locus eſt executioni decreti prædicti Concilij Tridentini: ſed ſufficit talem portionem prodiſtributionibus deſtinari, quanta ſufficiat ad conſtituendas diſtributiones, quæ ſingulis horis veriſimiliter minimè negligantur. Ugolin. *de poteſt. Epiſcop. cap. 19. §. 2. numero 4. verſic. portio hæc autem.* Quod conforme eſt ſacræ Congregationis declarationi, quam retulit Garz. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 484. verſic. unde in una Abulenſi.* Et ex his reſoluta manet quæſtio propoſita.

CAPUT LIII.

De nullitate ſuſceptionis ordinum ab eo qui aliàs non ſanæ mentis fuerat. Super quo defectu Epiſcopus ad ordinum ſuſceptionem diſpenſare non poteſt, ſed ſolus Papa. De differentia inter nullitatis declarationem, & diſpenſationem ſuper ordinibus ſuſceptis. Quando maritus juvenis facit votum continentiæ, utrùm uxor validè profiteri poſſit, & declarata nulla pro marito ordinum ſuſceptione, utrùm profeſſio religionis facta per conjugatam revocari poſſit, aut ſaltem marito præmortuo, uxor ad religionem, quam profeſſa fuit, redire cogatur.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus habet ſuam intentionem fundatam pro cognitione omnium cauſarum Eccleſiaſticarum, & ſpiritualium, in prima inſtantia; tam de jure communi, quàm in Gallia ex Concordatis.*

2 *Concordata Galliæ præſervarunt Epiſcopalem juriſdictionem.*

3 *Nullitas profeſſionis ex Concilio Tridentino intentanda eſt coram Ordinario, & Superiori regulari, apud quem facta fuit profeſſio.*

4 *Ceſſante diſpoſitione Concilij, cognitio nullitatis profeſſionis ſpectat ad Epiſcopum ordinarium.*

5 *Cauſa nullitatis ſuſceptionis ordinum coram Epiſcopo tractanda eſt, in prima inſtantia.*

6 *Quæ ſit differentia inter diſpenſationem ſuper ſuſceptis ordinibus, & ſententiam declarativam nullitatis ipſorum.*

7 *Diſpenſationis nomen aliquando impropriè, & largo modo ſumitur.*

8 *Quando bene probatum fuit, aliquem fuiſſe furioſum, vel mente captum; omnes actus poſtea facti, præſumuntur eveniſſe tempore furoris, vel dementiæ.*

9 *Ex eo quod quis ſit furioſus, vel mente captus, oritur irregularitas.*

10 *Qui ſemel deliraverit, & mente captus, aut furioſus fuit, non eſt habilis ad ſacros ordines in futurum ſuſcipiendos, propter periculum recidentiæ.*

11 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ut is qui ſemel demens fuit, poſtea ſacros ordines ſuſcipiat; ſed ſolus Papa id poteſt, quando agitur de mania & permanenti dementia: ſi verò agatur de eo qui jam ante furorem vel dementiam ordines ſuſceperat, poteſt Epiſcopus illorum exercitium permittere arbitrio ſuo, facto prius ſanæ mentis experimento.*

12 *Ordinum ſuſceptio ex cauſa metus nulla redditur.*

13 *Profeſſio mulieris conjugatæ, marito etiam inſcio ne exiſtente, ſi nihil aliud obſtet, tenet quoad ipſam.*

14 *Vxor religionem profeſſa, ſi à marito revocetur, in caſibus in quibus illius revocatio conceditur, tenetur ad religionem quam profeſſa eſt redire, mortuo marito.*

15 *Quando maritus eſt juvenis & de incontinentia ſuſpectus, uxore votum religionis & profeſſionem emittere cupiente; non debet eſſe contenta voto continentiæ per maritum emittendo, ſed ambo debent ingredi religionem.*

16 *Si tamen maritus votum caſtitatis fecerit validum & ſub eo prætextu uxor fecerit profeſſionem, ſibi imputare debet, nec illam revocare poterit.*

17 *Si mariti votum continentiæ, & ſuſceptio ordinum ſit nulla; poterit hoc caſu uxor, non obſtante profeſſione, à religione per maritum revocari.*

18 *Profeſſio uxoris eſt valida, quamvis omiſſa fuerint requiſita accidentalia.*

19 *Vtrùm ex ſola juris ignorantia mulieris conjugatæ profeſſio ſit nulla declaranda.*

20 *Si maritus per vim & metum conſenſerit ut uxor religionem ingrederetur, vel tempore conſenſus non ſanæ mentis fuerit, poterit uxorem revocare.*

VIr quidam, ex illuſtri familia oriundus in partibus Galliæ, agebat coram Archiepiſcopo loci Ordinario, ad nullitatem ſuſceptionis ſacrorum ordinum: cumque Ordinarius decerniſſet, quod ipſe in primis doceret de legitima ſumma Pontificis diſpenſatione à ſuſcepto ſubdiaconatus & poſtea ſuper ejus petitione provideretur, prout juris: ipſe appellavit, & cauſam appellationis alicui ex vicinioribus Epiſcopis in Gallia, ut fieri ſolet, committi curavit. Unde diſceptatum fuit pri-

mò

mò de validitate appellationis, & justa causa gravaminis. Secundò utrum in effectu, ipse fundatus esset in sua prætentione nullitatis subdiaconatus susceptionis, sub eo prætextu, quod aliàs ante subdiaconatum fuerat conjugatus; sed eo consentiente uxor ipsius, emisso per eum continentiæ voto (quod à subdiaconatus ordine pendet) religionem ingressa fuerat, & in ea professionem emiserat. Quæsitum fuit tertiò utrùm declarata nulla susceptione & collatione subdiaconatus, posset uxorem professam ad suum consortium & cohabitationem, non obstante illa professione, evocare.

1 Ad primam quæstionem Censui justo cum gravamine ab Ordinarij decreto fuisse appellatum. Supponendo in primis, verùm quidem esse quod Episcopi sunt judices omnium causarum Ecclesiasticarum, & spiritualium in prima instantia: *cap. cùm contingat, de for. compet.* & habent suam intentionem fundatam in jurisdictione ordinaria causarum suæ diœcesis: *cap. cùm personæ, de privileg. in 6.* DD. *in d. cap. cùm contingat, & in cap. 1. de offic. Ordin. can. omnes basilicæ 16. quæst. 7.* Bertachin. *in tract. de Episcop. lib. 4. part. 2. quæst. 35. num. 80.* Rot. *decis. 15. num. 2. part. 1. & decis. 248. num. 1. part. 2.*
2 *recent.* & per decretum Concilij Trident. *sess. 24.*
3 *cap. 20.* † præsertim in Gallia ex Concordatis *tit. de causis, §. statuimus quoque.* † Et in specie dum agitur de professione nulla declaranda, cognitio hujus rei spectat ad Episcopum loci Ordinarium, cum interventu Superioris regularis: quod etiam nota-
4 vit Ricc. *in prax. rerum fori Eccles. cap. 20.* † Aliàs cessante Concilio, cognitio nullitatis professionis spectaret ad Episcopum, Barbos. *in tract. de Episcop. allegat. 101. num. 1.* † Et in specie casus pro-
5 positi, quod cognitio nullitatis susceptionis ordinum spectet ad Episcopum, tradit Sayr. *in florib. decis. titul. 23. decision. 3.* post Navarr. *consilio 4. alias 2. de his quæ vi metusve caus.*

6 Secundò supponendum est, magnam esse differentiam inter dispensationem, & sententiam declaratoriam nullitatis: hæc enim quod de jure ineset, declarat, & detegit; illa quod de jure minimè competebat, concedit: siquidem dispensatio omnis supponit jus esse contrarium: Bald. *in l. 2. Cod. de jurejur. num. 2.* Castrens. Alex. & Jas. *in l. decem, ff. de verb. obligat.* Surd. *consil. 552. num. 12.* Rot.
decis. 497. num. 5. part. 1. recent. & decis. 524. nu-
mero 3. Quia quod fit per viam dispensationis, fieri non posse dicitur: Tiraquel. *de retract. conjang. 9. 32.*
7 *glos. 1. num. 59.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disput. 1.*
num. 1. † Licèt dispensatio aliquando sumatur impropriè, pro juris declaratione: *cap. quintavallis, de jurejur.* Specular. *in tit. de dispensat. §. dispensatio, paulò post princip.* Sed in casu proposito, dispensationis nomen non aliam, quàm propriam habere poterat significationem. Quia cùm processus esset instructus ad jus dicendum super nullitate collationis ordinis subdiaconatus; dominus Judex à quo, qui debebat judicare utrùm valida esset vel invalida ordinis susceptio; decrevit fieri fidem in primis de dispensatione adversùs dicti ordinis susceptionem; & sic loquutus est de dispensatione propriè sumpta, prout opponitur juris competentis declarationi. Et ex his conclusum fuit in primo capite, dominum Judicem à quo gravasse, dum non reddidit jus super declaratione petita nullitatis; & dispensationem exegit ubi non erat necessaria, cùm petitio fundata esset super declaratoria nullitatis; & sic super remedio incompatibili cum Pontificia dispensatione, juxta prædicta.

Quod autem attinet ad secundum caput, concernens nullitatem adeptionis ordinis subdiaconatus, non est opus in medium adducere probationes dementiæ, in negotio & de facto de quo agitur concurrentes, quæ justis de causis omittuntur; sed posito pro nimis vero quod vir iste nobilis, ex morbo melancholico in dementiam incideret; postea verò, cessante morbo & animi alienatione, relicta conjuge, subdiaconatus ordinem susceperit, nulla à summo Pontifice irregularitatis dispensatione obtenta, præsumptio juris est, donec contrarium probetur, collationem ordinum etiam tempore dementiæ factam fuisse. † Quando enim probatum 8
est aliquem semel dementem fuisse, vel furiosum; omnes actus postea per ipsum gesti, præsumuntur facti tempore dementiæ, vel furoris. Gratian. *discept. forens. cap. 843. num. 36.* nam passiones animi vehementes semper durare præsumuntur. Mascard. *de probat. conclus. 825. num. 2.* & nominatim in furioso, quamvis haberet dilucida intervalla, cujus actus præsumuntur facti tempore furoris. Mascard. *conclus. 824. num. 4.* Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 8. num. 11.* post Rebuff. *in praxi Regul. de infirm. resignant. gloss. 2. num. 20.* Barbos. *in collect. in cap. cùm inter 21. num. 10. de elect. & in cap. fin. num. 13. de success. ab intestat.* ubi plures alios allegat.

Verùm quia præsumptio ista contrariis probationibus elidi potest, & in effectu prætendebatur probatum in contrarium, dementiam cessasse tempore collationis subdiaconatus: ideo dubitatum fuit, utrùm rectè diceretur ad sacros ordines facta promotio personæ, quæ licèt aliàs non sanæ mentis fuisset, eo tamen tempore quo sacris ordinibus initiatus est, ad sanam mentem redierat.

Dixi tamen, nec hoc casu validam esse ordinum collationem, imò nullam & sine effectu declarandam esse. † Certum enim est in primis, omnes fa- 9
tuos, dementes & furiosos irregulares esse, & sacrorum ordinum omninò incapaces, teste Nicol. Plovio *in tract. de irregul. regul. 1.* † Quod non so- 10
lùm procedit in eo qui tempore promotionis erat mente captus, verùm etiam in eo qui aliàs mentis delirium continuum passus est, ita ut verè fatuus, demens, vel furiosus dici potuerit; quamvis postea ad sanam mentem rediisset: per text. *in can. maritum, 33. distinct.* in illis verbis: *usque illum, qui in furiam aliquando versus insanivit.* Quod ita statutum est ad evitandum scandalum, ne iterum ad furiam vel insaniam redeat. † Adeò ut Episcopus 11
non potuerit ipsi ordines concedere, nec super ista irregularitate etiam ob præteritam dementiam contracta, dispensare. Quia ad Episcopum non pertinet dispensatio hujusmodi, sed illa summo duntaxat Pontifici reservata est, cui prius constare debet de recuperata mentis sanitate, etiamsi tales dementes, aut furiosi pristino statui perfectè fuissent restituti; cum hac tamen distinctione, quod si post promotionem ad sacros ordines furor supervenerit, poterit Episcopus dispensare, seu veriùs permittere ut talis sic redintegratus pristinæ mentis sanitati; ordines, quibus ante furorem aut dementiam initiatus fuit, exercere possit; facto prius experimento per spatium unius anni, aut alterius temporis, arbitrio ipsius Episcopi statuendi. Si verò furor ante susceptionem ordinum supervenisset, & ageretur de suscipiendis post finitum furorem, seu dementiam ordinibus; tunc non dispensat Episcopus ut suscipi possint ordines, sed solus Papa: intelligendo semper de magna & permanenti animi

alienatione, qualis erat ea, quæ in caſu propoſito intervenerat. Ita docet Majol. *de irregularit. lib.2. cap.14.* Ugolin. *in eod. tract. cap.53. & 54.* Navarr. *in manual. confeſſ. cap. 27. num. 203.* Avil. *de cenſur. part.7. de irregular. diſput.3. dubit.4. in 1. & 2. concluſ.* cum pluribus aliis, quos citat & ſequitur Bonacin. *part. 1. in tract. de irregular. diſputat.7. quæſt.2.punct.1. num.23.* Unde non erat opus docere, quod ſubdiaconus iſte diſpenſatus fuiſſet, ad reclamandum adverſus ordinum ſuſceptionem; prout Ordinarius injuſtè decreverat: ſed ſufficiebat docere de furore præterito, cujus occaſione contracta fuerat irregularitas, ſuper qua nulla ſummi Pontificis rehabilitatio produci poterat; cùm in effectu obtenta non fuiſſet.

12 Accedebat vis & metus per conſanguineos illatus: quibus probatis, ſequebatur vel ex hoc ſolo capite, ſuſceptionem ſacri ſubdiaconatus ordinis nullam & irritam remanere, per text. *in cap. 2.* & ibi Gloſ. *de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt.* Unde nec ad illum ordinem aliqua orta fuit obligatio. Dum de nullitate loquor, intelligo de ipſa in ordine ut ad functiones, non quoad characterem.

In tertio capite non eadem adhiberi debet conſideratio quoad uxoris profeſſionem, quæ circa ſuſceptionem ordinum reſpectu mariti: ſed actus unius
13 ſeparatas habet rationes ab actu alterius. † Nam ſi uxorem reſpiciamus, quamvis maritus eſſet juvenis & de incontinentia ſuſpectus, nihilominus valida eſt uxoris in religione facta profeſſio. Non enim requiritur pro ſubſtantia & validitate uxoriæ profeſſionis, ut maritus ipſe religionem quoque ingrediatur, ibique profeſſionem emittat: unde perverſio illius ordinis, ſeu defectus illius circumſtantiæ & conditionis non ſubſtantialis, non vitiat uxoris profeſſionem: ut notavit Sanch. *de matrim. lib.7. diſ-*
14 *put.33. num.2.* † Et ideò in caſibus in quibus maritus uxorem revocare poteſt, eo quòd in uxoris profeſſione non fuerat obſervatus ordo juris, & alia requiſita non ſubſtantialia; veluti ſi maritus non modò religionem non fuiſſet ingreſſus, verùm etiam quantumvis juvenis & incontinentiæ ſuſpectus, ne quidem ſimplex caſtitatis votum feciſſet, quamvis per maritum revocaretur, & cum eo cohabitare cogeretur ad evitandum periculum incontinentiæ ipſius; ſi tamen poſtea contingeret maritum præmori uxori, teneretur uxor mortuo marito redire ad monaſterium, in quo religionem profeſſa fuerat: ut notavit Sanch. *lib.7. de matrim. diſput. 33. num.5.* & eſt text. *in cap. ex parte 9. de converſ. conjugat.* in illis verbis: *ea tamen ſublata de medio, votum ſine ſalutis ſuæ periculo non potuit violare.*

15 Si verò mariti perſonam conſideramus, quamvis verum ſit quod cùm ipſe eſſet juvenis, oportebat illum religionem ingredi, & profiteri, ad hoc ut uxor validè religionem ingrederetur: neque ſufficiebat maritum emittere votum caſtitatis, aut ſacros ordines ſuſcipere: per text. *in cap. cum ſis 4. & in cap. uxoratus 8. & in cap. ad Apoſtolicam 13. de converſ. conjugat.* Gutier. *in tract. de matrim. cap.95. num.1.* Dian. *reſolut. moral. tom.2. tract.4. cap.73. in principio,* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 102. numero 21. & 22.*

16 Tamen hoc caſu maritus uxorem à monaſterio, quod de ipſius conſenſu ingreſſa eſt, revocare non
17 poterit: † niſi conſenſum illum nulliter, aut invalidè interveniſſe ſupponamus. Ratio eſt, quia maritus manens in ſæculo, ſe caſtitatis voto alligaverat: & ideò cùm volenti non fiat injuria, ſi mariti conſenſus aut promotio ad ſacros ordines, alio ex capite non reddatur invalida; non poterit uxorem profeſſam à monaſterio revocare: ut notatur per Sanch.
18 *d.lib.7. diſput.33. num.9.* † Quia conditio illa quod maritus ipſe profeſſionem emittat, uxore profitente, non eſt ſubſtantialis; ſed accidentalis, ut dictum eſt poſt Sanch. *d. diſput.33. num.2.* Gutier. *de matrim.d. cap.95. num.11. & 12.* Sed ſi promotio mariti ad ſacros ordines nulla & invalida declaretur: quidam exiſtimarunt, poſſe hoc caſu uxorem revocari, ut cum marito habitare debeat: Sanch. *loc. citat.*
19 *num.12.* † Sed tamen idem *num.15.* concludit differentiam fieri debere inter uxorem & maritum, agentes ad revocationem profeſſi conjugis. Nam quoad uxorem in ſæculo manentem, ſi habuerit ſcientiam juris, quo cavetur uxorem juvenem debere ingredi religionem, ſicut maritus; non poterit virum profeſſum revocare: ſecus verò ſi fuerit illius juris ignara. Sed quoad maritum, ſive juris eſſet ignarus, ſive non, eo quod uxori licentiam profitendi concedit, cenſetur vovere, ac proinde non poteſt uxorem revocare.

In caſu tamen propoſito, cùm maritus non eſſet ſanæ mentis, & conſenſum per vim & metum præſtiterit: talis conſenſus habetur pro non præſtito.
20 † Ideo verè dici poteſt, uxorem profeſſionem emiſiſſe, abſque conſenſu mariti, eaque ratione maritum, recuperata priſtina mentis ſanitate, jus habere uxorem revocandi, per text. *in cap. quidam 3. & in c. placet 12. de converſ. conjugat.*

CAPUT LIV.

De fundatore laico beneficij cum reſervatione juriſpatronatus, & facultatis de illo diſponendi pro libito ſuæ voluntatis, & liberè, tam inter vivos, quàm cauſa mortis; utrùm vigore hujus reſervationis potuerit diſponere in favorem laici, ſine licentia & approbatione Epiſcopi. Et an poſterior donatio ejuſdem juriſpatronatus, facta in favorem Eccleſiæ, vel loci pij, etiam ſine approbatione Epiſcopi, prævalere debeat priori donationi.

SUMMARIUM.

1 *Donatio juriſpatronatus eſt irrevocabilis: & inter duas illius donationes, prima debet poſteriori prævalere.*

2 *Qui habet facultatem eligendi, vel nominandi unum ex pluribus certis, tam in vita, quam in morte, facta ſemel electione, variare non poteſt.*

3 *Donatio juriſpatronatus facta laico, nulla eſt, ſi non interveniat Epiſcopi conſenſus.*

4 *Epiſcopus unico actu poteſt approbare fundationem & reſervationem juriſpatronatus, & illius tranſlationem.*

5 *Approbatio unius donationis facta per Epiſcopum, non extenditur ad futuras, & ad alias donationes, ſed qualibet donatio ſuum requirit conſenſum.*

6 *Fundator ſi ſibi, & Titio reſervaverit juſpatronatus, qui cum Titio ſimul præſentari, non poteſt alteri remittere juſpatronatus in præjudicium*

judicium Titij, quamvis adjecerit illa verba: Aut aliis pro libito suæ voluntatis.

7 *Quando juspatronatus transfertur à laico in laicum, non sufficit tacitus Episcopi consensus: sed requiritur expressus & specialis.*

8 *Quamvis emphyteusis transferatur in personas comprehensas, tamen domini consensus & approbatio semper requiritur.*

9 *Reservatio facultatis disponendi facta sine præjudicio jurium Episcopalium, non potest operari, ut dispositio fiat in laicum de jurepatronatus, sine illius consensu.*

10 *Liberè disponendi facultatem sibi reservans, intelligitur ut disponere possit propria authoritate, & sine licentia Superioris.*

11 *Intellige ut hoc procedat, quando concedens nihil sibi reservavit, vel quando agitur de præjudicio ipsius concedentis.*

12 *Facultas liberè disponendi reservata, vel alicui concessa; intelligi debet juxta naturam actus, vel juxta formam juris.*

13 *In donatione juris patronatus facta in favorem Ecclesiæ, vel alterius loci pij, non requiritur Episcopi approbatio.*

14 *Posterior donatio non confirmata ab Episcopo, facta in favorem Ecclesiæ, vel loci pij, prævalere debet primæ donationi factæ in favorem laici de jurepatronatus; si pariter prima donatio careat Episcopi approbatione.*

15 *Consensus Episcopi primæ donationi factæ laico interveniens post secundam donationem factam Ecclesiæ, non præjudicat secundo donatario, cui statim jus fuerat quæsitum.*

1 VIdebatur prima facie concludendum, donationem juris patronatus factam per fundatricem validam esse & legitimam, non obstante defectu consensus & authoritatis Episcopi: itaut per posteriorem donationem factam in favorem capituli, revocari non potuerit: juxtà tradita per Gratian. *discept. forens. cap.* 177. Quia ex voluntate primi fundatoris jus nominandi translatum est ad donatarium
2 irrevocabiliter: ut ibi notat Gratian. *num.* 4. † Sicut aliàs ille, cui permissa est electio, tam in vita, quàm in morte, non potest variare post factam semel nominationem, & electionem. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 34. *in fine*, Caldas *de jure emphyteut. in tit. de potest. eligen. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 49. Rot. *decis.* 323. *num.* 1. *part.* 1. *in recent.* juxta ea quæ infra *lib.* 2. *cap.* 50. *&* 51. copiosiùs exponemus.

3 Et licèt Gratian. *ibidem*, præsupponat necessarium esse Episcopi consensum, quando donatio facta fuit laico, prout in casu isto, donatarius in prima donatione nominatus erat laicus, quod & verissimum est per *text. in cap. quod autem.* 5. *&* *cap. illud* 8. *de jurepatronat.* Tamen satis dicebatur Episcopus approbasse sequentem donationem factam laico, ex eo quod approbaverat fundationem præcedentem factam cum illa qualitate, quod fundatrix posset de jurepatronatus inter vivos, vel causa mortis disponere: in cujus facultatis consequentiam fundatrix juspatronatus consanguineo suo donaverat. †
4 Quia Episcopus unico actu censeretur approbasse fundationem & reservationem juris patronatus, nec non illius translationem in extraneum. Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *in quarta quæst. principal. artic.* 10. *num.* 2. *fol. mihi* 32. *verso.*

Verùm his non obstantibus, multæ & validæ rationes deducebantur in contrarium, ad demonstrandum, donationem illam factam in favorem laici consanguinei ipsius fundatricis, invalidam esse: posteriorem verò factam per ipsam fundatricem in favorem capituli validam esse, & legitimam: & juspatronatus beneficij fundati, ad capitulum, non autem ad donatarium laicum pertinere.

Quia licèt fundatrix in instrumento fundationis sibi reservaverit juspatronatus, & post obitum suum voluerit illud pertinere ad suos hæredes: & deficientibus dictis hæredibus, voluerit dictum juspatronatus pertinere, & devolutum esse dicto capitulo, nisi aliter ipsa domina fundatrix de eodē jurepatronatus in favorem aliorum, sive inter vivos, sive causa mortis disponere voluerit, & sibi placuerit: quam voluntatem, & liberam disponendi facultatem, sibi per expressum reservavit: tamen facultas illa de dicto jurepatronatus aliter disponendi, debet intelligi sub ea conditione, quod interveniant omnia de jure requisita, & sic Episcopi consensus accedat. Nam licèt titulo institutionis hæreditariæ, vel donationis universalis interveniente, juspatronatus à laico in laicum transferri possit, quia transit cum universitate bonorum: † secus tamen est dum agitur de donatione 5
particulari facta de dicto jurepatronatus in favorem laici: tunc enim consensus præstitus in una donatione, non se extendit ad futuras; sed quælibet donatio suum requirit consensum, ut notavit Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *principali, artic.* 2. *n.* 6. *fol. mihi* 132. *versic. certè proximè dicta.* Quamvis in casu, in quo dispensatio facta fuit in favorem hæredum sanguinis, relinquat cogitandum: quia retinet aliquid ex qualitate hæreditaria.

Et ad præmissa confert consilium Calderini 20. *de* 6
jurepatron. quod approbat Roch. de Curte *in tract. de jurepatron. in verb. ipse vel is à quo, num.* 330. *fol. mihi* 40. ubi dicit quod fundator cum consensu Episcopi reservaverat juspatronatus sibi, & Titio, vel
aliis quos ipse ædificans pro libito voluntatis eligere voluisset: contigit quod dictus Titius bis præsentavit unà cum fundatore: postea, eveniente casu tertiæ præsentationis, fundator volebat Titium excludere, & alium tertium sibi ad præsentandum adjungere. Concluditur ibi, quod cùm in creatione hujus beneficij fuerit actum cum authoritate Episcopi, ut jus præsentandi fundatori & Titio competeret, illa clausula, *vel alteri per ipsum pro libito voluntatis eligendo*, non poterat præjudicare Titio, cujus persona jam fuerat ab Episcopo approbata. Pari ratione, cùm Episcopus fundationem, de qua agitur, approbasset in favorem capituli in defectum hæredum; necesse erat dictum juspatronatus, deficientibus fundatricis hæredibus, soli capitulo competere: & clausulam, *nisi aliter ipsa disposuerit*, non posse sortiri effectum in favorem consanguinei laici, cujus persona ab Episcopo non fuerat approbata in præjudicium capituli; cui jus erat quæsitum per fundationem, Episcopi authoritate confirmatam, & per specialem donationem ejusdem juris patronatus, quamvis tempore posteriorem: de qua inferius agemus *num.* 14.

Siquidem quotiescumque juspatronatus transfer- 7
tur à laico in laicum, non sufficit tacitus consensus Episcopi, sed requiritur expressus: nec satis est Episcopum in genere assensum & authoritatem præstare, sed debet adesse specialis approbatio; quia tractatur de actu odioso, & de translatione hujus juris in personam donationis particularis incapacem. Et ex generali & tacito consensu, non potest Episcopus judicare ac discutere rationes ob quas expediat juspatronatus in alium laicum transferri; & utrùm hæc translatio futura sit utilis Ecclesiæ: & utrum contractus sit licitus, vel illicitus, & simoniacus: & an per-

sona.

ſona in quam ſit tranſlatio, ſit talis cui voluerit, aut debuerit Epiſcopus gratiam facere. Ideo juſpatronatus ante approbationem Epiſcopi, ſemper remanſit apud fundatricem, non autem penes donatarium: qui tempore donationis erat Epiſcopo incognitus; nec per conſequens ejus perſona poterit ab Epiſcopo approbari, prout determinat Ferret. *conſil.*343. *num.* 2. *verſic. ſed utrum, & ſequentib.*

8 Et hoc probatur à ſimili. Nam quidquid Doctores diſputent circa emphyteuſim, hoc certum eſt, quod filius aut alius nominatus in inveſtitura feudali, tenetur nihilominus conſenſum Domini, & illius approbationem petere: per text. *in cap.* 1. *quo temp. miles, & cap. in uſib. feudorum*, & ibi DD. Et ratio eſt, quia emphyteuſis continet onera realia, ſicut feudum perſonalia: ideo perſona emphyteutæ, & ejus capacitas pro ſolutione onerum realium; & fudatarij pro præſtatione perſonalium, à Domino approbari debet. Eadem ratione cùm conſenſus Epiſcopi circa tranſlationem, juriſpatronatus, reſpiciat perſonæ approbationem, quæ Epiſcopo nominata, & ab ea cognita vel approbata non fuerat tempore fundationis; conſequens eſt, ut in dicta tranſlatione novus Epiſcopi conſenſus intervenire debeat.

9 Quod tantò magis procedit, quia reſervatio facultis diſponendi de jurepatronatus, ſicut & alia in dicta fundatione contenta, non fuerunt ſimpliciter ab Epiſcopo approbatæ, ſed cum clauſula præſervativa, *citra præjudicium jurium nobis & ſucceſſoribus noſtris competentium, & competiturorum*: ita ut prætendi non poſſit quod Ordinarius ſibi præjudicare voluerit, quominus ab eo peti debeat approbatio, & confirmatio tranſlationis in perſonam laicam faciendæ: cùm clauſula illa præſervet omnia jura concedentis. Mart. *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 158. *num.* 1.

10 Neque obſtat ſi dicatur, licuiſſe fundatrici, juſpatronatus illud in laicum, etiam ſine Epiſcopi conſenſu vel authoritate transferre: cùm authoriſante ipſo Epiſcopo in limine fundationis, ſibi reſervaverit jus de illo liberè diſponendi: quod verbum *liberè*, ſignificat etiam ſine Epiſcopi authoritate tranſlationem fieri potuiſſe: juxta Gloſ. *in Clem. plures, verſic. & ut facilius, de jurepatron. in verb. liberè*, Barboſ. *de diction. cap.* 190. *num.* 2. qui plurimos allegat.

11 Quia reſponſum fuit, dictionem illam *liberè*, varias habere ſignificationes: ut notat Surd. *conſil.* 265. *num.* 30. *& conſil.* 313. *num.* 94. *& ſeq.* nec ſignificat quod actus potuerit fieri propria authoritate, quando poteſt aliud operari, prout hic: quia operatur ut liberè poſſit diſponere, habito reſpectu ad hæredes, & capitulum; non autem habito reſpectu ad ſuperiorem, authoritatem dictæ fundationi præſtantem: tum quia ipſe hoc fecit ſine præjudicio jurium ſui Epiſcopatus, ut mox dictum fuit; tum etiam, quia in dicta authoriſatione nihil in dubio contra ſeipſum, & ſuam authoritatem facere voluiſſe cenſendus eſt, cùm in qualibet diſpoſitione ſemper cenſeatur excepta perſona loquentis: *l. inquiſitio, Cod. de ſolut.* Surd. *conſil.* 47. *num.* 20.

12 Et facultas libera debet intelligi ſecundùm ſubjectam materiam, & ſecundùm leges & jura de illa materia loquentia: Alex. *conſil.* 80. *n.* 12. *volum.* 1. Gozadin. *conſil.* 58. *num.* 22. Seraph. *deciſ.* 576. *numero* 4. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 53. *num.* 24. Surd. *dicto conſil.* 313. *num.* 94.

Conſtat igitur ex præmiſſis, donationem juriſpatronatus factam laico conſanguineo fundatricis, cujus perſona non fuerat approbata, nullam eſſe; & propterea, illa non obſtante, licitum fuiſſe fundatrici de dicto jurepatronatus diſponere in favorem capituli, in præjudicium primi illius donatarij, cujus donatio ſubſiſtere non poterat; & multò magis in præjudicium ſuorum hæredum: † quamvis in ultima donatione facta capitulo non interveniſſet Epiſcopalis approbatio, quæ non requirebatur in hac ultima tranſlatione juriſpatronatus facta capitulo, vel alteri loco pio: Roch. de Curte *in tract. de jurepatron. in verb. ipſe vel is à quo, num.* 30. Ferret. *d. conſil.* 343. *num.* 5. per text. *in cap.* 1. *& ibi* Geminian. & Franc. *de jurepatron. lib.* 1. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 13. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ.* 177. *num.* 3. † Optimè Duran. *lib.* 2. *de rit. deciſ.* 463. ubi loquitur de duabus donationibus juriſpatronatus: quarum prior facta fuerat in favorem laici; ſed ſine confirmatione Epiſcopi: poſterior verò facta fuerat etiam abſque conſenſu Epiſcopi, ſed in favorem loci pij: & concludit pro validitate ſecundæ donationis. † Addens non valere confirmationem Epiſcopi ſubſequutam primæ donationis, in præjudicium ſecundi donatarij, cui jus erat intermedio tempore quæſitum.

Hæc cauſa fuit tranſactione ſopita: quia durum eſt contra ſtimulum calcitrare, & lex fundationis erat admodum clara. Ideo conſului concordiam, & ita factum fuit.

CAPUT LV.

De caſibus in quibus puella, vel ſponſa, aut uxor ſequeſtrari poſſit. Quomodò, quibus ex cauſis, & quibus obſervatis ſequeſtratio fieri poſſit, & apud quos. Et utrùm talis ſequeſtratio duret uſque ad ſententiam, & illius executionem; an verò, & quando etiam poſt latam ſententiam. Et quid ſtatuendum ſit de muliere agente ad thori ſeparationem, vel ad illam in jus vocata, inſtante marito.

SVMMARIVM.

1 *Sponſa ſequeſtranda eſt, ſi ex parte mariti allegetur juſtus timor violentiæ.*

2 *Sponſa traducta ad domum mariti, non ſequeſtratur, ſed reſtituitur marito, ſaltem quoad cohabitationem, non autem quoad copulam.*

3 *Si periculum ſit ne ſponſus per verba de præſenti traductam, ſed nondum cognitam ſponſam ſibi comprimat, non eſt reſtitutioni locus, ſed procedendum eſt ad ſequeſtrationem.*

4 *Puella, cui periculum eſt ne tutores immaturas, aut inæquales procurent nuptias, ſequeſtranda eſt.*

5 *Matri binubæ non debet permitti, ut puellam ſuam nubilem extra locum ſolita habitationis traducat, & multò minus extra Monarchiam.*

6 *Si duo contendant de aliqua ſponſa, ipſa debet pendente ſequeſtrari, ne poſtea contingat reintegrationem reddi illuſoriam.*

7 *Mulier nupta, traducta & cognita, debet remanere apud virum, nec locus eſt ſequeſtrationi, pendente judicio nullitatis matrimonii.*

8 *Limitatur niſi adeſſent evidentes & clarę nullitatis matrimonii probationes: tunc enim mulier non redderetur viro; ſed lite pendente locus eſt ſequeſtrationi.*

9 Diſſi

9 *Differentia quoad sequestrationem statuitur inter virginem, & corruptam.*

10 *Iudex non debet confovere peccatum sub prætextu matrimonii, dum de eo sibi clarè constat; sed debet etiam ex officio partes separare.*

11 *Mulier nupta, de adulterio convicta, etiam post sententiam manere debet in sequestro.*

12 *Quæ sit praxis procedendi in causa separationis thori ex capite sævitiæ.*

13 *Mulier lite pendente super separatione thori sequestranda est: non tamen præcisè requiritur quod hac sequestratio fiat in monasterio, sed potest fieri in alio loco honesto & tuto.*

14 *Post sententiam separationis thori ex culpa viri, uxor libera ab omni sequestratione dimittenda est.*

15 *Quæ observanda sint à judice, ad mulieris, vel puellæ sequestrationem deveniente.*

16 *Sequestratio non debet fieri apud affines mulieris vel puellæ, si suspecti sint.*

17 *Relatio peritorum nulla est, si pars in eorum deputatione citata non fuerit.*

18 *Iudex non potest nominare peritos, nisi in casum discordiæ, vel contumaciæ.*

19 *Cessante causa finali sequestrationis mulieris, cessare debet sequestratio.*

20 *Sponsa cogenda est per executiones & censuras, ad observationem datæ fidei; etiamsi non intervenerit juramentum in promissione. Amplia, etiamsi diceret se fictè promisisse, numer. 21.*

22 *Sponsa, contra quam agitur ut fidem observet; debet manere in sequestro usque ad finem litis, & num. 23.*

24 *Quando agitur duntaxat de explorandâ voluntate mulieris, facta exploratione, finitur sequestratio.*

25 *Quandoque, sed magnâ cum circumspectione, sequestrationis mulieris vicem subit cautio.*

26 *Nonus casus in quo dubitari potest, an sit locus sequestro: remittitur ad cap. 79. infrà.*

1 CErtum est, puellam quæ cum aliquo sponsalia contraxit, sequestrandam esse, quando sponsus justam habet causam timendi, ne ipsi à parentibus aliqua inferatur violentia, si forsan ipsis insciis contraxit: quod de jure communi licet (quidquid sit de jure Galliæ.) Probatur per text. *in cap. cùm locum*, quem ibi sic intelligit Abbas *num. 5. de sponsalib. in versic. ex quo infertur*, ubi dicit quod ad matrimonium contrahendum non sufficit purus consensus, sed debet esse cum plena libertate & securitate: & ideo quando est indagandus animus puellæ, judex debet ex officio providere, ut collocetur in domo, ubi nullum metum, nullámque violentiam timere possit. Quamobrem si timeatur de violentia, puella sequestrari debet in monasterio monialium, vel apud honestos ipsius consanguineos. Caroc. *in tract. de sequestr. quæst. 1. 6. quæst. princip. num. 2.*

2 Supradicta procedunt, quando agitur de sponsa per verba de futuro; secus esset dicendum, si ageretur de sponsa de præsenti: quia tunc distinguendum esset, utrùm illa ad domum mariti traducta fuisset, an non: si traducta sit, & nondum cognita, maritus debet manuteneri in possessione suæ uxoris quoad cohabitationem, & alia obsequia per uxorem debita; non tamen quoad copulam, in cujus possessione nunquam fuit; & si spoliatus fuerit, debet reintegrari: & sic nullus erit hoc casu sequestrationi locus, secundùm Thom. Sanch. *de matrim. lib. 7. disput. 112. num. 8.* † Si tamen hoc casu timor esset ex parte mariti, ne violenter copulam extorqueret, dum de sponsæ restitutione disputatur; tali casu non esset restituenda, donec de illius exceptionibus cognitum esset: ut ibidem tradit Sanch. *num. 10.* Et hoc casu existimo maritum justè petere posse sponsæ suæ per verba de præsenti sequestrationem, si timor adsit subornationis: per text. *in cap. penult. de probat.* in illis verbis: *Ponatis interim in illo monasterio quod intravit, ut ibi securè valeat commorari, donec judiciali sententia quid agi debeat decernatur.* 3

Tertius est casus in quo sequestratio peti potest, 4
quando agitur de puella quam tutor nimis festinanter nuptui tradere vult, aut illi inæquale matrimonium procurare: tunc enim ipsa sequestratur. Caroc. *in dicto tract. de sequestr. quæst. 6. princip. quæst. 1. num. 1.* ubi etiam dicit sequestrari à vitrico ex causa suspicionis. † Unde in casu occurrenti Consului, & 5
sic observatum fuit, quod puella juvenis, cujus mater extra Monarchiam nupserat, & ad secunda vota convolaverat, sequestraretur in monasterio, donec de ejus matrimonio fuisset actum, & ad illius perfectionem deventum: quia timor erat ne mater illam abduceret extra Monarchiam, ubi citationes exequi, & jurisdictio curiæ Episcopalis ordinariæ exerceri non posset, quæ postea fuit tradita viro idoneo, & è monasterio, in quo sequestri nomine existebat, abducta, ex traditis notanter per Rot. *decis. 255. n. 21. part. 6. recent.* ubi dicitur multùm convenire juri & æquitati, ac saluti filiorum, ut non abducantur è loco suæ originis, & habitationis; & judicem posse etiam ab ipsa matre exigere cautionem, de illos non abducendo extra illum locum.

Quartus casus est in quo conceditur sequestratio, 6
si duo contendant de aliqua sponsa, quam uterque sibi prætendit matrimonio conjungendam esse: tunc enim, lite pendente, puella sequestrari, & copula interdici debet: per text. *in cap. 2. & in cap. tua fraternitas 4. de sponsal. duor. & in cap. tenor 10. §. final. juncta gloss. in verb. accedat, de sentent. & re judic.* per quæ jura ita tenet Natt. *consil. 250. num. 9.* sequitur Gaill. *lib. 1. observ. 112. n. 15.* attestans ita fuisse in camera Imperiali observatum, quanquam in juribus per eos allegatis prohibeantur quidem geminata sponsalia, sed de sequestratione ibi non fiat mentio: sed meliùs probatur per text. *in d. cap. cùm locum 14. de sponsal. lib.* secundùm primam lecturam, quam exponit Gutier. *de matrim. cap. 37. num. 1.*

Quintus est casus, dum agitur de muliere nupta 7
post matrimonium consummatum, ad cujus tamen nullitatem uxor agit; & hoc casu non est decernendum sequestrum, quia maritus sua possessione spoliaretur, ut probatur per text. Glos. & DD. *in d. cap. cùm locum, juncto cap. 1. ut lit. pendent.* & quamvis DD. *in d. cap. cùm locum*, dicant mulierem esse sequestrandam, quando timetur quod executio propter potentiam adversarii fieri non possit: tamen loquuntur quando mulier est virgo; vel si est corrupta, ipsa stat contra matrimonium: sed quando ipsa non stat contra matrimonium; sed is, contra quem agitur ad matrimonii nullitatem, illam possidet, & matrimonium illius est plenè probatum, & consummatum; tunc non est locus sequestro, sed mulier debet remanere apud virum, qui in ejus possessione reperitur, ut fuit decisum apud Puteum *decis. 247. lib. 3. in correctis*, ubi notatur in margine, causâ iterùm propositâ, fuisse decisum non esse locum sequestro. † Neque obsta- 8
re, quod agatur de materia peccati. Quia etiam in hac materia fit restitutio uxoris marito, quando non adsunt claræ & evidentes probationes in contrarium:

per

per text. *in cap. litteras, de reſtit. ſpoliat.* Rot. apud Poſt. *deciſ.*241.*n.*3. & 4.

Dixi, quando non adſunt probationes in contrarium. Quia ſi judici notoriè conſtaret de peccato, non eſſent conjuges in eo confovendi, ſed confeſtim ſeparandi: ut in *d.cap.litteras* 13. *ibi*, *& probationes offerantur incontinenti, de reſtit. ſpoliat.* & tradit additio margin. ad Put. *d.deciſ.*248.*lib.*3.

9 Unde in caſu occurrenti. Dixi, verum quidem eſſe maritum lite pendente & conſummato matrimonio manutenendum eſſe; quamvis agatur de materia peccati: ut præter ſupra deducta probatur per Gratian. *diſcept.forenſ. cap.*850.*n.*6. ubi docet hoc caſu non eſſe locum ſequeſtrationi uxoris. Poſtius *de manutent.obſervat.*10.*n.*97.*&* 98. ubi id benè explicat, ut locum habeat ſi ageretur de virgine; quia ipſa ſequeſtranda eſt: ſecus de muliere corrupta, conſummatóque matrimonio, præſertim ſi ex eo liberi creati fuerint: quam diſtinctionem etiam facere videtur Rot. apud Ludoviſ. *deciſ.*351.*n.*45.

10 Tamen quia notoriè conſtabat illam mulierem vivere cùm peccato; quia matrimonium non fuerat contractum coram proprio Parocho, neque denunciationes in Gallia ex ordinationibus requiſitæ intervenerant; ſed ſolùm inſtrumentum matrimonii ſumptum per notarium, & mulier illa retenta fuerat à viro per aliquod tempus, tanquam focaria ſeu concubina. Conſulvi ut ipsâ priùs dimiſsâ, vir inſtaret ad matrimonii perfectionem in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ, prout fuit factum; & his introducta ad obtinendam matrimonii celebrationem, non obſtantibus aliis impedimentis, & oppoſitionibus affinium: quia alioquin ipſe judex Eccleſiaſticus partium ordinarius potuiſſet ad ſeparationem conſortii & cohabitationis procedere ex officio, lite durante: Gemin. *conſil.*76.*in princip.* Tuſch. *litter. P, concluſ.*441.*n.*14. Poſtius *de manutent. dicta obſervat.*10.*n.*95. add. ad Burat. *deciſ.*815.*n.*22.

11 Sextus caſus eſt, quando agitur de muliere nupta, quæ propter adulterium ſeparatur à marito: & hîc ſequeſtranda eſt omninò, ſi maritus hoc petat, & expenſas offerat, in loco in quo peccandi occaſio omninò tollatur: veluti in monaſterio (in locis in quibus adſunt monaſteria convertitarum) ut fusè comprobat Farin. *de delict.carnis, quæſt.*141.*n.*19. idque non ſolùm durante lite, ſed etiam ipsâ finâtâ; quia hoc illi datur loco pœnæ: ut ibi per Farinac.

12 Septimus caſus, quando uxor agit ad ſeparationem thori propter culpam mariti, veluti propter ejus ſævitiam, aut adulterium; & datur judici fumus periculi imminentis, caſu quo uxor cum marito habitaret: juxta praxim quam affert Sanch. *in tract.de matrim. lib.*10.*diſp.*18.*n.*30. ubi dicit, quod judex debet capere ſummarias informationes, etiam parte non citata, ſuper juſto timore futuræ & irreparabilis ſævitiæ, qui ſufficit ad obtinendam ſeparationem ad tempus:

13 † tunc mulier ſequeſtrari debet, & poni in loco tuto, donec cauſa fuerit deciſa: Farin. *quæſt.*143.*n.*218. veluti in domo alicujus mulieris honeſtæ, in qua vir, vel ejus affines, & conſanguinei aliquam injuriam aut violentiam inferre non poſſint: & viciſſim mulier non habeat occaſionem malè vivendi, aut etiam in aliquo monaſterio monialium: quia non exigitur præcisè quod ipſa ſequeſtretur in monaſterio, neque ad id præcisè per judicem cogi poteſt, ſed ad judicis officium pertinet, ut provideat de loco commodo & ſecuro ac honeſto; & ne poſſit ſecurè ac liberè ſuam cauſam agere, ut deciſum fuit in Rot. apud Burat. *deciſ.*684.

14 Octavus caſus eſt, quando fuit lata ſententia ſeparationis thori propter viri ſævitiam, aut culpam: & hoc caſu, non ſolùm uxor marito non eſt reſtituenda, ſed etiam liberanda à ſequeſtro jam facto: ita ut ipſa poſſit ſibi eligere habitationem, prout ſibi placuerit: & ſi timeat offendi à marito, poſſit ſe ipſam conſtituere in loco tuto, & ſecuro, per eam eligendo: quod probatur per text. *in cap. ex tranſmiſſa* 8. *in fin.de reſtit. ſpoliat.* ubi mandatur uxorem ſequeſtrari in loco tuto, donec lata fuerit ſententia: ergo latâ ſententiâ in favorem uxoris, ceſſat ſequeſtratio: alioqui pœnam uxor innocens pateretur, quod eſſet abſurdum: ita determinat Ciriac. Nigr. *controverſ.*172.*n.*109. *junctο n.*5.

15 Cæterùm in caſibus in quibus locus eſt ſequeſtrationi mulieris, virginis, vel deſponſatæ, ſeu etiam conjugatæ, Judex penes ſquem hujus negotii cognitio eſt, ad multa advertere debet. Primò enim in de matrimonio puellæ contendentes viri ſint potentes, debet ſumere ſummarias de fide matrimonii & informationes; rixas & querelas ex officio, quatùm fieri poteſt, impedire; etiam indictis pœnis, & invocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari: puellæ ſponſiones non in domo parentum accipere, ſed in loco ab omni ſuſpicione remoto, ubi libera ſit illius voluntatis declaratio. † Eaque de cauſa dicebam aliàs, Reſponſiones perſonales cujuſdam nobilis puellæ factas ſuper fide data matrimonii, & ſuper illius voluntate, minus rectè habitas fuiſſe; quia examinata fuerat in domo affinium, qui quotidie maximo cum animi ardore inſtabant, ut matrimonium tanquam metu celebratum, nullum & invalidum declararetur: ut teſtatur Ricc. *in praxi ſer. fori Eccl. ſiaſt. tit. de praxi matrimon. deciſ.* 247. † Idque nôt. obſtante prætextu allegatæ infirmitatis, de qua non conſtabat, niſi per relationem peritorum mulieres in civitate Tholoſana nominatorum; nempe parte non citatâ, juxta doctrinam Bart. *in l. Theopompus, n.*11. *ff. de dot. præleg.* Pacian. *de probat. lib.*1.*cap.*47.*n.*120. Barz. *deciſ. Bononien.* 22. *num.*6. *&* 10. qui omnes requirunt partis citationem in nominatione peritorum; † cùm non poſſit judex petitos ex officio nominare, niſi in caſum diſcordiæ partium in nominando, vel contumaciæ: ut per Barz. *d.num.*6.*&* 10. Cùm ergo non conſtaret de infirmitate puellæ, per relationem peritorum legitimè factam; nec quod infirmitas eſſet talis, quæ illam ad locum non ſuſpectum deduci impediret, ſaltem adhibitis pro ejus ſanitate debitis præcautionibus; ſequebatur dictæ puellæ reſponſiones perſonales uti minùs legitimè factas, eſſe in loco non ſuſpecto repetendas. Totam hujuſce rei praxim ponit ad longum Gutier. *d.cap.*37.*num.*2.

16 Præterea debet judex conſiderare, qua de cauſa & ad quem finem fiat ſequeſtratio puellæ, vel mulieris. Si enim fiat ſimpliciter ad explorandam illius voluntatem, facta exploratione ceſſabit ſequeſtratio. Si ut puella, vel mulier ſit ſecura & immunis ad omni violentia; durabit ſequeſtratio quamdiu durabit occaſio & timor violentiæ. Si denique ut ſententia proferendæ executio non reddatur inutilis, durabit uſque ad finem litis, & ſententiæ executionem; quod benè explicat Gutier. *d.cap.*37.*de matrim.n.*3.

17 Unde aliàs inferebam, quod cùm quædam puella alicui fidem ſuam per ſponſalia legitimè contracta dediſſet, lite deſuper pendente ſequeſtrandi erat, nec à ſequeſtro dimovenda, donec lis fuiſſet terminata: ne ſententia proferenda in illo judicio defectu executionis redderetur eluſoria. Non enim ſicbat ſequeſtratio ad explorandam illius voluntatem, quia imò cogenda erat ad obſervantiâ juratæ promiſſionis.

Ricc.

Ricc. *in dicta prax. matrim. decis.* 331. *& decis.* 233. *num.* 6. ubi hoc locum etiam habere vult, etiamsi non interveniſſet juramentum : Bonacin. *de matrimon. quæſt.* 1. *punct.* 2. *num.* 1. Taliſque coactio fieri poteſt etiam per capturam perſonarum, & per cenſuras Eccleſiaſticas. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſput.* 29. *n.* 4. *in princip.* Ricc. *collect.* 231. Seraphin. *deciſ.* 1112. *n.* 1.

21 † Ampliatur etiamſi mulier diceret ſe fictè, & animo ſe non obligandi promiſiſſe. Bonacin. *loc. citat. num.* 4. *verſic. Dico ex vi juramenti.*

22 Itaque cùm non ad explorandam voluntatem, ſed pro ſecuritate executionis fieri debeat ſequeſtratio, non debebat amoveri à ſequeſtro donec lis fuiſſet plenè terminata. Gutier. *dict. cap.* 37. *num.* 3. *verſic. & quidem primo caſu.* Alex. *conſil.* 161. *numero* 10. *lib.* 5. Cravet. *conſil.* 190. *per tot.*

23 Eadem ratione in illa causa matrimoniali Tholoſana, de qua ſuprà, *n.* 16. Dicebam puellam uſque ad exitum cauſæ in loco tuto ſequeſtrandam, nec à ſequeſtro amovendam, donec lis fuiſſet finita, juxta concluſiones ſupradictas, per text. *in dict. cap. cum locum, de ſponſalib.* his verbis : *Mandamus quatenus puellam, de cujus matrimonio quæſtio ventilatur, in domo in qua nihil eam timere oporteat, facias honeſtè teneri, donec prædicta cauſa terminata fuerit, & ſententia ſine contradictione cujuſquam valeat executioni mandari.* Ratio eſt, quia agebatur contra ipſam ad obſervationem fidei datæ.

24 Et è contrario, in alia matrimoniali Montis Adhemarij, in qua ſolùm tractabatur de exploranda voluntate ſponſæ, quæ in quadam arce detenta declaraverat ſe nolle illud matrimonium : deinde verò ad libertatem reducta, contrariam fecerat declarationem, & primam revocaverat. Dixi locum quidem eſſe ſequeſtro, ſed ſponſam, facta ſua ſpontanea declaratione, dimittendam eſſe, nec in ſequeſtro ampliùs detinendam, juxta concluſiones prædictas, & tradita per Gutier. *dicto cap.* 37. *num.* 3. *verſic. & videtur, & verſic. cæterum, & num.* 5. Et ex eodem fonte deducuntur ea, quæ de muliere conjugata in ſequeſtro retinenda, vel dimittenda, ſuperius diximus *num.* 7. *& ſeq.* quæ hic non repetuntur.

25 Ultimò advertendum eſt poſt Gutier. *dict. cap.* 37. *numero* 3. *in* 2. *caſu, verſic. quod ſic ex meritis cauſæ*, poſſe judicem, ſi jura ſint in ambiguo, puellam nondum nuptam parentibus committere, datis fidejuſſoribus idoneis : qua tamen in re judex circumſpectus admodum eſſe debet, & advertere utrùm fidejuſſor ſufficiat, ut per eum ſententiæ proferendæ executio non reddatur eluſoria : qua in re multùm poterit illius arbitrium.

26 Nonus caſus in quo dubitari poteſt, utrùm ſit locus ſequeſtrationi, nempe quando uxor allegat mariti impotentiam : exponitur inferiùs. *c.* 79.

CAPUT LVI.

Eccleſiam Cathedralem, quæ propriè Matrix dici poteſt, totius diœceſis eſſe parochiam, & fundatam habere intentionem in Eccleſiis auxiliatricibus, quas Succurſales vocant, ibique non eſſe cogendam Vicarium perpetuum conſtituere, præſertim ſi ſit in immemoriali conſuetudine preſbyteros amovibiles, & ſalariatos deputandi.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia metropolitana, vel cathedralis, eſt communis parochia totius diœceſis.*
2 *Quilibet poteſt recipere ſacramenta in Eccleſia cathedrali.*
3 *Qui in feſto Paſchatis communicat in Eccleſia cathedrali, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.*
4 *Eccleſia cathedralis, ob jus parochialitatis, habet regulariter fundatam ſuam intentionem in exactione decimarum.*
5 *Eccleſiæ inferiores cenſentur in dubio conſtructæ ad auxilium & ſuccurſum cathedralium.*
6 *Eccleſiæ inferiores erectæ in parochiales, habent titulum collativum & perpetuum.*
7 *Non poteſt procedi ad erectionem parochiæ per viam ſeparationis ab Eccleſia cathedrali, niſi de conſenſu ipſius Eccleſiæ cathedralis.*
8 *Concil. Triden.* ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. *non habet locum quando in loco remoto adeſt oratorium, aut Eccleſia ſuccurſalis.*
9 *Eccleſia in qua ſacramenta adminiſtrantur nomine Eccleſiæ cathedralis per preſbyteros deputatos, & amovibiles, dicitur ſuccurſalis, ſeu auxiliatrix Eccleſiæ cathedralis.*
10 *Matricis Eccleſiæ nomen varias quidem habet ſignificationes, ſed præcipuè applicatur Eccleſiæ cathedrali.*
11 *Sacerdos Eccleſiæ auxiliatricis non dicitur Rector, ſed officiator.*
12 *Amovibilis presbyter, non proprio, ſed deputantis nomine poſſidet.*
13 *Poſſeſſio deputati ad tempus, finito tempore expirat, & non eſt manutenibilis.*
14 *Amovibilis Vicarius in Parochiali deputatus, poteſt amoveri ſine cauſa; ſed non animosè, aut ex odio : hoc enim caſu poſſet judicis officium implorare.*
15 *Dato ſumo perpetuitatis, poſſeſſio longi temporis manutenibilis eſt.*
16 *Officia Eccleſiæ amovibilia dari poſſunt ad vitam cum conſenſu capituli, & authoritate Papæ.*
17 *Epiſcopus non poteſt revocare conceſſionem ad vitam officij manualis, ſi Papæ confirmatio acceſſerit.*
18 *Qui ſemel officium amovibile conſenſit dari ad vitam, non obligatur ad id in futurum.*
19 *Amplia ut per talem conſenſum, ſi de ejus animo, vel proteſtatione appareat, ſibi non præjudicet in petitorio, nec in poſſeſſorio.*

Eccleſia Cathedralis curam animarum per vicarium temporalem, & ad nutum amovibilem exercere ſolita, in quodam civitatis ſuburbio ſemel vicarium, durante eius vita, in illius ſuburbij Eccleſia pro ſacramentorum adminiſtratione deputaverat. Illo autem vita functo, quidam vicarium illam ſub nomine perpetui beneficij impetraverat : Unde quæſitum fuit, utrùm talis impetratio ſubſiſteret? Et negativè reſponſum fuit.

In primis enim ſupponendum eſt, Eccleſiam Metropolitanam ſeu Cathedralem eſſe communem totius diœceſis parochiam : probatur in *cap.* 2. & ibi Gloſſ. & DD. *de pœniten. & remiſſ. in* 6. *in verb. ſuo ſubdito*, ubi dicit Archipreſbyterum Eccleſiæ cathedralis, quoad ſacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem, reputari Vicarium Epiſcopi. † Et de iure quilibet poteſt ſacramenta recipere in Eccleſia cathedrali, 1 2

& majori, quæ dicitur parochia totius diœceſis. Gloſ. *in cap. officium 3. in verb. à foris veniunt, de offic. Archipreſb.* Card. *in Clem. dudum, §. verum, de ſepultur.* Barboſ. *in dicto cap. officium, num. 4.* Unde & quoad adminiſtrationem ſacramenti matrimonii, Archipreſbyter Eccleſiæ cathedralis dicitur ad hunc effectum proprius Parochus: exceptis tamen locis, in quibus de conſuetudine talis illi poteſtas non conceditur, ex notatis per Sanch. *de matrim. lib. 3.*

3 *diſp. 28. num. 1. & 2.* † Eadémque ratione, quamvis omnes utriuſque ſexus fideles, ſemel in anno teneantur in propria parochia ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumere, ex *cap. omnes utriuſque ſexus, de pœnitent. & remiſſion.* tamen præcepto ſatisfaciunt, ſi ſacram ſynaxim accipiant in Eccleſia cathedrali. Bonacin. *de ſacram. Euchariſt. diſp. 4. quæſt. 7. punct. 2.*

4 *num. 11.* † & iſta Eccleſia cathedralis, tanquam matrix, habet intentionem fundatam in decimis, ob jus parochialitatis: *cap. cùm contingat 29.* & ibi Gloſſ. *in verb. de jure communi, de Decim.* & ibidem

5 Barboſ. *num. 7.* † Aliæ verò Eccleſiæ intra diœceſim conſtructæ, niſi habeant ſuos limites diſtinctos, cum juribus parochialibus ſeparatis, cenſentur rectæ & fundatæ ad ſuccurſum Eccleſiæ cathedralis; ſi erectæ ea ratione probentur poſt fundationem ipſius cathedralis. Rebuff. *de decim. quæſt. 6. num. 20.* Monet.

6 *cap. 7. quæſt. 1. num. 30.* † Sed Eccleſiæ in parochiales erectæ, cum ſuis limitibus diſtinctis, & ſeparatione, & diſmembratione juris parochialis, habent titulum collativum & perpetuum; & ſuo nomine proprio habent fori pœnitentialis exercitium; & conſtituitur in illis verus Eccleſiæ parochialis Rector. Rota *deciſ. 272. num. 2. part. 1. recent.*

7 Secundò ſupponendum eſt, quod ſi Eccleſia matrix non conſenſerit ſeparationi, & diſtinctioni parochiæ; non poteſt ad talem ſeparationem procedi, propter magnum præjudicium quod ipſi inferretur. Rebuff. *in praxi, tit. de erectione in curatam, & paroch. n. 4.* Coſta *de ſubſid. remed. 75. n. 3.*

8 Verum quidem eſt, quod ex Concilii Tridentini diſpoſitione *ſeſſ. 21. cap. 4. de reformat.* quando propter loci diſtantiam parochiani, ſine magno incommodo ad audienda divina officia accedere non poſſunt, prout in hoc caſu, in quo locus erat ſatis remotus; Epiſcopi invitis Rectoribus novas parochias erigere poſſunt: ſed hoc intelligendum eſt ut locum non habeat, quando in loco illo remoto & difficilis acceſſus, adeſt Eccleſia ſeu oratorium cum fonte baptiſmali, ibique Rector apponeret unum Sacerdotem in ſui adjutorium. Ricc. *in praxi rer. for. Eccleſiaſt. deciſ. 554. n. 6.* Menoch. *conſil. 477. n. 9.* Coſt. *de ſubſid. remed. 75. num. 10.*

9 Quamobrem Eccleſia iſta, quæ in ſuburbio erecta fuerat in adjutorium tantùm Eccleſiæ matricis, ſeu cathedralis, non erat parochia diſtincta, & independens à matrice; ſed erat potiùs Eccleſia ſuccurſalis, ſeu auxiliatrix addita Eccleſiæ matrici. DD. *in d. cap. ad audientiam 3. de Eccleſ. adificand.* Petr. Gregor. *de benefic. cap. 10. num. 26.* Decius *in*

10 *cap. ex parte 2. num. 1. & 2. de reſcript.* Non negamus tamen, quin Eccleſia matrix dici poſſit quæcumque alias habens ſub ſe; licèt non ſit cathedralis, ut dicit Rot. *d. deciſ. 272. part. 1. recent.* ſed propriè loquendo, matrix vocatur Cathedralis Eccleſia: ut dicit Dec. *in d. cap. ex parte 2. de reſcript. num. 2.* & eſt text. *in cap. venerabili 22. in fin. de verb. ſignific.* ibi: *Nos enim per Matricem Eccleſiam, Cathedrales intelligi volumus.*

11 Sacerdos autem, qui in iſta Eccleſia auxiliatrice deputatur, non dicitur Rector, ſed officiator; & eſt capellanus ad nutum amovibilis, ut dicit ibidem Dec. *n. 1.* Bald. *conſil. 18. n. 1. volum. 5.* titulus enim canonicus Rectoris non poteſt conferri, niſi à Diœceſano: ut dicit Baldus *ibidem.*

12 Et talis conductitius non poſſidet nomine proprio, ſed nomine conducentis: Bellamer. *conſil. 38. per tot.* maximè *in verſic. nec ſecundum dici poteſt.* Ideo dicitur habere ſimplex ſalarium, & non titulum: Garc. *de benefic. part. 1. c. 2. num. 93.*

13 Neque ex deputatione talis curati amovibilis, illiuſque nominatione, prætendi poteſt aliqua poſſeſſio manutenibilis: quia poſſeſſio ad tempus limitatum conceſſa, finito tempore exſpirat. Garc. *d. cap. 2. num. 87. part. 1.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 167. num. 22.*

14 Si tamen deputatus iſte ad exercenda jura parochialia, quantumvis amovibilis, expelleretur ex mera animoſitate, & in odium accuſationis, atque animo vindictæ; tali ſic remoto competeret officium judicis, ſeu ſuperioris: Gratian. *d. cap. 167. num. 22.* Ceſſante autem malitiâ, poteſt ad libitum removeri, etiam ſine cauſa: Rot. *deciſ. 778. n. 1. & 2. part. 1. diverſ.* Gratian. *ubi ſup. n. 27.* quia removens utitur jure ſuo. Cavaler. *deciſ. 72. num. 5.* † quamvis *num. 1.* dicit, quod ſi poſſeſſio eſſet longi temporis, daret aliquem ſtatum conſiderabilem ad effectum manutentionis vel reintegrationis: *c. querelam, de elect.* dummodò prætenderet beneficium eſſe perpetuum, & de eo fumum daret. Poſt. *de manuten. obſervat. 52. num. 24.*

15 Poſſunt tamen iſta officia manualia & amovibilia concedi ad vitam deputati, accedente conſenſu capituli, & authoritate Superiorum: Rebuff. *conſil. 110. num. 8.* ubi dicit, quod ſi Vicarius de conſenſu Epiſcopi fuerit deputatus ad vitam, † & iſta deputatio fuerit authoritate ſedis Apoſtolicæ confirmata, non poterit deinde ab Epiſcopo revocari. Sicut in ſimili, valet conductio decimarum facta ad vitam conductoris: ut dicit Monet. *de decim. cap. 5. n. 65.*

16 Sed ex unica conceſſione non colligitur mutatio ſtatus, nec propterea cogendum eſt capitulum poſt mortem ſecundarij, ſeu adjutoris, aut vicarii illius, alium perpetuum nominare, ſeu conſtituere: cum conſtet de mente concedentium, qui noluerunt ibi in futurum præjudicare. Nicol. Garc. *de benefic. d. part. 1. cap. 2. num. 114.* quia ultimus ſtatus in beneficialibus attenditur in dubio, ſecus quando conſtat clarè de intentione illius, qui noluit ſibi in futurum præjudicare. Garc. *d. num. 114.* † Adeo ut nec in petitorio, nec in poſſeſſorio jus quæſitum dicatur, ad effectum inducendi perpetuitatem. Rota apud Garc. *loc. citat. num. 94.* ubi dicitur, hoc multò magis procedere, quando in tali conceſſione ad vitam facta, fuit expreſſa proteſtatio præſervativa jurium concedentis. Et *part. 10. cap. 2. num. 16.* ubi dicitur non attendi ultimum ſtatum, ſi non conſtet de erectione vicariæ perpetuæ. Et ex his fuit concluſum, illum qui vicariam iſtam amovibilem ut beneficium perpetuum impetraverat, non eſſe in bona impetratione fundatum, & illa vicaria ſemper amovibilis remanſit.

CAPUT LVII.

De interpretatione ordinationis Regiæ, quâ cavetur devolutarios omnes teneri cave re idoneè, antequâ in judicio recipiantur. Variis

Vtrùm cautio hæc post litem contestatam peti possit. Vtrùm parte non petente. Quis sit effectus denegationis audientiæ. Vtrùm danda sit cautio, quamvis ante annum possessor impeditus fuerit. Et utrum Graduati, Nominati, vel Indultarii ad hanc cautionem adstringi possint.

SUMMARIUM.

1 *Devolutarii omnes in Gallia, antequam in judicio recipiantur, cavere idoneè tenentur.*
2 *Devolutariis, si non eligant domicilium, & idoneè caveant, denegatur audientia.*
3 *Audientiâ denegatâ, si procedatur ad ulteriora, processus erit nullus.*
4 *Cui audientia denegatur, utrùm denegetur appellationis remedium. Remissivè.*
5 *Devolutarius ita demùm cavere tenetur, si ab eo cautio petatur.*
6 *Quando quis ex statuto cavere tenetur, intelligitur, dummodo pars id petat.*
7 *Cautio ante litem contestatam à devolutario peti debet, aliàs remissa censetur.*
8 *Dicti*, Avant que d'estre receu, *ordinem substantialem denotat.*
9 *Cautionem etiam post litem contestatam peti posse judicatum fuit.*
10 *Praxis tamen contrarium observat, ut omninò ante litem contestatam petenda sit.*
11 *Cautio, utrùm danda in favorem possessoris non annalis, in Gallia, per devolutarium. Quod sic. n. 12.*
13 *Graduati, Nominati, & Indultarii vigore suæ nominationis, gradus, vel indulti impetrantes, cavere non tenentur.*
14 *Ius conferendi data negligentia collatoris ordinarii, devoluitur ad alios collatores, ut ibi exponitur.*
15 *Si collator ordinarius infra sex menses à die requisitionis non providerit Graduato, aut Nominato, locus est devolutioni.*
16 *Devolutio non fit omisso medio, excepto summo Pontifice, vel Legato.*
17 *De collatione jure devoluti facta. Remissivè.*
18 *Graduatus si alio jure impetret quàm in vim gradus, tenetur cavere.*
19 *Impetrans Graduatus, debet esse talis tempore impetrationis.*
20 *Tempus possessionis resignantis in anno non computatur.*
21 *Successor quoad tempus possessionis non juvatur possessione authoris.*

1 IUre Gallico statutum est, beneficia viventium certo modo vacantia impetrantes, quos devolutarios vocant, cujuscumque qualitatis & conditionis existant, & de quibuscumque beneficiis agatur, antequam audiantur, & recipiantur in judicio, teneri domicilium eligere, & cavere in favorem possidentium beneficia in Gallia sita, datis idoneis fidejussoribus de judicatum solvendo, secundùm formam juris, & aliàs prout in Regia ordinatione Blesensi, anno 1580. edita, *art.* 46. continetur: & in aliis insertis in Codic. Henrici IV. *& en la Conference des Ordonnances, lib. 1. tit. 3. art. 45.* & alibi passim. Circa cujus ordinationis interpretationem, & praxim, sequentia notanda sunt.

Primò devolutario cautionem idoneam non danti, audientiam denegari: ut colligitur ex illius verbis Regiæ ordinationis, *avant que d'estre receus aux actions qu'ils voudront poursuivre*: & ita tenet Louet *in sua recollect. arrestor. litt. D, n. 18. in principio.* † Et per consequens si ad ulteriora procederetur in causa, nullâ datâ cautione, processus esset nullus. Peregr. *consil. 87. num. 4. volum. 1.* & est communis opinio, teste Imola & Alexand. in *l. 1. §. sublata, ff. ad Trebell.* Vant. *de nullitate ex defectu mandati, num. 52. & 53.* ubi dicit processum agitatum cum eo, cui à lege viva, vel mortua denegatur audientia, esse ipso jure nullum. Francisc. Salgad. *de Regia protect. part. 2. cap. 8. num. 4.* ubi etiam fusè † exponit quando denegetur appellatio illi, cui denegatur audientia. 2 3 4

Secundò notandum est, ea quæ mox de devolutario ante datam cautionem non admittendo ad judicium dicta sunt, intelligenda esse, dummodò reus conventus cautionem sibi præstari postulet; eo enim non opponente, judicium subsistit: ita DD. omnes Galli ordinationem declarant, & inter cæteros Mornac. *ad l. furti 6. ff. de his qui notant. infam.* his verbis; *cavere enim datis fidejussoribus tunc tantùm necesse est, cùm ab adversario petitur.* Theven. *ad ordinat. Reg. lib. 1. de l'estat Ecclesiastique, tit. 22. art. 1. in verb. Avant que d'estre receus.* 5

Et generale est, ut quando statutum aut constitutio dicit non aliter valere actum, quàm si prius cautio vel fidejussio præstetur; non tamen ob defectum cautionis præstandæ is vitietur, aut nullus reddatur, si à parte fidejussio vel cautio petita non fuerit: *l. peto 69. §. fratre*, & ibi Castrens. *num. 3. ff. de legat. 2.* Minsing. *centur. 1. observat. 6.* Gaill. *lib. 1. observ. 124. in fin.* Carpan. *ad statut. Mediolan. part. 1. cap. 44. num. 12. & 13. & cap. 131. num. 533. & 534. & cap. 64. num. 4.* 6

Tertiò, utrùm cautio ista præstanda sit ante litem contestatam, uti exceptionis dilatoriæ vim obtinens; an verò etiam post litem contestatam, & processu ad judicandum instructo, anceps est quæstio. Nam quod ante litem contestatam sit petenda, & facta contestatione, remissa censeatur, videntur ostendere verba ordinationis: *avant*, id est priusquam recipiatur, in judicio. † Quæ verba ordinem inducunt; cujus perversio actum fieri impedit. Abb. in *cap. litteris, in 5. notab. de restit. spoliat.* Ergo ante litem contestatam petenda est, nec aliter cautionis admittenda petitio, quàm servando ad unguem ordinem à Regia constitutione definitum. Atque ita fuit judicatum apud Louet *d. litter. D, n. 8.* 7 8

Contrarium tamen judicatum fuit anno 1598. die 23. Aprilis, imò nullum hactenus jure suo cecidisse, testatur Mornac. *ad d. l. furti, ff. de his qui notant. infam.*) vel quia non cavisset, vel quia contestatione facta, omnes formulas non impleviisset, quæ ad instruendum intra data ab edicto tempora præscriptæ sunt. † Sed in praxi prior opinio servatur, ut cautio ante litem contestatam petenda sit, teste Theveneau *d. tit. 22. art. 1.* 9 10

Quartò videtur dicendum, illi non esse imponendum cautionis onus, qui beneficium adversùs cum impetraverit, qui nondum per annum & diem possederat: ut colligitur ex verbis ordinationis, *Qui auront obtenu leurs devoluz sur les paisibles possesseurs par an & jour.* Licèt verba illa ordinationis post illius editionem à compilatore addita fuisse, & ex regula 35. de ann. poss. desumpta fuisse dicat Theveneau: Et quamvis aliud effectus consideretur in regula, aliud in constitutione Regia, semper tamen idem sit finis: ut scilicet improbi 11

lites exquirentium motus ; & odioſa , beneficia aliena aucupantium deſideria reprimantur.

12 Verùm licèt regula de triennali in ſuo caſu obſervari debeat, & obſervetur in Gallia : tamen cautio à devolutario exigi poteſt juxta ordinationem , ſive impetratio fiat adversùs eum qui per annum , ſive qui minori tempore beneficium impetratum poſſidet , prout dicto arreſto anni 1616. deciſum fuiſſe teſtatur Mornac. *in d. l. furti , circa finem* , ſequitur Brodeau ad Louet *lettre D. n.* 18. Atque ita judicatum ex ſententia Theven. *loco citato.*

13 Quintò , à cautionis neceſſitate eximuntur Graduati, Nominati, Indultarii, & alii impetrantes virtute ſuorum graduum, nominationum , vel indultorum , ob recuſationem collatorum ordinariorum, vel propter collationem factam perſonis non graduatis , nominatis , aut qualificatis : quia tunc jus conferendi devoluitur ad ſuperiorem , juxta ea quæ fusè explicat Rebuff. *in Concord. tit. de collationib. §. ſi quis verò, in verb. diſpoſitiones, & in verb. devolvantur, verſic. & hoc jus devoluitur*, & paſſim *in toto*

14 *illo* §. † Ut in ſimili , ſi jus conferendi pertineat ad capitulum , devolvitur ad Epiſcopum , datâ negligentiâ capituli intra ſex menſes non conferentis : & ſi Epiſcopus habeat jus conferendi , facultas poſt ſex menſes devoluitur ad capitulum ; ſi ad Epiſcopum ſimul & capitulum , devoluitur ad Metropoli-

15 tanum : *ex cap. 2. de conceſſ. præbend.* † Et per illum textum dicit Rebuff. *conſil.* 28. *num.* 9. Quod ſi poſt ſex menſes impetratio fiat coram Epiſcopo collatore ordinario à die requiſitionis computandos , non valebit collatio : quia jus conferendi poſt ſex menſes pertinebit ad Archiepiſcopum , juxta *d. cap. 2. de con-*

16 *ceſſ. præbend.* † hoc tamen non impedit, quin omiſſo medio recurri poſſit ad Papam, vel Legatum , quibus competit jus conventionis. Rebuff. *d. conſil.* 28. *n.* 1. 2. *&* 3. in aliis collatoribus gradatim,& cum ordine procedendum eſt : ut *ibidem n.* 2.

17 De eadem collatione jure devoluti facta (quia eſt extra materiam hujus capitis) multa paucis dicit Anton. Fab. *in Cod. tit. de Epiſcop. & cler. definit.* 17.

Redeundo igitur ad materiam, Dico quod ſi graduatus aut qualificatus impetret in vim gradus & qualitatis jure devoluto , non debet onere cautionis

18 gravari : † ſi verò alio jure impetret, adſtringendus erit ad cautionem , ſicut & cæteri : ut colligitur ex verbis modificationis prædictæ ordinationis ; quam refert Papon. *lib. 3. tit. 7. arreſt. 3.* & in Codice Henrici IV. *lib. 1. tit. 23. art. 4.* in illis verbis : *Impetrans des devoluts par vertu de leurs degrez , nominations , & indults , au refus des Prelats ou Collateurs ordinaires.* Et colligitur ex iis quæ habentur *in art.* 1. apud Charond. *d. tit.* 23. circa finem annotationis. Quia (inquit) qui vigore gradus , aut nominationis, vel indulti impetrant , cenſentur id facere in vim illius juris : ideo ſi alio jure impetrent , tenentur ſine dubio ad cautionem : quia id faciunt tanquam quilibet extraneus.

Et propterea dum caſus occurrit , Conſului aliàs anno 1614. ut is qui beneficium impetraverat, Doctoratus , ſeu gradus, inutilem pro illa vice expenſam evitaret ; duplici quidem ratione motus. Primò, quia impetratio non fuerat facta jure devoluto, juxta formam *d. cap. 2. de conceſſ. præbend.* ſed propter incapacitatem poſſeſſoris , & non in vim gradus , vel nominationis , aut indulti : unde non poterat evitari præſtatio cautionis. Secundò, quia adeptio gradus, qui ſubſequeretur impetrationem, nihil juvaret.

19 † Quia qui impetrat beneficium tanquam Graduatus , vel Nominatus, debet eſſe talis tempore impetrationis , nec ſuffragatur qualitas poſtea ſuperveniens : Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. ſtatuimus 2. in verb. modo præmiſſo qualificatis , verſic. ſecundo requiritur.*

Sextò , ſi alicui placeret opinio , quod impetrans adversùs eum qui minori unius anni tempore poſſedit , non teneatur ad præſtationem cautionis : pro qua (ut dictum eſt) aliqua ſupremarum Curiarum arreſta lata fuerunt : notandum erit † tempus poſſe- 20
ſionis reſignantis non eſſe computandum, ſed ſolum tempus quo reſignatarius poſſedit. Unde quamvis reſignans poſſederit per annum, etiamſi adversùs reſignantem devolutum obtentum fuerit , & devolutarius poſſeſſionem acceperit,ante reſignatarium audietur impetrans, & dabitur illi recredentia,ſeu manutentio,factâ fide de incapacitate reſignantis,etiam nullâ datâ cautione : prout judicatum fuiſſe menſe Julii anni 1598. teſtatur Nicol. Frerot *en la Conference des Ordonnances , lib. 1. tit. 3. §. 45. num. 33. circa finem.* † Cùm de jure ſucceſſor non poſſit ſe jo- 21
vare tempore ſui prædeceſſoris , ut dicatur per tempus à lege requiſitum poſſediſſe. Rebuff. *in concord. tit. de mandat. Apoſtolic. §. declarantes , in verb. ſucceſſores, verſic. & hic annus computandus eſt.* Ludov. Gomeſ. *ſuper regul. de triennali , quæſt.* 13. quia (ut jam dictum eſt) modificatio illa Regiæ ordinationis facta fuit ad inſtar regulæ de annali , quæ eſt 15. inter regulas Cancellariæ in favorem poſſeſſionis, & odium illius qui intra annum negligens fuit in impetrando beneficium vacans. Unde nulla poteſt impetranti imputari negligentia , ſi adverſus ſimoniacè reſignantem, qui per triennium, & ampliùs, beneficium poſſederat, brevi tempore poſt commiſſam ſimoniam impetravit ; cùm antea impetrare non poſſet. Faciunt tradita per Rebuff. *ad d. regul. 35. Cancellariæ, in verb. immediatè præcedentem*, & ita tenet Bouchel *in ſumma benefic. in verb. devolutaires , col. 2. verſic. Caution doit eſtre baillée.*

Cætera , quæ ad dictæ ordinationis explicationem pertinent , videri poterunt apud DD. ſuperiùs citatos , & Tournet *in arreſtis beneficial. litera D, num. 25. & ſeq.*

Sed hodie devolutarii in Gallia tenentur poſſeſſionem capere intra annum , & poſtea litem inſtaurare infra ſex menſes , ex declaratione facta anno 1638. art. 15.

CAPUT LVIII.

De congrua portione Vicario aſſignandâ, quæ in ea computentur , & quanta eſſe debeat. Vtrùm in illius computatione debeat haberi ratio incertarum obventionum, & utrum acceptans portionem minuem, ſibi debeat imputare. Quando, & quomodò quis adversùs talem acceptationem in integrum reſtituendus ſit.

SUMMARIUM.

1 *Curam animarum exercenti congrua portio exactis cimis aſſignanda eſt , ex qua commodè vivere poſſit.*

2 *In computatione congruæ portionis , non eſt habenda ratio emolumentorum quæ extra Eccleſiam percipiuntur.*

3 Non

3 *Non est etiam habenda ratio obventionum incertarum.*

4 *In contrarium videtur esse Bulla Pii V. qua mandat omnia, etiam incerta emolumenta imputari in congruam.*

5 *In quibus casibus incerta computentur in congruam.*

6 *Imputandum est illi, qui nimis tenue beneficium acceptavit.*

7 *Si congrua portio sit ita tenuis, ut ex ea curam exercens vivere non possit, non nocet illi acceptatio tenuis illius portionis, cùm agatur de præjudicio totius ordinis clericalis.*

8 *Sed hæc insufficientia probanda est per allegantem.*

9 *In taxatione congruæ portionis, multùm deferendum est judicio Episcopi.*

10 *In congruis portionibus assignandis præsumitur pro decreto Episcopi.*

11 *Congruæ portionis taxatio remittitur arbitrio Episcopi.*

12 *Ex Bulla Pii V. congrua portio non debet esse minor quinquaginta, nec major centum scutis.*

13 *Quandoque ex loci, temporis, fructuum, & qualitatis personarum circumstantiis, congrua centum scuta excedere potest.*

14 *In assignatione seu taxatione congruæ portionis, attendi debet consuetudo regionis.*

15 *Debet etiam haberi ratio onerum, veluti si adhibendi sint plures adjutores, propter magnum numerum animarum: quo casu congrua excedere potest centum scuta.*

16 *Populus non tenetur ad præstationem congruæ Vicario, nisi in casibus in quibus nullas, vel ita tenues solvit decimas, ut ad sustentationem Rectoris non sufficiant.*

PEtente vicario adversus capitulum congruam portionem, eo quòd sex tantùm tritici salmatas & undecim scuta in pecunia singulis annis percipiebat, quam minus sufficientem esse asserebat: Episcopus per modum provisionis Decrevit, capitulum teneri in futurum singulis annis decem salmatas illi persolvere, & octodecim scuta in pecunia numerata: cui decreto acquievit, & in illius executionem per aliquod tempus solutionem suæ congruæ recepit. Postea verò videns maximum laborem, & expensam in illius curæ exercitio requisitam, ob magnum populi numerum aliasque circumstantias: Quæsivit utrùm fundatus esset in petitione majoris, & magis congruæ potionis.

1 Dixi nullum esse dubium, quin Parocho curam animarum exercenti, & sacramenta administranti congrua portio debeatur: *cap. extirpanda, §. qui verò,* ubi Glos. & DD. *de prabend.* Et quod Episcopus, aut alius decimas percipiens, ex illis teneatur congruam portionem præstare: *cap. 1. decima sexta, quæst. 7.* Abb. *in cap. cùm contingat, num. 7. extr. de decimis.* Quod verum est, nisi adsit conventio, aut transactio in contrarium: debétque talis portio esse sufficiens ut Parochus commode possit sustentari: Glos. in *cap. unic. in verb. absque penuria, de statu regul. lib. 6.* † Neque habenda est ratio emolumentorum, quæ curatus extra Ecclesiam percipere potest: quia ex eo altari cui servit, etiam vivere debet, *cap. cùm secundum, de prabend. & cap. ex his, 12. quæst. 2.*

3 † Nec etiam haberi debet ratio oblationum, vel aliarum obventionum incertarum, quæque ad certam summam redigi non possunt: quia venter non debet pendere ab incerto eventu. Rebuff. *de congrua, n.* & 86. Mantic. *decis. 269. n. 6.* Rot. *decis. 5. n. 3. part. 2. diversi. & decis. 449. n. 6. part. 2. recent. & decis. 420. sub num. 2. part. 1. recent.*

Quanquam in contrarium videatur facere Bulla 4
Pii V. ut notavit Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib. 3. c. 6. n. 44.* in illis verbis: *Computatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi solitis.* Massobr. *in praxi concurs. ad parochial, requis. 1. dub. 23. num. 10.* & consuluit Gutier. *consil. 8. per tot.* desumens fundamentum ex verbis dictæ Bullæ, quæ mandat omnia emolumenta, & obventiones etiam incertas in computanda congrua portione numerandas esse.

In hac contrarietate adhibenda est illa distinctio, 5
quod emolumenta incerta duplicis sunt generis. Alia enim sunt quæ ad quandam certitudinem reduci possunt, ut sunt decimæ frumenti, vini, aliique fructus, emolumenta & obventiones, quæ penes Parochum sunt incertæ, quoad quantitatem: nam aliquando sunt majores, aliquando verò sunt minores, juxta abundantiam, vel penuriam fructuum qui ex prædiis percipiuntur. Alia verò sunt emolumenta, & obventiones quæ percipiuntur ex labore & officio Parochi, veluti eleemolinæ altaris, funeralium, & similium. De emolumentis primi generis, Bulla intelligenda est, ut ea computentur in congruam: sed emolumenta secundi generis nullo modo computanda esse decisum fuit in Rot. *decis. 230. num. 3. & 4. part. 6. recent.* & ita etiam distinguit Barbos. *d. cap. 3. num. 44.*

At in casu propositò, dictus Parochus non erat 6
fundatus in petitione augmenti congruæ portionis: sibi enim imputari debet, quod curam sub tali congrua portione acceptaverit, & deinde illius augmentum obtinuerit, cui acquievit portionem suam per aliquot annos juxta decretum Episcopi recipiendo: unde nunc non potest petere ut iterum augeatur: † 6
sed ipsi imputandum quod acceptaverit beneficium nimis tenue. Glos. in *cap. quanto, in verb. indulgemus, de censib.* & ita sæpius determinavit Rot. & nominatim *decis. 239. n. 1. part. 2. recent.*

Verum quidem est, quod si congrua sit ita tenuis, 7
ut curam animarum exercens non possit vivere, nec onera Ecclesiæ sustinere; tali casu, saltem per viam restitutionis in integrum, succurritur illi adversus assignationem congruæ: nec dicitur isto casu sibi præjudicasse per assignationem, & acceptationem tenuis illius præstationis: cùm non agatur solùm de præjudicio suæ personæ, verùm etiam de præjudicio Ecclesiæ, & totius ordinis clericalis: ut per Rot. benè declarantem *decis. 449. n. 5. part. 2. recent.* addent. ad Ludovis. *decis. 439. n. 8.*

Difficilem autem existimavit probationem dic- 8
tarum circumstantiarum, scilicet quod Parochus commodè ex illa assignata portione vivere non posset; † quod tamen omninò erat probandum, ut jam diximus, & tenet Rota *decis. 230. n. 7. part. 6. recent.* duplici quidem ratione.

Primò, quia contra Parochum adest judicium Epis- 9
copi, † cui in hac materia plurimùm deferendum est; cùm jura conscientias Ordinariorum onerent hac in re: *Clement. 1. de jurepatron.* † Et ideò in con- 10
gruis assignandis, præsumitur pro decreto, seu sententia Ordinarii, nisi constet de evidenti injustitia, & iniquitate illius. Seraph. *decis. 173. n. 1. & 2.* † & 11
portio congrua remittitur de jure arbitrio Ordinarii, Seraph. *decis. 550. n. 1.*

Secundò quia dicta congrua portio videtur suffi- 12
ciens, cùm Bulla Pii V. vult illam non esse mino-

rem 50. nec majorem 100. ſcutis : ut etiam obſervavit Seraph. *deciſ.93.num.6.* Iſta autem taxatio grani, ad quatuor ſcuta pro qualibet ſalmata, aſcendit ad ſexaginta circiter aureos, unde die 13. Aprilis 1624. Conſului dicto Parocho, ut à ſua prætenſione deſiſteret, prout in effectu deſtitit.

13 Eſt tamen advertendum circa præmiſſa, quod licèt ex bulla Pii V. congrua non debeat excedere ſummam centum ſcutorum : tamen aliquando Rota Romana majoris quantitatis aſſignationem factam approbavit ; ea ratione, quia in ejus aſſignatione debet conſiderari locus, quantitas fructuum, & onerum; conſuetudo regionis, qualitas perſonæ, & ſimilia: unde non mirum, ſi attentis his circunſtantiis major quantitas quandoque aſſignetur : ut per Rot. *deciſ.220.num.11.part.6.recent.* ex traditis per Rebuff. 14 *in tract.de portion. congr.quæſt.9.* † Multum etiam in hac materia attendi debet conſuetudo regionis, quia in uno loco cariùs vivitur, quàm in alio : ut dicit Rebuff. *dict.quæſt.6.* & admonet Rota *deciſ.595.n.6. part.4.recent.*

15 Conſiderandum quoque eſt, utrùm adſit ingens animarum numerus, pro quarum cura neceſſarii ſint plures coadjutores, & aliæ expenſæ magnæ faciendæ. Item ſi agatur de perſona multùm qualificata, cui uberiores expenſæ debentur, ut judicavit Rot. *deciſ.437.n.5. part.3. recent.* ubi approbata fuit congrua 450. ducatorum, propter magnum numerum animarum, ratione cujus neceſſarii erant quatuor coadjutores, & propter alias circunſtantias.

Iſtam autem portionem regulariter ſolvendam, & petendam eſſe ab eo qui decimas percipit, ſuprà *n.1.* diximus ex traditis per Rotam *deciſ.239. n.3.part.2.* 16 *recent.* Unde † populus ad ejus ſolutionem non tenetur, niſi in caſibus in quibus nullas ſolvit decimas, vel ita exiguas, ut ad Rectoris ſuſtentationem non ſufficiant. Rot. *deciſ.437.n.4.in fin.part.3. recent.* & *deciſ.420.n.8.part.1.recent.*

CAPUT LIX.

De Appellatione interpoſita in examine ad parochialem inter concurrentes facto: & utrum Epiſcopus minus idoneum, omiſſo magis idoneo, in concurſu eligere poſſit. Quæ requirantur ut peti poſſit novus concurſus. Quæ circunſtantiæ conſiderandæ ſint in examine ad parochiales per concurſum. Et quæ ſint neceſſaria, ut quis dicatur intruſus.

SUMMARIUM.

1 *In concurſu ad parochiales non licet appellare à non publicatione votorum, quæ per examinatores data ſunt.*

2 *A votis examinatorum in concurſu ad parochiales, non datur appellatio ſuſpenſiva, neque devolutiva.*

3 *A decretis interlocutoriis non datur tacita appellatio.*

4 *Epiſcopus, inter idoneos in examine ad parochiales concurrentes, poteſt uni ex illis gratificari.*

5 *Epiſcopus poteſt eligere idoneum, omiſſo magis idoneo in concurſu.*

6 *Novus concurſus ad parochiales nunquam conceditur, niſi dolo de doloſo & irrationabili judicio Epiſcopi.*

7 *Qui caret beneficio, præferendus eſt ei, qui jam eſt proviſus, cæteris paribus : & n.12.*

8 *Conjectura referuntur, ex quibus proviſus habere præſumitur animum reſignandi.*

9 *Qui habet animum reſignandi, vel dimittendi beneficium, non debet ad concurſum admitti.*

10 *In dubio præſumitur pro judicio Ordinarii, niſi de dolo & irrationabilitate conſtet.*

11 *In concurſu debet haberi ratio plurium circunſtantiarum.*

12 *Qui juxta munus, cui præficitur, aptior eſt, cæteris eſt præferendus.*

13 *Intruſus dici non poteſt, qui habet titulum coloratum.*

14 *Intruſionis pœnas non incurrit, qui nullos fructus percepit.*

15 *Rehabilitatio cum nova gratia, purgat vitium intruſionis.*

APpellatum fuerat à judicio Epiſcopi, quo in concurſu parochialis quendam alteri concurrenti, prævio examine, juxta ſacri Concilii Tridentini formam facto, prætulerat. Primò quidem ex eo quia appellans petierat vota examinatorum aperiri, & illorum copiam ſibi tradi, ut ad ſuperiores recurſum habere poſſet : quod tamen illi fuerat denegatum. Secundò ab ipſa relatione examinatorum, & ab irrationabili Epiſcopi judicio, ſuper quibus in Legatione per viam appellationis diſputatum fuit.

Pro eo, qui ab Epiſcopo nominatus fuerat, Dii 1 appellationem prædictam ſubſiſtere non poſſe, cùm præcipuum illius fundamentum fuerit ex eo, quod denegata ſibi fuit publicatio votorum : quia ſæpiùs declaratum fuit per Sacram Congregationem, examinatorum vota quidem, inter ipſos palam danda eſſe, dum ſuper idoneitate concurrentium inter ſe conferunt : ſed non teneri vota in ſcriptis publicare, imò ſufficit quod apud acta teſtentur ſe reperiſſe talem idonetum ex pluralitate votorum : ut notat Barboſ. ad Concil. Trident. *ſeſſ.34.c.18.n.120.* Nic. Garc. *de benefic.part.9.cap.2.n.107.*

Similiter non datur appellatio ſuſpenſiva, neque 2 devolutiva à votis examinatorum, teſte Garc. *dict. part.9. cap.2.num.241. & 242.* Intelligendo tamen ut hoc procedat ſolùm in caſu propoſito, nempe dum agitur de beneficiis curatis, de quibus loquitur Concilium *dict. cap.18.* ſecùs in beneficiis ſimplicibus, in quibus licèt præſentati, ſeu electi, vel nominati à perſonis Eccleſiaſticis non debeant inſtitui, niſi priùs fuerint ab Ordinariis nominati; & non poſſit aliquis ſub prætextu appellationis evitare examen, ut habetur in dict. Concilio, *ſeſſion.7. cap.5.* tamen à relatione & reprobatione examinatorum datur appellatio ſuſpenſiva, & devolutiva, quando agitur de beneficiis ſimplicibus, ut dicit Garc. *dict. cap.2.num.244.*

Et licèt appellans prætenderet appellationem ſuam 3 extendendam eſſe ad gravamen per eum prætentam malam & irrationabilem electionem ſui adverſarii, tamen ejus prætenſio non erat fundata. † Quia illa decreta tanquam habentia naturam interlocutoriæ, requirunt expreſſam appellationem, quæ hic non erat interpoſita, niſi à recuſatione publicationis votorum, Rot. *deciſ.591.n.3.part.1.recent.*

Et quamvis conſtaret appellationem prædictam 4 ab electione, & nominatione Epiſcopi fuiſſe interpoſitam : non tamen ideo fundata eſſet, cùm Epiſcopus in

in concursu plurium, qui sunt idonei, possit gratificari uni, omissis aliis idoneis: nec in tali casu detur gravamen considerabile, in quo fundari possit appellatio. Rot. *d. decis. 591. n. 5. part. 1. recent.* ubi dicitur ita fuisse judicatum in una Ravennatensi coram Card. Arrigonio, quæ inseritur apud Garc. *de benefic.* 5 *d. part. 9. cap. 2. num. 250.* † Imò ex mente Sacræ Congregationis relata apud Garc. *dict. cap. 2. n. 109.* Episcopus non tenetur sequi pluralitatem votorum, & sufficit quod eligatur idoneus, omisso magis idoneo: quia aliàs omnes electiones litibus & controversiis essent suppositæ: ut fuit dictum apud Ludovis. *decis. 11. num. 8.* quanquam in parochialibus verius sit, non solùm in foro interiori, sed etiam in foro exteriori eligendum esse magis dignum; aliàs electionem nullam esse, ut notavit addit. ad Ludovis. *dict. decis. 11. in littera E, in prima, & secunda conclusione.*

6 Nunquam tamen decerni debet novus concursus, nisi appellans doceat de dolo & irrationabili judicio Episcopi, seu ejus Vicarij: aliàs sequeretur quod semper posset appellari ab electione Episcopi per concursum. Rot. *decis. 223. num. 6.* post consilia Farinacij, & in *dict. decision. 11.* apud Ludovis. *num. 1.* & in *decis. 521. num. 1.* ubi dicitur judicium Ordinarij & examinatorum, in concursu ad beneficium in favorem alicujus, non posse revocari in secunda instantia, nisi appareat illud fuisse irrationabile, dolosum, & carnalitatis, aut humanæ passionis affectu prolatum. Ricc. *in prax. rerum fori Ecclesiast. decis. 426. num. 2.* ubi dicit quod de dolo & irrationabilitate Episcopi evidenter constare debet, cùm Bulla Pij V. conditionaliter loquatur; & ibi nonnullas doli, & irrationabilitatis conjecturas affert: veluti si familiarem & consanguineum suum eligat, si Doctorem, & unum ex compatronis reiiciat, & similia: quamvis ob solam Doctoris qualitatem, admissio illius, qui Doctoratus gradum non habet, non dicatur irrationabilis: ut declaravit Rot. *decis. 551. num. 4. part. 3. recent.* cùm multæ aliæ qualitates considerari debeant, ut nos ostendemus. Et quod de irrationabili judicio, & dolo Episcopi liquidè constare debeat, docet etiam Maresc. *lib. 1. variar. resol. cap. 52. n. 24.*

7 Et tamen tantùm abest, ut de irrationabili judicio Episcopi constare posset, quin potius multa concurrebant ad favorem provisi, qui nullum aliud habebat beneficium; cùm tamen exclusus esset provisus de sufficienti reditu, tam ex beneficio, quàm ex pensione; cùm de jure is qui beneficio caret, præferendus sit ei qui aliud obtinet: *cap. is cui, de præbend. in 6.* & habetur in *d. decis. 223. num. 2.* post consilia Farinacij.

8 Rursùs multæ aderant conjecturæ ad præsumendum, quod præfatus appellans habebat intentionem dimittendi illud beneficium suo nepoti, quia habebat beneficium duplo pinguius, quod per viginti annos possederat: aderant illius epistolæ, & confessiones nepotis, qui etiam constitutus fuerat procurator à patruo ad litem hanc prosequendam; & ipse nepos declaraverat se de propriis pecuniis expensas litis solvisse: unde nullo modo fundata erat intentio dicti

9 appellantis. † Cùm certum sit, ad concursum non admitti eum, qui habet intentionem resignandi: per text. *in cap. omissa, §. cæterum, de elect. lib. 6.* Ugolin. *de offic. & potest. Episcop. part. 2. cap. 50. §. 6. num. 5.* ubi addit, quod Romæ jurare cogitur concurrens, se non habere tunc animum renunciandi: & in scipso hoc ita observatum fuisse testatur. Præterea multæ aliæ haberi potuerant considerationes per dominum Vicarium Episcopi, & examinatores synodales: ut quod rejectus, esset necessarius ad exercitium curæ animarum in alio prioratu, quem ontinebat: Quod senilis ejus ætas non adeo apta erat ad beneficium, de quo contendebatur, cujus Ecclesia parochialis sita erat extra oppidum, intermedio existente flumine, quod hyeme, & æstate pertransire debet Parochus. † Denique pro judicio 10
Episcopi, vel Vicarij in hac materia præsumendum est, nisi de dolo & irrationabilitate illius constet: *cap. in præsentia, de renunciat.* Rot. *d. decis. 223. num. 1.* & alibi passim.

Neque obstare dixi quandam declarationem examinatorum synodalium factam in contrarium. Quia ipsi non retractarunt votum suum, sed dixerunt se in eo non habuisse rationem ætatis & doctrinæ, dum declararunt quis esset magis idoneus; sed ex eo motos fuisse, quia provisus nullum aliud habebat beneficium; rejectus verò aliud satis bonum obtinebat, in quo necessarius erat pro salute animarum: quod nocere non potest electo. † Quia ut jam diximus, 11
non solius doctrinæ & ætatis habenda est ratio in concursu, sed aliarum etiam circunstantiarum. Gonzal. *ad regul. 8. glos. 4. num. 113. & seq.* Marescot. *lib. 1. variar. resolut. cap. 52. numero 25. 26. & 27.* Rot. *in Faventina Parochialis, decis. 521. 551. & 563. part. 3. recent.* † Et in specie, quod præferri debeat 12
destitutus beneficio, beneficium habenti, tenet Rota *dict. decis. 223. num. 2.* post consilia Farinacij, & qui juxta munus & rem cui præficitur aptior est. Marescot. *dict. c. 52. num. 28.*

Non obstat etiam quod de intrusione electi oppo- 13
nebatur. † Primò, quia non poterat dici intrusus, cùm haberet titulum ab Illustriss. Domino Vicelegato, saltem coloratum; qui præbet excusationem. Rota *decis. 741. num. 8. part. 2. recent.*

Item nullos fructus perceperat; cum tamen ad 14
hoc ut quis dicatur intrusus, oportet ut fructus perceperit. Puteus *decis. 45. lib. 3.* Rot. *decis. 531. numero 2. in fin. part. 2. recent.*

Denique in omnem eventum Responsum fuit, 15
ipsum fuisse rehabilitatum, & novam Gratiam & provisionem obtinuisse; quod sufficit. Garc. *de benefic. part. 11. cap. 10. num. 225.* maximè autem ante fructuum perceptionem. Idem *num. 235.* & in terminis Paris. *de resignat. lib. 8. quæst. 9. num. 90.*

Re maturè discussa post longas altercationes, & varias Sacræ Congregationis declarationes, Rota judicavit secundùm hæc scripta in favorem R. D. Horatii Laurentii, super prioratu loci de Rocabeliera, *in Nicien. Parochialis, 13. Martij 1628.* quæ decisio inseritur apud Burat. *decis. 137.* confirmata *part. 5. recent. decis. 260. & 344.*

CAPUT LX.

Monasterium ex quibus probetur esse exemptum ab omnimoda Episcopi jurisdictione, & immediatè subjectum sedi Apostolicæ. Et quomodo possit prætendere jurisdictionem quasi Episcopalem, in omnibus causis, tam matrimonialibus, quàm criminalibus. Et utrum huic jurisdictioni fiat præjudicium per actus contrarios, factos à Religiosis contra formam privilegiorum Apostolicorum.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio realis monaſterij à juriſdictione Epiſcopi, comprehendit perſonas, & bona.*

2 *Per exemptionem cenſetur derogatum omnibus juribus Epiſcopi, ſi ampla fuerit.*

3 *Per quas clauſulas conceſſa cenſeatur monaſterio juriſdictio quaſi Epiſcopalis.*

4 *Per exemptionem ampliſſimis verbis conceptam, cenſetur creatum novum, & ſeparatum territorium à reliqua diœceſi.*

5 *Prior & conventus habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vocari poſſunt Diœceſani illius territorij à diœceſi Epiſcopi ſeparati.*

6 *Territoriorum ſeparatio probatur ex ſeparato exercitio juriſdictionis in certo loco, independenter ab Epiſcopo.*

7 *Exemptio à juriſdictione Epiſcopali in certo territorio poteſt acquiri per immemorialem præſcriptionem.*

8 *Regulares poſſunt exemptionem ab Epiſcopali juriſdictione acquirere, præſcriptione immemoriali.*

9 *Quamvis cognitio cauſarum matrimonialium, & criminalium ſpectet de jure, & ex Concilio Tridentino ad Epiſcopum: tamen poteſt adversùs eum jus de eis cognoſcendis acquiri præſcriptione immemoriali, quam Concilium tollere non intendit.*

10 *Ceſſante diſpoſitione Concilij, ſufficeret præſcriptio quadragenaria ad acquirendam exemptionem adversus Epiſcopum, & juriſdictionem circa cauſas ſpirituales, ſi cum ea adeſſet titulus.*

11 *Quando agitur de obſervantia interpretativa, non eſt neceſſe ut probentur omnia ad præſcriptionem requiſita: ſed ſufficit ſolum obſervantiam probare.*

12 *Acquieſcentia Epiſcoporum, imò ſola ſuſpicio ſe poſſe repelli, tribuit quaſi poſſeſſionem monaſterio juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercenti.*

13 *Scientia poſſeſſionis adverſarii præſumitur ex longi temporis poſſeſſione, & ex actuum multiplicitate.*

14 *Juriſdictio, & quævis alia poſſeſſio per præſcriptionem quæſita, cenſetur acquiſita privativè, & non cumulativè.*

15 *Religioſi exempti à juriſdictione Ordinarij, & ſanctæ ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecti, non poſſunt per quoſcumque actus in præjudicium ſedis Apoſtolicæ præjudicare ſuæ exemptioni; & ſe ſupponere juriſdictioni Ordinarij.*

16 *Si Epiſcopus adversus exemptum præſcripſerit, illemet qui præſcriptionem paſſus eſt, poteſt opponere de jure ſedis Apoſtolicæ adversus Epiſcopum.*

17 *Epiſcopus ad locum exemptum, qui aliàs erat de ejus diœceſi, accedens, non poteſt exigere jura honorifica in loco exempto, & habente juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, niſi eo modo quo debetur honor & reverentia cuicumque Epiſcopo extraneo, ratione ſui gradus & dignitatis.*

IN quæſtione propoſita Cenſui in primis Conventum eſſe prorsùs exemptum ab Epiſcopali juriſdictione, ſtantibus Bullis plurium ſummorum Pontificum, quibus Eccleſia & prioratus, de quo agitur, cum ſuis pertinentiis, in jus & proprietatem ac protectionem ſancti Petri, & ſedis Apoſtolicæ recipiuntur; & ab omni poteſtate & dominio, ac juriſdictione omnium Ordinariorum perpetuò ex certa ſcientia eximuntur, & exempta declarantur: dictuſque Conventus ad Eccleſiam Romanam immediatè dicitur pertinere. † Quæ exemptiones cùm ſint reales, non ſolùm perſonas, ſed etiam res, & bona ac loca ipſa comprehendunt. Rot. *deciſ.* 205. *num.* 1. *part.* 6. *recent.* & apud Tamburin. *deciſ.* 55. *num.* 7. eadem Rota *deciſ.* 43. *num.* 4. *d. part.* 6. † ubi dicitur quod per talem exemptionem cenſetur derogatum omni juri, Ordinario competenti: & *deciſ.* 156. *eadem part. num.* 1. ubi alia jura allegantur.

Ultra dictam exemptionem: Dixi competere præfato Conventui, ſeu Priori & religioſis illius, vigore dictarum Bullarum Apoſtolicarum juriſdictionem Epiſcopalem: cùm poſſint habitatores dicti loci, & exteros illuc advenientes cogere ad audienda divina; & ad confitendum, & communicandum tempore opportuno; necnon inobedientes punire in caſibus, in quibus veri Diœceſani ſuos ſubditos compellere poſſunt. Item abſoluere à cenſuris, & caſibus reſervatis, & caſus ſibi reſervatos ornamenta Eccleſiaſtica, necnon Eccleſiam ipſam & Cemeterium in caſum violationis benedicere. Verùm quia quæ ſunt ordinis non poſſunt ab Epiſcopali authoritate ſeparari; conceſſa fuit dictis religioſis facultas, Epiſcopos ſibi bene viſos invitandi, ut omnes ſacros ordines in eodem loco quibuſcumque perſonis ſæcularibus, aut religioſis conferre poſſint, aut ſi maluerint, ordinandos ad quoſcumque voluerint Antiſtites dimittendi: Chriſma, & oleum ſanctum ab Epiſcopis ſibi benevisis recipiendi: curam animarum exercendi per ſe, vel preſbyteros ſæculares per Priores inſtituendos; abſque eo, quod occaſione dictæ Curæ rationem reddere teneantur, aut alicui Diœceſano penitus ſubjecti ſint.

Ex quibus omnibus reſultat evidens probatio authoritatis quaſi Epiſcopalis; cùm tales actus non conveniant niſi habentibus illam poteſtatem, & juriſdictionem: ut determinavit Rota coram Pamphilio apud Marcheſan. *de commiſſ. tom.* 1. *in. de commiſſ. appellat. in poſſeſſorio & ſalviano, fol.* 980. *n.* 1.

Neque exiſtimandum eſt, juriſdictionem dicti Priori & conventui competentem, cumulativè conceſſam eſſe; quin potius privative, ut probatur ex tenore dictarum Bullarum Apoſtolicarum, per quas Eccleſia, & locus prædictus omninò poſitus fuit extra diœceſim, & factus veluti territorium ſeparatum, & nova diœceſis. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 212. *numero* 9. *& ſeqq.* quia licet locus ille ex natura ſua, & originaliter eſſet de diœceſi; tamen per privilegium Apoſtolicum ab illa ſubtractus & ſeparatus eſt: Roland. à Vall. *conſil.* 33. *num.* 28. *volum.* 3. † & Prior ac religioſi dicti conventus dicuntur Diœceſani illius loci, excluſo Epiſcopo. Felin. *in cap. cum olim* 18. *in princip. in verſ. ſecundò limita, de præſcriptionibus.* Et de his plura habet Gratian. *d. cap.* 212.

Et ex eo quod dicti Prior, & Religioſi omnimodam exercent juriſdictionem in dicta Eccleſia, & locis illius, aut ab ea dependentibus, eo ipſo probatur territoriorum ſeparatio: Rot. *deciſ.* 207. *per verſic. quæ quidem, part.* 2. *diverſ.* Baibus *de præſcript. part.* 5. *quæſt.* 11. *n.* 7. & 8. Scraph. *deciſ. forenſ. num.* 4. Tamburin. *deciſ.* 69. *num.* 12. & *deciſ.* 72. *num.* 4.

Prædicta confirmantur, eo quod dicti Prior & Conventus à tempore immemorabili, videntibus & non contradicentibus Epiſcopis, imò ipſis conſentientibus, juriſdictionem ordinariam priv[illegible] ſemperunt

7 scripserunt. † De jure autem, quamvis privilegia Pontificia cessarent, totalis exceptio à jurisdictione Ordinarij cum jurisdictione quasi Episcopali, etiam privativè, & statûs nullius diœcesis præscribi potest, *cap. cum persone, §. si autem, de privileg. in 6.* Balbus *de præscript. part.5. quæst. 11. num.4.* ubi loquitur etiam de Prælato regulari, Rot. *decis.145.*
8 *num.5. part.2. divers.*

9 Quod etiam locum habet ratione jurisdictionis, & cognitionis causarum criminalium, & matrimonialium: quia licèt Concilium Tridentinum *sess.24. cap. 20. §. ad hæc.* Hujusmodi causarum cognitionem soli Episcopo tribuerit; non tamen excludere voluit præscriptiones immemoriales, ut sæpiùs sacra Congregatio declaravit. Rot. apud Postium *de Manuten. decis.306. num.3.* & antea coram Aldobrandino, 1. Junij 1565. apud Tambur. *decis.29. & decis.43. num.5. & decis.44. num.6.* †
10 Cùm aliàs sufficeret quadragenaria cum titulo, ut locus ille censeatur effectus proprium territorium dicti Prioris & Conventus; & non dicatur ampliùs de diœcesi antiqua, sed nullius diœcesis. Rota apud Tamburin. *de jur. Abbatum decis.40. & decis.48. num.8.* idem Tamburin. *in dicto tract.tom.2. disput.15. quæst.9. num.16. & 17.*

11 Sed in casu isto præscriptio immemorialis potiùs est interpretativa titulorum præcedentium, & concessionum ex privilegiis Apostolicis Priori & Conventui factarum, quàm novi juris inductiva: quo casu sufficit probare solam observantiam, quamvis non probentur requisita ad præscriptionem. Rot. apud Postium *decis.71. num.1.* intervenientè potissimùm scientia, & expresso consensu Episcoporum, †
12 quos sufficiebat acquievisse repulsioni factæ per Religiosos exemptos, aut aliàs se habuisse pro spoliatis ad effectum acquisitionis, seu potius conservationis juris, & jurisdictionis quasi Episcopalis. Innoc. *in cap. dilectus, num.3.* & ibi Hostiens. *num.1. versic. ex prædictis, de capell. Monach.* cum aliis quos citat & sequitur Rot. apud Tamburin. *loc. citat. decis.53.*
13 *num.9. & decis.63. num.15.* † Imò scientia Episcoporum, cessantibus etiam prædictis probationibus, præsumeretur ex actuum multiplicitate, & temporis diuturnitate: Rota *decis.685. num.4. part.5.recent.* Seraph. *decis.306.num.5.& 7.* & apud Postium *decis.139.num.7.*

14 Imò jurisdictio per præscriptionem acquisita censetur privativè, & non cumulativè: quod generaliter obtinet in quacumque possessione acquisita per præscriptionem, ut privativè quæsita censeatur. Felin. *in cap. pastoralis, num.5. in 8. limitat. de offic. Ordinar.* Joan. Bapt. Ferret. *consil.142. numero 13.* Menoch. *lib.2. præsumpt.18. num.24.*

15 Quæ adeo vera sunt, ut quamvis religiosi dicti conventus aliquos actus fecissent in præjudicium præfatæ exemptionis; nullum tamen ex eo jus quæsitum fuisset, quia cùm conventus sit immediatè subjectus Summo Pontifici, non potuit per aliquos actus factos inter Priorem, religiosos, & Episcopum, præjudicium inferre sedi Apostolicæ, seu juribus ipsius.
16 Gloss. *in cap. dilectus, in verb. generaliter, de capell. monach.* Seraphin. *decis.1025. num.23.* † Adeo ut ipsemet exemptus, contra quem forsan Episcopus præscripsisset, opponere possit de jure sedis Apostolicæ, & ea ratione Episcopi præscriptionem eludere. Abb. *in cap. ad audientiam, sub num.12. in versic. in contrarium tamen, de præscriptionib.* quam sequitur *ibidem* Felin. *sub num.17. versic. & nota bene.* Lotter. *de re benefic. lib.1. quæst.24. num.244. & 245.*
17 Hinc sequitur, quod Episcopo ad illum locum accedenti non sunt debita jura honorifica, neque reverentialia, quæ ratione jurisdictionis Episcopis exhiberi solent: sed ea duntaxat, quæ cuilibet Episcopo extraneo ratione suæ Episcopalis dignitatis deberentur: cùm exemptio sit plena, & ejus privilegium emanaverit à summo Pontifice: juxta tradita per Puteum *decis. 114. lib. 3. in correct.* post Felin. *in cap. cùm inter, de re judic.* Rot. *decis. 111. numero 16. part.5. recent.*

Unde hodie dicti Religiosi, & Conventus manutenentur in possessione, seu quasi dictæ jurisdictionis privativè, in vim dictarum Bullarum, & privilegiorum Apostolicorum: non obstantibus quibuscumque Episcopi reclamationibus.

CAPUT LXI.

An, & quando, & in quibus casibus Episcopus teneatur sibi assumere duos adjunctos ex capitulo, dum procedere vult contra capitulares, vel contra ipsum capitulum in casum delicti. Et quando capitulares dicantur præscriptione acquisivisse jus cognoscendi de causis suorum capitularium, privativè ad Episcopum. Utrùm privatio distributionum adversus negligentes, vel delinquentes, sit actus jurisdictionalis, & utrùm mala fides authoris noceat successori in beneficio. Denique de scientia, & patientia adversarij in præscriptione in certis casibus non requisita; & de actibus factis post completam præscriptionem.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus de jure communi habet potestatem corrigendi, & puniendi omnes Ecclesiasticos suæ diœcesis.*

2 *Concilium Tridentinum mandans causas tractari coram Episcopo, cum duobus adjunctis per capitulum deputandis, non habet locum, nisi quoad capitula exempta.*

3 *Contra capitula exempta, & personas capitulares, Episcopus potest sine adjunctis procedere in visitatione.*

4 *Capitulares qui bona Ecclesiæ administrarunt, cogi possunt per Episcopum ad reddendas rationes administrationis, in visitatione.*

5 *Extra visitationem Episcopus sine adjunctis procedere potest ad informationes, & ad ipsam capturam in crimine concubinatus, & aliis gravioribus.*

6 *Quando totum capitulum delinquit, potest Episcopus procedere sine adjunctis.*

7 *Confirmatio dicitur facta ex certa scientia, quando totus tenor privilegij, vel rei confirmatæ, inseritur in Bullis, vel litteris confirmationis.*

8 *Episcopus potest præscribere etiam privativè, adversus capitulum jurisdictionem, ex privilegio, aut aliter capitulo competentem.*

9 *Præscriptio privativa jurisdictionis inducitur in favorem Episcopi, adversus capitulum, cui jurisdictio competebat, si non obstante oppositione capituli, & illius contradictione, Episcopus jurisdictionem exercuerit.*

10 Privatio

10 *Privatio diſtributionum contra negligentes, vel delinquentes, non eſt actus ex quo capitulum poſſit prætendere ſe juriſdictionem exercuiſſe.*

11 *Mala fides authoris non nocet ſucceſſori in beneficio, adversùs alium, ad utilitatem ſuæ Eccleſiæ præſcribere volenti; quamvis dum agitur de alio ſucceſſore univerſali in prophanis, diverſæ ſint DD. ſententiæ, utrum hæredi noceat mala fides authoris.*

12 *Obſervatio tranſactionis in certis capitibus, non nocet quoad alia ejuſdem capita non obſervata.*

13 *Juriſdictionis reditus ad primævam cauſam favorabilior eſt, & facilius admittendus.*

14 *Contraria obſervantia adversùs tranſactionem, qua tollebatur Epiſcopi juriſdictio, juvat Epiſcopum, etiam non probata ſcientia capituli.*

15 *Præſcriptio completa non tollitur, niſi per aliam præſcriptionem completam.*

PRætendente capitulo adverſus Epiſcopum juriſdictionem, & poteſtatem corrigendi, viſitandi, & criminali judicio puniendi, in perſonas capitulares, vigore tranſactionum antiquarum à ſede Apoſtolica confirmatarum, & ſtatutorum ejuſdem capituli, necnon antiquæ poſſeſſionis: Dubitatum fuit de validitate, & executione dictarum tranſactionum, & confirmationis ipſarum; & quomodò ad praxim deduci deberent, eveniente caſu delicti per aliquem ex canonicis commiſſi.

1 Reſolutio fuit data in primis, quod ſi juris communis diſpoſitionem attendamus, Epiſcopi juriſdictionem habent, & authoritatem viſitandi, & corrigendi omnes perſonas Eccleſiaſticas in ejus diœceſi delinquentes, & nominatim canonicos Eccleſiæ cathedralis, *cap. 1. & in cap. cum Epiſcopus, de offic. Ordin. Clem. 1. eod. tit.* Gloſſ. Pragmat. Sanctionis, *titulo de concubin. verſic. quod ſi ij, in verb. pertinet.*

2 Et quanvis per Concil. Tridentin. *ſeſſ. 25. cap. 6. de reform.* Epiſcopus in dictis cauſis criminalibus contra perſonas capitulares intentatis, tenetur vocare duos adjunctos à Capitulo deputatos; illa tamen conſtitutio locum habet duntaxat in capitulis exemptionem ab Epiſcopali juriſdictione prætendentibus, ſeu exemptis, prout declaravit Sacra Congregatio, necnon Rota Rom. apud Seraph. *deciſ. 493. num. 1.* Unde cùm non conſtaret de exemptione capituli prædicti, fruſtra prætendebat, Epiſcopum teneri, in cauſis criminalibus adversùs canonicos motis, procedere ſervata forma Concilij, circa adjunctos.

3 Imò quamvis de exemptione conſtitiſſet, poterat nihilominus Epiſcopus in viſitatione ſui capituli procedere ſine adjunctis, juxta diſpoſitionem ejuſdem Concilij Tridentini *ſeſſ. 6. cap. 4.* Barboſ. *in collectan. ad d. Concilium, ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. num. 17. & 18.* corrigendo potiùs quàm pœna de-
4 licti ordinaria puniendo. † Et in eadem viſitatione cogere poteſt adminiſtratores bonorum, & reddituum Eccleſiæ, ad reddendam rationem adminiſtrationis, etiam ſine adjunctis. Rot. *in recent. deciſ. 440. part. 1.*

5 Extra viſitationem autem poteſt Epiſcopus adverſus exemptos, ſine adjunctis facere proceſſum informativum, & procedere ad capturam, & detentionem effectivam perſonarum, quando agitur de concubinariis, & aliis gravibus delictis, diſpoſitionem aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium reddatur eluſorium: ut expreſsè ſtatuit Concil. Trident. *d. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 6. verſic. in criminibus tamen*, fusè Rota *deciſ. 4. per totam, part. 7. recentior.*

Poteſt etiam ſolus Epiſcopus adverſus canonicos 6
exemptos, & ſine adjunctis procedere, quando agitur de delicto commiſſo à toto capitulo. Seraph. *deciſ. 1050.* Quia ſi totum capitulum delinquat, nemine dempto, nullus ſupereſt canonicus qui poſſit eſſe adjunctus, cum nemo judex in cauſa propria eſſe debeat. Si verò ſit aliquis in capitulo qui non deliquerit, ille erit adjunctus: quia jus capituli in uno ex canonicis conſervatur. Quod ſi totum capitulum deliquerit adverſus ipſum Epiſcopum, ſeu Archiepiſcopum: non procedet Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus, nec adjunctis opus erit; quia Epiſcopus judicaret in cauſa propria: ſed hoc caſu, cognitio illius delicti ad ſuperiorem pertinebit, ut *ibidem* bene comprobat Seraphinus.

Cæterum obſtare videbatur quædam antiqua tran- 7
ſactio inter capitulum, & Epiſcopum inita, & à ſummo Pontifice confirmata ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica; (quandoquidem totus illius tenor erat in Bulla confirmationis inſertus, juxta diſpoſitionem textus *in cap. cùm dilecta, & in cap. penult. de confirmat. utili vel inutili,*) per quam conventum fuit juriſdictionem in cauſis canonicos tangentibus, inter Epiſcopum, & capitulum fore communem, quam etiam tranſactionem per aliquod tempus obſervatam fuiſſe ſupponitur.

Sed huic tranſactioni obſtat legitima præſcriptio 8
poſtea ſubſequuta; cùm per legitima tempora Epiſcopus plurimos & diverſos actus privativæ juriſdictionis in canonicos exercuiſſet per ſe, vel Vicarios generales; qui ſoli ad cognitionem & deciſionem cauſarum criminalium adversùs canonicos proceſſerunt, ſine interventione capituli, aut deputatorum, ſeu adjunctorum ipſius. Unde privativè fuit præſcripta juriſdictio in favorem Epiſcopi. Panormit. *in cap. auditis, num. 7. de præſcript. & in cap. paſtoralis, numero 7. verſic. quod ſecundum, de offic. Ordin.* & *ibidem* Felin. *num. 5.*

Et hoc tantò magis locum habet, quia cùm pro 9
parte capituli & canonicorum fuiſſet facta aliàs oppoſitio, ſub eo prætextu quod aſſerebant ſolum Epiſcopum in cauſis capitularium procedere non poſſe, fuit non obſtante hujuſmodi denegatione & oppoſitione proceſſum ad ulteriora in illis negotiis, ſeu litibus, per ſolum Epiſcopum: quo caſu à tempore denegationis inchoata eſt præſcriptio, & poſſeſſio privativa: Abb. & Felin. *in d. cap. paſtoralis, Menoch. lib. 2. præſumpt. 18. num. 24.*

Quamvis autem nullus alius actus, ex quo poſſit 10
prætendi juriſdictio, factus fuerit per capitulum; tamen ex eo quod proceſſit ſæpius ad privationem adverſus negligentes aut delinquentes, prætendebat interrupiſſe privativam illam Epiſcopi poſſeſſionem, ſed malè; nam iſti non ſunt actus juriſdictionales, ſed levis duntaxat correctionis, & potius quoad mores, quàm quoad juſtitiam exteriorem: Panormitan. *in cap. cùm contingat, numero 28. de foro competen.* Gloſſa *in pragmat. ſanction. tit. de concubinar. §. quod ſi ij, in verb. pertinet*, Rot. *deciſ. 432. part. 3. tit. 3. diverſ.* Papon. *lib. 3. tit. 3. arreſt.* ubi dicit fuiſſe declaratam nullam carcerationem cujuſdam canonici factam authoritate capituli, & cauſam remiſſam ad Archiepiſcopum: quia Capitulum ſolùm habet juriſdictionem correctionalem ad privationem vocis in capitulo, & diſtributionum ad tempus, & ad ſimilia.

Neque poteſt opponi de mala fide Epiſcoporum, 11
quia quidquid ſit de aliis ſucceſſoribus ſæculoribus, utrum

utrum hæres possit incipere præscriptionem à persona propria: de qua varia dixerunt Gratian. *discept. forens. cap. 303. n. 15.* Idemque *cap. 52. n. 25.* Honded. *consil. 92. num. 47. lib. 1.* addit. ad Ludovis. *decis. 249. num. 6.* Thesaur. jun. *lib. 1. quæst. 41. num. 11.* Tamen quando agitur de successore in Episcopatu, vel beneficio, aliave dignitate Ecclesiastica, mala fides authoris non nocet successori. Abb. Panormit. *consil. 29. num. 11. lib. 2.* Roman. *consil. 201. n. 5.* Alex. *consil. 50. num. 7. lib. 2. & consil. 63. num. 11. & seq. lib. 4.* Tusch. *litter. M, conclus. 22. num. 25. 28. & 51.*

12 Et licèt transactio illa, de qua superiùs *num. 7.* actum est, probaretur in certis casibus in ea contentis observata: quia tamen capita erant separata, & planè diversa à jurisdictionis articulo: ideo observantia illa in diversis capitibus non præjudicaret quoad caput jurisdictionis: Rot. *decis. 354. num. 3. part. 4. divers.* per Gloss. *in cap. si de terra, in verb. tanto tempore, in fin. de privilegiis.*

13 Quod multò magis locum habet, quia per observantiam transactioni contrariam, circa illum jurisdictionis articulum jurisdictio redit ad primævam naturam, nempe ad Episcopum, qui in ea (*ut sup. num. 1.* dictum est) habet de jure intentionem fundatam, ut dicit Gloss. *in d. cap. si de terra.*

14 Et contraria hæc observatio, per quam jurisdictio rediit ad Episcopum, non indiget probatione scientiæ, vel patientiæ capituli: Covarr. *in cap. possessor, in 2. part. relect. §. initium, num. 10.* Ludovis. *decis. 249. num. 9.* per text. *in l. si partem, §. si fundum, ff. quemadmod. servit. amitt.* videlicet favore libertatis, & quia redit ad primævum statum. Unde si quis habet privilegium non solvendi decimas, non exigitur ejus scientia, & patientia, ut Ecclesia pristinum jus circa decimarum exactionem recuperet: per text. *in cap. si de terra, de privileg.* ut ibidem bene explicat Covarr. cum notat. *in cap. vigilanti, de præscript.* ubi ostenditur etiam contra ignorantes præscribi, salvo remedio restitutionis in integrum: ex traditis per Thesaur. *decis. 133. & 134.* Aliud esset, si ageretur de præscribendo, vel possessionem acquirendo in præjudicium ipsius Episcopi: tunc enim illius scientia, & patientia esset probanda.

15 Rot. *decis. 600. n. 14. part. 3. tom. 3. recent.* † & actus aliqui contrarij facti per capitulum in præjudicium Episcopi, cui jam jus erat quæsitum per præscriptionem, nullo modo nocebant Episcopo, tanquam facti post completam præscriptionem: quia completa semel præscriptio non tollitur nisi per aliam præscriptionem completam, *l. nemo, §. temporarios, ff. de reg. jur.* Burat. *decis. 734. num. 10.*

CAPUT LXII.

De eadem materia jurisdictionis adversùs Episcopum, per transactionem, aut præscriptionem acquisitæ in causis personas capitulares concernentibus. De confirmatione summi Pontificis, an, & quando dicatur facta ex certa scientia. Quod non obstantibus exemptionibus Episcopus per modum visitationis habeat morum correctionem. Cui competat jus convocandi capitulum, & privandi absentes, aut delinquentes distributionibus.

SUMMARIUM.

1 *Canonici Ecclesiæ cathedralis de jure communi subsunt jurisdictioni Episcopi.*

2 *Capitula multa sunt, quæ exemptionem habent à jurisdictione Episcopi, veluti in Ecclesia Burdegalensi, & aliis: sed hoc casu solet Episcopus procedere cum adjunctis per capitulum deputandis. Et an Episcopus de jure communi procedere possit sine capitulo. Quid de consuetudine servetur. Ibidem.*

3 *Propter Episcopi sævitiam, capitulum potest petere se eximi ab ejus jurisdictione. Et ex quibus jurisdictio privativè concessa dicatur. Ibidem.*

4 *Jurisdictionem capitulo privativè ad Episcopum competere, probatur ex diuturni temporis observantia.*

5 *Transactionibus à sede Apostolica confirmatis, non censetur per quascumque clausulas generales derogatum.*

6 *Papa capitulum ab Episcopi jurisdictione in totum eximere potest.*

7 *Capitulum exemptioni suæ non præjudicat, quamvis ea usum non fuerit, eo quòd existimabat illis transactionibus fuisse derogatum per Concilium.*

8 *Confirmatio dicitur facta ex certa scientia, quando in ea totus tenor privilegij, vel transactionis confirmata, fuit insertus.*

9 *Clausulæ generales non operantur circa scientiam rei confirmatæ, sed in contrarium probationem admittunt.*

10 *Quando de Principis voluntate probanda agitur, si ad hoc certa forma non fuit data, sufficit quod de illa quomodocumque legitimè constet.*

11 *Ex geminatione confirmationis colligitur illam ex certa scientia factam fuisse.*

12 *Certa scientia Papæ colligitur ex mentione litispendentiæ facta in rescripto.*

13 *Facilius præsumendum est confirmationem factam fuisse ex certa scientia, quando agitur de transactionibus & concordiis, quàm si ageretur de statutis confirmandis.*

14 *Papa dicitur habuisse scientiam alicujus negotij, quando illam habuit mediantibus commissariis ab ipso deputatis.*

15 *Episcopus, non obstantibus exemptionibus, potest solus procedere contra capitulares quoad morum correctionem, per viam visitationis.*

16 *Non tamen sub prætextu visitationis potest procedere judicialiter, nec formare processum.*

17 *Capitulum habet ius cogendi per viam subtractionis distributionum.*

18 *Convocare potest Episcopus capitulum, quando non agitur de ipsius interesse.*

19 *Episcopus non potest convocare capitulum in casibus, in quibus ipse iudex esse non potest.*

20 *Episcopus licet in certis casibus possit convocare capitulum, in eo tamen votum dare non potest.*

CAsus istius capituli non modò diversus, sed etiam contrarius est præcedenti; cùm hîc supponamus capitulum ex transactionibus per summos Pontifices, in forma specifica confirmatis, acquisivisse, & confirmasse jurisdictionem privativè quoad Episcopum, non obstante juris communis dispositione: † per quam Canonici, & alij Ecclesiastici 1

ſtici ſupponuntur Epiſcopali juriſdictioni : *can. cum omnes Baſilica, 16. quæſt. 7. cap. conquerente, de offic. Ordin. cap. cùm Epiſcopus, eod. tit. lib. 6.* & ſæpius fuit judicatum per Rotam, ut *deciſ. 525. part. 3. recentior. & alibi paſſim.*

2 Nec novum eſt, ut capitulo privativè competat juriſdictio : nam illam multa capitula ex tranſactionibus, aut aliis legitimis titulis quæſitam habent : ita ut Decani, Canonici & Capitulum, Beneficiati & alij capellani, aliique Eccleſiæ inſervientes, exempti ſint à juriſdictione Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum officialium, quorum cauſæ debent recognoſci & judicari per unum, aut plures judices à capitulo deputandos ; prout in Eccleſia Bituricenſi, Lemovicenſi, & Pictavienſi : ut teſtatur Chopinus *de ſacra politia, lib. 2. tit. 4. & monaſtic. lib. 1. capit. ult.* & ſimile jus prætendunt plures aliæ Eccleſiæ : ut teſtatur addit. ad Papon. *lib. 1. tit. 3. arreſt. 3.* pro quibus diverſimodè ſecundùm facti circumſtantias, & tranſactionum ac præſcriptionum varietatem judicandum eſt circa competentiam, vel incompetentiam juriſdictionis.

Utrùm autem de jure communi Epiſcopus ſolus ſine capitulo procedere, & juriſdictionem exercere queat ; an verò capituli conſenſum, vel conſilium capere teneatur ; diſputatum fuit aliàs apud Puteum *deciſ. 91. lib. 3.* Sed apud Verall. *deciſ. 202. part. 2.* dicitur Epiſcopum de jure communi ſine capitulo cauſas criminales cognoſcere non poſſe : *can. Epiſcopus nullus, 15. quæſt. 7.* Mantic. *deciſ. 207. numero 2.* Quidquid ſit, ex conſuetudine generali, Epiſcopi, ceſſante tranſactione, aut contrario titulo, de omnibus cauſis ſoli, & ſine capitulo ſolent cognoſcere, ut quotidie fieri videmus : & teſtatur poſt Geminianum & Bellameram, Card. Tuſc. *litter. C, concluſ. 259. num. 12.*

Unde cùm ex antiquis tranſactionibus capitulum acquiſiverit juriſdictionem, & facultatem deputandi judices, notarios, & officiales ; & de cauſis canonicorum, & illarum perſonarum dictæ Eccleſiæ privativè ad Epiſcopum cognoſcendi in prima inſtantia : non ſolùm propter perſonam ipſius Epiſcopi,
3 & illius ſæviciam, † quæ juſtam præbebat cauſam exemptionis ab eius juriſdictione, Achil. de Graſſ. *deciſ. 16. de privileg.* ſed etiam propter ius fundatum in privilegiis, & ſtatutis antiquis ; quorum originalia dicebantur fuiſſe furto ſublata à quibuſdam Epiſcopi domeſticis : & à ſummo Pontifice dictæ tranſactiones fuerant approbatæ & confirmatæ. Tandemque ultimo loco alia tranſactio acceſſerat per ſummum etiam Pontificem confirmata : ſequitur non eſſe de capituli poteſtate diſputandum.

Nam per hanc ultimam tranſactionem confirmatam, ut ſupra, conventum fuerat & concordatum inter Epiſcopum & Capitulum : Quod de cætero dominus Præpoſitus & Capitulum dictæ Eccleſiæ poſſent creare & inſtituere, nomine eiuſdem capituli unum Judicem, Procuratorem, Graffarium & unum ſervientem pro exercitio iuſtitiæ in cauſis civilibus, & pecuniariis ; qui inter canonicos, perſonatus, habituatoſque dictæ Eccleſiæ, & quoſcumque alios, cauſas contra dictos canonicos & habituatos movere volentes, in prima inſtantia, uſque ad appellationem cognoſcat, necnon exceſſus, & delicta prædictarum perſonarum intra civitatem corrigat, certis in dicta tranſactione criminibus exceptis ; dummodò intra tres menſes dicta delicta puniat, & de illis iuſtitiam faciat, & aliàs prout in dicta tranſactione plenius continetur. Cum pacto expreſſo quod omnes & ſinguli ſucceſſores in dicto Epiſcopatu teneantur in eorum ingreſſu, & adeptione dignitatis Pontificalis, præſtare debitum iuramentum eidem capitulo, de obſervando dictam compoſitionem : prout in effectu dictus Dominus Epiſcopus eandem tranſactionem tam per ſe, quàm per Dominos Antiſtites ſucceſſores ſuos in eodem Epiſcopatu canonicè intrantes, & eo nomine ſe celebrare dixit, & declaravit. Fuitque dicta tranſactio poſtea per ſummum Pontificem legitimè confirmata, ut ſic ſine dubio, afficiat etiam omnes in dicto Epiſcopatu ſucceſſores, iuxta *cap. veniens, de tranſactionibus.*

Sequitur non eſſe dubitandum, quin capitulo juriſdictio in prima inſtantia, quoad prædictas cauſas, privativè competat : quia licet in dubio cumulativa tantùm iuriſdictio conceſſa cenſeatur, quando agitur de præiudicando Epiſcopo, cui ordinaria competit iuriſdictio : tamen hoc intelligendum eſt, niſi conſtet de contraria mente : Coccin. *deciſ. 316. n. 7.* alias, ceſſantibus coniecturis in contrarium, ſemper conceſſio eſt cumulativa : Burat. *deciſ. 912. num. 4. & 5.* ubi dicitur hoc procedere, etiamſi in conceſſione adeſſet dictio taxativa. Gonzal. *ad regul. 8. §. 2. proœmiali, num. 30.*

Tamen animus concedentis colligitur, tum ex eo quod conceſſio facta fuit favore certarum perſonarum, quarum intereſt alios non habere iudices : Ludoviſ. *deciſ. 4. num. 6.* tum etiam quia conceſſio iuriſdictionis, non fuit facta à ſummo Pontifice motu proprio, ſed ad partis requiſitionem : hoc enim caſu, non cumulativè, ſed privativè cenſetur data iuriſdictio. Rot. *deciſ. 37. numero 1. part. 1. recent.* Trentacinq. *lib. 1. tit. de juriſdict. num. 4.* addent. ad Ludoviſ. *d. deciſ. 4. num. 20.* tum & denique, quia Epiſcopo non reſervatur per dictam tranſactionem iuriſdictio, niſi in duobus capitibus ; nempe in ſecunda inſtantia, & in caſum negligentiæ ſeneſtris deputatorum à capitulo in prima : exceptio igitur certorum caſuum, firmat regulam in aliis, ut ſunt iura vulgata.

Sed ad omnem tollendam difficultatem, capitulum allegabat antiquam & immemorialem obſervantiam privativæ iuriſdictionis, quæ ſola ſufficeret Rot. *deciſ. 77. numero 5. part. 4. diverſ.* & generale eſt, ut quando utrumque concurrit, nempe titulus, & poſſeſſio immemorialis ; iuriſdictio acquiſita cenſeatur privativè, & non cumulativè : *can. irrefragabili, 6. exceſſus, de offic. Ordin.* & ibi Felin. *numero 5.* Joan. Baptiſt. Ferret. *conſil. 142. numero 13.* Barboſ. in *l. 1. artic. 4. num. 39. ff. de juriſd.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 18. num. 24.* Mantic. in noſtris terminis *deciſ. 296. num. 1.*

Neque dicta tranſactio per ſummum Pontificem confirmata, fuit abrogata per Concilium Trident. *ſeſſ. 25. de reform. c. 6. & ſeſſ. 6. cap. 4.* Quia licèt ibi ſit clauſula, *Non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, conventionibus & juramentis* ; non tamen per eam ſublatæ cenſentur tranſactiones à ſede Apoſtolica confirmatæ : quia illis per quaſcumque clauſulas generales non cenſetur derogatum. Puteus *deciſ. 172. n. 2. lib. 3.* Rot. apud Achill. de Graſſ. *deciſ. 3. de pact. n. 2.* Barboſ. ad Concil. Trident. *ſeſſ. 22. de reformat. cap. 20. n. 88.* ſuppoſito quod concordiæ & tranſactiones ſint à ſede Apoſtolica confirmatæ ex certa ſcientia. Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. plur. 35. num. 14.* ubi propterea concludit, capitula Eccleſiæ Burgenſis, & Sagontinenſis, & alia ſimilia non ſubeſſe viſitationi Epiſcopi, etiam poſt Concilium, quia ante illud habebant cum Epiſcopis deſuper concordias à ſede Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmatas.

matas. Ideo non obstat Concilium Tridentinum disponens, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, etiam immemorialibus; necnon concordiis, & transactionibus, quæ suos tantùm obligent authores. Quia talis clausula non comprehendit concordias à Sancta sede Apostolica ex certa scientia confirmatas. Ita etiam fuit decisum per Rot. *decis.* 715. *part.* 4. *divers.* ubi concluditur, aliud statuendum esse quando confirmatio fit in forma communi.

6 De potestate Papæ nefas esset dubitare: quia nemo negat, quin Papa possit in totum eximere capitulum ab Episcopi jurisdictione: Achill. de Grass. *decis.* 15. *de privil.* Multò magis id facere potuit in casibus per transactiones specificatis, & limitatis.

7 Plus dico, quod si capitulum credens per Concilium Tridentinum fuisse dictis concordiis, à sede Apostoliaca ex certa scientia confirmatis, derogatum, sub hac falsa opinione non fuisset usum præfatis transactionibus, etiam per plures annos, juribus suis minimè præjudicasset. Gonsal. *ad regul.* 8. *gloss.* 31. *n.* 42. & *gloss.* 25. *n.* 14. ut per Eminentissimos Cardinales Concilij interpretes fuisse declaratum, testatur Barbos.

8 Quod autem dictæ transactionis confirmatio, per summum Pontificem facta fuisset ex certa scientia, constabat ex eo, quod licèt totus illius tenor ad longum non fuisset insertus in libris confirmationis: tota tamen illius substantia narrata fuerat: nam dicta littera hoc in effectu continebatur, quod cùm aliàs inter Dominum Episcopum, & capitulum fuissent intentatæ lites super jurisdictione, & cognitione causarum civilium & criminalium, prætendente capitulo singulis annis duos ex canonicis eligere, qui in canonicos, & alios in dicta Ecclesia habituatos cum omnimoda exemptione ab Episcopi jurisdictione illam exercerent: quod ipsis primò concessum, postea verò per alias litteras ad Episcopi requisitionem fuerat revocatum, tandem processum fuit ad hujusmodi transactionem; videlicet quod de cætero capitulum unum Judicem seu Officialem, cum uno procuratore, & Notario, deputare posset pro justitiæ exercitio, qui nomine capituli jurisdictionem exercerent; & coram illo judice omnes causæ, tam civiles, quàm criminales, per canonicos, habituatos & alias personas dictæ Ecclesiæ inter se, seu per alios contra eos, etiam pro tempore movendæ, in prima instantia tractari, & per appellationem ad Episcopum pro tempore existentem, devolui deberent: quodque delinquentes, exceptis tunc expressis casibus, infra semestre post denunciationem delicti punirentur; aliàs causa ad Episcopum, seu ejus Officialem devolueretur. Et sic cùm summo Pontifici fuerit in effectu expositus totus tenor transactionis; concludendum est illius confirmationem ex certa scientia factam fuisse. Rot. *decis.* 166. *n.* 3. *part.* 5. *recent.* ubi dicitur, sufficere summo Pontifici, totius facti substantiam fuisse narratam, (post Abbat. *in c. quia diversitatem, n.* 9. *in fine, de conces. præben.*) & *decis.* 338. *num.* 2. & 339. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* ubi post plures DD. concluditur, rescriptum mandans Commissarios de confirmando concordiam, concessum in forma specifica & ex certa scientia, censendum esse, quando summo Pontifici totus tenor transactionis, aut illius substantia narrata fuit.

9 Non tamen fieri debet magnum fundamentum in clausulis confirmationis, veluti in clausula, *ex certa scientia*, & similibus: quia istæ clausulæ generales non multùm operantur, & admittunt probationem in contrarium. Tusc. *liter. C. conclus.* 340. *n.* 28. Barbos. *de clausul. cap.* 59. *nmm.* 41. sed præcipuum fundamentum, ex quo confirmatio ex certa scientia facta dici potest, desumendum est ab expressione totius substantiæ transactionis: ut advertit, & bene quæstionem examinat Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 230. *& seq.* † Quidquid sit, cùm certa scientia, & determinata ac enixa Papæ voluntas, omnia faciat hac in re; sufficit ut illa, quomodocumque concludenter probetur, cùm in ejus declaratione non sit data certa forma, quamvis in dubio adsit præsumptio contra eum, qui certam scientiam allegat, quæ onus probandi in eum transfert: prout hæc bene explicat Sanch. *in præcept. decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 144. 10

Colligitur etiam alia ratione certa Pontificis scientia, & voluntas ex actuum geminatione; cùm idem summus Pontifex de lite, quæ tunc vertebatur inter Episcopum, & capitulum, bis rescripserit: unde cùm postea ex intervallo iterum super eodem negotio rescripsit, & transactionem confirmavit, præsumitur de omnibus informatus, & ex certa scientia ad talem confirmationem processisse. Tusc. *litter. C. conclus.* 341. *n.* 10. † cùm etiam in rescripto confirmationis facta fuerit expressa mentio litis pendentis, ex quo resultat præsumptio certæ scientiæ Pontificis confirmantis. Thusc. *d. conclus.* 341. *n.* 11. Maximè quia summus Pontifex, prævia illius litis evocatione, processit ad confirmationem, cùm sufficiat quomodocumque probari scientiam, & voluntatem confirmantis. Thusc. *ibidem*; *num.* 12. Sanch. *loco proximè citato*, Rot. *decis.* 166. *num.* 6. *part.* 5. *recent.* ubi, sufficit, quod voluntas Papæ ex præcedentibus, & sequentibus eliciatur. Imò certam scientiam summi Pontificis confirmantis, etiam per testes probari posse, determinat Rota *decis.* 210. *numero* 2. *in fin. part.* 1. *recent.* 11 12

Multò autem faciliùs hoc in casu admittenda est certæ scientiæ probatio; cùm non agatur de confirmatione plurium rerum in genere, sicut quando tractatur de confirmandis statutis; tunc enim non ita facilè existimandum est, summum Pontificem illorum omnium certam, & specificam habuisse notitiam. Aliud dicendum est quando agitur de confirmatione rei particularis, veluti unius concordiæ circa certam litem: quia in actu individuo, & in particulari, magis præsumitur certa scientia, quàm dum disponens se refert ad plures actus: prout explicat Aretin. *consil.* 8. *numero* 6. quem sequitur Thusc. *litter. C, conclus.* 708. *numero* 14. 13

Et cùm Papa Commissarios deputaverit, mandans illis ut postquam de dicta concordia legitimè constiterit, & prout in ea continetur; omnia & singula in ea contenta approbent, & observari mandent; satis dicitur habuisse plenam omnium notitiam, cùm illam habuerit per commissarios ab ipso deputatos. Rot. *decis.* 192. *numero* 3. *part.* 1. *recent.* Thusc. *d. conclus.* 341. *numero* 2. 14

Negandum tamen non est, quin Episcopus per viam visitationis, & correctionis morum procedere possit contra capitulares, & alios ejusdem capituli habituatos: tum quia hoc non fuit sublatum per transactionem: tum etiam, quia ex Concilij Triden. dispositione derogatum est omnibus conventionibus, & consuetudinibus, etiam immemorialibus à sede Apostolica ex certa scientia non confirmatis. Rot. *decis.* 61. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Non enim potest dici quod Papa per suam confirmationem voluerit plus concedere partibus, quàm peteretur, vel in transactione confirmata contineretur. Alioquin si id Papa nominatim expressisset, non videretur per Concilium huic expressæ confirmationi derogatum: ut suprà diximus, *num.* 5. sed de hoc nihil in transactione: ergo nec in confirmatione illius 15

16 lius. † Non tamen ſub prætextu viſitationis, poterit Epiſcopus procedere in forma judicij, nec proceſſum formare, niſi data capituli officialium negligentia juxta formam tranſactionis. Rot. *deciſ.* 168. *part.* 1. *recent.*

17 Quod autem attinet ad capitula juriſdictione carentia, certum eſt illis nihilominus competere jus corrigendi, & caſtigandi, ſeu coërcendi perſonas in Eccleſia ſua habituatas; veluti per ſubtractionem fructuum, & diſtributionum, ſeu vocis in capitulo ad tempus; quod habet in ſe quandam juriſdictionis ſpeciem. Abbas in *cap. cum contingat, colum. 3. numero* 28. *de for. competent.* & habetur in *pragmat. ſanctione, tit. de concubinariis, §. quod ſi hi ad quos, in verb. pertinet*, & notatur *in cap. quanto, de offic. Ordinarij*, & dixi *cap. præcedenti, numero* 10.

18 Quia verò pro parte ejuſdem capituli quæſitum fuit, an & quando Epiſcopus poſſit congregare capitulum, & quam in eo authoritatem habeat? Reſponſum fuit, poſſe Epiſcopum convocare capitulum in loco capitulari conſueto, canonicorum vota exquirere, & collectis votis concluſionem eliceres exceptis tamen caſibus, in quibus de ejus, aut ſuorum intereſſe agitur: ut notat Barboſ. *de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 73. *numero* 16.

19 Intellige ut capitulum convocare poſſit Epiſcopus in caſibus, in quibus judex eſſe poteſt; ſecus in aliis, in quibus judex eſſe nequit: ut ibidem Barboſa teſtatur *d. allegat.* 73. *numero* 18. *& ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *numero* 42. *& ſeq.* In quo capitulo vocem non habebit Epiſcopus, ut probatur ex verbis Concilii, *vota exquirat.* Barboſ. *dict.*

20 *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *num.* 47.

CAPUT LXIII.

Utrùm confratres capellæ intra limites parochiæ noviter erectæ, poſſint petere ſe manuteneri in quaſi poſſeſſione uſus campanarum adversùs Parochum prohibentem. Et ad quem ſpectent oblationes quæ fiunt in illa capella. De cuſtodia clavis Eccleſiæ Divo Petro conſecratæ, & eleemoſynæ quæ datur ob applicationem ferri candentis, iis qui laborant morſu canis rabidi. Et vtrùm nova capella poſſit ædificari in præjudicium Eccleſiæ parochialis. Et in quo conſiſtant jura parochialia, tam circa ſepulturas, quàm alia: ad explicationem clauſulæ, *ſalvâ juſtitiâ Eccleſiæ Parochialis.*

SUMMARIUM.

1 *Cura campanarum Eccleſiæ pertinet ad officium cuſtodis.*

2 *Confraternitas, quæ eſt in quaſi poſſeſſione uſus campanarum, poteſt petere ſe in ea manuteneri.*

3 *Quando agitur de cultu divino, non poteſt dici materia facultativa.*

4 *Pulſatio campanarum permittitur confraternitatibus in eorum capellis, ſine præjudicio ſervitij Eccleſiæ parochialis.*

5 *Pulſatio campanarum ſpectat ad inferiores clericos.*

6 *Non eſt permittenda laicis pulſatio campanarum ſine licentia cuſtodis Eccleſiæ, vel preſbyteri parochialis.*

7 *Pulſans campanas ſine licentia preſbyterorum, dat operam rei illicitæ; ideò ſi ſequatur homicidium, tenetur. Fallit ſtante conſuetudine in contrarium.*

8 *Oblationes ſpectant ad Parochum, non ad Rectorem capellæ: diſtingue ut ibi.*

9 *Ex perceptione oblationum arguitur curam ad eum, qui illas percipit, ſpectare.*

10 *Eleemoſinæ, quæ dantur ob applicationem clavis Eccleſiæ ad curandos canum morſus, pertinent ad Parochum: & de hac clavis applicanda conſuetudine.*

11 *Adminiſtratio oblationum ad certum uſum ſanctarum pertinet ad Parochum.*

12 *Cuſtodia clavium Eccleſiæ non ſpectat ad laicos.*

13 *Oſtiarij ordo ſacer eſt, & ad eum pertinet cuſtodia clavium Eccleſiæ: & alia, de quibus ibi.*

14 *Per traditionem clavium oſtiario factam imprimitur character, ſecundùm Canoniſtas, contra Theologos.*

15 *Indignum eſt laicos munus exercere, quod Chriſtus ipſe exercere voluit, dum dixit,* Attollite portas, &c.

16 *Nova capella ſine Epiſcopi licentia nequit ædificari.*

17 *Eccleſia parochialis poteſt nuncupare novum eam ædificanti capellam, intra limites ſuæ parochiæ.*

18 *Cum quibus moderationibus, & conditionibus concedi poſſit facultas novam capellam, vel Eccleſiam intra limites parochiæ erigendi. Et qua ſit vis, & effectus clauſulæ,* ſalva juſtitia Eccleſiæ parochialis.

19 *In quo conſiſtant jura parochialia.*

20 *Jura parochiæ primò conſiſtunt in eo, quod quilibet diebus feſtis Miſſam audiat in ſua parochia: ſed hoc eſt de conſilio, non de præcepto.*

21 *Secundò, ut parochiani ſacramenta ab Eccleſia Parochiali recipiant.*

22 *Tertiò, ut jus ſepeliendi competat parochiæ, niſi ſepultura fuerit in alia Eccleſia electa, vel alibi ſit ſepulchrum majorum.*

23 *Quartò, jus quartæ funeralis competit parochiæ, quæ in hoc habet intentionem fundatam.*

24 *Quintò in jure decimarum.*

25 *Sextò in jure percipiendi oblationes, & alias ſpirituales obventiones.*

26 *Vtrùm Eccleſia parochialis poſſit facere officium in aliena Eccleſia, ad quam corpora defunctorum portantur tempore funeris? Refertur ineſſio Rota, quod parochia non poſſit ibidem officium facere; ſed hoc ſpectat ad illam Eccleſiam, in qua corpus ſepelitur.*

27 *Parochi non poſſunt cogere ut officia novemdialia, & finis anni, pro mortuis fiat in eorum Eccleſiis: quando corpus ſepultum eſt in alia Eccleſia.*

PRior quidam & Parochus cupiens evitare præjudicium, quod juribus ſuis inferebatur per erectionem confraternitatis, & capellæ noviter erectæ intra limites ſuæ parochiæ, varias proponit difficultates, quarum reſolutio ex ſequentibus concluſionibus elicitur.

Prima

1 PRima ergo conclusio est, quod licèt regulariter cura campanarum ad populum convocandum, ut divina audiat officia, pertineat ad officium custodis, *capit. 1. de offic. custod.* in illis verbis: *In canonicis horis signa tintinnabulorum pulsanda, ipso Archidiacono jubente, ab eo pulsentur, &c.* † Si tamen aliqua confraternitas, vel capella sit in quasi possessione usus campanarum cujusdam Ecclesiæ, in ea manuteneri debet: cùm illa possessio non sit 3 acquisita per modum facultatis, † attento quod agitur de cultu divino, quo casu non est materia facultativa. Abbas *in cap. suam nobis, numero 8. de simon.* Ludovis. *decis. 162. in addit. litter. C, versic. tertiò ubi agitur.* Unde in *dicta decis. 360.* conclusum fuit, dandam esse confraternitati reintegrationem in quasi possessione recipiendi ornamenta necessaria pro divinis officiis celebrandis; necnon usus campanarum ab Ecclesia collegiata ejusdem loci.

4 Secunda conclusio. Casu quo pro parte confraternitatis probata fuisset legitima quasi possessio usus campanarum: illa tamen non deberet concedi, nisi cum clausula, *sine præjudicio servitij Ecclesiæ parochialis*, argumento *text. in extravag. quia cunctos, de offic. custod.* ubi prohibetur religiosis, ne in futurum plures, sed unam duntaxat campanam habeant, ne cultui divino & officiis Ecclesiarum præjudicium fiat: & in *capit. patentibus 10. de privilegiis*, ubi Templariis, Hospitalariis, & aliis permittitur usus campanarum; ita tamen ut non fiat præjudicium aliis Ecclesiis.

5 Tertia conclusio: Pulsatio campanarum spectat ad clericos inferiores: *capit. perlectis, 26. distinct.* Abbas *in capit. Ioannes, de homicid.* † Ideo talis pulsatio campanarum non est laicis, sed solis clericis permittenda: cùm omnes Ecclesiarum parochialium Rectores teneantur secum habere clericum inservientem. Laici autem sine permissione custodis, Ecclesiæ campanas pulsare non debent, vel nisi ex licentia 7 presbyteri parochialis. † Aliàs qui campanas pulsat, dicitur dare operam rei illicitæ: ut notat Abbas *in dict. cap. Ioannes*, ubi dicit, quod si laico campanam sine licentia presbyteri pulsante, tintinnabulum cadens hominem occidat, laicus punitur, uti dans operam rei illicitæ. Quod tamen intelligendum est, nisi consuetudo esset in contrarium, ut laici campanas pulsarent, ut ipse fatetur *num. 4. in fine.*

8 Quarta conclusio. Oblationes, quæ fiunt in capella noviter ædificata, pertinent ad Parochum, non autem ad Rectorem capellæ. Barbos. *de offic. Parochi, cap. 24. num. 22.* ita ut si quid relictum fuerit intuitu ipsius capellæ, ipsi quidem capellæ debeatur, ad usum videlicet ad quem oblationes factas esse constat: si verò non constat, in dubio spectant ad Parochum. Ad ipsum tamen Parochum in omni casu spectat administratio istarum oblationum: quia si proprietas ipsius est, quando non dantur ad certum usum; multò magis illarum administratio, quando dantur ad usum definitum. Barbos. *dict. cap. 24. n. 30.* Joan. Bapt. Ferret. *consil. 143. n. 4.* Rota *decis. 489.* 9 *num. 3. part. 3. recent.* † Ubi ex receptione oblationum facta per Rectorem, arguitur curam apud ipsum esse; non autem apud capellanum, qui oblationes non percipiebat. Borell. *in summa omnium dec.* 10 *cis. lib. 1. tit. 18. num. 22.* † Quod locum eadem ratione habet in omnibus obventionibus spiritualibus, qualis est ea quæ procedit ex eleemosinis, quæ dantur propter applicationem clavis ferventis Ecclesiæ sancti Petri, factam iis qui morsu canis rabio-

si læsi fuerunt: prout de omnibus obventionibus spiritualibus generaliter loquitur Troil. Maluet. *in tract. de oblation. part. 4. num. 11. fol. mihi 317. volum. 15. tractatuum antiquor.* Et ita determinatum fuit per Rotam Romanam, oblationes spectare ad Parochum, nisi fuerint in determinatum usum datæ. † Et eadem, ac majori ratione ad eundem Parochum spectat administratio oblationum, quæ in certum usum erogatæ sunt: coram Merlino *decision. 37. à num. 9. ad 12. part. 5. recent.* 11

Quinta conclusio. Claves Ecclesiæ, sive templi, 12 in manibus laicorum esse non debent: cùm pro custodia clavium Ecclesiæ institutus fuerit ordo Ostiarij, qui unus est ex minoribus ordinibus: ille enim est, qui januis templi præficitur: *capit. cleros, §. Ostiarii 21. distinct.* † Et ideo Ostiarij munus est, 13 sacras ædes tueri, aperire & recludere, & omnia quæ intus & extra sunt custodire; fideles recipere, & infideles ac excommunicatos repellere. Ideo ei qui ad hunc ordinem promovetur, verba hæc per Episcopum in traditione clavium proferuntur: *sic age quasi redditurus Deo rationem pro iis rebus quæ his clavibus recluduntur:* † & Ostiario imprimitur 14 character in traditione clavium, de quo Grass. *part. 2. lib. 1. cap. 9. num. 18. & num. 6.* Carol. de Grass. *de effectibus cleric. in prælud. num. 283.* Canonistæ siquidem magis communiter tenent imprimi characterem, contra Theologos. Rot. *decis. 50. num. 6. & 24. part. 5. recent.* † Indignum igitur est, laicos id mu- 15 neris exercere, quod Christus ipse exercuit, dum à templo ejecit vendentes, & ementes; & dum dixit, *Attollite portas, & elevamini portæ æternales, &c.* ut dicit de Grass. *loc. citat.* & notatur in *cap. Ostiarius, 23. distinct.*

Sexta conclusio. Nova capella ædificari non po- 16 test sine licentia Episcopi. Gloss. *in cap. placuit, in verb. dotem 1. quæst. 2.* Calderin. *consil. 20. de jure Patronat.* Ricc. *in praxi aurea variar. resol. cap. 11. per tot.* textus est in *authent. ne quis orator. citr. scient. Episc. adific. collat. 5.*

Septima conclusio. Ecclesia Parochialis, seu Re- 17 ctor illius, potest novum opus nunciare ædificanti novam Ecclesiam intra Parochiæ suæ limites, propter interesse quod habet ratione oblationum, sepulturarum, & aliarum obventionum: ut tenet, & decisum refert Guid. Pap. *decis. 360.* per totam.

Octava conclusio. Non potest intra limites pa- 18 rochiæ, inaudito Parocho, nova Ecclesia ædificari, cùm in omni licentia quæ conceditur in simili casu, apponi soleat clausula, *sine præjudicio Ecclesiæ Parochialis:* vel *salva justitia Ecclesiæ parochialis:* & quod excipiantur dies Natalis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes; in quibus ibi celebrare non liceat. Barbos. *de potest. Paroch. lib. 1. cap. 1. num. 26. & cap. 11. numero 1. & 2.* ubi refertur sacræ Congregationis declaratio.

Nona conclusio. Jura Ecclesiæ parochialis sunt 19 ea quæ sequuntur, juxta Abbat. *in rubric. de Paroch. num. 2.* † Primò, ut Parochiani diebus festi- 20 vis missam audiant in propria parochia: *cap. 2. de Paroch.* Sed hoc non observatur; imò satisfit præcepto, audiendo missam in alia Ecclesia; neque possunt Parochi cogere suos parochianos, ut in propria parochia Missam audiant: hoc enim est de consilio, sed non de præcepto, prout sacram Congregationem determinasse refert Prax. Episcop. *part. 1. in verb. Missa, §. 6.* † Secundò, jus parochiæ in eo consi- 21 stit, ut parochiani in Ecclesia parochiali, seu ab

illius preſbyteris ſacramenta percipiant: *capit. nullus, de Paroch. can. Epiſcopus in diœceſi 7. quæſt. 1.*

22 † Tertiò, in jure ſepeliendi, nempe ut omnes Parochiani in Eccleſia Parochiali ſepeliantur, niſi alibi ſepulturam eligant, vel alibi ſit ſepulchrum majorum, *cap. omnis, de pœnitent. & remiſſ. Clement.*

23 *dudum*, cum ibi notat. §. *verùm, de ſepulturis.* † Quartò, ſi quis in alia Eccleſia ſepeliatur, Parochi

24 jura conſiſtunt in quarta funerali: *dict. Clement.*

25 *dudum.* † Quintò, in jure decimarum. † Sextò, in jure oblationum, & aliarum obventionum: de quibus plura dici poſſent, quæ conſultò omittuntur; cùm non concernant principalem hujus capitis materiam. Quæ omnia poſt Abbatem *in rubric. de Parochis*, recenſet Rota *deciſ. 552. numero 3. & ſeq.*

26 *part. 5. recent.* † Ubi etiam notanter concluditur, quod quando defunctorum corpora delata fuerunt in Eccleſias non Parochiales, in quibus ſepultura fuit electa; Parochus non poteſt ibi facere officium, cùm hoc non ſit de juribus Parochialibus: ut *ibidem* concluditur *num. 23. & multis ſequentibus.* †

27 Sicut nec poſſunt Parochi cogere, ut officia novendialia, & finis anni, fiant in Eccleſia Parochiali, ſi ſepultura alibi electa ſit. Rot. *in Elnenſi Iurium Parochialium, 6. Iunij 1631. coram Illuſtriſſimo Domino Queipo, inſerta poſt 7. partem Dianæ.*

CAPUT LXIV.

De profeſſione monialis fraudulenta, facta in articulo mortis eo animo, ut bona ad Monaſterium devolverentur in præjudicium ſubſtitutorum, vel venientium ab inteſtato. In quibus caſibus profeſſio in articulo mortis ſit valida, finito, vel non finito anno novitiatus: & de variis conjecturis fraudis in hac materia concurrentibus.

SUMMARIUM.

1 *Profeſſio Novitij in mortis articulo, ante elapſum novitiatus annum, ex conſtitutionibus Pontificiis eſt valida quoad animam; ſed non quoad bona.*

2 *Profeſſio illius, qui integro novitiatus anno fuit infirmus, facta lapſo anno novitiatus, valida eſt fraude ceſſante, ex veriori ſententia: quamvis novitius mox eſſet moriturus.*

3 *Profeſſio in ordine minimorum eſt valida: quamvis novitius toto anno propter infirmitatem carnibus, ovis, & lacticiniis uſus fuerit.*

4 *Fraus non probatur ex hoc ſolo in præjudicium ſucceſſorum, vel ſubſtitutorum, quod in mortis articulo matrimonium, vel profeſſio facta fuerit.*

5 *Profeſſio accelerata, etiam finito novitiatus anno, non nocet ſucceſſoribus, ſi fraudis adſint conjecturæ.*

6 *Subſtitutus non excluditur per Monaſterium, quando adſunt conjecturæ fraudis.*

7 *Conjectura fraudis oritur ex profeſſione facta in mortis articulo.*

8 *Cur potiùs colligatur fraus ex profeſſione facta in mortis articulo, quàm ex matrimonio.*

9 *Aliud eſt profeſſionem eſſe validam quoad animam, aliud quoad ſucceſſionem.*

10 *Fraus facilius colligitur, quando tractatur de præjudicio tertij.*

11 *Matrimonium carnale plus operatur quoad ſucceſſiones, quàm ſpirituale.*

12 *Geſta tempore magnæ infirmitatis, præſumuntur facta in fraudem.*

13 *Ex multiplicatis, & affectatis actibus elicitur fraudis conjectura, veluti ex reſignationibus multiplicatis.*

14 *Profeſſio clandeſtinè facta præſumptionem habet fraudis.*

15 *Fraus præſumitur adversùs eum qui promiſſa non ſervat.*

16 *Profeſſiones monialium non ſolent redigi in contractum publicum coram Notario, & teſtibus.*

17 *Ex actibus præcedentibus cum cautela, & ſubtilitate geſtis, fraus præſumitur.*

18 *Ad profeſſionem ſuperior admittens novitium incapacem functionis religionis, peccat; ſed profeſſio eſt valida.*

19 *Tempus profeſſionis, lapſo novitiatus anno, prorogari ex cauſa poteſt, & debet.*

20 *Ex nimia præcipitatione fraus colligitur.*

21 *Dotem monialis præcipitanter profeſſæ non acquiri Monaſterio, fuit ſæpè deciſum.*

UT certior habeatur reſolutio propoſitæ difficultatis, ſuper profeſſione cujuſdam puellæ, quæ licèt exacto novitiatus anno facta fuerit; non paucæ tamen fraudis & præcipitationis proponuntur conjecturæ: præſertim quod cùm integro novitiatus anno continua febri hectica, & miſera cæcitate laboraſſet, die 4. Auguſti profeſſionem emiſit; & paulò poſt, nempe die 16. ejuſdem menſis, è vita migravit: varij caſus conſiderandi ſunt.

Primus caſus eſt, quando novitius in articulo 1
mortis conſtitutus, nondum elapſo probationis anno, profeſſionem emiſit: quod facere poteſt, ex privilegio Pij V. religioſis ſancti Dominici conceſſo; prout in ejus conſtitutione 109. edita anno 1570. Quod privilegium aliis etiam religioſis ordinibus communicatum fuit: & hoc caſu, certum eſt profeſſionem validam eſſe duntaxat pro conſequutione indulgentiarum, & ſolatio animæ; non autem ut profeſſus bona ſua transferat in monaſterium: prout declarat Mirand. *in manual. prælator. regul. tom. 1. quæſt. 22. artic. 10.* & in iſtis terminis loquitur Ricc. *in prax. aur. cap. 493. in princip. uſque ad numerum 6.* quamvis Sanch. *in præcep. decalog. lib. 5. cap. 4. num. 16.* contrariæ ſit opinionis, nempe eodem modo ſuccedere Monaſterium huic ex privilegio profitenti, quo ſuccederet, ſi finito novitiatus anno profeſſionem emiſiſſet. Verùm opinio illa mihi jure non probatur, nec eam judex æquus admittere debet; cùm non alia fuerit ſummi Pontificis intentio, quàm ut novitij, aut novitiæ, dum morti viciniores ſunt, beneficio religioſorum quoad animam, & forum interius perfruantur, & majori cum ſolatio Deo ſuo animam reddant: non autem ut proximiorum ſucceſſioni fiat præjudicium; imò & nova profeſſione opus eſt, ſi finito novitiatus anno priſtina ſanitas redierit, ut notat Hieron. Rodric. *in quæſt. regul. cap. 101. num. 40.* per jura, & rationes ibi allegatas.

Secundus caſus eſt, quando monachus, aut monialis, 2
finito

finito integro novitiatus anno profitetur, servatis servandis; non obstante gravi & incurabili qua laborat ægritudine: & hoc casu, quamvis variæ sint Doctorum sententiæ; verius tamen videtur atque receptius, ex hoc solo non privari monasterium successione, si nullæ fraudis conjecturæ concurrant: quamvis novitius tempore professionis mox moriturus esset. Ratio est, quia professio ista emissa fuit lege permittente, & non in alterius injuriam, aut præjudicium principaliter intentum: dum enim monasterium jure suo utitur, non dicitur alicui inferre injuriam: idque non obstante quod novitius, integro novitiatus anno, omnes regulæ austeritates probare non potuerit, propter suæ infirmitatis impedimentum: quia sufficit quod expertus fuerit religionis austeritatem in genere, ut dicit Tamburin. *de jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæst. 3. num. 25.* Atque ita per Sacram Concilij Congregationem determinatum fuisse testatur Barbos. *de jure Eccles. univers. lib. 1. cap. 42. num. 170.* ubi tamen non loquitur de eo, qui toto novitiatus anno fuit infirmus: quod repetit in *decis. Apostolic. cap. 612. num. 16.*

3 † Unde novitij illius validam esse professionem dicit Tamburin. *ubi suprà*, qui in ordine Minimorum novitiatus annum agens, continuò carnibus & lacticiniis propter infirmitatem usus est. Bonacin. *in tract. de clausur. quæst. 2. punct. 10. difficult. 2. num. 10.* ubi dicit professionem illius qui propter morbum, vel senectutem, impotens est ad servandam religionis regulam, non posse ex eo irritari: cùm substantia religionis consistat in tribus votis castitatis, paupertatis & obedientiæ, quæ corporis viribus non nituntur, sed voluntate & affectu voluntatis: reliqua verò religionis præcepta obligent tantum juxta vires corporis, seu nisi justa causa excuset: Sanch. *in præcept. decalog. lib. 5. cap. 4. n. 52.* & ita fuit decisum in

4 Rot. *decis. 346. n. 2.* post consilia Furin. † ita ut nec ex hoc solo fraus adversùs Monasterium præsumenda sit. Casanat. *consil. 21. & 22. per tot.* ubi fusè agit de matrimonio in mortis articulo, in præjudicium substituti contracto: & *d. consil. 22. num. 10.* ostendit non oriri fraudem ex actibus in articulo mortis factis: per text. *in l. finali, ff. de condit. institut.* & in *l. fines quoque 4. §. final. ff. de hæred. instit.* ubi quod conditio potest adimpleri in ultimo vitæ momento, etiamsi ex eo fiat damnum substituto. Fusar. *de substit. quæst. 424. num. 78.* Sanch *in præcep. decalog. lib. 7. cap. 16. num. 58. & 59.* Intrigliol. *de substit. centur. 3. quæst. 63. num. 74.*

5 Tertius casus est, quando novitius, aut novitia in infirmitate constituta, finito novitiatus anno professionem in mortis articulo existens, concurrentibus conjecturis quod professio fuerit accelerata, & præcipitata in præjudicium & fraudem proximiorum, ad quos successio spectabat: & hoc casu dicendum est, professionem non subsistere, nec per eam impediri, quominus proximiores ab intestato venientes ad successionem, excluso Monasterio, admittantur. Ratio est, quia quilibet actus tempore magnæ infirmitatis, aut in mortis articulo factus, tendens in præjudicium alterius habentis jus ad rem, vel spem probabilem; licèt ex hoc solo quod fiat in mortis articulo, non præsumatur fraudulentus; tamen si concurrant aliquæ fraudis conjecturæ, Doctores omnes conveniunt, talem actum non subsistere in præjudicium tertij. Giovagnon. *lib. 2. respons. 45. num. 34.* & probat text. in *capit. de his, de sepult.* Surd. *consil. 382. num. 50. in fin. & consil. 384. num. 62.*

6 † Unde licèt quis gravatus fuerit de restituendo hæreditatem, sub conditione *si sine liberis*; & relicto Monasterio, qui vicem obtinet liberorum, è vita excesserit; substitutus non excludetur à monasterio, si adsint conjecturæ fraudis circa professionem intervenientis. Mantic. *de conject. ultim. voluntat. lib. 10. titul. 4. num. 19. & 20.* Casanat. loquens de matrimonio carnali, *dict. consil. 22. num. 8.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5. numero 27. & lib. 3. in fin. in annotatione, num. 8.* Barbos. in *capit. si præsentia, numero 6. de probat.* & in terminis professionis fraude interveniente, decidit sacra Congregatio apud Barbos. *in decis. Apostol. collect. 611. num. 17.*

Plures autem in casu proposito concurrebant 7
fraudis conjecturæ. Prima, quia dicta novitia tempore professionis erat desperatæ salutis, & in mortis articulo constituta: licet enim magis communiter receptum videatur, filios per matrimonium in mortis articulo contractum legitimatos, pro legitimis haberi in præjudicium successorum, & substitutorum; † longè tamen est dispar ratio matrimonij spi- 8
ritualis, seu professionis: nam si fraudandi alterius causa, matrimonium spirituale seu professio fiat, id sine peccato fieri nequit: ideoque per talem professionem non excluditur successo ab intestato: ut probatur per text. *in cap. final. 19. quæst. 3.* † ubi fraus 9
circa religionem efficit, ut bona, quæ monasterium habuerat, restituere teneatur, quan vis professio firma remaneat. Præterea licèt professio efficiat, ut monasterium succedat in dote religiosæ constituta, ad exclusionem patris; hoc constitutum est contra dispositionem legis, in *l. dos à patre, Cod. solut. matrim.* ita ut hæc successio Monasterij in dote puellæ, non sit ita latè interpretanda, prout fieret, si juri communi & ordinario contraria non esset; & ideo faciliùs ex fraudis suspicione cessare debet Monasterij successio: quibus addi poterit text. *in dict. cap. de his, de sepult.* † ubi licèt ingressus religionis, 10
& votum in articulo mortis factum valeat; tamen si vovens in eadem infirmitate decedat, non sit præjudicium tertio, ratione bonorum, quorum non ita liberam dispositionem habebat: & hanc differentiam inter matrimonium, & professionem bene explicavit Sarmient. *select. interpret. lib. 1. cap. 6. num. 9. versicul. ex his apparet*, quem sequitur Roderic. *tom. 2. quæst. regul. 77. articul. 5.* † Et matri- 11
monium spirituale non est ejusdem efficaciæ, & virtutis, sicut matrimonium carnale: quia Monasterij ingressus non potest efficere, ut Monasterium sit verè filius ingressi; at in matrimonio carnali, is qui legitimatur, est verè filius contrahentis, & Matrimonium carnale omnem maculam & fraudem tollit: quod in matrimonio spirituali eodem modo constitutum minimè reperitur, ut bene explicat Bammacarius *ad titulum, si de feudo defunct. fuerit controvers. in capit. naturales, quæst. 7. numero 82. 83. 84. & 85.*

Et generalis est regula, ex iis, quæ tempore ma- 12
gnæ infirmitatis gesta sunt, fraudis conjecturam elici: ut notavit Surd. *dict. consil. 384. num. 54.* ubi plura exempla & jura ad hoc allegat, sicuti & Tusch. *litter. F, conclus. 478. num. 27.*

Secunda conjectura oritur ex eo quod dicitur, pro- 13
fessionem illam factam fuisse primò quidem die 1. Augusti; iterum autem die 4. ejusdem mensis: ex quibus sic geminatis professionibus colligitur magna affectio, & ardens animus monialium ad capessenda bona istius puellæ: sicut dicimus de resignationibus multiplicatis, ex quibus præsumitur fraudem fuisse commissam in præjudicium expectantis. Rebuff. *in concord. titul. de collator. §. volumus in verb.*

vacantia, *in* 8. *conjectura*. Maſcard. *de probat. concluſ.*815. *numero* 17.

14 Tertia conjectura fraudis oritur ex eo, quod dicta profeſſio facta fuit clam, & ſecretò intra conventum; non in Eccleſia, ut fieri ſemper ſolet; nec vocatis patre, matre, & affinibus: imò Abbatiſſa affectante, & procurante, ut profeſſio fieret illis inſciis, & ignorantibus: quod fraudis argumentum præbet, ex Maſcard. *de probat. concluſ.*815. *num.*33.

15 Quarta: quia conventum fuerat inter Abbatiſſam, & patrem puellæ, quod fieret contractus publicus, per quem dicta novitia mediante ſumma 600. ſcutorum realiter dicto Monaſterio ſolvenda, renuntiaret juribus paternis & maternis: qui autem promiſſa non ſervat, fraudis ſuſpicione non caret: *l.dolus*, *ff. mandat. l.*1. §. *eſt autem*, *ff. depoſiti*. Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*3. *num.*63.

16 Quinta fraudis conjectura oritur ex nimia, & inſolita cautela: Quia licèt non ſoleat apud nos fieri inſtrumentum per manus Notarij de emiſſione trium votorum, & profeſſione religionis, ſed ſolùm profeſſiones notentur in libris ipſius Monaſterij, in quo fit profeſſio; tamen Abbatiſſa voluit de illa profeſſione fieri inſtrumentum apud acta Notarij publici: fraudem autem colligi ex nimia, & inſolita diligentia, ſeu cautela, certum eſt: Theſaur. jun. *lib.*3. *quæſt.*16. *numero* 11. Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*3. *num.*102.

17 Denique cùm fraus arguatur ex actibus præcedentibus, & ſequentibus, cum nimia ſubtilitate geſtis, ex Maſcard. *concluſ.*815. *num.*16. conſideratum fuit, quod Abbatiſſa deſiderans Patrem puellæ reddere actorem, induxit eum, aliquot ante puellæ Profeſſionem diebus, ut ſibi mutuò daret ſummam ejus doti præmiſſæ æquivalentem, quam fraudulenta profeſſione facta, non ſolùm recuſabat reddere; ſed omnia ejus bona longè majoris valoris ſibi adjudicari prætendebat; & puellam febri hectica laborantem, & cæcam, moxque morituram, & ſic functionum ordinis incapacem admiſit ad profeſſionem, contraveniendo ea ratione conſtitutio-

18 nibus Apoſtolicis. † Quo caſu, licet profeſſio non ſit nulla aliis circunſtantiis minime concurrentibus quoad forum interius; tamen ſuperior illam admittens peccat, & ſubjicitur pœnis contentis in conſtitutionibus Apoſtolicis: de quibus Bonacin. *de clau-*

19 *ſur. quæſt.*2. *punct.*10. §.6. *difficult.*2. *num.*11. † Poterat enim, imò debebat ex juſtiſſima illa cauſa tempus profeſſionis aliquantulum prorogari, non obſtante lapſu anni novitiatus: teſte Novar. *lib.*1. *deciſ.*50. Tambur. *de jur. Abbat. tom.*3. *diſput.*6.

20 *quæſt.*18. *num.*4. *&* 5. † Præcipitatio igitur iſta fraudem arguit: Tuſch. *litter. F*, *concluſ.* 477. *num.*11.

21 quæ ſola licèt non ſufficeret; tamen aliis juncta multùm operatur. † Unde dotem puellæ, illiuſque bona non eſſe applicanda Monaſterio, ſed ad ſucceſſores ab inteſtato, reſolutum fuit in pluribus cauſis, ut videre eſt apud Peregrin. *conſil.*25. *volum.*6. ubi dicit profeſſionem quoad animam eſſe validam, uti factam in caſu licito: utrùm, ex præſumpta fraude, propter admiſſam mox morituræ profeſſionem, & ob nimiam diligentiam monialium, quæ dotem puellæ ante profeſſionem ſibi remitti curaverant, ſub prætextu depoſiti, depravatam illarum intentionem colligi; & ad illius ſucceſſionem admittendos eſſe proximiores, excluſo Monaſterio. Atque ita deciſum fuiſſe teſtatur Ricc. *in prax. aurea*, *cap.*493. *à num.*6. ubi caſus noſter deciditur in puncto: quia profeſſio illa fuit admiſſa contra conſtitutiones ordinis, cùm puella eſſet infirma, hectica, cæca, & moribunda; & propterea, ceſſantibus omnibus & quibuſcumque oneribus matrimonij ſpiritualis, per mortem ſtatim ſupervenientem, debebat & ſucceſſio ceſſare: ſicut non dicitur nupta, quæ virum pati non poteſt, *l.quod pupilla* 30. *&* penult. *ff. quando dies leg. vel fideicom. ced.* & per quinque rationes *ibidem* per Ricc. allegatas, quas hic non repetemus: loquitur enim de profeſſione facta poſt completum novitiatus annum à puella, quæ propter infirmitatem non erat capax auſteritatum regulæ.

CAPUT LXV.

De tranſlatione monialium ad aliud Monaſterium. Vtrùm tranſlatâ perſonâ tranſferantur etiam bona. Ponitur peculiaris conſtitutio, ſeu conſuetudo in ordine ſancti Dominici. Quid verò in aliis ordinibus ſtatuendum ſit, cujus conventus religioſus dicatur filius, & utrùm affiliatio transferri poſſit ad aliud Monaſterium. De triplici forma profeſſionis, & de diverſitate affiliationum. Dos religioſæ, ſoluto matrimonio ſpirituali, penes quem remanere debeat. De alimentis religioſæ tranſlatæ præſtandis. De forma executionis tranſlationis quæ fit vigore Bullarum Apoſtolicarum: utrùm in ea requiratur nova profeſſio, & utrùm delegatus executor Bullarum poſſit ſubdelegare.

SUMMARIUM.

1 *In ordine ſancti Dominici bona profeſſi remanent in primo Monaſterio, non obſtante tranſlatione.*

2 *In eodem ordine alimenta debentur tranſlato ad aliam domum regularem.*

3 *Non fit tranſlatio bonorum in ordine ſancti Dominici ad alium conventum, niſi intervenientе authoritate Generalis, & conſenſu Monaſterij, ſeu conventus intereſſe habentis.*

4 *Triplex eſt vovendi religionem modus. Primus in genere, per quem bona non applicantur certo Monaſterio. Secundus in ſpecie, quando quis affiliatur certo ordini. Tertius in individuo, quando affiliatio ſit reſpectu certi conventus particularis tantum. Et quis ſit effectus hujus triplicis voti.*

5 *Quando tractatur de renunciatione, illa haberi debet à conventu, reſpectu cujus facta eſt affiliatio.*

6 *Tranſlatio ad tempus non transfert bona, ſed illa remanent ſemper in primo conventu.*

7 *Per profeſſionem dos religioſæ acquiritur irrevocabiliter Monaſterio, in quo fit profeſſio.*

8 *Quoad dotem magna eſt differentia inter matrimonium carnale, & ſpirituale.*

9 *Monaſterium coactè recipiens monialem tranſlatam, debet illius dotem conſequi, ex Sanctis.*

10 *Proprietas dotis non poteſt eſſe penes religioſam, cùm ipſa ſit bonorum incapax.*

11 *Dotem cum moniali perſona tranſferri multi cenſent.*

censent, quorum rationes proponuntur, & refutantur.

12 *Secunda opinio existimantium dotem spectare ad primum monasterium, etiam quoad usumfructum.*

13 *Tertia opinio distinguens inter quæsita ante, & post translationem, & inter proprietatem, & usumfructum.*

14 *Dos ibi esse debet, ubi sunt onera matrimonii.*

15 *Alimenta, cessante consuetudine, vel conventione contraria, præstanda sunt religiosæ translatæ per primum monasterium, sub moderata taxatione.*

16 *In taxatione alimentorum religiosæ translatæ debet haberi ratio obsequiorum, & servitiorum secundo monasterio per translatam præstandorum.*

17 *Debet etiam in taxandis alimentis translatæ haberi ratio, quod primum monasterium amittit jura superioritatis in personam translatam.*

18 *Datur resolutio propositæ quæstionis, & quid super ea fuerit decisum.*

19 *Litteræ Apostolicæ translationis possint mandari executioni, etiam per censuras.*

20 *Episcopi gloria est obedire litteris summi Pontificis, qui in beneficialibus, & in translatione Monachorum plenam habet potestatem.*

21 *Monialis translata ad aliam regulam, tenetur novam facere professionem.*

22 *Fallit stantibus clausulis appositis in Bullis Apostolicis.*

23 *Religiosa, donec translatio pacificum sortita fuerit effectum, aut per eam non steterit, remanet semper religiosa primi monasterii.*

24 *Executor in Bullis deputatus, etiam cum clausula,* Super quo conscientiam tuam oneramus, *subdelegare potest alium qualitates similes habentem.*

25 *Episcopus non potest se intromittere, quando commissio data est ejus Officiali.*

26 *Clausula,* quatenus vos, vel duo, &c. *clausula* per te, vel per alium, *dant facultatem præveniendi, & subdelegandi.*

TRactata sæpius fuit hæc controversia in diversis supremis tribunalibus, in qua, secundùm varias facti circunstantias, diversimodè responsum & judicatum fuit: utrùm translato religioso, vel moniali, dos, aut alia bona ipsius (in locis ubi monasteria succedunt) ad primum monasterium à quo, vel ad secundum ad quod translatio facta fuit, pertinere deberent. Et sanè cùm aliàs proponeretur, duas ex illustrissima familiâ sorores, factâ priùs professione in monasterio sub regula Sancti Dominici, in quadam Galliæ civitate erecto, ad aliud monasterium in patria Alverniæ fuisse vocatas, ut ibi novum ejusdem ordinis monasterium instituerent, & ejusdem moniales instruerent, fuit ex certis particularibus circunstantiis resolutum, dotem harum monialium ad primum monasterium, tam quoad proprietatem, quàm quoad fructus pertinere, & apud ipsum remanere debere. † Siquidem hoc supposito fuit, quod ex inviolabiliter observata in monasteriis regulæ S. Dominici suppositis constitutione, dos per religiosam ad certum monasterium allata, in eodem monasterio in quo professio facta est, perpetuò remanere debet: & religiosos ac religiosas monasterio, in quo professio facta est, affiliari; & in affiliatione persistere, non obstante translatione ad aliud monasterium facta, quod ejusdem sit ordinis, tam quoad proprietatem, quàm quoad fructus. † Eodémque casu translationis eveniente monasterium illud, ad quod translatio facta fuit pro aliorum instructione, aut alia de causa, tenetur ad alimenta religiosi, aut religiosæ translatæ: prout verificabatur ex litteris patentibus Rever. Patris Generalis ejusdem ordinis, sub die 1. Januarii 1642. † Adeo ut bona non transferantur cum persona, nisi interveniente authoritate ejusdem R.P. Generalis S. Dominici, & interveniente consensu interesse habentium: quo casu transferri potest ad aliud monasterium affiliatio, & non aliàs, ut notat Sanch. *in præcep. decalog. lib. 7. cap. 32. n. 54.* 1 2 3

Siquidem sciendum est, tribus modis aliquem profiteri posse in religione. Primus professionis modus est, quando illa fit in genere generalissimo, absque expressione alicujus certi ordinis, religionis, vel conventus. Secundus, quando professio fit in genere subalterno, per quam profitens se se obligat quidem ad certum ordinem, aut religionem; sed non habet respectum ad particularem aliquem ejusdem ordinis conventum, aut domum regularem. Tertius est quando profitetur quis obedientiam, & alia vota, habito respectu ad certum, & determinatum conventum, veluti si dicat: *Ego profiteor, & voveo Deo, & vobis R.P. Priori Conventus Avenionensis.* In secundo casu, quando professio fit de regula Sancti Dominici, quamvis non exprimatur certus conventus, tamen ex constitutionibus ejusdem ordinis, religiosus remanet filius conventus, in quo profitetur: & in his terminis loquitur Sanch. *d. num. 54.* Sed in tertio casu (qualis est ille de quo agitur) etiamsi nulla adesset specialis constitutio, cùm professio restricta fuerit ad certam domum & monasterium, profitens remanet semper filius illius monasterii, & bona, seu dos spectant semper ad primum monasterium, in quo professio & affiliatio facta fuit. Ista distinctio bene deducitur per Calderin. *Consil. 23. de regularib.* Abb. *in cap. in præsentia, num. 64. & seq. de probat.* Rot. *decis. 4. num. 1. & 6. part. 6. recent.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 32. num. 55.* 4

Et ea de causa, cùm aliàs tractaretur de obtinenda renunciatione jurium cujusdam religiosi, in favorem consanguineorum in hac civitate, ubi datur monasterio successio: Dixi adhibendum esse consensum monasterii Avenionensis, in quo facta fuerat professio, restricta ad illum certum conventum, quamvis de eo tempore ipse in alio conventu Reveren. Patrum Sancti Martialis de Gentilino habitaret ex Superiorum voluntate. 5

Consideratum etiam fuit in casu proposito, non agi de perpetua, sed de temporali translatione dictarum monialium: in quo casu, etiam supradictis constitutionibus cessantibus, dos & bona religiosæ sic translatæ omninò remanent apud primum monasterium, cujus est semper vera religiosa. Lapus allegat. 62. *de regular. num. 7. in fin. & num. 8. versic. respondetur.* 6

Protestatæ quidem fuerant istæ religiosæ, dum dotem suam in priori monasterio auxerant, se id ea cum reservatione facere, ut casu quo ad alterius monasterii erectionem, vel institutionem vocarentur, salva sibi esset facultas dotes suas ad posterioris monasterii utilitatem secum deferendi: sed hæc illarum protestatio prodesse non poterat; tum quia deficiebat superioris authoritas, quæ in illa protestatione reservata fuerat; imò R. Pater Generalis illius ordinis per suas litteras expressè suum dissensum declaraverat: nullus quoque Episcopi ordinarii consensus adhibitus fuerat: tum etiam quia protestatio

illa (quæ ſecundùm juris diſpoſitionem intelligenda erat) procedere quidem potuiſſet, ſi tranſlatio in perpetuum facta fuiſſet; cùm tamen contrarium appareret ex concluſione capitulariter per moniales facta, per quam duas illas religioſas ad noviter erigendi Monaſterii inſtructionem ea lege deſtinabant; ut poſt inſtructionem, ad primum Monaſterium redire tenerentur: & ſic temporalis eſſet tranſlatio, nec affiliationi primi Monaſterii ulla ratione præjudicaret: ut ſuperius oſtenſum fuit. Et quod plus eſt, totum capitulum, dictis duabus monialibus præſentibus, & conſentientibus, præſente etiam confeſſario, & Vicario ordinis; expreſsè declaravit tranſlationem fieri ſub ea conditione, ut dos ipſarum ſemper in primo Monaſterio, tam quoad proprietatem, quàm quoad uſumfructum remaneret: unde nec quamvis ſecundum Monaſterium aliam regulam ex ſuperiorum conceſſione ſervatis ſervandis amplecteretur, dimovenda eſſet dos à primo Monaſterio: † cùm ipſi ſemel & irrevocabiliter pro ea jus quæſitum eſſet: ut notat Sanch. *in præcep. decal. lib. 7. cap. 32. num. 12.* Hieron. Roderic. *quæſt. regul. 53. num. 7. & quæſt. 98. num. 10.* qui veriorem cenſent illam ſententiam, quæ vult dotem Monaſterio per profeſſionem acquiri irrevocabiliter, nec perſonam ſequi, licèt ad aliud tranſeat Monaſterium: 8 qua de re copioſiùs inferiùs agemus. † Interim placet Sanch. differentia inter dotem carnalem & ſpiritualem allata; illa quippe apud eum remanet, qui ſuſtinet onera matrimonii; & ſoluto per mortem matrimonio reſtituenda eſt: Iſta per profeſſionem quæritur irrevocabiliter Monaſterio, nec in ea locum habent regulæ, dotis ſoluto matrimonio reſtituendæ. † Verùm ſi ſecundum Monaſterium non voluntariè, ſed coactè religioſam admitteret; tunc cùm ei nihil eſſet imputandum, dotem ad ſecundum Monaſterium cum perſona tranſire exiſtimat. In caſu propoſito, admiſſio erat purè voluntaria; ideo dos perſonas non ſequebatur: maximè quia in matrimonio ſpirituali, dos non poteſt pertinere ad monialem, quæ ſpiritualiter nubit per profeſſionem: quia cùm ipſa emittat votum caſtitatis, paupertatis, 10 & obedientiæ; † proprietas dotis penes ipſam exiſtere non poteſt, ſed omnino ad Monaſterium ſpectat. Ideo erroneum eſt hoc caſu dicere, quod bona perſonam ſequantur. Mirand. *in manual. prælat. regul. quæſt. 31. artic. 24. concluſ. 2.*

Cæterùm, quia ſupradicta reſolutio fundata fuit ex ſpecialibus ordinis conſtitutionibus, & ex aliis facti circunſtantiis, non eadem reſolutio afferenda videtur, ſi generaliter de monialis, aut religioſi tranſlatione agatur: nam variæ fuerunt hac in re Doctorum ſententiæ. † Aliqui enim aſſerunt, dotem cum 11 monialis perſona ad ſecundum transferri Monaſterium. Gloſ. *in cap. 3. in verb. redire, de cleric. conjugatis*, & ibi Hoſtienſ. *num. 4.* Butrius *num. 9.* Joan. Andr. *num. 7.* Anchar. *num. 9.* Zabarel. *in 4. oppoſ.* Boich. *num. 2. & 3.* Summa Angel. *in verb. Monaſterium, num. 6.* Menoch. *de arbitr. caſu 156. à num. 25.* plures alios citat Sanfelicius, poſt hæc ſcripta viſus, *deciſ. 322. num. 8.* triplici ratione. Prima, quia dos perſonam ſequi debet: ſed ad hanc reſponſum fuit ſupra, hoc procedere quidem in matrimonio carnali, ſed non in ſpirituali: quia in hoc dos non pertinet ad religioſam, quæ propter votum paupertatis bonorum incapax eſt. Secunda, quia bona dicuntur quæſita primo Monaſterio ſub conditione, quandiu erit in eo religioſus, aut religioſa; ſed hoc etiam falſum eſt, cùm ex generali conſuetudine dos, etiam mortuâ religioſâ, ad Monaſterium, in quo profeſſio facta fuit, pertineat: prout etiam ſuprà *num. 7.* ſimavimus poſt Sanch. *in præcep. decal. lib. 7. cap. 32. n. 12. in fin.* Tertia, quia illud matrimonium ſpirituale contrahitur cum Chriſto Domino, qui æquè ſponſus eſt animæ devotæ in alio Monaſterio, quàm in primo: ſed hæc tertia ratio non concludit, niſi quando profeſſio facta fuit in genere: ſecus quando habitus fuit reſpectus ad certum & determinatum Monaſterium, cujus reſpectu fuit factum ſpirituale matrimonium: ut etiam ſuperiùs oſtendimus *num. 4.*

Alii autem exiſtimarunt dotem omnino, tam quo- 12 ad proprietatem, quàm quoad uſumfructum ad primum Monaſterium ſpectare, non obſtante tranſlatione perſonæ. Sanch. *d. lib. 7. cap. 32. num. 12.* dummodò voluntaria ſit, non coacta tranſlatio: ut mox dictum eſt. Mirand. *in manual. prælat. regul. tom. 1. quæſt. 31. art. 24.* plures citat Barboſ. *ad cap. 1. num. 4. de cleric. conjugat.* & Sanfelic. *d. deciſ. 322. num. 1. & ſeq.*

Tertia fuit opinio eorum qui diſtingunt inter bo- 13 na moniali quæſita ante tranſlationem, & ea quæ poſt tranſlationem acquiruntur: ut hæc quidem poſt tranſlationem quæſita ad ſecundum Monaſterium pertineant; quæ verò ante tranſlationem, ad primum ſpectent jure proprietatis, ad ſecundum verò jure uſusfructus; ne ſcilicet iſte licitè tranſlatus, ſit poſteriori Monaſterio oneroſus: qui tamen uſusfructus, poſt mortem tranſlati cum ſua proprietate in favorem primi Monaſterii conſolidatus remanet. Tuſch. *in verb. Monachus, concluſ. 322. num. 2. & 4.* Chopin. *lib. 2. monaſt. tit. 3. num. 24. verſic. & quid verò.* Rebuff. *in concord. tit. de regia ad prælat. nominat. §. ult. in verb. conceſſa, verſic. quid ſi monachus*, cujus hæc ſunt verba: *Si monachus dederit aliqua bona priori Monaſterio, & poſtea tranſlatus fuerit in aliud Monaſterium, uſusfructus bonorum acquiſitorum primo Monaſterio, dabitur ſecundo Monaſterio, ne oneroſus eidem exiſtat.* Idem author *loc. citat. verſic. item nominato*, ſubdit, primum Monaſterium teneri ad alimenta præſtanda monacho, qui ad ſecundum Monaſterii prioratum vocatus eſt, donec plenam illius poſſeſſionem adeptus fuerit; tali tamen eſſet in mora, & per eum ſtaret quominus adipiſceretur.

In hac opinionum varietate, Ego aliàs interrogatus pro monialibus Sanctæ Urſulæ Montis Acherii, in eam inclinabam ſententiam, ut fructus dotis ad ſecundum Monaſterium ſpectarent. † Quia dos ibi eſſe debet, ſaltem quoad fructus, ubi ſunt onera: *l. ſi is qui 57. ff. de jur. dot.* quæ opinio æquior videbatur, ut dicit Chopin. *d. lib. 2. monaſtic. tit. 3. num. 24. verſic. at rectius*, ſed non didici quid ſuper eo judicatum fuerit.

Poſt aliquot autem annos, iterum conſultus pro veritate per moniales Sancti Andreæ in principium Auriacenſi, ſuper dote cujuſdam religioſæ quæ ad ſtrictiorem regulam Carmelitarum in civitate Carpentoractenſi convolaverat, unà cum viris eruditiſſimis Reſpondi, dotis quidem proprietatem ad primum Monaſterium pertinere, ex rationibus ſuperiùs adductis: † Sed tamen illud teneri ad alimenta præſtanda juxta dotis quantitatem, ad quæ ſufficerent dixi penſionem annuam 25. ſcutorum, quam hæc puella ſibi reſervaverat: necnon fructus 200. ſcutorum ad eam ſpectantium, ad rationem quinque pro quolibet centenario, juxta curſum communem loqui patriæ: ex iis quæ tradit Menoch. *conſil. 199. n. 12.* quem citat & ſequitur Sard. *in tract. de Alimentis, tit. 9. quæſt. 27. num. 23. verſic. tamen intellige.* † Cùm enim ſecundum Monaſterium operas & ſervitia tranſlatæ

latæ monialis habet, non convenit ut illi integer bonorum usufructus tradatur: cùm qui altari servit, de altari vivere debeat. Ita concludit relatis variis opinionibus, Tamburin. *de jur. Abbatiss. & Moniad. disp.21.quæst.8.*

17 Quamvis etiam quoad alimenta id non transeat sine difficultate, quando majora sunt usufructu ipso dotis: quia cùm primum monasterium amittat jus superioritatis in personam religiosæ, videtur etiam exonerandum alimentis usufructu majoribus: ex Surd. *d.tit.9. quæst.27. num.17.* Quia religiosus per secundum ingressum, efficitur quodammodo novus
18 homo: ut ibi Surd. *num. 24.* † Senatus tamen alimenta secundo monasterio adjudicavit, & taxavit, bonorum proprietate penes primum monasterium relictâ: quæ etiam fuit mens Senatus Neapolitani apud Sanfelic. *d.decis.322.num.12.& 13.* de ea quæstione tractat Tamburin. *de jure Abbatum, tom.3. disp.7.quæst.6.n.7. & seq.* & Rot. *decis.109. & 115. part.2. recent.*

Quia verò circa executionem translationis dictæ monialis Montis Adhemarii, de qua suprà, *num.14.* ortæ fuerunt quædam difficultates; ideo sequentes
19 resolutiones super illis datæ fuerunt. † Et primò quidem, quia translatio fiebat authoritate summi Pontificis, & vigore Bullarum, quibus dicta religiosa constituebatur alterius monasterii Abbatissa: Dixi in casum oppositionis alterius monasterii procedendum esse per censuras Ecclesiasticas in forma consueta, absque eo quòd Episcopus ordinarius litterarum Apostolicarum executionem impedire pos-
20 sit. † Sufficit enim Episcopo obsequii gloria, cùm penes summum Pontificem sit suprema, & plena potestas, præsertim in beneficiorum collationibus, & regularium translationibus. Glos. *in cap. quoad translationem, de offic.deleg.* quod copiosè deducitur in quodam litigato inserto apud Bouchel *in summa benefic. in verb. translation, versic. premierement le Sieur Evesque.*

21 Præterea fuit advertendum, quod ista monialis translata non tenebatur novam facere professionem in secundo monasterio, quamvis in isto nova & distincta à priori regula observaretur: quamvis Emanuel Roderic. *tom.3.quæst.regul.52.* regulàm proponat in contrarium, nempe translatione factâ, opus esse nova professione. Quia regula illa in se vera
22 quidem est; † sed locum non habet stantibus clausulis quæ in litteris translationum apponi consueverunt; & in illis de quibus agebatur, appositæ erant: nempe *Decernentes te, cùm primùm possessionem dicti prioratus fueris adepta, de primo dicto monasterio ad dictum priorat um, eo ipso authoritate Apostolica transferendam; téque inibi in monialem recipiendam, ac sinceram in Domino charitate tractandam.* Ita decisum fuit in Rot. *decis.115.num.9.part.2.recent.* juxta tradita per Rebuff. *in prax.in tit.de transl. monachor. num.2.* quem sequitur Barbos. *de jure Eccles.universo, lib.2.cap.42.num.83.*

23 Remanet tamen religiosa primi monasterii, donec secundi possessionem pacificam adepta fuerit, dummodo per eam non steterit, quominus adipiscatur. Rebuff. *in concord. tit. de Regiâ ad præsent. nominat. §.ultimo, in verb.concessa, in fin.*

24 Executor autem per Bullam deputatus, subdelegare potest, etiamsi in litteris adesset illa clausula, *super quo conscientiam tuam oneramus*, Garc. *de benefic.*
25 *part.6. cap.2. §.1. num. 99. & seq.* † Neque potest Episcopus se immiscere executioni, quando ejus Officiali commissio data est. Garc. *d.part.6.cap.2.n.20.* tantò magis potest fieri subdelegatio, licèt plures deputati fuerint executores per eum, qui prævenit adversùs alios: quia adsunt clausulæ in Bullis Apostolicis id permittentes: † nempe, *quatenus vos, vel duo, aut unus vestrùm, postea quam vobis hujusmodi litteræ fuerint præsentatæ, per vos, vel per alium, seu alios, dictam Lucretiam in possessionem inducatis.* Quæ clausula facultatem continet uni sine aliis procedendi; vel etiam personas idoneas, & qualitatis requisitæ subdelegandi: *l. 1.* & ibi DD. *ff. de offic. cons.* Barbos. *de clausc.cap.125.num.6.& 7.* Atque ita executum & practicatum fuit.

CAPUT LXVI.

Quibus in casibus successor in prælatura, vel beneficio, teneatur stare locationi factæ per antecessorem: & quando dicatur locatio utilis Ecclesiæ. Quid si conductor fecerit expensas in re conductâ ab Ecclesia: & utrum interim lite pendente conductor manutenendus sit. De locatione rerum Ecclesiæ ultra triennium non concedenda: & quomodo hoc triennium intelligatur. De successore in beneficio per obitum, vel per renunciationem simpliciter factam, vel in favorem. Quæstio plenè examinatur: & concluditur indistinctè, successorem non teneri stare locationi. Quid super hac re observetur, & judicetur in Gallia. Denique an, & quando solutio anticipatâ liberet colonum, seu conductorem rerum Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Successor in beneficio tenetur stare locationi factæ per antecessorem nomine Ecclesiæ, secus si nomine proprio.*
2 *Omnis administrator tenetur ratam habere locationem administratorio nomine factam per antecessorem.*
3 *Locatio quando dicatur facta nomine Ecclesiæ.*
4 *Locationem nomine Ecclesiæ factam fuisse, colligitur ex conjecturis quæ enumerantur.*
5 *Quando conductor rerum Ecclesiæ fecit multas expensas, potest continuare invito successore beneficii usque ad proximam fructuum recollectionem.*
6 *Ampliatur etiamsi fructus essent difformes; & recollectio pluribus annis absolveretur.*
7 *Conductor lite pendente potest petere se manuteneri in sua detentione.*
8 *Locatio bonorum Ecclesiæ ultra triennium nulla est.*
9 *Locatio facta ultra triennium utrum subsistat pro triennio, an verò in totum corruat.*
10 *Quando pretium locationis distributum est in singulos annos, locatio valet ad triennium, & vitiatur tantùm in excessu.*
11 *Locatio rerum Ecclesiæ fieri potest ad sex annos, quando fructus alternis annis colliguntur.*
12 *Successor in beneficio tenetur stare colono, si succedat per resignationem. Contrà, num.14*
13 *Quando ususfructus finitur facto usufructuarii, successor tenetur stare locationi.*

14 *Multi*

14 *Multi exiſtimant, proviſum per reſignationem non teneri ſtare locationi anteceſſoris.*

15 *Si quis locaverit ſciens ſe brevi reſignaturum, non obligat ſucceſſorem ad obſervandam locationem.*

16 *Licèt locatio non afficiat ſucceſſorem beneficii, afficit tamen hæredes, & fidejuſſores locatoris.*

17 *Differentia ponitur quoad locationem inter ſucceſſorem ex pura, & conditionali reſignatione.*

18 *Sed hæc differentia rejicitur, num.18.& ſeq.*

19 *Factum reſignantis non nocet reſignatario, qui eſt tertius, & non habet jus à reſignante, ſed à conferente : & num.20.& 21.*

22 *In quacumque reſignatione ſucceſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi anteceſſoris.*

23 *Quod procedit etiam in reſignatione facta in favorem certæ perſonæ.*

24 *Reſignans habetur pro mortuo in beneficio reſignato.*

25 *Etiam in reſignatione in favorem jus novum acquiritur mediante collatione.*

26 *Quæ ſit differentia inter uſufructuarium, & beneficiatum in materia locationis.*

27 *Explicatur Caroc.* de locat. part.2. tit. de uſufruct.quæſt 2 num. 6.

28 *Explicatur Baldus* conſil.371.lib.1.

29 *In Gallia non paſſim admittitur illa diſtinctio puræ, & conditionalis reſignationis, in materia ſucceſſoris obligandi ad continuandam locationem.*

30 *Explicatur Regia conſtitutio declarans ſucceſſores in beneficio non teneri ſtare locationi anteceſſoris. Et num. 31. & 32. referuntur caſus in quibus ſucceſſor tenetur, vel non tenetur illi ſtare, ex ſententia ſupremorum Galliæ tribunalium.*

33 *Solutiones anticipatas prohibet Concilium.*

34 *Ante Concilium non ita rigoroſa erat prohibitio anticipatæ ſolutionis.*

35 *Quando dicatur ſolutio facta per anticipationem.*

36 *Solutio beneficiario facta ante fructus perceptos, non liberat conductorem.*

37 *Fallit ſi pecuniæ eſſent verſæ in utilitatem Eccleſiæ, ſaltem pro rata verſionis.*

38 *Referuntur Doctores de ſingulari ſucceſſore in materia locationis tractantes.*

MOrtuo collegii cujuſdam monachalis Rectore, variæ propoſitæ fuerunt controverſiæ inter ſucceſſorem, & colonos; tum circa validitatem locationis, tum etiam circa illius continuationem, nec non ratione ſolutionum anticipatè factarum: pro quorum omnium reſolutione, ſequentes adductæ fuerunt concluſiones.

1 Prima concluſio. Quando locatio facta fuit nomine Eccleſiæ, ſucceſſor ſtare tenetur locationi per anteceſſorem in beneficio factæ : ſi verò facta fuerit nomine proprio ipſius locantis, ſucceſſor illi ſtare non tenetur : ita docent Peregr. *in tract.de fideicom. art.40.num.98.* Mantic. *de tacit.convent. lib.5.tit.10. num.22. in 5. limit. verſic. & quidem ſucceſſor.* Anton. de Marin. *lib.1. reſolut. cap.259. num.18.* † Siquidem generalis eſt regula, adminiſtratores omnes teneri ratam habere locationem factam per anteceſſorem. *Covar. lib.2. var. reſolut. cap.15. num.6.*

2 *verſic. ego verò.* † Nomine Eccleſiæ locationem factam fuiſſe tunc exiſtimavit Covar. *loc.citato, verſic.*

igitur ubi locatio, quando redditus non ad prælatum, qui ſimplex adminiſtrator eſt, pertinent; ſed ad Eccleſiam: nam ſi redditus ad Rectorem proprio nomine pertinuiſſent, non Eccleſiæ, ſed proprio nomine locatio facta diceretur, licèt nomen Eccleſiæ fuiſſet expreſſum; & moriente Rectore, exſpiraret locatio: quod & voluiſſe videtur Gratian. *deciſ.99.num.14.* † Quanquam & ex aliis conjecturis locationem nomine Eccleſiæ factam fuiſſe, colligat Socin. ſen. *conſil.34. num.4. vol.3.* veluti ſi contrahat expreſſo officii nomine, dummodo locatio ſit utilis Eccleſiæ. Item ſi onus Eccleſiæ fuerit injunctum, ſicut è contra præſumitur nomine proprio factam fuiſſe locationem, ſi onus ipſi Rectori fuerit injunctum; vel ſi ipſe, proprio nomine expreſſo, vocatus fuerit locator. E contrà, ſi plura ſint appoſita pacta Eccleſiæ utilia, nomine Eccleſiæ præſumetur facta locatio : & plures alias conjecturas, & circumſtantias conſiderat Socin. *ibidem.* Sed copioſiùs Cardinalis Mantica, ad quem recurrendum eſt, cùm caſus occurrerit, *lib.5. de tacit. & ambig.convent.tit.13.num.16.& ſeq.*

Secunda concluſio. Quando conductor fecit expenſas neceſſarias in certis prædiis, vel ante expulſionem facturus eſt, poterit in illis prædiis continuare uſque ad integram fructuum perceptionem, nec ante fructus perceptos expelli poterit. Gratian. *diſcep.forenſ.cap.606. num.17.* Caroc. *in tract. de locat. part.3.quæſt.1. tit.de reb. Eccleſ. locand. num.61.* ſ. *mihi* 778. † Quod procedit etiamſi fructus percipiendi eſſent difformes : nam expectanda eſſet integra omnium fructuum perceptio, nec antea conductor rerum Eccleſiæ expelli poſſet. Gratian. *ibidem, num.19.* Sicut autem non poteſt expelli, ita nec conductionem dimittere poteſt. Gabriel *conſil.68. lib.1.* ubi loquitur de prædio, quod ſingulis quinque annis fructum reddit; videlicet duobus annis frumentum, ultra alios fructus; aliis verò tribus annis prælia locantur ad paſcendas pecudes : & dicit illud quinquennium pro uno anno computari, & colonum, ac dominium debere ſtare illi locationi, nec unum alio invito ab ipſa recedere poſſe.

Tertia concluſio. Conductor lite pendente interim in ſua detentione manutenendus eſt; & illi competunt remedia poſſeſſoria. Ror. apud Cavaler. *deciſ.182.n.2.* Ricc. *collect.2850. verſic. ego autem*, cum aliis per Poſt. *de manuten. obſerv.52. num.17.*

Quarta concluſio. Locatio bonorum Eccleſiæ ultra triennium nulla eſt, ex conſtitutione Pauli II. quæ incipit *ambitioſæ, in extravag. ſub tit. de reb. Eccleſ. non alienand.* ſuper qua plura notavit Scott. *in ſelect. Pontif. conſtit. theorem.15.* Quarant. *in ſum. Bullar. tit. alienat. rer. Eccleſ. num.18.* † Adeo ut multi exiſtimaverint, locationem factam ultra triennium, eſſe in totum nullam; & non ſoldm vitiari in eo quod triennium excedit; ſed etiam in totum, ſaltem tamen anno, in quo colonus jam fecit expenſas, & culturas : ut ſuprà dictum eſt *num.5.* Quam opinionem ſecuta eſt Rot. *deciſ.38.num.3.part.1.recent.* Rot. *deciſ.210.* apud Pacif. *num.7.* id videatur ramen reſtringere ad caſum, quo fructus ſunt de proximo colligendi : ex notatis per Adden. ad Burat. *deciſ.48. num.18.* Cavalean. *deciſ. 44. num. 15. verſic. tertio.* Surd. *deciſ.52.num.12.*

Quinta concluſio. Quando locatio rerum Eccleſiæ facta fuit pretio in ſingulos annos diſtributo, certius eſt illam ſuſtineri pro triennio, & in excellis limitaxat vitiari : quia tempus utile ab inutili ſeparari poteſt. Barb. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.1. alleg.95. num.11. & ſeq.* Et hanc opinionem magis communiter receptam eſſe, maximè ſub illa diſtinctione

pretii distributi, vel non distributi in singulos annos, testatur Quarant. *loco citato, num. 18. versic. hunc articulum.* Quia summi Pontificis mens in illa extravaganti fuit impedire, ne ultra triennium fierent rerum Ecclesiasticarum locationes: & ne conductor in effectu rem neret ultrà triennium. Unde satisfit summi Pontificis intentioni, si finito triennio conductor recedat: ita tenet Ant. de Marin. *lib. 1. quotid. resol. c. 6. n. 7. ver sic. contrarium.*

11 Sexta conclusio. Quando fructus prædiorum alternis tantùm annis percipiuntur, non solùm ad quadriennium, sed etiam ad sex annos, fieri potest locatio rerum Ecclesiæ: quia non anni, sed fructuum perceptiones sunt computandæ. Mantic. *de tacit. convent. lib. 5. tit. 13. num. 32.* Quarant. *in verb. alienatio rer. Eccles. num. 18.* Barbos. *d. alleg. 95. num. 4. & de jur. Eccles. lib. 3. tit. 30.* Ricc. *in prax. rer. for. Eccles. decis. 115. num. 2.*

12 Septima conclusio. Licèt locatio sit valida, tamen successor in beneficio non tenetur illi stare, si successerit per obitum, nisi locatio facta esset nomine Ecclesiæ, & sub modificationibus suprà deductis: si verò successerit per resignationem, tenetur stare locationi, nec illam impugnare potest. Ratio differentiæ est, quia provisus per obitum, jus habet à collatore: provisus autem per resignationem, jus habet à resignante: ita tenet Gratian. *discept. forens. 606.*

13 *num. 20.* ob illam rationem, quia † quando usufructus finitur facto usufructuarii, successor tenetur stare conditionibus prioris possessoris: Prælatus siquidem, aut Rector habetur loco usufructuarii. Gratian. *ibidem.*, plures allegans *num. 6.* Sed hæc ratio Gratiani, quam ex Polydoro Ripa desumpsit, & sequitur Hodier. ad Surd. *decis. 33. num. 4.* concludit generaliter successorem teneri stare colono, quando facta fuit resignatio per beneficii possessorem, sive simpliciter, sive in favorem alterius facta sit: quia utroque casu vacat beneficium facto possessoris; & sic generaliter loquuntur præfati DD. Cui tamen propositioni adversatur

14 Primò, quod contrarium simpliciter tenuerunt alii multi, nempe successorem etiam ex causa renunciationis provisum, non teneri stare locationi factæ per antecessorem, ut tenet Barbos. *in l. filiofamilias 26. §. final. ff. solut. matrim. num. 19. versic. amplia hanc conclusionem.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. variar. resol. titul. de locat. & conduct. resolut. 3. num. 8.* post Castrens. *consil. 4. num. 4. & 5. vol. 1.* Covar. *lib. 2. variar. resolut. cap. 15. num. 6. ante medium, versic.*

15 *idem erit, ubi Rector.* † Quæ doctrina indistinctè vera esset, si Prælatus, aut Rector Ecclesiæ, sciens se brevi renunciaturum, faceret talem locationem; tunc enim ratione fraudis, successor illi stare nullo modo tenetur. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 94. num. 6.*

16 Procedit tamen effectus locationis sine difficultate ad effectum, ut conductor agere possit contra fidejussores, & hæredes Prælati locantis, ad consequendum suum interesse. Barbos. *d. l. si filiofamilias 26. §. fin. num. 22. ff. solut. matrim. & in tract. de potest. Episcop. d. alleg. 94. num. 12.*

17 Secundò, quod alii distinxerunt inter resignationem beneficii factam purè, & simpliciter; ut tunc successor locationi sui antecessoris stare non teneatur: secùs si facta fuisset in favorem, per rationem suprà deductam *num. 12.* & tradit Lovet *in sua recollectione arrest. litter. S, n. 11. in addit. in fin.*

18 Ego in hac controversia existimo in primis, rationem allatam per Surd. *in tract. de aliment. tit. 9. q. 42. num. 13.* quem simpliciter citat, & sequitur Gratian. *discept. forens. cap. 37. num. 21.* sic generaliter intellectam non posse subsistere, dum volunt successorem teneri stare locationi, quando locator renunciavit suo beneficio, rationem reddentes: † 19
Quia factum renunciantis non nocet conductori; siquidem illa ratio procedit quoad præjudicium locationis, & ejus hæredis, aut fidejussoris, contra quos non impeditur conductor agere ad interesse; ut suprà diximus *num. 16.* Sed in præjudicium tertii ratio illa non subsistit, quia successor in beneficio dicitur tertius, cùm jus habeat à collatore, non à resignante.

Præterea dico, quidquid distinguat Lovet *loc. cit.* 20
& alii nonnulli DD. Galli, verius esse, nullo modo teneri successorem in beneficio, sive per obitum, sive per renunciationem, stare locationi factæ per antecessorem, etiam in casu licito, veluti ad triennium: sive resignatio simpliciter facta fuerit, sive in favorem. Ratio est, quia † successor in beneficio 21
non potest representare personam antecessoris, nec potest dici successor universalis, cùm non succedat omnibus bonis; imò nec succedit ex persona, nec ex jure cedentis, sed ex novo jure, quod creatur tempore collationis, & in eum transfertur, ut benè explicat Panormit. *in capit. cura 11. num. 5. de jurepatr.* ubi dicit successorem in beneficio non succedere ex persona antecessoris; sed ex jure sibi collato ab habente potestatem conferendi: & ideo malam fidem authoris non nocere successori in beneficio. Quæ ratio æquè concludit in resignatione pura, & in conditionali, facta in favorem nominati, & ad utrumque casum applicantur rationes allatæ à Doctoribus, ad probandum successorem in beneficio non teneri stare locationi antecessoris: & nominatim per Barbos. *in d. l. si filiofamilias 26. §. final. num. 18.* † & prædictam sen- 22
tentiam, tam in resignatione simpliciter facta, quàm in ea quæ facta fuit in favorem, generaliter amplectuntur absque ulla distinctione, Paris. *de resignat. lib. 1. quæst. 16. num. 47.* Covar. *dict. lib. 2. variar. resolut. cap. 15. num. 6. in 2. articulo, versic. idem erit ubi Rector.* Trentacinq. *lib. 3. titul. de locat. resolut. 3. num. 8.* Cancer. *lib. 1. variar. resol. cap. 14. num. 45.* † Et nominatim de resignatione in favo- 23
rem, quod resignatarius non teneatur stare locationi factæ per resignantem, tenet Barbos. *in d. l. si filiofamilias 26. §. final. num. 19. versic. amplia hanc conclusionem.* Anton. de Marin. *quotid. resolut. cap. 259. num. 11.* quia mors, & resignatio beneficii æquiparantur: † & resignans dicitur quasi mor- 24
tuus in beneficio resignato: & ideo omnes obligationes ejus occasione præstitæ, per resignationem admissam extinguuntur: ut diximus suprà, *c. 35. num. 11. & 12.*

Nec obstant rationes in contrarium allegatæ: nam 25
ad eam, qua supponitur per resignationem factam in favorem, jus acquiri resignatario ex persona resignantis; fuit superiùs responsum, resignationem esse quidem medium acquirendi, sed ex sola collatione jus consequi resignatarium; & ab ipso collatore, non à resignante tribui: ex traditis per Panormit. *in d. cap. cura, num. 5. de jurepatronat.* & per alios de quibus suprà *num. 21.* Barbos. *d. §. final. num. 18. versic. non obstat secundum.*

Ad æquiparationem autem usufructuarii & bene- 26
ficiati. Respondetur, quod licèt illa vera sit, & passim à Doctoribus admittatur; tamen non in omnibus procedere potest, & præsertim ubi diversa est ratio, prout in hoc casu: nam quando usufructuarius renuntiat in favorem proprietarii, vel alterius; successor

ceſſor ille jus & cauſam habet à renunciante : quod in reſignatione beneficii ſecus eſt, quia reſignatarius jus derivat à collatione poteſtatem habentis; nec in Eccleſia dantur ſucceſſiones hæreditariæ, nec ex jure authorum, ſed ex collatione ſuperiorum, ut mox dictum eſt : ideo ſuccedens in uſufructu ex facto uſufructuarii, tenetur ſtare colono ; ſed non is qui ſuccedit in beneficio, quia quomodocumque ſuccedat, jus conſequitur non ab anteceſſore, vel à reſignante ; ſed à ſuperiore, qui contulit. Roman. *conſil.*201.*num.*5. Alexand. *conſil.*63. *num.*11. & 12. *lib.*4.

27 Neque Carocius in *tract.de locat.* quo nititur Polydor.Ripa, & alii qui eum ſequuntur, *part.*2.*tit. de uſufruct. quæſt.* 2. *num.* 6. & 7. ſeu ut in libro meo, *part.*2.*quæſt.*43.*num.*6. & 7. videtur facere ad caſum noſtrum : quia ibi proponitur caſus deciſus per Bald. *conſil.*371. incipit, *Mathiolus*, *lib.*1. ubi dicitur, quod Dominus directus, in cujus favorem emphyteuta renunciavit, cogitur ſtare locationi, quæ ante renun-
28 ciationem facta fuerat per emphyteutam : † quia Baldus ibi movebatur pluribus aliis rationibus ; & nominatim, quia iſta non eſt ſimplex renunciatio, nam emphyteuta non poteſt renunciare dominio : ut in *l.ſi quis vi* 17. §.*differentia*, *ff.de acquir. poſſeſſ.* ibi, *dominium ejus manet, qui dominus eſſe non vult.* Et ſic eſt quoddam pactum novum, & novus contractus qui non poteſt nocere tertio, cum quo non eſt celebratus : ſed in beneficialibus non fiunt pacta, & conventiones, neque reſignatarius habet cauſam à locatore; quod tamen etiam in caſu ſuo conſideravit Baldus : ergo cùm extinctum planè ſit jus reſignantis per acceptationem, collationem, & poſſeſſionem reſignatarii, ceſſant omninò conſiderationes quibus Bald. & Caroc. nitebantur.

29 Unde etiam in Gallia, non tam facilè admittitur illa diſtinctio inter puram, & conditionalem renunciationem in hac materia : nam licèt eam amplectatur Louet *dict.litter. S, num.*11.*in addit.in fin.* Mornac. *ad l.ſi quis fundum* 9.§.*ſi fructuarius*, *ff. locati*, & alii per eos citati, Addentes ad Papon. *lib.* 1. *tit.*13.*arreſt.*6.

30 Imò Regiâ Caroli IX. conſtitutione, anno 1568. apud Sanctum Maurum edita, cavetur expreſsè locationes omnes beneficiorum, per reſignationem, dimiſſionem, aut obitum beneficiati expirare : quia verò ordinatio non diſtinguit, multi interpretes recurrerunt ad diſtinctionem illam reſignationis ſimpliciter, aut in favorem factæ ; & nominatim Theveneau *lib.*1.*ordin.Regiar.tit.*18.*art.*1.

31 Nihilominus ad tollendas fraudes, ſæpius in ſupremis Galliæ tribunalibus judicatum fuit, ſucceſſorem tam in caſu mortis, quàm reſignationis, ſive ſimpliciter, ſive in favorem factæ ; teneri, & cogi poſſe ad obſervantiam locationis factæ per anteceſſorem, teſte Chopin. *de domanio, tit.*3.*lib.*13.*num.*4. Maynard. *lib.*1.*cap.*63.*num.*1.

32 Exceptis quatuor caſibus, quos refert Bleyn. *de benefic.cap.de patrimonio Eccleſiæ, num.*41. *in gloſ.* D. Primus, ſi redditus locati pertineant ad dignitatis ſubſidia, veluti ad victum, & alia onera, v.g. prioris clauſtralis. Secundus, ſi agatur de redditibus abſque labore plurium annorum percipi conſuetis, veluti de decimis. Tertius, quando agitur de beneficio curato, cujus redditus Parochus reſidendo deſiderat per ſeipſum percipere. Quartus quando ſucceſſor vult reſtituere colono damna, & ſummas per eum anticipatè ſolutas. His enim caſibus, in Gallia ſucceſſor colonum removere poteſt, ut dicit præfatus Author *loco citato.*

Octava concluſio. Si conductor mercedem, ſeu 33
pretium ſuæ conductionis anticipatè ſolverit, non liberatur erga beneficii ſucceſſorem ; ſed agere duntaxat poteſt contra hæredes, & bona locatoris defuncti. Caroc. *de locat.part.*3.*quæſt.*1.*de reb.Eccleſ.locand. n.*75.*fol. mihi* 781. Amat. *var.reſol.cap.*29.*n.*21. Menoch. *conſil.*1134. *num.*6.*volum.*12. & per totum illud conſilium, ubi tractat de materia anticipatæ ſolutionis. Ferret. *conſil.*156.*num.*3.

Et licèt Tuſch. *litter.L, concluſ.*419.*num.*21. poſt 34
Abbat. diverſos caſus diſtinguat ; tamen poſt Concilium Tridentinum generaliter, conſtituendum eſt, juxta *cap.*11.*ſeſſ.*25. *de reform.* locationes factas per anticipatas ſolutiones, quocumque privilegio non obſtante, nullas & invalidas eſſe in præjudicium ſucceſſorum ; quamvis agi poſſit contra hæredem locatoris, ſi ſit ſolvendo. Amat. *dict.reſol.*29.*num.*2. & 3. Barboſ. *dict.l.ſi filiofamilias* 29.§.*final.num.*27. *ff.ſolut.matrim.*

Dicitur autem anticipata ſolutio, non ſolùm ſi
fiat pro futuris annis, verùm etiam pro eodem anno ; ſed ante fructuum recollectionem : quia Rector beneficii, ſi decedat ante fructus recollectos, & à ſolo ſeparatos, illos non facit ſuos, nec de illis diſponere poteſt ; ſed reſervandi ſunt ſucceſſori, illique debentur, prout generaliter de omnibus fructibus inexactis conſtitutum eſt per Bullam Julii III. confirmatam per fel. record. Urbanum VIII. die 5. Aprilis 1628. necnon ex juris communis diſpoſitione, quam ſæpius Rota Romana ſequuta eſt, ut apud Seraph. *deciſ.*594.*num.*5.*& ſeq.* & *in recent.deciſ.*19. *num.*5. & 6.*part.*6. † Et ideo ſolutiones factæ per
firmarium, ſeu conductorem, pro fructibus nondum per eum perceptis, non liberant ſolventem, tanquam factæ non legitimo creditori : ut concludit Gloſ. *in cap.fin. ne prælati vices ſuas, in verb. terminum, in fin.* quæ loquitur de Rectore qui percepit mercedem ſuæ locationis, & deceſſit ante fructus perceptos : imputandum ſiquidem eſt conductori, qui ſciebat mortem locatoris ſupervenire poſſe. Joan. Baptiſt. Ferret. *conſil.*225. *num.*5.& 6. quia in hac materia non debet attendi tempus promiſſæ ſolutionis, ſed duntaxat tempus perceptionis fructuum. Caſtill. *de uſufruct. cap.*77.*num.*21. & 22. Honded. *conſil.*85.*num.*25.*volum.*2.

Verum tamen eſt, quod ſi conductores probarent
pecunias ſolutas Rectori mortuo, fuiſſe conversas in utilitatem Eccleſiæ ; ſucceſſor illas repetere non poſſet, ſaltem pro rata verſionis. Barboſ. *in d.l.ſi filiofamilias* 26. §. *final. num.* 27. *in* 2. *limit. ff.ſolut. matrim.* Ferret. *d.conſil.*151. *num.*2. Ruin. *conſil.*60. *num.*1. *volum.* 1. Idem ſi pecuniæ probentur verſæ in alimenta ſtudentium ejuſdem collegii. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.*94.*num.*9. ſpoſt Rebuff. *de privileg.ſcolar. privileg.*26. *num.*92. Quia ſucceſſor tenetur ſolvere debita contracta per anteceſſorem pro alimentis, maximè favore ſtudiorum ; ut ibi per Rebuff.

Cætera quæ concernunt materiam ſucceſſionis
tam in beneficialibus, quàm in aliis ; an & quando effectus locationis ad eum tranſeat, videri poterunt ultra authores ſupra citatos apud Tuſch. *concl.*418. 419. & 420. *ſub litter. L.* Ricc. *collect.*4000.& *alib.* Cavalcan. *deciſ.*44. Barboſ. *in cap.final.num.*6.*ne prælati vices ſuas*, & fuſè in *l.emptorem* 6.*Cod. de locat. & conduct.* & de anticipatis ſolutionibus, *ad ſſ.*35. *de reform. cap.* 11. *Concil. Trident.* Surd. *deciſ.*35. & 40. fuſè Anton. de Marin. *d.reſol.*259. *per totum*, Pacific. *de ſalvian. interd. inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.*8. & *ſeq.* Mareſcot. *lib.*1.*variar. reſol.cap.*18. Cancer. *lib.*

lib. 1. variar. resol. cap. 14. num. 31. & multis sequentib. Mantic. & alii citati per Addent. ad Burat. *decis. 482. num. 20.* Rot. Aven. *decis. 108.* Rot. Rom. *in recent. decis. 28. part. 4.* Hodiern. ad Surd. *d. decis. 33. & decis. 225. num. 5.* Thesaurus. *lib. 2. quæst. 3.* Ludovis. *decis. 68.*

CAPUT LXVII.

De decimis animalium solvendis. An valeat consuetudo illam solvendi in minutioribus totius gregis animalibus. Quo tempore solvenda sit: & quomodò numeranda animalia, tam domini, quàm pastoris. Et quid si sub eodem baculo, sive pastore, plures & diversi sint animalium domini; utrùm singulorum animalia separatim numerari debeant. Et utrùm animalia unius anni, possint facere numerum pro supputatione decimæ alterius anni.

SUMMARIUM.

1 *Præscribi potest decima quoad quotam, & quoad modum solvendi.*

2 *De essentia consuetudinis est, ut sit æqua & rationabilis: & quomodo differant præscriptio, & consuetudo, in materia decimali. Ibidem.*

3 *Non valet consuetudo etiam antiqua solvendi decimam in animalibus minutioribus, & deterioribus.*

4 *Quidquid decimum venit, pro decima animalium præstandum est.*

5 *Si non possit discerni quid ex animalibus veniat decimum, solutio decimæ debet fieri non in melioribus, nec in deterioribus animalibus; sed in mediocribus.*

6 *Decima animalium debetur eo tempore, quo amplius lacte non indigent.*

7 *Valet consuetudo, quod loco decimæ animalium, solvatur certa quantitas pecuniæ.*

8 *Decimam animalium esse decimam pastorum, non terrarum, quidam asserunt.*

9 *Verius est decimam animalium, nec simpliciter personalem, nec realem, sed mixtam esse.*

10 *Decima animalium potius accedit ad realem, & debetur in loco ubi degunt.*

11 *In computanda decima animalium, non ad prædia, sed ad ipsorum animalium numerum respectus haberi debet.*

12 *In numero animalium debet separatim fieri calculus cujuslibet domini; licet pecudes sint sub eodem baculo, & pastore.*

13 *In rebus commixtis, & inseparabilibus, numeratio totius corporis fieri debet; quamvis essent plures domini.*

14 *Commixtio animalium exemptorum non præjudicat, quamvis admixta sint non exempta; idque propter eorum separabilitatem.*

15 *Si plures domini animo deliberato societatem animalium inierint sub eodem pastore, non fit separatio; sed omnia animalia in globo numerantur.*

16 *Si commixtio animalium incidenter, & casu fortuito facta sit, quilibet remanet dominus suorum animalium: & ideo singulorum dominorum animalia separatim numeranda sunt, pro calculo decimæ.*

17 *Qui dicit animalia gregis alieni ad se pertinere, id probare tenetur.*

18 *Partiarius tenetur solvere decimam animalium pro sua portione.*

19 *Portio partiarii numeratur, nulla facta cumulatione partis dominicæ.*

20 *Numerus animalium unius anni, conjungi non potest cum numero animalium alterius anni.*

CUm dubitaretur de solutione decimæ ex animalibus præstandæ, & de forma solutionis, ac numerationis animalium ad decimum, vel vigesimum, aut alium numerum faciendæ, fuit conclusum, inspiciendum in primis esse tenorem transactionum, quæ vel à summo Pontifice confirmatæ sunt, ad hoc ut successores afficere queant, juxta text. *in cap. veniens, de transact.* vel saltem ex antiqui temporis observantia, præsumptionem inducebant omnium solemnitatum in eis adhibitarum, vel vim habebant legitimæ præscriptionis, propter tanti temporis intervallum. † Cujus præscriptionis vis magna est in materia decimali, cùm non de tota decima, sed de ejus quota, vel certo solvendi modo præscribendo agitur: Camil. Borell. cum pluribus per eum citatis *in sum. decis. lib. 1. tit. 19. num. 53.* Rot. *decis. 23. num. 3. part. 6. recent.* ubi *num. 4.* ostenditur quæ sint necessaria ad hoc ut præscriptio in hac materia dicatur legitimè probata. ½

Secundò quoad casus per transactionem non decisos, standum esse consuetudini, dummodo non contineat fraudem, & abusum in præjudicium Ecclesiæ, & non præbeat occasionem delinquendi. † Cùm de essentia consuetudinis sit, ut in æquitate, & ratione fundetur: *cap. ex parte, de consuet.* Gaill. *lib. 2. observ. 31. n. 12.* Burat. *decis. 800. num. 10.* quomodò autem differant consuetudo, & præscriptio; notat Ludovis. *decis. 191. num. 4. & 6.* & in specie, quæ sit vis præscriptionis, & quæ consuetudinis in materia decimarum, copiosè explicat D. Ludovic. Bellus *consil. 47. & 48. per tot.* ½

Tertiò, ex his infertur, quod quamvis per longum tempus rustici animalia minutiora, & deteriora Parocho pro decima per dolum, & astutiam præstiterint; talis consuetudo non est legitima, nec recipienda: imò sic delinquentes, & decimam fraudantes puniendi sunt. † Quia non debet de deterioribus animalibus præstari, sed fideliter quidquid venerit, decimum, vel vigesimum, aut alias secundùm numerum consuetum, solvendum est: juxta Levitici *cap. 27.* Ita ut factâ computatione novem animalium, id quod cadit in decimum debeatur; vel factâ computatione novemdecim, id quod cadit in vigesimum; & sic de cæteris numeris, juxta cujuslibet loci morem: & similiter id quod commutatum est, & id cum quo commutatum est: per text. *in cap. omnes decimæ 16. quæst. 7.* his verbis: *Oves, boves, & capræ, quæ sub virga pastoris transeunt, quidquid decimum evenerit, sanctificabitur Domino: non eligatur bonum, neque malum, nec in alterum commutabitur: si quid commutatum est, & quod mutat, & quod mutatum fuerit, Domino sanctificabitur; & non redimetur.* Rebuff. *de decim. quæst. 11. num. 2.* ¼

Quartò, si discerni non possit quod sit decimum animal, vel secundùm datam consuetudinem vigesimum, ¾

geſimum; tunc nec de melioribus animalibus, neque de pejoribus ſolvenda erit decima; ſed de mediocribus, arbitrio boni viri. Oldrad. *conſil.* 236. *num.* 2. *verſic. ſi verò.*

6 Quintò, non debetur hæc decima, ſtatim ubi nata ſunt animalia; ſed ubi non ampliùs indigent lacte materno, alioquin inutilia apud Eccleſiam remanerent, & animalia morerentur. Oldrad. *dict. conſ.* 236. Barboſ. *in cap. cùm homines* 7. *num.* 5. *de decim.* Rebuff. *de decim. quæſt.* 6. *num.* 30.

7 Sextò, valida videtur conſuetudo, quod loco animalium ſoluatur certa pecuniarum ſumma, nomine decimæ, ut tradit Rebuff. *loco citato, quæſt.* 6. *num.* 31. Ratio eſt, quia poteſt introduci conſuetudo, ut nulla prorsùs de animalibus decima præſtetur: ergo multò magis ut loco illius pecunia ſolvatur. Rebuff. *ibidem, quæſt.* 13. *num.* 51. ſervanda ergo erit hoc caſu conſuetudo.

8 Septimò, quamvis apud Seraph. *deciſ.* 346. *num.* 2. legatur decimam animalium eſſe potiùs perſonalem, quàm prædialem; & potiùs eſſe decimam paſtorum quàm terrarum; tamen jura & DD per eum allegati hoc non dicunt: citatur enim in illa deciſ. text. in *cap. pervenit* 5. *de decim.* & Rebuff. *in dict. tract. quæſt.* 8. *num.* 4. & Pariſ. *conſil.* 73. *num.* 17. *volum.* 4. ubi nihil penitus ſimile legi poteſt: & qui hoc ita intelligeret, ut illa decima perſonalis eſſet,

9 contra communem DD. ſententiam ſentiret. † Verius enim eſt, decimam illam eſſe mixtam, ut oſtendit Monet. *de decim. cap.* 3. *numero* 9. Rebuff. *quæſt.* 3. *numero* 33. quia partim provenit ex prædiis, in quibus paſcuntur animalia; partim ex cuſtodia perſo-

10 nali. † Imò potiùs tales decimæ accedunt ad naturam prædialium, & debentur illi parochiæ, in qua animalia degunt, & paſcuntur. Barboſ. *in cap. ad Apoſtolicæ* 20. *numero* 6. *de decim.* Zabarel. *in Clem. ne religioſi, numero* 15. *de decimis*, idem Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 26. *numero* 37.

11 Unde ſequitur, in ſolvenda ex animalibus decima, non ſimpliciter habendum eſſe reſpectum ad perſonam paſtoris, nec ſimpliciter ad prædia, ex quibus paſcuntur animalia: ſed potiùs ad ipſum numerum animalium, habito reſpectu partim ad dominum, partim ad colonum: ita ut fieri debeat diſtinctio portionis dominicæ. Et quoad portionem quidem domini, toties fiat numeratio animalium, & toties incipiatur, quot ſunt diverſi domini.

12 Quia licèt pecudes ſint ſub eadem virga, ſeu paſtore, & in eodem grege; & videantur facere, & conſtituere unum corpus, habito reſpectu ad gregem; tamen quilibet dominus retinet dominium ſeparatum cujuſlibet individui ex ſuis animalibus, cùm agitur de pluribus invicem quidem commixtis, ſed ſeparabilibus, *leg. quidquid* 27. §. *final. ff. de acquir. rer. domin. l. lacus* 12. §. *final. l. adeo* 7. *voluntas, ff. eod. tit.* Unde ſi gregis ſim dominus, utpote quod in eo duodecim v. g. mea ſint capita, & tria ad te ſpectent; gregem quidem vendicare potero: ſed duodecim tantùm venient in reſtitutionem, reliqua verò quæ tua ſunt, tu ſeparatim vendicare poteris: ut explicat Cujac. *in l.* 2. *ff. de rei vendicat.* & probatur ibi per text. *in verſic. ſed ſi majorem numerum alter habeat; ut detracto alieno, nihilominus vendicaturus ſit, in reſtitutionem non veniunt aliena capita*: quod ibi abundè

13 explicant Gloſſ. & DD. † Secus autem eſſet ſi ageretur de rebus commixtis non ſeparabilibus; veluti ſi ageretur de oleo duorum commixto, quod ſeparari non poteſt: *argum. text. in cap. quod in dubiis*, 3. *de conſecrat. Eccleſ. vel altar.* ubi oleum non conſecratum admixtum oleo conſecrato, aſſumit naturam conſecrati: ſed pecora non ſunt hujuſmodi, quia ſeparari poſſunt: unde cùm exiſtimaret Trebatius I.C. cùm amplior numerus animalium ad aquam appellitur, quàm debet appelli; poſſe univerſum pecus impunè prohiberi, quia junctum pecus pecori cui appulſus debebatur, totum corrumpit pecoris ad aquam appulſum: tamen prævaluit Marcelli ſententia ſentientis quod ſi quijus habet pecoris ad aquam appellendi, plura pecora appulerit; non in omnibus eum eſſe prohibendum: & ratio eſt, quia pecora ſeparari poſſunt, ut dicit text. *in l.* 1. §. *Trebatius, & §. Marcellus autem ait, ff. de aqua quotid. & eſtiv.* † Ut

14 de ob eandem rationem, ſi animalia illorum, qui habent privilegium exemptionis à ſolutione decimarum, commixta ſint cum animalibus non exemptorum, non amittunt privilegium, ſed ſingula ſeparatim conſiderantur: ut decidit Jacob. de Graffis *part.* 2. *deciſ. aurearum, libro* 2. *capit.* 27. *numero* 49.

Quod quidem verum eſt, ſi diverſi animalium

15 domini in communionem non conſenſerint; ſed quilibet ſeparatim animalia conductori, vel paſtori tradiderit: nam ſi animo deliberato, & non incidenter plures illi domini communionem inierint, vel ſocietatem ſuper illis animalibus ſub eodem paſtore & virga exiſtentibus; tunc quia quilibet ex dominis remanet dominus gregis pro indiviſo, verius videtur quod totum illud integrale gregis, ex pluribus animalibus compoſitum, pro uno eodemque corpore decimabili haberi debeat, & per conſequens numeratio ad effectum decimæ fieri debeat, tanquam de uno toto: & ſic inſpecto toto grege, abſque ulla diſtinctione diverſorum dominorum: ut probatur ex *l.* 1. §. *per hanc autem, & l.* 2. *ff. de rei vendic. & ll. ſequent.* juncta Gloſſ. & maximè in *l. ſed ſi pars, in verſ. quis vindicabit*, † ubi dicitur quod ſi animalia caſu

16 fortuito, & incidenter commixta fuerint, quilibet remanet dominus ſuorum animalium, quia ſunt ſeparabilia: ſed ſi fuerit inducta communio, & ſocietas; quilibet remanet dominus totius gregis pro indiviſo; & poteſt rei vindicationem intentare militer pro indiviſo. Idemque dicit Bartol. *in dicto §. per hanc, verſic. venio ad legem*, & alij DD *in d. l.* 2. *ff. de rei vendic.*

Sed quæritur, ad quem ſpectet probare animalia, quæ ſunt ſub eodem grege, ſpectare ad alium, quàm ad dominium gregis? Reſpondetur, probato quod grex ad aliquem pertineat, onus probandi certa capita animalium pertinere ad alium, ad hoc ut ſeparatim numerentur. Quia præſumendum eſt omnia ſpectare ad eum qui gregis eſt dominus. Admittitur tamen in his probatio conjecturalis, vel diſpoſitione paſtorum, cuſtodum, ac ſimilium peritorum: ut bene dicit Alberic. in *d. l.* 2. *ff. de rei vendicat. numero* 3.

Probari etiam poteſt, cujus ſunt animalia per impoſitionem ſigni, ſeu ſtigmatis alicujus: ut dicit Maſcard. *de probat. concluſ.* 160. *numero* 5. & *concluſ.* 91. *per tot.*

Quod autem attinet ad portionem colonicam

18 ſi colonus ſit partiarius, ſoluere debet decimam animalium pro rata portionis ſuæ colonicæ. Monet. *de decimis, cap.* 6. *num.* 42. Unde cùm reſpectu illius agatur de uno eodemque grege, & de ovibus ad eumdem dominum pertinentibus, non videtur conſide-

rabilis

rabilis persona aliorum dominorum, qui illi animalia pascenda tradiderunt; sed ejus portio tota, (separatim tamen ab omnibus aliis portionibus dominicalibus) considerandа est: ex traditis in *l. per hanc, & l. seq. ff. de rei vendicat.*

19 Denique ad id quod quæsitum fuit, utrùm animalia unius anni possint conjungi cum animalibus alterius anni sequentis, ad numerandam decimam, veluti si hoc anno fuerint quindecim, & anno sequenti sex; utrùm ex illis confici possit vigesimus primus numerus ad supputandam, & exigendam decimam? Respondetur negativè, quia quot sunt anni, tot sunt decimationes; & quot sunt decimationes, tot sunt diversæ numerationes; adeò ut multi existimaverint, decimas uno anno non petitas, peti non posse anno tunc sequenti. Codex Fabrian. *lib. 1. tit. 2. distinct. 66.* de cujus tamen decisionis veritate tunc non agemus; sufficiat indicare contrarium tenuisse Borell. *in summa decis. part. 1. tit. 19. num. 28.* ea ratione, quia parochiani tenentur decimas deferre, aut illas absque interpellatione solvere; ergo non solvendo, cùm sint in mora, quomodò potest imputari negligentia Parochi non exigentis. Existimo tamen non posse conjungi numerum animalium unius anni, cum animalibus alterius, ob rationem supradictam.

CAPUT LXVIII.

Quando numerus canonicorum Ecclesiæ collegiatæ augetur mediante nova fundatione, utrùm canonici antiquæ fundationis cogantur novos admittere, cum iisdem conditionibus in nova fundatione contentis; an verò alias adjicere possint. In quibus participare debeant canonici ejusdem fundationis de novo recepti. In quibus juribus, & emolumentis capituli concurrant cum antiquis; veluti in laudemiis, distributionibus non antea divisis, mortuariis, & similibus.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum, cum authoritate Episcopi, statuere potest circa res suæ Ecclesiæ.*
2 *Quando agitur de iis quæ ad solos canonicos spectant, canonici statuere possunt.*
3 *Quando cura pertinet ad capitulum, potest super illius exercitio fieri statutum, aut deliberatio per capitulum.*
4 *Multò magis valet statutum capituli, per quod ad jus antiquum reditur.*
5 *In omnibus statutum Ecclesiæ concernentibus, potest statutum fieri à capitulo.*
6 *Commutatio ultimæ voluntatis non potest fieri sine assensu sedis Apostolicæ.*
7 *Episcopus ne quidem cum consensu patroni, pias fundatorum voluntates commutare potest.*
8 *Quando agitur de fundatione nondum executioni demandata, Episcopus potest fundatoris voluntatem alterare.*
9 *Quando non tractatur de præjudicio alicujus, facilius Episcopus potest alterare voluntatem fundatoris. Ampliatur, ut procedat etiam in ejus Vicario generali, num. 10.*
11 *Episcopus non potest fundatorum voluntates alterare sine causa, secus si justa adsit causa.*
12 *Fundatoris voluntas facilius commutatur in accidentalibus, seu potius alteratur.*
13 *Superveniente novâ fundatione, si canonici antiqui protestentur, non fiet præjudicium ipsorum distributionibus & emolumentis.*
14 *Canonici novæ fundationis participant, etiam renuentibus antiquis, in obventionibus mortuariorum, & similium, in quibus nihil minuitur de juribus antiquorum.*
15 *Canonici novæ fundationis participant de mortuariis capitulo post eorum receptionem relictis: quamvis admissi sint cum clausula, sine* præjudicio antiquorum.
16 *Fructus distributi debent æqualiter distribui inter canonicos ejusdem fundationis, quamvis eorum nonnulli recenter sint ad capitulum admissi. Intellige ut num. 19. & 20.*
17 *Eademque ratione isti novi canonici tenentur ad onera capituli concurrere.*
18 *Capitulum idem semper manet, ideo debita & credita capituli debentur per canonicos de novo venientes, uti subrogatos in locum antiquorum.*
19 *Fructus consistentes in massa grossa, dicuntur fructus capituli, non singulorum.*
20 *Laudemium conventum, & non solutum, si deinde solvatur tempore admissionis novi canonici, iste de novo receptus participabit cum antiquis.*
21 *Emolumenta antiquarum fundationum non possunt à canonicis auferri per novam fundationem, nisi de antiquorum consensu.*
22 *Dismembrata cura ab uno capitulo, & alteri Ecclesiæ applicata, non propterea jus exigendi decimas, quod tali capitulo competebat, censetur translatum in Ecclesiam, cui cura concessa fuit.*

FUndata quondam fuerat parochialis, & collegiata Ecclesia, reservato jure patronatus laïcali capitulo, & operariis, ac certæ confraternitatis Rectoribus. Successu temporis mulier quædam in augmentum cultus divini duos alios fundavit ejusdem Ecclesiæ canonicos, sub eodem jurepatronatus, ea lege, ut isti duo canonici perpetuò curam animarum exercerent sub salario consueto, & sub aliis conditionibus in ejus ultima voluntate contentis. Capitulum fundationem quidem acceptavit, sed novis adjectis oneribus, veluti quod isti novi canonici perpetuò curam exercerent sub salario decem scutorum, & quod quoties unus ex canonicatibus, tam novis, quàm antiquis vacabit per obitum, ille qui canonicatum obtinebit per obitum tantùm vacantem, teneatur exercere dictam animarum curam; quæ quidem acceptatio cum conditionibus & qualitatibus in ea contentis, fuit authoritate Archiepiscopali roborata.

Unde quæsitum fuit, utrùm capitulum cum authoritate Archiepiscopi, potuerit talem acceptationem faciendo, novas & à mente fundatricis alienas adjicere conditiones.

Pro cujus quæstionis resolutione considerandum in primis; † quod capitulum cum authori- 1
tate Episcopi statuere potest circa res suæ Ecclesiæ: Glos. *in capit. 2. in verb. statutum, de verbor. signif.* DD. *in capit. cùm omnes, de constitut. & in*

cap. cùm acceſſiſſent, num. 9. eod. tit. Abbas *in cap. 1. num. 14. de his quæ fiunt à majori parte capituli.* †

2 Quod potiſſimùm locum habet, quando agitur de iis quæ ad ſolos canonicos ſpectant; & dum de ipſorum duntaxat præjudicio agitur. Seraph. *deciſ. 707. num. 4.* Ideo cùm hoc caſu cura animarum ſpectet ad capitulum in genere, & curæ directio capitulo fuerit

3 à fundatore demandata: † ſequitur potuiſſe canonicos, in iis quæ pertinent ad adminiſtrationem, & exercitium curæ, & ad formam & modum illam exercendi, concluſionem & ſtatutum facere, Archiepiſcopo authoritatem præſtante. Ludoviſ. *deciſ. 66. num. 11.* vel ex eo potiſſimùm, quod per hujuſmodi concluſionem, & acceptationem, nullum nouum onus impoſitum fuit canonicatibus, ſeu novæ, ſeu antiquæ fundationis: non quidem antiquis, quia cùm antiqui curam animarum haberent, ſaltem in univerſum; excuſſerunt iſtud jugum, & illud canonicis per obitum ultimo loco recipiendis impoſuerunt: nec ſimiliter novis canonicis, recentérque fundatis aliquod onus fuit impoſitum; quia cùm ex fundatione curam perpetuò exercere tenerentur, ab ea tamen per adventum canonicorum per obitum impetrantium liberantur; ſive novi iſti poſſeſſores per obitum obtinentes, ſint ex nova, ſive ex antiqua fundatione: nullum ergo novum onus canonicis imponitur, ſed illud quod priùs inerat mo-

4 dificatur. † Ideo faciliùs capitulum concluſionem illam ſeu ſtatutum facere potuit, per quod antiquus Eccleſiæ ſtatus retinetur, vel ad illum reditur: Rot. *deciſ. 375. num. 2. part. 2. recent.* Addent. ad Ludoviſ.

5 *deciſ. 175. n. 5.* † Et generaliter quod capitulum cum authoritate Epiſcopi, ſtatuta condere poſſit in iis omnibus, quæ ſtatum Eccleſiæ concernunt, tradit Rot. *deciſ. 21. num. 2. part. 2. recent.*

6 Neque obſtat *Clem. quia contingit, de relig. domib.* ubi diſponitur, fieri non poſſe commutationem ultimæ voluntatis, niſi ſalvâ authoritate ſedis Apoſtolicæ, cui conforme eſt Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5.*

7 *de reformat. in fin.* † ita ut Epiſcopus, nequidem accedente Patroni conſenſu, derogare poſſit qualitatibus in fundatione appoſitis: prout declaravit ſacra Congregatio Concilii interpretum, teſte Nicol. Garc. *de benef. part. 7. cap. 1. num. 112.*

8 Quia reſpondetur objectionem procedere poſſe, ſi ageretur de voluntate teſtatoris & fundatoris, jam executioni demandata; ſecus eſt dum verſamur in ipſo limine fundationis, & capitulum illam acceptare recuſat, niſi ſub certis modificationibus: ſanè hoc caſu Epiſcopus approbare poteſt modificationes à capitulo deſideratas, ac propoſitas; & ſuper illis authoritatem ſuam interponere, ex traditis per Rot.

9 *deciſ. 1122. lib. 3. part. 3. diverſ.* † Præſertim cùm qualitates & modificationes adjectæ non tendant in præjudicium alicujus tertiæ perſonæ: Sarmient. *lib. 1. ſelect. interp. cap. 8. num. 24.* Ricc. *collect. 558. verſic.*

10 *ſecunda cauſa*, † ubi addit, non ſolùm Epiſcopum, verùm etiam illius vicarium generalem, hujuſmodi voluntatem fundatoris nondum executioni demandatam alterare poſſe.

11 Præterea verum quidem eſt, Epiſcopum ultimas fundatorum voluntates alterare non poſſe, nullâ ſubſiſtente cauſâ; ſecùs ſi id fiat ex juſta aliqua, & legitima cauſa, ut patet ex diſpoſitione Concilii Trident. *ſeſſ. 22. cap. 6.* ubi dicitur Epiſcopum ex cauſa quæ ſuo arbitrio juſta videatur, alterare poſſe pias defunctorum voluntates: & tradit Maceratenſ. *lib. 1. var. reſol. cap. ult. caſu 40. in fin.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 83. num. 5.*

Hic autem juſtiſſima aderat cauſa, nempe conſenſus totius capituli, & requiſitio canonicorum utriuſque fundationis, de quorum intereſſe agebatur: concurrebat antiqua fundatio, quæ curam animarum canonicis tribuebat: concurrebat etiam nova, quæ canonicos ſuos eodem onere gravabat. Optimè igitur actum eſt, ut capitulum ſemper curæ præeminentiam obtineret; illius verò exercitium, quod omnibus canonicis demandatum erat, per ſolos canonicos utriuſque fundationis, ultimo loco per obitum impetrantes, fieri deberet.

12 Rurſus non agebatur de commutanda diſpoſitionis fundatricis ſubſtantia, ſed de alterandis duntaxat illius qualitatibus accidentalibus: quod fieri potuit authoritate Epiſcopi interveniente. Mohed. *deciſ. 1. de jurepatronat.* Ricc. *collect. 1270. in 2. limit. part. 4.* Moneta *de commut. ult. voluntat. cap. 5. num. 336.* Atque ita conciliandæ ſunt variæ Doctorum concluſiones, & jura quæ invicem contraria videntur, ut Epiſcopus ultimas pias voluntates alterare poſſit, mutare non poſſit: Mohedan. *dicta deciſ. 1. de Jurepatron.* videndus de materia Barboſ. *in tract. de Epiſcop. alleg. 83. num. 1. & ſeq.*

13 Denique quia verum eſt de jure, quod quandonumerus canonicorum augetur, canonici novæ fundationis non debent lucrari diſtributiones quotidianas, de communi maſſa capituli, quando canonici primæ & antiquæ fundationis in limine receptionis novorum, proteſtati ſunt quod novos admittebant *ſine præjudicio jurium ſuorum*, ut dicit Caſtrenſ. *conſil. 170. num. 1. lib. 1. verſic. hæc omnia*: Rationem reddens, quia antiqui canonici de adjunctione novorum non debent triſtari & dolere, ne pro laudibus decantandis canant illud: *Multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam*, & ne retrahantur ipſi à divinis, quia durius eſt illis perdere de eo quod recipere conſueverunt, quàm pro novis nihil recipere; unde novi canonici qui ex mera voluntate veterum recepti ſunt, non habent quod conquerantur: ut dicit Caſtrenſ. *loco citato.* † & multùm acquirunt novi, dum admittuntur ad lucrum mortuariorum, candelarum, cereorum & pecuniarum quæ diſtribuuntur

14 ſingulis, abſque damno & diminutione antiquorum. Tuſch. *litter. D, concluſ. 514. num. 12. & 13.* † Sed tamen novi iſti canonici etiam ſine præjudicio veterum admiſſi, licèt non participent de mortuariis præteritis relictis capitulo; tamen participare debent de mortuariis futuris capitulo relictis, quia ipſi ſunt de capitulo: & licèt fiat in hoc aliquod præjudicium antiquis, quia aliquid minus percipiunt; tamen jus publicum privato præferendum eſt. Ita tradit Tuſch. *loc. citat.* poſt Caſtrenſ. *d. conſil. 170. col. 2. verſic. ſuper ſecundo, & per totum.* Hæc de canonicis novæ fundationis.

Fructus autem non diſtributi annis elapſis, an diſtribuendi ſint inter antiquos canonicos, ſeu illorum hæredes; an verò inter novos, quamvis ſint omnes canonici ejuſdem fundationis, diſputarum fuit: Reſolutio eſt, non eſſe fructus illos inter antiquos ſed inter novos canonicos diſtribuendos. Quia ſi canonici novi tenentur ad onera, ita etiam emolumenta quæ debentur capitulo, non exacta, debentur novis canonicis per modum diſtributionis, quando non fuerunt exacta tempore canonicorum præteritorum, etiamſi tempus illorum reſpiciant, quia diſtributiones canonicis non ſunt debita, ſed ipſi capitulo: ita tradit Calderin. *conſil. 21. de præbend. ſeu alias 242.* † ubi dicit, quod eadem ratione canonici novi tenentur ad onera quæ imponuntur quotidie, etiamſi præterita reſpiciant. Sequitur Card. Tuſch. *litt. O, concl. 130. n. 11. & 12.* † Ratio eſt, quia debitum

vel credita quæ sunt capituli, nec respiciunt particulares personas canonicorum, etiamsi novi accesserint, debentur semper capitulo, quod non mutatur; ideo distribuuntur inter canonicos tempore solutionis, vel exactionis existentes: Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 37. *num.* 26. & 27. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 429. Idque quatenus tunc tales canonici sint de capitulo, ut post Calderin. *loc. citato*, dicit
19 Rota *decis.* 322. *num.* 9. *part.* 4. *recent. tom.* 2. † Quod intelligendum est de distributionibus quæ consistunt in massa grossa, quia si canonicus moriatur ante illarum divisionem factam, non acquiruntur illius hæredibus; sed accrescunt capitulo, & dividuntur inter Canonicos tempore divisionis existentes; quia non sunt singularium personarum, sed capituli: ut post Calderin. *dict. consil.* 21. *de præbend.* decidit Rota
20 *decis.* 576. *num.* 29. & 30. *part.* 4. *recent. tom.* 3. † Cui non est absimile quod tradit Surd. *consil.* 84. quem sequitur, licèt corruptè in meo libro alleget Burg. *de laudem. part.* 1. *inspect.* 7. *num.* 27. Quod si inter capitulum, & emphyteutam, fuerit conventum super laudemio solvendo: si novus recipiatur canonicus ante solutionem, hic participabit de laudemio: quia inspicitur tempus solutionis, & agitur de summa debita capitulo: unde omnes qui tempore solutionis sunt de capitulo, partem habere debent.

Imò novi canonici, quamvis ex nova fundatione capitulo adjuncti, dum simpliciter admissi fuerunt ad omnia emolumenta, non habent quod conquerantur: quia participabunt non solùm de mortuis, sed etiam de omnibus capitulo relictis, aut capitulo debitis, & non distributis: cùm antiqui canonici nullam de his protestationem facere voluerint; sed eos omnium jurium capitularium participes fecerint: quo casu, omnia debita capituli inter ipsos, & alios dividenda sunt, ob jura, & rationes prædictas. Quæ licèt loquantur de canonicis ejusdem fundationis, in locum mortuorum subrogatis; tamen eadem ratione procedunt in istis canonicis de novo fundatis, & ad omnia jura capitularia sine protestatione indistinctè admissis.

Non possunt ergo novi canonici antiquorum consensu uti, & in vim illius participare de emolumentis capituli, nisi illum acceptent cum suis qualitatibus: *l. post legatum, ff. de his quib. ut indig.* quia agens ex actu reciproco, tenetur implere pro parte sua etiam in minimo, *l. cùm proponas* 21. & ibi
21 Glos. & DD. *Cod. de pact.* † Ergo si novi canonici non observent conditiones, sub quibus ab antiquis admissi fuerunt, non tenebuntur eos antiqui participes facere emolumentorum provenientium ex antiquis fundationibus, quæ ab eis sine ipsorum consensu auferri non possunt; cùm jam effecta fuerint de mensa ipsorum: prout bene explicat Gratian.
21 *d. discept.* 867. *num.* 37. & *seq.* † Ratio est, quia per quamcunque concessionem, non censetur derogatum juri alteri jam quæsito, ut ad alium sine ejus consensu transferatur: unde fuit aliàs decisum in Rota, quod licèt cura animarum fuisset dismembrata ab Ecclesia Sancti Juliani, & applicata Ecclesiæ Sancti Ambrosii; tamen decimæ quæ spectabant ad canonicos Sancti Juliani, non censentur illis ablatæ, stante expressâ reservatione jurium dicti capituli, ut in *decis.* 419. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* ergo eadem ratione, si canonici antiqui non consentiunt novæ huic erectioni, jura antiqua capituli apud eos remanebunt: non consentiebant autem, nisi novi canonici observarent conditiones sub quibus consensus præstitus fuerat, ut mox dictum fuit.

CAPUT LXIX.

Vtrùm assequenti beneficium incompatibile, quod postea evincitur, liceat redire ad primum beneficium dimissum, vel animo pinguioris obtinendi simpliciter resignatum. Regressus quando, & qua de causa concedi soleat in beneficiis Galliæ. Quando datur regressus, utrùm liceat illum exercere propria authoritate. Quæ sit differentia inter dimissionem, & resignationem. De duplici simonia, nempe vera, & interpretativa, & de utriusque effectu. Permutatione non fortitâ effectum, utrùm liceat, maximè in Gallia, redire ad priora beneficia, sine nova collatione. Et quomodò probetur facta collatio. Et quando res non dicatur integra hoc casu.

SUMMARIUM.

1 *Secuta evictione beneficii incompatibilis dimissi, licet redire ad primum beneficium.*
2 *Regressus datur ad primum beneficium evictum, etiam post possessionem secundi per mensem.*
3 *Decretum de dimittendo intelligitur post duos menses à die pacificæ possessionis.*
4 *Evicto secundo beneficio, qui vult ad primum redire, debet id facere sine mora.*
5 *Redire volenti ad primum beneficium, evicto secundo, competunt remedia possessoria.*
6 *Dimissio debet esse simplex, & non in favorem alterius; aliàs non suffragatur.*
7 *Dataria quandoque solet obtinentibus incompatibile resignationem primi in favorem permittere, illámque admittere.*
8 *Dimissionis, & resignationis differentia.*
9 *Dimissionis jus pendet à futuro eventu.*
10 *Forma simplicis dimissionis beneficii, quanam sit?*
11 *Regressus ob non solutionem pensionis sublatos esse in Gallia, quidam existimant.*
12 *Regressus ob primum incompatibile, evicto secundo beneficio, non denegatur in Gallia.*
13 *Regressus in multis casibus admittuntur in Gallia, & primò in casu permutationis.*
14 *Secundò si resignatarius licitas conditiones non adimpleat, veluti ob non solutionem pensionis: contra aliorum sententiam num.* 11. *allatam. Ampliatur num.* 15. *etiamsi ageretur contra successorem beneficii. Conciliantur hæ duæ opiniones, num.* 16.
17 *Tacitè semper in Gallia reservatus censetur regressus, ob non solutam pensionem.*
18 *Regressus datur in Gallia, quando resignatio in favorem non fuit sortita effectum.*
19 *Possessionis beneficii dimissio pendet ab animo resignantis.*
20 *Resignatarius in favorem, si moriatur ante ipsam possessionem, resignans non amittit beneficium, nec illius possessionem, etiam in Gallia.*
21 *Regressus datur graduatis nominatis, si beneficium*

pinguius impetratum obtinere nequeant.

22 *Regreſſus confidentialis nec in Gallia admittendus quidquid aliqui dixerint.*

23 *Regreſſus illi datur qui per vim & metum reſignavit in Gallia.*

24 *Vtrùm is cui regreſſus competit, poſſit propria authoritate redire ad beneficium.*

25 *Rediens ad primum beneficium vigore regreſſus non dicitur intruſus, quando illius poſſeſſio nondum fuit occupata.*

26 *Maximè accedente authoritate judicis.*

27 *Reſignatio ſimplex facta animo pinguius beneficium obtinendi, vim habet dimiſſionis.*

28 *Proteſtatio quod quis non intendit primum beneficium dimittere, niſi poſt adeptionem pacificam ſecundi, multùm operatur.*

29 *Evictio non dicitur ſecuta beneficii, niſi poſt ſententiam, & ablationem ipſius.*

30 *Fallit niſi doceatur de bono jure evincentis.*

31 *Electo, vel collator non ſemper jure ſuo privatur ob factam electionem vel collationem ei, qui non erat capax; ſed tantùm in caſibus à jure expreſſis.*

32 *Simonia omnis tollitur per reſervationem beneplaciti Papæ.*

33 *Simonia unius ex tranſactionibus, non poteſt nocere tertio illam ignoranti.*

34 *Quæ ſit differentia, & qui effectus ſimoniæ veræ, vel interpretativæ.*

35 *Facilius datur regreſſus permutantibus, ſi permutatio non fuerit ſortita effectum.*

36 *Hoc maximè procedit, quando ſuperior recuſavit admittere permutationem.*

37 *Refertur opinio exiſtimantium redeuntem ad primum beneficium, indigere novâ collatione.*

38 *Opinio contraria admittitur, non eſſe opus nova collatione.*

39 *Approbatur ſecunda ſententia.*

40 *Hanc ſecundam ſententiam in ſupremis Galliæ tribunalibus practicari.*

41 *Amiſſa ſemel à ſuperiori permutatione, res non eſt integra, & non datur regreſſus.*

42 *Differentia affertur inter collationem, & mandatum de conferendo, in hac regreſſus materia.*

43 *Gratia* in forma dignum, *eſt conditionalis, & non habet effectum, niſi verificata prius conditione, & proviſo digno reperto.*

44 *Atteſtatio ſimplex Notarii, vel etiam Cardinalis, quamvis juramento firmata, fidem non facit.*

45 *Fides ſeu atteſtatio Parochi non probat, niſi fuerit legitimè extracta, parte vocata.*

46 *Collatio beneficii non poteſt probari per aliud genus probationis, ſed tantùm per litteras patentes collatoris.*

FActa fuerat tranſactio inter Canonicum Eccleſiæ Cathedralis, proviſum de præpoſitura ejuſdem Eccleſiæ, per liberam reſignationem ultimi illius poſſeſſoris, per Bullas à Legatione obtentas; & proviſum à capitulo, cui jus conferendi competere aſſerebatur, attento quod præpoſitus reſignans mortuus fuerat, eidémque tranſactioni tertius quidam acceſſit, cui canonicus ille, per reſignationem præpoſituram obtinens, ſuum canonicatum reſignaverat, ſeu dimiſerat: per quam tranſactionem conventum fuerat, quod præpoſitus electus à capitulo poſſideret præpoſituram: proviſus verò Apoſtolicus ad ſuum canonicatum rediret. Quæſitum fuit de duobus: Primò, utrùm potuerit ille ad ſuum canonicatum redire, abſque incurſu intruſionis, aut alterius pœnæ. Secundò utrùm exequendo concordiam, vel confirmationem ſedis Apoſtolicæ, incurſa fuerit ſimonia, vel confidentia, cum pœna privationis beneficiorum.

Hoc in primis ſupponendum fuit, pro reſolutione harum quæſtionum: † Quod ſi quis aliquod beneficium obtinet, poſtea aliud incompatibile aſſequatur; ſubſequutâ evictione hujus beneficii ſecundo loco adepti, datur illi regreſſus, & redire poteſt ad primum beneficium: *cap. ſi beneficia 20. de præb. in 6.* Garc. *de benef. part. 11. cap. 5. num. 116. in fin.* † Quod procedit quamvis talis proviſus de ſecundo beneficio incompatibili, ſtetiſſet in poſſeſſione illius, etiam ultra duos menſes; quia licèt per poſſeſſionem ſecundi per ſpatium duorum menſium, primum cenſeatur à principio vacaſſe; tamen hoc intelligitur ut locum habeat, niſi ſecundum evincetur: quia tunc licet redire ad primum, ut ibidem Garcias explicat. † Imò decretum de dimittendo primum beneficium incompatibile infra duos menſes, intelligi debet de duobus menſibus numerandis à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis. Rota *deciſ. 357. num. 10. part. 4. recent. tom. 2.* poſt Gabriel. *conſil. 195. num. 18. & 19. lib. 1.* Maſcard. *de prob. concluſ. 183. num. 47.* Caſſador. *deciſ. 9. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* † Si verò facta fuerit dimiſſio primi incompatibilis, licebit etiam poſt duos vel plures menſes ad illud redire, quando ſecundum evincitur, dummodo confeſtim, & ſine mora id fiat, quando certior factus fuit de invaliditate collationis ſecundi: ut dicit Tiraquell. *in l. boves, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. limit. 21. num. 7.* poſt Roman. *conſil. 339. colum. 2. verſic. ſin autem membrum.* † Et hoc caſu competunt remedia poſſeſſoria illi, qui ad primum illud beneficium redire intendit. Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 56. num. 146.* † Sed præmiſſa intelligenda ſunt in terminis ſimplicis dimiſſionis, non autem dum agitur de reſignatione: nam licèt obtinens beneficium incompatibile non ſatisfaciat decreto de dimittendo, dum reſignat in favorem alterius, ut tradit Garc. *de benefic. part. 11. cap. 5. num. 58. & ſeq.* † Tamen ſolet Dataria quandoque hujuſmodi rigorem ex juſta cauſa relaxare, & reſignationem in favorem hoc caſu admittere: ut dicit Gonzal. *gloſſ. 15. num. 126.* † Inter duos autem hos caſus, nempe dimiſſionis, & reſignationis, magna eſt differentia quoad præſertim materiam: quia diſpoſitio dicti text. *in cap. ſi beneficia*, locum habet duntaxat in terminis ſimplicis dimiſſionis, non autem in terminis reſignationis: ut patet ex verbis textus; ibi enim pluries verbum *dimiſſionis*, non ſine ratione repetitur: & ita textum illum intelligit Federic. de Sen. *conſil. 156. verſic. nec obſtat caput, ſi beneficia.* † dicens dimiſſionem non habere vim reſignationis, quia ex futuro eventu apparebit non eſſe jus tranſlatum in eum, qui per dimiſſionem fuit proviſus: faciliùs enim reditus datur ad primum beneficium quando ſimplex facta fuit dimiſſio: quia qui dimittit, re duntaxat dimittit; ſed qui reſignat, illud reverbis deſerit: ideo duo vincula ſunt fortiora, ut dicit Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſ. n. mihi 170.* ubi quæſtionem hanc in utramque partem fuſè examinat. † Forma autem ſimplicis dimiſſionis habetur apud Pariſ. *de reſign. lib. 8. quæſt. 7. num. 104.*

Quamvis autem beneficia, de quibus agebatur, ſic tranſacta eſſent in Gallia, ubi regreſſus omnes ſunt fabulæ, veluti regreſſus ad beneficium ob non ſolutionem penſionis, qui non practicatur in Gallia, ut poſt Rebuff.

Rebuff. Petr. Gregor. & alios, tradit Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 3. num. 17.* † Ille tamen, quo redire licet ad primum, quando quis privatur secundo, non fuit sublatus, ut testatur Addit. ad Paris. *d. quæst. 3. num. 17.* ubi dicit in sex casibus regressum in Gallia practicari.

12

13 Primò, cùm beneficium ex causa permutationis collatum evincitur? Rebuff. *in prax. tit. de permut. num. 25.*

14 Secundò, quando resignatarius non adimplet conditiones, sub quibus resignatio facta fuit, veluti si pensionem reservatam à resignante non persolvat: prout ita judicatum refert Addit. ad Papon. *lib. 2. tit. 8. arrest. 20.* † ubi ampliat, etiamsi mortuo resignatario beneficium alteri per obitum fuerit collatum, dicens ita fuisse judicatum die 7. Septembr. 1575. quod contrarium est iis quæ mox dicta sunt à

15

16 Parisio, Rebuffo, & aliis. † Sed illorum doctrina sic intelligenda est, ut non possit in Gallia agi ad regressum ob non solutam pensionem, vigore expressæ reservationis contentæ in litteris Apostolicis; quia cùm omnes observationes sint sublatæ in Gallia, ut notat Rebuff. *in concord. in tit. de reservat.* non admittetur etiam ista reservatio expressa regressus: & ita loquitur Rebuff. *in tit. de pacif. possess. num. 147.* & ita distinguit Tornet *litter. P, num. 88. in sua collect. arrestor.* & sic intelligenda sunt quæ diximus suprà,

17 *cap. 26. num. 40.* † Poterit tamen intentari regressus in Gallia, ut ibidem diximus, ob non solutam pensionem, ex eo quod tacitè semper reservatus censetur. Pap. *d. lib. 2. tit. 8. arrest. 20.* ¦Tornet *litter. P, num. 88. & num. 65.* Additio ad Paris. *d. lib. 6. tit. 3. quæst. 17. versic. secundò autem.*

18 Tertiò regressus conceditur in Gallia quando resignatio facta fuit conditionaliter in favorem alicujus, & non aliàs, aliter, nec alio modo: quia non abdicatur jus à resignante, donec resignatarius adeptus fuerit possessionem beneficii resignati: ut testatur Petr. Gregor. *in institut. rei benefic. cap. 28. num. 9. versic. alioquin, & versic. proinde.* Rebuff. *in praxi, tit. de resignat. condition. num. 18. junctis num. 15. 16.*

19 & 17. † Quia possessio soluto animo amittitur. Atqui resignans non habuit intentionem dimittendi possessionem, nisi verificatis conditionibus sub quibus resignatio facta fuit. Paris. *lib. 1. de resign. quæst. 5. num. 37. & 38.* atque ita judicatum fuisse testatur Chopin. *de sacra polit. lib. 1. cap. 8. num. 8.* Adden. ad

20 Louet *litter. B, num. 13. post princip.* † Et propter hanc rationem ita consului super quodam canonicatu in partibus Galliæ; cujus resignatarius repertus fuit mortuus intra suam cameram, ipsamet die qua beneficii resignati possessionem capere debebat; & resignans fuit semper in possessione manutentus per illas doctrinas, quibus addebam Rotam apud Garc. *de benefic. part. 6. cap. 2. num. 126.* Barbos. *de jur. Eccles. univers. cap. 15. num. 74. & 75. lib. 3.* Posthium *de manutent. observ. 57. num. 19.* Burat. *decis. 830. num. 3.* Rot. *decis. 4. de rer. permut. in antiquis, & decis. 1. de renunciat. in novis.* Gomes. *ad regul. de annali, quæst. 56.*

21 Quartò, datur in Gallia regressus, quando graduatus nominatus incompatibile beneficium in mensibus graduatis assignatis vacans acceptare intendens, dimittit simile obtentum, prævia protestatione, quod primum non intendit dimittere, nisi si, & quatenus secundi pacificam possessionem adipiscatur, & non aliàs, aliter, nec alio modo: hoc enim casu, si non assequatur secundum, & per eum non steterit, redit, & regressum habet ad primum. Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. volumus, in verb. tempore vacationis, versic. nec me movet,* idque per text. *in d. cap. si beneficia 20. de præbend. in 6.*

Quintum & sextum casum, in quo regressus datur in Gallia, refert Addit. ad Paris. nempe quando minor ætate beneficium remittit alicui, aliud repetiturus dum legitimæ ætatis fuerit. Sed nec illi, nec probis vitis placet iste regressus, tanquam confidentialis; nec illum hodie in Gallia recipiendum existimo: quia confidentiæ sunt prohibitæ. † Et quando resignatio facta fuit per vim, & metum, ut per eundem authorem traditur ad Paris. *lib. 3. quæst. 3. num. 1.* 22 23

His ita suppositis, resolutum fuit, provisum de præpositura per resignationem, cui evincebatur istud beneficium ab eo, qui electus fuerat per capitulum: potuisse redire ad suum canonicatum, etiam propria authoritate, propter verba dicti capituli: *si beneficia, ibi, liberè revertantur,* propter quæ DD. in *eodem cap.* dicunt authoritatem superioris hoc casu non esse necessariam præcisè, sed tamen adhibendam esse ad majorem cautelam: ut dicit Gemin. *ibidem, num. 8.* Ancharan. *in 6. notabili.* Franc. *num. 4.* quia fictione juris, non videtur quis hoc casu à primo beneficio recessisse. 24

Unde sequitur, non potuisse prætendi, quod per regressum ad canonicatum fuerit incursum vitium intrusionis, de quo in *d. cap. cum qui, de præbendis, in 6.* cùm omnes fateantur licitum esse reditum propria authoritate ad primum beneficium, quando possessio nondum fuit à successore occupata, juxta distinctionem Dominici à sancto Geminiano *in d. cap. si beneficia 20. num. 4.* 25

Præsertim cùm accesserit decretum curiæ parlamenti, quæ istum ad oppositionem admiserat; & in hoc casu sufficit ex stilo Galliæ obtinere litteras Regias pro regressu obtinendo. Rebuff. *de pacif. possess. num. 186.* 26

Difficultas tamen excitabatur ex eo, quod iste malè provisus de præpositura, non dimiserat, sed resignaverat canonicatum: ergo non erat locus dispositioni *dicti cap. si beneficia,* ex dictis sup. *num. 6.* post Rebuff. *de pacif. possess. num. 168.*

Sed tamen responsum fuit, resignationem non fuisse factam eo animo, ut amitteretur primum beneficium, nisi si & quatenus secundum beneficium ipsi acquireretur, prout legebatur in mandato facto ad resignandum: quo stante, non amiserat resignans possessionem suam. Quamvis enim per resignationem amittatur omne jus, & possessio, quando resignatarius fuit immissus; secùs tamen est, quando resignatio facta fuit animo, & intentione salvandi beneficium, & non abdicandi à se, nisi quatenus secundum assequeretur, ex decisis per Rot. apud Post. *in tract. de manutent. decis. 15. num. 6. & 7.* his verbis: *Quia mandatum datum fuit ad salvandum beneficium, in casum obitus Maphei; non autem illud à se abdicando: ideò deficiente consensu, non valuit resignatio: & cum Mapheus non se habuerit pro spoliato, venit manutenendus.* † Idem in casu proposito fortiùs statuendum erat; quia resignatio facta fuit simpliciter, & non in favorem alicujus, & cum expressa protestatione, quod resignans non intendebat resignationem sortiri effectum, nisi quatenus adipisci posset præposituræ pacificam possessionem: quæ protestatio facit, ut detur illi regressus ad primum: ut patet ex traditis per Lapum *allegat. 120. circa fin.* his verbis: *Fateor quod si intra mensem acceptasset, redire poterat ad beneficium vigore protestationis, non obstante acceptatione facta.* 27 28

Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.* 171. *verſic. ſecus in dimiſſione beneficij.*

29 Rurſus oppoſitum fuit, non debuiſſe tam facile dimitti propoſitum, ſed debuiſſe ſententiam expectari: quia non dicitur evictio beneficij, aut alterius rei ſubſequuta, niſi poſt latam ſententiam, & illius executionem. Burat. *deciſ.* 240. *num.* 10.

30 Sed licèt hoc verum ſit, tamen ſufficit docere quod præpoſitura dimiſſa fuerit per tranſactionem, ex eo quod adverſarius proviſus à capitulo bonum jus fovebat, & quod jus eligendi, & conferendi illo caſu, capitulo competebat. Anchar. *in d. cap. ſi beneficia, in* 6. *notab. in fin.* † De jure verò capituli

31 conſtabat evidenter, neque prætendi poterat capitulum jure ſuo privatum eſſe, ex eo quod nominaverat poſſidentem aliud beneficium incompatibile: quia facultas eligendi non amittitur, niſi caſu quo electio facta fuerit de perſona, quæ nec ſcientia, nec morum honeſtate polleret, nec ætatem haberet à jure requiſitam, qui ſunt caſus expreſſi in *cap. cum in cunctis, de election.* cujus diſpoſitio cùm ſit exorbitans, non poteſt extendi ultra caſus expreſſos. Panormit. *in d. cap. cùm in cunctis, §. clerici, numero* 6. *verſic. & puto quod in collatoribus.* Garc. *de benef. part.* 7. *cap.* 13. *numero* 84. Avila *de cenſuris, part.* 2. *cap.* 6. *diſput.* 12. *dubit.* 4. *in fin.*

32 Quod attinet ad ſecundam quæſtionem, ſtante reſervatione beneplaciti Papæ in dicta tranſactione, nulla poteſt in ea adeſſe ſimonia, ex traditis per Louet *litter. C, num.* 40. Farin. *conſil.* 75. *num.* 19. 33.

33 & 72. Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 72. † Et quamvis prætenderetur quod concordia fuiſſet executioni demandata antequam beneplacitum Papæ fuiſſet obtentum; tamen culpa unius ex tranſigentibus, aliis qui non deliquerunt, nocere non poſſet

34 *cap. ſicut* 33. *de ſimonia.* † Et in omnem eventum, hæc non eſſet vera ſimonia pe traditionem pecuniæ, aut alterius rei temporalis pro ſpirituali, ſive beneficio; ſed præſumpta, ſeu interpretativa, propter conventiones factas ſine authoritate ſuperioris; propter quam interpretativam ſimoniam, non incurritur pœna privationis beneficiorum: Clar. *in §. ſimonia, num.* 10. Garc. *de benef. part.* 8. *cap.* 9. *num.* 38. Farin. *conſil.* 75. *num.* 11. & 14.

35 Cæterùm quæ de obtinente beneficium ſecundum ſibi à ſuperiore collatum, dicta ſunt; multò fortiùs locum habent, ſi titulo permutationis ipſi fuerit acquiſitum; cùm permutatio tacitam contineat conditionem, dummodò compermutatores beneficiis permutatis frui poſſint: qua conditione ceſſante, ceſſat etiam permutationis effectus: *cap.* 1. *de rer. permut. & Clem.* 1. *eod. tit.* & convenit *regul. Cancellar.* 39. Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 7. *& ſeq.* Barboſ. *in cap. cum univerſorum, num.* 1. *de*

36 *rer. permut.* † Præſertim quando Superior recuſavit admittere permutationem; tunc enim permutatio reducta fuit ad non cauſam, & nullum jus abdicatum fuit à permutante: ut in ſimili docet Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 89.

37 Utrùm autem permutans rediens ad primum beneficium, nova indigeat collatione, variæ ſunt DD. opiniones. Aliqui enim exiſtimarunt, non poſſe permutantem ſine nova collatione ad primum beneficium redire, etiamſi permutatio non ſequatur, ſeu non teneat, aut non ſortiatur effectum: quos refert Nicol. Garc. *de benef. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 5. & videtur ſequi Rota apud eundem *part.* 11. *cap.* 3. *num.* 19.

38 Alij verò contrariam ſequuntur ſententiam, nempe permutantem ad ſuum beneficium redeuntem, nova collatione non indigere; ita tamen ut neceſſaria ſemper ſit ſuperioris authoritas, qui utique permutanti licentiam, & facultatem concedit ad priora beneficia redeundi: & talis licentia habetur pro collatione. Quam ſententiam magna æquitate niti teſtatur Cokier *in tractat. de permut. benef. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. Eandemque æquiorem dicit Feder. de Senis *quæſt.* 8. & plures alij quos citat Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 7. & ita abſolutè tenendum exiſtimat Cevallos *comm. opin. cap.* 561. *num.* 6. ubi hanc dicit communem, & magis communem opinionem ac reſolutionem, & quod ita ſervatur de ſtilo. † Ego hanc poſteriorem ſententiam verio- 39
rem eſſe exiſtimo, quidquid dixerit Ricc. *Colle-*
ctan. 2103. *verſic. adverto tamen.* Gambar. *de permut. benef. part.* 2. *num.* 62. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 25. *tit.* 12. *num.* 12. † Et ſine difficultate in ſu- 40
premis Galliæ tribunalibus poſterior iſta ſententia obſervatur, & ſecundùm illam judicatur: quia ante completam permutationem, aut ea non admiſſa per collatorem, permutans remanet in vetere titulo, & poſſeſſione: ut bene advertit Addit. ad Louet *litter. B. numero* 13. Boër. *deciſ.* 97. Codex Fabrian. *lib.* 1. *tit.* 21. *definit.* 53. dicens ita fuiſſe judicatum. Additio marginalis ad Seluam *de benefic. part.* 3. *quæſt.* 24. *fol. mihi* 778. Rebuff. *in præx. tit. de permut. num.* 12. & *de pacif. poſſeſſ. num.* 165. *& ſeq.* & in hac ſententia videtur reſidere Barboſ. videndus *in tract. de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 169. *verſic. quamvis ſi permutatio*, qui addit *num.* 170. poſſe permutantes re integra liberè à permutatione reſilire: quod & verum eſt.

Sed dubitatur, utrum res non dicatur integra 41
quando Papa jam admiſit permutationem: quia poſt illam à ſummo Pontifice, aut alio ſuperiore admiſſam, ſtatim videtur jus quæſitum, ex Gambato *de permut. benef. part.* 2. *num.* 140. † Reſolu- 42
tio pendet ex traditis per Abbat. *in cap. inter cæteras, de præbend.* qui dicit faciendam eſſe differentiam inter duos caſus. Primus eſt, quando Papa ipſi, vel alius ſuperior ſtatim confert; & tunc ſtatim jus eſſe quæſitum verum eſt. Secundus, cùm Papa mandat Epiſcopo, aut alteri ut conferat; & tunc non dicitur jus quæſitum, donec executor contulerit. Abbas in *dicto cap. inter cæteras, num.* 5. † Ma- 43
ximè quando commiſſio data fuit *in forma dignum*, tunc enim gratia eſt conditionalis, nec poteſt effectum ſortiri ante purificatam conditionem: ad perfectionem quippe conceſſionis requiritur collatio, ut tradit Garc. *de benef. part.* 11. *cap.* 4. *numero* 85. & 86. Barboſ. *d. cap.* 15. *numero* 183. Quod autem Superior permutationem admiſiſſet, & beneficium permutatum jam contuliſſet, in facti contingentia, probari dicebatur per quandam atteſtationem Secretarij Epiſcopatus. † Sed dictum fuit, atteſtatio- 44
nem illam non facere fidem, ex Ludovi. *deciſ. 218. num.* 3. ubi ampliat, etiamſi ageretur de atteſtatione facta per Cardinalem medio juramento coram Notario, & teſtibus. Menoch. *conſil.* 322. *numero* 45. *verſic. nec dici poteſt.* † Sicut aliàs videmus, quod 45
fides Parochi non probat, niſi legitimè parte citata extracta fuerit. Ludoviſ. *deciſ.* 319. *num.* 5. & 9. † 46
Et generalis eſt regula, collationem non probari niſi per litteras. Rebuff. *in præx. tit. de reſcript. ad benefic. vacantia, num.* 24. per text. *in cap. exportor, de conceſſ. præb. lib.* 6. & *Clement. ult. de reſcript. Clem.* 1. *de præbend.* Idem Rebuff. *in concord. tit. de mandatis apoſtolicis, §.* 1. *in verbo litteras, verſic. ad probandam tamen gratiam.*

CAPUT

CAPUT LXX.

Quod summus Pontifex, aut Legatus, seu Vicarius Avenionensis in mensibus Ordinarij concurrat cum eo in collatione beneficiorum. Et quod in dubio præferendus sit, qui priùs possessionem adeptus est. Datam Legationis ex libro Datarij desumpram, fidem facere; non item eam, quæ per Secretarium apposita est, in præjudicium provisi Apostolici.

SUMMARIUM.

1 *Archiepiscopo, vel Episcopo in mensibus suis, vel etiam vigore alternativæ competentibus, collationis jus concedi, non privativè, sed cumulativè ad summum Pontificem.*

2 *Legatus de latere concurrit cum quolibet collatore ordinario beneficiorum.*

3 *Collatio Legati valet in præjudicium provisi ab Ordinario, nisi fuerit ab eo præventus.*

4 *Legatus potest prævenire Ordinarium in mensibus illi assignatis vigore alternativæ.*

5 *Ordinarium potest Legatus prævenire in mensibus illi assignatis per concordata.*

6 *Præventio datur adversùs Ordinarium, etiam in mensibus fixis Iunij, & Decembris.*

6 *Legatus Avenionensis magnam habet authoritatem in collatione bonorum.*

8 *Legatus Avenionensis potest prævenire collatores ordinarios, ex mente Doctorum, qui in Gallia scripserunt, & Curiæ Parlamenti Delphinalis.*

9 *Legatus Avenionensis habet facultatem derogandi regulis Cancellariæ.*

10 *Vicelegatus Avenionensis omnia potest, quæ Legatus.*

10 *In dubio præferendâ est possessio, quæ certam boram continet.*

12 *Liber Datarij Apostolici plenè probat, & impugnari non potest.*

13 *Provisus à sede Apostolica in dubio præferendus est.*

14 *Quando aliquid præcedere debet quoad substantiam actus, præsumitur præcessisse in dubio.*

16 *Possessio canonicatus confirmatur ex actibus capitularibus postea factis.*

6 *Possessio anterior validiorem reddit collationem in concursu provisionum.*

17 *Præsumptio anterioris possessionis potentior est præsumptione anterioris provisionis.*

18 *In concursu horarum præfertur qui priùs missus est in possessionem.*

19 *Provisus Apostolicus, si se priùs coram executore præsentavit, præferendus est.*

26 *Provisio Ordinarij non facit fidem quoad horam, in præjudicium provisi Apostolici.*

21 *Data provisionis Ordinarij non probatur per sigillum, & subscriptionem illius.*

22 *Suspicio antidatæ Ordinarij, purgari debet per veras, & legitimas probationes.*

23 *Tempus provisionis Ordinarij debet aliunde probari quàm per domesticos ipsius.*

24 *Contra eum, qui diu distulit exhibere suas provisiones, & possessionem beneficij capere, non modica insurgit præsumptio.*

VAcante canonicatu, & præbenda, per obitum ultimi illius possessoris, orta fuit contentio inter provisum ab Illustrissimo & Reverendissimo Domino Vicelegato, & provisum ab Ordinario vigore alternativæ in mense Decembris: in qua provisum Apostolicum meliori jure niti Censui, prout in effectu, excluso proviso ab Ordinario, præfatus provisus in Legatione remansit in suo canonicatu pacificus.

Quia licèt Episcopis competat jus conferendi, tam de jure communi in mense Decembris, quàm vigore alternativæ, quæ hoc casu competebat; jus tamen illud non competit privativè ad Sedem Apostolicam, & summum Pontificem, sed cumulativè, ita ut inter ipsos locus sit præventioni; † cùm Papa sit Ordinarius Ordinariorum; & conferendo nulli faciat injuriam. Ludovis. *decis.* 221. *numero* 8. Rot. *decis.* 623. *numero* 2. *part.* 2. Cokier *ad reg.* 8. *Cancell. in proœmio, numero* 14.

Quod autem de Papa dictum est, eadem ratione procedit in Legato de latere, qui est collator ordinarius omnium beneficiorum existentium in Provincia sibi decreta: *cap.* 1. *de offic. Legat. lib.* 6. Gambar. *in tract. de potest. Legat. lib.* 3. *num.* 31. † Adeo ut jure ordinario omnia beneficia præventivè quoad alios collatores dare possit, nisi ab ipsis collatoribus ordinariis præveniatur. Thusc. *in verb. Legatus, conclus.* 169. *num.* 1. *& seq.* & inter Doctores Gallos, Selua *de benefic. part.* 3. *quæst.* 65. Franciscus Marcus *decis. Delphinatus* 318. *num.* 2. *part.* 1.

Et in propriis terminis, quod Legatus possit prævenire Episcopum, aut alium collatorem ordinarium, in mensibus ad ejus collationem vigore alternativæ spectantibus, tradit Gonzal. *ad reg.* 8. §. 2. *proœminali, num.* 54. *& in glos.* 25. *num.* 5. 6. *&* 16. ubi loquitur etiam de præventione concessa Legato adversùs ordinarium, in mensibus illi per concordata assignatis; distinguens præventionem factam pro beneficiis vacantibus, & pro vacaturis, ut primo quidem casu, præventio Legato competat, non secundo. † Et in individuo, de mense Decembris, & Junij, qui dicuntur menses fixi, tradit Gonzal. *glos.* 45. §. 41. *numero* 1.

Quod si hoc obtinet in aliis Legatis, multò magis locum habere debet in Legato, & Vicelegato Avenionensi: quibus non solùm concessa est facultas beneficia conferendi, ut advertit Rot. *decis.* 633. *numero* 1. *part.* 3. *lib.* 3. quam Legati Avenionensis, circa beneficiorum collationem, magnam potestatem agnoscunt etiam DD. Galli, & inter cæteros Cravet. *consil.* 177. *num.* 1. *versic. sed ad istud argumentum.* † Ubi dicit Legatum Avenionensem posse derogare juri communi, propter amplas illius facultates. Quod tamen modò non examinabimus; sufficiat dicere, quod etiam DD. Galli fatentur Legatum Avenionensem, seu ejus Vicarium habere jus conferendi beneficia præventivè quoad Ordinarios, ut fuit decisum apud Francisc. Marc. *decis. Delphin.* 86. *numero* 8. *part.* 2.

Concessa etiam est Legatis & Vicelegatis Avenionensibus facultas derogandi regulis Cancellariæ, prout quotidie per eos derogari videmus regulæ de infirmis resignantibus; & regulæ de verisimili notitia; & de annali, & similibus: & ita fuit decisum per Rotam Romanam *in causa Cavalicensi Canonicatus*, 2. *Junij* 1617. *coram Sacrato*

in

*in recent. deciſ.*508. *part.*4. confirmata *deciſ.*109. *part.*4. *tom.* 2. *recentiorum.*

Quæ poteſtas Legati reſidet eodem modo, quo-
10 ad beneficiorum collationem, & cum eiſdem facultatibus apud Vicelegatum Avenionenſem, Bertrand. *conſil.*117. *numero* 2. *priorum.*

Solùm igitur videndum, uter ex his in hujus be-
11 neficij conceſſione prævenerit, ut præveniens ex duobus proviſis, adverſùs præventum obtinere debeat.

Quod autem hoc caſu proviſus in Legatione præveniſſet, ex eo conſtabat, quod certa erat hora proviſionis ipſius, quæ probabatur fuiſſe hora prima poſt mediam noctem, prout ſcriptum reperiebatur in libro Datariæ, ubi fuerat capta parva data
12 illa hora. † Qui liber Datarij eſt liber publicus, ac plenè probat, & fidem facit; cùm non liceat Datarium, & ejuſdem libros de mendacio arguere: ut dicit Burat. *deciſ.*88. *num.*4. *&* 5. Maximè quia liber ille corroboratus erat aliis multis probationibus, veluti ex verbali Notarij, qui hora prima poſt mediam noctem fuerat vocatus, ut mitteret in poſſeſſionem proviſum Apoſtolicum, & ex mandato facto per Illuſtriſſimum & Reverendiſſ. Dominum Vicelegatum, eadem hora, per publicam ſcripturam, quo præcipiebatur commiſſario de mittendo proviſum Apoſtolicum in poſſeſſionem canonicatus.

13 Unde poſito citra præjudicium veritatis, quod Ordinarius eadem hora contuliſſet, præferendus tamen eſſet proviſus in Legatione, propter præeminentiam authoritatis ſedis Apoſtolicæ, quam Legatus repræſentat, *cap. ſi à ſede, de præbend. in* 6.

14 Sed fatendum eſt, datam Legationis eſſe anteriorem, quia data Legationis notat factam fuiſſe impetrationem circa horam primam; proviſio verò Ordinarij dicitur facta hora prima: præſumptio autem eſt, quod illa vox *circa*, debeat potiùs explicari ante, quàm poſt horam primam: quia cum verbale Notarij, & mandatum de immittendo facta fuerint hora prima, neceſſe eſt fateri collationem factam fuiſſe ante horam primam: nam quoties aliquid ex ratione ordinis præcedere debet, illud præſumitur præceſſiſſe quod ad ſubſtantiam actus præcedere debuit. Maſcard. *concluſ.*1235. *numero* 34.

Præterea proviſus Apoſtolicus non ſolùm in data, ſed etiam in adeptione poſſeſſionis erat anterior: nam poſſeſſionem adeptus fuerat hora tertia poſt mediam noctem, & deinde hora quinta matutina in choro ſederat, & lectionem ordine ſuo publicè cantaverat. Poſtea in egreſſu horarum matutinalium, convocato iterum capitulo, intervenerat, votum dederat, & juri optandi toto capitulo ac-
15 ceptante & ſtipulante renunciaverat. † Ex quibus actibus confirmabatur, & quatenus opus erat convalidabatur prima poſſeſſio capitulariter capta. Cocin. *deciſ.*1235. *numero* 11. Rot. apud Poſt. *deciſ.*57. *numero* 1.

Et è contra, proviſus ab Ordinario poſſeſſionem adeptus erat poſt hæc omnia, nempe poſt horam octavam matutinam, quo tempore capitulum recuſavit illum admittere, dicens poſſeſſionem eſſe plenam, & proviſo Apoſtolico jam fuiſſe reſponſum
16 de fructibus. † Stante igitur anteriori poſſeſſione proviſi Apoſtolici, quamvis proviſio Ordinarij horam contineret, & proviſio Apoſtolica non deſignaret horam; iſta tamen proviſioni Ordinarij prævalere deberet, ex notatis per Puteum *deciſ.*316. *in correct. lib.*1. Maſcard. *de probat. concluſ.*1235.
17 *numero* 33. Gonzal. §. *proœmiali*, *numero* 64. *&* *ſeq.* † Quia præſumptio poſſeſſionis potentior eſt horæ præſumptione; & uti talis apponitur in *d. cap. ſi à ſede, de præbend. in* 6.

Præterea, non ſolùm ſi daretur concurſus hora- 18
rum, prævalere deberet illius proviſio, qui prius poſſeſſionem adeptus eſt, ex traditis per Tuſch. *in verb. collatio, concluſ.* 445. *num.*4. † verùm etiam 19
ad inducendam præventionem, & potioritatem juris, ſufficit quod proviſus Apoſtolicus priùs ſe præſentaverit coram executore in literis deputato, juxta *regulam Cancellariæ* 15. *alias* 16. *de concurrentibus in data.* Hic autem proviſus Apoſtolicus hora prima poſt mediam noctem, & ſic per ſeptem horas ante poſſeſſionem proviſi ab Ordinario, ſe ſe coram commiſſario per Illuſtriſſimum Dominum Vicelegatum deputato præſentaverat.

Denique quia licèt proviſio Ordinarij contineret 20
horam primam poſt mediam noctem ejuſdem diei; nullam tamen fidem faciebat pro horæ probatione in præjudicium proviſi Apoſtolici: Rot. *deciſ.*1. *numero* 2. *&* 3. *de probat. in novis*, ubi dicitur, non credi litteris Epiſcopi contra Apoſtolicum impetrantem, in quibus Epiſcopus diceret ſe primò contuliſſe beneficium. Ratio eſt, quia fraus timetur, cùm ſæpè, & quaſi frequenter accidat, quod contra Apoſtolicos impetrantes anticipentur datæ; & non ſit rationi conſonum, ut Epiſcopo credatur in cauſa propria in favorem conſanguinei, vel familiaris ſui: & dicit ibi Rot. *numero* 3. quod ſæpè excogitantur fraudes contra Apoſtolicos impetrantes: quod etiam dicit eadem Rota *deciſ.* 206. *numero* 6. *part.*2. *recent.* Bellamer. *deciſ.*321. *&* 327. Lotter. *de re benef. quæſt.*23. *numero* 11. *&* *ſeq.* † Ubi dicitur 21
non ſufficere ſigillum & ſubſcriptionem Epiſcopi, vel illius ſcribæ aut ſecretarij: quia Ordinarij ſolent fraudes & technas exſtruere, ut ſupplantentur proviſiones Apoſtolicæ: & copiosè Gonzal. §. 3. *proœmial. num.* 147. ubi plures allegat. Non negabatur tamen inſignis Ordinarij pietas, & probitas, quæ omnem alioquin fraudis præſumptionem excludere poterat: ſed ex approbata per DD. præſumptione argumentum ſumebatur. † Omnes ſequen- 22
dem DD. dicunt oportere, ut Ordinarius ſuſpicionem iſtam per illas veras, & legitimas probationes purget, ut dicit Lotter. *loc. citat. numero* 13.

Non ſufficerent autem teſtimonia vel ipſius Epiſ- 23
copi, vel familiarium, & domeſticorum ejuſdem: ut dicit Gonzal. *dict.* §. 3. *proœm. num.*156. *&* 166. Ricc. *collect.*1442.

Urgebat ſanè hoc caſu magna præſumptio adver- 24
sùs proviſum ab Ordinario, qui illius erat domeſticus, & familiaris: quia ſi verè proviſiones habuiſſet hora prima, cùm non ignoraret dari concurſum cum proviſo Apoſtolico, & diligentiorem præferendum eſſe, non diſtuliſſet ab hora prima uſque ad octavam poſſeſſionem accipere; ſed latem hora quinta, qua omnes canonici ad officium matutinum ad Eccleſiam accedebant, illam accepiſſet: cogitare ergo debebat dormientibus jura non ſubvenire, ſed vigilantibus. † Ex hac igitur tar- 25
ditate præſentationis litterarum, præſumitur quoque tarditas datæ ipſarum: ad tradita per Menoch. *de præſumpt.*3. *numero* 105. *&* *lib.* 2. *præſumpt.* 91. *numero* 5. 6. *&* 7. ubi dicitur, præſumptionem oriri ex nimia negligentia, & tarditate exhibitionis ſcripturæ. Et ex his proviſus Apoſtolicus fuit abſolutus manutentus, & excluſus omninò fuit proviſus ab Ordinario.

CAPUT

CAPUT LXXI.

De nullitate matrimonij in Gallia contracti inter Catholicum & hæreticam, nullis præviis denunciationibus, nec proprio Catholici Parocho assistente, & non adhibito patris consensu juxta constitutiones Regias requisito. Et utrùm matrimonium nulliter contractum, per subsequentem cohabitationem ratificari possit.

SUMMARIUM.

1 *Promissio matrimonij transibat olim in verum matrimonium, copula subsequuta.*
2 *Per Concilium Trident. sublata sunt omnia matrimonia præsumpta.*
3 *Ordinatio Regia amplectitur dispositionem Concilij quoad matrimonia præsumpta, quæ etiam in Gallia non admittuntur.*
4 *Denunciationes in Gallia sunt necessariæ pro validitate matrimonij, tam inter Catholicos, quàm inter hæreticos.*
5 *Denunciationes matrimonij fieri debent in Parochia utriusque conjugis.*
6 *Deficientibus denunciationibus, matrimonium in Gallia dicitur deficere in forma substantiali.*
7 *In Gallia denunciationes requiri creditur non solùm ex necessitate præcepti, sed etiam ex necessitate Sacramenti, secundùm aliquos Doctores.*
8 *In Gallia matrimonia filiorum sine consensu patris invalida declarantur.*
9 *Liberi etiam majores ex Gallia ordinationibus tenentur saltem à parentibus petere licentiam nubendi.*
10 *Quando uterque conjux est Catholicus, sufficit matrimonium fieri coram Parocho alterius ex conjugibus.*
11 *Quando unus ex conjugibus est Catholicus, alter hæreticus, matrimonium in Gallia validum est; sed omninò intervenire debet proprius Parochus Catholici.*
12 *Matrimonium sine assistentia proprij Parochi in Gallia nullum est.*
13 *Ratificatio matrimonij non habet vim retrotractivam, sed valet ut ex nunc.*
14 *Solemnitates omnes requisitæ in matrimonio, requiruntur etiam in illius ratificatione.*
15 *Quando nullum adest initium conservabile, non fit retrotractio.*
16 *Circunstantia facti sunt multùm considerandæ quando agitur de annullando matrimonio.*

ACtum fuit de invaliditate matrimonij inter hæreticam & Catholicum celebrati in Gallia sine denunciationibus, & benedictionibus nuptialibus, & sine ulla proprij Parochi conjugis Catholici assistentia, nec patris adhibito consensu.

1 In hac quæstione supponendum fuit, quod ex antiqua sacrorum canonum dispositione, simplex matrimonij promissio, etiam per verba de futuro vim habebat veræ ac legitimæ conjunctionis matrimonialis, si copula carnalis fuisset subsequuta, per text. *in cap. is qui fidem, de sponsalibus.*

Sed tamen ex decretis sacri Concilij Tridentini sublata fuerunt omnia hæc præsumpta matrimonia, nec verum consistere potest matrimonium, nisi coram Parocho & testibus fuerit celebratum, non obstante quacumque promissione, etiam copula carnali interveniente. Cujus Concilij dispositio non solùm apud nos, qui immediatè summo Pontifici subjicimur, recepta est; sed etiam in Gallia, in qua nondum integrè Concilium Tridentinum admittitur: quia constitutio illa Concilij quoad matrimonia Regiam ordinationem habet non absimilem, per quam forma substantialis præscribitur, sine qua matrimonij contractus corruit, & promissiones nullæ sunt, quamvis subsequenti copula roboratæ: ut notavit Scholiastes ad Louet *litter. M, num. 6. fol. mihi* 480. *versic. ny en France.* D. Ludou. Bellus *consil.* 224. *num.* 8. Rationem reddit Peleus *in suis actionibus forensibus, lib. 7. artic. 3. pag. 20. versic. or est-il que l'Ordonnance, fol.* 806. quia ordinatio Regia vult omnia matrimonia, contra formam ibi expressam celebrata, nulla esse; & eos qui contra formam illam contraxerint, subjici pœnis Concilij. † Certum autem 3
est, quod Concilium annullat, & irrita decernit omnia matrimonia per verba de futuro contracta, vel etiam per verba de præsenti, quamvis copula fuisset subsequuta, si solemnitates ab ipso Concilio præscriptæ non fuerint observatæ. Imò in libris decretalium anno 1584. Romæ jussu felic. record. Gregorij XIII. summi Pontificis in lucem editis, notatur omnia hujusmodi matrimonia rata, sive præsumpta, per promissionem subsequuta copula inducta, esse sublata, & prædictum *cap. is qui fidem* 30. *de sponsalib.* esse abrogatum: & per consequens tam ex dispositione Concilij, quàm ex Regis decreto hujusmodi matrimonia invalida declarari debent.

Quamvis enim Princeps sæcularis non possit circa matrimonij validitatem decernere, tamen quando constitutio Principis conformis est Concilio, ea admittitur coadjuvando legem canonicam. Glos. *in Clem. Romana, in verb. tolli, num.* 6. cum aliis citatis per D. Ludovicum Bellum *d. consil.* 224. *num.* 6. *versic. quamvis.*

His ita suppositis, resolutum fuit matrimonium, 2
de quo agebatur, nullum & irritum declarandum esse. Primò ex defectu publicationum, seu denunciationum quæ in Gallia tam per Catholicos, quàm per hæreticos observari debent: imò majori cum rigore observantur apud hæreticos, quorum ministri nullo modo ex quacumque causa denunciationes solitas omittunt: ut testatur Addit. ad Louet *loco mox citato, nempe litter. M, num.* 6. † dictæque denunciationes fieri debent tam in Parochia mariti, quàm futuræ uxoris, neque sufficeret illas fieri in Parochia mariti tantùm, vel uxoris tantùm: Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 6. *num.* 4. Gutier. *de matrim. cap.* 56. *num.* 5. qui asserit ita fuisse declaratum per Eminentiss. Cardin. sacri Concilij interpretes. Basil. Pont. *de matrim. lib.* 5. *cap.* 30. *numero* 4.

In casu proposito nullæ aderant denunciationes 6
ex parte viri, nec ex parte uxoris; & per consequens juxta supremarum Curiarum arresta, & generalem Galliæ observantiam, matrimonium illud nullum & irritum declarandum erat, teste Carond. *lib.* 1. *resp.* 12. Ludou. Bell. *d. consil.* 224. *n.* 10. Louet *d. litter. M, num.* 6. *in glossa, columna* 2. qui affirmat † so- 7
lemnitatem istam denunciationum, seu publicationis bonorum esse apud Gallos conditionem necessariam, sine qua matrimonium subsistere non potest, sive inter majores, sive inter minores; non solùm ex necessitate præcepti, sed etiam ex necessitate Sacramenti.

mentis. Maynard. *lib.4.cap.5.num.4.* Bouchel. *in ſum. benef. in verb. mariage, in princip.* quod ego, nec multa alia Concilio minùs conformia non propono deciſivè: quia me remitto determinationi Sanctæ Matris Eccleſiæ; ſed refero duntaxat quod in Gallia ex Regiis ordinationibus, aut aliàs ſolet obſervari: nihil approbans, nec condemnans, niſi quod approbatur, vel condemnatur à Sancta Catholica Romana Eccleſia.

8 Alio etiam ex capite matrimonium de quo agitur, nullum declarabitur in Gallia: quia contractum fuit à filiofamilias abſque conſenſu paterno; imò contra illius expreſſam voluntatem: qua de cauſa, matrimonia in Gallia nulla declarantur & irrita; benè aut malè, non decido; ſed de hoc adſunt expreſſæ ordinationes antiquæ, & recentes; quibus matrimonia, ſine conſenſu parentum contracta declaran-
9 tur invalida. † Et quamvis adſit aliqua exceptio pro maſculis ætatem 30. annorum excedentibus, tenentur tamen ipſi filii petere à patre licentiam per inſtrumentum publicum: ut teſtatur Moſnier *aux alliances du droit François, in verb. Mariage, num.4.* quamvis Peleus per ipſum allegatus *lib.3.action. forenſ.25.* dicat fuiſſe judicatum, filium ætatis 31. annorum, qui ſine conſenſu patris uxorem duxerat, ſatisfeciſſe muneri ſuo, veniam admiſſæ culpæ à patre poſtulando. Ordinatio tamen requirit, ut filius major 30. annorum utatur debita diligentia, ut patris conſenſum & conſilium obtineat.

10 Tertia nullitas propoſiti matrimonij conſiſtit in eo quod ſine aſſiſtentia proprij Parochi conjugis Catholici, fuit celebratum; nec obſervatæ fuerunt conſuetæ formæ, per conjugem hæreticum inter ſimiles prætenſæ religionis homines ſervari ſolitæ: quæ nullitas eſt inevitabilis in Gallia ex ordinatione Bleſenſi *artic.40.* In hoc ſiquidem caſu, cùm diverſæ religionis ſunt conjuges, ſolemnitates ex utraque parte intervenire debent; quamvis ſi ambo eſſent Catholici, ſufficiat aſſiſtentia Parochi unius ex con-
11 jugibus: ut notat Barboſ. *in deciſ. Apoſt. cap.465. n.17. & in tractat. de officio Parochi, cap.21.n.45.* † At verò futuris conjugibvs, diverſam religionem profitentibus, aſſiſtentia proprij Parochi illius qui catholicus erat, omninò erat neceſſaria, ut Parochus ipſius conjugis catholici traheret ad ſe perſonam conjugis hæretici per connexionem, & illo caſu conjugium redderetur licitum, & matrimonialis cum hæretico communicatio: ut dicit Baſil. Pont. *de matrimon. Cathol. cum hæret. §.1.n.7. in fin.* Ceſſat enim ratio propter quam Doctores exiſtimant, præſentiam unius ex Parochis, nempe mariti, vel uxoris, ſufficere: quia nimirum Parochus ratione juriſdictionis quam habet in unum ex contrahentibus, habet quandam ſpeciem authoritatis Parochialis erga alium. Quia licèt (ut dictum eſt) conjux catholicus contrahere poſſit matrimonium cum ſui Parochi aſſiſtentia qui trahit ad ſe perſonam hæretici, reſpectu illius, qui eſt de ſua Parochiali juriſdictione; attamen reſpectu ipſius hæretici, qui non vult illum agnoſcere in Parochum, & ab ejus authoritate Parochiali ſe exemptum eſſe exiſtimat, & profitetur; fieri non poteſt ut ſolemnitati dicatur ſatisfactum, niſi ſervatis ſolemnitatibus per ejuſdem profeſſionis perſonas
12 conſuetis, & requiſitis. † Hoc igitur matrimonium nullum erit declarandum, non ſolùm in Gallia, ſed etiam in terris ſummo Pontifici immediatè ſubjectis, attento defectu inſanabili aſſiſtentiæ proprij Parochi, & teſtium, prout per plutima arreſta fuit declaratum: ut teſtantur Addit. ad Louet. Ludou. Bell. Bouchel, & alij ſuperius citati, Maynard. *lib.4.cap.5.* *remarques du droit François, in verb. mariage, num.4.*

Neque poteſt prætendi tacita hujus matrimonij ratificatio, ſub eo prætextu quod iſti aſſerti conjuges per ſpatium plurium annorum in figura matrimonij ſimul cohabitaverint. † Quia ratificatio ſubſiſtere 13
non poteſt, niſi obſervatis formis & ſolemnitatibus, quæ in ipſo matrimonio intervenire debuerant; in ipſo inquam actu matrimonij, & non poſt ipſum: Bald. *in l. obſervari, §. final. num.3. ff. de offic. Proconſ.* Felin. *in cap. cum dilecta, num.8. verſic. & ideo, extr. de reſcript.* & ratificatio non poteſt habere effectum retroactivum, quando non reperit initium validum: quia non valet ut ex tunc, ſed ut ex nunc, & dicitur novus: Surd. *deciſ.70. num.14.* † Et propterea ſo- 14
lemnitates omnes requiſitæ in celebratione matrimonij, requiruntur etiam in illius ratificatione. Seraph. *deciſ. 1242. numero 2.* & in terminis matrimonij declaratum fuit apud Ludoviſ. *deciſ.395. numero 6. & ſeq.* † Non enim poteſt fieri retroactio, quando nullum reperitur initium conſervabile. Rot. apud Ludoviſ. *d. deciſ. 395. numero 12.* poſt Bald. *in l. final. ſub numero 2. Cod. ad Velleian.*

Supradicta confirmantur ex diverſis facti circum- 15
ſtantiis, quæ in ſimili materia conſiderari debent; veluti ſi ageretur de perſonis inæqualis conditionis, aut aliis id genus, de quibus Ludou. Bell. *d. conſil.224. numero 10.*

Notandum tamen eſt, quod apud nos qui ſumus ſubditi immediatè ſummo Pontifici, nec defectus conſenſus paterni, nec denunciationum, reddit nullum matrimonium; ſed tamen Parochus qui nullis factis denunciationibus procedit ad matrimonij celebrationem, punitur pœna ſuſpenſionis ad triennium: *cap. cùm inhibitio 3. §. final. de clandeſt. diſponſatione.* Barboſ. *de offic. Parochi, cap.21. num.27.*

CAPUT LXXII.

Utrum exemptio à ſolutione decimarum acquiri poſſit per incolas alicujus loci contra Eccleſiam: ſive ex conſuetudine, ſive ex præſcriptione. Et quæ ſit in hac materia præſcriptionis, & conſuetudinis differentia. Quis utriuſque effectus. De exemptione à decimis, tam à toto, quàm à quanto. Utrum & quando decimæ ſint de jure divino. Et an ſufficiat loco decimæ, cenſum annuum, aut quid ſimile in recognitionem Eccleſiæ præſtari.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ, ſecundùm opinionem Canoniſtarum, ſunt de jure divino; quod tamen non admittunt Theologi.*

2 *Veritas eſt, quod decimæ ſunt de jure divino, quatenus reſpiciunt neceſſariam miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentationem, & non aliter.*

3 *Conſuetudo valet ſolvendi aliqua jura, vel præſtationes annuas loco decimæ.*

4 *Per ſolutionem alicujus annuæ præſtationis, redditur Deo recognitio, & ſatisfit præcepto Dei, quando talis eſt conſuetudo.*

5 *Approbatur conſuetudo ſolvendi Eccleſiæ aliquos fructus loco decimæ.*

6 *Multis*

6 *Multis in locis, qui solvunt censum Ecclesiæ ex certis prædiis de eorum domino directo existentibus, sunt immunes à solutione decimarum.*

7 *Non valet consuetudo vel præscriptio juris exigendi decimas per laicos.*

8 *Ius tamen exemptionis à solutione decimarum laici præscribere possunt.*

9 *Qua sit differentia inter consuetudinem, & præscriptionem, quoad decimas.*

10 *Exemptio à decimis facilius acquiritur consuetudine, quàm præscriptione.*

11 *Exemptio à decimis non acquiritur in præjudicium necessariæ substentationis clericorum.*

12 *Consuetudo favorabilior est præscriptione: ideo multis in locis adest consuetudo solvendi fructus aliquos loco decimæ.*

13 *Origo decimarum non processit ex præcepto legis divinæ, sed ex liberalitate Christianorum, secundùm sententiam nonnullorum.*

14 *Afferuntur textus, quibus probatur valere consuetudinem eximentem à decimis.*

15 *Canonistarum opinio est suspecta materia decimarum, quia agitur de eorum interesse; ideo prævalere debet sententia Theologorum.*

16 *Exemptio à decimis in certis casibus, approbatur in Gallia.*

17 *Ex ordinatione Regia possessio juridica admittitur adversùs solutionem decimarum.*

18 *Quæ requirantur in probatione consuetudinis exemptionem tribuentis à decimis in Gallia.*

19 *Præscriptio ex se sola, non sufficit ad acquirendam exemptionem à solutione decimarum; sed duntaxat tituli præsumptione roborata.*

20 *Multùm etiam potest ad acquirendam exemptionem à decimis probatio vocis, & famæ publicæ.*

21 *Tituli præsumptio fortior redditur ex temporis diuturnitate, si probetur scripturas communitatis propter bella, incendia, aut similes casus fuisse deperditas.*

22 *Concilium Lateranense non est quoad omnia ejus capita receptum in Gallia, quoad caput decimarum.*

23 *Explicatur Additio ad Louet* litt. D. numero 9. in fin.

24 *Ex mente Rotæ Romanæ, sola possessio immemorialis non est sufficiens ad decimas præscribendas, nisi probetur fama privilegij ante Concilium Lateranense.*

25 *Contraria tamen opinio servatur in Gallia, & approbatur à pluribus Doctoribus; nempe quod sufficiat præscriptio immemorialis.*

26 *Ecclesia contra Ecclesiam potest præscribere jus exigendi decimas, spatio quadraginta annorum.*

COmmunitas quædam Delphinatus contendebat se non teneri ad solutionem decimarum Ecclesiæ Cathedrali; nisi secundùm morem consuetum, videlicet de certo genere fructuum; nec illam deberi de prædiis censum capitulo facientibus, de quibus à tempore omnem omnium memoriam excedente, nulla soluta fuerat decima. Capitulum de omnium fructuum genere, & de omnibus prædiis, etiam ad censum datis ab antiquo, decimas exigere solebat: super hoc consultus Dixi.

1 In primis quod licet magna sit inter Doctores controversia, utrùm exactio decimarum sit de jure divino; affirmativam sententiam Canonistis tenentibus, Theologis autem negativam, loquendo secundùm legem Evangelicam: † verior tamen, & 2
tutior est sententia distinguens; aut enim decimæ considerantur quatenus illis ministri Ecclesiæ indigent ad necessariam sustentationem, & hoc respectu decimæ sunt de jure divino: aut verò considerantur ultra id quod necessarium est ad sustentationem Sacerdotum curam animæ exercentium; & hoc respectu, non sunt de jure divino: & hæc est opinio receptior, ut testatur Barbos. *in cap. si aliquibus 32. num. 4. de decim. & de jur. Eccles. univer. lib. 3. cap. 26. § 3. num. 64. versic. sed ego, & in tract. de offic. & potest. Paroch. c. 28. num. 6. &* 7. Theven. *sur les Ordonnances Royaux, lib. 1. tit. 13. artic. 5. in verb. ny alleguer prescription.* Expilly *plaidoyé 33. num. 27.* Fontanel. *de pact. nuptialib. claus. 4. gloss. 19. part. 1. num. 8. & num. 31. &* 36.

Rursùs quando constat de consuetudine legitimè 3
præscripta non solvendi integras decimas, per tempus immemoriale; sed loco illarum solutum fuisse censum, aut aliam annuam præstationem, talis consuetudo valida est, & sustineri debet, ac sinè difficultate observari. Ideo si dicta communitas probet ex certis prædiis solui solitam certam fœni, aut aliorum fructuum quantitatem loco decimæ, manutenenda est in illa consuetudine: cùm non agatur de tota decima præscribenda, sed de quota: ut fatentur omnes per text. *in d. cap. in aliquibus, § final. capit. committimus, capit. cùm sint homines, capit. dilecti, de decim. capit. ad Apostolicæ, eod. titul.* Rebuff. *de decim. num. 46.* † Ratio est, quia cùm sol- 4
vitur aliquid loco decimæ, satisfit præcepto divino, & præstatur Ecclesiæ recognitio, quæ illi super omnibus bonis nostris debita est, Monet. *de decim. capit. 5. numero 87.* Rebuff. *de decim. num. 46.* † Quod 5
etiam bene explicat Panormitan. *in dict. c. in aliquibus, num. 8. versic. alij fuerunt in opinione.* qui refert & approbat consuetudinem quorumdam populorum Germaniæ, seu Theutonicorum, qui certam fructuum quantitatem Ecclesiæ, loco decimæ præstant: quam consuetudinem ex eo maximè tolerandam dicit, quod sive multi colligantur fructus, sive pauci, sive nulli, semper eadem quantitas præstatur.

Hoc etiam docet experientia in pluribus locis, 6
& nominatim in hac civitate & Diœcesi Avenionensi, ubi ab aliquibus capitulis observatur, quod prædia censum, vel partem fructuum præstantia ipsi capitulo; & in quibusdam etiam locis Domino Archiepiscopo; nullam decimam omnino persoluunt. Atque ita in nonnullis antiquis transactionibus conventum vidi, & observatum scio; quod naturali æquitate nititur; ne videlicet ex eodem prædio duplex præstatio solvatur.

Tertiò dixi verum esse, quod laici decimarum sunt 7
incapaces, & ideo illas non possunt præscribere, quia sine possessione nulla datur præscriptio: non possunt autem laici decimas, quæ spirituales sunt, & à Sacramentorum administratione dependent, possidere: *capit. causam 7. de præscript. cap. prohiberi, de decim.* Rebuff. *in dict. tract. de decimis, quæst. 13. num. 77. & 78.* Papon. *lib. 1. tit. 12. arrest. 3.*

Sed circa hanc regulam variæ sunt opiniones: 8
quidam enim existimarunt magnam esse differentiam inter eos, qui præscribere volunt jus exigendi decimas; & eos qui præscribere duntaxat volunt jus exemptionis, & immunitatis à solutione illarum: difficilior quippe est in primo casu præscriptio; quia agitur de jure spirituali, cujus laici sunt incapaces: at in secundo casu facilior, quia agitur

de fructibus percipiendis, quorum ſine dubio laïci capaces ſunt : ita diſtinguit & explicat Covarr. *lib.2. variar.reſol.cap.17.num.10.* Fontanel. *de pact.nuptialibus, clauſ.4.gloſ.19.part.1.num.39.& 40.*

9 Alii differentiam in hac materia ſtatuunt inter præſcriptionem, & conſuetudinem ; ut conſuetudo locum habeat quando populus, aut alia perſonarum incertarum multitudo, non ſolet decimam ſolvere, aut ſaltem ſub certis modis & formis, ac certa quota vel quantitate : præſcriptioni verò locus ſit, quando privata perſona, ſeu etiam communitas, non uti communitas, ſed uti perſona privata, veluti pro bonis particularibus per ipſam communitatem poſſeſſis, tanquam ficta perſona. Abbas *in cap. cùm Eccleſia, num.45. col.8. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Rebuff. *dict. quæſt. 13. num. 45.* Moneta *de decim.d.quæſt.4.num.85.* plura D.Ludov. Bellus *conſil.46. & 47.*

10 Exemptionem à decimis populus acquirere poteſt faciliùs titulò conſuetudinis, quàm titulo præſcriptionis : imò Doctores in hoc convenire videntur, quod vigore conſuetudinis, laici titulum ſufficientem exemptionis à ſolutione decimarum acquirere poſſint, non ſolùm à quanto, ſed etiam à toto : & hæc eſt Theologorum ſententia, quam in hac materia ſequi debemus : ut dicit Expilly *in loco ſuperiùs*
11 *allegato.* † Cui ſubſcribunt etiam Juriſconſulti, dummodò Parochi, aut illi quibus decimæ debentur, habeant aliundè ex quo vivere poſſint : ut copiosè docet Moneta *in dict.tract. quæſt.4. num.92. verſic. quinimò.* Covarr. *dicto lib.2. var.reſol.cap.17.num.8. verſic. quibus mehercle.*

11 Ratio præmiſſorum ex eo petitur, quod conſuetudo habet vim legis humanæ ; decimæ verò per legem humanam inſtitutæ ſunt, ut ſuprà ex Theologorum ſententia diximus *num.* 1. maximè juxta diſtinctionem allatam *num.2.* quando videlicet Parochi habent unde vivere poſſint. Et in effectu in Italia, & in Græcia multis in locis, & alibi nullas ſolvi omninò decimas plurimi Doctores teſtantur : & inter cæteros Filliucius *tom.2.quæſt.moral.tract.28.c.7. num.152.* Mareſcot. *lib.2. var.reſol.cap.95.num.29.* Vaſq. *lib.2.controv. cap.89. num.8.* Monet. *loc.citat. num.92. in fin.* Covar. *dict.cap.17. num.8.* Grimaudet, *au traicté des dixmes, lib.3.cap.6. de la couſtume ſur le payement des diſmes, num.3.* † Ubi oſten-
13 dit, in exordio Chriſtianæ religionis decimarum ſolutionem, ex mera fidelium liberalitate, & charitate originem duxiſſe, ut Eccleſiæ miniſtrorum alimentis ſubveniretur : & quod ſi decimæ in aliquo Chriſti Domini, vel Apoſtolorum præcepto fundatæ eſſent, illarum aliqua mentio apud antiquos ejus ætatis Patres facta fuiſſet ; & generaliter ubique illarum exactio fieret : quod tamen non ſic ſe habet, ut
14 mox dictum eſt. † Et in effectu in *dict.cap.in aliquibus, in princip.* dicitur multas eſſe gentes, quæ ſecundùm ſuos ritus decimas ſuo more non ſolvunt ; quamvis cenſeantur nomine Chriſtiano : & in *eodem cap.circa finem,* ibi, *ex lege divina, vel conſuetudine approbata : & in cap. cùm ſint homines* 18. ibi, *ad conſuetudinem duximus recurrendum : & in capit. ad Apoſtolicæ* 20. ibi, *Quod per conſuetudinem diu obtentam, noveritis obſervari : & in capit. commiſſum,* ibi, *quæ priuſquam ſolebant perſolvi, & in cap.final. de Paroch.* ibi, *ſi in ultramarinis partibus ratione prædiorum decimæ perſolvantur.*

15 Et quamvis Canoniſtæ, ut antea diximus, ſint contrariæ opinionis ; tamen ut dicit Expilly ſuprà citatus, & alii, magis credendum eſt hâc in re Theologis, quàm Canoniſtis, qui in propria cauſa, & ad propriam utilitatem pro majori parte ſcripſerunt : ex traditis per Cyn. *in leg. quoties, Cod. de judic.* 16

Et ſi exemptio totalis à ſolutione decimarum eſſet contra jus divinum, Concilium Lateranenſe non permiſiſſet, infeudationes ante illud Concilium in favorem laïcorum factas ſubſiſtere : quod fuit celebratum anno 1179. & Gallia, quæ fidem Catholicam & Eccleſiaſticorum jura tueri ſolita eſt (ſi hæreticorum tempora tollas) conſuetudines, quibus multi populi à decimarum præſtatione ſunt liberi, minimè toleraſſet : ut dicit Grimaudet *in dict.tract. des diſmes, cap.* 6. Plura in hanc rem Diana *reſol. moral.part.3.tract.5.reſol.77.* Summa Dianæ *in verb. decimæ, num.2.*

Huic opinioni (cùm negotium in Gallia tractatur) annuit ordinatio Regia relata per Theveneau, *lib.1. tit.13. art.5.* prohibens conſuetudinem, aut præſcriptionem adversùs decimas opponi, præter eam quæ in jure admittitur : & in effectu *ibidem* Theven. ait, hoc caſu ſufficere quod allegetur titulus, & probetur poſſeſſio immemorialis, etiam ad obtinendum in petitorio, aſſerens ita in Gallia practicari quamvis differentiam inter conſuetudinem, & præſcriptionem in hac materia non approbet.

Notandum tamen eſt, conſuetudinem iſtam cum ſuis omnibus requiſitis verificandam eſſe, videlicet cum poſſeſſione 40. annorum, ſecundùm aliquorum opinionem ; vel cum poſſeſſione immemorialis, ſecundùm ſententiam aliorum : quæ poſterior ſententia verior eſt, & in Galliæ tribunalibus recepta. Theven. *dict.lib.1. tit.13. art.5. in verb. ny alleguer preſcription, in fin.*

Quod ad præſcriptionem attinet, non ſolùm ad eam temporis lapſus allegandus eſt ; ſed titulus ex temporis diuturnitate præſumptus ; cujus non exigitur probatio, ſed ſufficit allegatio : qui enim pro ſe temporis immemorialis probationem habet, poteſt allegare titulum meliorem de mundo ; præſertim ſi loco decimæ certum quid annuum perſolvatur, quo caſu poteſt allegari titulus concordiæ, & tranſactionis, qui in materia decimarum licitus eſt teſte Rebuff. *de decim. quæſt.13.num.36.* Grimaudet, *des dixmes, lib.3.cap.7.*

Qui autem nullas omninò decimas ſolverunt, melius facturi ſunt, ſi famam privilegii cum titulo præſumptione probaverint. Menoch. *lib. 6. præſumpt.86.num.4.& 5.* Monet. *de decim.cap.5.num.74. & 118.* † Quæ famæ privilegii probatio corroboratur, ſi probetur ſcripturas & documenta, externis quibuſdam fortuitiſque caſibus, belli, incendii, direptionis & ſimilibus probabiliter fuiſſe deperdita. Grimaud. *in d.tract.lib.2.cap.6.num.32.* & ita fuit judicatum per Arreſtum Curiæ Pariſienſis die 20. Novembris 1568. quod ſufficit allegare titulum qui præcedat Concilium Lateranenſe : & pro hujus rei probatione, docere de poſſeſſione, ſeu quaſi, temporis omnem hominum memoriam excedentis. Loüet *litter. D, num.* 35. Quia poſſeſſio immemorialis æquipollet titulo, ne alioqui fiat præjudicium illis qui propter bellorum civilium caſus, ſcripturas & documenta amiſerunt. † Nec Concilii Lateranenſis conſtitutio in hoc capite decimarum, eſt in totum apud Gallos uſu recepta. Forget *tit. des dixmes cap.2.num.4.& 5.*

Neque obſtat, quod Additio ad Loüet *litter. D, num. 9. in fine, verſic. quand une perſonne laye,* aſſerit, laïcos nullo unquam tempore exemptionem

nem à decimus præscribere posse. Quia intelligendus est, quando laicus sola temporis diuturnitate nititur, secus si ultra temporis lapsum tituli præsumptionem alleget: hoc enim sufficit in Gallia, ut jam fuit ostensum; maximè quando Ecclesiastici habent aliunde necessaria ad alimenta: quia hoc casu, decimæ non sunt de jure divino, & sic cessat ratio fundamentalis
24 ejusdem Authoris. † Quamvis Rota Romana aliter judicare soleat, nempe solam possessionem immemorialem non sufficere, nisi probetur fama privilegij ante Concilium Lateranense obtenti: ut probatur *ex decisione* 474. *n.* 3. & 4. *part.* 1. *in recent.* & apud
25 Duran. *decis.* 205. *num.* 15. † Sed contraria opinio non solùm in Gallia recepta est, verùm etiam apud plurimos DD. Joan. Andreas *in cap. cum Apostolicæ* 7. *num.* 6. *de his quæ fiunt à Prælatis*, & ibi Anton. de Butrio *num.* 17. Anchar. *num.* 6. Imol. *num.* 21. Larrea *part.* 2. *allegat.* 69. *num.* 17. Et communem hanc esse sententiam, testatur Alexand. *consil.* 6. *numero* 4. *in fin. versic. pro quo adduco*, & *num.* 5. & ibi Addit. *in verb. latius*, qui plures ejusdem opinionis DD. allegat, Theven. *loco citato.*
26 Ultimo loco advertendum est, quod licèt Parochus primitivus fundatam habeat intentionem in exactione omnium decimarum; si tamen reperiatur alia Ecclesia præscripsisse jus exigendi decimas; vel quod loco decimarum, prædia quædam adinstar Parochi sub censu annuo, aut alia præstatione concesserit, & appareat hanc annuam solutionem subrogatam esse in locum decimarum, non poterit aliquid pro decimis à Parocho primitivo prætendi: quia Ecclesia contra Ecclesiam jus decimas exigendi privativè, præscribit spatio quadraginta annorum, *c. ad aures, de præscript. cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. Covarr. *lib.* 2. *variar. resol. cap.* 17. *num.* 7.

CAPUT LXXIII.

Quomodo acquiratur jus capellæ, vel sepulturæ in Ecclesiis regularium, in quibus laici juspatronatus obtinere nequeunt, ad effectum præsentandi, sed tantùm ad effectus honorificos. De jure sepulturæ, an transeat ad hæredes sanguinis, vel ad extraneos. Utrùm finita familia jus sepulturæ, aut jus apponendi arma, & insignia, possit alteri concedi in præjudicium memoriæ fundatoris. Arma, insignia, inscriptiones, & similia sculpta, vel duntaxat depicta in capella, aut Ecclesia per fundatores, aut benefactores, quando & quomodo apponi, vel auferri possint. Et quæ requirantur ad hoc ut benefactoris arma, de consensu regularium apponi queant in ipsorum Ecclesiis, remanentibus semper insignibus, & inscriptione facta in honorem memoriæ fundatoris.

SUMMARIUM.

1 *Quamvis alicui competat jus sepulturæ in aliqua capella, non ideo sequitur, ad illum spectare jus capellæ.*

2 *Et è contra, concesso jure capellæ, non censetur concessum jus funerandi, nisi fuerit in concessione expressum.*

3 *Quando requiratur assensus Apostolicus in concessione capellæ. Remissivè.*

4 *Juspatronatus capellæ non acquiritur benefactoribus simplicibus, sed solis dotatoribus, seu fundatoribus.*

5 *Juspatronatus non competit laicis in Ecclesiis regularium. Intellige, ut num.* 20.

6 *Mortuo illo qui jus sepulturæ habet, totaque illius familia extincta, potest sepultura, aut capella alteri concedi. Intellige ut infrà, numero* 16. *& 17.*

7 *Capellæ sunt membra Ecclesiæ, in qua sunt constructæ; & eodem modo regulandæ.*

8 *Capella potest ædificari in Ecclesia patronatæ, etiam invito & repugnante Patrono.*

9 *Insignia seu arma insculpta lapidi, apponere nemo potest, nisi sit fundator, seu Patronus.*

10 *Arma depicta in papyro possunt apponi in capella ab hærede fundatoris, ut ibi remaneant duntaxat durante anno luctus.*

11 *Inscriptio potest apponi in capella in honorem fundatoris.*

12 *Arma fundatoris non possunt tolli, etiamsi tota illius familia fuisset extincta.*

13 *Ampliatur etiamsi fundator fuisset declaratus proditor, & rebellis, ex Romani sententia.*

14 *Extincta familia simplicis benefactoris, ejus insignia tolli possunt, quamvis ejus sepultura insculpta.*

15 *Qui sepulturam habet, potest in ejus lapide insignia sua insculpi facere.*

16 *Quæ sepulchra sint familiaria, & ad solos hæredes sanguinis transeant, & quæ ad quoscumque, etiam extraneos hæredes transmittantur.*

17 *Jus sepulchri, & insignium non transit ad fideicommissarium.*

18 *Sicuti nec jus capellæ, quando substitutus est extraneus.*

19 *Quid observandum sit quando religiosi concedunt ex urbanitate appositionem armorum aliis, quam fundatoribus.*

20 *Juspatronatus potest laicus acquirere in Ecclesiis regularium, quoad jura honorifica.*

21 *Hæres extraneus, cui ex urbanitate conceditur ut arma sua apponat, non potest auferre insignia fundatoris.*

22 *Quæ intervenire debeant, & sub quibus conditionibus permitti possit hæredi extraneo, ut arma sua apponat in capella, vel Ecclesia.*

VAriæ occurrunt controversiæ circa capellas, & jus arma & insignia lapidea aut depicta fundatorum, vel benefactorum in illis apponendi, & sepulturas aliarum personarum in eis prohibendi: pro quarum dilucidatione sequentia notanda sunt.

In primis enim, quod licèt alicui competat jus 1
sepulturæ intra capellam alicujus Ecclesiæ, non ex eo sequitur, ipsi competere jus capellæ; cùm in una capella pluribus facultas, & jus sepulchri competere possit, quamvis nec illam fundaverint, nec dotaverint: at juspatronatus, seu ius capellæ, ad solum fundatorem, datorem vel constructorem pertinere possit. † Quam differentiam agnovit Ricc. *in prax.* 2
alienat. ver. Eccles. decis. 42. ubi dicit quod concessâ capellâ, non censetur concessum ius funerandi; ideo monet tabelliones, ut in hoc advertant, dum super simili materia contractus recipiunt, ut appo-

3 nant clauſulam *cum jure funerandi.* † Et eodem in loco, Ricc. explicat, quibus modis alicui capella concedi poſſit cum aſſenſu Apoſtolico, vel ſine eo: quod docet Quarant. *in verb. alienatio, numero* 49. Bonac. *de alien. bon. Eccleſ. diſput.* 2. *quæſt.* 1. *punct.* 2. *numero* 12.

4 Secundò notandum eſt, magnam eſſe differentiam inter dotatores, ſeu fundatores capellæ; & benefactores: nam licèt quis legatum pium, aut donationem fecerit alicui capellæ, non propterea prætendere poteſt quod jus patronatus ſibi in tali capella competat: ſed requiritur fundatio, vel dotatio, per quam abſque alia reſervatione acquiratur fundatori, aut dotatori juſpatronatus, ſeu jus honorificum in tali capella. Rot. *deciſ.* 89. *num.* 25. *part.* 6. *recent. & deciſ.* 517. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Duran. *deciſ.* 147. *num.* 1. ſed ex eo quod quis ſit benefactor, non propterea tale jus illi quæritur in capella, vel Eccleſia; imò requiritur quod in totum Eccleſia, ſeu capella dotetur. Ricc. *in prax. juris patron. deciſ.* 167. Duran. *deciſ.* 285. *num.* 35. *&* 94.

5 Tertiò notandum eſt, non eſſe licitum perſonis ſæcularibus obtinere juſpatronatus in Eccleſiis regularium mendicantium, ſeu in ipſarum capellis: quia eo ipſo quod ſæculares fundationem aliquam faciunt in Eccleſiis regularium, jus quæſitum eſt religioſis, ut laici & ſæculares nullo modo ſe immiſcere poſſint, cùm fuerit talis fundatio effecta Sancta Sanctorum. Anchar. *conſil.* 113. *num.* 3. Quia loca

6 religioſa nequeunt eſſe in alicujus dominio: † unde ſive agatur de capella, ſive de ſepultura in Eccleſiis regularium conceſſa; laicus ſolùm habet uſum pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, cum facultate prohibendi ne quis alius ibi ſepeliri, aut jus capellæ prætendere poſſit: ſed illo mortuo, & extincta ejus familia, jus illud poteſt per religioſos alteri concedi: ut oſtendit Sanch. *in conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 14.

7 *num.* 4. † Juſpatronatus autem talis capellæ in Monaſteriis mendicantium fundatæ, ad effectum præſentandi, non competit fundatori: cùm libera adminiſtratio Eccleſiæ & capellarum in ea fundatarum competat religioſis: quia hæ capellæ judicantur tanquam acceſſoria, & membra ipſius Eccleſiæ, *cap. indemnitatibus*, §. *final. de electione lib.* 6. Boloquin. ad Joan. de Anania *conſil.* 86. *in principio.*

8 Quartò notandum eſt, quod etiamſi Eccleſia ſit de jurepatronatus alicujus, tamen tertius abſque conſenſu patroni poteſt fundare, & ædificare capellam: imò eo invito, in eadem Eccleſia, quia ex hoc non fit præjudicium patrono; & tamen acquiritur utilitas Eccleſiæ: ideo ſi patronus contradicat, talis contradictio ratione caret: ut teſtatur Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 3. *artic.* 17. quem citat & ſequitur Lezana *in ſumma quæſt. regul. in verb. ſepultura, numero* 16.

9 Quintò concludendum eſt, nemini licere arma, & inſignia inſculpi facere in Eccleſia, vel capella, niſi fundatori, vel patronis ipſius Eccleſiæ, vel capellæ: quia armorum & inſignium appoſitio, eſt quoddam dominij argumentum, juxta ea quæ notantur per Adden. ad Buratum *deciſ.* 323. *num.* 20. Chaſſan. *in catal. glor. mundi, part.* 1. *conſid.* 55. Sola *in conſtit. Sabaud. tit. de inſignib. & armis, gloſ.* 2.

10 *num.* 7. Anchar. *d. conſil.* 113. † Sed duntaxat poſſunt apponi arma depicta in papyro, non ut ibi perpetuò remaneant; ſed durante duntaxat anno luctus. Bacquet *des droicts de juſtice, cap.* 20. *num.* 16. *Traicté des droicts honorifiques, tit. des titres & ceintures funebres, fol.* 241. † Poteſt enim apponi in-

11 ſcriptio in honorem fundatoris: Rot. *deciſ.* 609. *numero* 1. *& ſeq. part.* 5. *recent.* idem etiam de ſtatuis marmoreis, & ſimilibus, *num.* 2.

12 Sextò concluditur, arma ſeu inſignia fundatoris ſemel appoſita Eccleſiæ, vel templo, à nemine auferri poſſe, etiamſi familia ipſius extincta ſit: quia memoria fundatoris ſemper conſervanda eſt, ne alij pij homines ab hujuſmodi bonis operibus arceantur: *argum. l.* 1. *Cod. de ſtatuis & imagin.* & pro conſervatione memoriæ defuncti, datur officium judicis: text. eſt in *l. Quintus*, §. *Pomponius*, *ff. de annuis legat.* Joan. de Anan. *conſil.* 86. & ibi Boloquin. *in addit.*

13 Amplia, ut quamvis arma rebellium, & proditorum deſtrui debeant; non tamen debent, nec poſſunt clerici arma fundatoris ab Eccleſia, vel capella tollere. Ludou. Roman. *ſingul.* 480. quod tamen non probatur per textus ab eo allegatos: ideo ſi ceſſus occurreret, & ageretur de crimine læſæ majeſtatis, meliùs cogitandum eſſet.

14 Aliud ſtatuendum eſt in benefactoribus, aut aliis qui ſolum jus ſepulturæ habent in Eccleſia, vel capella: quia ut dictum eſt *num.* 6. extincta familia, jus ſepulturæ alteri concedi poteſt; & per conſequens ejus inſignia etiam ſepulturæ inſculpta auferri: ut notat Lezana *tom.* 2. *ſummæregul. cap.* 11. *numero* 23. † Dixi *inſculpta ſepultura*, quia qui ſepulchrum habet in Eccleſia, poteſt in ipſa ſepultura inſignia ſua etiam humi inſculpta in ipſo lapide tenere, ut dicit Author dicti tractatus *des droicts honorifiques, loco mox citato*, quæ ex prædictis, extincta familia, abradi poſſunt: ſed inſignia fundatoris ſemper conſervanda ſunt.

15 Sed præmiſſa, quæ de jure ſepulchrorum dicta ſunt, intelligi debent cum diſtinctione: aut enim ſepulchra familiaria ſunt, utpote quæ pro ſe, & deſcendentibus, ſeu pro ſe & tota familia, quis acceperit; & hæc extincta familia alteri concedi poſſunt, & inſignia lapidi ſepulchri inſculpta tolli: aut ſunt hæreditaria, & hæc non ad deſcendentes, aut familiares tranſeunt, ſed ad hæredes, quamvis extraneos: hanc diſtinctionem colligit ex *l. famosa, cum ll. ſequentibus, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 41. quæ prædictam reſolutionem comprobat: & ſecundum hæc intelligenda ſunt tradita per Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 11. *artic.* 13. *& lib.* 3. *quæſt.* 5. *artic.* 4. *num.* 3. *&* 10.

17 Quod autem jura ſepulchrorum, & juſpatronatus regulariter non tranſeant ad fideicommiſſarium univerſalem, ſed ad hæredes; quamvis tranſeant ad ſubſtitutos per ſubſtitutionem directam, tradit Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 219. *&* 220. *necnon quæſt.* 234. *&* 235. cum pluribus ibi citatis. † Atque ita alias obſervavi & judicavi in quadam cauſa compromiſſaria mihi commiſſa inter quoſdam Nobiles, in qua ius capellæ & ſepulturæ fuit adiudicatum fideicommiſſariis, & non ſubſtitutis per fideicommiſſum; cui decreto partes acquieverunt: & inter cætera cuppromiſſi, iſtud ſpecialiter in tranſactione & conſilio advocatorum confirmarunt, advertendo quod illo caſu ſubſtituti erant extranei, & non de deſcendentibus: hæredes verò de deſcendentibus vide Barry *de ſucceſſ. lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 33. *&* 18

19 Septimò poſſunt religioſi ex mera gratificatione & urbanitate, concedere benefactori & eius hæredibus facultatem arma ſua inſculpi, vel depingere in Eccleſia, vel capella. Anchar. *d. conſil.* 113. *num.* 9. *&* 10. Quod tamen hoc caſu ita faciendum eſt, ut tales benefactores declarent, quod per hujuſmodi armorum appoſitionem nullum ius, aut tu-

tulum, præter illud benefactoris, acquirere intendunt. Quia licèt superiùs dictum fuerit, nullum jus patronatus in Ecclesiis regularium acquiri posse; hoc dictum fuit de jure patronatus quoad effectum præsentandi religiosos, quod sæcularibus competere
20 non potest. † Sed quoad alios effectus, nempe quoad jus honorificum, & præeminentiam, aliosque similes actus; certum est jus patronatus sæcularibus, in Ecclesiis regularium concedi posse, ut decidit Cavaler. *decis.* 265. *numero* 6. & 7. post Lambertin. *lib.* 1. *part.* 1. *art.* 7. *undecimæ quæstionis principalis*, *num.* 3.
21 Octavò, si hæres extraneus, qui non est de familia fundatoris, velit sua insignia inscribi facere, hoc facere non potest absque dubio, auferendo fundatoris arma: Lambertin. *de jurepatron. lib.* 3. *quæst.* 5.
22 *art.* 4. *num.* 8. † Remanentibus autem armis fundatoris, non potest talis hæres extraneus arma propria apponere, nisi pluribus concurrentibus.

Primò, quod illius author fuerit simplex benefactor, qui arma sua de consensu religiosorum apposuerit. Secundò, quod talis hæres, qui vult arma sua apponere, constituat etiam se benefactorem, & in Ecclesiam liberalitatem exerceat. Tertiò, quod inscriptio apponatur in memoriam fundatoris, & quod ista sunt arma & insignia benefactoris. Quartò, quod nullus alius supersit de familia fundatoris. Quæ omnia copiosè deducit Lambertin. *d. lib.* 3. *de jurepatron. q.* 5. *art.* 4. *num.* 8. *& per totum.*

CAPUT LXXIV.

De alienationibus factis per collegia Avenionensia: quod in eis requirantur solemnitates necessariæ in alienationibus bonorum Ecclesiæ; quæ tamen non sunt adhibendæ in concessione officiorum graffariatus à Collegio dependentium, quando solita sunt concedi ad vitam possessoris. Et quando constare dicatur de consuetudine concedendi ad vitam. Et de effectu harum clausularum, *ad beneplacitum*; vel, *quamdiu benè feceris*, & similium; quæ non officiunt perpetuitati concessionis. Denique utrùm resignatarius officij in casum evictionis, habeat regressum pro restitutione pretij contra resignantem.

SUMMARIUM.

1 *In alienationibus bonorum magni Collegij Avenionensis adhibendæ sunt omnes solemnitates requisitæ in alienatione bonorum Ecclesiæ.*
2 *In concessione officiorum ad vitam, non sunt observandæ solemnitates requisitæ in alienationibus bonorum Ecclesiæ.*
3 *Quando res solita est concedi in emphyteusim ab Ecclesia, potest alienari & concedi sine solemnitatibus.*
4 *Vt doceatur rem aliquam solitam esse concedi in emphyteusim, non est necessariò probanda consuetudo legitimè præscripta: sed sufficit probare, vel unam præcedentem concessionem legitimam, vel duas minus legitimas cum cursu 40. annorum.*
6 *Officium fuisse solitum concedi ad vitam, probari potest per testes.*
6 *Concessio officij ad vitam facta per totum capitulum, revocari nequit: quia capitulum nunquam moritur.*
7 *Prælatus ardua negotia cum consensu capituli administrare potest.*
8 *Quando posterior concessio non est conformis antiquis, & præcedentibus, non est ideo annullanda, sed reducenda ad formam antiquarum.*
9 *Clausula* quoad vixeris, *non alteratur per subsequentem clausulam*, quamdiu benefeceris, *vel per clausulam*, ad beneplacitum.
10 *Officiales Baronum ad vitam provisi, non debent per Barones revocari.*
11 *Barones sine causa officiales sic provisos removentes, tenentur illis damna resarcire.*
12 *Officialibus sine causa remotis competunt remedia possessoria.*
13 *Officia ad vitam alicui concessa vacare non possunt, nisi uno ex tribus modis, videlicet per obitum, renunciationem, vel delictum.*
14 *Qui emit officium soluto pretio, habet regressum contra vendentem pro restitutione pretij, quamvis emptio scienter facta fuisset.*

REctor & capitulum collegij concesserat officium graffariatus jurisdictionis à dicto collegio dependentis, & provisus fuerat immissus in possessionem illius officij, tanquam vacantis per liberam dimissionem, seu cessionem ultimi illius possessoris; cumque de dictæ provisionis validitate, & irrevocabilitate ageretur; Censui provisionem validam esse, & irrevocabilem. † Quia licèt in alienationibus re- 1
rum, & bonorum ad similia collegia pertinentium, eædem requirantur solemnitates, quæ intervenire debent in alienationibus rerum & bonorum Ecclesiæ: prout determinavit Berttand. *consil.* 281. *per tot. volum.* 4. ubi in specie loquitur de quadam alienatione prati, quæ facta fuerat per collegium S. Nicolai de Annexiaco, vulgò magnum collegium præsentis civitatis Avenion. † Tamen illud procedit, quando 2
agitur de alienatione bonorum immobilium collegij; secus est, quando agitur de collatione officiorum à collegio dependentium, in quibus non requiruntur dictæ solemnitates; cùm eorum alienatio non sit perpetua, sed vacare soleant, & ad collegium reverti per obitum provisi. Rot. *decis.* 622. *num.* 9. *lib.* 3. *part.* 3. *divers.* Burat. *decis.* 24. *num.* 12. & 13.

Quod maximè procedit, quando hujusmodi officia 3
solita essent ad vitam possidentis conferri, prout dicitur de re solita concedi in emphyteusim, vel feudum, *c.* 2. & ibi DD. *de feudis.* Possunt enim solita sic concedi, alienari sine solemnitatibus: Burat. *d. decis.* 24. *n.* 14. Rot. *d. decis.* 622. *num.* 10. *lib.* 3. *part.* 3. *divers.* quia ex eo quod dicta officia semel exiverunt de mensa capituli, si de novo concedantur, non dicuntur ampliùs alienari. Rota *dicta decis.* 622. *num.* 10.

Et licèt Grat. *disc.* 167. *n.* 9. requirat hoc casu proba- 4
tionè consuetudinis legitimè præscriptæ, etiam cum contradictione officialiũ collegij: tamen non videtur ejus opinio hoc casu procedere; cum contrariũ sit intẽtioni Rotæ Rom. quæ vult ad hoc ut res aliqua dicatur solita concedi, alterũ ex duobus sufficere, nempe vel unam concessionẽ validam & solemnem, quæ præcedat; vel saltem duas minus solemnes, cum cursu quadraginta annorum. Rot. *divers. dec.* 160. *n.* 5. *par.* 2. ubi dicitur hanc esse communem conclusionem.

Seraph. *deciſ.*434. *num.*1. *&* *deciſ.*1451. *num.*2. *&* *deciſ.*1490.*n.*3.*&* 5. *&* *in recent.deciſ.*36.*n.*7. *part.*7.

5 Et quod plus eſt, ſufficit probari per teſtes, quod dictum officium ſolitum ſit concedi ad vitam, ut deciſum fuit in eadem Rota *d.deciſ.*622.*num.*10.*part.*3. *lib.*3. quod ſolitum, cùm benè in caſu propoſito probaretur, ſequitur conceſſionem dicti officij ex defectu ſolemnitatum impugnari non poſſe.

6 Idque tantò magis, quia conceſſio illa facta fuit per totum capitulum: quod cùm nunquam moriatur, conceſſio ad vitam valet irrevocabiliter, quamdiu vivit proviſus. Afflict. *deciſ.*101. *num.*2. *verſic. fallit niſi fuiſſet.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancellar. gloß.*5. §.11. *numero* 21. quos citat & ſequitur Gratian. *d.*

7 *cap.*167. *numero* 10. † Et probatur ex traditis per Cardin. Zabarell. *conſil.* 95. *verſic. quod autem ratione poteſtatis*, ubi dicitur, Prælatum poſſe, cum conſenſu collegij adminiſtrare quæcumque pertinentia ad Eccleſiam, etiam ardua, *cap. novit, cap. quanto, & toto titulo de his quæ fiunt à prælatis.*

Et quamvis in aliquibus ex antiquis conceſſionibus, adſit illa clauſula, *quamdiu benè feceris, & fidelis eris*; & propterea iſta ultima conceſſio non videatur valida, tanquam facta ſub alia forma diverſa ab antiqua, ad quam ſemper debet haberi reſpectus; tamen ad hoc dupliciter reſpondetur.

8 Primò, quod diverſitas utriuſque conceſſionis non reddit invalidam ultimam, ſub diverſa forma vel clauſulis factam: ſed hoc tantùm operatur, ut ultima reducatur ad formam antiquæ, non tamen propterea redditur invalida, ut ex magis communi, & veriori ſententia tradit Clar. *in* §. *feudum, quæſt.*13. *numero* 7. *verſic. ſed quid ſi alteret, & in* §. *emphyteuſis, quæſt.*6. *num.*2. *verſic. ſcias tamen.*

9 Secundò Reſpondetur omnes officiorum conceſſiones, tam novas, quàm antiquas, continere clauſulam illam, *quoad vixeris*, cujus natura non alteratur per adjectionem ſequentis, *donec fidelis eris, & benè feceris*: quæ non impedit quominus officium cenſeatur conceſſum ad vitam: ſicuti etiam clauſula, *ad beneplacitum*, quæ tamen non impedit perpetuitatem conceſſionis officij, ita ut non obſtantibus illis clauſulis, officialis ſine culpa revocari non poſſit: ut teſtatur Mart. *de clauſ.part.*2. *clauſ.*1.*n.*1. *&* 4. Ozaſc. *deciſ.*144. *num.*13. *&* *ſeq.* Franciſc. de Ponte *in tract. de poteſt. Proregis, tit.*3. *de electione officialium, in princip. num.*5. *&* *ibi* Thor. *in addition. fol. mihi* 29. *num.*5.

10 † ubi loquitur de officialibus Baronum, qualis erat Graffarius proviſus à collegio tanquam Barone & Domino juriſdictionali. Fontanel. *de pact. nuptialib. clauſ.*4. *gloſ.*10. *part.*1. *num.*146. *&* *ſeq.* Maſtril. *de magiſtrat. lib.*1. *cap.*27. *n.*16. *&* *ſeq.* & *n.*42. ubi loqui-

11 tur de Barone, † qui ſi revocaret officialem ſuum, teneretur ad omnia reparamenta tam in foro conſcientiæ, quàm in foro contentioſo: clauſula enim hujuſmodi, *donec fidelis & obediens eris*, ſolùm continet admonitionem quandam ad bene & fideliter ſe gerendum in exercitio officij: ut dicit Fontanel. *loco citat.* & Joſeph. Ramon. *conſil.*35. *num.*4. Adeo ut ſine

12 juſta cauſa dictus Graffarius removeri non poſſit: † & illi competant remedia poſſeſſoria pro manutentione in poſſeſſione ſui officij: *cap. ex tenore, de reſtitut. ſpoliat.* Cevallos *com. opin. quæſt.*425. *n.*19. ubi dicit

13 † hujuſmodi officia, quamvis ad beneplacitum conceſſa, non poſſe vacare, niſi uno ex tribus modis: videlicet per obitum, renunciationem, vel delictum in officio commiſſum: in quibus caſibus antequam privetur poſſeſſor, audiri debet in ſuis defenſionibus per remedia juris ordinaria, etiam poſſeſſoria.

14 Et in omnem eventum, caſu quo dictus Graffarius ſine culpa ſua removeretur: Dixi illi competere actionem contra reſignantem, ſaltem pro reſtitutione pretij, cui ſemper locus eſt; quamvis reſignans ſolùm promiſiſſet pro ſuo dato & facto tantùm: & quamvis emptio fuiſſet facta à ſciente, multò igitur magis, ſtante expreſſa conventione de reſtituendo pretium. Surd. *conſil.*36. *numero* 22. Mangil. *de evict. quæſt.*57. *numero* 3.

CAPUT LXXV.

De reſignatione mutua duorum beneficiorum, quæ tamen in effectu mera eſt permutatio; utrum ſit illicita, dum partes non exprimunt id fieri animo permutandi; quamvis inter ſe de permutatione tractaverint. Et quod reſignatio ſit valida ea intentione facta, ut alicui, putà amico, vel alteri beneficium conferatur, etiamſi talis amicus Epiſcopo nominetur, aut alteri collatori; dummodò nulla apponatur clauſula, vel conditio neceſſitatem collationis importans.

SUMMARIUM.

1 *Contractus do ut des, non eſt licitus, etiamſi detur ſpirituale pro ſpirituali.*

2 *Licitum eſt alicui beneficium ſimpliciter reſignare eo animo, ut collator illud alteri conferat, dummodo nullum fiat pactum.*

3 *In iis quæ ex ſola Eccleſiæ conſtitutione prohibita ſunt, non ſufficit ſola voluntas, niſi etiam interveniat pactum.*

4 *Non eſt ſimonia, ſi quis mandatum faciat ab habente reſignandum, & ad rogandum collatorem ut tali beneficium conferat.*

5 *Verba illa*, ad petendum & ſupplicandum, *non important neceſſitatem conferendi.*

6 *Reſignans liberè poteſt ſignificare collatori cui deſideret beneficium reſignatum conferri.*

7 *Non eſt neceſſe quod dum beneficium reſignatur animo permutandi, exprimatur quod reſignatio ſit ex cauſa permutationis.*

8 *Permutantes debent mutuò reſignare: & tamen poſſunt de mutuò reſignando: & hoc etiam caſu, licèt non fuerit illud expreſſum in reſignatione, valet reſignatio: & ſecuta evictione beneficij ſecundò adepti, licet redire ad primum.*

SUpposito fuit in facto, Titium feciſſe mandatum ad reſignandum certum beneficium pure & liberè in manibus Ordinarij, qui de illo proviſo Sempronium; & eadem die Sempronius fecit mandatum ad reſignandum purè, & liberè aliud beneficium quod poſſidebat, in manibus Illuſtriſſimi Domini Vicelegati, qui illud contulit Titio. Unde dubitatum fuit, utrùm in illis proviſionibus præſumatur interveniſſe pactio illicita, aut ſimoniæ ſitus, cùm videatur adeſſe correſpectivitas, & velut quædam contractus innominatus, do ut des, † qui non eſt licitus, quamvis detur ſpirituale pro ſpirituali. Poteſt

riſ. *de reſig. benef. lib.* 14. *quæſt.* 4 *num.*3. ubi dicitur

tur quod, renuntians in favorem alicujus, ut *ille* vel alius renuntiet illud beneficium in favorem ipsius, vel alterius, putà nepotis vel amici, dicitur simoniacè renuntiare, ut tradunt DD. in *Clem. unica, de rer. permut.*

Sed tamen concluſum fuit, nullam in caſu propoſito interveniſſe ſimoniam, aut illicitam pactionem. † Quia de jure licitum eſt beneficium reſignare alicui eâ mente, & intentione, ut Epiſcopus aut collator illud alteri conferat, dummodo ſuper hoc non interveniat aliquod pactum, per quod imponatur neceſſitas collatori illud conferendi certæ perſonæ. Felin. *in cap. ad audientiam 31. num. 3. verſic. quod autem, extr. de reſcript.* † dicens quod in iſtis prohibitis ex conſtitutione Eccleſiæ, ſi non intervenerit pactum, non ſufficit ſola voluntas ad incurrendam ſimoniam: ſicut videmus quotidie, quod in manibus Papæ fiunt renunciationes, & conceduntur reſervationes penſionum ipſis renuntiantibus; quamvis Papa non ignoret quod ambæ partes de hoc priùs tractaverunt: quod Papa non toleraſſet, ſi illud ſimoniam contineret. Idem tenuit Rebuff. *in tract. de pacific. poſſeſſ. num. mihi 245. verſic. non tamen eſt ſimonia.* † Ubi dicit non eſſe ſimoniam, ſi quis conſtituat procuratorem ad reſignandum purè & liberè in manibus Legati, vel Ordinarii, & ad requirendum eum, ut conferat beneficium liberè reſignatum certæ perſonæ: quia hæc requiſitio non imponit neceſſitatem Ordinario: & ita judicavit Rot. *deciſ. 2. de ſimonia*, apud Caſſadorum. † Quia verba illa, *ad obtinendum & petendum ſupplicationem*, non important neceſſitatem. Idem notavit Sanch. *in conſil. moralib. lib. 2. cap. 3. dub. 36. num. 12.* ubi plures allegat: † hoc amplians, etiamſi reſignans liberè, poſtea proponat Ordinario cui vellet tale beneficium conferri.

Et magis ſtrictè pro deciſione caſus propoſiti adeſt Gloſſ. *in cap. unico, in verb. ex cauſa, in primo notabili*, quam ſequitur Petr. de Ubaldis *in tract. de permut. beneficior. part. ultim. num. 56.* Zerola *in prax. part. 2. in verb. renunciatio*, §. 3. Garc. *de benef. part. 11. cap. 4. num. 2.* qui dicunt quod permutatio beneficiorum fieri poteſt exprimendo, vel non exprimendo quod partes renuntiant ex cauſa permutationis.

Præterea Doctores omnes in *dicta Clement. unic.* aſſerunt permutationem per ſe fieri, imò & de rigore faciendam eſſe per liberam, & puram reſignationem compermutantium; illoſque poſſe mutuò reſignare beneficia, etiam præcedente tractatu de permutando. Et quod non eſt opus exprimere titulum permutationis, dummodò reſignationes hinc inde purè & liberè fiant, cùm per eas non ſint ligatæ manus collatorum, & reſignantes non teneantur exprimere cauſam reſignationis; ſed illa præſumatur de jure, ad hoc ut ſi reſignatio compermutantis nulla, vel invalida declaretur, vel propter aliquod impedimentum non poſſit ſortiri effectum, reſignans poſſit ad beneficium reſignatum redire: ut tradunt *ibidem* Cardin. Zabarel. *num. 4. 5. & 6.* Anchar. *num. 6.* Imola *num. 7. & 8.* Unde concluſum fuit, dictas reſignationes validas eſſe, & legitimas; & ita fuit obſervatum.

CAPUT LXXVI.

De notis, & ſtigmatibus in corpore perſonarum de maleficio accuſatarum repertis, utrùm ſolæ faciant indicium ad torturam? Et quibus indiciis concurrentibus, & utrùm ſufficiant ad condemnationem.

SUMMARIUM.

1 *Stigmata in corpore maleficarum reperta, faciunt aliquod indicium contra ipſas.*
2 *Stigmata fiunt in parte quæ ſenſu omninò deſtituta remanet, ope dæmonis.*
3 *Refertur ſententia mentionem faciens iſtorum ſtigmatum, lata in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis Avenionenſis, anno 1582.*
4 *Fabricenſes qui olim dicerentur, & quæ illis ſtigmata inuri ſolerent.*
5 *Ex ſigno alicujus impreſſo, deſumitur argumentum dominii ejuſdem.*
6 *Ex ſolo impreſſi ſtigmatis indicio, niſi alia concurrant, judex non debet reum torquere.*
7 *Indicia delicti quæ dicantur levia, quæ gravia, & quæ graviſſima.*
8 *Indicia delicti quæ dicantur proxima, & quæ remota.*
9 *Indicium ſtigmatis non eſt proximum, ſed remotum.*
10 *Stigmata à maleficis dæmon quandoque tranſfert, vel in totum aufert.*
11 *Indicium ſtigmatis non eſt grave, nec indubitatum, & in eo ſæpe Chirurgi decipiuntur.*
12 *Sententia lata ex relatione peritorum, poteſt quandocumque retractari per alias probationes.*
13 *Refertur hiſtoria cujuſdam malefici, in quo Chirurgi valdè diſcordes fuerunt.*
14 *Ex ſtigmatibus cum aliis adminiculis poteſt deveniri ad torturam.*
15 *Tortura magna, vel parva infertur propter gravitatem, aut levitatem indiciorum.*
16 *Concurrente mala fama inquiſiti cum ſtigmatibus, poteſt deveniri ad torturam.*
17 *Ex ſolis ſtigmatibus nunquam deveniri poteſt ad condemnationem.*
18 *Præſumptio quæ oritur ex ſtigmate, non eſt violenta, contra Bodinum.*

Sæpiùs in ſancto Inquiſitionis tribunali occurrunt quæſtiones circa notas, aut ſtigmata in corporibus maleficorum, ſeu maleficarum reperta: quæ ad tria capita reducuntur. Primò, utrùm tales notæ indicium aliquod faciant. Secundò, utrùm ſufficiant ad torturam. Tertiò, utrùm ex illis notis & ſtigmatibus, oriatur ſufficiens & ſatis violenta præſumptio ad condemnationem. Quibus controverſiis ſatisfit per ſequentes concluſiones.

Prima. Nullum eſt dubium, quin ex hujuſmodi ſtigmatibus in corpore maleficarum repertis, oriatur indicium, ſeu præſumptio aliqua maleficii. Quia cùm dæmon ex permiſſione divina applicando activa paſſivis poſſit, & ſoleat notas hujuſmodi corporibus illorum imprimere, qui ſe ejus poteſtati ſuppoſuerunt, ut quotidiana docet experientia: inter va-

rias præſumptiones, & indicia hujuſmodi tam gravis delicti, qualis eſt converſatio cum maleficis, defectus lachrymarum, defixio oculorum in terram, crucis fractura vel totalis defectus in roſario Glorioſiſſimæ Virgini Mariæ dedicato, cum ſimilibus; numeratur etiam, & non immeritò, inuſtio, ſeu impreſſio ſtigmatis: ut nos in diverſis perſonis impreſſum vidimus, & nominatim in quadam muliere nuncupata Ludovica Dapport, quam anno 1615. ad brachium ſæculare remiſſam, publicè in Curia ordinaria præſentis civitatis ad ultimi ſupplicii pœnam condemnavimus: cujus ſcelera præcedente ſtrangulatione, ignis ſupplicio plecti mandavimus, prout
2 in effectu fuit concremata. † Ipſa ſiquidèm ultra plurima indicia, probationes, & confeſſiones, reperta fuit in corpore notata quodam ſtigmate ſenſu carente, ita ut acu infixa, velatis priùs oculis, nullum planè doloris ſenſum demonſtraret: quod de aliis ſimilibus teſtatur Martin. Delrio *diſquiſit. magic.*
3 *lib.2. quæſt.21. num.* 187. † Similiter & in ſententia lata anno 1582. in Sancto Iuquiſitionis officio per R.P. Florum Provincium, tunc ſanctæ fidei Inquiſitorem, contra plurimos ſortilegos, & veneficos, inter cætera hæc verba continentur.

Et ut ad tantam perfidiam & impietatem vos majori vinculo divinciret, notam vel ſtigma cuilibet veſtrûm veluti rei ſuæ propriæ inuſſit. Quæ ſententia refertur apud Delrio *diſquiſit. magic. lib. 5. text. 16. fol.*84. unde negari non poteſt, quin adverſus hujuſmodi perſonas oriatur indicium, ſi dicto ſigno, vel ſtigmate notatæ reperiantur: cùm ex eo cenſeantur conſenſum præſtitiſſe dæmoni notam imprimenti, tanquam argumentum dominii propriæ perſo-
4 næ, quod in dæmonem tranſtulerunt: † ad inſtar ſtigmatum, quæ olim Fabricenſium brachiis imprimebantur: Fabricenſes enim erant qui fabricæ cenſiti ſeu adſcripti, reperiebantur, & arma publica in diverſis provinciis fabricabant, quorum brachiis ſtigmata, hoc eſt notæ publicæ imprimebantur, ut latitantes ex hujuſmodi ſigno dignoſci poſſent: *l. ſtigmata 3. Cod. de fabricenſ. lib.* 11. & ibi DD. maximè Lucas de Penna. † Et quemadmodum ex ſigno,
5 ſeu marca cognoſcitur quis ſit dominus mercium, Bartol. *in d. l. ſtigmata*, & ex nota animalibus impreſſa dignoſcitur quis ſit illorum dominus, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1052. *num.*3. & ex armis, ſeu inſignibus judicatur quis ſit dominus, ſeu fundator capellæ, vel ſepulchri, ex traditis ſuprà *cap.*73. Ita & nota illa præſumptionem dat contra reum, dominii per eum in dæmonum tranſlati. Maximè quia id ſola naturali operatione, utplurimùm, fieri nequeat; ſed dæmonis ope, propter inſenſibilitatem illius partis quæ doloris eſt expers, dum clauſis oculis, & tentatâ ſæpius per diverſas corporis partes acus fixurâ, ſolus ille locus ſenſu deſtitutus reperitur: quod ultra experientiam per nos, ſeu in noſtra præſentia, & Reverendiſſimi Inquiſitoris factam, refert Henric. Boquet, Doctor Burgundus, *in ſuo diſcurſu des ſorciers, cap.*44. *in fin.*

6 Secunda concluſio. Non poteſt, nec debet judex ad torturam ex hoc ſolo indicio devenire, ſed ſolùm concurrentibus aliis adminiculis. Pro cujus concluſionis corroboratione, † in primis ſupponendum eſt, 7 indicia duplicis eſſe generis: quædam proxima, alia remota. Indicium proximum illud dicitur, quo poſito, ponitur criminis effectus; & quo ſublato, illius tollitur effectus, & quod reſpicit veritatem rei, & delicti immediatè per ſenſum viſus, vel auditus, juxta ſubjectam materiam. Remotum eſt illud, quod non tangit directè delictum, ſed illius circunſtantias Farin. *de indic. & tortur. quæſt.* 36. *num.* 44. *& ſeq.* Alia præterea adhibetur indiciorum diſtinctio: quædam enim ſunt gravia, alia graviſſima, alia levia. Levia ſunt quæ facilè à delicto abeſſe poſſunt: gravia, quæ frequenter contingere ſolnet: graviſſima verò, quæ frequentiſſimè & facillimè in delicto, de quo agitur, intervenire conſueverunt. Idem Farin. *d. quæſt.* 36. *num.*49. *& ſeq.*

Stigmatis indicium non eſt delicto proximum, ſed remotum; cùm non tangat directè delictum, nec directè concludat; ſed tantùm indirectè concurrat ad ſignificationem delicti: non enim in omnibus qui hoc delicto convincuntur reperitur; ſed in illis diutaxat de quorum conſtantia dæmon dubitare poteſt, ſed conſtantibus non inurit. † Et haſce notas dæmon à carceratis nonnunquam in totum aufert, quandoque in aliam corporis partem transfert, ut notavit Binsfeld. *quem citat* Delrio *lib.*5. *text.*4. *n.*28. *fol.*38.

Prædictum ſimiliter indicium non eſt indubitatum, nec per conſequens graviſſimum: ſæpe enim deluduntur hominum judicia, & aberrant Chirurgorum ſententiæ: dum alii notas iſtas ſenſu carentes exiſtimant, quas tamen alii non minoris in ea arte experimenti, ac ſcientiæ, ſenſibiles eſſe tuentur. † Quod cauſæ eſt, ut ſuper horum hominum relato-
ne nullum certum fieri poſſit fundamentum: & generale eſt, probationis hoc genus, quod privilegium vocamus, non eſſe tantæ efficaciæ, quin ſententia ex peritorum judicio lata retractari quandoque poſſit, aliis peritioribus adhibitis. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.*47. *num.*83. *& ſeq.* qui plures alios Doctores allegat. † Et in effectu, cùm anno 160[illegible] quidam Joannes Grenier fuiſſet de crimine maleficii, de ſortilegii inquiſitus coram Ordinario in Gallia, reperta fuit in ejus corpore livor, ſeu nota nullum acus infixæ & oblongæ dolorem ſentiens, & nullam emittens ſanguinem, prout Chirurgus referebat: idcirco poſtea negotio ad Senatum Pariſienſem delato, reperta quidem fuit in corpore inquiſiti figura ſtigmatis: ſed dum duobus Medicis Pariſienſibus hujus literis & notæ viſitatio commiſſa fuiſſet, unus ex ipſis notam illam nihil aliud eſſe referebat præter cutis albedinem ex aliqua ignis ſcintilla injectu prodeuntem, cùm illam & vita & ſenſu plenam oſtenderiſſet: alius verò partem illam corporis, in quam illâ reperiebatur impreſſa, omni ſenſu carentem exiſtimaſſet: ita ut incertior Senatus per dictam relationem redditus, hominem illum à pœna mortis abſolutum, ad perpetui in monaſterio religioſorum ſervitii, & in eo detruſionis, ac incluſionis pœnam condemnatum dimiſerit: ut refert Autumn. *ad l. nullus aruſpex, Cod. de malef. & mathem.*

Secunda verò concluſionis pars: quod concurrentibus aliis adminiculis devenire poſſit ad torturam, ſi ſtigma fuerit in corpore inquiſiti reperta, probatur: Quia licèt unum indicium remotum non ſufficiat ad infligendam torturam, niſi aliis indiciis concurrentibus; ſi tamen alia concurrant adminiculis, poteſt reus torqueri; maximè in iſtis graviribus & atrocioribus criminibus: veluti ſi infitus, fuiſſet ab alio malefico nominatus, qui poſtlum in nocturno ſagarum conventu vidiſſet; quamquam in eo non pauci larvati & incogniti adeſſe ſolent, ut dicunt rei de hoc delicto inquiſiti) vel infeſſet contra reum magna diffamatio, vel ſuorum tractatio, aut quid ſimile: † tunc enim judex poteſt ad torturam procedere magnam, vel parvam pro modo indiciorum. Peregr. *conſil.*2. *num.*105. *lum.*2. Berlich. *lib.*3. *concluſ. practic. part.*4. *concl.*2. *de proceſſ. in cauſ. venef. num.* 153. ubi licèt nonnulla injuſta

inustam, quâ inquisitus reperitur signatus, inter in-
16 dicia veneficii referat: † tamen *num.* 162. concludit ad hoc ut indicia per eum proposita sufficiant ad torturam, requiri ut saltem aliqualis mala fama, & siniſtra suspicio veneficii concurrat: quæ tamen sola ad torturam non sufficeret.

17 Tertia conclusio. Solum stigmatis indicium non sufficit ad condemnationem. Hæc conclusio evidenter probatur ex præcedentibus. Cùm enim probatum fuerit, hoc solum indicium non sufficere ad torturam inferendam, multò minùs sufficere poterit
18 ad condemnationem. † Maximè cùm non absolutè vera videatur Bodini sententia, qui *lib.* 4. *dæmonom. cap.* 4. præsumptionem hanc vocat bene violentam, quanquam ipse fateatur ex ea sola ad condemnationem deveniri non posse: sed alias requiri præsumptiones & conjecturas, veluti si socius criminis pœnitentiâ ductus in articulo mortis inquisitum nominaverit. Unde indubitata est & verissima conclusio proposita.

CAPUT LXXVII.

Sententia declaratoria nullitatis professionis fieri debet per Ordinarium, unà cum Superiore conventus, in quo facta fuit professio: adeo ut commissio hujusmodi negotii non possit dari alteri, quàm Superiori principali; nempe Priori, vel Guardiano: nec sufficiat, si in hac causa processerit Subprior, etiam uti à Priore deputatus; cùm Subpriores, vel vicarii Guardianorum non sint in Ecclesiastica dignitate constituti. Quod R. P. D. Vicegerens Avenionis non habeat jurisdictionem in similibus causis. Sententiam super professionis nullitate latam, non posse transire in rem judicatam. Novitiatus annus quamvis debeat esse continuus, & non interruptus; tamen potest compleri ante decimumquintum annum ætatis novitii finitum. Si tamen novitiatus integer non fuerit, nulla est professio ipso jure, adeo ut non sit opus sententia de-declaratoria.

SUMMARIUM.

1 *Forma Concilii Tridentini super cognitione nullitatis professionis, præcisè servanda est, nec sufficit illam servari per æquipollens.*

2 *Commissiones sedis Apostolicæ non solent dari aliis quàm Guardianis, vel Prioribus conventus.*

3 *Soli Guardiani vel Priores conventuum constituti sunt in dignitate Ecclesiastica.*

4 *Nomen dignitatis debet intelligi de principali dignitate, in terminis* capit. statutum, de rescript. in 6. *ibidem.*

5 *Gesta per delegatum non habentem qualitates requisitas in* cap. statutum, de rescript. in 6. *sunt nulla.*

6 *Subdelegatus debet esse in dignitate Ecclesiastica constitutus, quando eadem qualitas requiritur in delegante.*

7 *R. P. D. Vicegerens Avenionis, non potest sine speciali commissione procedere ad sententiam declaratoriam nullitatis professionis.*

8 *Citatio quæ fit initio litis, debet præcedere, & personaliter intimari.*

9 *Commissio super declaratoria nullitatis professionis, dari debet Ordinario, & superiori illius loci in quo professio facta fuit, & non alterius.*

10 *Sententia lata super professione, nunquam transit in judicatum, nec similiter in causa usurarum, numer.* 11. *nec in causa matrimoniali, num.* 12.

13 *Valet argumentum à matrimonio carnali ad spirituale.*

14 *Annus novitiatus debet esse continuus, & non interruptus; alias professio est nulla.*

15 *Sufficit annum novitiatus continuari, & compleri ante anni decimiquinti finem.*

16 *Annus novitiatus numerandus est à die quo novitius suscepit habitum, quamvis eo tempore nondum attigisset annum decimumquintum.*

17 *Professio est valida, quamvis interruptio aliqua intervenerit, si prius totus annus novitiatus fuisset completus.*

18 *Sententia lata ex falsa causa, nulla est; ita ut non sit opus ab ea appellari.*

19 *Quando novitiatus annus non fuit finitus, professio est nulla; & non est opus desuper sententiam obtinere; servata forma Concilii Trident.*

20 *Professio emissa ante completum annum novitiatus, nequidem valet tanquam simplex votum.*

21 *Novitius recedens etiam non petita licentia, nullam incurrit irregularitatem ad Ordines, vel beneficia Ecclesiastica, sæcularia, vel regularia.*

22 *Annus novitiatus integer, & completus requiritur pro forma: ideo si non observetur, corruit actus ipso jure, etiam sine declaratione.*

23 *Professio est nulla, etiamsi deficerent ab anno novitiatus duæ, vel tres horæ.*

24 *Hoc non procedit in eo qui tenetur ex voto præcedenti profiteri religionem: potest enim profiteri non completo novitiatus anno, & ante* 16. *annum completum, secundum aliquos.*

25 *Ordinarius potest declarare nullam professionem emissam ante completum annum* 16. *absque alia commissione.*

VArii sæpiùs occurrerunt casus decidendi super validitate, aut invaliditate sententiarum, quibus professiones per regulares emissæ, annullatæ & irritæ declaratæ fuerint: in quibus diversimodè quandoque affirmativè, quandoque negativè, secundùm varias facti circunstantias respondendum fuit.

Inter cæteros propositus fuit casus sententiæ de- 1
claratoriæ nullitatis professionis per Ordinarium, unà cum R. P. Subpriore conventus latæ; quæ propterea subsistere non potuit, tanquam lata contra formam sacri Concilii Trident. *sess.* 25. *cap.* 19. *de regular.* ubi nominatim requiritur pro forma, quod declaratio nullitatis professionis fiat coram Ordinario loci, & Superiore regulari: quâ formâ non servatâ, corruit in totum processura: cùm non sufficiat formam Concilii servari per æquipollens, ut

fuisse

fuiſſe determinatum per Dominos ſacri Concilii interpretes, teſtatur Riccius *in praxi aurea rer.for.Eccleſ.reſol.20. per totam.*

2 Neque commiſſio ſedis Apoſtolicæ data fuerat Subpriori, ſed Priori conventus, ſeu ejus ſuperiori; cùm ex ſtilo Cancellariæ Apoſtolicæ commiſſiones hujuſmodi non aliis dari ſoleant, quàm Prioribus, vel Guardianis conventuum, juxta text. *in cap. ſtatutum, §.1. de reſcript. in 6.* & melius in *Clement. etſi* 3 *principalis, l.2. eod. tit.* † Soli enim Guardiani minorum, ſeu Priores aut ſuperiores aliorum conventuum, poſſunt eſſe commiſſarii ſedis Apoſtolicæ, tanquam in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti: ut notat *Geminian. in cap. nullus religioſ.num.6. de elect. in 6.* Aufr. *ad deciſ.13. capellæ Tholoſan. in fin.* Dum enim conſtitutum fuit, ut commiſſiones, & delegationes ſedis Apoſtolicæ darentur perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis; nomen *dignitatis* intelligi debet per prius, id eſt de principali dignitate; & non per poſterius. Anchar. *in d.Clem.2.* & *ibidem* Imol. *num.1.* ubi dicit, quod textus *in d.cap. ſtatutum*, intelligendus eſt de dignitate ſtrictè, & propriè ſumpta: quia in dubio verba ſic debent intelligi, ut propriam potiùs & naturalem interpretationem recipiant, quàm impropriam & accidentalem.

4 Subpriores autem non poſſunt dici propriè habere dignitatem, vel prælaturam; quamvis forſan aliquam habeant adminiſtrationem in pertinentibus ad clauſtrum, & ad normam: unde dictorum jurium diſpoſitio debet intelligi de dignitate principali, nempe de prioratu principalem adminiſtrationem tribuente in bonis, & juribus univerſalibus conventus. Imol. *in d.Clem. etſi principalis, num.3. & 5.* & de hoc eſt optima gloſſ. in *verb. clauſtrali*, ubi nominatim habetur, quod hodie poſſunt dari ſoli Priori, 5 propter dictorum textuum diſpoſitionem. † Unde propter juriſdictionis defectum, ſententia declaratoria nullitatis dictæ profeſſionis nulla eſt: quia omnia geſta per delegatum non habentem qualitates requiſitas per *dictum cap. ſtatutum*, nulla ſunt. Monet. *de commut.ult.vol.cap.8.num.120.*

6 Nec verum eſt, quod Superior potuerit in hac cauſa Subpriori cognitionem ſubdelegare: quia ſubdelegatio non ſuſtinetur, niſi in ſubdelegato concurrant eædem qualitates, quæ requiruntur in ſubdelegante: & ſic ſubdelegatus debet eſſe in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus. Gomez *in comment. ad dictum cap. ſtatutum, de reſcript. num.62. in fin.* poſt Abbat. *in cap. paſtoralis, extr. de offic. deleg.* & Rotam *deciſ.393. Nota quod ſi in forma communi, in antiqu.* Monet. *de commut. ultim.volunt. d. cap.8. num.115.*

7 Et per eandem rationem aliàs Dixi, ſententiam declaratoriam nullitatis profeſſionis, latam per R.P. D.Vicegerentem Avenionis, nullam eſſe, ex defectu juriſdictionis: quia licèt amplæ ſint facultates ipſius, non tamen potuit in hac materia judicare; cùm ſpeciales à Sacro Concilio judices fuerint conſtituti, 8 *d.ſeſſ.25. cap.19. de regularibus.* † Præſertim verò, quia ſine citatione proceſſerat; cùm tamen certum ſit, dictum religioſum, de cujus interceſſe principaliter agebatur, debuiſſe in initio litis perſonaliter citari. Seraph. *deciſ.1276.n.4.* Rot. *deciſ.637.num.2. part.2.recent.* & Dixi *in tract. de præventione judiciali, cap.9.num.49.* neque factæ fuerant debitæ diligentiæ contra condemnatum.

9 Et in alio caſu propter eundem juriſdictionis defectum, fuit impugnata ſententia lata ſuper nullitate profeſſionis in hac civitate per Dominum Archiepiſcopum, & Superiorem conventus: quia profeſſio facta fuerat in civitate Aquenſi, & per conſequens commiſſio dari debebat ex Concilio, Archiepiſcopo illius loci, in quo facta fuerat profeſſio: ut refert Barboſ. *ad Concil.Trident.ſeſſ.25. cap.19. num.23.* & *in tract. de Epiſcop. alleg.104. num.12.* Tamburin. *de jure Abbat.tom.2. diſput.26.quæſt.6. num.3.* quamvis contradicat Bonacin. *in tract. de clauſura, quæſt.2. punct.10.difficult.3. num.3.* Sed contra illius ſententiam fuiſſe judicatum per Eminentiſſimos Cardinales ſacri Concilii interpretes, teſtatur Tamburinus *loco citato.*

Sed præſuppoſitâ validitate ſententiæ ſuper profeſſione latæ; ſi tamen in meritis injuſta fuerit, numquam tranſit in rem judicatam; ſed ſi injuſta decernatur, debet quandocumque retractari, cùm agatur de peccato, vel periculo animæ. Gloſſa finali *in cap. inter monaſterium, de re judic.* Maranta in *Speculo, part.6. titul. de ſentent. num.147.* Abbas in *cap. novit, num.21. de judic.* cum aliis notatis per Barboſ. *in cap. lator, num.3. de ſentent. & re judic.* Tuſch. *litter. S, concluſ.173. num.33.* Menoch. in *arbitrar. caſu 439.num.5.* † Sicut in ſimili videmus, quod ſententia lata in materia uſurarum, numquam tranſit in rem judicatam. Marant. *loco citato, numer.142.* Barboſ. *d.cap. lator, num.3. in fin.* † Idem dicendum eſt de ſententia lata adversùs matrimonium carnale, quæ non tranſit in judicatum, ſi injuſta ſit. Sanch. *de matrim. lib.7. diſput.100.* Gutt. *lib.1.obſerv.112.* † Idem ergo dicendum eſt de matrimonio ſpirituali, quia valet argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale. Everar. *in tit. de matrim. carnal. ad ſpirit.*

Injuſtitia verò ſententiæ inter cætera in eo conſtebat, quod in ea ſupponebatur contra veritatem profeſſionem emiſſam fuiſſe interrupto novitiatus anno: nam licèt verum ſit, annum probationis debere eſſe continuum, ex Concilio Trident. *ſeſſ.25. regul. cap.15.* Rot. *deciſ.175. part.1. recent.* Quia cum annus ille detur in ſubſidium humanæ fragilitatis, & in favorem tam novitii, quàm monaſterii, *cap. ad apoſtolicam, de regul.* non debet probatio fingulii continuo, & non interrupto novitiatus anno, & religioſo intra clauſtra remanente, ut dicitur in dd. *deciſ.175.* & per Mirand. *in manual. prælat. regular. quæſt.22. art.4.* Tamen non poterat dici interrupto novitiatus annus: † quia ſufficit quod fuerit inchoatus ante decimumquintum; & perfectus per ſextus quod tempus ante decimumſextum annum completum: tunc enim profeſſio erit valida, dummodò expectetur ad illam faciendam adventus anni decimi ſexti completi. Roderic. *tom.3. quæſt. regul. quæſt.19. art.2. verſic. & advertendum.* Barboſ. *de Epiſcop. part.3. quæſt.101. num.31.*

Imò annus iſte probationis, non debet numerari ab anno ætatis novitii decimoquinto, ſed à die quo novitius ſuſcepit habitum, licet nondum eſſet ætatis quindecim annorum. Jacobus de Graf. *lib.3. de regul. cap.5. num.17.* ubi dicit hoc ita eſſe in uſu: & magis in ſpecie Miranda *in manuali prælat. regul. part.1. quæſt.22. art.3. in prima concluſ.* § 7 dicit quod ſi minor annis ſexdecim ſuſcipiat habitum; & per annum continuum experiatur religionis aſperitates, deinde habitum dimittat, & iterum redeat, & poſt annum decimumſextum completum profeſſionem emittat; talis profeſſio eſt valida, quia novitius jam expertus eſt omnes religionis difficultates quas potuit experiri, ante decimumquintum annum expletum: & hoc dicit eſſe valde notandum & memoriæ commendandum: ergo cùm in ſententia profeſſio fuiſſet declarata nulla ſub falſo præſuppoſito

sito, annum scilicet probationis fuisse interruptum; & nihilominus ex ejusdem sententiæ lectura constaret de contrario, supponendo novitiatum potuisse compleri ante 16. annum, ut mox dictum est: rectè concluſum, & in gradu appellationis judicatum
18 fuit, sententiam injustam fuisse, † & nullam, uti ex falsa causa latam: *l.2. Cod. quando provoc. non est necess.* Oportet enim sententiam sub falso fundamento pronunciatam, fuisse latam sine causæ cognitione, & sic nullam: *l.2. Cod. de sentent. ex brevic. recitand.* Galganet. *de condit. & demonst. part.2. cap.4. quæst.5. num.5.*

19 Sed si probatum fuisset, professionem emissam fuisse non expectato novitiatus anno; sine dubio nulla, & invalida declaranda fuisset: imò nulla esset ipso jure, adeo ut non esset opus nullitatis causas proponere coram Ordinario, & Superiore regulari, servata forma Concilii: ut tradit Sanch. *de matrim.*
20 *lib.7. disp.37. num.11.* † Et quod professus, non expectato novitiatus anno, possit ad sæculum redire, probatur *in cap.1. de regul. in 6.* & tradit idem Sanch. *in præcep. decal. tom.2. lib.5. cap.4. num.103.* ubi dicit talem professionem omni prorsus obligandi vi destitui, perinde ac si facta non esset: adeo ut nequidem valeat tanquam simplex votum. Idem tenuit Miland. *in manual. prælatorum regul. part.2. quæst.22.*
21 *de novitiis, art.8.* † ubi ostendit moniales intra annum probationis, nulla etiam petita licentia, posse liberè ad sæculum redire: & egrediendo etiam sine licentia, non incurrere aliquam irregularitatem ad ordines, vel ad beneficia Ecclesiastica, sive sæcularia, sive regularia, *cap. postulasti, de regul.* Emanuel
22 Roderic. *quæst. regul. tom.3. quæst.17. art.5.* † ubi dicit, quod licèt quæstio sit disputabilis, si juris apices consideremus; tamen attentâ dispositione Concilii Trident. *sess.25. de regul. cap.15.* certum est, professionem hanc emissam ante lapsum annum novitiatus, esse ipso jure nullam: neque opus esse, ut proferatur aliqua sententia declaratoria nullitatis: quia cùm tempus sit de forma, non servato tempore requisito, professio irrita manet ipso jure, absque aliâ sententia, vel declaratione.

23 Et hæc adeo vera sunt, ut si tempore professionis deficerent duæ duntaxat horæ, ad complendum annum novitiatus, nulla esset ipsa professio, ut fuit declaratum per sacram Congregationem Concilii; teste Barbos. *in decis. Apostolic. cap.612. num.7. & de jure Eccles. univers. lib.1. cap.42. num.139.*

24 Limitantur tamen supradicta; ut non procedant, quando quis ex voto antea emisso tenetur ingredi, & profiteri in religione: quia valida est illius professio facta ante completum novitiatus annum; vel etiam ante completum annum decimumsextum: ut dicit Barbos. *de offic. & potest. Episc. part.3. alleg.101. num.14.* Quod si verum est, magna est cautela ad eludendam intentionem Concilii Tridentini; & ideo si casus occurreret, maturiùs cogitandum existimarem: quia vovens profiteri, non obligatur ad profitendum, nisi servata forma juris: & sic tempore
25 habili, & à jure requisito.

Advertendum tamen ultimo loco, quod licèt supra dictum fuerit, cognitionem nullitatis professionis spectare ad Ordinarium, & Superiorem regularem conjunctim; tamen Ordinarius absque alia commissione poterit professionem nullam declarare, si ante completum decimum sextum ætatis annum emissa fuerit: ex Barbos. *de offic. & potest. Episcop. d. alleg.101. num.1.*

CAPUT LXXVIII.

Continuatur materia capitis præcedentis de nullitate professionis propter annum novitiatus interruptum: & agitur de professione emissa ex causa metus reverentialis. De tacita professionis ratificatione. De reclamatione intra quinquennium. Et utrùm liceat propriâ authoritate recedere, quando professio est nulla: & sic matrimonium postea contractum sit validum. Quid si professus admissus fuerit ad religionem in alio conventu, postquam rejectus fuerat à capitulo conventus illius loci, in quo novitiatum fecerat; utrùm talis professio nulla sit.

SUMMARIUM.

1 *Non solùm annus novitiatus debet esse continuus, sed etiam tempus quo differtur professio post elapsum novitiatus annum.*

2 *Interruptio modica post completum novitiatus annum non nocet, dummodo habitus non fuerit dimissus.*

3 *Quælibet modica interruptio intra annum novitiatus, reddit professionem nullam.*

4 *Interruptio aliquot horarum post finitum novitiatus annum non nocet, si habitus non fuerit dimissus animo deserendi religionem.*

5 *Interruptio post finitum novitiatus annum, cum dimissione habitus facta animo exeundi à religione, reddit professionem nullam, etiamsi sit modicum intervallum.*

6 *Interruptio facta retento habitu, sed animo deliberato deserendi religionem, nocet professioni.*

7 *Modicum intervallum interruptionis nocet religionis professioni, si eo tempore notabilis morum correctio intervenire potuit.*

8 *Privilegia quibusdam religiosis concessa, quibus permittitur conjungere tempora novitiatus interrupti, sunt sublata per Concilium Tridentinum.*

9 *Metus solus reverentialis non annullat professionem, nisi etiam simul intervenerit coactio.*

10 *Renovatio votorum, quæ vitiosum habuerunt initium, non reddit professionem validam, nisi ratificans, seu renovans habuerit notitiam nullitatis professionis.*

11 *Reclamatio adversùs possessionem intra quinquennium, sub quibus conditionibus suffragetur.*

12 *Si professus certò sciat professionem suam esse nullam, poterit in foro conscientiæ recedere à religione propriâ authoritate.*

13 *Qui scit professionem suam esse nullam, potest in foro conscientiæ matrimonium absque dispensatione contrahere.*

14 *De reclamatione intra quinquennium adversùs professionem, qui DD. tractent. Remissivè.*

15 *Receptio novitiorum ad professionem non pertinet solùm ad superiorem conventus, sed copulativè ad ipsum, & ad capitulum.*

16 *Vota capitulantium, dum tractatur de admissione*

ad

ad profeſſionem, non ſolùm ſunt conſultiva, ſed etiam deciſiva.

17 *In receptione novitiorum ad profeſsionem, adhibendus eſt conſenſus conventus, in quo novitius pro majori anni parte in novitiatu permanſit.*

18 *Informatio, quæ pro forma requirebatur ex conſtitutione Sixti V. in receptione ad profeſſionem, ſublata eſt per conſtitutionem Clementis VIII. & in quo conſiſtat.*

19 *Religioſus, cujus profeſsio nulla eſt, ſi illam ratificare velit, non indiget novo anno probationis; ſed anteactus novitiatus ſufficit.*

TRanſmiſſum ad me fuit factum pro veritate decidendum, ut ſequitur. Adoleſcens quidam zelo pietatis ductus religionem ingreſſus eſt: peractóque novitiatus anno, cùm ejus profeſſio ad modicum dilata fuiſſet, pœnitentiâ ductus habitum dimiſit, & à Superiore regulari ad domum paternam deductus: ſuaſionibus paternis acquieſcens, ad monaſterium rediit, habitúmque ſæcularem iterum dimiſit, & veſte religioſâ receptâ, facto ſui receſſus trium vel quatuor horarum intervallo, concordibus religioſorum votis, ad profeſſionem admiſſus eſt, illámque in effectu emiſit; quam ſingulis annis juxta ejuſdem religionis conſuetudinem renovavit: tandémque poſt decimum tertium à ſua profeſſione annum, propria authoritate à religione receſſit, ſub eo prætextu quod illa profeſſio vitio nullitatis corrueret. In jus vocatus, condemnatus fuit per Officialem Pariſienſem, cui ſubditus eſt, ut ad Monaſterium rediret; ipſe tamen nullam aliam quàm propriæ conſcientiæ authoritatem allegans, matrimonium contraxit; aſſerens ſe intra quinquennium reclamaſſe, paternoque metu impulſum fuiſſe, ut ad religionem rediret; & conſequenter profeſſionem nullam eſſe, maximè quia interrupto novitiatus anno facta fuerat. Ex qua facti ſerie, ſequentes reſultabant decidendæ quæſtiones.

Prima, utrùm profeſſio ſit nulla, propter illam trium aut quatuor horarum interruptionem.

Secunda, utrùm ſaltem ex cauſa metus reverentialis, profeſſio annullari poſſit.

Tertia, utrùm in omnem eventum, per votorum renunciationem profeſſio ratificata cenſeatur.

Quarta, utrùm reclamatio intra quinquennium facta, poſſit reclamanti prodeſſe.

Quinta, utrùm religioſus ille potuerit propriâ authoritate recedere, & utrùm Monaſterium ſit reintegrandum.

Pro quarum quæſtionum reſolutione ſequentes propoſitæ fuerunt concluſiones.

1 Prima concluſio. Annus novitiatus non ſolùm debet eſſe continuus, per ea quæ diximus *cap. præcedenti, num.* 14. verùm etiam tempus quod aliquando novitiis indulgetur poſt finitum novitiatus annum antequam profeſſionem emittant, continuum eſſe debet abſque aliqua interruptione: ita ut ſi completo novitiatus anno, quis egrederetur, & poſtea rediret, teneretur novitiatum inchoare & perficere de novo, ſecundùm opinionem plurium Doctorum, quos citat & ſequitur Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſt.* 11. *num.* 16. & 17. & *quæſt.* 7. *num.* 15.

2 † Sed hæc Tamburini, & aliorum ſententia mihi non arridet: quia ſufficiit novitium per integrum annum religionis auſteritates expertum fuiſſe: ut docet Sanch. *in præcept. decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 34. Bonacina *de clauſura, punct.* 10. *difficul.* 2. §. 2. *num.* 4. Emanuel. Roderic. *tom.* 3. *quæſt. regul. quæſt.* 15. *art.* 10. & poſt Mirandam diximus *cap. præced. num.* 17. Intellige, non dimiſſo habitu, ut mox dicemus & ſupponit *ibidem* Miranda.

Secunda concluſio. Interruptio modici temporis intra annum novitiatus, reddit profeſſionem poſtea factam nullam & invalidam, propter defectum formæ ad novitiatum requiſitæ, ut cum aliis notavit Sanch. *in præcep. decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 32.

Tertia concluſio. Quæ ſuprà *num.* 2. dicta ſunt de eo qui exit è monaſterio, poſt finitum novitiatus annum, & poſtea redit: Intelligenda ſunt, quando talis exiens non dimiſit habitum religioſum: ſed ſi habitum dimiſerit, & habitum iterum poſt aliquot horas acceperit, major eſt difficultas: in qua ſtatuendum eſt, quod ſi habitus dimiſſio facta fuerit abſque intentione recedendi à religione, & eam deferendi; talis interruptio aliquot horarum non induceret aliquam interruptionem conſiderabilem. Sanch. *in decalog. d. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 33.

Sed quia in caſu propoſito, dimiſſio habitus facta fuerat animo & intentione deſerendi religionem, & convolandi ad ſæculum, variæ etiam ſunt hoc caſu Doctorum ſententiæ; ſed verius videtur profeſſionem, poſt hujuſmodi interruptionem cum dimiſſione habitus factam, nullam eſſe; & novitiatum iterum inchoandum, ſi talis profiteri deſideret, ut tenent Navarr. Galen. & alii, quos citat & ſequitur Barbo. *de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 124. † Imò idem Author. *num.* 128. exiſtimavit, ſi exitus à monaſterio fuiſſet factus retento habitu, juxta per nos tradita ſup. *num.* 2. tamen ſi ex circunſtantiis conſtaret poſſet illum receſſum fuiſſe factum animo, & propoſito deliberato non ampliùs redeundi; ſi poſtea revertatur, non eſſe admittendum ad profeſſionem, niſi peracto integro de novo anno novitiatus. Quæ etiam ſententiæ fuit Tamburin. *locis mox citatis*, nempe *tom.* 3. *de jur. Abbat. diſp.* 6. *quæſt.* 7. *num.* 12. & *quæſt.* 11. *num.* 16.

Neque Doctores in contrarium allegati, nec non ipſi, dum diximus modicam interruptionem non obeſſe; intelligendi ſunt de eo qui egreſſus fuit animo religionem omninò deferendi, cum propoſito deliberato. Quia ſi adeſſet tale propoſitum, & animi intentio, non eſſet ſatisfactum juribus requirentibus annum novitiatus eſſe ſine interruptione continuum ita ut novitius, in ſtatu probationis uſque ad profeſſionem perſiſtat: nam mutando propoſitum, taliter fundamentum mutat judicii ſuper ipſius capacitate per capitulum faciendi: quia illo modico temporis intervallo, notabilis morum mutatio contingere poteſt: propterea etiam moraliter loquendo, nova probatione indiget: quod pluribus rationibus comprobat Suarez *de religioſ. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 8. 9. & 10.

Neque privilegia Pontificia ante Concilium conceſſa ſuffragantur novitiis, aut aliter non profeſſis, poſt habitus deſertionem redire volentibus; quin teneantur ex integro novitiatum perficere teneantur: cum privilegia illa fuerint per Concilium Trident. ſublata: ut teſtatur Mirand. *in manual. Prælat. regul. tom.* 1. *quæſt.* 22. *art.* 4. *in fin.* Licèt in hoc dubius ſit Lezana *in ſumma regul. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11.

Quarta concluſio. Solus metus reverentialis non annullat profeſſionem, niſi etiam interveniat coactio. Probatur *in cap. final.* & ibi Gloſſ. *in verb. nutu, de cleric. vel vovent.* quam gloſſam *ibidem* Abbas *num.* 2. dicit eſſe ſingularem, & *in cap. puella* 10. *quæſt.* 3. ibi, *coacte imperio parentum.* Ubi textus dum tantum reverentialem exigit coactionem parentum, ad hoc ut profeſſio nulla declaretur: & hoc bene comprobat Sanch. *de matrimon. lib.* 4. *diſput.* 6. *quæſt.* 2. *num.*

num. 17. *& seq.* ubi plures Doctorum authoritates allegat : nisi tamen alia concurrant, veluti minæ, verbera, preces nimis importunæ, & similia vim coactionis habentia.

10 Quinta conclusio. Renovatio votorum, quæ vitiosum habuerunt initium, nunquam reddit validam professionem nulliter factam, quando ille qui ratificavit, ignorabat nullitatem primæ professionis. Rot. *decis.* 40. *num.* 13. *part.* 6. *recent.* post Navar. *consil.* 44. *part.* 1. *lib.* 3. *de regul.* Barbat. *consil.* 60. *num.* 5. *versic. præterea, lib.* 1. cùm ex notissimis juris regulis, consensus ad ignorata trahi non possit.

11 Sexta conclusio. Sola reclamatio intra quinquennium non sufficit ; sed tria copulativè debent concurrere, ut professio nulla, solemniter & legitimè declaretur. Prima, quod intra quinquennium reclamatum fuerit, aut saltem obtenta restitutio in integrum adversùs lapsum quinquennii. Secunda, quod professus reclamans, nullitatis causas coram Superiore suo, & Episcopo loci ordinario proposuerit. Tertia, quod habitum regularem non dimiserit authoritate propriâ, imò non assumpto habitu audiri non potest : quia religio, quæ fuit spoliata, debet in primis & ante omnia reintegrari. Quæ tria requisita, sunt essentialia ; & non possunt per æquipollens adimpleri, ut notavit Zerola *in praxi Episcopali, part.* 1. *in verb. professio, versic. sexto.*

12 Septima conclusio. Si nulliter professus justas habet nullitatis suæ professionis causas, poterit transacto quocumque tempore, dum professionem suam non ratificavit (cessante tamen scandalo) propriâ authoritate recedere à monasterio, quoad forum interius ; & erit tutus in conscientia, neque tenebitur observare in foro interiori tria illa requisita, de quibus in præcedenti conclusione : ut probat
13 Gratian. *discept. forens. cap.* 413. *num.* 12. † Unde matrimonium tutâ conscientiâ contrahere poterit, si certò sciat suam professionem nullam esse : quia in foro interiori, nullo vinculo adstrictus est religioni. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 11. post Navarrum, & alios *ibidem* allegatos.

14 Plura de hac reclamatione adversùs professionem intra quinquennium facienda, tradunt Barbos. *de offic. Episcop. part.* 3. *allegat.* 104. *num.* 3. Concil. Trident. *sess.* 25. *de regul. cap.* 19. Ricc. *in prax. aur. decis.* 657. Conrad. *de dispensat. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 16. & 17. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *quæst.* 6. *disput.* 25. *num.* 11. Burat. *decis.* 205. *num.* 29. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *cap.* 37. *num.* 22. Mirand. *in manual. part.* 1. *quæst.* 30. *art.* 1. Hieronym. Roderic. *quæst. regul. resol.* 101. *num.* 71. Barbosa iterùm *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 105. *& seq.*

Octava conclusio continet casum particularem, qui successit in presenti civitate Avenionensi, in persona cujusdam religiosi ordinis Minimorum : cujus professio fuit declarata nulla : sed tamen post talem declarationem, ipse zelo pietatis ductus illam ratificavit. Habitus illi fuerat datus anno 1634. die 18. Junii, in conventu Aquensi, quo susceptò, se transtulit ad novitiatum in civitate Massilienssi stabilitum, ubi capitulo ejusdem conventus legitimè congregato, conclusum fuit, eundem novitium dimittendum, propter varias & continuas infirmitates quibus detinebatur : dictáque conclusio quibus opus erat intimata. Restabat trimestre ad complendum novitiatus annum, quem ex Superiorum mandato, qui conclusionem Massilienssem non ignorabant, in civitate Avenionensi complevit : ubi tandem fuit ad professionem admissus. Dixi professionem nullam esse. † Quia licèt aliàs disputatum 15
fuerit, utrùm admissio religiosorum ad profitendum, ad solum Prælatum regularem spectaret : hodie tamen sine controversia hoc observatur, ut nec Prælatus sine capitulo, nec capitulum sine Prælato novitios ad professionem admittere queat. Cùm enim agatur de contractu ultrò citróque obligatorio, per quem religiosus conventui, & vicissim conventus religioso obligatur : consequens est, ut utriusque consensus in tali receptione requiratur. Glos. *in cap. porrectum, in verb. non faciat, de regularib.* Sanchez *in præcept. decal. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 65. Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 146. cum pluribus per eum citatis : atque ita observari, & practicari testatur Tamburin. *de jure Abbatum, tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 15. *num.* 7. † ubi dicit vota religio- 16
sorum capitulantium, non solùm esse consultiva, sed etiam deliberativa & decisiva ; atque ita ad validitatem professionis requiri consensum capituli. Unde cùm in casu proposito non intervenisset capituli consensus ; imò dissensus : sequebatur illam professionem irritam esse.

Conventus autem Massilienssis, in quo religiosus 17
iste pro majori anni parte novitiatum fecerat, tanquam meliùs de novitii qualitatibus informatus, habebat sine dubio votum decisivum in receptione novitii ad professionem : ut notat Hieron. Roderic. *in quæst. regul. resol.* 101. *num.* 59. ubi requiritur consensus majoris partis conventus, in quo novitius educatus fuit.

Accedit, quod cùm capitulum Avenionense de- 18
liberasset capiendas priùs esse à Medicis informationes super statu sanitatis hujus religiosi ; hoc non fuerat observatum, & sic professio nulla erat ex defectu debitæ informationis. Quia licèt informatio à Sixto V. præscripta sublata fuerit ; alia tamen à Clemente VIII. fuit introducta, quæ necessariò observanda est : nempe ut aliquis religiosus ad id specialiter deputatus, debitas informationes capiat. Quod si factum fuisset, veritas à religiosis Massilienssibus, & à Medicis, aliisque personis habita fuisset super hujus religiosi infirmitatibus, quæ illum ad regulam observandam inhabilem reddebant ; ex cujus informationis defectu ; professio nulla redditur. Mirand. *de prælat. regul. tom.* 1. *quæst.* 21. *art.* 1. Hieronym. Roderic. *dict. resol.* 101. *num.* 4. Portel. *in dub. regul. in verb. novitius, & in verb. novitiorum informationes.* Et patet ex tenore dictæ Bullæ Clementis VIII. quæ inseritur apud Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *quæst.* 10. *art.* 1. Sed ut dictum est, quamvis illa professio fuerit declarata invalida : tamen religiosus ille maluit vitam salutarem amplecti, & primum propositum renovavit, omniquè nullitati renunciavit, & adhuc in illo ordine perseverat. † Neque fuit opus novo anno novitiatus, 19
quia per eum, qui antea factus est, satisfactum fuit intentioni Ecclesiæ. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 45. & post ipsum Lezana *in summa quæst. regul. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 9.

CAPUT LXXIX.

Vtrùm concedenda ſit ſequeſtratio uxoris ad domum mariti traductæ, quæ poſt triennium cohabitationis allegat mariti impotentiam; quam tamen maritus negat. Et utrum hoc caſu uxor marito reſtituenda ſit, tam quoad thorum, quàm quoad cohabitationem: & an ad hoc cogi poſſit, & quibus remediis. Triennium experimenti ſuper impotentia faciendi, ex veriori ſententia numerandum eſſe, non à die tentatæ conſummationis matrimonii, ſed decreti, quo judex Eccleſiaſticus experimentum fieri mandavit.

SUMMARIUM.

1 *Vxor, quæ ad domum mariti traducta fuit, & cum eo ſtetit per plures annos, non poteſt ſub prætextu impotentiæ propriâ authoritate ab eo recedere.*

2 *Maritus, qui ſemel fuit in poſſeſſione uxoris, poteſt eam repetere remediis poſſeſſoriis, vel petitoriis; & habet in eam manus injectionem.*

3 *Quando agitur de ſponſa recenter traducta, ſed nondum cognita; maritus reſtituendus eſt quoad cohabitationem uxoris.*

4 *Si maritus fuerit in poſſeſſione uxoris quoad thorum, quoad illum etiam reſtitui debet.*

5 *Lite pendente ſuper impotentia, maritus etiam reſtituendus eſt, & reintegrandus, ſeu manutenendus in poſſeſſione ſuæ uxoris.*

6 *Quando maritus negat impotentiam, & in eo nullum eſt impedimentum viſibile, judex debet decernere triennalem experientiam, & requiritur etiam ſeptima manus propinquorum.*

7 *Quid intelligendum ſit per ſeptimam manum propinquorum, & quomodo practicandum ſit in hac materia, circa illam ſeptimam manum.*

8 *Relatio obſtetricum ſuper virginitate uxoris fallax eſt, & ex ea non probatur impedimentum mariti perpetuum.*

9 *Triennium experientiæ, à die decreti ſuper ea facti, non à die tentatæ copulæ numerandum eſt.*

10 *Vxor allegans mariti impotentiam non notoriam, non eſt ab eo ſequeſtranda.*

11 *Vxor cogenda eſt cum marito cohabitare, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas.*

SUperiùs *cap. 55.* varios caſus explicavimus in quibus concedenda eſt, vel deneganda per judicem, perſonæ ſequeſtratio. Reſtat caſus notabilis, qui particulari indiget deciſione: nempe quando uxor fuit ad domum mariti traducta, & cum eo ſimul vixit, tam quoad habitationem, quàm quoad thorum per plures annos: ſed tamen allegans ſe eſſe adhuc virginem, & offerens ſe paratam, viſitationem pati, maritúmque ſuum eſſe impotentem; petit ſe à marito interim ſeparari, & poni in ſequeſtro apud patrem, vel aliam honeſtam perſonam. In qua difficultate concluſum fuit: † quod cùm uxor per plures annos ſteterit cum marito, non potuit propriâ authoritate ab eo recedere; cùm maritus habeat manus injectionem in perſonam uxoris. Tiraquel. *in leg. connubial. part. 1. in verb. au pouvoir de ſon mary, num. 23.* † Et hoc caſu marito competunt duo remedia, unum petitorium, & aliud poſſeſſorium; ut manuteneatur & reintegretur in uxoris poſſeſſionem. Anchar. jun. *lib. 3. quæſt. famil. quæſt. 28. num. 3.* Rugginel. *de appell. §. 2. cap. 3. num. 751. & 752.*

Quæ reſtitutio uxoris duobus modis fieri poteſt. Primò, quoad ſolam cohabitationem, quando agitur de ſponſa recenter traducta ad domum viri, & nondum cognita: *cap. ex parte, de reſtit. ſpoliat.* ubi *cum per ſolam traductionem, quam non præceſſerunt ſponſalia, nec conſenſus legitimus, nec fuerunt etiam ſubſequuta, nullum inter eos obligatorium vinculum ſit contractum.* Ergo à contrario ſenſu, concedenda erit reſtitutio quoad habitationem, quando ſponſalia, & matrimonium cum cohabitatione præceſſit, ſi copula ſubſequuta non fuerit: Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 112. num. 8.*

Secundo modo, maritus manutenetur, vel reintegratur tam quoad habitationem, quàm quoad thorum, quando priùs erat in poſſeſſione utriuſque: quia de jure manutentio, vel reintegratio marito concedi debet reſpectu uxoris, quoad omnia in quorum poſſeſſione reperitur; vel tempore litis conteſtatæ reperiebatur. Mozz. *in tract. de contract. in tit. de matrim. capit. quæ actio detur pro matrimonio, num. 1. verſic. ſi verò agat poſſeſſorio, & num. 5.*

Dictáque manutentio, & reſpectivè reintegratio concedi debet, etiam pendente lite ſuper impotentia, per uxorem contra maritum intentata, quando maritus negat ſe eſſe impotentem: quia maritus non debet litigare ſpoliatus: *cap. porrò, de divort. ſuper literas, cap. ex conqueſtione, de reſtitut. ſpoliat.* Mozz. *loc. citat. num. 1. in fin.*

Idque multò fortiùs locum habet, quando in marito nullum adeſt vitium viſibile & manifeſtum, aut certum frigiditatis vel impotentiæ impedimentum, & maritus impotentiam negat: tunc enim, cùm nullum impedimentum oculis corporeis cognoſci poſſit: ideò obſervanda eſt diſpoſitio *cap. laudabilem, de frigid. & malefic.* & debet divortium, ſeu ſeparationem præcedere triennalis cohabitatio, & experientia fieri. Siquidem poteſt contingere, ut tale impedimentum non ſit naturale, nec perpetuum, ſed temporale, proveniens ex aliquo maleficio: & ſperari poſſit quod peractâ pœnitentiâ, Deus compatiatur miſertus tale impedimentum ſit ſublaturus. Scraf. *deciſ. 687. num. 4. & 7.* repetita *deciſ. 266. part. 4. verſ.* ubi dicitur, hoc caſu adhibendam eſſe ſeptimam manum propinquorum.

Septimam propinquorum manum ſic intelligimus, ut ſi ambo conjuges fateantur impedimentum perpetuum, non ſolùm ipſimet conjuges juramentum præſtare debeant, tactis ſactis Evangeliis, aut aliàs juxta morem regionis in ſimilibus ſolitum; ſed aliis præſtari ſolitum; quod ipſi abſque dolo & fraude, debitam operam rei conjugali præſtiterunt, nec perficere potuerunt; & quod verè & realiter inter ipſos adeſt impedimentum; debent enim ipſi conjuges jurare de veritate: ſed præterea debet adhiberi juramentum ſeptem propinquorum uxoris, & totidem propinquorum mariti, qui mediante eodem juramento deponant ſe credere, quod

quod adsit inter conjuges verum impedimentum: & sic debent quatuordecim testes consanguinei hoc casu, de credulitate medio juramento deponere. Sed si unus alleget impedimentum, alter verò neget; tunc non sunt vocandi negantes propinqui, ut in favorem confitentis jurent. Quod si tot testes haberi nequeant, sufficiunt pauciores arbitrio judicis. Deficientibus verò consanguineis, adhibendi sunt vicini; & in subsidium alii testes bonæ famæ, & omni exceptione majores: prout hæc omnia explicat Gutier. *de matrim. cap.* 120. *num.* 10. *& seq.* Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 108. *num.* 7. *& seq. usque ad* 14. *& disp.* 109. *num.* 13.

8 Non sufficit autem ad probandam mariti impotentiam, quod uxor offerat se paratam obstetricum visitationem pati: quia hoc probationis genus fallax est, & non concludit per necesse; quamvis enim uxor sit virgo, non ideo sequitur maritum esse impotentem: & quamvis maritus esset impotens, non ideo sequitur impotentiam illam esse perpetuam, ut dicit Rot. *decis.* 284. *part.* 4. *divers. num.* 11. & impotentiam non respectu solius uxoris, sed simpliciter respectu cujuscumque alterius mulieris; maritus jurare debet: ex traditis *in cap.* 1. *de frigid. & malefic.* notat Sanch. *dict. disp.* 108. *num.* 16. & ex eo Gutier. *d. cap.* 120. *num.* 15.

9 Triennium verò experientiæ, non est numerandum à die quo conjuges simul habitare, & copulæ experimentum facere cœperunt; sed à die quo judex ipsis terminum assignaverit ad talem experientiam faciendam, & ad iram Dei placandam jejuniis, orationibus, pœnitentiis & aliis piis operibus adhibitis. Licèt enim magna fuerit inter Doctores controversia à quo tempore triennium inciat; tamen prævaluit illorum sententia, qui voluerunt illud numerandum esse à die quo judex Ecclesiasticus decrevit experimentum faciendum: & hæc fuit opinio Hostiens. quam sequitur Brunell. *in tract. de spons. reg.* 28. *num.* 14. Rot. *decis.* 277. *num.* 13. *& 14. part.* 4. *divers.* optimè Rota *decis.* 192. *num.* 4. *& sequent. post consil. Farin.* & melius Rubeus *in addit. ad decis. Rot.* 392. *part.* 4. *recent. tom.* 2. ubi fusè.

10 Tantùm enim abest ut uxor sequestranda, aut à marito separanda sit, quando mariti impotentia non est perpetua; neque manifesta; quin potiùs judex teneatur conjuges hortari, ut prævia peccatorum pœnitentia, & adhibitis remediis Ecclesiasticis, procurent negotium conjugale qua fieri poterit solertia experiri, ut notat Rub. *loco citato, num.* 25.

11 Quod si uxor cum marito, non obstante judicis præcepto, cohabitare renuat, & copulam matrimonialem tentare recuset; ad cohabitandum conjugaliter compellenda est, etiam per censuras Ecclesiasticas: ut docet Raph. Cuman. *co si* 1. *circa fin.* & Rot. *decis.* 111. *post consilia Farinacii.*

CAPUT LXXX.

De canonicis regularibus: in quibus differant à monachis, & an possint disponere de bonis suis. An, & quando Episcopi, & alii regulares sint capaces beneficiorum sæcularium, cum cura, vel sine cura. Et an sufficiat sola dispensatio Abbatis cum collatione per Episcopum facta: an verò desideretur etiam dispensatio Pontificia: Et quibus circumstantiis concurrentibus illa concedi soleat, & debeat.

SUMMARIUM.

1 *Canonicorum regularium origo, & institutio.*
2 *Vtrùm canonici regulares contineantur appellatione monachorum.*
3 *In quibus canonici regulares similes sint monachis.*
4 *Canonici regulares de licentia suorum Superiorum possunt habere usumfructum bonorum suorum.*
5 *Possunt inter vivos disponere ad opera pia.*
6 *Sunt verè & propriè religiosi.*
7 *In odiosis non veniunt appellatione monachorum, secus in favorabilibus.*
8 *Beneficia regularia sæcularibus non conferuntur, nec è contra, nisi ex dispensatione.*
9 *Sub quibus conditionibus beneficia sæcularia regularibus conferantur: & quæ in dispensationis rescripto narranda sint.*
10 *Regulares etiam canonici non possunt beneficia simplicia sine dispensatione Pontificia obtinere.*
11 *Beneficia curata, inspecto jure communi, Episcopus cum consensu & licentia Abbatis, licèt sint sæcularia, potest regularibus concedere.*
12 *Canonicus regularis provisus de beneficio sæculari curato, socium habere non tenetur, sicut veri regulares, si id commodè fieri non possit.*
13 *Canonicus regularis non indiget dispensatione Apostolica ad obtinendum beneficium curatum sæculare, secundum plurium Doctorum sententiam.*
14 *Contraria verior est, ut non possit promoveri ad curam sæcularem perpetuam, sine dispensatione summi Pontificis.*
15 *Affertur declaratio Sacræ Congregationis regularium adversùs canonicos regulares: ut non possint beneficia curata sine dispensatione Apostolica obtinere.*

IN quæstione proposita, utrùm canonici regulares beneficia sæcularia curam animarum habentia, ex sola Superioris sui dispensatione obtinere possint? Supponendum in primis est, † Canonicos 1
regulares sic ideo nuncupari; quia in communi vitam agentes intra domum publicam, aut Ecclesiam, divini cultus causâ collegium constituunt Ecclesiasticum, communem habentes mensam, & sub certa regula vitam Ecclesiasticam profitentur: Apostolorum canonem, sive regulam, quâ bona sua in commune conferunt, observantes: unde Canonici dicuntur. Verùm quia in multis monachos seu regulares imitantur, etiam regularium nomen adepti sunt: ut testatur Covarr. *in Clem. si furiosus, part.* 1. *in princip. num.* 1. *de homicid.* de quorum origine & institutione plura Barbos. *de jur Eccles. univers. lib.* 1. *capit.* 41. *num.* 95. *& seq.* Card. Tusch. *litter. C. conclus.* 39. *& conclus.* 40. † Ubi quærit, utrùm isti 2
canonici regulares comprehendantur in constitutione loquente de monachis regularibus. † Æquiparantur tamen monachis in multis, veluti in acqui- 3

quirendo : quia iſti, ſicut & monachi, quidquid acquirunt, monaſterio acquirunt : Jaſ. *in Authent. ingreſſi, num.24. circa med. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.*

4 † Quamvis de licentia Superiorum, iſti canonici regulares poſſint habere bona, ſaltem quoad uſumfructum : † imò de illis etiam inter vivos diſponere

5 ad opera pia ; non tamen teſtamentum condere. Rot. coram Caval. *deciſ. 606. num. 6. & 8.* † Item ſunt

6 verè & propriè religioſi. Roderic. *tom.1. quæſt. regul.1. art.3.* Quamvis laxior ſit hæc religio religione monachorum, *cap. quod Dei timorem 5. de ſtat. monach. & canon. regul.*

7 In odioſis & pœnalibus non veniunt appellatione monachorum ; ſecus in favorabilibus. Roderic. *dict. quæſt.1. art.3.* Panorm. *in dict. capit. quod Dei timorem, num.2.* Campanil. *in diverſor. juris canon. rubric.12. cap.1. num.3.* Lezan. *in ſumma regul. tom.2. cap. 3. num. 6.* ubi copiosè tractatur de iſtis canonicis. Barboſ. *de appellat. verbor. in verb. Monachus, capit. 154. & tract. de canon. capit. 1. num.41.*

8 His ita ſuppoſitis, deveniendo ad reſolutionem propoſitæ quæſtionis, variæ ſunt hac in re Doctorum ſententiæ. Quamvis enim omnes in illa regula generali conveniant, quod beneficia regularia regularibus, & ſecularia ſæcularibus ſint conferenda : *Clem.1. de elect. cap. in nova 16. quæſt.7. §. volumus, in Concordat.* Item & in alia regula, quòd beneficia ſæcularia per regulares ex diſpenſatione obtineri poſſunt, Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſat. cum regul. facta, num.7.* quæ diſpenſatio concedi ſolet ex cauſa, veluti in defectum ſæcularium clericorum : tunc enim neceſſitas non habet legem, *cap. Abbate, in*

9 *fin. de verb. ſignif.* † Et conceditur ſub ea conditione, ut deducto victu, quod reſiduum erit, in utilitatem Eccleſiæ, vel pauperum convertatur : & hoc caſu narrari debet Summo Pontifici penuria clericorum ; & eximia doctrina, ſeu alia qualitas, & capacitas impetrantis : ut bene explicat Pyrr. Conrad. *in prax. diſpenſ. lib.6. cap.1. num.21. & 22. & ſeq.* quod tam de jure communi procedit, *capit. inter quatuor, de religioſ. domib.* quàm ex Galliæ concordatis. Rebuff. *d.§. volumus 1. de collationib. verb. & conformitatem.*

10 Conveniunt etiam omnes quod religioſi, etiamſi ſint canonici regulares, non poſſunt obtinere beneficia Eccleſiaſtica ſimplicia ſæcularia, etiam ex diſpenſatione Epiſcopi : Garc. *de benefic. part.7. cap.10. num. 29.* Seraph. *deciſ. 1269.* ſolo Viviano diſſentiente, quem meritò reprobat Conrad. *in dict. prax. diſpenſ. lib.6. cap.1. num. 26.* ubi ponuntur formulæ hujuſmodi diſpenſationum.

11 Quo verò ad beneficia, quibus cura animarum imminet : inſpecto jure communi, Epiſcopus poteſt cuilibet regulari Parochialem Eccleſiam, etiam ſine diſpenſatione Apoſtolica concedere, *dict. cap. quod Dei timorem,* & ibi Gloſſ. *in verb. Eccleſiarum Parochialium,* Gonzal. *ad regul.8. gloſ.7. num.49.* dummodo talis ſic proviſus ſemper habeat ſocium ejuſdem

12 ordinis : *cap. monachi, eod. titul. de ſtat. monach.* † Si tamen agatur de canonico regulari, præfici poteſt Parochiali, etiamſi ſocium ejuſdem regulæ ſecum non teneat, ſi illum commodè habere non poſſit : *dict. cap. quod Dei timorem.* Gonzal. *dict. n.49.* Sed ex ſtilo curiæ Romanæ, nullus regularis, etiamſi ſit canonicus, poteſt ſine diſpenſatione Apoſtolica Parochialem Eccleſiam obtinere, ut teſtatur Gonzal. afferens declarationem Sacræ Congregationis *loco citato, num.53. & ſeq.* Cujus tamen opinio à multis reprobatur, & contraria verior creditur : pro qua etiam conſulueram antequam infraſcriptos authores vidiſſem anno 1627. ad requiſitionem R.D. Franciſci Gigard, religioſi profeſſi in ordine Canonicorum regularium Sancti Antonii Viennenſis : † ut nempe canonicum regularem ex ſola ſui Abbatis licentia, & abſque alia diſpenſatione Apoſtolica poſſe ad Parochialem Eccleſiam ab Epiſcopo promoveri : juxta ſententiam Abbatis *in dict. cap. quod Dei timorem,* quem ſequitur Eman. Roderic. *tom.1. quæſt. regul.34. art.4. verſic. quando verò Eccleſia, & tom.3. quæſt. 28. art. 3.* nec declarationem Sacræ Congregationis in contrarium allegatam apud Gonzalem fuiſſe unquam uſu receptam, teſtatur Tambur. *de jur. Abbat. tom.3. diſput.9. quæſito 8. num.11.* ubi aliam declarationem Concilii interpretum in contrarium factam 1602. refert : ideo non exiſtimat recipiendum quod dicit in contrarium Quaranta *in ſum. Bull. in verb. canonicus regularis,* quia loquitur poſt Gonzalem, qui tamen teſte Tamburino ſeipſum melius edoctus corrigit in poſteriori ſui operis editione ; & eandem ſententiam in favorem clericorum regularium fusè comprobat Concilium inſtum *poſt dictum quæſitum 8.* apud Tambur. Item & Lozana *in ſum. regul. tom.2. cap.3. num.16. verſic. nihilominus.* † Exiſtimo tamen dubiam eſſe hanc Doctorum ſententiam ; cùm omnia per Tamburinum deducta referat, & reprobet Conrad. *in d. prax. diſpenſat. lib.6. cap.1. num.18. verſic. at verò ego,* ubi aſſtatur hanc eſſe Curiæ Romanæ praxim, ut Canonicis regularibus non conferantur beneficia ſæcularia curata, ſine ſpeciali ſummi Pontificis diſpenſatione : de qua etiam praxi teſtatur Sanch. *in p. axp. decal. lib.7. cap.29. num.71.* quamvis de jure communi aliud ſtatuendum eſſe, poſt plurimos Doctores dixiſſet *eod. cap.29. num. 34.* Ejuſdem quoque ſententiæ fuit Barboſ. *in tract. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.3. cap.4. num.76. verſic. diximus ſuprà, & num.79. verſic. quare hodie.* Nicol. Garc. *de benefic. part.7. cap.10. num.31. & ſeq.* Mirand. *in manual. prælat. regul. tom.1. quæſt.32. art.5.* † Et ita declaravit Sacra Congregatio negotiis Epiſcoporum & regularium præpoſita in hæc verba : teſte Barboſ. *d. num.79. Canonici regulares, non obſtante cap. quod Dei timorem, non admittuntur ad curam Parochialium Eccleſiarum, abſque ſedis Apoſtolicæ diſpenſatione.* Unde cum ita ultima opinione concluditur eſſe à dicta Congregationis declaratione recedendum.

CAPUT LXXXI.

Vtrùm Conventus religioſorum reformatorum ingrediens in conventum mitigatorum, ſeu non reformatorum, debeat eundem præcedentiæ gradum tenere, quem antea habebant non reformati ; an verò juxta ordinem ſuæ receptionis ad civitatem.

SUMMARIUM.

1 *Contentio ſuper præcedentia juſta eſt, & laudabilis.*

2 *De pluribus quæſtionibus circa Eccleſiaſticorum controverſias. Remiſſivè.*

3 *Conſuetudo in materia præcedentiæ obſervanda eſt.*

4 *Inter religioſos circa præcedentiam conventuum in corpo-*

corpore ambulantium Inspicitur ordo, & tempus receptionis ipsorum ad civitatem.

5 *Patres ordinis sancti Augustini discalceati, constituunt eundem ordinem quem alii calceati, & supponuntur eidem Generali; licèt habeant discalceati suos Vicarios generales.*

6 *Dicti patres, tam calceati, quàm discalceati, subjiciuntur eidem regulæ, accidentaliter tamen diversæ.*

7 *Refertur declaratio sacræ rituum Congregationis, super retentione ejusdem ordinis, ratione præcedentiæ reformatorum; quem non reformati, ad quorum monasteria accesserunt, prius tenebant.*

8 *Subrogata persona fruuntur eadem præeminentiâ, quæ competebat illis in quorum locum subrogantur.*

9 *Suppressa aliqua dignitate, si alii in ejus locum subrogentur, uti debent eadem prærogativa quoad præcedentiam.*

10 *Quomodo sit verum, quod consuetudo, per quam minus dignus præ edit digniorem, sit demandanda executioni, quamvis sit contra jus.*

1 LAudabilis, & justa est contentio, pro ordine in præcedentiis conservando: teste Menoch. *consil.* 51. *num.* 1. *cum seq. vol.* 1. & prætensiones præcedentiæ sunt quodammodò necessariæ, non autem ambitiosæ, & arrogantes: Natt. *consil.* 637. & 638. tenduntque ad bonos mores, & ad rationem vitæ politicæ. Peregr. *consil.* 84. *num.* 1. *volum.* 1. Unde mirum noneſt, si circa præcedentiam, etiam inter Ecclesiasticas piasque personas nonnunquam oriantur
2 controversiæ. † De quibus multa resolvit ex sacræ Congregationis mente Barbos. *in decisionib. Apost. collect.* 590. Quamobrem non sine ratione fuit aliàs quæsitum, utrùm Reverendi Patres ordinis sancti Augustini, qui discalceati nuncupantur; quibus ultra conventum jam in una civitate fundatum, concessus est alius, quem prius non discalceati ejusdem quidem ordinis, sed laxioris regulæ religiosi inhabitabant, servare debeant in processionibus eundem ordinem, quem servabant Augustiniani laxioris observantiæ; an verò procedere debeant juxta tempus, & ordinem suæ receptionis ad istum secundum conventum.

Super qua propositione deliberatum fuit religiosos istos separatim, & non admixtis religiosis illius conventus, quem jam in loco isto habebant, procedentes debere eundem ordinem servare quem Augu-
3 stinienses laxioris regulæ tenere soliti erant. † Quia in materia præcedentiæ, servanda est consuetudo, illaque potissimum attendenda. Bald. *in cap. cùm olim, num.* 2. *& seq. de consuetud.* Felin. *in cap. statuimus, in princip. de majorit. obedient.* Rota apud Burat. *decis.* 903. *num.* 20. *& seq.* eadem Rot. *decis.* 322. *n.* 10. *part.* 6. *recent. & decis.* 483. *num.* 1. *part.* 5. *recent.* & alibi passim. Talis autem erat consuetudo inviolabiliter observata, ut conventus ille præcederet juxta ordinem receptionis antiquorum Augustinienſium: illa igitur observanda erat.

4 Neque obstare poterat quod opponebatur, monasterium hoc, ultimo loco per discalceatos fuisse quæsitum: & per consequens post omnes incedere teneri: cum in hac materia, attendenda sit prioritas originis, & receptionis in illa civitate, vel loco: juxta Bullam Gregorii XIII. incipientem, *Exposcit Pastoralis officii munus*, sub die 15. Julii 1583. quæ est 86. in ordine, his verbis: *Quando verò non probatur, aut non constat de quasi possessione præcedentiæ inter fratres; ij qui antiquiores sunt in loco controversiæ, præcedant, ita ut si contingeret nova monasteria, aut domus in aliquo loco recipi, ille ordo qui prius monasterium seu domum in loco habuerit, præcedat.* Ex quibus verbis videtur inferri, monasterium istud ultimò receptum, ultimo etiam loco procedere debere.

Quia responsum fuit, non esse attendendam modernam discalceatorum receptionem; sed antiquam calceatorum, cùm hodierna receptio sit tantùm continuatio antiquæ. † Quod enim religiosi sint calcea- 5
ti, vel discalceati; aut quod laxiorem, aut strictiorem ejusdem ordinis regulam observent; non constituit aliquam ordinis differentiam: sed idem semper sancti Augustini manet ordo, eademque regula, quamvis accidentaliter diversa.

Et licèt dicti Patres discalceati, per constitutio- 6
nem fœlic. record. Pauli V. quæ incipit *Inter omnes*, sub Datum Romæ 10. Kalend Septembr. anni 1606. sint totaliter separati à mitigatis, seu calceatis: non tamen constituunt diversum ordinem, imò supponuntur authoritati & jurisdictioni ejusdem Generalis: quamvis suos habeant Vicarios generales, ex constitutione Gregorii XV. sub die 26. Novembris 1621. & die 20. August. 1622. necnon Urbani VIII. sub die 8. Julii 1627. Et in omnibus constitutionibus Apostolicis, aliisque dispositionibus, habentur omnes, tam calceati, quàm discalceati pro fratribus ejusdem ordinis, sola regulæ strictioris observatione distinctis: ut colligitur ex traditis per Barbos. *de jure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 131. *&* 132. Tamburin. *de jure Abbatum, tom.* 2. *disput.* 24. *quæst.* 4. *num.* 54. † Et ut omnis tollatur difficultas, adest 7
super hoc expressa declaratio sacræ Congregationis rituum, *sub die* 17. *Julii* 1627. relata per Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 1. *disp.* 25. *quæst.* 8. *post num.* 6. tenoris sequentis.

Procurator generalis Minorum Observantium reformatorum narravit, Fratres Observantes reformatos pati controversiam circa præcedentiam, quasi nuper ascitos in civitate: cùm tamen ingressi sint & habitent in Monasteriis familiæ: Ideo supplicavit provideri.

Congregatio de 17. *Julii* 1627. *mandavit omnino dari præcedentiam dictis reformatis.* Joan. Baptist. Card. Detus.

Et hoc juri & æquitati omninò convenit: quia 8
personæ subrogatæ dicuntur juris interpretatione eædem cum primis, *§. si igitur defunctus, Authent. de hared. ab intest. venientibus.* Natt. *consil.* 346. *num.* 3. Unde si supprimantur præpositi antiqui, & 9
in locum illorum subrogentur novi; omnia privilegia, & præeminentiæ, ac præcedentiæ antiquorum, transferuntur ad novos, tanquam in eorum subrogatos. Petr. de Ubald. *in tract. de unione, capit.* 2. *num.* 3. Garc. *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 10. Rota *decis.* 252. *num.* 8. *part.* 6. *recent.* repetita post *tom.* 3. Tamburini *de jur. Abbat. decis.* 116. *& decis.* 319. *ante num.* 1. *versic. & licèt hac constitutio, eadem part.* 6. *recent.*

Ut autem ea quæ supra dicta sunt *num.* 3. certiora 10
evadant, notandum est, duas proponi inter se repugnantes juris regulas: quarum prior asserit dandam esse præcedentiam juxta consuetudinem, etiamsi illa consuetudo repugnaret juri communi, utpote quod minùs dignus præcederet digniorem: Menoch. *consil.* 51. *num.* 51. Seraph. *decis.* 964. Addit. ad Burat. *d. decis.* 903. *n.* 21. Posterior contendit talem consuetudinem, per quam minus dignus præcedit digniorem,

rem, non ſubſiſtere, uti rationi & juri contrariam: Ludoviſ. *deciſ.* 310. *num.* 5. Quæ tamen ita per Addit. ad Ludoviſ. ad concordiam reducuntur, ut prior opinio procedat, juſtâ ſubſiſtente causâ, & in certis casibus particularibus: poſterior verò quando minùs dignus indiſtinctè, in omnibus actibus, & abſque rationabili causa præcedere vellet digniorem.

CAPUT LXXXII.

De modo procedendi inter regulares in electionibus, quando propter aliquem caſum non prævisum, capitulum ad duos Electores redactum eſt.

SUMMARIUM.

1 *Electio canonica quæ dicatur.*
2 *Canonicæ electionis vox variis modis accipitur.*
3 *Electio fieri debet per vota ſecreta, aliàs nulla eſt, & invalida.*
4 *Collegium licèt non poſſit conſiſtere in duobus, poteſt tamen in duobus conſervari.*
5 *De jure canonico, Collegium etiam ab initio poteſt in duobus conſiſtere.*
6 *Si capitulum reducatur ad duos electores, illi poſſunt eligere Diſcretum.*
7 *Si duo tantùm ſint electores, & eligibiles, unus poteſt conſentire electioni de ſe per alium factæ.*
8 *Electio non valet, ſi quis ſe ipſum nominet, propter ambitionem quæ interveniret.*
9 *Scrutinii forma non eſt neceſſaria, quando de facto obſervari non poteſt.*
10 *Vnus ex electoribus poteſt eligere alium palam, quando aliter electio fieri nequit.*
11 *Proponitur diſtinctio Menochii in hac quæſtione, ut ſi caſu non poſſit reperiri ſufficiens numerus, electio etiam non ſecreta, ſit valida: ſecus ſi facto alicujus tertii.*

PRæſupponitur in quadam regularium congregatione, electiones eſſe ſub duplici differentia. Prima eſt illa quæ canonica dicitur, in qua major eligentium pars in unius perſonæ electionem convenit: v. g. ſi ex viginti ſuffragantibus, undecim ſuffragia, vel plura in unum concurrant: quamvis aliàs canonica dicatur electio, quando electi fuerunt à Superioribus aliqui, qui eligentium vota diligenter excipiant: † hanc enim canonicam eſſe, cenſuit Sacra Congregatio, ut teſtatur Nicol. Garc. *part.* 5. *cap.* 4. *num.* 189. quia tunc vota eligentium ſunt ſecreta: ut *ibidem* tradit Garc. Sed meliùs Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de elect. num.* 1. definit, ut ſit alicujus perſonæ ad dignitatem, vel ad fraternam ſocietatem, ſervatâ formâ, canonicè facta vocatio. † Dictáque vox canonicæ electionis quandoque ſumitur in ampla ſignificatione; ita ut ſufficiat illam factam fuiſſe de conſenſu eligentium, & electi; dummodò non intervenerit cauſa quæ illam inficiat: veluti ſi facta eſſet per abuſum ſæcularis poteſtatis, vel ad populi clamorem. Quandoque ſumitur ſtrictè, quando omnia interveniunt, quæ ſunt de ſubſtantia, licèt non obſervetur forma *capit. quia propter, de elect.* veluti dum agitur de electione ad canonicatus, in quibus Eccleſia non remanet viduata paſtore. Aliquando denique ſtrictiſſimè, quando videlicet forma *dicti cap. quia propter*, ſervata fuit; ut explicat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 18. Nos hic conſtitutionis canonicæ nomen ad dictæ religionis conſtitutiones referimus.

Secunda ergo electionis forma in dicto ordine, & ex ipſius conſtitutionibus, dicitur non canonica, in ſupplementum primæ inducta: ſolet enim plerumque contingere, ut voces ſeu ſuffragia eligentium hinc inde diſpergantur, ita ut in nullum ex eligendis ſuffragiorum concurrat medietas. Si electio canonica eſſe non poſſit; tunc ſecundùm conſtitutionem, ex omnibus eliguntur illi duo, qui præ cæteris plura ſuffragia in ſecunda experientia habuerunt; vel ſi unus quidem plura, alii verò paria; præferendus erit ille qui primò profeſſus fuerit, & horum duorum nomina ſcribentur, & affigentur ſuper duobus diſtinctis burſulis, aut vaſis; & tunc qui plura ex his ſuffragia habuerit, etiam citra medietatem, publicabitur electus, ut ſuprà: quod ſi iterum in paritate vocum concurrant, ille publicabitur, qui antiquior fuerit in profeſſione.

Ex alio textu dictarum conſtitutionum, debent eſſe ſaltem tres vocales eligibiles, ad hoc ut legitimè fieri poſſit electio Diſcreti in unoquoque conventu: aliàs talis electio irrita ſit.

Occurrit caſus. Sunt in uno conventu quatuor vocales, ſcilicet Superior, & tres alii eligibiles & electores: in prima probatione ſcrutinii, unus illorum habet duo ſuffragia; alii duo habent unum: Quæritur utrùm ille qui duo habet ſuffragia, poſſit dici canonicè & legitimè electus, ſine alia experientia. Ratio dubitandi eſt, quia ſi iſte non cenſeatur legitimè & canonicè electus, duo ex iſtis tribus debent proponi: videlicet ille qui habuit duo ſuffragia; & ille qui habuit unum duntaxat, & qui ultimus, eſt antiquior in profeſſione: & cùm iſti duo propoſiti & eligendi, debeant exire de capitulo juxta conſtitutiones ejuſdem ordinis, remanent tantùm duo electores; videlicèt ſuperior, & alter vocalis: ita ut pro uno, tot ſint electores, quot eligibiles: & ita quæritur utrùm duo poſſint eligere duos? † Quia cùm electio debeat fieri per vota ſecreta, & per ſuffragia Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. Lezana *in ſumma regul. tom.* 1. *cap.* 15. *num.* 17. ſi duo iſti non conveniunt, ita ut unuſquiſque eligendorum, habeat unam tantùm ſuffragium; electio non eſt ſecreta, neque per ſecreta ſuffragia: & per conſequens nulla.

Sed tamen non obſtantibus ſuperiùs deductis, concluſum fuit illam electionem validam eſſe, & legitimam, atque ita fuit obſervatum: quamvis pro duos duntaxat electores facta fuiſſet. † Quia licet collegium non poſſit ſubſiſtere in duobus de jure civili, *l. Neratius, ff. de verb. ſignif.* in duobus tamen conſervari poteſt, ſi legitimus numerus in illis intervenerit: *l. ſicut mancipium*, § *final. ff. quod cujuſque univerſ. nomin.* † De jure verò canonico, ab initio poteſt conſiſtere in duobus, ex traditis à Tuſch. *litter. C, concluſ.* 452. *num.* 11. per text. *cap.* 1. *de elect.* Rot. *deciſ.* 860. *num.* 7. & *deciſ.* 292. *num.* 5. coram Seraphino, Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 8. & *ſeq.* † Et ideo cùm in principio quatuor adeſſent vocales in capitulo, quorum poteſtas ad duos redacta eſt, illi duo poſſunt eligere Diſcretum: prout etiam punctualiter tenet Nicolas *conſil.* 25. *in* 4. *dubio, lib.* 2. ubi dat varios modos procedendi in caſu iſto: † & inter cæteros modos procedendi per Abbatem *ibidem* propoſitos, ſecundus

modus

modus magis ad propositam facti speciem adaptari potest, videlicet quod tali casu non sit necesse quod electio fiat per vota secreta : sed isti electores qui supersunt in parvo numero, possint etiam palam & in aperto tractare de mittendis aliquibus ad capitulum : & tunc deputatus per alium, poterit consentire, quia non ab ipso oritur electio, sed à socio;
8 cui ipse duntaxat assensum præbet. † Nam si seipsum nominaret, non valeret ectio, tanquam facta per ambitionem. Paris. *de resignat. lib. 9. quæst.17. numero* 104. Cenedo *collect. 99. in decretales, numero* 3. per text. in *c. qualiter & quando, de elect.* cum distinctionibus per eum allatis.

9 Nec isto casu necesse est, ut electio fiat per scrutinium secretum, etiamsi in constitutionibus ordinis hoc expressè caveatur : quia talis forma non est de facto possibilis, cùm unus non possit votum alterius in occulto scrutari; & ideo constitutio vendicat sibi tantùm locum in conventibus, ubi forma
10 scrutinij secreti potest observari : quia lex non adstringit, ubi de facto servari non potest. Joan. Andreas *ad tit. de regul. juris, quæst.*34. † Concludendum est, quod quando isti duo procedunt ad electionem sine forma scrutinii, tunc unus ex electoribus poterit alium eligere palam : & talis electus poterit consentire : quia licèt vox electi non computetur in numero, quando proceditur per formam scrutinij secreti; aliud est in casu proposito, in quo proceditur per vim scrutinij manifesti. † Unde colligitur
11 quod constitutio obligans ad scrutinium secretum, non habet locum in casu isto, in quo ex natura rei scrutinium secretum fieri non potest : quod etiam tenuit Petr. de Biaxio *in direct. elect. part.3. cap.23. num.2. versic. & adverte.* Emanuel Roderic. *tom.2. quæst.regul.51. artic.2.* Mirand. *in manual. prælat. regul. part.2. quæst.25. artic.16. in 2. conclus. versic. sed quid si electores sunt tantùm tres.* Hieronym. Roderic. *quæst. regul. cap.58. num.2.* Lezana *in summa quæst. regul. in verb. Electio inter regulares, n.4.* & optimè Menoch. *consil.1226. per totum, volum.13.* ubi distinguit duos casus. Primus, quando casu, & sine culpa numerus eligentium redactus est ad unum, vel duos; ut tunc teneat electio. Secundus, quando non casu, sed facto alicujus intrinseco venit impedimentum; & tunc electio per duos facta non subsistit; ut ibi per eum : secundùm quam distinctionem contrariæ Doctorum conclusiones concordantur, & resolvuntur. Porrò in terminis quæstionis propositæ, numerus eligentium sine culpa, imò mero casu fuerat imminutus, & per consequens bene decisum fuit, electionem esse validam, & ita practicatum.

CAPUT LXXXIII.

De donatione facta ex causa fundationis monasterij construendi, sub modo, vel conditione; utrùm ob non adimplementum modi sit locus rescissioni illius. Quomodò designatio loci in quo monasterium construendum est, censeatur facta demonstrativè, aut taxativè. An necessaria sit in tali donatione Episcopi authoritas. Et utrùm per secundam donationem ad eandem causam factam, censeatur revocata, vel novata prima, cum extinctione hypothecarùm.

SUMMARIUM.

1 *Futuro monasterio donari potest favore piæ causæ.*
2 *Pollicitatio nuda actionem producit favore piæ causæ.*
3 *Ex quibus dignoscatur, utrùm dispositio sit modalis, vel conditionalis.*
4 *Favore Ecclesiæ donatio non rescinditur ob inobservantiam.*
5 *Locus in relictis piis in dubio censetur appositus demonstrativè, potiùs quàm taxativè.*
6 *Quæ requirantur ad inducendam novationem primæ donationis per secundam.*
7 *Donatio facta Ecclesiæ, non revocatur ex defectu acceptationis ipsius Ecclesiæ.*
8 *Donatio facta Ecclesiæ, non potest revocari per hæredes donatoris.*
9 *Post litem contestatam non potest fieri revocatio donationis.*
10 *Quando agitur de favore piæ causæ, Deus ipse statim acceptare censetur.*
11 *Ob juramentum, & stipulationem Notarij, utrùm jus acquiratur donatario irrevocabiliter.*
12 *Episcopi authoritas requiritur in erectione Ecclesiæ, sed non in legato facto pro Ecclesia construenda.*
13 *Donatio facta pro Ecclesia erigenda, statim est valida, ad effectum obligandi donatorem.*
14 *Summus Pontifex non tenetur in omnibus sequi donatoris voluntatem.*
15 *Donatio conditionalis retrotrahitur post purificatam conditionem, ut ex tunc, non ut ex nunc.*
16 *Ex donatione conditionali statim oritur jus reale & hypothecæ, dummodo postea purificata sit conditio.*

FUndatrix anno 1609. pro erectione conventus summam competentem donaverat, super cujus solutione fuit diutissimè disputatum, multæque excitatæ difficultates : quibus superatis, fuit decisum pro continuatione executionum, ad effectum con-
1 struendi conventum juxta fundatricis mentem : † Pro cujus rei fundamento in primis conclusum fuit, veram & communiter receptam sententiam esse, quod futuro monasterio validè potest fieri donatio. Guid. Pap. *decis.*267. Gonzal. *ad reg.*8. *glos.*5. §.7. *num.*101. Gratian. *discep. forens.*358. *num.*34. dicens Deum ipsum pro loco pio acceptare. Nicol. Garc. *de benef. part.4. cap.9. numero* 50. † Imò etiam hoc casu,
2 adversùs donatorem agi potest ex nuda pollicitatione. Paul. de Citadin. *in tract. de jure patron. part.3. num.*48.49. *&* 50. & quilibet de populo agere potest. Gratian. *d. cap.*358. *n.*14.

Secundò fuit suppositum, dispositionem fundatricis in casu proposito, non posse dici conditionalem, sed vel puram omninò, vel saltem sub modo conceptam : cùm onus fabricandi conventum appositum in dicta donatione, non debuerit adimpleri, nec potuerit, nisi traditis primò pecuniis pro conventus fabricatione donatis : ut patet ex verbis donationis; quibus cura fabricæ dicti conventus datur Rever. Patri Provinciali, qui ad hos fines desumat 2000. aureos de bonis donatis; quod expeditionem pecuniarum præcedentem requirit : & onera, in secundo contractu fundationis facto in confirmationem primi, debeant omninò post mortem fundatri-

cis adimpleri : & tamen ipſa donat *par donation dez maintenant valable*, id eſt donatione ex nunc valida : † unde ſequitur, onera illa non importare
3 conditionem, ſed duntaxat modum. Surd. *deciſ.*38. *numero* 6. *& deciſ.*156. *num.*6. Joan. Andr. Georg. *allegat.*31. *num.* 24. *&* 25. ubi dicit illam onerum adjectionem non inducere formam formalem ; ſed formam effectualem.

Ita ut diſpoſitio ſemper remaneat conditionalis, quando onera præſtari debent poſt donationem perfectam ; non obſtante quod in ea appoſita ſint verba, *& non aliter*, vel illa, *dummodò*, vel *ſub conditio-*
4 *ne* : Seraph. *deciſ.* 724. *num.*7. † Qui addit *numero* 11. quod etiamſi donatio eſſet conditionalis, tamen ante eventum conditionis non potuit ab ea recedi : maximè cum agatur de Eccleſia, cujus favore facta donatio, non poteſt revocari propter non adimplementum modi ; niſi in ea apponatur pactum reſolutivum expreſſum, & ſpecificum : ut optimè reſoluit Joan. Andr. Georg. *dict. allegat.*31. *numero* 26. etiamſi donatio fuerit cum onere illo adjecto, *& non aliter* : ut per eundem *numero* 14. per text. *in cap. verùm, de condit. appoſit.* ut bene comprobat *ibidem* Georg. plures allegans.

Et quamvis in primo contractu fundationis, donatrix voluerit monaſterium fabricari in civitate Carpentoractenſi, tamen ſubjungit poſtea illa verba, *& au lieu, ou endroit que ſera advisé*, & poſtea, *ſoubs le bon plaiſir de Nôtre S. Pere, ou autres à qui la con-*
5 *noiſſance appartiendra* : † & ita deſignatio dignitatis Carpentoractenſis potius facta fuit demonſtrativè, quam taxativè & reſtrictivè : itaut potiùs fundatrix conſideraverit favorem Eccleſiæ, & religionis; quàm loci ſeu civitatis, in qua Monaſterium erigendum erat : & potiùs reſpexerit ad favorem, & remedium animæ ſuæ, quod non magis provenit ſi monaſterium erigatur in uno loco, quàm in alio: idcirco quamvis impedimentum ſupervenerit, propter quod monaſterium in loco deſtinato non potuit erigi ; non ideo minus tenet donatio, & fundatio ad effectum, ut monaſterium erigatur in alio. Seraph. *deciſ.*1149. *num.*11. *& ſeq.* Ideo jure cautum eſt, ut ſi relictum pro pio loco conſtruendo, impleri non poſſit ubi deſtinatum fuit, impleatur in alio ubi commodè poterit adimpleri. Gloſ. *in c.*3. *in verb. in loco, ext. de teſtam.* & ibi Covar. *num.*9. *&* 12. Eman. Roderic. *quæſt. regul.* 125. *artic.*10. *tom.*3. ubi dicit, Provinciales hanc loci commutationem ex privilegiis ordinum facere poſſe.

6 Tertiò ſuppoſitum fuit, quod licèt fundatrix anno 1613. alium poſteriorem donationis, ſeu fundationis contractum fecerit, in quibus diverſa onera, & diverſas qualitates appoſuit, quæ non continebantur in primo, facto anno 1609. non ideo inducta fuit novatio, quæ non inducitur, niſi expreſsè dicatur, per text. *in l. ult. Cod. de novat.* Et ad hoc, ut per ſecundum contractum inducta fuerit novatio primi, neceſſe eſt ut ſecundus ſit incompatibilis cum primo, & illa incompatibilitas debet eſſe in ſubſtantialibus. Seraph. *deciſ.*1063. *num.*8. diverſitas autem loci, & aliarum circumſtantiarum ſimilium, non poteſt dici ſubſtantialis, ut patet ad ſenſum, & oſtendit Joan. Andr. Georg. *d. allegat.*31. *num.*25. ſed de novatione dubitari non poteſt, cùm ſecunda fundatio non deroget primæ : ſed contineat duntaxat additionem, & declarationem illius, ut patet ex illis verbis : *dicta ſua primæ fundationi addendo, declaravit.* Item & paulò poſt, *eodem primo inſtrumento in cæteris firmo manente.* Et ita clarè conſtat ex his verbis, fundatricem noluiſſe novare primam fundationem per ſecundam : ex Seraph. *deciſ.*1062. *numero* 7. cum ibi citatis : ne inducta ad augmentum, operentur diminutionem. Rot. *deciſ.*173. *num.* 42. *part.*6. *recent.*

Quartò fuit dictum, non obſtare validitati dona-7
tionis defectum acceptationis, ex *conſil.* Beroi 4. *volum.*1. & Pariſ. *conſil.*77. *volum.* 1. Quia conſilium illud Beroi expreſsè reprobatur per Georg. *dict. allegat.*31. *num.*30. cùm loquatur in diverſis terminis; nam donatio in caſu illius concilij non fuerat acceptata ; quæ tamen in caſu propoſito acceptata fuerat : nec in ea continentur onera, & conditiones ſimiles illis, quæ aderant in conſilio Beroi : ſed nec revocata fuit donatio per fundatricem, imò confirmata, & per ſecundam confirmata. † Nec poterat revocari, aut per ſecundam alterari per adjectionem novarum conditionum, & onerum ; poſtquam prima donatio erat perfecta, & ab ipſis religioſis acceptata : *l. perfecta donatio, Cod. de donat. quæ ſub mod.* Sed caſu quo potuiſſet revocari, talis revocatio debuiſſet fieri ab ipſo donatore ; non autem ab hæredibus ipſius : ut dicit idem Berous *num.*56. quem citat & ſequitur Georg. *d. allegat.*31. & ſupponit Pariſ. ſupra citatus *num.*38. ibi, *At quando donatrix pœnituit.* † Multoque minus poſſunt dicti hæredes revocare donationem, poſtquam lis fuit conteſtata: quia res deſinit eſſe integra, per litis conteſtationem : *l. ſi quis ſtipulatus fuerit* 10. *ff. de verb. oblig.* Coſta *de re integra, diſtinct.*109. *n.*5. † Sed neque idem ipſa donatrix, ut dictum eſt, revocare poterat, quia agebatur de pia cauſa, pro qua Deus ipſe ſtatim acceptare cenſetur : ut ſuprà dictum eſt *num.*1. et Gratiano *diſcept. forenſ.*358. *num.*34. Gonzal. *ad regul.*8. *gloſ.*5. §.7. *num.*101. *&* 102. Coſta *de re integra, cap.*79. *num.*2. Surd. *de alim. tit.*9. *quæſt.*23. *num.*31. *&* 32. Menoch. *conſil.*92. *num.*79. Mantic. *de tacit. convent. lib.*13. *tit.*7. *num.*16. *& ſeq.* Sanch. *de matrim. lib.*1. *diſput.*7. *n.*10. *&* 38. ubi hanc veriorem & communem ſententiam eſſe docet. † Imò cùm hic adeſſet juramentum & ſtipulatio Notarij : jaquèm tum fuit abſentibus irrevocabiliter, quamvis non ageretur de cauſa pia : Menoch. *loco mox citato, numero* 76. Coſta *dict. cap.*79. *num.*5. Sanch. *ubi ſup. n.*36. optimè Addent. ad Ludoviſ. *deciſ.*97. *num.*1.

Quintò fuit præſuppoſitum, quod licèt Epiſcopi conſenſus neceſſarius ſit in erectione monaſterij, & alia intervenire debeant, de quibus ſuperiùs *cap.*23. actum fuit ; ita ut antequam illa intervenerint, conditio erigendi Monaſterium non ſit purificata : tamen fieri debet differentia inter erectionem actualem Monaſterij, & legatum, ſeu donationem factum pro monaſterio conſtruendo. In illa quidem authoritas Epiſcopi neceſſariò cum aliis, de quibus *cap.*23. intervenire debet ; ſed non in legato, vel donatione quæ fieri poteſt ad effectum conſtruendi monaſterium ſine ullius authoritate : ut bene diſtinguit Joan. de Selua *in tract. de beneficiis, quæſt.*6. *n.*5. *verſic. Item poſito quod eſſet pariter,* ubi dicit, quemlibet poſſe liberalitatem exercere ad hoc ut beneficium erigatur : ſed quando devenitur ad executionem & beneficij erectionem, vel loci ſacri ædificationem, neceſſariò Epiſcopi authoritatem intervenire debere.

Ultra quod duo hic reſpectus haberi poſſunt : primò reſpectu Epiſcopi, & tunc legatum vel donatio non facit, ut dicatur res ſacra effecta ; & hoc reſpectu non dicitur perfecta fundatio, ſed remanet in ſuſpenſo, donec Epiſcopus conſenſerit : ſed ſuperveniente conſenſu, & authoritas Epiſcopi, facit valere contractionem ut ex tunc ; quia retrotrahitur ad diem donationis

tionis. Secundò respectu donatoris, seu fundatoris, & ejus hæredum, & hoc respectu statim valet donatio irrevocabiliter, ut bene explicat Joan. de Selva *d. part. 1. quæst. 6. num. 16. versic. decimotertio.*

14 Accedit præmissis confirmatio dictæ donationis & erectionis Monasterij facienda per summum Pontificem, vivente adhuc fundatrice concessa; quæ omnia reddit valida, quamvis Papa non sequutus fuisset in omnibus fundatricis voluntatem, quam non tenetur summus Pontifex in omnibus sequi: nec illius honori & famæ consulere: ut in istis terminis bene probat Joan. Andr. Georg. *d. allegat. 31. n. 57.*

15 Sextò fuit consideratum, quod licèt donatio facta sub beneplacito Episcopi, vel Superiorum, qui omnino intervenire debet, videatur conditionalis; & purificata conditione videatur valere ut ex nunc, non ut ex tunc: & per consequens, hypothecæ per fundatricem ipsam ante Episcopi consensum contractæ, videantur potiores hypotheca Monasterij, quæ non habet effectum, nisi post purificatam conditionem: tamen verius est, hypothecam per retrotractionem valere ut ex tunc, quamvis ex post intervenerit consensus requisitus, etiam per viam conditionis. Gomes. *tom. 2. variar. resol. cap. 11. numero 29. versic. secundus effectus est.* Et dum requiritur Episcopi authoritas, hoc respicit favorem Ecclesiæ, non autem donatoris, vel ejus hæredis; qui non possunt opponere de jure tertij, nempe Ecclesiæ: ut dicit Joan. de Selva *d. numero 16. versic. decimotertiò*, Joan. Andr. Georg. *per totam illam allegation. 31.* omninò videndus. Et quod hypotheca retrotrahatur, & præferri debeat alteri cuicumque intermediæ dispositioni, vel donationi, probatur *in l. si balneum*, & *ibi* Glos. *in verb. convenissent*, & Castrens. *numero 1. ff. qui potior. in pig. habeant.* Gabriel *consil. 141. num. 8. lib. 1.* Cardin. Mantic. *de tacit. conven. lib. 11. tit. 23. num. 29.* & optimè confirmatur ex *decis.* Rotæ *facta 23. Iunij 1617. in Romana de Mazzatostis, coram Verospio*, quæ post hæc scripta, quæ facta fuere anno 1626. fuit typis mandata *in recent. part. 4. decis. 539. num. 6.* ubi hæc veritas bene confirmatur, & respondetur ad rationes, & authoritates in contrarium allatas: & in *decis. 174. num. 36. & 37. part. 6. recent.* reprobato Giovagn. *consil. 35. num. 30.* & *consil. 98. num. 11. lib. 1.* & aliis contrarium sentientibus.

16 Quanquam nec verum sit, donationem illam conditionalem esse, ut superiùs *num. 3.* dictum est: & quamvis conditionalis esset, non tamen potuisset per posteriorem dispositionem revocari: quia ex ea orta fuit saltem spes consequendi rem promissam, in eventum purificatæ conditionis, §. *ex conditionali, Institut. de verb. obligat.* quæ conditionalis obligatio licèt sit imperfecta respectu executionis, tamen est perfecta ratione obligationis; ita ut per quamcunque aliam dispositionem ab ea recedi non possit. Seraph. *decis. 724. num. 11.* Covar. *lib. 1. variar. resolut. cap. 14. n. 16. versic. & si respondeas.* Rot. *decis. 174. n. 8. & multis sequentibus, part. 6. recent.* Et secundùm hæc judicatum fuit per R.P.D Hieronymum Felicium tunc Auditorem generalem Eminent. D. fœlic. record. Card. de Balneo, donationem & fundationem factam anno 1609. suum debere sortiri effectum, & producere hypothecam ab illo tempore, nec illi fuisse præjudicatum per secundam donationem anni 1613. nec per donationes intermedio tempore in favorem aliarum personarum factas: & illius sententia fuit in gradu appellationis confirmata, & executioni demandata.

CAPUT LXXXIV.

Continens votum, & rationes, quibus motus fuit judex ad decernendam hypothecam, & validitatem primæ fundationis, de qua in præcedenti capite: non obstantibus impugnationibus in contrarium propositis.

1 *Donatio pro monasterio construendo, statim valida est, nec requirit Episcopi consensum.*

2 *Magna est differentia inter ista duo, construere seu erigere monasterium, & donare pro monasterio erigendo.*

3 *In fundatione intentionali, non requiritur Episcopi authoritas, sicut in reali.*

4 *Fundatio semel facta non potest alterari sine consensu Ecclesiæ donatariæ.*

5 *Fundatio jam facta, si alteretur, requiritur etiam Episcopi consensus.*

6 *Episcopus potest mandare, ut monasterium erigatur in alio loco quàm ordinato per fundatorem. Maximè ex rationabili causa, num. 7.*

8 *Donatio pro constructione monasterij semper est observanda, etiamsi locus designatus non sit commodus; nam ad alium locum transferri debet.*

9 *Relicta pia nunquam caducantur.*

10 *Conditio impossibilis adjecta legatis piis, vitiatur, non vitiat.*

11 *Per secundam donationem non potest præjudicari primæ, nec in ea nova onera apponi.*

12 *Quando fundatio, constructio, & dotatio fit ab una eademque persona, simul & semel; utrum actus sit nullus, si non interveniat authoritas Episcopi.*

13 *Consensus Episcopi magis præcisè requiritur ad effectum reservationis juris patronatus, quàm ad effectum reddendi validam donationem factam ex causa fundationis.*

14 *Explicatur locus Ioan. de Selva de benefic. part. 1. quæst. 6. dum loquitur de Episcopi consensu, requisito ad validitatem fundationis, vel donationis.*

15 *Utrum circa Episcopi consensum requisitum in fundatione fieri debeat differentia inter fundationem factam per viam legati, vel per viam donationis.*

16 *Consensus Episcopi non est necessarius, nisi quando agitur de effectuali monasterij constructione: non autem quando donatur, vel legatur ad illum effectum.*

17 *Fundationis nomen est æquivocum: quandoque enim sumi potest pro donatione, vel legato; quandoque pro actuali erectione, seu constructione.*

TRes sunt potissimùm quæstiones in præsenti causa. Prima, an donatio facta pro fabricando conventu, requireret pro ejus validitate consensum Episcopi. Secunda, an sit locus executioni donationis, attento quod religiosi donatarij volunt ædificare conventum in alio loco, quàm designato per fundatricem in prima donatione, non servatis, nec adimpletis conditionibus in secundo contractu donationis appositis. Tertia, utrùm dicti religiosi agere possint

poſſint ex hujuſmodi donatione, quam illorum Superiores nunquam ratificarunt, juxta ea quæ fundatrix fieri mandavit in ſecunda donatione.

Tenor inſtrumenti donationis factæ 1609. talis eſt: Quod donatrix fundat conventum ordinis Minimorum, in territorio civitatis Carpentoractenſis, ſub beneplacito Illuſtriſſimi domini Epiſcopi, & in loco eidem Epiſcopo bene viſo, cum aſſignatione duorum millium ſcutorum pro conſtructione monaſterij: & aliorum quinque millium pro dotatione. Deinde anno 1613. aliam ſecundam fecit donationem, cum diverſis oneribus & conditionibus, contractis tamen inter primam & ſecundam ordinationem pluribus & diverſis hypothecis: Concluſum fuit pro validitate & executione primæ fundationis, ſeu donationis, ex ſequentibus.

1 In primis, quia donatio facta pro Monaſterio conſtruendo, tantùm abeſt ut Epiſcopi conſenſum requirat, quinimò valeat ſtatim, etiam nemine præſente, & acceptante. Guido Pap. *deciſ.* 267. *verſic. idem dicerem:* & ex veriori poſt multos, quos allegat, reſoluit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 358. *numero* 34. *cum ſeq. & cap.* 400. *num.* 8. ubi dicit donationem cenſeri puram, & in eo non conſiderari conditionem aliquam.

2 Neque obſtant jura, & authoritates quæ in contrarium allegari poſſunt: Quia loquuntur de Epiſcopi authoritate requiſita in erectione, & fundatione monaſterij: ſecus eſt in donatione facta pro conſtruendo monaſterio, quæ ſtatim valet, non expectato conſenſu alicujus: ut ſupra dictum fuit, & habetur ex Romano *conſil.* 409. *in tertio dubio, uſque in finem.* Joan. de Selua *de benefic. part.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 1. *& ſequentibus.*

3 Et licèt in inſtrumento donatrix utatur illis verbis, *fundavit, & fundat*; tamen conſtat fundationem illam fuiſſe duntaxat intentionalem, & non realem: ideo non fuit in ea Epiſcopi conſenſus neceſſarius, ex ſupradictis.

4 Secundò, quod attinet ad inobſervantiam conditionum, cùm fundatrix mandaverit conventum fabricari in civitate Carpentoractenſi, ubi locus commodus haberi non potuit; & alius locus eſſet inveſtigandus, non licuit fundatrici ſine conſenſu fratrum ex ſe ipſa alium locum declarare, & novas adjicere conditiones; de quarum inobſervantia hodie contenditur: ſed ipſius quoque donatarij conſenſus requirebatur, ex traditis per Bartol. *in tract. de minor. lib.* 1. *diſtinct.* 2. *c.* 3. *num.* 13. ibi, *quandoque poteſt fieri de jure, non de facto.* Card. Tuſch. *in verb. legatum, concluſ.* 114. *numero* 5.

5 Imò nec ſine conſenſu Epiſcopi id fieri poterat, ad quem videtur electio devolvi, quando in primo loco non adeſt poſſibilitas, per text. *in cap.* 3. *de teſtam.* & ibi Covar. *num.* 9. ideo inobſervantia non eſt habenda in conſideratione.

6 Præterea, ſi Epiſcopus non vult dare licentiam conſtruendi monaſterium in loco per fundatorem ordinato, ſed ipſe alium velit eligere, hoc facere poteſt, & hæredes tenentur parere: ita Cardin. Tuſch. *in verb. Epiſcopus, concluſ.* 273. poſt Romanum ab eo citatum *conſil.* 409. *in ultima quæſtione.* Ergo multò magis in caſu iſto, Epiſcopus potuit alterare conditiones appoſitas per fundatricem, circa eundem locum; quod eſt minus.

7 Præſertim verò hoc habet locum, quia id ex rationabili cauſa factum eſt. Cùm enim Epiſcopus ageret de diſmembrando à menſa Epiſcopali oratorium frequentia populorum percelebre, cum aliis ædificiis adjacentibus; & illud concedendo religioſis pro erectione, & conſtructione monaſterij, quo mediante fratres relevabantur à magnis ſumptibus fabricæ, quos aliàs facturi fuiſſent; non erat rationi congruum quod Epiſcopus menſam ſuam purè & liberè privaret dicto loco; ideo cum conſilio ſuorum Officialium & Capituli deliberatum fuit, ut concederetur adjecto aliquo onere pio, & ſalutari; quæ deliberatio ſummam continet æquitatem, & ideo ſine dubio potuit Epiſcopus alterare, & commutare conditiones in fundatione adjectas; præſertim fratrum accedente conſenſu: ex traditis *in c.* 1. §. 1. *de religioſ. domib. in* 6. Card. Thuſch. *in verb. Epiſcopus, concluſ.* 273. *per tot.*

Neque obſtat quod onera adjecta per Epiſcopum repugnent intentioni fundatricis; etiam in eo quod ſola voluit eſſe fundatrix dicti conventus: & pro tali non poſſit agnoſci, niſi dictum oratorium religioſis purè, & ſine onere concedatur.

Quia ex adjectione oneris ipſa non minus manet fundatrix, quàm ſi oratorium purè & ſine onere conceſſum fuiſſet: utroque enim caſu verum eſt, oratorium habitum fuiſſe à manu Epiſcopi: ſed quia Epiſcopus ex tali conceſſione non habet intentionem faciendi conventum; ſed facilitandi fundationem ordinatam per donatricem; ipſa erit ſemper fundatrix, Epiſcopus autem benefactor: cùm actus attribuendus ſit primæ cauſæ, & ſecundùm intentionem partium, & in effectu in Brevi confirmationis S.D.N. Papæ, dicta Domina vocatur erectrix, Epiſcopus autem benefactor: & in omnem eventum, dicta onera non ſunt talia, ut reddant diſpoſitionem conditionalem, & illius executionem impediant, ex traditis per Joan. Andr. Georg. in ſimili cauſa, *allegat.* 31. *per tot.* & optimè fuit deductum per D. conſulentem pro dictis religioſis.

Itaque iſta inobſervantia conditionum fruſtra opponitur: nam cùm donatio pro conſtructione Monaſterij nunquam deficiat, nec remaneat in ſuſpenſo quamvis locus deputatus non ſit commodus, aut poſſibilis; cùm Epiſcopus ſemper alium locum poſſit eligere, & implere voluntatem diſponentis; præſertim apertum *in cap.* 1. *de teſtam.* & ibi Covar. *num.* 9. †

† Et regula generali, quod relicta pia non mutantur quoquo modo, Tiraquel. *de privileg. pia privileg.* 39. Gratian. *diſcep. forenſ.* 254. *num.* 1. Et conditio impoſſibilis adjecta in hujuſmodi actis, vitiatur, & non vitiat: Tiraquel. *privileg.* Joan. Andr. Georg. *allegat.* 31. *num.* 35. Ideo ſemper eſſet locus diſpoſitioni ad effectum commutandi ad uſus deſtinatos, poſt adinuentum locum idoneum ſed de loco idoneo reperto ſatis conſtat, ex illius approbatione per ſummum Pontificem, & Epiſcopum facta.

Quod ultimo loco oppoſitum fuit, de defectu ratificationis R.P. Provinciali, ſrequiſitæ per dictam cundam donationem, non obſtat aliqua ratione quia non potuit fundatrix poſt perfectam donationem aliam facere, & in ea nova onera adjicere; quod men ab initio facere potuiſſet. Bald. *conſil.* 381. & poſt ipſum Card. Tuſch. *in verb. contractus, cluſ.* 283. *num.* 2. Et propterea non impediuntur tres agere, etiam ſine dicta ratione.

Tertiò, cùm ſcribentes contra religioſos pro ectos, propoſuerint faciendam eſſe differentiam ter fundationem factam ab una perſona, alia dotem te; & eam in qua idem eſt fundator & dotator hujus propoſitionis veritate videndum eſt. Sanè unique caſu obtinet generalis regula, quia ſive idem dotator & fundator, ſive diverſus: idem generaliter Doctores ſtatuunt, quando non agitur de acqui-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rendo jurepatronatus, prout in hoc casu, in quo, nec illud fundatrix sibi reservavit, nec reservare potuit, cùm ageretur de regularibus: tunc dotationem, seu donationem ipsam, etiam sine consensu Episcopi firmam manere. Lambert. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *in* 5. *quæst. principali, art.* 10. Joseph. Ludou. *in suis commun. conclus. tit. de jurepatron. versic. amplia secundò, & seq.* & quod indistinctè donatio pro monasterio construendo valeat, & teneat, etiam nemine acceptante, tenet Gratian. *discept. forens.* 358. *num.* 34. nec expectet pro ejus validitate consensum Episcopi: idem Gratian. *discept. forens. cap.* 400. *num.* 8.

Pari modo valet donatio Ecclesiæ construendæ: Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 50. neque requirit consensum Episcopi, nisi ad effectum acquirendi jus patronatus. Lambert. *lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 2. *art.* 3. *num* 8. *&* 11. *& eadem part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 5. *art.* 10.

Verum est, quod domini scribentes contra fratres utuntur hoc argumento: Ad producendam Ecclesiam de non esse ad esse, debent concurrere ista tria; fundatio, dotatio, constructio. Ex his tribus, nec pluribus, nec paucioribus, acquiritur jus patronatus absque alia reservatione: jus autem patronatus non potest acquiri sine consensu Episcopi: ergo à primo ad ultimum sine consensu Episcopi, non potest esse fundatio, constructio, nec dotatio.

Sed istud argumentum non aliud probat, quàm ad effectum acquirendi jus patronatus, tam ex fundatione & constructione, quàm etiam ex dotatione, necessarium esse consensum Episcopi: & hoc est verum, & conceditur: sed argumentum non infert, quod sine consensu Episcopi non valeat dotatio: nam dato quod ex ea non acquiratur jus patronatus, quia facta repetitur sine consensu Episcopi; tamen dotatio per seipsam manet sine alio consensu: ita Lambertin. *dicta quæst.* 5. *artic.* 10. Joseph. Ludovis. *in dicta conclus. superius citata.*

Prout etiam non valet ista consequentia: Ecclesia non potest ædificari sine consensu Episcopi: ergo non potest dotari sine illius consensu. Joan. de Selua *d. part.* 1. *quæst.* 6. *in* 9. *objectione.*

Replicatur tamen, Lambertinum loqui de dotatione separata à constructione, & dotatione: secus dicitur concludendum in sensu concreto.

13 Sed etsi locus Lambertini sit satis clarus, nec admittat dictam glossam: tamen aliter etiam demonstratur, conclusionem esse indistinctè veram. Et dico quod licet fundatio, constructio & dotatio fiant simul, & semel, ab una eademque persona, nullo requisito Episcopi consensu: sine ipso tamen Episcopi consensu non licet ipsi donanti, aut ejus hæredibus donationem revocare: imò fundatio & dotatio semel Deo dicata, semper manet: ita in terminis Lambertin. post allegatos *dict. lib.* 1. *part.* 1. *in* 2. *quæst. principali, art.* 18. *num.* 2. 3. *&* 4. & sic Episcopus quandocumque consentiat, & ratum habeat: Doctores non ponunt difficultatem circa validitatem donationis, & fundationis; sed solùm ponunt difficultatem circa jus patronatus, utrùm acquiratur, vel Ecclesia sit libera. Videatur Lambertin. *dict. lib.* 1. *part.* 1. *in* 2. *quæst. principali, art.* 12. *num.* 5. & Rot. *decis.* 564. *per totam, part.* 4. *diversorum.*

Et Doctores omnes, dum loquuntur de consensu isto supervenienti, an validet donationem ut ex nunc, vel ut ex tunc; loquuntur signanter ad effectum acquisitionis jus patronatus, seu translationis ejusdem in aliam personam: in qua quæstione habemus inter se contrarios Rotam Romanam, quæ tenet unam opinionem; & Lambertinum, & Abbatem, qui tenent aliam.

Verùm, quod attinet ad validitatem fundationis, nemo est qui dubitet quin valeat semper, per regulam: semel Deo dicatum, &c. & consensus quandocumque superveniat, sufficit; nec hæredes donatoris possunt resilire à contractu: ut supra demonstratum est.

Nec fiat fundamentum in verbis Joan. de Selua, 14
d. part. 1. *quæst.* 6. quia ibi satis confusè loquutus est: & licèt *sub num.* 8. *versic. circa istum articulum*, videatur concludere quod consensus Episcopi superveniens faciat donationem valere solùm ut ex nunc: tamen ex antecedentibus per eum dictis, & ex Doctoribus per eum citatis satis colligitur, si bene advertatur, illum loqui respectu acquisitionis jurispatronatus, vel translationis ejusdem in aliam personam: non autem respectu validitatis dotationis, & fundationis.

Et quamvis iterum Joannes de Selua *d. quæst.* 6. 15
num. 11. *versic. item etiam firmat*, videatur distinguere inter legatum, & donationem; dicens in primo casu per consensum supervenientem validari ut ex tunc: secundo casu, ut ex nunc: idque favore ultimæ voluntatis: tamen idem author solùm se restringit ad acquisitionem jurispatronatus, ut legitur ibidem; nullo tamen casu, ante Episcopi consensum. Et id etiam demonstratur evidenti argumento: nam Selua ibi respondet ad doctrinam Joannis Andreæ, qui tamen loquitur duntaxat de jurepatronatus: eodem igitur modo intelligendus est Selua, ut ejus responsio non sit impertinens: & si aliter illum intelligeremus, non possemus illum salvare; cùm omnes DD. teneant contrarium, respectu validitatis fundationis, & dotationis.

Quartò considerandum est, quod in facto sit æqui- 16
vocum, dum supponitur nos versari in casu, in quo simul & semel concurrit fundatio, constructio & dotatio ab eadem persona, sine consensu Episcopi facta: Ergo non reperio in facto hoc esse verum; nam video solùm in instrumento primæ fundationis adesse donationem 2000. scutorum pro Monasterio ædificando, & 2000. scutorum pro dote ipsius: quæ duo non requirunt Episcopi authoritatem, ut jam sæpiùs dictum fuit.

Et constructio quæ desiderat Episcopi consensum, est ipsa ædificatio, & erectio: juxta text. *in can. nemo, de consecrat. distinct.* 1. & passim DD. Quod si sumamus constructionem pro actu, in quo donatur pecunia ad fines construendi; isto sensu sumpta constructio, non indiget authoritate Episcopi, ut sæpiùs dictum est. † Quando verò assi- 17
gnatur certus fundus, in quo debeat construi monasterium, quia per illam assignationem fundi regulariter acquiritur jus patronatus, ex traditis per Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 2. *num.* 1. isto casu potest concedi, quod requiratur consensus Episcopi: sed quando datur summa aliqua, ut ex ea ematur fundus pro construendo monasterio in loco per Episcopum bene viso, prout factum fuit in casu isto; non requiritur in donatione consensus Episcopi, quamvis etiam hoc casu nuncupetur fundatio, cùm fundatores dicamus eos, qui propriis pecuniis monasteria construunt: tamen in fundatione hoc modo sumpta, non est necessarius Episcopi consensus pro ejus validitate, ex conclusionibus superiùs firmatis, *numero* 2. *&* 3.

CAPUT

CAPUT LXXXV.

De annali, triennali, & decennali poſſeſſore beneficij, & regulis Cancellariæ deſuper editis. Quæ ſit vis, & effectus diuturnæ poſſeſſionis; & quæ inter regulas de annali, & triennali differentia; tam inter ſe, quàm cum vulgata illa, & celebri allegatione Lapi 89. quam ſæpius Rota Romana ſequuta eſt. Plurimæque difficultates circa praxim dictarum regularum Cancellariæ proponuntur, & reſolvuntur.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio decennalis habet vim tituli, niſi de intruſione conſtet.*
2 *Intruſus dicitur fur, & beneficium poſſidere non poteſt: quia caret canonica inſtitutione.*
3 *Allegatio Lapi 89. vult præſumi titulum prædeceſſoris in beneficio ex longa poſſeſſione.*
4 *Allegatio Lapi 89. duo requirit, primò poſſeſſionem diuturnam, & pacificam: ſecundò, quod poſſidens communi exiſtimatione habitus fuerit pro vero & legitimo poſſeſſore.*
5 *Longum tempus erat decem annorum in terminis dictæ allegationis 89. Lapi, hodie eſt triennium.*
6 *Allegatio Lapi 89. non ſolùm vult præſumi titulum, ſed etiam habilitatem ipſius, ſi duo requiſita concurrant, longa poſſeſſio, & communis reputatio.*
7 *Ceſſantibus duobus requiſitis in allegatione 89. Lapi, titulus anteceſſoris probandus eſſet, ſi collitigans alium alterius anteriorem cum poſſeſſione probaret. Intellige ut numero 9.*
8 *Materiam integram allegationis Lapi tractat Mareſcotus.*
9 *Non admittitur probatio alterius tituli anterioris adversùs prædeceſſoris titulum, niſi ſimul allegetur, ipſum prædeceſſorem non poſſediſſe per triennium, aut non habuiſſe pro ſe communem exiſtimationem: & explicatur deciſio Cod. Fabriani lib. 1. tit. 3. defin. 15.*
10 *Concurrentibus requiſitis in dicta allegatione Lapi 89. præſumitur quod prædeceſſor in beneficio habuerit meliorem titulum de mundo.*
11 *Publicatio reſignationis præſumitur ex ſolo triennii lapſu.*
12 *Præſumptio tituli validi non tollitur per productionem alterius tituli invalidi, ſtante longi temporis lapſu.*
13 *Quando quis non ſuo, ſed alieno nomine poſſidet, nihil prodeſt longi temporis poſſeſſio, nec locus eſt dictæ allegationi Lapi 89.*
14 *Quomodò differat iſta præſumptio ex allegatione Lapi, cum regula Cancellariæ de triennali.*
15 *Allegatio Lapi 89. facit ut non teneatur quis ſui anteceſſoris titulum probare.*
16 *Regulæ de annali poſſeſſ. primum caput exponitur.*
17 *Regulæ de annali quoad primum caput, Papa, & Legatus, ſed Vicelegatus derogat.*
18 *Vt derogatum cenſeatur regulæ de annali, derogatio debet eſſe ſpecialis.*
19 *Derogatio regulæ de annali non attenditur, ſi principalis gratia ſit nulla.*
20 *Secundæ parti regulæ de annali non derogatur, qua tempus præfigitur liti ſuper beneficio impetrato movendæ, & terminandæ.*
21 *Adversùs lapſum temporis præfinitum in reg. de annali, facilè datur prorogatio.*
22 *Stante legitimo impedimento, tempus ſtatutum ad effectum reg. de annali non currit impedito, contra Gratianum.*
23 *Impeditus non tenetur proteſtationem facere ſuper impedimento, nec illam parti intimare, nec propterea excluditur vigore regulæ de annali: maximè ſi facto adverſarij fuerit impeditus.*
24 *Annus, de quo in dict. regula, incipit à die ſtationis executa.*
25 *In Gallia impeditus tenetur proteſtari, & proteſtationem intimare; alias excluditur, propter decretum de pacificis poſſeſſoribus.*
26 *Quoad effectum regulæ de annali, ſufficit lis ſta per executione litterarum.*
27 *Lis juxta regulam de annali, debet terminari in petitorio; ſed tempus non currit quandiu adverſarius ſuſpendit petitorium.*
28 *Regula de annali locum habet in quocumque impetrante, ſive per obitum, ſive alio modo.*
29 *Item locum habet in impetratione ex capite ſpolii. Expreſſo certo modo, non licet variare, nec recurrere ad probationem alterius modi vacandi. Ibidem.*
30 *Differentia quæ ſit inter regulam de annali, & de triennali: & num. 31.*
32 *Regula de annali locus eſt, quamvis quis fuerit intruſus in beneficio reſervato.*
33 *Regula de annali non procedit in præjudicium veri patroni, qui debet præſentare.*
34 *Non eſt locus illi regulæ, ſi conſtet de non titulo anthoris.*
35 *Intellige, dummodò de hoc conſtet evidenter per confeſſionem partis, vel per rem notam.*
36 *Quid contineat in ſumma, regula de triennali.*
37 *Ad regulam de triennali requiritur titulus coloratus, & pacifica poſſeſſio.*
38 *Poſſeſſio beneficij infanti collati, non producit effectum triennalis poſſeſſionis.*
39 *Regula de triennali in Gallia non jurat in promotum, poſſidentem beneficium in villa non rata.*
40 *Titulus vitioſus non prodeſt ad effectum reg. de triennali; ideo melius eſt titulum non producere quàm vitioſum producere.*
41 *Sufficit ad triennalem poſſeſſio colorata, nec opus eſt titulum producere: & num. 43.*
42 *Magna eſt differentia inter titulum vitioſum, & titulum nullum, in materia regulæ de triennali.*
43 *Poſſeſſio colorata ſufficit, & poteſt allegari ſine penſatio, & alius quicumque melius titulus ab eo, qui triennio pacificè poſſedit, excluditur numero 49.*
44 *Intellige, dummodò poſſeſſio fuerit pacifica, non alias.*
45 *Negativæ non obtentæ diſpenſationis probari poteſt, ſed probatio eſt difficilis.*

46 *Quamvis constet de titulo invalido, remanet semper præsumptio tituli validi, ex triennali possessione.*

47 *Regula de triennali non quærit bonam, vel malam fidem, ex mente Rotæ, contra Sanchem.*

48 *Regula de triennali obstat tam in petitorio, quàm in possessorio; contra nonnullos.*

49 *Dispensatio non præsumitur ex longi temporis possessione, in casibus, in quibus Papa difficilè dispensat.*

50 *Vtrùm regula de triennali juvet eum, cui onus profitendi fuit injunctum cum clausula:* Aliàs, quod præsens gratia sit nulla, & beneficium vacet eo ipso.

51 *Regula de triennali juvat non graduatum, vel non promotum; dummodò ante impetrationem adversa ij promotus, vel graduatus fuerit.*

52 *Verius est hoc casu, non professum non juvari dicta regula de triennali: & numero 54.*

53 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem: & numero 54.*

55 *Is qui per sententiam promoveri jussus est, etiamsi per triennium post sententiam pacificè possederit, non juvatur triennali, si promotus fuerit; & quomodò hoc intelligatur.*

56 *Obtinens duo beneficia curata sine dispensatione, non juvatur triennali, vel decennali possessione.*

57 *Simoniacus non juvatur regula de triennali, propter vitiosum ingressum.*

58 *Vtrùm hoc intelligendum sit de simplici simonia conventionali, nonnulli dubitant.*

59 *Sed verius est requiri, ut simonia sit realis, per traditionem subsequutam executioni demandatà.*

60 *Triennalis prodest etiam in beneficiis reservatis alia reservatione, quàm in corpore juris clausa.*

61 *Quæ sit reservatio clausa in corpore juris.*

62 *Triennalis non juvat possessorem Ecclesiæ unitæ.*

63 *Decretum de pacificis possessoribus in Gallia juvat adversus Regalistas.*

64 *Referuntur Doctores de materia regulæ de triennali tractantes.*

65 *Pacificus possessor ut quis dicatur, quid sit necessarium. Controversia extrajudicialis non continuata, non nocet possessioni triennali.* Ibidem.

66 *Iudicialis controversia ut interrumpat triennalem, debet esse super titulo, vel possessione, vel fructuum perceptione.*

67 *Sola impetratio sine citatione, non interrumpit triennium.*

68 *Turbationes per tertium illatæ non impediunt cursum triennalis respectu aliorum.*

69 *Locus* Sanchez in consil. moral. *ab errore Typographi purgatus.*

70 *Appellatio extrajudicialis, utrùm interrumpat triennalem pacificam possessionem.*

71 *In beneficialibus appellatio extrajudicialis habet vim citationis: & de appellatione extrajudiciali. Remissivè.*

72 *Titulus coloratus quis dicatur in materia regulæ de triennali.*

73 *Major tituli color requiritur in regula de triennali, quàm in actione spolij.*

74 *Titulus habitus à Vicario dicitur coloratus, quamvis de illius potestate non constet.*

75 *Intrusus quis multis modis dici potest. Remissivè.*

76 *Ad effectus regulæ de triennali, intrusio tribus modis tantùm locum habere potest.*
Primò, quando possessor non habet titulum verum, vel præsumptum.
Secundò, quando habet titulum ab eo, qui non habet potestatem conferendi.
Tertiò, quando quis habet titulum simonia reali infectum.

VAriæ sæpiùs occurrunt quæstiones circa materiam triennalis, vel annalis possessionis; pro quarum determinatione, ut ordine procedamus, & præcipua quæ sæpius in facto occurrunt capita dilucidè exponamus, quædam in primis præmittenda sunt.

Primò igitur sciendum est, triâ tempora in materia possessionis beneficiorum considerari posse. Primum est decennij; secundum, anni; tertium, triennij.

Quod attinet ad tempus decennij, certum est 1
possessionem decennalem habere vim tituli, nisi de intrusione constet: quia scientia & tolerantia Superiorum habet præsumptionem tituli: nec cogitur quis post tanti temporis spatium, exhibere titulum suum: *cap. Ordinarij, de offic. ordin. in 6.* Innocent. & Panormit. *in cap. illud, de præsumpt.* Dixi, *nisi de intrusione constet.* Quia beneficium sine canonica institutione obtineri nequit: *cap. 1. de reg. jur. in 6.* † Intrusus autem dicitur fur, 2
& nunquam præscribit: *cap. dudum 2. de elect. cap. eum qui, de præbend. in 6.* Francisc. Marc. *lib. 1. quæst. 197. & lib. 2. quæst. 659.*

Et super hac decennali possessione habetur 3
quædam vulgata allegatio Lapi, antiqui Doctoris, quæ est 89. cujus hæc est summa sententiæ: Impetrantem beneficium non teneri justificare titulum sui prædecessoris, per cujus obitum vacavit; sed satis esse quod probet prædecessorem, beneficium illud longo tempore possedisse: † dummo- 4
dò tamen possessio fuerit pacifica. Rot. *decis. 599. numero 4. part. 4. recent. tom. 2.* post Puteum *decis. 411. lib. 2. in novis:* & quod communi opinione existimabatur illum habere jus, & possessionem in illo beneficio.

Longum autem tempus olim dicebatur esse de- 5
cem annorum: hodie verò decennium istud redactum est ad triennium, propter regulam de triennali, quæ postea supervenit; de qua paulò post agemus: † Ratione cujus temporis lapsus, non 6
solùm præsumitur titulus prædecessoris, sed etiam habilitas ipsius, veluti clericatus, si is communi reputatione habilis existimabatur. Rot. *in novis, decis. 2. de filiis presbyt.* & notavit ad illam decis. Theodos. Rub. *in suis singularib. ad decis. Rotæ, ad dictam decis. 2. fol. 570.*

Cessante autem ista temporis diuturnitate, titu- 7
lus prædecessoris esset producendus, si collitigans titulum & possessionem anteriorem alterius produceret: quia fieri non potest, ut non vitiosa præsumatur, & absque titulo possessio prædecessoris, cùm de alterius præcedente titulo, & possessione appareret. Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 3. definit. 15. de sacrosanct. Eccles.* & benè explicat Ricc. *in prax. aur. variar. resol. cap. 327. per totum.*

Cujus allegationis Lapi 89. integram materiam 8
copiosè explicat Maresc. *lib. 1. variar. resol. cap 41. per tot.* ad quem omninò recurrendum erit, dum casus occurret.

Notandum tamen est, decisionem illam Senatus 9
Sabaudiæ, relatam per Fabr. *in Cod. d. definit. 15. sub*

tit. de ſacroſanct. Eccleſ. tunc demum habere locum, quando adverſarius vult probare prædeceſſorem novi hujus impetrantis, non fuiſſe triennalem; vel non fuiſſe habitum pro vero, & legitimo beneficij poſſeſſore: ſecus ſi probare vellet non titulum authoris, ſeu titulum ejus infectum: quia talis probatio non eſſet recipienda, ut ipſemet Lapus aſſerit *d. allegat.* 89. *ſub numero* 16. *verſic. nec obſtat.* Ratio eſt, quia poteſt eſſe quod habuerit alium me-
10 liorem titulum: Nam iſta allegatio tantæ eſt efficaciæ, ut faciat præſumi in prædeceſſore meliorem quemcunque alium titulum, ſi quis ſit in toto mundo: Mohedan. *deciſ.* 15. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. numero* 2. Rot. apud Ludoviſ. *deciſ.* 37. *num.* 9. Bu-
11 rat. *deciſ.* 249. *num.* 12. † Unde ex ſolo lapſu triennij, reſignatio præſumitur publicata. Burat. *deciſ.* 263. *numero* 8. Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſtione* 14. *numero* 26. quia non eſt veriſimile, quod ſi reſignatarius non publicaſſet, tanto tempore fuiſſet in illo beneficio toleratus.

12 Quæ præſumptio tituli validi non tollitur per probationem tituli infecti, ſtante curſu longi temporis. Creſcent. *deciſ. ultim. de probat.* Gomez *ad regul. de triennal. quæſt.* 10. Rot. *deciſ.* 49. *n.* 5. *part.* 5. *recent.* † Niſi tamen probaretur, quod is qui poſſi-
13 debat, non ſuo, ſed alieno nomine poſſideret. Mareſcot. *d. lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 41. *num.* 75.

14 Differt iſta præſumptio à regula Cancellariæ de triennali: quia in triennali, tempus trium annorum conſideratur de tempore moderni poſſeſſoris beneficij: ſed in allegatione Lapi 89. triennium inſpicitur tempore quo prædeceſſor moderni iſtius
15 poſſeſſoris, beneficium de quo agitur, obtinuit: † ad effectum, ut modernus iſte poſſeſſor non teneatur probare titulum ſui prædeceſſoris: ut bene Mohed. *d. deciſ.* 15. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. num.* 3. *in fine.*

16 Secundum tempus, quod in hac materia conſideratur, eſt tempus unius anni, ratione cujus edita fuit regula Cancellar. *de annali poſſeſſ.* quæ duo continet capita: priùs, ut impetrans beneficium ab alio per annum pacificè poſſeſſum, teneatur exprimere nomen, gradum & nobilitatem poſſeſſoris, & quot annis aliud beneficium poſſederit, & cauſam ſpecificam & determinatam, propter quam conſtare poſſit, quod poſſeſſori nullum jus competat in be-
17 neficio impetrato. † Et huic regulæ, quoad hanc primam partem, ſolet derogari per ſummum Pontificem; necnon etiam in Legatione, ut docet expe-
18 rientia, & tradit Ludoviſ. *deciſ.* 213. *num.* 1. † Et talis derogatio debet eſſe ſpecialis: Seraph. *deciſ.* 983. *num.* 8. ubi dicitur non ſufficere, quod in ſupplicatione fiat mentio annalis poſſeſſionis, niſi
19 illius expreſſa accedat derogatio. † Quamvis hujuſmodi derogatio non attendatur, ſi principalis gratia ſit nulla. Puteus *deciſ.* 91. *lib.* 2.

20 Poſteriori parte dictæ regulæ de annali mandatur, quod impetrans, poſſeſſorem intra ſpatium ſex menſium citari curet, cauſamque ex nunc deſuper intra annum definitivè determinari faciat. Huic ſe-
21 cundæ parti non derogatur: † ſed facilè temporis conceditur prorogatio. Gratian. *diſcept. forenſ.* 574.
22 *num.* 23. † Imò quando nulla fuit temporis prorogatio obtenta, tempus anni non currit, ſi de legitimo impedimento doceatur. Ludoviſ. *deciſ.* 532. *n.* 4. quidquid in contrarium concludat Gratian. *d. cap.* 574. *num.* 21. ea motus ratione, quia impedimentum facilè removeri potuit per impetrationem prorogationis. Siquidem contrarium verius eſt, ut ſcilicet ſtante legitimo impedimento, tempus anni non currat. Rot. *deciſ.* 708. *num.* 1. *& per totam, part.* 4. *diverſor. & deciſ.* 601. *eadem part.* 4. † ita ut nec hu-
23 quiratur aliqua proteſtatio ſuper impedimento, maximè ſi tale impedimentum proveniat ex facto adverſarij. Ricc. *collect.* 3181. Addent. ad Ludoviſ. *de-*
ciſ. 532. *num.* 6. † ubi additur *num.* 7. quod ſtatu-
24 nus incipit à die executæ citationis. † In Gallia-
25 men, eſſet neceſſaria intimatio, propter verba decreti *de pacific. poſſeſſ. in Concord.* Et de materia hujus regulæ, habentur etiam aliqua per eoſdem Adden. *ad deciſ.* 213. Ludoviſ. *num.* 4. *& ſeq.* † Ubi dicitur quod ad effectum regulæ de annali, ſufficit lis ſuper executione litterarum, ad fines poſſeſſorij adipiſcendi, quod admixtam habet cauſam proprietatis: & quod iſta regula exigat expeditionem cauſæ fieri intra annum in petitorio. † Si tamen adverſarius ſuſ-
pendiſſet petitorium, totum illud tempus diſputationis poſſeſſorii, ab anni curſu deducendum eſt. Creſcent. *deciſ.* 10. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* † Porrò hæc regula locum habet in quocumque impetrante, ſive per obitum, ſive per reſignationem, ſive alio quocumque modo expreſſo. Creſcent. *deciſ.* 11. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & Cokier *ad regul.* 34. *de annal. poſſeſſor. numero* 66.

Item locum habet regula de annali, & lis expe-
diri debet intra annum†, etiamſi beneficium fuerit impetratum ex cauſa ſimoniæ; adeo ut non liceat poſtea variare, & ad alium modum vacationis confugere: quia hoc eſſet contra regulam. Gratian. *diſcept.* 574. *numero* 25.

Differunt regulæ de annali, & de triennali, in
multis: ſed præcipuè in eo quod regula de annali non impedit ortum actionis; ſed actionem natam perimit, ſi intra tempus intentata, ac deinde intra annum terminata non fuerit. At verò regula de triennali impedit ortum actionis, & omnem moleſtiam quæ adversùs poſſeſſorem moveri poſſet, excludit. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 53. *num.* 3. & hæc eſt præcipua differentia, quamvis plures alias ibidem Lotter. afferat.

Alia etiam notari poteſt intra annalem, & tri-
nalem differentia: quia ut poſſeſſor juvetur annali, non exigitur titulus, ſed ut juvetur triennali, omninò neceſſarius eſt titulus, iſque coloratus. Seraph. *deciſ.* 1060. *numero* 7. *&* 8. *& deciſ.* 1068. *n.* 1. † ita quia regula de annali, contenta eſt ſola poſſeſſione facti; ideo concludit, illi regulæ locum eſſe, etiamſi quis fuerit intruſus in beneficio reſervato: optimè explicat Cod. Fabr. *lib.* 2. *tit.* 1. *definit.* 15.

Hæc tamen regula de annali locum non habet in
præjudicium inſtitutionis faciendæ ad præſentationem veri patroni: Seraph. *deciſ.* 285. *num.* 6. Rot. *deciſ.* 796. *num.* 3. *lib.* 3. *part.* 3. *diverſ.*

Nec ſimiliter locus eſt huic regulæ de annali, ſi
conſtet de non titulo authoris, ut tradit Pinel. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 5. *numero* 7. † dummodo animum de non titulo conſtet clarè, & evidenter, nempe per confeſſionem partis, vel per rem judicatam. Seraph. *deciſ.* 983. *numero* 2. plura de annali hic *collect.* 2394.

Tertium eſt tempus triennij, de quo in regula 8.
de triennali poſſeſſ. quæ vult, quod ſi quis beneficium per triennium pacificè poſſederit, ex collatione illius qui jus conferendi habet, & non fuerit in eo intruſus, nec illud ſimoniacè obtinuerit; & beneficium non ſit reſervatum reſervatione in corpore juris clauſa, non poteſt ampliùs moleſtari, & impetrationes de tali beneficio factæ ſunt nullæ: ex quibus

aperte

apertè constat quæ sit sit differentia possessionis annalis, triennalis, & decennalis: ut supra ostendimus *num.*14. 30. & 31.

37 Colligitur secundò, quæ sint necessaria ut huic regulæ locus sit,nempe pacifica possessio per triennium, & titulus coloratus. Burat. *decision.* 39. *numero* 9.

38 Unde si de fructibus beneficij responsum fuerit existenti in ætate sex annorum, cum decreto quod dum esset legitimæ ætatis, illi fieret collatio; non poterit juvari hac regula, cùm in eo deficiant duo ejus requisita; videlicet titulus, & possessio: quia infans utriusque incapax est. Rot. *decis.*531. *num.*4. *part.*2. *recent.*

39 Similiter hæc regula non juvat non graduatum obtinentem beneficium in villa murata, in Gallia, propter edictum Regis: cùm non habeat titulum coloratum. Ita judicatum fuit in Senatu Tholosano, teste Maynard. *lib.*1. *cap.*56.

40 Idem dicendum est, si notoriè constet titulum possessoris triennalis esse vitiosum: unde melius est titulum non præcedere,quando ex illius inspectione

41 constat de vitio: Cod. Fabr. *lib.*1. *tit.*2. *definit.*5. † sufficit igitur allegare possessionem cum titulo colorato, absque alterius tituli exhibitione: quia colorata possessio sufficit ad obtinendum in possessorio. Intelligitur autem possessio colorata, si beneficium collatum sit ab eo,qui conferendi potestatem habet;

42 non ab alio, ut *ibidem* Fab. *num.*2. † Dixi, *de titulo vitioso*; nam si solus titulus esset nullus,& invalidus, illius productio non obstaret: aliud enim est titulum esse nullum, aliud esse vitiosum: ut ibi notat

43 Faber *num.*3. † nam in triennali non est necessaria probatio veri tituli, sed sufficit possessio colorata ex titulo colorato, tunc enim possessor triennalis potest allegare dispensationem, & alium quemcunque meliorem titulum de mundo. Mantic. *decis.*50. *nu-*

44 *mero* 10. † dummodò fuerit pacificus per triennium: secùs si non fuisset pacificus, ut ibi per eum Marius

45 Antonin. *lib.*1.*variar. resol. cap.*87. *numero* 1. † nisi tamen ex adverso probetur negativa, videlicet quod nulla adfuit dispositio: sed hæc difficilè probari

46 potest. Ludovis. *decis.*242. *num.*6. † Unde remanet præsumptio tituli validi, licèt constet de titulo invalido, non tamen vitioso: ut ex Cod. Fabrian. dictum est. Ludovis. *decis.*37. *num.* 9. Cassad. *decis.*3. *de cauf. possess. & propriet.*

47 Et quamvis Sanch. *in consil. moral. cap.* 1. *dubit.*25. *num.*2. existimet, regulam de triennali non tueri malæ fidei possessorem; tamen contrarium verius est, quia in materia, bona vel mala fides non attenditur. Rot. *decis.* 765. *num.*4. *part.* 3. *lib.*3. *diverf.* Burat. *decis.*280. *numero* 8.

48 Quamvis etiam aliqui existimaverint, hanc regulam de triennali non obstare in petitorio; sed tantùm in possessorio: Cokier *ad regul. de triennal. num.*18. tamen contrarium verius est, & per Rotam Romanam observatum; nempe triennalem obtinere debere, tam in petitorio, quàm in possessorio. Cassador. *decis.*5. *numero* 5. *de restitut. spoliat.* Rebuff. *de vacif. possess. numero* 25. Rot. apud Burat. *decis.*280. *numero* 1.

49 Quod autem mox dicebamus *num.*44. ex Mantic. *decis.*50. *numero* 10. non ita simpliciter est intelligendum; sed tunc duntaxat locum habet,quando versamur in casu in quo Papa facilè dispensare solet: nam si difficilis esset dispensatio, non esset præsumenda ex cursu cujuscumque etiam longissimi temporis. Gratian. *discept. for. cap.*397. *numero* 41. Menoch. *lib.*3. *præsumpt.*132. *numero* 73. *versic. caterum, & num.*75. Mascard. *de probat. conclus.*533. *numero* 7. 8. & 9.

Tom.I. Pars I.

Utrùm autem hæc regula triennalis, sive decre- 50
tum de pacificis possessoribus juvet eum, qui ex suis provisionibus tenebatur profiteri, dum ipsi collatum fuit beneficium regulare; & tamen intra tempus professionem non emisit? Videtur dicendum affirmativè. † Quia regula ista,sive decretum, juvat non 51
promotum intra annum, vel non graduatum; dummodò tamen ante impetratiouem promotus, vel graduatus fuerit. Maynard. *lib.* 1. *cap.* 55. etiamsi ex lege fundationis promoveri teneretur, ut decisum fuisse testatur Louet *litter. B, in addit. num. quarto*: ergo pari modo juvare poterit non professum.

Sed tamen contrarium verius est, quando in pro- 52
visionibus fuit expressum, quod intra certum tempus professionem expressam emittere teneretur, aliàs quod gratia sit nulla. Quia † tota gratia inficitur, 53
& ad nihilum redigitur,propter illud decretum irritans, quod inficit non solùm titulum, sed etiam possessionem. Rot. *decis.*41.*numero* 9. *in fin. part.*1. *recent. cap. si eo tempore, de electione, in* 6. Rot. *decis.*62. *numero* 6. *part.*6. necnon *decis.* 24. *num.*5. *part.*2. *diversorum.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæstione* 46. *numero* 70. & 71. Mart. *de claus. part.*1. *cap.*55. *num.*8. † Et ita post longam disputatio- 54
nem, quod decretum *de pacificis*, hoc casu non suffragetur, determinat Peleus *action. forens. lib.*1. *cap.*34. *in fin. versic. A ce dernier point.*

Neque obstant quæ opponuntur de non promo- 55
to, vel non graduato. Quia non habent locum quando quis promoveri, vel graduari jussus esset intra certum tempus, cum clausula decreti irritantis, quod aliàs gratia esset nulla: cùm etiamsi quis per sententiam promoveri jussus esset, & non paruisset, non esset tutus triennali possessione, etiamsi post jussum de promovendo, per triennium possedisset, si negativa illa non promotionis fuisset probata, necnon negativa non obtentæ dispensationis: nam lapso post jussum triennio, præsumitur dispensatio,nisi contrarium probetur. Cod. Fabrian. *lib.* 1. *tit. de sacrosanct. Eccles. definit.* 90. † Concluditur ergo, non professum, qui tamen profiteri jussus est, per rescriptum concessionis beneficij cum clausula, quod aliàs gratia sit nulla, non juvari possessione triennali.

Sicut videmus fuisse decisum in simili casu,quod 56
obtineris duo beneficia curata,& per consequens incompatibilia, non juvatur triennali; imò quod plus est, nec decennali possessione. Marius Antonin. *lib.*1. *variar. resol. cap.* 90. *per totum.*

Quid dicendum est de simoniaco, utrùm juvetur 57
triennali possessione? Respondendum est,non juvari: ut expresè dicitur in illa regula Cancell. *absque simoniaco ingressu.* † Sed dubium est, utrùm hoc 58
intelligendum sit de simonia reali, an verò etiam locum habeat in purè conventionali, quando scilicet partes remanserint in nudis terminis conventionis; sed nulla intervenit traditio pecuniæ, vel rei temporalis? Cokier *ad regul.*35. dubitare videtur: † sed verius existimo, non nocere trienna- 59
nali,puram simoniam conventionalem nondum executioni demandatam per expeditionem pecuniæ, vel alterius rei temporalis; cùm nondum sit completum delictum: per ea quæ tradidimus superius *cap.*19.*num.*3. quibus addo Petrum Gregor. *in sintt. rei benef. cap.*26. *n.*1. Atque ita decisum fuit per Ras

rationes in Senatu Toloſano, apud Maynard. *lib.*1. *cap.*58.

60 Præterea, quia in dicta regula de triennali, excipiuntur beneficia reſervata, reſervatione in corpore juris clauſa; quæritur utrùm poſſeſſio pacifica triennalis, ſuffragetur poſſidentibus beneficia alio modo reſervata? Reſpondetur quoſcumque beneficiorum reſervatorum poſſeſſores juvari triennali: quamvis illa beneficia ſint reſervata, dummodo non ſint reſervata reſervatione clauſa in corpore
61 juris, ut dicunt omnes de dicta regula tractantes. † Atqui reſervatio in corpore juris clauſa, unica eſt, quæ continetur in *cap.*2. *de præbendis in* 6. nempe quando agitur de beneficiis vacantibus per obitum in curia S. D. N. Papæ, Gratian. *diſcept. forenſ.* 574. *numero* 18. Cokier *ad dict. regul. de triennal. numero* 69.

62 Rurſus notandum eſt, triennali locum non eſſe, quando quis poſſedit Eccleſiam alteri unitam: quia Eccleſia unita non eſt ampliùs beneficium, ſed amittit titulum beneficij, & eſt veluti prædium Eccleſiæ, cui facta fuit unio. Rot. *deciſ.*410. *num.*1. *part.*1. *recent. & deciſ.* 313. *part.*2. *etiam in recent.* Cavaler. *deciſ.*202. *numero* 4.

63 Denique ſciendum eſt, illud decretum in Gallia prodeſſe, etiam adversùs Regaliſtas, ſi per trium annorum ſpatium negligentes fuerint in utendo jure ſuo; neque intra illud tempus egerint contra poſſeſſorem beneficij, ut deciſum teſtatur Louet *litter. V.* & ibi addit. *in fin.* Videri tamen poterit Peleus *action. forenſ. lib.* 1. *action.*18.

64 Sed omiſſis pluribus aliis quæſtionibus, quas afferunt DD. dictum decretum, ſeu regulam *de pacif. poſſeſſ.* explicantes, veluti Rebuff. Gomez, Cokier, & alij, necnon Sanch. *in conſil. moral. lib.*2. *cap.*1. *dubit.*20. *& ſequ.uſque ad* 35. Ricc. *collect.*2077. *&* 2095.

Duo ſuperſunt breviter examinanda: primò, quomodo intelligenda ſit poſſeſſio pacifica in hac materia requiſita? Secundò, quomodo titulus coloratus.

65 Quod ad primum attinet, ut quis dicatur pacificus poſſeſſor, neceſſe eſt ut nullam habuerit controverſiam in judicio, nec extra judicium. Burat. *deciſ.*699. *numero* 2. Si tamen turbatio, ſeu contradictio extrajudicialis non fuerit continuata, non excluditur exceptio triennalis poſſeſſionis. Burat. *deciſ.*622. *numero* 8.

66 Judicialis verò contradictio, ut noceat, vel interrumpat, neceſſe eſt ut ſit ſuper titulo, vel poſſeſſione, vel fructuum perceptione. Buratus *deciſ.*585.
67 *num.*5. *&* 699. *num.*3. † Nec nocet ſola impetratio per adverſarium facta, ſed ea non obſtante, ſemper currit tempus triennalis poſſeſſionis, niſi præterea citatio intervenerit. Burat. *deciſ.*585. *num.*3.

68 Turbationes autem per tertium illatæ, vel lis cum tertio agitata, non impediunt curſum triennalis quoad alios, qui non ſunt in lite: Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num.* 200. Rot. *deciſ.* 377. *numero* 4.
69 *part.*3. *recent.* Burat. *dict. deciſ.*585. *num.*6. † Sanch. *in conſil. moralib. dict. lib.*2. *cap.*1. *dubio* 27. *num.*11. *in* 9. *concluſ.* Ubi notandum eſt, dictionem *Non*, jungendam eſſe præcedentibus, & regulam apponendam eſſe poſt dictionem *Non*, hoc pacto: *Si litiget quis adversùs unum poſt triennium, & adverſus alios non, dicetur pacificus quoad alios*: cùm ibi Sanchez ſequatur opinionem Rebuff. *dict. numero* 200. *aliàs* 165. & Gloſſæ *ad pragmat. ſanctiones, in tit. de pacif. poſſeſſ. in verb. terminorum*, qui aſſerunt, interruptionem triennij nocere tantùm quoad perſonam interrumpentis, nec tertium ex ea ſe juvare poſſe.

Sed utrùm appellatio ſola extrajudicialis trien- 70
nium interrumpat? Reſpondetur interrumpere, ſi
parti fuerit intimata: Gomez *ad d. Regul. de plur.*
*quæſt.*54. Sanch. *d. dubio* 27. *num.*12. † Ratio eſt, 71
quia in beneficialibus appellatio extrajudicialis ha-
bet vim citationis. Franc. *in c. bonæ memoriæ* 3.
*num.*18. *de appellat.* & Dixi *in tract. de prævent. ju-*
*diciali, cap.*32. *num.*13. maximè ſtante intimatione
facta parti, qualiter fuit extrajudicialiter appellatum,
ut dixi *ibi, numero* 18.

Quod attinet ad ſecundam, nempe ad titulum 72
coloratum: dicitur in hac materia titulus colora-
tus, qui conceſſus fuit ab habente conferendi po-
teſtatem: Ricc. *collect.*2804. Franciſc. Steph. *deciſ.*
*Aquenſ.*78. *num.*7. † Aliquid etiam idem Ricc. *col-* 73
*lect.*3173. ubi oſtendit majorem tituli colorem re-
quiri in materia triennalis, quàm in actione ſpolij.
† Unde titulus habitus à Vicario, dicitur colora- 74
tus, etiamſi de ejus poteſtate non conſtet. Rot. *de-*
*ciſ.*119. *numero* 6. *part.* 1. *recent.*

Ultimò loco hoc ſingulariter advertendum eſt, 75
quod licèt intruſio in jure variè conſiderari poſſit,
prout ad longum explicat Ricc. *in prax. aur. re-* 76
*ſol.*224. & alibi diximus: † Tamen ad effectum
regulæ de triennali, tribus tantùm modis quis di-
citur intruſus: primò, quando non habet titulum
verum, vel præſumptum: ſecundò, ſi habet quidem titulum, ſed non ab eo qui habet poteſtatem
conferendi: tertiò, quando quis habet titulum
ſimoniacè, (id eſt ſimonia reali, ut ſuprà *num.*58.
obtentum) aut eſt proviſus de beneficio reſervato
reſervatione in corpore juris clauſa, nempe jux-
ta *caput* 2. *de præbend. in* 6. ut ſuprà *numero* 61.
oſtenſum eſt.

CAPUT LXXXVI.

De electione nulliter facta tempore peſtis per tres canonicos Eccleſiæ collegiatæ, cui jus eligendi competebat intra civitatem peſte infectam, ad quam propterea abſentes tutum acceſſum non habebant: Et obiter multa de peſte quoad reſidentiam, adminiſtrationem Sacramentorum, & alia ſpiritualia.

SUMMARIUM.

1 *Electio non capitulariter facta, omnibuſque non vocatis, nulla eſt.*

2 *Tres canonici poſſunt procedere ad electionem defectum aliorum, dummodo alij non fuerint contempti, ſed legitimè citati.*

3 *Dum in electionibus requiritur major pars, illa numeratur non reſpectu præſentium duntaxat, ſed reſpectu totius capituli.*

4 *Intellige tamen, ut totum capitulum compoſuerit de illis, qui volunt, poſſunt & debent adeſſe; non autem de his, qui nolunt, non debent, vel non poſſunt adeſſe.*

5 *Quando locus in quo celebrari debet electio eſt ſuſpectus, canonici exiſtentes in loco ſuſpecto*

cto, tenentur accedere ad locum, in quo omnes alij tutò possint intervenire. Intellige ut infrà, numero 22.

6 *Anno 1629. & 1630. dum pestis grassabatur Avenione, electiones, & magni ponderis deliberationes fiebant extra civitatem in loco vicino.*

7 *Ripa composuit tractatum de peste, pro civitate Avenionensi.*

8 *Tempore pestis electio, quæ alioqui fieri debuisset in Ecclesia, fieri potest alio in loco.*

9 *Electio syndici universitatis intra Ecclesiam validè est, secundùm aliquos; sed multò securior est ibidem facta, ob pestis necessitatem.*

10 *Tempore pestis licet hospitari, & conviuari intra Ecclesiam.*

11 *Electio tempore pestis fieri potest in alio loco, quàm consueto, dummodò locus sit idoneus.*

12 *Nemo inuitus ad locum peste infectum accedere cogendus est.*

13 *Pestis excusat beneficiatum à residentia.*

14 *Item excusat à contumacia.*

15 *Item pestis excusat à lapsu fatalium.*

16 *In omnem eventum datur restitutio adversùs fatalia lapsa tempore pestis.*

17 *Parochus potest recedere tempore pestis, dummodò parochiæ inserviat per substitutum idoneum.*

18 *Tempore pestis sacramenta potiùs, & priùs infirmis dari debent, quàm aliis de peste non suspectis: & si sit timor infectionis, debent dari per alios sanis, & per alios ægrotantibus: & si opus sit, per simplicem presbyterum, cui danda est licentia.*

19 *Pestis excusat à non publicatione resignationis.*

20 *Absentia causâ pestis est justa, & facit ut absenti detur restitutio, aut quod ipso jure servetur illæsus.*

21 *Citatus ad locum pestiferum non tenetur comparere, ad effectum procedendi ad electionem.*

22 *Quando canonici qui remanserunt in civitate pestifera, sunt in majori numero, possunt procedere ad electionem, nec tenentur accedere ad eos qui aufugerunt: secus est, si sint in minori numero.*

23 *Quando canonici sunt absentes propter pestem, convocandi sunt per eum, qui illos convocare solitus est: & in ejus defectum, per majorem de capitulo.*

24 *Convocatio ad capitulum tempore pestis facta, statim post sonum campanæ, nullo dato temporis intervallo, & portis civitatis clausis, nullius est ad effectum electionis.*

25 *Citatio ad fines electionis debet fieri ad locum, ad quem pateat accessus, isque tutus.*

26 *Citatio ad electionem debet fieri dato absentibus congruo temporis intervallo, ut ad locum capitularem possint venire.*

VAcante canonicatu per obitum ultimi illius possessoris, capitulum, cui jus eligendi competebat, processit ad electionem, subsequuta etiam institutione, seu collatione dicti canonicatus: cui capitulo tres duntaxat canonici interfuerunt, cæteris propter metum pestiferæ contagionis absentibus, citatis tamen ad sonum campanæ, ut moris est: verùm canonici post finitam contagionem redeuntes, ad novam electionem capitulo legitimè congregato processerunt: unde disputatum fuit de utriusque electionis validitate.

Respondi electionem, & collationem primo loco factam, vitio nullitatis subiacere; præsertim reclamante capitulo, & canonicis absentibus reclamantibus; & contemptum sui prosequi volentibus. Electio siquidem non valet, nisi vocatis omnibus, qui in electione votum habere possunt, *cap. quod sicut, & cap. quia propter, de elect.* hoc autem in casu, vocati non fuerunt absentes, nec electio fuit capitulariter facta: & per consequens nulla est. 1

Quod electio non fuerit capitulariter facta, patet quia licèt tres canonici possint constituere capitulum, in defectum aliorum, *cap. 1. de elect.* cum ibi notatis; tamen hoc intelligitur, dummodò alij contempti non fuerint, sed legitimè citati. † Minor quippe numerus eligentium, qui in electione concurrere debet, non intelligitur respectu præsentium, sed respectu totius capituli, & aliorum omnium qui habebant potestatem eligendi, seu conferendi: *cap. Ecclesia nostra 43. in verb. licet majorem partem*, & ibi Abbas, *num. 4.* & alij, *extr. de elect.* † Quod tamen non procedit, quando soli præsentes sunt capaces voti, veluti si alij sint tales, qui votum dare non possint, vel nolint, aut legitimè vocati non compareant: & in summa, hoc debet intelligi de illis qui debent, volunt, & possunt capitulo interesse: ut bene dicit Mirand. *in manual. prælat. regul. tom. 2. quæst. 23. artic. 27. in 2. conclusione.* 2

Quod autem citatio absentium legitimè facta non fuerit, patet: cùm fuerit facta in loco, & ad locum pestiferæ contagionis lue infectum, ad quem canonici absentes sine periculo vitæ accedere non poterant: ideo domini Canonici præsentes, tenebantur accedere ad locum aliquem omnis periculi, & suspicionis immunem; cùm ipsi essent in minori numero; & qui recesserant, in majori. † Sicut & Nos observabamus anno 1629. & 1630. dum civitas hæc Avenionensis peste laboraret, in qua Superiorum jussu, propter officium publicum quod exercebamus, residere non sine vitæ periculo cogebamur: electiones enim, & majoris ponderis deliberationes fiebant in loco Montis Favesij, vicino civitati, ad quem omnes Consiliarij vocabantur & accedebant votum dantes; segregatis tamen civitatem illo tempore inhabitantibus, ab illis qui recesserant. † Et ita in materia electionis faciendum esse tradit Rip. *in tract. de peste*, (quem occasione contagiosi morbi, in eadem civitate grassantis, tempore suo composuit:) *in prima parte 2. partis princip. de privileg. contract. num. 123.* † ubi dicit, quod licèt regulariter electio debeat fieri in Ecclesia, *cap. cùm terra, cap. nobis, de elect.* tamen si vigeat pestis, canonici qui aufugerunt, facere possunt electionem in loco, *cap. in nomine Domini, 23. distinct.* † E converso, licèt dubitari possit utrùm electio syndici facta intra Ecclesiam, sit valida, cùm intra ipsam de solis spiritualibus negotiis tractandum sit: ut per Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 28 num. 7.* Gratian. *discep. forens. cap. 655. num. 37.* Et tamen Bald. *consil. 478. lib. 5.* ac Tusch. *in verb. Ecclesia, conclus. 6.* censuerunt constitutionem syndici universitatis intra Ecclesiam validam esse, etiam cum interpositione decreti; cùm sit voluntariæ jurisdictionis: † sed res caret difficultate tempore pestis, propter necessitatem; cùm etiam liceat tempore pestis hospitari, & convivari in Ecclesia, maximè campestri. Rip. *de peste, 1. part. 2. partis princip. numero 126. fol. mihi 28. vers...* 3 4 5 6 7 8 9 10

Quod autem de electione in alio loco facienda dictum est, intelligi debet, dummodò locus sit aptus, ut dicit Rip. *loc. citat. numero 125.* 11

nam, inquit, ſi fugitivi à civitate Avenionenſi convocarentur in Lombardiam, certè non tenerentur accedere.

12 Nemo tenetur accedere ad locum peſte infectum, ad quem nemo invitus cogendus eſt intrare: Theſaur. jun. *lib.3. quæſt. 30. numero 13.* quia talis coactio eſſet contra jus gentium. Mart. *conſil.1. per tot.* dixi in *tract. de Præventione Iudiciali, capit.9. numero 51.*

13 Sicut aliàs vidimus, quòd peſtis excuſat à reſidentia. Barboſ. *in cap. relatum 4. numero 8. de cleric. non reſident.* † Item peſtis excuſat à contuma-
14 cia, Menoch. *de arbitrar. caſu 153. numero 10.* †
15 Item excuſat à pœna, & à curſu fatalium, & aliis multis, de quibus per Maſcard. *concluſ.20. numero 6.*
16 *per tot.* † Et licèt fatalia currant tempore peſtis, tamen datur reſtitutio adversùs lapſum illorum. Sigiſm. Scacc. *de appellat. quæſt. 15. numero 329.*

17 Imò & ipſe Parochus poteſt recedere tempore peſtis, dummodo inſerviat per ſubſtitutum idoneum; ita quod grex detrimentum non patiatur. Bonacin. *de obligat. & oneribus beneficiat. ad reſident. diſput.5. punct. 5. numero 3. & 4.*

18 Quomodo autem adminiſtrari debeant Sacramenta, tam ſanis, quàm infirmis tempore peſtis, explicat Sayr. *lib. 1. florum deciſ. caſ. conſcient. tit.2. deciſ. 39.* Nempe ut priùs infectis, propter majus periculum; poſta ſanis miniſtrentur, niſi ſit periculum infectionis: ſed ſi adſit periculum, licentia Sacramenta miniſtrandi cuilibet ſimplici Sacer-
19 doti concedi debet. † Excuſat etiam peſtis à publicatione reſignationis, & à multis aliis, de quibus Pariſ. *de reſignat. lib.11. quæſt. 13. num. 60. & ſeq.*

20 Et abſentia causâ peſtis eſt juſta, & facit ut abſenti detur reſtitutio, aut ſaltem ipſo jure ſervetur illæſus: Oddus *de reſtit. in integ. part.1. quæſt. 7. à num.94. uſque ad 100.* & plura de abſentibus causâ peſtis habentur apud Nevizan. *conſil.51. per tot.*

21 Redeundo igitur ad propoſitum noſtrum, cùm peſtis excuſet à reſidentia, & citatione, quia quis non tenetur comparere in loco peſtifero: Tuſch. *litter. P, concluſ.326.* Gaill. *lib.1. obſervat. 52. numero 11.* illi qui remanſerunt in loco, non poſſunt citare fugitivos, nec eos arctare ad electionem: & ſic citatio facta non ſubſiſtit, & per conſequens electio non valet.

22 Quod tamen non ita ſimpliciter intelligendum eſt, ſed adhibenda eſt diſtinctio: nam aut abſentes conſtituunt majorem capituli partem, aut non: ſi non conſtituunt majorem partem capituli, vera eſt prædicta deciſio: at è contra, ſi illi qui remanſerunt in loco peſte infecto, majorem capituli partem conſtituant, ad eos ſpectat electio: unde cùm in caſu propoſito, minor pars capituli in civitate remanſiſſet, non poterant intrinſeci citare forinſecos, ſed illos in loco non ſuſpecto adire tenebantur: juxta doctrinam Innocentij *in cap. ex injuncto, de nou. oper. nunciat.* Rip. *de peſte, dict.1. part.2. partis, num.123.*

23 † Qui ſubdit quod ubi canonici ſunt diſperſi propter peſtem, is ad quem ſpectat convocare capitulum, vel aliàs major de capitulo, illos convocabit, *cap.1. de majoritate & obedient.*

24 Præmiſſis accedit quod poſt emiſſum campanæ ſonum, ad effectum capitulum congregandi, confeſtim nulla data mora congrui temporis, quo abſentes accedere poſſent, proceſſum fuit ad electionem, ſeu collationem hujus beneficij: imò ipſis portis civitatis occluſis, ita ut qui erant in ſuburbiis, aut alij abſentes, intrare non potuiſſent, etiamſi maximè voluiſſent: ex quo reſultat alia notoria nul- 25
litas electionis, & convocationis capituli: † cùm ad validitatem electionis, omnes convocare neceſſe ſit ad locum, in quo pateat acceſſus, iſque tutus. Card. Tuſch. *literr. T, concluſ.1460. numero 10.* † Et dari debeat abſentibus congrua dilatio ad comparendum. Bertachin. *tract. de Epiſcop. lib.1. part.3. numero 9.*

CAPUT LXXXVII.

De concurſu proviſionis Apoſtolicæ, cum proviſione Ordinarij facta ad patroni laici præſentationem, quando proviſus Apoſtolicus non fuit præſentatus à patrono, quamvis beneficium eſſet alioqui reſervatum. Et quod proviſo ab Ordinario dentur remedia poſſeſſoria, ceſſante videlicet reſervatione in beneficio, quòd eſt de jurepatronatus laicali. Item quòd vacatio dicatur conſumpta, & ceſſet reſervatio ad effectum ut Ordinarius poſſit conferre, quando proviſio Apoſtolica facta fuit, licèt inutiliter, ob defectum teſtatis: vel quando collatio non eſt nulla, ſed annullanda.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia vacantia per adeptionem alterius incompatibilis, ſunt Sedi Apoſtolicæ reſervata.*

2 *In beneficiis reſervatis, Ordinarius qui confert ad præſentationem Patronorum laicorum, tantum juris habet, quantùm ſummus Pontifex: & illius litteræ ſunt ſine mora executioni demandandæ.*

3 *Amplia, ut hoc procedat etiam concurrente præſentatione alterius, qui non ſit verus patronus.*

4 *Reſervationes omnes ceſſant, quando agitur de beneficio juriſpatronatus laicalis.*

5 *Amplia, ut hoc procedat tam in reſervatione expreſſa, quàm in tacita per appoſitionem manus.*

6 *Iuſpatronatus laicale univerſitatis, ſeu Parochiæ ſufficienter probatur per Bullam fundationis.*

7 *Maximè quando agitur de parva univerſitate, & ubi adſunt Superiores potentes.*

8 *Quando dubitatur de exiſtentia juriſpatronatus, non ſufficit quaſi poſſeſſio præſentandi.*

9 *Secus eſt, quando conſtat de exiſtentia, ſed tantùm dubitatur de illius qualitate.*

10 *Iuſpatronatus probatur contra confitentem per illius confeſſionem.*

11 *Iuſpatronatus præſumitur laicale, quando laici ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

12 *In materia juriſpatronatus, non multùm deferetur aſſertioni Ordinarij, tanquam benè informati.*

13 *Etiamſi ageretur de jurepatronatus mixto, tamen ceſſaret adhuc omnis reſervatio.*

14 *Limita, niſi major pars patronorum eſſet ex perſonis Eccleſiaſticis: tunc enim judicio*

retur tanquam Ecclesiasticum, & sic non cessarent reservationes.

15 *Reservatio Apostolica cessat post provisionem effectum fortitam, licèt provisus sit inhabilis.*

16 *Si ex provisione provisus debeat esse actu Sacerdos, non potest huic qualitati derogari.*

17 *Papa potest sine dubio derogare Concilio Trident. non solùm expressè, sed etiam tacitè, dummodo constet de mente illius, quod voluerit derogare.*

18 *Legatus, aut Vicelegatus, non derogat Concilio Trident.*

19 *Provisio Apostolica, si sit nulla ex defectu potestatis, per eam exspirant reservationes.*

20 *Vocatione consumpta, Ordinarius potest liberè conferre beneficium aliàs reservatum.*

21 *Vocatio non dicitur consumpta per provisionem factam in* forma dignum, *nisi provisus examinatus & approbatus fuerit.*

22 *Per præsentationem factam de non Sacerdote, non dicitur consumpta vocatio, nec exspirat reservatio, si ex tenore fundationis requireretur quod provisus esset actu celebrans.*

23 *Si provisio Apostolica sit ipso jure nulla, & non indigeret declaratione, remanet antiquus vacandi modus, & non exspirat reservatio.*

24 *Ratione unionis, quæ nulla est à principio, remanet antiquus vacandi modus: secus est si unio fuisset valida, & postea dissolveretur.*

1 QUamvis generalis sit regula, quod beneficia vacantia per assecutionem alterius incompatibilis sint sedi Apostolicæ reservata, vigore *Extravagant. ad regimen, sub tit. de præbend.* Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 51. *num.* 36. Cui etiam reservationi suffragari videtur constitutio Pauli V. facta 25. Februarii anni 1609. relata apud Garc. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 64. Tamen stantibus facti circumstantiis, canonicatus, de quo agebatur inter provisum ab Ordinario, & provisum à Vicelegato, non poterat prætendi quod esset reservatus, ad effectum impediendi immissionem petitam per provisum ab Ordinario, ad præsentationem Operatio-
2 rum patronorum laïcorum dicti canonicatus. † Quia stante præsentatione patronorum laïcorum, Ordinarius tantum jus habet, quantum summus Pontifex in beneficiis reservatis: & eadem reverentia debetur litteris Ordinarii, quæ litteris Apostolicis. D. Argel. *de acquirend. possess. quæst.* 20. *art.* 4. *num.* 25. & 26. ubi dicit ita fuisse bis decisum per Rotam Romanam: & quod stante præsentatione opportuna patronorum habentium jus præsentandi, Ordinarius habet tantùm juris, quantùm Papa habet in reservatis: & sic, omni morâ omissâ, concedi
3 debet immissio. † Ubi hoc ampliat *num.* 27. ut locum habeat, etiamsi reperiatur alius præsentatus ab eo, qui se prætendit compatronum; cùm tamen jus præsentandi illi non competat: nam eo non obstante, provisus ab Ordinario ad præsentationem veri patroni mittendus erit in possessio-
4 nem. † Et indubitatum est, cessare omnes reservationes, quando agitur de jurepatronatus laicali. Glos. *in cap.* 2. & ibi DD. *de præbend. in* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 18. *num.* 1. & 2. Rota *in recent.*
5 *decis.* 541. *num.* 2. *part.* 2. † Et quemadmodum cessant reservationes expressæ, ital & tacitæ, quando agitur de jurepatronatus laicorum per appositionem manus Papæ. Dom. Argel. *dict. quæst.* 20. *de acquirend. possessione, num.* 34. Addent. ad Burat. *decis.* 769. *num.* 5.

Quod autem dictum jus patronatus laïcale spectaret ad Operarios, facta fuerat fides per Bullam erectionis, & fundationis canonicatus, cum expressa reservatione juris patronatus laïcalis: & sic satisfactum erat requisitis per Concil. Trident. Gonzal. *ad d. regul.* 8. *glos.* 18. *num.* 34. † Quanquam nec hoc 7
casu fuisset opus tot probationibus à Concilio requisitis, quamvis ageretur de parochia: cùm essemus in civitate in qua & parochiæ parva, & Archiepiscoporum magna fuisset authoritas, quorum nonnulli fuerunt etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales: quo casu non erat opus servare formam Concilii, teste Marescot. *lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 51. *num.* 5. & 6. ubi ita refert judicatum.

Et quamvis versaremur in casu, in quo opus fuisset servare formam Concilii: & de requisitis per Concilium minimè constaret, non minus fundata esset intentio patronorum: cùm non dubitaretur de
8 existentia juris patronatus, sed duntaxat, utrum illud esset laicale, vel Ecclesiasticum; de quo casu sacrum concilium non disponit. † Licèt enim quando exi-
9 stentia juris patronatus in dubium revocatur, non sufficiat quasi possessio præsentandi, ex dispositione Concilii *sess.* 25. *cap.* 9. ut refert Ricc. *in prax. Archiepiscop. tit. de jurepatronat. decis.* 153. *num.* 47. Gonzal. *dict. glos.* 18. *num.* 23. † Tamen secus est,
quando non controvertitur super existentia juris patronatus, sed duntaxat super qualitate ipsius: præsumitur siquidem illo casu bona fides, & acquiritur quasi possessio præsentandi, etiam per unicum actum: Garc. *de benef. part.* 5. *cap.* 6. *num.* 98. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 18. *num.* 109. & 110. Non controverti autem existentiam juris patronatus, patebat ex provisionibus Apostolicis: ubi provisus tam in supplicatione, quàm in litteris, illius existentiam fatebatur: † quæ confessio probabat jus patronatus contra 10
confitentem, maximè quia Ordinarius huïc liti contra Operarios non assistebat. Rota *decis.* 284. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Et præterea de ejusdem existentia constabat per productionem plurimorum instrumentorum, & per multas præsentationes; unde sola qualitas laïcalis probata remanebat per eadem instrumenta nova, & antiqua, in quibus jus istud patronatus laïcale vocabatur: quod sufficit ad excludendam reservationem, ex Garc. & Gonzal. *locis mox citatis.* † Et faciunt tradita per Mascard. *de probat.* 11
conclus. 960. *num.* 12. ubi dicit jus patronatus fundatum à clerico, præsumi laïcale, si hæredes laïci sint in possessione præsentandi: ita ut onus probandi contrarium, transferatur in adversarium. Quibus accedebant variæ provisiones factæ hujus canonicatus per Ordinarium, in quibus conferebatur tanquam existens de dicto jurepatronatus laïcali: † cùm 12
hac in re multùm deferatur assertioni Ordinarii, tanquam bene informati. Seraph. *decis.* 1232. & multa alia probabantur, ex quibus qualitas juris patronatus laïcalis in controversiam deduci non poterat: † quod 13
propterea non poterat cadere sub reservatione, quamvis fuisset jus patronatus mixtum: Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 8. & *seq.* quia non solùm major pars, sed etiam omnes patroni sunt laïci. † Nam si major 14
pars patronorum componeretur ex Ecclesiasticis, caderet sub regula reservatoria. Addent. ad Burat. *decis.* 103. *num.* 9. † Est tamen verum, quod sola quasi 15
possessio præsentandi non sufficeret ad excludendam reservationem; cùm adhuc ad effectum existentia juris patronatus concludenter probari debeat, pro-

ut hoc caſu fuerat probatum : & ita deciſum in Rota *deciſ.58.& 88.part.1.recent.& deciſ.254.num.1. part.3.recent.*

Ex alio etiam capite Cenſui, ceſſare reſervationem prædictam, procedentem ex adeptione beneficii incompatibilis, de qua ſuperiùs *num.* 1. actum eſt: quia proviſio Apoſtolica jam fuerat effectum ſortita: ideo ceſſabat reſervatio ; quamvis proviſus Apoſtolicus inhabilis eſſet ad obtinendum canonicatum, qui ex lege fundationis requirebat qualitatem Sacer-
16 dotalem in impetrante, tempore collationis : † Unde intrabat diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini, quo cavetur, quod quando beneficia Eccleſiaſtica ex lege fundationis, ſeu erectionis, requirunt proviſum eſſe actu celebrantem (prout in caſu propoſito requirebatur) illi nullo modo per quamcunque pro-
17 viſionem derogari poteſt. † Et licèt ſummus Pontifex ſine dubio derogare poſſit Concilio Tridentino, non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè ; cùm authoritas ſummi Pontificis in omnibus per dictum Concilium nominatim reſervata ſit, dummodò tamen conſtet, quod Papa voluerit illi derogare : Cavaler. *deciſ.601.num.3.* & ita ſervatur in praxi : Pyrr.
18 Conrad. *de diſpenſ. lib.3. cap.1. num.* 28. † Tamen Vicelegatus huic Concilio non derogat. Conrad. *d.tract.lib.5.cap.5.num.9.* Cùmigitur agatur de pro-
19 viſione facta in Legatione, non licuit Vicelegato derogare legi fundationis, ex defectu poteſtatis. † Et ſic cùm nullitas proviſionis factæ perſonæ inhabili procederet à defectu poteſtatis ; talis proviſio finem impoſuit reſervationi. Rip. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, num.197.de conſtitut.* Roman. *conſil.335. num.12. & 13.* nullum ſiquidem effectum producere poterat illa collatio, facta non conſtituto in ordine ſacerdotali, prout requirebatur ex tenore fundatio-
20 nis : † tamen per eum finita, & conſumpta erat vacatio ad hoc, ut ceſſaret reſervatio per aſſecutionem incompatibilis beneficii inducta, & collatio ad Ordinarium jure proprio pertineret. Gonzal. *ad regul.8.gloſ.52.num.48. & gloſ.15. §.2. quæſt.9. per totam, à num.31.* Æneas de Falconib. *in tract. de*
21 *reſervat.benefic.quæſt.4.principali, num.1.* † Maximè quia proviſus Apoſtolicus litteras *in forma dignum* acceperat, examinatus, & in poſſeſſionem miſſus fuerat, & ſic gratia Apoſtolica plenè executioni demandata : ideo omnino ceſſabat vacatio, & erat conſumpta, poterátque Ordinarius providere. Rot. *deciſ.523.num.2. & 498. num.2.part.2. recent. & 691. num.5.eadem parte ; & deciſ.71.num.4.part.5.recent.* Nam quidquid aliqui contradixerint, teſte Ænea de Falconib. *in tract.de reſervat.benefic.quæſt.4. princip. effect.16.* tamen communis opinio eſt, quod collatio ſpectet ad Ordinarium, ſi proviſio Apoſtolica ſit inutilis, facta de beneficio reſervato. Gomeſ. *ad regulam de triennal. quæſt.30. verſic. tamen contrarium eſt verum, poſt medium illius quæſtionis.* Roman. *conſil.335.num.12. & ſeq.* Rot. *diverſ.deciſ.512.num.5.*
22 *part.3.lib.3.* † Et de præſentatione facta de non ſacerdote, contra formam fundationis, *deciſ.216.n.6. in fin.part.2.recent.* Petrus Gregor. *in inſtitut. rei benefic.cap.24.num.18.& 24.*

23 Hoc tamen ultimo loco advertendum eſt, ea quæ mox dicta fuere de collatione, & proviſione Apoſtolica, quod per eam ceſſet reſervatio ; intelligenda eſſe, ut procedant, & locum habeant quando proviſio eſſet ex ſe valida, ſed poſtea annullaretur, ſeu nulla & defectuoſa declararetur : ſecus eſt ſi à principio eſſet ipſo jure nulla : (non tamen ex defectu poteſtatis, juxta tradita ſuprà, *num.*19.) nam nullitate exiſtente ipſo jure, à principio, tunc remaneret antiquus vacandi modus : & ſic vacatio non eſſet conſumpta, ex traditis per Seraph. *deciſ.1309. num.2.* † ubi dicit, quod ratione unionis annullatæ, non datur nova vacatio, ſed remanet antiqua : ſecùs eſt, ſi fuiſſet valida, & diſſolveretur. Pamph. *deciſ.13.lib.3.*

CAPUT LXXXVIII.

Dè privilegio ordinis Prædicatorum Sancti Dominici, ſuper immunitate à ſolutione quartæ funerariæ : & nominatim de cereis, qui deferuntur in manibus Religioſorum. Et utrùm adversùs hæc privilegia opponi poſſit non uſus, aut contrarius uſus, aut res judicata ab aliquo, qui ſit ſummo Pontifice inferior.

SUMMARIUM.

1 *Reverendi Patres Prædicatores habent exemptionem à ſolutione quartæ funerariæ, per privilegium.*

2 *Concilium Tridentinum non intendit nocere privilegiis, & exemptionibus Patrum Prædicatorum.*

3 *Dictum privilegium competit Patribus Prædicatoribus, non ſolùm ex proprio capite, ſed etiam per communicationem cum aliis religioſis.*

4 *In caſibus in quibus quarta funeralis peti poteſt, non debetur de cereis qui per Fratres in manibus deferuntur.*

5 *Confraternitates non debere quartam de cereis in funere portatis, deciſum fuit.*

6 *Quando corpus ſepelitur apud religioſos, tunc cadaveris ſequela ſpectat ad ipſos.*

7 *Parochi tenentur in quartam computare quidquid recipiunt occaſione funeris.*

8 *Privilegia regularibus conceſſa fuere tituloremuneroſo : & propterea irrevocabilia ſunt.*

9 *Privilegiis toti ordini conceſſis, etiam non ſpecialiter expreſſum derogari non poteſt.*

10 *Controverſias omnes ſuper ſolutione quartæ adversùs religioſos, ſummus Pontifex ad ſe revocavit.*

11 *Poſt evocationem dicitur attentatum, etiamſi antiquior poſſeſſio continuetur.*

12 *Procurator ſolvens ſine ſpeciali mandato, non præjudicat domino in exemptione quartæ.*

13 *Privilegia mendicantibus conceſſa, circa ſolutionem quartæ funerariæ, revocavit ſummus Pontifex Gregorius XIII. Intelligè de novis privilegiis, non de antiquis,* num.14.

15 *Præſcriptio extenditur ad alios actus ſub ſpeciei.*

16 *Vt privilegium conſiſtens in non faciendo annotatur per univerſitatem, exigitur ſtratum annorum, quando privilegium non eſt momentaneum, ſed ſucceſſivum.*

17 *Qui fundatus eſt in privilegio, fortius habet jus quàm qui in præſcriptione : & ideo mantentio ei concedenda eſt, qui fundatus eſt in privilegio.*

18 *Privilegio introducto in favorem totius ordinis*

non possunt particulares renunciare.

19 *Non obstante antiquissima possessione in contrarium, religiosi debent gaudere suis privilegiis, & immunitatibus; neque solutiones per eos factæ ipsis præjudicant.*

20 *Solutio facta per privilegiatos nocet duntaxat quoad præterita, sed non quoad futura, quando agitur de privilegio successivo.*

21 *Quarta de jure communi, etiam cessante privilegio, non debetur ex cereis qui non deferuntur cum funere.*

22 *Privilegium debet aliquid operari ultra jus commune.*

1 ANtiqua fuit, & est controversia inter regulares, & sæculares Presbyteros, super solutione quartæ parochialis: in qua Ego semper steti à partibus regulariam, & nominatim scripsi in favorem religiosorum ordinis Sancti Dominici, quos ab omni quartæ parochialis & funeratiæ solutione immunes esse dixi; juxta summorum Pontificum constitutiones, & nominatim Julii III. sub datum Romæ die 10. Junii, ann. 1551. Alexandri IV. Joannis XX. & Clementis VIII. quarum meminit Gratian. *discept. forens. 925. num. 1.*

2 Quibus privilegiis non resistit Concil. Trident. *sess. 25. cap. 13.* quia Congregatio Concilii dictam constitutionem declaravit his verbis: *Sacra Congregatio censuit Monasteria regularium, quamvis à quadraginta annis citra edificata, non teneri ad quartam parochiali Ecclesiæ præstandam, si sint ejus religionis, cui à sede Apostolica ante 40. annos indultum fuerit: ut hujusmodi quartam solvere non teneantur.* Quæ declaratio inseritur apud Quarant. *in summa Bullar. in verb. privilegia regularium, fol. 516. in fin.* ubi etiam dicitur, quod requirentibus Patribus ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, civitatis Neapolitanæ, eadem Congregatio declaravit Concilium privilegiis Minimorum non obstare, anno 1506. & sic plusquam 40. annis ante Concilium concessis. Quod etiam refert Emanuel Roderic. *tom. 1. quæst. regul. 39. art. 2.* Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 24. num. 3.* Lezan. *in summa regular. tom. 1.*

3 *cap. 3. num. 13.* Et in specie de Patribus Prædicatoribus, tradit Barbos. *ibidem, num. 7.* † Quanquam etiamsi specificè huic venerabili religioni non fuisset concessum privilegium: tamen per communicationem aliorum, eisdem privilegiis frui deberet, ut habetur *in Bullario privilegiorum ejusdem ordinis, in constitutione Pauli V. fol. 259.*

4 Sed posito quod dicti Reverendi Patres tenerentur ad quartæ Parochialis solutionem; nullo tamen modo cogi possent ad eam solvendam de candelis, seu cereis qui tempore funeris dantur ad manus Fratrum, tam ex constitutione Benedicti XI. inserta *in d. Bullario Prædicatorum, fol. 72.* in illis verbis: *De candelis tamen, quas Fratres portant, portio non petatur:* & in Bulla Sixti IV. *fol. d. Bullarii 157.* in illis verbis: *nec aliquo casu de candelis, quæ ad manus Fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur.* Quod etiam notavit Joan. Baptist. Confett. *in tract. de privilegiis mendicant. tit. 20. de sepult. cap. 1. fol. 321.* his verbis: *de candelis, quæ dantur ad manus fratribus in funeralibus, nulla est detrahenda, seu*

5 *solvenda portio.* Barbos. *d. lib. 3. cap. 24. num. 39.* † qui subdit *num. 40.* Sacram Cardinalium Congregationem negotiis Episcoporum, & Regularium propositam, sub die 5. Martii 1616. respondisse interstitiorum, seu cereorum qui portantur per confraternitates sæculares funera associantes, quartam funeralem non deberi: & in *decision. Apostolic. collect. 624. num. 4.* Quanquam super hujus decreti interpretatione lis in urbe pendeat; cujus decisio expectatur: Parochis asserentibus illud decretum intelligi de cereis, quos ipsa confraternitas de suo apponit, & in funere defert; at verò confraternitates prætendunt illud intelligi ratione cereorum, quos hæredes dant confratribus, ut illos deferant in ipso funere: de quo etiam Lezana *in summa regul. tom. 3. in verb. quarta funeralis, num. 7. in fine.*

Et quando corpus sepelitur intra Ecclesiam regu- 6
larium, cereos omnes ad ipsos pertinere, tanquam sequelam cadaveris, censuit Bald. *in l. unica, §. sed qui domini, Cod. de Latin. libertat. tollend. num. 4.* Petrus de Raven. *singul. 109.*

Sed notandum est, Parochos teneri in quar- 7
tam imputare quidquid tacitè, vel expressè habent à defuncto, teste Joan. Baptist. Costa *in tract. de ratione ratæ*, ex communi opinione, *quæst. 144. numer. 20.* Covarr. *in cap. officii, num. 6. & seq. extr. de testament.*

Neque obstare dicebam sententias, & decreta, 8
quibus ad hujusmodi quartæ solutionem dicti religiosi condemnati dicuntur. † Quia per similes ordinationes præjudicari non potest prærogativis, & privilegiis per summos Pontifices toti ordini concessis, in remunerationem laborum quos pro fide Catholica patiuntur, etiam cum proprii sanguinis effusione, & vitæ jactura: quæ privilegia propterea sunt irrevocabilia: ita ut illis per actus factos à quibuscumque judicibus, summo Pontifice inferioribus, derogari non possit: ut in propriis terminis privilegiorum, circa exemptionem quartæ funeratiæ, religiosis Sancti Dominici concessorum, docet Stephan. Gratian. *discept. 925. num. 3. & 4. & seq.*

Maximè, quia in dictis privilegiis adest clausula, 9
sublata, &c. quæ omnem aufert jurisdictionem à judicibus inferioribus, illorumque sententias nullas reddit, totumque illorum processum irritat, tam in petitorio, quàm in possessorio. Mart. *de clauss. cap. 177. part. 1. num. 1. & seq.* & quæcumque contra dicta privilegia fiunt, nulla & irrita declarat Honor. IV. etiamsi illis per pactum expressum fuisset præjudicatum: ut apud Confett. *constit. 2. fol. 17.* † 10
qui *ibidem, fol. 170.* refert constitutionem Pii V. anno 1571. editam, per quam omnes controversias inter Parochos, & religiosos ad se evocat. Et licèt evocatio non reddat acta inferioris post evocationem facta invalida, nisi post intimationem ipsius evocationis: ut dixi *in tract. de præventione judiciali, cap. 7. de evocation. num. 8. versic. quod verum est.* † Tamen hoc procedit, quando evocatio causæ fit 11
ad instantiam partis, cui imputandum est si non utatur rescripto evocatorio; secùs si fiat motu proprio, quia tunc statim ligatæ sunt manus inferiorum absque intimatione: *cap. ut nostrum, de appellat. cap. pastoralis, de offic. & potest. judic. deleg.* Quia quando superior apponit manus, non potest inferior se intromittere. Mohedan. *decis. 9. de prabend. alias 129.* Rip. *in cap. cùm M. Ferrariensis, de constit. num. 196.* † & omnia sic gesta, sunt nulla, & impediunt pos- 12
sessorem uti suâ possessione, in vim illorum adeptâ; quia regula, quod qui continuat, non attentat: non habet locum stante evocatione. Lancellot. *de attentat. cap. 10. num. 11. & 12.* de evocatione autem per summum Pontificem facta, constat ex dicto privilegio, apud Confett. *d. folio 170.*

Et si dicatur aliquos procuratores, quandoque quartam Parochiæ solvisse, responsio est in promptu, nempe gesta per procuratorem, non posse præjudicare

conventui, ſine mandato ſpeciali: *cap. petitio, de procurat. cap. contingit, de tranſact.* & ibi Abbas. Item Bartol. *in l. nulli, ff. de tranſact.* quia in mandato generali, non continetur facultas faciendi gratuitas jurium domini renunciationes, aut alio modo præjudicandi domino; ſicut procurator non poteſt remittere caducitatem, aut ſimilia facere in detrimentum domini. Corbul. *de jure emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non ſolutum canonem, limit. 11. numer. 16. & ſeq.*

Sed adversùs prædicta propoſitæ fuere difficultates, quibus ſigillatim ſatisfaciendum eſt.

13 Primò fuit oppoſitum, quod privilegia mendicantibus ratione ſolutionis quartæ funerariæ conceſſa, revocata in totum fuere per fœlic. record. Gregorium XIII. ex Fuſc. *de viſit. lib. 1. cap. 25. num. 8. & 14.*

14 Reſponſum fuit, ſummum Pontificem Gregorium XIII. non revocaſſe antiqua Religioſorum privilegia, ſed ea tantùm quæ de novo per Pium V. conceſſa fuerant: cùm rem ad eum ſtatum deducat, in quo antea erat, juxta legitimas diſpoſitiones & conſtitutiones ante dictæ Bullæ Pii V. editionem factas: ut ad 9. dicti Gregorii XIII. conſtitutionem Flavius Cherub. *in compendio Bullarum* adnotavit: quæ Bulla Gregorii incipit, *In tanta rerum, & negotiorum. Schol. 2.* poſt Emanuel. Roderic. *tom. 9. quæſt. regul. 74. art. 16. in fine*: & ſic antiqua dicti ordinis privilegia per Gregorianam conſtitutionem ſublata non fuere, ſed in ſuo robore permanſerunt.

15 Secundò fuit oppoſitum, conſtare de legitima præſcriptione adversùs mendicantes, in favorem Parochiæ: quæ præſcriptio ex actu unius ſpeciei extenditur ad alios ſimiles. Seraph. *deciſ. 1047. num. 1. & 2.*

16 Sed reſponſum fuit primò, privilegium amitti per non uſum, quando adeſt præſcriptio quadragenaria, & privilegium conſiſtit in non faciendo, ſi agatur de Collegio, vel Univerſitate: quæ præſcriptio 40. annorum probata non fuit. Gaill. *lib. 2. obſerv. 60. num. 12. verſic. ſecundo caſu.*

17 Secundò fuit reſponſum, regulares fundatos in privilegio, manutenendos eſſe adversùs Parochos fundatos in præſcriptione; quia privilegium non habet tantam juris reſiſtentiam, quantam præſcriptio. Seraph. *deciſ. 595. num. 2. & 3.*

18 Tertiò reſponſum fuit, quod cùm privilegium immunitatis à ſolutione quartæ, fuerit introductum in favorem totius ordinis, non poſſunt particulares illi præjudicare: ideo per contrarium uſum non amittitur. Bald. *conſil. 338.* Archiepiſcopus, *n. 3. vol. 4. verſic. ſuper tertio*: niſi ſaltem intervenerit præſcriptio 40. annorum: Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 492.*

19 *num. 20.* † Præſertim propter clauſulas decreti irritantis, & alias appoſitas dictis privilegiis, de quibus Mart. *de clauſ. part. 1. cap. 255. num. 8.* ubi dicit Reverendos Patres Prædicatores manutenendos eſſe in poſſeſſione exemptionis à ſolutione decimarum, & ſimilibus; propter ampliſſimas clauſulas appoſitas in eorum privilegiis; quamvis in contrarium adeſſet Preſbyterorum ſæcularium antiquiſſima poſſeſſio, quæ potiùs uſurpatio nuncupari debet: & dicta privilegia non ſolùm amitti non poſſunt per non uſum, ſed nec etiam per uſum contrarium; etiamſi millies dicti Patres ſolutioni conſenſiſſent,

20 ut ibi per eum, *num. 9.* † Et in omnem eventum ſolutio præjudicare quidem potuiſſet quoad præterita, ſed non quoad futura; cùm agatur de privilegio ſucceſſivo, & non momentaneo: quo caſu ſolutio non nocet quoad futura. Tuſch. *littera P, concluſ. 756. num. 10. 12. 15. 34. 43. & 53.* Decius *in cap. cum acceſſiſſent, column. penult. verſic. retenta tamen, de conſtit.* Alex. *conſil. 193. num. 11. & ſeq. vol. 2.* Roman. *conſil. 88. num. 3.*

Tertia difficultas fuit propoſita, quod cùm illi cerei deferantur cum funere, videtur quod ex illis quarta ſolvi debeat. Sed hæc levis eſt, quia privilegia Mendicantium, & in ſpecie Prædicatorum, ſupponunt hos cereos deferri tempore funeris; alioquin non fuiſſet opus aliquo privilegio, † cum de jure communi, ex aliis cereis qui non deferuntur cum funere, nulla debeatur quarta: quia dantur pro labore corporali. Tuſch. *in verb. Quarta, concl. num. 2.* † Certum eſt autem, privilegium debere quid operari ultra jus commune, *cap. ſi Papa, de privileg.* Surd. *conſil. 419. num. 32.*

Hæc mea fuit pro dictis Reverendis Patribus ſententia, de cujus veritate nunc in Urbe diſputatur: ideo judicium deſuper expectandum eſt. Nec enim hoc in animo habeo, ut juribus partium præjudicare velim; aut negotiis pendentibus antequæ deciſionem tenuis judicii mei ſententiam imponere.

CAPUT LXXXIX.

Quorum beneficiorum nominatio ſpectet ad Regem Galliæ, & quæ ad eam requirantur. De ætate requiſita, & aliis ad proviſionem prioratuum conventualium. Intra quod tempus fieri debeat nominatio. Et utrùm nominatio locum habeat in Epiſcopatibus, & Prioratibus vacantibus in Curia. Confidentiam in Gallia eſſe prohibitam, nec per ſpatium decem annorum purgari, ſi ſit continua.

SUMMARIUM.

1 *Prioratus conventuales, ſi ſint verè dicti, juxta formam* cap. quia propter, de elect. & alia *concurrant, de quibus ibi, ſubjiciuntur regiæ nominationi.*

2 *Prioratus conventuales veniunt appellatione dignitatis.*

3 *Confeſſiones dari poſſunt Prioribus conventualibus, quæ non dantur niſi in dignitate Ecclæſtica conſtitutis.*

4 *Prioratus, in quibus nulla poſt electionem requiritur confirmatio, non ſupponuntur nominationi Regiæ.*

5 *Electores, ſi non ſit opus confirmatione, dicuntur potiùs collatores.*

6 *Prioratus conventuum, quibus à Sede Apoſtolica privilegium datum eſt eligendi, non continentur ſub nominatione Regis.*

7 *Abbatiæ monialium, nec non ea, quæ inter* caput Ordinis conſtituunt, eximuntur à nominatione Regis.

8 *Beneficia manualia ſunt extra Regis nominationem, vel ſi ſingulo triennio, vel quadriennio mutentur.*

9 *Beneficia per obitum apud Sedem vacantia, ſummus Pontifex ſine Regis nominatione conferre*

10 *Reservatio beneficiorum vacantium in Curia, practicatur in Gallia.*

11 *Episcopatus non tam dignitas est, quàm dignitatum culmen.*

12 *Episcopatus in Curia vacantes per obitum, Papa sine Regia nominatione confert.*

13 *Non vacant in Curia, quæ vacant ubi est Legatus.*

14 *Legatus non confert vacantia in curia, nisi hoc specificè habeat in suis facultatibus.*

15 *Intra quod tempus Rex summo Pontifici nominare debeat.*

16 *In prioratibus conventualibus requiritur ætas 22. annorum completorum: de non conventualibus vide sup. cap. 3.*

17 *In Gallia non admittitur confidentia, imò privat ipso jure, sicut simonia.*

18 *Confidentia si sit successiva, decem annorum spatio non purgatur in Gallia.*

Difficultates propositæ per quendam qui cupiebat provideri de prioratu conventuali in Gallia, ad tria capita reducebantur: Primò, an dictus prioratus supposítus esset Regiæ nominationi: Secundò, quæ ætas requiratur in eo, qui de illo provideri desiderat: Tertiò, utrùm inita, & perfecta super illo beneficio confidentia, & conventio, quod antiquus possessor fructus ejusdem prioratus, non obstante provisione facta, perciperet; & in sua possessione perseveraret, noceat, & in quo.

1 Quod ad primum caput attinet, supponendum est quod per Concordata Galliæ, *sub titulo de Regia ad præl. nominat.* constitutum fuit in §. *monasteriis*, quod monasteriis, & prioratibus conventualibus, & verè electivis, videlicet in quibus forma *cap. quia propter, de elect.* servari debet; (utpote quia Ecclesia remanet pastore viduata) confirmationes electionum hujusmodi solemniter peti consueverunt in Regno, & Delphinatu, ac Comitatu Diensi, & Valentiæ: ita ut illis tunc, & pro tempore vacantibus, conventus non possit procedere ad postulationem Abbatis, seu Prioris conventualis; sed Rex Galliæ occurrente hujusmodi vacatione, religiosum ejusdem ordinis, in ætate ad minus viginti trium annorum constitutum, sedi Apostolicæ nominare possit; cui per summum Pontificem de hujusmodi beneficio provideatur, & ei Papa conferat.

2 Quo sic supposito, sequitur prioratum prædictum Regiæ nominationi subjacere: maximè cùm prioratus hujusmodi conventuales veniant appellatione
3 dignitatis: *cap. nisi, in fine, de præbendis.* † Et istis Prioribus conventualibus dari possint commissiones causarum, quæ non nisi in dignitate constitutis dantur: *cap. statutum, in princip. & cap. etsi principalis, de rescript. in 6.* & ita sæpiùs judicatum testatur Moder. *de benefic. tit. de majorib. & minor. benefic. in fin. fol. 411. & in tit. de benefic. cum dignit. num. 37.* & ibi Glos. *litter. O.*

4 Quod tamen intelligendum est, ut verum sit quatenus prioratus iste habeat qualitates requisitas in Concordatis: aliàs non subjaceret Regiæ nominationi. In primis enim, ad hoc ut prioratus conventualis sit sub Regia nominatione, requiritur ut sit electivus ex fundatione, præscriptione, vel consuetudine: si verò esset collativus, non comprehenderetur in Concordatis, nec per consequens spectaret ad Regem nominatio. Oportet igitur, talem esse, ut in eo servetur in electione forma *cap. quia propter, extr. de elect.* hoc est, ut fiat per scrutinium, inspirationem, vel compromissum: & quod moriente electo, Ecclesia dicatur viduata pastore; & sic talis Prior nullum alium in dicto conventu habeat Superiorem. Quod si post electionem nulla alia requireretur confirmatio; & sic esset electivum collativum beneficium, non comprehenderetur in Concordatis, quæ non comprehendunt alia beneficia quàm ea, quæ ultra electionem indigent confirmatione Superioris: ut explicavimus suprà, *cap.* 40. † Nam quando ca- 5
nonici, vel alii eligendo conferunt; veriùs dicuntur collatores, quàm electores: ut probat text. *in cap. per electionem, versic. cùm igitur*, ibi: *nominanter contulerunt, extr. de conces. præbend.* Quæ omnia explicat Rebuff. *in Concord. dict. §. monasteriis, in verb. verè electivis.*

Præterea notandum est, quod in Regia nomina- 6
tione non continentur prioratus conventuum, quibus privilegium à sede Apostolica proprium Prælatum eligendi concessum est; de quo tamen constet per litteras Apostolicas, seu authenticas scripturas; omni aliâ probationis specie eis in hoc adempta, ut dicitur *in dictis Concordatis, tit. de Reg. ad præl. nominat. §. final.*

Excipiuntur etiam ab hac nominatione Regia 7
quædam Regni Abbatiæ, quæ Generalibus Ordinum assignantur: nec non electiones Abbatissarum, & Priorum clausralium, quæ quolibet triennio fieri solent: † nec non beneficia manualia, quæ sine ul- 8
la Regis nominatione conferuntur; vel si quolibet triennio, vel quadriennio eligi consueverint, prout fit apud religiosos reformatos. Peleus *lib. 1. action. forens. 11.* qui de hac nominatione plura tradit *eodem lib. 1. actione 6. usque ad 15.*

Similiter ab eadem nominatione excipiuntur be- 9
neficia per obitum apud Sedem vacantia, quæ per summum Pontificem absque ulla Regis nominatione conferuntur: ut habetur *in dict. §. 1. & §. monasteriis, in Concord.* Rebuf. *ibidem, in verb. apud Sedem.*

Sed difficultas est, utrùm quod dictum est de prio- 10
ratibus conventualibus apud Sedem vacantibus, eadem ratione procedat in Episcopatibus, vel Archiepiscopatibus in Curia, vel apud Sedem vacantibus. Ratio est, quia licèt reservatio beneficiorum vacantium in Curia, de qua *in cap. 2. de præbend. in 6.* sit recepta in Gallia, ut dicit Maynard. *lib. 8. cap. 6. n. 1.* † Tamen nomine dignitatum, de quibus *in d. cap. 2.* 11
de præbend. in 6. non videntur comprehendi Episcopatus, qui sunt potiùs culmen dignitatum, quàm dignitas: per DD. *in dict. c. 2.* Geminian. *num. 4.* Anchar. *num. 2.* Franc. *num. 4.*

Attamen verissimum est, Episcopatus Galliæ in 12
Curia vacantes, per summum Pontificem, absque ulla Regis nominatione conferri posse: cùm ita expressè constitutum sit per summum Pontificem sub nomine Concordatorum: ubi tam de Episcopatibus, quàm de Prioratibus conventualibus apud Sedem vacantibus agitur; & de iis per summum Pontificem liberè, id est, sine ulla nominatione providendum esse constituitur. Quod, ut dictum est, de
vacantibus in Curia per obitum, intelligendum est 13
ex Rebuf. *loc. citat.* † Nec dicuntur vacare in Curia, quæ vacant in loco ubi est Legatus, ex Rebuf. *in Concordat. tit. forma mandat. Apost. in verb. extra Romanam Curiam.*

Neque Legatus potest conferre vacantia in Cu- 14
ria, nisi hoc expressè habeat in suis facultatibus: adeo ut non sufficiat derogatio per quascumque clausulas generales, sed debeat esse specifica: ut decisum fuit in Rota *decis. 156. num. 2. part. 3. recent.*

Ista autem Regis nominatio fieri debet intra sex 15
menses, de persona idonea, & debitis qualitatibus

bus inſignita. Quod ſi nominatus fuerit inhabilis, veluti ſæcularis, ad prioratum conventualem; vel regularis alterius ordinis, aut ætate requiſita carens, & is à ſummo Pontifice recuſetur, dantur alii tres menſes ad nominandum: his tamen novem menſibus elapſis, ſi Rex non nominaverit idoneum, Papa providet ſine nominatione de perſona idonea, & qualificata.

16 Et ex his patet reſolutio ſecundæ quæſtionis propoſitæ, nempe quod ad dictum prioratum conventualem, ſufficit vigeſimus ſecundus annus completus in Gallia, juxta tenorem dictæ conſtitutionis: ſed de jure communi ad tales prioratus requiritur ætas viginti quinque annorum completorum, *cap. cùm in cunctis, de elect. & Clem. 1. de ſtat. monachor.* de aliis verò prioratibus non conventualibus egimus ſuprà, *cap. 3.*

17 Ad tertiam quæſtionem reſpondetur, quod licèt aliqui DD. & inter cæteros Flamin. Pariſ. *in tractat. de confident. quæſt. 58.* exiſtimaverint, ſimoniam in Gallia eſſe licitam: tamen falluntur, cùm in Gallia etiam confidentiarii tanquam ſimoniaci puniantur, teſte Charond. *lib. 1. reſponſ. 47. & lib. 7. reſponſ. 190.* Adeo ut qui beneficium poſſidet per confidentiam, privatus cenſeatur tali beneficio ipſo jure. Petr. Gre-

18 gor. *de benefic. cap. 26.* † Et licèt aliqui dixerint, ſimoniam in Gallia, ſpatio decem annorum purgatam eſſe: Moderni *in tract. de benefic. cap. ult. in gloſ. 5. num. 57.* Tamen ſi delictum ſit continuum, & non momentaneum, nihil prodeſt decennalis poſſeſſio: quia quotidie, & ſingulis momentis interrumpitur. Charond. *d. cap. 47. lib. 1.* Utrùm autem ſimoniacus, vel confidentiarius reſignare poſſit poſt adverſarii impetrationem; alibi expoſuimus, nempe *cap. 27.* ideo hìc non repetimus.

CAPUT XC.

Legatum factum Capitulo de certa quantitate tritici, ſolvenda ex reliquis annuarum ſolutionum teſtatori debitis; utrùm ſolvendum ſit per hæredes favore piæ cauſæ, licèt nulla reliqua, ſive arreragia debeantur.

SUMMARIUM.

1 *Legatum cenſeatur potiùs factum gratiâ demonſtrationis, quàm taxationis, quando teſtator non retulit deſignationem rei, ex qua fieri debet ſolutio, ad ſubſtantiam legati; ſed duntaxat ad illius executionem.*

2 *Quando agitur de pia cauſa, quamvis teſtator mandaverit ex re certa, vel certis fructibus præſtari, cenſetur potiùs factum gratia demonſtrationis, quàm gratia taxationis; & potiùs pro ſecuritate legatarii, quàm favore hæredis.*

3 *Fructus non diſtributi annis prateritis, ſi ſint extantes, diſtribui debent inter novos canonicos, non inter antiquos.*

4 *In dubio interpretatio fieri debet favore pia cauſæ, contra Fachineum.*

5 *Ampliatur ut hoc procedat, ſive pia cauſa ſit actrix, ſive rea.*

6 *Nomine arreragiorum, ſive reliquorum, continentur tam antiquæ, quàm novæ arreragia.*

TEſtator ſacerdos Eccleſiæ, in qua vivens beneficium obtinebat, certam frumenti quantitatem legavit, quæ ſolvetur de arreragiis ſeu reliquis diſtributionum ſibi per capitulum ejuſdem Eccleſiæ debitis: Cúmque arreragia quædam prætendantur, quæ capitulum indebita eſſe aſſerebat; & hinc lis penderet: quæſitum fuit utrùm legatio ex aliis teſtatoris bonis ſuppleri deberet; & affirmativè reſolutum fuit.

Primò, quia teſtator non legavit quantitatem ſolam frumenti capitulo taxativè, ſed demonſtrativè: non enim dixit, Lego frumentum ex arreragiis, ſed uſus eſt his verbis: Lego talem frumenti quantitatem, quæ ſolvetur ex arreragiis quæ mihi debentur. Illa autem verba, *lequel ſe payera des arrerages*, non reſpiciunt ſubſtantiam legati, ſed illius executionem; & ſic diſpoſitio remanet pura, & quidquid accidat de illis arreragiis, ſemper hæredes tenentur ad ſolutionem legati: ut probatur *in l. quidam teſtamento, ff. de legat. 1.* Caſtrenſ. *conſil. 338. volum.* Surd. *conſil. 162. num. 23.* Tuſch. *in verb. legatum, concluſ. 61. num. 13. 14. & 15.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 256. num. 22.* Caſtill. *controverſ. lib. 4. cap. 30. num. 17. & ſeq.*

Secundò, quando tractatur de pia cauſa, præſertim in caſu propoſito, in quo legatum factum fuit pro fabrica Eccleſiæ; quamvis teſtator legatum ex certa præſtari mandaverit, etiamſi res, ex qua legatum præſtari debet, unico verborum contextu deſignata fuiſſet; ſi res ex qua legatum præſtari debet non extet, vel non debeatur; ſemper legatum ſolvendum eſt, neque cogitur Eccleſia, vel alia pia cauſa petere legatum ſuper re deſignata, ſed petere poteſt ex aliis bonis teſtatoris: quia favore piæ cauſæ deſignatio illa non operatur taxationem, ſed ſolùm demonſtrationem; & ſolùm duntaxat rem deſignatam, eſſe pro legati ſolutione obligatam: ut tradit Roman. *ſingul. 440.* per Gloſ. *in l. Cum ſi-jus 12. in verb. neque in rem, ff. de ann. legat. & in l. Lucius 12. in verb. ex reditu, in princip. ff. de alimentis & cibariis legat.* ubi quod hæc verba magis videntur appoſita pro ſecuritate legatarii, quàm favore hæredis; & potiùs ad reſignationem quàm ad conditionem & limitationem faciendam ſequatur Tiraquel. *de privileg. pia cauſa, privileg. 6. verſ. & hoc expreſsè voluit.* Ejuſdem ſententiæ eſt Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 265. num. 29.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 6. num. 26.* Marc. Anton. Genuarius *in practicabilib. Eccleſ. quæſt. 268. num. 3.* Ferret. ad Guid. Pap. *deciſ. 8.*

Tertiò, quia cùm duplicis generis arreragia diſtributionum teſtatori deberentur; nempe antiqua & nova; circa antiqua verò lis penderet, quia capitulum contendebat illa non deberi, † etiamſi fructus non diſtributi annis elapſis, tunc fuiſſent extantes, (quod tamen non erat) nihilominus fructus diſtribuendi duntaxat fuiſſent inter novos canonicos, & non inter antiquos, minuſque inter hæredes antiquorum. Tuſch. *littera O, concluſ. 1. num. 11.* Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 429.* Non verò arreragia dicto teſtatori tempore obitus ſui debita, eſſent liquida, non litigioſa; & caſu quo aliqua adſuiſſet ambiguitas, † interpretatio in dubio fieri debebat favore piæ cauſæ. Tiraquel. *de privileg. pia cauſæ, privileg. 148.* † Quod ampliatur, ſive pia cauſa ſit actrix, ſive rea. Tiraquel. *ibidem, privileg. 146.* licèt ab hac opinione aliqui receſſerint, quos

bus favere videtur Fachin. *quæst. controv. lib. 6. cap. 26.* ea tamen opinio, quæ favet piæ causæ, & verior est, & receptior: teste Menoch. *lib. 4. præsumpt. 106. num. 33.* post plurimos per eum allegatos. Ergo
6 cùm † arreragiorum, seu reliquorum nomine, tam antiqua quàm nova contineantur; Glos. *in l. 2. in verb. reliquorum, Cod. sine censu vel reliquis*, sequitur dictum legatum potius deberi capitulo ex novis, & liquidis, quàm ex antiquis & illiquidis, & forsan indebitis.

CAPUT XCI.

De jurepatronatus per fundatorem in ultima voluntate relicto. Quod legatum & fundatio transeat in naturam dispositionis inter vivos, quando testator fundationem cum authoritate Episcopi vivens executioni demandavit: Et in omnem eventum, ultima illa voluntas sit irrevocabilis, etiam in præjudicium ejus, cui jusPatronatus relictum est Jus-patronatus utrùm Consulibus, vel etiam toti Communitati relictum censeatur.

SUMMARIUM.

1 *Legatum juris patronatus transit in dispositionem inter vivos, si fundatio vivo testatore fuerit authorizata, & executioni illo instante demandata.*

2 *Post perfectum & consummatum actum fundationis, jus patronatus alteri per fundatorem concedi non potest; sed legatarius illud habet irrevocabiliter.*

3 *Ultima voluntas est deambulatoria usque ad mortem. Fallit in jurepatronatus, quando Eccl. sia, seu capella fuit erecta, & in esse deducta a thoritate Episcopi, de consensu fundatoris.*

4 *Testator qui consensit fundationem deduci ad effectum, ipso vivente, potest cogi ad dotandum.*

5 *Jus patronatus non acquiritur per augmentum dotis: sed oportet Ecclesiam fuisse deductam à non esse ad esse.*

6 *In dubio jus patronatus relictum Consulibus, ad eos spectat tanquam Consules, non ad Universitatem.*

7 *Si tamen Consules præsentaverint in vim mandati sibi facti per Communitatem, possessio quæritur Communitati.*

8 *Communitas est manutenenda in quasi possessione præsentandi, si Consules ex vi mandati ipsius præsentaverint.*

JUspatronatus, de quo agebatur, Dixi pertinere conjunctim ad Priorem, & Syndicos loci, juxta tenorem primi testamenti per fundatorem conditi: non obstante quod illud testamentum fuisset postea revocatum, & jus patronatus alteri relictum. Quia fundator præveniendo diem sui obitus, primam illam dispositionem executioni demandavit: intervenient authoritate Episcopi, seu ejus Vicarii; qui ob longissimi temporis lapsum, legitimam præsumitur habuisse authoritatem. † Et sic ex actu ultimæ 1
voluntatis, fecit dispositionem inter vivos: & per consequens irrevocabilem in præjudicium illorum, quibus ex fundatione quæsitum fuit jus patronatus, ut tradit Nicol. Garc. *in tract. de benefic. part. 5. cap. 9. num. 68.* Quod manifestum redditur ex verbis dictæ fundationis: *Verum quia dictus exponens cuperet dictam fundationem confirmari, & dictam capellaniam in titulum perpetui beneficii erigi, & missam celebrari, antequam ipse ab humanis decederet.* Deinde subjiciuntur hæc verba: *præfatus dominus Vicarius dictam fundationem confirmavit, & in titulum perpetui beneficii erexit, &c.* † Quæ omnia de- 2
notant actum, vivente & requirente ipso testatore, consummatum & perfectum; & sic in præjudicium patronorum, quibus jus erat quæsitum, jus patronatus alteri relinquere non potuisse. Calderin. *consil. 20. de jurepatron.* Roch. de Curt. *de jurepatron. in verb. ipse, vel is à quo, num. 33.*

Sed posito citra præjudicium veritatis, quod ex illa confirmatione non fuisset mutata ultima voluntas in actum inter vivos; non tamen ex eo sequeretur potuisse illi ultimæ voluntati per posterius testamentum derogari. † Quia licèt deambulatoria sit 3
hominis voluntas usque ad mortem; tamen attenta Ordinarii confirmatione, & approbatione testamentariæ fundationis; illa non potuit per aliud testamentum, aut aliam dispositionem revocari, nec titulo legati potuit in alium transferri. Lambertin. *de jurepatron. 2. part. lib. 1. in prima quæst. princip. art. 19.* ubi indistinctè loquitur tam de legato, quàm de donatione, *fol. mihi 121.* sed melius *in prima parte, lib. 1. in 4. quæst. principali, art. 10. num. 3. & 4. fol. mihi 31. verso*, ubi casus decidit in terminis. Optimè etiam idem Author, *eod. lib. 1. part. 1. quintæ quæstionis principalis, art. 8. num. 45.* † ubi dicit quod etiam hoc 4
casu, testator vivens compelli poterit ad dotandam Ecclesiam jam in esse productam; & subdit hoc esse digito ligandum: quia ipsi testatores facile vivendo suam revocant voluntatem, quod tamen non possunt: ut habetur *ibidem, fol. mihi 38.* eandémque sententiam uti veram supponit Rota *decis. 228. num. 1. part. 1. diversorum.*

Neque poterat iste posterior legatarius juris pa- 5
tronatus, prætendere jus aliquod sibi quæsitum per augmentationem dotis ejusdem Capellaniæ, cùm jus patronatus non acquiratur alicui ex augmento dotis; sed necesse sit primam dotem fuisse omninò deperditam, & Ecclesiam fuisse deductam à non esse ad esse. Rot. apud Durant. *decis. 285. n. 35. & 36.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 4. cap. 9. n. 122.* Sanch. *lib. 2. consil. moral. cap. 3. dubio 76. num. 3.*

Utrùm autem illud jus patronatus Syndicis competat, tanquam Syndicis; an verò toti Universitati, dubitatum fuit: † vera resolutio est, quod in dubio 6
jus patronatus relictum Consulibus non censetur factum Communitati, sed solùm Consulibus seu Syndicis: & ideo soli Syndici possunt præsentare absque interventione Communitatis. Bald. *in l. si quis 48. §. in omnibus, num. 19. Cod. de Episcop. & cleric.* Rot. *decis. 574. num. 8. part. 1. divers. & decis. 144. num. 6. & 7. part. 5. recent.* Durant. *decis. 285. n. 123. & 124.* † Sed si Consules præsentaverint uti procuratores 7
Communitatis, & in vim mandati sibi per Communitatem facti; censentur agnovisse jus patronatus ad ipsam Universitatem spectare; cùm actus præsumatur factus juxta formam mandati. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 46. num. 9.* & juxta id, ad quod ex mandato tenebantur. Menoch. *ibidem, n. 8.* Mascard. *in verb. actus, conclus. 38. num. 2. & 3.* Mastril. *decis. 34. n. 5.*

Surd. *conſil.19. num.* 34. † & per conſequens cùm præſentationes fiunt per Conſules nomine Univerſitatis, quaſi poſſeſſio præſentandi non Conſulibus, ſed Univerſitati quæſita fuit : cùm etiamſi eſſemus in dubio, actus per adminiſtratores facti cenſentur nomine Principalis, ſeu Univerſitatis : per text. *in l.qui aliena 6.§.ſi is qui putabat*, & ibi Bartol. *ff.de acquir.hæred.* Rot.apud Poſthium *deciſ.*250. *num.*8. *&* 9.

Et per conſequens hoc caſu, manutentio in quaſi poſſeſſione præſentandi, non erit concedenda ſyndicis ſolis ; ſed toti Communitati : cùm Communitas ſit in illa quaſi poſſeſſione, non autem Conſules : ad tradita per Poſt. *de manuten.obſ.*10.*n.*25. *& deciſ.*267. *poſt ejus tractatum.*

CAPUT XCII.

Vtrùm Vicelegatus Avenionenſis, qui ex facultatibus Legationis poteſt religioſos diſpenſare, ut tranſeant ad laxiorem regulam ; eodem modo poſſit diſpenſare ſuper quarto voto, quod fit per RR. Patres ordinis Minimorum ſancti Franciſci de Paula, circa abſtinentiam ab eſu carnium.

SUMMARIUM.

1 *Vicelegatus Avenionenſis vigore facultatem Legationis, poteſt diſpenſare religioſos, ut tranſeant ad regulam laxiorem.*
2 *Vicelegatus concedendo religioſo Minimo ut tranſeat ad regulam laxiorem, cenſetur etiam illum diſpenſare ab omnibus, quibus obligatur in conſequentiam illius regulæ.*
3 *Diſpenſatio eſt ſtricti juris, & in ea non valet argumentum à majori ad minus.*
4 *Habilitatio non extenditur ad caſum mixtum, & dupliciter prohibitum.*
5 *Diſpenſatio extenditur ad omnia quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam.*
6 *Diſpenſatus ſuper ætate ad effectum antianitatis, cenſetur etiam diſpenſatus ad effectum profeſſionis.*
7 *Diſpenſatus ad beneficium, cenſetur diſpenſatus ad reſidentiam, & ad omnia conſequutiva.*
8 *Diſpenſatus, ut tranſeat ad laxiorem, cenſetur diſpenſatus ab obligationibus prioris regulæ.*
9 *Diſpenſatio eſt odioſa, & ſtricti juris ; ſed facultas diſpenſandi eſt favorabilis, & amplam recipit interpretationem.*
10 *Mandatum diſpenſandi cum monachis, extenditur ad Abbatem.*
11 *Diſpenſandi facultas ad majora, extenditur ad minora.*
12 *Diſpenſatio alteri poteſt præjudicare, ſed facultas diſpenſandi ſoli concedenti præjudicat.*
13 *Facultas diſpenſandi in aliquo conſanguinitatis gradu, extenditur ad eundem duplicatum.*
14 *Vicelegatus ex facultatibus poteſt omnia quæ major Pœnitentiarius Vrbis.*
15 *Vicelegatus ex cauſa poteſt Minimis concedere eſum carnium.*

ILluſtriſſimo & Reverendiſſimo D. Vicelegato, Cenſui competere facultatem diſpenſandi religioſum ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula, ut ad laxiorem regulam ſe transferre poſſit ; non obſtante quarto voto, quod circa eſum carnium à religioſis illius ordinis præſtari ſolet.

Quia certum eſt eidem Vicelegato conceſſam eſſe facultatem transferendi religioſos de ordine ad ordinem, & de monaſterio ad monaſterium, etiam ad regulam laxiorem. Certum etiam eſt, ex facultatibus Legationis permiſſum inter cætera eſſe Legatis & Vicelegatis, omnes & quaſcunque diſpenſationes, habilitationes, & abſolutiones concedere, quas Major Pœnitentiarius vigore ſuarum facultatum concedere ſolet. Denique certum etiam eſt, poſſe Legatos & Vicelegatos in vim earundem facultatum à quibuſcumque votis omnes perſonas cujuſcunque dignitatis abſolvere, exceptis certis in dictis facultatibus nominatim expreſſis.

Et proptera poſſunt, & ſolent Vicelegati religioſis Minimis concedere facultatem, ut ad aliam laxiorem regulam tranſeant ; & ea ratione, ab omnibus primi ordinis obligationibus liberati, poſterioris duntaxat regulæ obligationibus & oneribus adſtringantur. Quod, me conſulente, ſic factum & executioni demandatum fuit anno 1640. † Licèt enim diſpenſatio ſit odioſa, & reſtringenda, neque valeat in ea argumentum à majori ad minus Surd. *deciſ.*268.*num.*20. *&* 21. † Et habilitatio non extendatur ad caſum mixtum, & dupliciter prohibitum : Rot. *deciſ.*76.*num.*2.*part.*2. *recent.* Landvol. *deciſ.*87. *num.*8. *&* 17. † Ipſa nihilominus diſpenſatio complectitur omnia, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam illius. † Unde diſpenſatus ſuper ætate ad effectum Antianitatis, cenſetur etiam diſpenſatus ad emittendam profeſſionem. Rot. contra Durano *deciſ.*419. *num.*5. *& deciſ.*462. *num.*17. & facit doctrina Abbatis *in cap. quia in tantum 5. de præbend.num.*4. † ubi dicit quod diſpenſatus ad beneficium, cenſetur etiam diſpenſatus quoad reſidentiam, & alia conſequutiva beneficii. Menoch. *conſ.*478.*num.*29. † Unde cùm impoſſibile ſit religioſum ad regulam laxiorem tranſire, niſi liberetur ab oneribus & obligationibus prioris religionis, ſequitur licentiam tranſeundi continere per neceſſariam conſequentiam, liberationem & exemptionem ab omnibus obligationibus prioris regulæ : & ſic religioſum ordinis Minimorum diſpenſatum ad laxiorem regulam, cenſeri quoque diſpenſatum à voto facto ſuper eſu carnium. Ita concludit in ſpecie de Minimis, quoad vitam quadrageſimalem, Lezana *in ſumma regul. tom.*1. *cap.*22. *num.*19. ex doctrina Sanch. *in præcep.decalog.lib.*6.*cap.*7. *num.*87. & alii *ibidem* per eum allegatis.

Quod ſi diſpenſatio quæ alioquin ſtricti juris illam poteſtatem admittit, multò magis facultatem diſpenſandi ad laxiorem, continebit etiam facultatem diſpenſandi à votis acceſſoriis dictæ prioris regulæ, cùm fieri debeat differentia inter diſpenſationem, & facultatem diſpenſandi : nam diſpenſatio, ut ſupra dictum eſt, odioſa eſt, & reſtringenda : at diſpenſandi facultas, eſt favorabilis ; & uti talis latiſſimè extendenda. Gutier. *de matrim. cap.* [illegible] *num.*3. † Unde mandatum de diſpenſando cum monacho, extenditur etiam ad Abbatem, *cap. ſic. Simon.* † & diſpenſandi facultas circa majora, extenditur ad minora : *cap. per venerabilem, qui fil. legitim.* Ratio differentiæ eſt, † quia diſpenſatio alteri præjudicare poteſt : at diſpenſandi facultas conceſſa, nemini nocere poteſt, niſi ſoli concedenti. Sanchez

Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 2. num. 1. & se-*
13 *quentib.* Sicut à simili, † facultas dispensandi in aliquo affinitatis gradu, extenditur ad eundem gradum duplicatum, ad quem tamen dispensatio non extenderetur. Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 24. num. 9.* Gutier. *de matrim. cap. 124. num. 3.* Poterit igitur Vicelegatus dispensare super voto isto accessorio, dispensando ut religiosus ad laxiorem regu-
14 lam transire queat. † Et sicut Vicelegati qui Majoris
15 Pœnitentiarii Urbis facultates habent, † possunt & solent Minimos ad esum carnium pro certo tempore dispensare; ita & poterunt, justâ subsistente causâ perpetuâ, in perpetuum dispensare: præsertim cùm Minimorum regula illos dispenset ab esu carnium ex causa infirmitatis. Unde hæc concessio Vicelegati, non tam dispensatio, quàm voti declaratio nuncupari debet.

CAPUT XCIII.

De Graduatis, & Nominatis quoad beneficia Galliæ. Quomodo differant Graduati simplices, à Graduatis nominatis. De conditionibus requisitis ad hoc, ut quis gaudeat privilegio gradus, vel nominationis. De attestatoriis studii, & nobilitatis, quæ ad illas requiruntur. De tempore requisito ad gradum obtinendum, vel Baccalaureatum in quacumque facultate. Præcipua quæstionum & dubiorum capita, materiam Graduatorum, & Nominatorum, ac insinuationis per eos faciendæ, concernentia resolvuntur. Tandem concluditur, summum Pontificem posse uti præventione in præjudicium Graduatorum quorumcunque. De Legato vero, aut Vicelegato, utrùm possit derogare regulæ de 20. diebus, in præjudicium gradus, vel nominationis? Concluditur affirmativè.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia in Gallia vacantia mensibus Januarii, & Julii, sunt affecta pro Graduatis nominatis. In mensibus verò Octobris, & Aprilis vacantia, Graduatis simplicibus, qui non habent nominationem ab aliqua Universitate famosa Regni.*

2 *Privilegio isto gradus non fruuntur, qui non studuerunt per legitimum tempus; & quod sit illud tempus studii requisitum: & oportet studuisse in quacumque universitate; sed gradus debet esse collatus in universitate Regni, num. 3.*

4 *Nemo gaudet privilegio gradus, vel nominationis, qui literas gradus, nominationis, & attestationis temporis studii non exhibuerit collatoribus, cum expeditione curiæ.*

5 *Probatio nobilitatis ad effectum studii, quomodò, & per quot testes probari debeat.*

6 *Insinuatio per Graduatos, vel Nominatos, quomodo fieri debeat singulis annis, tempore quadragesimali.*

7 *Utrum post Quadragesimam fieri possit insinuatio gradus, vel nominationis; & ratione quorum beneficiorum operetur hæc insinuatio.*

8 *Collatores ordinarii, vel patroni Ecclesiastici possunt uti gratificatione erga Graduatos; non tamen erga Nominatos, nisi omnia sint paria: & quis gradus alteri gradui præferendus?*

9 *Graduatis nominatis conferri possunt beneficia, etiam vacantia in mensibus simplicium Graduatorum, nempe Aprili, vel Junio.*

10 *Senatores vigore sui Indultus, præferendi sunt Graduatis, etiam nominatis.*

11 *Privilegia Graduatorum locum habent duntaxat in beneficiis per obitum vacantibus.*

12 *Si Graduatus sit sufficienter provisus, non potest uti privilegio gradus, vel nominationis.*

13 *Quis reditus requiratur ad hoc, ut Graduatus dicatur sufficienter provisus.*

14 *Regulares dicuntur sufficienter provisi quodcumque beneficium adepti sint.*

15 *In calculo reddituum, dum quæritur utrùm Graduatus sit sufficienter provisus, non debet haberi ratio beneficiorum extra Regnum existentium.*

16 *Quodcumque beneficium in Regno positum, si fuerit acceptatum, debet computari, dum quæritur utrùm Graduatus sit sufficienter provisus; nisi tamen ab eo per sententiam exclusus fuerit.*

17 *Collatio Graduatis simplicibus facta tenet, licèt non exprimatur in ea gradus; sed Nominatio facta non valet, nisi apponatur mentio gradus, & nominationis.*

18 *Collatio per Ordinarium alicui tanquam Graduato non valet, quamvis ad talis Beneficii assecutionem gradus non esset necessarius.*

19 *Beneficia vacantia in Curia non subjacent regulis nominationum; sed ea per summum Pontificem etiam non graduatis conferuntur.*

20 *Graduatus, aut Nominatus suo privilegio uti non potest, nisi intra sex menses a die vacationis collatorem, vel patronum Ecclesiasticum requisiverit.*

21 *Recusante collatore, recurrendum est ad Superiores; sed ille recursus gradatim, & non omisso medio interponendus est.*

22 *Cessat privilegium Graduatorum in beneficiis juris patronatus laicalis, vel si vacent in Regalibus, ac in aliis casibus ibi designatis.*

23 *Papa potest prævenire Ordinarios, etiam conferendo non Graduatis, in mensibus illi assignatis.*

24 *Utrùm Legatus possit conferre præveniendo in mensibus Graduatorum, favore eorum qui gradum non habent, magna est dubitatio: resolvitur negativam sententiam observantia tribunalium Galliæ magis convenire.*

25 *Cum Papa, vel Legatus possint derogare regulæ de viginti diebus; utrùm hoc facere possint in præjudicium graduatorum, vel Nominatorum.*

26 *Resolvitur validam esse derogationem à Papa in præjudicium graduatorum: & similiter à Legato, nisi fraudis concurrant conjecturæ.*

27 *Quibus conjecturis probari possit derogationem regulæ de viginti diebus factam fuisse in fraudem graduatorum, vel Nominatorum.*

28 *Antiquior ex Nominatis præferendus eſt ; nempe non antiquior in gradu , ſed qui prius nominatus fuit.*

29 *Antiquior in nominatione præferendus eſt, quamvis eſſet tantùm Baccalaureus, & poſterior habuiſſet gradum Doctoratus ; vel eſſet tantùm artium Magiſter , & poſterior eſſet jurium Doctor.*

30 *Prior in nominatione præfertur, quamvis eſſet poſterior in præſentatione.*

31 *Gratificationi locus quidem eſt inter ſimplices Graduatos , ſecus eſt ſi agatur de Nominatis: quia omninò antiquior eſt præferendus.*

32 *Qui primus eſt in inſinuatione , non ideo præferendus eſt inter Graduatos nominatos , niſi ſit primus in nominatione.*

33 *Inter Graduatos nominatos , non ſufficit prævenisse alios in collatione ; niſi ſit etiam anterioritas in nominatione.*

34 *Gratificationi locus etiam eſſe poteſt inter Graduatos nominatos , ſi plures concurrant qui ſint omninò pares , tam in gradu , quàm in nominatione.*

DUæ ſolemnes difficultates aliàs propoſitæ fuerunt, quarum altera in eo conſiſtit ; utrùm derogatio regulæ de viginti diebus , ſeu de infirmis reſignantibus, facta per Illuſtriſſimum D. Vicelegatum Avenionenſem noceat Graduatis nominatis , quibus beneficia per obitum certis anni menſibus vacantia ex conſtitutione Leonis X. ſummi Pontificis, in Concordatis affecta ſunt. Altera , utrùm collatio facta per Capitulum , quod habebat jus conferendi , in favorem alterius Graduati nominati , qui erat quidem anterior in inſinuatione ſimplicis gradus ; poſterior autem in inſinuatione ſuæ nominationis : ſit valida ; ita ut tertius , qui anterior eſt in inſinuatione ſui gradus cum nominatione , beneficium illud impetrare non poſſit.

Pro quarum difficultatum intelligentia , & reſolutione, quædam de materia Graduatorum , & Nominatorum , & de graduum & nominationum inſinuatione , & effectibus in primis ſupponenda ſunt, juxta obſervationem tribunalium Galliæ.

1 Supponendum igitur eſt, quod ex dicta conſtitutione in Concordatis facta , omnes collatores ordinarii in locis ubi viget Concordatorum obſervantia, tenentur conferre dignitates & beneficia omnia Nominatis , quæ in menſe Januario, & Julio vacabunt. Quæ verò in menſe Aprilis , & Octobris vacabunt; Graduatis. In aliis verò menſibus vacantia , cuilibet idoneo , quamvis nec Graduato, nec Nominato , liberè conferri poſſunt : text. eſt *in Concordatis , tit. de collat. in §. præfatique* , dummodò gradus & nominatio procedat ab Vniverſitate famoſa Regni. Rebuff. *de nominat. quæſt. 6.*

2 Secundò , ad hoc ut quis gradus privilegio frui poſſit, neceſſe eſt eum per legitima tempora ſtuduiſſe, etiam extra Regnum ; † dummodò gradus in Regno capiatur , & nominatio fiat per Univerſitatem Regni. Paſtor *in tract. de benefic. lib. 1. tit. 16. n. 2. & 3.* videlicet decem annorum pro Magiſterio , Licentiâ vel Baccalaureatu formato in Theologia ; ſeptem verò annorum pro Doctoratu , vel Licentia in jure Canonico, Civili, vel Medicina ; denique quinquennium pro Magiſtris , ſeu Licentiatis in artibus, cum rigore examinis , à Logicalibus inclusivè. Ita tamen ut , ſi quis minori tempore ſtudii perfecto , gradum adeptus ſit ; ejus privilegio uti poſſit , ſi poſt adeptum gradum per legitima tempora, in eadem, vel in altiori facultate ſtuduerit : text. eſt *in dicto tit. de collat. §. præterea* , & ibi Rebuff. *in verb. ſtuduerint, verſic. ideo ego intelligerem* , & *in verb. Altiori facultate*. Pro ſimplici verò Baccalaureatu in Theologia, ſufficit ſtudium ſex annorum ; pro Baccalaureatu in jure Civili vel Canonico, quinquennium ; ſi tamen ageretur de perſona nobili ex latere paterno, vel materno, ſufficit triennium : intelligendo tamen ut nobilitas non exigatur in aliis aſcendentibus, ultra perſonam patris , & matris : atque ita declaratum fuit, & obſervatur : & quod de hoc triennio dicitur, reſtringendum eſt ad Baccalaureos juris Civilis , vel Canonici : non ad alios : ut patet ex text. *Concordat. dicto §. præterea.*

Tertiò Nominati , & Graduati, ſemel ante beneficii vacationem , literas nominationum , gradus & temporis ſtudii per Secretarium Univerſitatis ſubſcriptas , collatoribus ordinariis , & patronis Eccleſiaſticis exhibere debent , cum expeditione copiæ authenticæ.

Quartò , probatio nobilitatis ad effectum ſtudii per quatuor teſtes fieri debet coram Ordinario loci, in quo quis natus eſt ; & in abſentia partis fieri poteſt : text. *in §. cum verò, dict. tit. de collat.*

Quintò , Graduati tam ſimplices , quàm Nominati , tenentur tempore Quadrageſimæ literas gradus nominationis , & temporis ſtudii, & nomina ac cognomina collatoribus & patronis Eccleſiaſticis inſinuare , ac duplicatas dare ; alioqui pro illo anno nominationis, vel gradus, ſuo privilegio uti non poterunt : † poterit tamen pro illo anno inſinuare, tempore Quadrageſimæ omiſſa, fieri ante Adventum proximè ſequentis Quadrageſimæ , & uti privilegio quoad beneficia duntaxat quæ vacabunt poſt inſinuationem ; ut *in Concord. §. teneantur , verſic. ſi verò Graduatus , de collat.*

Sextò , inter plures Graduatos, patroni Eccleſiaſtici & collatores poſſunt uni ſibi benevisò gratificari. Inter Nominatos non datur , niſi omnia paria in diverſis concurrant : alioqui inter ipſos præfertur antiquior Nominatus : & ſi duo pares ſint in nominatione, Doctor, Licentiato ; Licentiatus, Baccalaureo ; exceptis tamen Baccalaureis formatis in Theologia , qui cæteris Licentiatis in Jure, vel Medicina præferuntur : Baccalaureus verò juris Civilis vel Canonici , Magiſtro in artibus præferendus eſt. Inter Doctores verò, præfertur Theologia ; tum jus Canonicum , tum jus Civile, quartò admittitur Medicus : idemque ordo in Baccalaureis ſervandus eſt, quando comparent diverſarum profeſſionum ; ut in *dicto tit. de collat. §. ſtatuimus , in Concordatis.*

Septimò , Graduatis per Univerſitatem nominatis poſſunt conferri beneficia vacantia in menſibus etiam graduatorum ſimplicium , ſeu non nominatorum ; nempe Aprilis, & Octobris : quia non debent eſſe deterioris conditionis propter nominationem. Rebuff. *conſil. 20. num. 10.*

Octavò , utrùm Graduatus præferendus ſit Senatori venienti vigore ſui indultus ? Pro Graduato tenuit Rebuff. *conſil. 15. n. 1.* Sed contrarium verius, quia privilegium quo nituntur Senatores, antiquius eſt Concordatis : ita Louet *Liter. B. num. 16.*

Nonò , privilegium gradus , locum habet duntaxat in beneficiis per obitum vacantibus : ſicut & nominationis ; unde non obtinet in beneficiis per reſignationem vacantibus : ut haberur *in Concord. §. ceſſumus , de collat.* & apud Rebuff.

Decimò , ceſſat privilegium ſi Graduatus , aut Nominatus ſit ſufficienter proviſus, ſi poſſideat redditum ducentorum florenorum auri, ſeu totidem nummorum

morum aureorum, si veram sequamur interpretatio-
13 nem: † sed sufficiunt hodie 400. libræ in reditu, ut quis dicatur sufficienter provisus, ut testatur Addit. ad Louet *littera G, num.* 1.

14 Quod intelligendum est de sæcularibus; nam regulares dicuntur sufficienter provisi, cujuscumque reditus sui ordinis beneficium possideant, quia pluralitas beneficiorum maximè in regularibus odiosa est, *cap. cùm singula 32. de præbend. in 6.*

15 Præterea, dum fit mentio de beneficiis, quibus Graduatus, vel Nominatus fuit sufficienter provisus, non debet haberi ratio beneficiorum sitorum
16 extra Regnum, ut apud Louet *liter. G, num.* 8. † Sed quodcumque beneficium in Regno positum computari debet, si fuerit acceptatum; dummodo tamen acceptans non sit per sententiam exclusus. Rebuff. *consil.* 31. *num.* 7. qui autem sufficienter provisus est, non potest uti suo privilegio. Louet. *liter. G, num.* 5.

17 Undecimò, inter Graduatos simplices, & Graduatos nominatos hæc est differentia, quod in Graduatis simplicibus, sufficit provisionem illis fieri non expressâ gradus mentione; sed dum agitur de Graduatis nominatis, debet apponi hæc clausula, *Tibi tanquam Graduato, & Nominato conferens:* aut alia verba æquipollentia, quæ ostendant provisionem in vim nominationis fuisse factam. Louet *liter. G, num.* 2. & ibi Addent.

18 Duodecimò, si Ordinarius conferat alicui, tanquam Graduato, qui tamen non est talis, quanvis collatio fuisset valida, si dixisset *Tibi idoneo*; tamen nulla est, quia quod potuit, noluit; quod voluit, non potuit: Rebuff. *in prax. part.* 1. *tit. de devolut. num.* 54.

19 Decimotertiò, beneficia vacantia in Curia, & ideo reservata per text. *in cap.* 2. *de præbend. in* 6. non subjacent huic privilegio Graduatorum; sed liberè conferri possunt, quia hæc reservatio remansit in statu per Concordata, *in tit. de reservat.* Pastor *dicto lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 12.

20 Decimoquartò, Graduatus, aut Nominatus suo privilegio uti non potest post sex menses, si intra illud tempus à die vacationis computandum, non
21 requisiverit collatorem, vel eo absente ejus Vicarium; ut sibi tale beneficium conferat. † Qui si conferre recusaverit, ad Superiorem immediatum debet accedere, & ab eo collationem petere; & illo recusante, adeundus est gradatim alius Superior proximus; & ultimò Legatus, vel Papa. Rebuff. *in tract. Nominat. quæst.* 17. *num.* 1. *& quæst.* 20.

22 Decimoquintò, cessat Graduatorum privilegium, vel Nominatorum in beneficiis jurispatronatus Laicalis; vel si vacent in Regalibus. Item in dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium, aut si Graduatus non reperiatur idoneus; gradus enim ab examine non excusat. Pastor *d. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 10. 11. 14. & 16. Reliqua hanc materiam concernentia tractantur apud Rebuff. *in Concord. & in tract. Nominationum.*

23 His ita pro quæstionum prædictarum intelligentia præmissis: Respondetur ad primam, quod licèt aliàs disputatum fuerit, utrùm summus Pontifex possit prævenire collatores ordinarios, in præjudicium Graduatorum simplicium, vel Nominatorum; hodie tamen sine difficultate hoc obtinet, ut prævaleat præventio Papæ, & ejus collatio sortiri debeat effectum, etiamsi non Graduato, vel Nominato contulerit. Quia Papa, dum concessit hanc gratiam, seu privilegium Graduatis, non censetur concessisse in sui præjudicium, cùm in omni dispositione, semper censeatur excepta persona loquentis: & ita post 24
longum discursum concludit Addit. ad Louet *liter. P, num.* 43. *colum.* 10. † Quod tamen in provisione Pontificia obtinet: sed de provisione per Legatum facta dubitatur apud Gallos, ut notat Pastor *d. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 8. nam adhuc disputatur de validitate collationis in Legatione factæ in mensibus Graduatorum, per præventionem Legati: & verendum est, ne præventio in Gallia restringatur ad Pontificias provisiones: ex notatis per Rebuff. *in tract. Nominat. quæst.* 18. *num.* 6.

Verùm quando resignatio facta fuit cum derogatione regulæ de infirmis resignantibus, seu de viginti diebus; cui non solùm Papa, sed etiam Legatus derogare potest & solet, ut diximus suprà, *cap.* 70. *num.* 9. tunc major est dubitatio, utrùm derogatio ista valeat in præjudicium Graduatorum, seu Nominatorum. † Ego existimò validam esse renun- 26
ciationem, & derogationem, tam à Papa, quàm à Legato vel Vicelegato factam; dummodò qui talem resignationem fecit, & obtinuit, nullas adversus talem resignationem patiatur fraudis conjecturas; & hoc expressè decisum refert Tornet *in sua recollectione arrest. benefic. litera L, num.* 6. his verbis: *Si apud Summi Pontificis Legatum, etiam in mensibus qui Academicis gradu insignibus, nomenque de more professis adscripti sunt, sacerdotia purè ejurentur, & in eis attribuendis eum regulæ Cancellariæ Apostolicæ, quæ dicitur, Si quis in infirmitate constitutus, gratiam facere posse judicatum est.* Idem repetit *Litera G, num.* 13. Maynard. *lib.* 1. *cap.* 51. licèt *num.* 52. aliud decretum referat ex facti circunstantiis Papon. *lib.* 3. *tit.* 2. *de infirm. resignant. art.* 5. Atque ita post varios discursus concludit Theven. *ad ordin. Reg. lib.* 1. *tit.* 24. *art.* 1. *in verb. ez mois affectés ausdits Graduez, in fin.* asserens ita observari. † Conjecturas au- 27
tem resignationis, vel permutationis, in fraudem Graduatorum vel Nominatorum factæ, tredecim affert Rebuff. *in Concordat. tit. de collat. §. volumus, in verb. vacantia,* quæ apud ipsum videri poterunt: Nobis locum indicasse sufficiat.

Ad secundam quæstionem responsio patet ex su- 28
pradictis *num.* 8. nempe collatorem ordinarium teneri præferre eum, qui antiquior est: antiquiorem autem in hac materia eum dicimus, non qui ætate maior est, aut qui gradum priùs assumpsit; sed eum qui priùs nominatus est. Rebuff. *de Nominat. q.* 21. *num.* 6. Amplia ut per eundem, *ibidem, num.* 8. ut 29
locum habeat, licèt primò nominatus, esset duntaxat Baccalaureus, vel artium Magister; quia illa generalitas nihil facit, nisi in data concurrentibus: † atque etiamsi ultimò nominatus, esset prior in 30
præsentatione, *ibidem num.* 9. quia non attenditur præsentatio, ubi data præsentationis est potior: † 31
& sic inter Graduatos quidem simplices, locus erit gratificationi, sed non inter Nominatos, ut suprà dictum est, & docet Rebuff. *de collat. §. statuimus, in verb. gratificare* 1. *versic. an sola petitio, in Concord.* † Neque attendendum est, quis primus sit in 32
insinuatione, sed quis in nominatione. Charond. *in Cod. Henrici IV. lib.* 1. *tit.* 26. *art.* 1. † Imò nec quis an- 33
terior sit in collatione. Rebuff. *tit. de collat. §. statuimus, in verb. antiquiorem, versic. & per hoc patet.* † Cæteris autem paribus, locus erit gratificationi 34
inter Graduatos nominatos. Rebuff. *ibidem, in verb. gratificare* 2.

CAPUT XCIV.

De diſpenſatione ſuper corpore vitiatis, utrùm & quando ab Epiſcopo concedi poſſit: & quomodo concedi ſoleat in Curia Romana. Vtrùm qui ita claudus eſt, ut ſine baculo incedere non poſſit, adeo irregularis ſit, ut egeat Pontificia diſpenſatione, tam ad ſacros ordines, quàm ad primam tonſuram. Vtrum irregularis privetur beneficiis, tam obtinendis, quàm obtentis: & an ſit capax penſionum Eccleſiaſticarum.

SUMMARIUM.

1 *Quæ clauſulæ ex ſtilo Cancellariæ Romanæ ſoleant apponi in diſpenſatione ſuper corpore vitiatis.*

2 *Cauſa ſemel facta appellabilis, ſemper durat appellabilis.*

3 *Gratia conditionalis non poteſt ſortiri effectum, niſi verificata priùs conditione.*

4 *Epiſcopus cum corpore vitiatis non poteſt etiam ad primam tonſuram diſpenſare.*

5 *In terminis irregularitatis, appellatione ordinum Eccleſiaſticorum tonſura continetur.*

6 *Qui diſpenſationem obtinet, tacitè ſe inhabilem eſſe fatetur.*

7 *Quando agitur de deformitate notabili, ſolus ſummus Pontifex diſpenſat.*

8 *Epiſcopus in caſibus, in quibus poteſt diſpenſare, tenetur id facere cum cauſa cognitione: at verò ſummus Pontifex gratiam inhabili faciens, cenſetur cum eo diſpenſare.*

9 *Irregularitas ex deformatione corporis procedens, ſi fuerit antè contracta, reddit ad omnia inhabiles; ſi verò poſt Ordines ſuſceptos, reddit inhabiles quoad actus, quibus impedimento eſſe poteſt deformitas.*

10 *Quando deformitas venit ex facto ordinandi, Epiſcopus non poteſt diſpenſare.*

11 *Vt irregularitas noceat, non tam vitium corporis, quàm apparens deformitas inſpicienda eſt.*

12 *Claudus irregularis eſt.*

13 *Qui ex inciſione Medicorum claudus effectus eſt, promoveri permittitur.*

14 *Fallit ſi non poſſit ſine baculo incedere; tunc enim omninò Pontificia indiget diſpenſatione.*

15 *Nemo baculo innixus altari ſervire debet.*

16 *In Gallia conſuetudo obtinuit, claudum ad ſacros ordines promoveri poſſe. Intellige niſi deformitas ſit notabilis, ita ut ſine baculo non poſſit ſuſtineri.*

17 *Epiſcopi arbitrio remittitur, ut judicet quanam ſit notabilis deformitas.*

18 *Epiſcopus ſuper irregularitate ex vitio corporis proveniente diſpenſare nequit; ſed ſolus ſummus Pontifex adeundus eſt.*

19 *Explicatur textus* in cap. ſignificavit 4. de corp. vitiatis.

20 *Irregularis quemadmodum expellitur à ſacris Ordinibus, ita etiam repellitur à beneficiis obtinendis.*

21 *Irregularis beneficiis jam obtentis non privatur ipſo jure, ſed duntaxat per ſententiam.*

22 *Quando penſio non datur irregulari per modum ſtipendii, ſed in titulum quaſi beneficii, aliqui exiſtimant illum penſionis Eccleſiaſticæ incapacem eſſe.*

23 *Contrarium tamen verius eſt, nempe irregularem non eſſe inhabilem ad obtinendam penſionem Eccleſiaſticam, ſi ea per modum beneficii illi aſſignata: & ſuper hoc affertur declaratio ſacræ Congregationis.*

CLericus quidam tonſuratus, ſed corpore vitiatus, & ita claudicans ut ſine baculo corpus ſuum ſuſtinere non poſſet, à ſummo Pontifice diſpenſationem obtinuit, ut ad quatuor minores, ac omnes ſacros, etiam preſbyteratus ordines promoveri, & in illis miniſtrare, necnon quæcumque, & qualiacumque beneficia recipere, & retinere poſſit & valeat: † adjecta hac clauſula in ſimilibus diſpenſationibus apponi conſuetâ: *Et committatur Ordinario, qui inſpecto & conſiderato diligenter perſe ipſum dicto defectu, ſi talis non ſit, nec ex eo proveniat tanta deformitas, quæ ſcandalum generet in populo, aut divinis præſtet impedimentum; ſuper eo ejus conſcientiam oneramus; cum eodem Oratore diſpenſet, ut ſuprà.*

In vim cujus commiſſionis Epiſcopus, nemine ex adverſo comparente, aut interveniente, proceſſit ad diſpenſationem: à cujus ſententia tertius quidam concurrens in impetratione quorundam beneficiorum, appellavit; & in gradu appellationis, ſententia primi judicis fuit confirmata: iterumque ab hac ſecunda ſententia fuit appellatum, & dubitatum de juſtitia illarum ſententiarum: Super qua controverſia.

Fuit reſponſum, malè fuiſſe judicatum, & bene appellatum: nam quod cauſa eſſet appellabilis, non poterat dubitari: † quia jam ſemel facta appellabilis, ſemper durat appellabilis. Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 12. limit. 25. num. 18.* Sigiſm. Scac. *de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 1. n. 112.*

Et deveniendo ad negotium principale, certum eſt, impetrantem reſcriptum diſpenſationis, tenuiſſe omnia narrata verificare, ſuper quibus gratia fuit data: præſertim quando adeſt clauſula, *prius, vel conſiderato defectu, ſi talis eſt*, &c. tunc enim † gratia eſt conditionalis, & non poteſt ſortiri effectum, niſi verificatâ priùs conditione. Vetul. *deciſ. 273. part. 1.* Conrad. *in prax. diſpenſat. lib. 1. cap. 6. num. 30.* Non potuit autem verificari narrata gratiæ; cùm in facto ſupponatur, clericum illum tali deformitate & claudicatione laboraſſe, ut non ſolùm ſine baculo ſe ſuſtinere non poſſet, verùm etiam non ſine magno ſcandalo in altari miniſtrare poſſet.

Præterea iſte ſe clericum eſſe, & per conſequens ad primam tonſuram legitimè promotum ſummo Pontifici narravit; falsò tamen, quia ſine diſpenſatione ipſi minus legitimè, hoc eſt ſine diſpenſatione Apoſtolica, collata fuerat: non enim ipſum ſummus Pontifex à clericatu malè collato diſpenſavit, ſed ut alios duntaxat ordines tranſire permiſit: † Clericus autem tamen ſpeciali Pontificia diſpenſatione indigebat, nec poterat Epiſcopus corpore vitiatum ad primam tonſuram diſpenſare: *cap. 1. de corpor. vitiat.* Anchar. *in cap. ſignificavit, eodem tit.* Præpoſit. *in cap. non confidat, diſtinct. 10.* quos ſequitur Seraphin. *de*

sif. 625. *num.* 1. Tolet. *in instruct. sacerd. lib.* 1. *cap.* 63. *num.* 8. & traditur *in cap. illiteratos, dist.* 36. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 12. *num.* 28. 29. & 30. per text. *in d. cap. non confidat.* Avila *in tract. de censuris, part.* 7. *disput.* 2. *dub.* 6. *conclus.* 1. Suar. *tom.* 5. *in* 3. *part. de censur. disput.* 7. *quæst.* 2. *punct.* 2. *num.* 28. *circa finem.* Ratio est, quia prima tonsura est dispositio ad sacros ordines, ut omnes dicunt: cùm igitur irregularis, qualis est qui insigniter claudus est, sit inhabilis ad sacros ordines; inhabilis etiam erit ad primam tonsuram.

5 Item quando irregularitas dicitur impedimentum esse ad ordines Ecclesiasticos, illa particula, *ordines Ecclesiasticos*, non solùm intelligitur de ordinibus sacramentalibus, sed etiam de prima tonsura: ut rectè Suares *loc. citat.* quare ut dicit Suares, irregularitas illa tonsuram inficit, atque ideo totum statum clericalem; & propterea dispensatione opus est. Et licèt disputando, aliquid in contrarium dici possit, hæc tamen communis & vera est sententia, à qua non esse receden lum, testatur Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 2. *de irregul. resol.* 88.

6 Et sanè dictus clericus dispositionem præfatam impetrando, & ea utendo, facilè agnovit suam inhabilitatem, juxta doctrinam Baldi *in l.* 2. *Cod. de jur. aur. annul.* ubi dicit eum, qui producit instrumentum legitimationis, tacitè fateri se esse illegitimè natum. DD. *in l. decem, ff. de verb. obligat.* Rot. *decis.* 425. *num.* 2. *part.* 3. *recent.*

7 Neque obstat si dicatur, Episcopum conferentem tonsuram, tacitè censeri dispensare. Quia hoc procedere posset, si ageretur de levi deformitate, aut si tractaretur de ministrando in ordinibus jam susceptis; secùs si agatur de notabili & magna deformitate, quæ scandalum generare possit; vel ordinibus, seu tonsurâ nondum adeptâ, & deformitas obvenerit antea: tunc enim non sufficit Episcopi dispensatio, sed debet summus Pontifex suam authoritatem interponere ad suscipiendos ordines, vel tonsuram. Seraph. *decis.* 625. *num.* 5.

8 Et proposito citra præjudicium veritatis, quod non requireretur Pontificia dispensatio: Episcopus in casibus in quibus dispensare potest, tenetur id facere cum causæ cognitione, & justâ subsistente causa: & in hoc differt à summo Pontifice, qui gratiam inhabili faciens, cum eo dispensare censetur. Seraph. *d. decis.* 625. *num.* 6. 7. & 8.

Similiter non obstat quod dicitur, vitium, seu deformitatem reddere duntaxat inhabiles ad illum actum, seu exercitium illud, quod propter deformitatem exercere non potest.

9 Quia hoc procedit quando irregularitas contrahitur ex casu supervenienti post ordinum susceptionem, ut dicit Tolet. *d. lib.* 1. *cap.* 63. *n.* 4. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 12. *n.* 18. & 19. At verò quando deformitas contracta est ante susceptionem ordinum, vel clericatus; tunc indistinctè non potest quis ad illos sine dispensatione promoveri: ut dicunt DD. omnes, quos superiùs longa serie citavimus, & conforme est communi opinioni.

10 Non negamus tamen, quin multùm possit arbitrium Episcopi in dispensandis claudicantibus, qui inspicere debet, utrùm claudicatio sit magna, & notabilem corporis afferat deformitatem: præsertim si claudicatio acciderit ex facto aut culpa ordinandi; tunc enim non debet ullo modo dispensare, sed potius ad Papam remittere, ad quem dispensatio hujus culpæ, vel magni defectus pertinet: per text.

11 *in cap.* 1. *de cleric. pugnantibus in duello.* Quia non tam vitium corporis in se, quàm deformitas & impedimentum attendi debet, ut quis censendus sit irregularis: adeo ut si vitium non sit apparens, aut non impediat in altaris ministerio celebrare, dispensatione non egeat, ut dicit Conrad. *de dispens. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 26. & 27. † Quanquam generaliter claudum irregularem esse, tradit Paris. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 46. † Sed si quis ex incisione Medicorum, vel Chirurgorum læsus, altero pede claudicat, promoveri non prohibetur: imò permittitur, *cap. si quis in infirmitate.* 55. *distinct.* † Nisi tamen cogatur baculo uti ad se sustinendum; tunc enim omninò dispensatione indiget: Glos. *in d. cap. si quis in infirmitate.* Abbas *in cap.* 2. *num.* 3. *de cleric. agrot. ministr.* † Quia nullus Presbyter, aut Diaconus ad missæ sacrificium cum baculo accedere debet, *cap. nullus Episcopus, de consecrat. dist.* 1. † Si autem sine baculo incedere potest, consuetudo admisit, maximè in Gallia, ut ad sacros ordines promoveri queat. Rebuff. *in prax. tit. de dispensat. cum corpore vitiat. num.* 6. Supponebatur autem in facto, deformitatem esse valde notabilem, & promotum altaris ministerio sine derisione ministrare non posse, nec nisi innixum baculo stare, aut ambulare: ideo in tantâ deformitate necessaria erat summi Pontificis dispensatio, etiam ad primam tonsuram, ut suprà dictum est, & probatur per text. *in capit. presbyterum, de cleric. agrotante*, ibi: *Quia nec securè, propter debilitatem; nec sine scandalo, propter deformitatem membri, hoc fieri posse confidimus.*

Quamvis autem Episcopi arbitrio remittatur, ut judicet quæ sit notabilis deformitas, quæ ordinis exercitium impediat, vel scandalum gignat: Covar. *in Clem. si furiosus, in princip. part.* 1. *num.* 5. Avil. *de censur. part.* 7. *disput.* 3. *dub.* 3. Bonacin. *in eod. tract. disput.* 7. *punct.* 2. *num.* 36. Campanil. *in diversi. juris Canon. rubr.* 11. *cap.* 17. *num.* 82. *cum sequentib.* † Non tamen propterea sequitur, Episcopum dispensare posse super illa irregularitate proveniente ex vitio corporis; sed summus Pontifex adeundus est: Innocent. *in cap. significavit* 4. *de corpor. vitiat. num.* 3. *super verb. & tua*; Hostiens. *ad fin. super verb. tua*, Abbas *ibidem, num.* 2. Bonacin *de censur. disput.* 7. *quæst.* 2. *punct.* 2. *num.* 36. Campanil. *d. cap.* 17. *rubric.* 11. *num.* 204. Mirand. *in manual. prælat. regul. part.* 2. *quæst.* 8. *art.* 3. *conclus.* 2. Aloisi. Ricc. *in prax. aur. resol.* 16. † Et licèt contrarium videatur elici ex Glos. *in d. cap. significavit*: tamen textus ille hoc manifestè probat in illis verbis: *Authoritate nostra*, quæ ostenduit Episcopum in illo casu dispensandi habuisse facultatem, non authoritate propriâ, sed sibi per sedem Apostolicam commissâ: ut notavit Ricc. & alii supra citati.

Quemadmodum autem irregularis arcetur à sacris ordinibus, ita etiam arcetur à beneficiis obtinendis. Rot. *decis.* 236. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* post Abbat. *in cap. cùm in nostris, num.* 2. *de concess. præbend.* Joan. de Selv. *de benefic. part.* 3. *quæst.* 2. *num.* 11. † Beneficiis autem jam obtentis non privatur irregularis ipso jure, sed tantùm per sententiam: Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 47.

Quod autem dictum est de incapacitate irregularis quoad beneficia, eodem modo videretur dicendum ratione pensionum beneficialium quæ non per modum stipendii, sed per modum beneficii, datæ fuerunt: cùm militet fere eadem ratio; & ita tenet Ricc. *in prax. rerum fori Ecclesiastic. decis.* 185. *num.* 178.

Sed tamen contrarium tenet idem Ricc. *in suis de-*

ciſ. Archiep. Neapolit. lib. 2. deciſ. 71. per totam, ubi benè comprobat. Sed meliùs hæc ſententia comprobatur ex deciſione ſacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij interpretum, relata per Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. n. 136. Hoc decretum, quod loquitur de incapacitate beneficiorum, in qua ſunt homicidia, non extenditur ad penſiones.*

CAPUT XCV.

Quomodo ſuccedatur in bonis Monachi, tam in terris Eccleſiæ immediatè ſubjectis, quàm in Gallia. Quid ſi bona partim ſint in Gallia, partim in terris Monarchiæ Pontificiæ immediatè ſubjectis. In ſpoliis monachorum quis debeat ſuccedere: Et quod ſi monachi decedant extra clauſtra, vel illicitam exerceant negotiationem, tum R. Camera ſuccedat. Quid veniat ſub nomine negotiationis illicitæ, & utrùm per eam clericus amittat ſua beneficia.

SUMMARIUM.

1 *In ſucceſſione bonorum monachi attenditur conſtitutio, vel conſuetudo locorum, ubi bona ſita ſunt.*
2 *Monacho debetur legitima ſuper ſitis in terris Eccleſiæ, non autem ſuper bonis Galliæ.*
3 *In Gallia monachi ſunt incapaces ſucceſſionis, & Monaſterium non habetur loco filij.*
4 *Summus Pontifex concedit facultatem teſtandi ratione bonorum ſitorum in Gallia.*
5 *Si bona parentis partim ſita ſint in Gallia, & partim Avenione, monachus ſolum habet legitimam in Avenionenſ.*
6 *Bona ſita in locis in quibus monachi non ſuccedunt, non ſunt ponenda in globo ad impinguandam legitimam.*
7 *In calculo legitimæ non computatur monachus in numero liberorum, in locis ubi arcetur à legitima.*
8 *Monachus de fructibus ſuorum beneficiorum in vita diſponere poteſt, dummodo id fiat ſine fraude.*
9 *Monaſterium ſuccedit monacho, vel Abbas, in bonis per eum tempore mortis relictis, jure ſpolij.*
10 *In Gallia ſive monachus decedat intra, ſive extra clauſtra, locus eſt ſpolio favore Abbatis.*
11 *Abbas ſuccedens jure ſpolij, non dicitur hæres, ſed ſucceſſor: & bona capit tanquam peculium.*
12 *Bona monachorum decedentium extra clauſtra cum licentia Superiorum, vel ſine ea, in terris Eccleſiæ pertinent ad Cameram Apoſtolicam jure ſpolij.*
13 *Monachus de bonis patrimonialibus, quæ ante profeſſionem poſſidebat, non poteſt diſponere, quia mortuus mundo.*
14 *Solus Papa teſtandi licentiam monachis concedere poteſt.*
15 *Bona clericorum ſecularium, vel regularium illicita negotiatione quæſita, pertinent ad Cameram Apoſtolicam jure ſpolij.*
16 *Non omnis negotiatio clericis prohibita eſt.*
17 *Ut clericus ſæcularis tanquam negotiator, beneficiorum privationem incurrat, requiritur trina monitio.*
18 *Clericus poteſt licitè proprios agros excoli facere, & eorum fructus vendere.*
19 *Sericum eſt fructus proveniens ex arboribus mororum, mediantibus foliis quæ ſunt in fructu, quoad illius generis arbores.*
Decimæ debentur ex foliis mororum, ſtante conſuetudine, ibid.
20 *Quæ poſſit facere clericus circa fructus, & negotiationes ſuas, ſine periculo incurſus pœnarum quæ de jure clericis negotiatoribus imponuntur.*
21 *Quæ veniant appellatione ſpoliorum Eccleſiaſticorum.*
22 *Bulla Pij V. ſuper ornamentis clericorum Eccleſiæ poſt ejus obitum reſtituendis, non obſervatur Avenione.*
23 *Sicuti nec Bulla ejuſdem ſummi Pontificis ſuper Cenſibus.*
24 *Spolia clericorum ſæcularium non ſunt Avenione, ſed illa pertinent ad hæredes.*
25 *Bulla, aut lex non recepta non obligat.*
26 *Etiamſi non fuerit obſervata per ſimplicem ignorantiam.*

PRopoſitum fuit dubium, utrùm religioſus cœnobij Cluniacenſis, poſt trigeſimum à profeſſione annum, qui nunquam clauſtraliter vixit, teſtamentum condere, aut de bonis ſuis diſponere poſſit, an aliàs ad quem ſucceſſio pertineat in bonis ejuſdem? † Ad cujus declarationem advertendum eſt, quod ſive religioſus iſte in Galliæ partibus profeſſus ſit, & vixerit, ſive in terris Eccleſiæ immediatè ſubjectis, ſemper fieri debet bonorum diſtinctio, quæ regulari debeat, & illorum ſucceſſio adjudicari, ſecundùm leges & conſuetudines loci in quo bona ſita ſunt. Peregrin. fusè *conſil. 4. per totum, volum. 5.* Unde cùm aliàs quidam monachus, ſeu pro eo Monaſterium Sancti Andreæ ſecus Avenionem, peteret jura legitimæ paternæ: fuit obſervatum, quod legitima illi daretur ſuper bonis exiſtentibus Avenione, non autem ſuper bonis villæ novæ ſub ditione Regia. † Quia ut notorium eſt, monachi in Gallia ſunt incapaces ſucceſſionis ab inteſtato: eadem ratione monaſteria uti monachos repræſentantia: nec monaſterium habetur loco filij, ſed bona monachi, etiam quæ ante profeſſionem habebat, ad proximiores devolvuntur. Guillelm. Benedict. *in cap. Raymutius, in verb. & uxorem, in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num 222. & ſequentib.* † Nec adversùs talem conſuetudinem ſummus Pontifex concedit facultates teſtandi, de bonis monachorum in Gallia ſitis: Benedict. ibidem, & Imbert. *in enchirid. in verb. Moyne profeſſ.* Mollet. *in praxi, tit. 32. des ſucceſſions, num. 30. & 31.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. de ſucceſſ. §. 9. in verb. couſtume du Royaume, num. 2. & ſequent.* Joan. Gall. & ibi Add. *quæſt. 122.*

Unde non poterat Monaſterium ex perſona monachi prætendere jura legitimæ, ſuper bonis in Gallia ſitis; ſed tantùm ſuper bonis Avenionenſibus, regulando ſucceſſionem reſpectu loci in quo bona ſita ſunt. Corn. *conſil. 202. numero 13. lib. 2.* Socin. ſenior *conſil. 288. colum. 9. ad finem, num. 22. volum. 2. verſic. circa ſecundum.* Cravet. *conſil. 336. ſub num. 5.* Peregrin. *dict. conſil. 4. volum. 5. per totum*

6 *tum.* † Itaut bona alibi sita non ponantur in globo ad augendam, & impinguandam legitimam; sed tantùm fiat calculus de bonis existentibus in loco, in quo monachi succedere possunt, seu ex eorum persona, monasteria: ut dicunt præfati DD. necnon Menoch. *consil.* 280. *num.* 8 Surd. *consil.* 343. *num.* 20. Gozadin. *consil.* 49. *num.* 8. & 11. *in fin.* Tiraquel. *de primogen. quæst.* 46. *in princip. & in fine num.* 82. ubi dicit inspiciendam esse consuetudinem loci, in quo bona sita sunt; sive statutum sit conceptum in rem, sive in personam: & ideo bona Pictaviæ dividenda sunt juxta consuetudinem Pictaviæ; & bona Turoni sita, secundùm consuetudinem Turonensem. Plura Marta *de succes. legal. part.* 1. *quæst.* 13. *artic.* 12. *num.* 31. *usque ad* 39.

7 Quæ adeo vera sunt, ut persona monachi incapacis non computetur in numero liberorum, quando fit inter eos calculus legitimæ, quoad bona Galliæ: quia cùm non admittatur ad partem, non facit partem. Cancer. *lib.* 1. *cap.* 3. *de legit. num.* 27. & 28. & perinde est ac si tales liberi non essent in rerum natura: cùm nec ad partem admittantur, nec admitti sperentur: *l.* 1. §. *in primo, & §. prosecundo. Cod. de caducis tollend.* Guid. Pap. *decis.* 295. & ibi nominatim Ferrer. & Camill. de Med. *consil.* 167. *num.* 8. & 9. Atque ita observatum, & practicatum vidi in pluribus causis: & nominatim dum agebatur de successione legitimæ maternæ, debitæ Sorori Magdalenæ de Crillon, super bonis Illustriss. Dominæ Juliæ de Sado matris suæ, quorum aliqua sita erant in territorio Curtedonis Principatus Auriacensis; in quo similiter monasteria excluduntur à successione; & non solùm per sententiam nostram arbitramentalem exclusimus Monasterium à legitima super illis bonis, sed etiam in calculo aliorum bonorum fuit institutus calculus, perinde ac si nulla prorsus extitissent bona in Principatu Auriacæ. Unde patet resolutio primæ difficultatis, quæ in casu proposito occurrebat; nempe quoad bona istius Monachi sita in Gallia, successuros esse proximiores; juxta illam generalem consuetudinem: intelligendo de bonis monachi patrimonialibus.

8 Secundò, quoad fructus beneficiorum, monachi de illis in vita disponere possunt, perinde ac si sæculares essent presbyteri. Rot. *decis.* 772. *num.* 4. *part.* 1. *divers.* post Navarr. *in cap. ut non dicatis, numero* 42. 12. *quæst.* 1. & *in Apolog. quæst.* 1. *numero* 80. & *num.* 4. & 5. Card. *in Clem.* 2. §. *sed & tales, in* 1. *not. ab. de vita & honest. cleric.* & in *Clem. gratiæ, col. penult. ad finem, versic. quod interrogatus in quæstione facti, extr. de rescript.* Louet *litter. R. num.* 42. & ibi Addit. *in verb. Ce neantmoins*, dummodò dispositio fiat sine fraude: ut ibi dicitur.

9 Tertiò in bonis quæ religiosus relinquit tempore mortis, solum Monasterium, vel pro eo Abbas succedit. Louet. *d. num.* 42. & *ibi* Add. Boërius *decis.* 24. *numero* 3. & *sequentibus*, & probatur in *cap. perlatum* 19. *quæst.* 3. & *cap. si qua mulier, eadem caus. & quæst.* & nominatim de monachis Cluniacensibus adest constitutio relata apud Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 16. *quæst.* 4.

10 Nec fit in Gallia distinctio, utrùm monachi decedant intra, vel extra claustra: quia etiamsi monachus extra claustra degat cum licentia Superiorum: non tamen ideo eximitur ab obligationibus erga monasterium. Cost. *de re integ. distinct.* 13. ubi latiùs tractat quæstionem successionis bonorum monachi, extra claustra degentis cum licentia, vel sine licentia Superiorum; necnon monachi translati: & alia tradit, quæ apud eum videri poterunt.

In his autem bonis Abbas non succedit jure hæ- 11
reditario, sed jure peculij: ideo non dicitur hæres, sed successor: adinstar patris, qui bona filiifamilias defuncti non jure hæreditario capit, sed jure peculij: ita Bacquet. *in tract. du droict de deshe-rance, c. p.* 3. *numero* 11.

Quartò, ex summorum Pontificum constitutioni- 12
bus, quæ observantur in terris Ecclesiæ immediatè subjectis, bona monachorum extra claustra cum licentia, vel sine licentia degentium, post eorum obitum jure spolij capiuntur: juxta constitutionem 43. Gregorij XIII. quam inserit ad longum Tamburin. *d. tom.* 3. *disput.* 16. *quæst.* 5.

Quintò, in terris Ecclesiæ, quoad bona patrimo- 13
nialia monachi, quæ ante professionem possidebat, si de illis non disposuerit ante professionem; certum est nec de illis posse post professionem testari, aut alio modo disponere: juxta *Authen. ingressi, Cod. de sacrosanct. Eccles.* cùm sit mortuus mundo, & non habeat velle, aut nolle. Sanch. *in præcept. decalog. lib.* 7. *cap.* 8. *numero* 2. † ubi ostendit licen- 14
tiam testandi monacho non posse concedi ab alio, quàm à solo summo Pontifice: intelligendo tamen, ut dictum est superiùs *numero* 4.

Sextò, R. Camera Apostolica succedit in bonis 15
cujuscunque clerici, sive sæcularis, sive regularis, quæ ex illicita negotiatione quæsita sunt: ut notavit Redoan. *in tract. de spoliis Eccles. quæst.* 7. *numero* 81. Lezana *in summa regul. tom.* 1. *c.* 10. *n.* 5. *& tom.* 3. *in verb. negotiatio quoad regulares, num.* 10.

Septimò, non quælibet negotiatio clericis vetita 16
est, tam regularibus, quàm sæcularibus: sed ea duntaxat quæ per sacros canones eis prohibita est: unde cùm aliàs dubitaretur, utrùm clericus sæcularis sub prætextu illicitæ negotiationis incurrisset pœnam privationis beneficij; & utrùm subsisteret impetratio ea de causa per tertium facta? Dixi nihil esse huic beneficiato timendum.

Tum quia necessaria fuisset ad effectum privatio- 17
nis trina præcedens monitio, Redoan. *in dict. tract. de spol. Eccles. quæst.* 2. *num.* 73. *versic. & dicit Innocent.* quia sine trina monitione præcedenti, regulariter privatio beneficij non incurritur: DD. *in cap. final. de vita & honest. cleric. & ibi* Barbos. *num.* 2. Farinac. *in fragm. litter. C. num.* 180.

Tum etiam, quia quidquid egerat clericus ille, 18
totum id licitè, & jure permittente factum fuerat. Licitum quippe est clericis regularibus, vel sæcularibus, prædia propria, & respectivè sui beneficij excoli facere, fructus inde provenientes vendere, ibidem boves & alia animalia ad fines vendendi depasci facere, † sericum ex foliis per se, vel per alias per- 19
sonas, non tamen suspectas conficere: quia sericum reputatur tanquam fructus proveniens ex arboribus mororum, quarum nullus alius est fructus præter educationem bombicum, ex quibus sericum extrahatur: ut notavit Cyriac. *controvers.* 458. *n.* 20. & ex his foliis tanquam ex fructibus arborum decimas deberi, stante saltem consuetudine, supponit Seraph. *decis.* 827. † Possunt etiam grana, vinum & oleum 20
ex propriis prædiis proveniens vendere, & alia multa facere quæ brevitatis causa omittuntur: cùm omnia sigillatim explicata sint per declarationes sacræ Congregationis, quas inservit Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 127. & ex eodem desumpsit Lezan. *in summa regul. tom.* 3. *in verb. negotiatio quoad regulares, num.* 9. & 10. & tradit Farin. *in fragm. litter. C. n.* 172. Idem Barbos. *in decis. Apostolic. collect.* 159. *Clerici quoad negotiationem, per totam.*

Spoliorum autem Ecclesiasticorum appellatione,

quæ

quæ veniant? fusè explicat Barbos. *in tract. de appell. verb. c. 247. per tot. & in deciſ. Apoſt. collect. 678.*

22 Ubi notandum eſt, quod licèt ornamenta & paramenta Eccleſiarum, reperta apud clericos poſt eorum mortem, pertineant ad Eccleſiam, nec de illis diſponere poſſint in favorem aliorum, juxta Bullam Sanctæ memoriæ Pii V. factam anno 1567. die 3. Kalend. Septemb. relatam apud Navarrum *in tract. de ſpol. cler. in cap. non liceat Papæ, 12. quæſt. 2. §. 8.* Tamen in præſenti civitate, Bulla hujuſmodi nunquam fuit uſu recepta; quod non eſt novum, cùm ſint multæ aliæ conſtitutiones Pontificum, quæ in
23 diverſis partibus non ſunt in uſu, † veluti Bulla ejuſdem Pii V. ſuper cenſibus, quæ in his partibus non obſervatur: & cùm Illuſtriſſimus bon. mem. Joſeph. Ferrer, Archiepiſcopus Urbinatenſis aliàs illam publicari feciſſet, reclamante civitate; ſummus Pontifex mandavit contractus cenſuales fieri, prout antea fieri ſolebant: eadem ratione dicta Bulla ſuper ornamentis non fuit uſu recepta, prout egomet indicavi à multis annis, cum R. P. Vicegerente, contra capitulum Eccleſiæ Sancti Deſiderii: quamvis idem Dominus Vicegerens eſſet Præpoſitus illius Eccleſiæ in cauſa dicti capituli, contra hæredes Domini Falot Canonici. Maximè quia conſtabat ex depoſitione te-
24 ſtium de contraria Bullæ obſervantia. † Sicut ſpolia, exceptis Epiſcopis, & Archiepiſcopis, non fiunt in his partibus adversùs clericos ſæculares, ex immemoriali conſuetudine, & Bullis ac diplomatibus Apoſtolicis, ut quotidie vidimus obſervatum. Et dum Illuſtriſſ. bon. mem. Dominus Philonardus, tunc Archiepiſcopus, & Vicelegatus Avenionenſis, voluiſſet ſpolii nomine capere bona per quoſdam clericos ſæculares relicta: totus clerus, me conſulente, recurrit ad Sanctiſſimum & Eminentiſſimum Cardinalem Legatum, & obtinuit ne procederetur ad ulteriora, ſed bona penes ſucceſſores libera remanerent.
25 † Quòd enim Bullæ non receptæ non obligent, tradit Navarr. *conſil. 1. num. 23. uſque ad 33.* Oldrad *conſil. 259. Impugnatur, num. 1. verſic. quia illud ſtatutum.* Jaſon *in l. ſi filius qui patri, num. 22. ff. de liber. & poſthum.* Aretin. *conſil. 11. Procedendum, num. 1. & conſil. 153. Conſultatio propoſita, num. 1. in fin.* Alexand. *conſil. 18. num. 5. volum. 2. conſil. 132. volum. 1. &*
26 *conſil. 39. vol. 3.* † Neque neceſſe eſt in iſto caſu intervenire ſententiam in contradictorio judicio latam, cùm ſufficiat ſimplex inobſervantia, ex Navarr. *loc. citat. num. 26.* Lex enim quæ nunquam fuit obſervata, non poteſt dici abrogata; cùm nunquam recepta fuerit: ita Roland. *conſil. 8. num. 30. & 34. volum. 1.*

CAPUT XCVI.

Religioſum nihil proprium habere poſſe. Quomodò intelligendum ſit quod dicitur, religioſum proprietarium decedentem, ſepulturâ Eccleſiaſticâ privandum. Profeſſum teſtari non poſſe: bona tamen ſua inter liberos æqualiter, vel inæqualiter dividere poſſe; relictâ ſaltem legitimâ, Monaſterio verò, ſua portione: & quæ illa ſit. Tranſactio ſuper nullitate profeſſionis promiſsâ pecuniâ intuitu bonorum amiſſorum, an ſit ſimoniaca? Legatum factum monacho ea conditione, ut mon. ſt rio non quæratur, an ſit validum? Et ſi legatum factum fuerit religioſo pro ſuis neceſſitatibus, utrum ceſſante neceſſitate debeatur.

SUMMARIUM.

1 *Monachus nihil proprium habere poteſt.*
2 *Monachus proprietarius decedens ſepultura Eccleſiaſtica eſt privandus.*
3 *Quæ ſit pœna monachi proprietarii, ex Concilio Tridentino.*
4 *Vt religioſus, qui proprium habere repertus eſt, privetur ſepultura Eccleſiaſtica, debet præceſſiſſe monitio Superioris.*
5 *Monachus vivens non privatur altaris miniſterio ob peccatum proprietatis, niſi prævia monitione.*
6 *Fallit in iis qui ſtrictam Sancti Franciſci paupertatem obſervant.*
7 *Et in iſtis admittuntur etiam pro excuſatione conjecturæ.*
8 *Non procedit etiam pœna privationis ſepulturæ in delicto proprietatis occulto.*
9 *Refertur ampla, & generalis conſtitutio Vrbani VIII. contra proprietarios.*
10 *Monachus poſt profeſſionem, de bonis per eum antea donatis diſponere non poteſt.*
11 *Religioſus poſt profeſſionem inteſtabilis eſt.*
12 *Religioſus teſtari nequit, ſive profeſſionem emiſerit in monaſterio bonorum capaci, ſive incapaci.*
13 *Monaſterium ipſum non poteſt contravenire teſtamento monachi, ante profeſſionem facto.*
14 *Pater profeſſus bona ſua inter liberos dividere poteſt.*
15 *Intellige, ſi de illis non diſpoſuerit ante profeſſionem.*
16 *Pater profeſſus bona ſua inter liberos, etiam inæqualiter dividere poteſt.*
17 *Fallit ſi pater ingreſſus ſit monaſterium bonorum incapax in communi.*
18 *Ingreſſus religionem ſtrictam paupertatem obſervantem, habetur pro naturaliter mortuo.*
19 *Pater profeſſus bona ſua inter liberos dividere, non indiget licentia ſui Superioris.*
20 *Differentia quoad facultatem dividendi inter liberos bona ſua, inter religionem bonorum in communi capacem, & incapacem, non videtur ratione niti, licèt ſit communiter recepta.*
21 *Explicantur caſus, in quibus pater poſt profeſſionem bona ſua dividit inter liberos: & quantùm teneatur relinquere liberis, quantum Monaſterio.*
22 *Legitima ex veriori & receptiori ſententia debetur liberis, ſtatim à die profeſſionis.*
23 *Quomodo intelligendum ſit, & practicandum id dicitur, patrem teneri æqualem partem Monaſterio cum liberis relinquere.*
24 *Vtrum diviſio illa per patrem fieri poſſit inter ſuos illegitimos.*
25 *Quidquid datur pro ingreſſu Monaſterii, ſimoniam continet.*
26 *Pecunia non poteſt dari ſine ſimonia, ob cauſam profeſſionis in monaſterio.*
27 *Fallit, niſi quod datur, traditum fuerit intuitu ſuſtentationis religioſi.*
28 *Aut niſi habeat cauſam omninò diſtinctam, & ſeparatam.*

separatam ab ingressu monasterij, vel professione in eodem.

29 *Assignatio legitimæ non dicitur simoniaca, quamvis eadem die filius beneficium resignaverit.*

30 *In dubio traditio rei temporalis censitur facta pro causa temporali, ad exclusionem delicti.*

31 *Explicatur* decis. Putei 42. lib.2. & Mohedan. decis.5. de simonia.

32 *Promissio ejus rei, ad quam quis de jure tenebatur, non potest esse simoniaca.*

33 *Quando litigatur simul super spiritualibus, & temporalibus, transactio fieri potest per traditionem alicujus rei temporalis.*

34 *Quando in vim sententiæ arbitratorum, temporale datur pro spirituali, non committitur simonia.*

35 *Legatum si fuerit monacho relictum sub ea conditione, quod Monasterio non acquiratur, subsistit quidem, sed conditio rejicitur.*

36 *Explicantur tres modi, quibus conditio adjecta legato facto monacho, valida, aut invalida esse potest.*

37 *Quomodo concipiendum sit legatum ad hoc ut monachus solus fruatur eodem.*

38 *Legatum religioso relictum pro suis necessitatibus, denotat potius causam impulsivam, quam finalem.*

39 *Causa impulsiva ea est, quæ solum legatarij commodum respicit.*

40 *Legatum alicui religioso factum pro suis necessitatibus, debetur illi pro annis etiam præteritis, quamvis non indiguerit.*

NOn recedendo à materia capitis præcedentis, sequentes difficultates aliàs propositæ fuerunt, circa bona per monachos, seu religiosos possessa. Et primò quidem, utrùm monachus in ordine Cluniacensi professus, qui ante professionem bona sua præsentia & futura, consanguineis inter vivos donaverat, possit ea, quæ sibi post professionem donantur, possidere.

Secundò, si donatio illa vitio nullitatis corruat, utrùm aliqua ratione de bonis suis, post professionem disponere, vel testari queat; aut de illis transigere, ratificando professionem, sine vitio simoniæ.

Tertiò, utrùm saltem possidere, vel frui possit legato, sibi pro alimentis, & studiis relicto.

Quartò, si factum fuerit illi legatum pro suis necessitatibus, utrùm cessante necessitate legatum petere possit; præsertim post aliquot annos non exactum.

1 Resolutio primæ quæstionis hæc est: Quod cùm votum paupertatis sit substantiale religiosæ professioni, & per consequens proprietatis vitium sit illi substantialiter contrarium; nullo modo potest per monachum professum, aliquid tanquam proprium possideri, *cap. cùm ad monasterium, & cap. super quadam*, & *ibi* DD. *extra de statu monachorum*, † ubi dicitur quod religiosus tempore mortis proprium habere inventus, in sterquilinio cum sua pecunia sepeliendus est. † Et ex Concil. Trident. *sess.25. de regular. cap. 2. in fin.* si religiosus proprium habere deprehensus fuerit, privatus est per biennium voce activa, & passiva; & juxta constitutiones ordinis puniendus.

4 Quod tamen de sepultura dicitur, intelligi debet de illis duntaxat religiosis, qui priùs à suo Superiore moniti fuerant, ne bona uti propria possiderent: ut tenet Diana *part.4. resol. moral. tract.4. resol.23.* † quia jura non privant ministerio altaris talem monachum viventem cum peculio, nisi quando priùs monitus noluit dimittere: ergo nec Ecclesiastica sepultura: Et quia talis defunctus, si viveret, posset se purgare, allegando talem pecuniam sibi datam esse ad custodiam, vel ut alicui fieret restitutio. † Quæ tamen excusatio non prodesset 6 strictam Sancti Francisci paupertatem servantibus: ut dicit Portel. *in dubiis regul. in verb. sepultura, numero* 11. † Nisi tamen adessent probabiles conjecturæ in contrarium. Hieronym. Roderic. *in quæst. regul. resol.128. n.20.* † Præterea Portel. vult illud 8 intelligi ut procedat, quando casus est publicus, secùs si occultus. † Et supradicta multò magis hodiernis temporibus locum habent, cùm fœlic. record. summus Pontifex Urbanus VIII. constitutione sua mandaverit, ut nullus ex fratribus bona quæcumque, proventus, census, eleemosinas, etiam ex concionibus, lectionibus, missis, consanguineorum subventionibus possideat uti propria, etiam nomine conventus: sed omnia statim Superiori tradat, & aliàs prout in dicta constitutione continetur, quam inseruit Lezan. *tom. 1. summ. Regul. cap.6. numero* 8.

Multò minus monachus iste, post perfectam do- 10 nationem de bonis inter vivos donatis, ulla ratione disponere, vel testari poterit: quia perfecta donatio tollit indistinctè dispositionem, & testamenti factionem in bonis donatis. Castil. *controvers. part.3. cap. 10. numero 42. & in tract. de usufruct. cap.39. numero* 42. Bertrand. *consil. 53. num. 1.2. & 3. volum.6.* Menoch. *consil. 926. numero 3.*

Secunda difficultas duo continet capita: primum de testamento religiosi, casu quo donatio nulla esset: secundum, de transactione facta super bonis, juncta ratificatione professionis.

Quod ad primum attinet, quidquid in contra- 11 rium dixerit Bartol. & alij quidam, verissima & receptissima est sententia, religiosum post professionem, testamenti factionem non habere, cùm sit mortuus mundo, & non habeat velle, aut nolle: per text. *in Authent. nemo autem, Cod. de Episcop. & clericis*, fusè Sanch. *in præcept. decal. lib.7. cap.11. numero 7.* & ibi *numero 9.* plures pro hac sententia refert. † Atque ita fuit judicatum, sive monachus 12 professionem emiserit in Monasterio bonorum capaci, sive incapaci: Thesaur. jun. *lib. 2. quæst. forens. 56. numero 1. & 2.* † Nec ipsummet Mona- 13 sterium potest religiosi testamento ante professionem facto contravenire, aut alterare illud, ut dicit Thesaur. *ibidem, numero 4.* † Si tamen ageretur 14 de patre, qui religionem ingressus fuisset, & professionem emisisset, liberos habens naturales & legitimos, ex præcedenti matrimonio procreatos; posset ex legis speciali privilegio, bona sua, etiam post professionem inter liberos suos dividere, per text. *in Authent. si qua mulier, Cod. de sacrosanct. Eccles. & in Authent. nunc autem, Cod. de Episcop. & cleric. can. si qua mulier 19. quæst. 2.*

Quod intelligendum est locum habere, quatenus 15 talis monachus ante professionem non condiderit suum testamentum; illo quippe condito, non potest postea etiam inter liberos illud alterare. Hieron. Roderic. *quæst. regul. resol. 135. num.2.*

Utrùm autem pater inter liberos bona sua inæ- 16 qualiter dividere possit, postquam emisit professionem. Respondeo, posse inæquales portiones facere, dummodo alij legitima non fraudentur: ut probat text.in *dict. Authen. si qua mulier*, juncta Glos. *in verb. connumerata, in fin.* quam sequitur Bartol. *ibidem, num.*

numero 21. Sanch. *in præcep. decalog. lib.* 7. *cap.* 9. *numero* 26.

17 Quid dicendum de religioſis bonorum incapacibus, quales ſunt Capucini, & Recollecti? Reſpondeo illos non poſſe illam diviſionem inter liberos facere, ſicut nec Profeſſi, vel Coadjutores formati in Societate Jeſu, qui ſunt incapaces cujuſcumque ſucceſſionis, tam in communi, quàm in particulari; ad effectum illa retinendi, vel poſſidendi, ſed tantùm ad effectum vendendi; cùm hoc paupertatis votum non infringat. Burat. *deciſ.* 245. † Ratio eſt, 18
quia iſti reputantur tanquam naturaliter mortui, ita Bartol. *in d. Authen. ſi qua mulier, num.* 3. cum aliis allegatis per Sanch. *d. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 2. & 3. & quamvis Hieronym. Roderic. *d. reſol.* 135. *num.* 2. videatur exigere quod talis diſpoſitio fiat cum licen-
19 tia Superioris: † tamen verius eſt, illam non requiri: quia lex hoc non dicit. Sanch. *ibidem, n.* 4. Verùm quod dictum eſt de religioſis bonorum incapacibus, ut bona inter liberos dividere non poſſint; licèt ſit conforme communi Doctorum ſententiæ, à qua in
20 judicando, vel conſulendo recedendum non eſt: † tamen ſi rationibus agendum eſſet, non video, cur id prohibitum potiùs ſit iſtis bonorum incapacibus, quàm aliis. Tum quia facultas dividendi bona inter liberos data profeſſis, aut fundatur in reliquiis patriæ poteſtatis, quæ adhuc æquè durat in incapacibus ac in capacibus: vel fundatur in ſtrictiori paupertatis obſervantia; & hoc nihil concludit, quia poſſidere, vel non poſſidere bona, non reſpicit perſonas religioſorum; cùm omnes votum emiſerint paupertatis: ſed reſpicit ipſum Monaſterium, quod non poteſt ſe immiſcere circa hujuſmodi diviſionem. Cum ergo particulares æquè ſint mortui mundo, ac bonorum incapaces, & æqualiter retineant reliquias patriæ poteſtatis; ſequitur æquè in utriſque prohibendam, vel concedendam eſſe dividendi bona inter liberos facultatem. Sed ut dixi, non eſt à communi traditione recedendum.

21 Cæterum, diviſio iſta ſic fieri debet, ut nec filii legitima, nec Monaſterium portione ſibi debita privetur. Quod ut rectè intelligatur, tres caſus diſtinguendi ſunt. Primus, quando pater vult aliquid liberis relinquere, non tamen multum: & hoc caſu ſaltem cuilibet ipſorum legitimam relinquere debet, & non minus. Secundus caſus, quando pater profeſſus vult liberis relinquere, quantùm plus poteſt, & tunc relinquere non poteſt totum: ſed debet ſibi, ſeu verius Monaſterio retinere partem æqualem cum aliis filiis. Tertius caſus eſt, quando pater diſponere non vult, & tunc filij ad minus legitimam habebunt: reſiduum verò ſpectabit ad Monaſterium.

22 Dictaque legitima competet liberis ſtatim à die profeſſionis, non expectata morte naturali patris: ut decidit Rota Romana apud Anton. de Marin. *variar. reſol. cap.* 253. *num.* 10. & 14. & *ſequentib.* & apud Merlin. *de legit. deciſ.* 103. idque ſive agatur de Monaſterio bonorum capaci, ſive incapaci. Rot. *dec. deciſ. Novarienſis legitimæ, coram R. P. D. Gheſterio*, repetita *in recentiorib. deciſ.* 267. *numero* 2. & *multis ſequentib.* ubi oſtenditur hanc eſſe æquiorem, & receptiorem ſententiam: Caſtillo *lib.* 3. *controverſ. cap.* 12. *num.* 31. fusè Barboſ. *in cap. cùm ſimus, de regularib.* Idem Caſtill. *de uſufruct. cap.* 64. *num.* 10. ubi tamen hoc dubitativè proponere videtur. Graſſ. *in §. legitima, quæſt.* 12. *numero* 6. Vaſqu. *controverſ. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 10. ubi hanc teſtatur eſſe communem ſententiam: licèt ipſe contrarium teneat, ſicut & Gratian. *diſcept. forenſ.* 815. *num.* 11. Sed omnes rationes pro utraque opinione diſcutit, tandemque cum communi reſoluit, ſtatim legitimam poſt profeſſionem deberi. Merlin. *in tract. de legitima, lib.* 3. *tit.* 3. *quæſt.* 3. *per totam.*

Quia verò mox in ſecundo caſu, diximus æqua- 23
lem cum filiis portionem patrem profeſſum debere Monaſterio relinquere: videamus quomodo hæc æqualis portio computanda ſit? Sanè Gloſſ. *in d. Authent. ſi qua mulier, in verb. connumerata*, diſtinguit; aut enim pater profeſſus bona ſua æqualiter inter liberos diſtribuit, aut inæqualiter, uni plus quàm aliis aſſignando: ſi æqualiter, debet reſervare tantumdem pro Monaſterio, quantùm unus ex filiis habiturus eſt: ſi inæqualiter, Monaſterium tantundem habere debet, quantum unus ex filiis cui plus relictum eſt: quam Gloſ. ſequitur Bart. *in d. Auth. ſi qua mulier, num.* 21. Sanch. *in præcep. decal. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 26. qui in caſu occurrenti ad omnia eſt, cùm materiam iſtam accurratè pertractet.

Loquuti ſumus ſuperiùs de diviſione facienda pa- 24
patrem in filiis legitimis: nam verius videtur & convenientius honeſtati religioſæ, ut in illegitimis diſpoſitio *d. Authenticæ ſi qua mulier*, locum non habeat: Bald. *ibidem, in d. Authen. n.* 34. Jaſon *n.* 42. Rodoan. *de ſpoliis, quæſt.* 8. *in princip. n.* 72. & in hac ſententia videtur reſidere Sanch. cùm illam ultimo loco ponat, *d. cap.* 9. *num.* 14. *lib.* 7. *in præcept. decalog.*

Alterum ſecundæ difficultatis caput in eo conſiſtit, 25
quod religioſus iſte Cluniacenſis, facta cum fratre tranſactione ſuper lite per eum intentata, ad declarationem nullitatis profeſſionis ſuæ, concordant quod fratres ipſius, vita ejus durante, pro alimentis & ſuſtentatione vitæ, dimittet eidem religioſo ſimul fructum cujuſdam domus, & horti, omneſque interpenſas tenebitur ſoluere: & inſuper dicto monacho reſtituere centum libras pro expenſis factis causa litis in itinere ad Urbem, & pro aliis quibuſcumque prætenſionibus: quibus mediantibus, dicti fratres ſeſe ab omnibus prætentionibus in illum uſque diem invicem liberarunt, & liberatos declaraverunt. Item & his mediantibus præfatus monachus ſuam profeſſionem approbavit, & ratificavit, ac ratam in perpetuum habere promiſit.

Prima facie videbatur pro ſimonia concludendum 26
quia omnis tranſactio in qua ſpirituale datur pro temporali, ſimoniam continet: *cap. præterea 9. de tranſactionib.* † Et nominatim pro ingreſſu, ſeu profeſſione in Monaſterio facienda, ſimoniacum eſt pecuniam recipere: *cap. non ſatis* 8. & *ibi* DD. maxime Binsfeld. *de ſimon.* Sanch. *lib.* 2. *conſil. moral. cap.* 3. *dubio* 23. *num.* 1. Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract. miſcellan. reſol.* 157. Præſertim cùm ratificatio profeſſionis videatur expreſsè facta in illam cautum per illa verba: *& moyennant ce.* Et per has rationes rectum mihi fuit ita tenuiſſe quendam pium, & valde eruditum Theologum: ſed Ego, ſalva correctione & determinatione Sanctæ Matris Eccleſiæ, & cujuſlibet meliùs ſentientis judicio, exiſtimavi pactionem illam non eſſe ſimoniacam. Quia id quod illi religioſo per tranſactionem promiſſum eſt, conſiſtit in motu, & annuo reditu vitalitio, qui datus fuit pro habitatione religioſi, & cum ejus vita finitur: † de certum eſt, promiſſionem rei temporalis pro religionis ingreſſu, vel profeſſione facienda, validam eſſe, ſi fiat cauſa ſuſtentationis perſonæ, etiamſi tranſgens habeat aliunde ex quo vivere poſſit: quod procedit etiamſi talis promiſſio deducatur in pactum expreſſum, ut bene probat Bonacin. *in tract. de ſimon. diſput.* 1. *quæſt.* 6. *punct.* 2. *per totum.* Sanch. *d. lib.* 2. *conſil. cap.* 3. *dubio* 11. *numero* 9. Guid. Pap. cum Addit. *deciſ.* 80.

Præterea

28 Præterea, promissio rei temporalis non fuerat facta simpliciter, & præcisè propter ratificationem professionis, sed potiùs intuitu bonorum, quæ religiosus fratri dimittebat; & quibus fratrem omnino privare poterat, si professio fuisset declarata nulla: ut patet ex lectura dictæ transactionis, in qua fratres se invicem liberarunt ab omnibus prætensionibus quas inter se habere poterant: & sic cùm dictæ prætensiones, tam jurium paternorum, quàm maternorum, & aliorum de quibus in dicta transactione, haberent suam causam distinctam, & separatam; nempe bonorum renunciationem quæ erat in lite: necnon commodiorem vitæ religiosi sustentationem: provisio censetur potiùs facta in illam causam, quàm in causam professionis. Rot. *decis.* 418. *n.* 4.
29 *versic. quia fuit dictum, part.* 1. *recent.* † Ubi fuit dictū, quod assignatio legitimæ facta per patrem filio, eadem die, qua filius resignavit, non erat simoniaca: quia cùm dicta assignatio haberet causam particularem, & separatam, & non proportionatam; nempe ut resignans qui deliberabat resignare, commodiùs vivere posset, actus quamvis eadem die facti non dicuntur correspectivi, ad effectum inferendi simoniam. Mohed. *decis.* 3. *de simon.* Puteus *decis.* 171. *lib.* 1.
30 Gabriel *consil.* 172. *num.* 15. *lib.* 2. † Et in dubio actus censetur potiùs factus in causam licitam, & à re spirituali distinctam, in qua simonia committi non potuit: Quia ad excludendum delictum simoniæ, sufficit possibilitas: & semper sumenda est interpretatio exclusiva simoniæ. Burat. in simili *decis.* 445. *n.* 4. & 5.
31 Atque ex his satisfit decisioni Putei 42. *lib.* 2. ubi reputata est illicita conventio, quod quis cederet liti, mediante solutione expensarum: & Mohed. *decis.* 5. *de simonia.* Quia illæ decisiones procedunt quando agitur de uno eodemque facto individuo, & inseparabili; sed hic remissio bonorum temporalium habet causam distinctam, & separatam à professione, ut mox dictum est.

Item in casu illarum decisionum renunciabatur liti, quæ simpliciter erat super re spirituali; nempe super beneficio: hic autem agebatur de bonis, quæ religiosus ob nullitatem professionis ad se pertinere contendebat.

Cùmque de jure frater fratrem ad alimenta sibi præstanda, de bonis per eum fratri donatis, cogere potuisset; necnon litis sumptus, propter paupertatem:
32 † non est de simonia tractandum, quando promissum fuit id quod de jure debebatur. Felin. *in cap. ad audientiam* 2. *num.* 8. *de rescript.* Burat. *d. decis.* 445. *numero* 2. cum *ibi* citatis.
33 Et generale est, ut quando litigatur super spiritualibus simul, & temporalibus; transactio fieri possit per donationem rei temporalis, veluti si Episcopus agat simul ad spiritualia, & ad annuam pensionem; potest ratione illius temporalis transactionem inire: *cap. cùm universalis, de simon.* Redoan. *in tract. de simon. part.* 2. *cap.* 31. *num.* 4.
34 Denique cùm transactio facta fuerit in præsentia viri Eminentissimi, & non minùs eruditione quàm pietate clarissimi, inanis est hæc de simonia contentio: cùm certum sit ad transactionem super re spirituali deveniri posse, quando temporale datur authoritate arbitratorum, quos etiam simplices clericos esse sufficit. Bonacin. *de simon. disput.* 1. *quæst.* 4. §. 15. *num.* 9. & 11.
35 Tertia difficultas facilè resolvitur: quia certum est, legatum, aut donationem monacho sic fieri non posse, ut illius proprietas Monasterio non quæratur: & si sub illa conditione fiat, talis conditio, tanquam turpis rejicienda est, & habetur pro non scripta: secundùm Bartol. *in sua quæst.* 12. Tusch. *in verb. monachus, concluf.* 317. Galganet. *de condit. & demonst.* 36
part. 2. *cap.* 1. *quæst.* 57. † Quod tamen indiget majori declaratione; nam legatum illud, & conditio illi adjecta, tribus modis concipi potest: primò, quod legatum fiat monacho; ut ad ipsum, non autem ad Conventum pertineat: secundò, ut proprietas legati ad solum monachum, non ad Conventum pertineat: tertiò, ut proprietas ad solum monachum pertineat; quod si secus fiat, petineat ad extraneum. Primo casu, intelligitur solus usus monacho relictus de licentia Superiorum, & valet legatum: secundo casu, conditio tanquam turpis habetur pro non scripta, uti contraria bonis moribus religiosorum: idem dicendum est in tertio casu, ex Sanch. *in præcept. decalog. lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 12. *& sequent ib. & num.* 17. Lezana *in summa regul. tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 34.

Dum ergo quis legare vult soli monacho, si con- 37
cipere debet legatum, ut convertatur ad studendum, & emendos libros, & alios usus pro persona ejusdem religiosi de jure permissos, cùm licentia & authoritate Superiorum ipsius: hoc casu validum erit legatum. Caldas *in l. si curatorem habens, in verbo læsis, n.* 147. *in fin. versic. hoc tamen restringendum.* Gigas *in tract. de pensionibus, quæst.* 15. *num.* 1. Galgan. *in d tract. de condit. & demonstrat. part.* 2. *cap.* 5. *quæst.* 11 *num.* 9. *versic. potest bene monachus.*

Quartæ difficultatis resolutio videtur facienda in 38
favorem religiosi, seu pro eo Monasterij: quia illa verba legati, *pro suis necessitatibus*, denotant potiùs causam impulsivam, quàm finalem; & per consequens cessante necessitate, debetur nihilominus legatum, quod non amittitur quamvis desinat causa impulsiva. Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 15. Galganet. *de condit. & demonstr. part.* 2. *cap.* 4. *quæst.* 2. *num.* 1. Simon de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib.* 4. *dubit.* 12. *num.* 43. † Causa enim impulsiva 39
dicitur, quæ solùm legatarij commodum respicit. Castill. *lib.* 4. *controvers. cap.* 25. *n.* 46. Barz. *decis. Bonon.* 79. *num.* 8. † Adeo ut pensiones præteritorum 40
annorum debeantur, quamvis quoad annos præteritos cesset necessitas: ut per Corneum *cons.* 187. *num.* 8. *volum.* 2. & adest consilium elegantissimum Calderini, seu apud ipsum, Ancharani, *consil.* 21. *de testam. per totum*, ubi agit de legato facto alicui de ordine mendicantium annuatim, pro ejus necessitatibus, solvendo de eo quod voluerit, & petierit à suis hæredibus, dummodo non excedat 33. libras in anno: & concludit tale legatum deberi etiam de necessitate, quamvis religiosus nullam fecerit petitionem singulis annis: sequitur Castillo *de usufruct. cap.* 30. *n.* 11. Peregr. *de fideicom. artic.* 40. *n.* 48. Simon de Prætis *dict. lib.* 4. *dubit.* 8. *num.* 91. & 92. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 5. *per totam, & tit.* 5. *quæst.* 1. *num.* 42. & *quæst.* 5. *num.* 13.

Et ex his resolutæ manent difficultates propositæ.

CAPUT XCVII.

De publicis, & non publicis concubinariis. Quomodò adversus illos procedendum sit, sive clerici sint, sive laici. De clericis adulterium, aut alia incontinentiæ peccata committentibus. De simonia per

tertium commiſſa in beneficio. Utrum poſſeſſor beneficij ſimoniam ignorans privandus ſit illo beneficio. Utrum propter ſimoniam, omnia illa beneficia vacent. De homicidio, percuſſione, effuſione ſanguinis, aut membri mutilatione. Denique utrum Doctor juris Canonici, poſſit admitti ad præbendam Theologalem.

SUMMARIUM.

1 *Concubinatus publicus & notorius quis dicatur, & quæ ad hoc probanda ſunt.*
2 *Concubinatus dicitur, etiamſi quis mulierem ſuſpectam detineat in domo amici, vel conſanguinei.*
3 *Concubinatus notorius puniri poteſt, etiam nulla prævia monitione facta.*
4 *Ad privationem beneficiorum propter concubinatum deveniri non poteſt, niſi prævia monitione triplici.*
5 *Ad effectum privationis, concubinatus concludenter probandus eſt.*
6 *Monitio non ſufficit ad privandum beneficio ob concubinatum, niſi trina fuerit.*
7 *Publicus concubinatus eſt ipſo jure ſuſpenſus, & ſi pendente ſuſpenſione celebraverit, ſit irregularis.*
8 *Miniſtrans durante ſuſpenſione, privandus eſt beneficiis.*
9 *Miniſtrans pendente ſuſpenſione, ſit irregularis quoad ſe, non quoad alios; & ab officio quidem ſuſpenſus eſt, ſed non à beneficio.*
10 *Irregularitas arcet ab obtinendis beneficiis, ſed poſtea ſuperveniens non privat obtentis.*
11 *Monitio ad effectum privandi concubinarios, debet illis ſpecialiter intimari.*
12 *Adversùs laicos concubinarios, Epiſcopus debet procedere prævia trina monitione.*
13 *Quæ requirantur ad probationem concubinatus.*
14 *In adulterio non eſt pœna privationis beneficij, ſed depoſitionis poteſt infligi.*
15 *Clericus propter adulterium poteſt relegari.*
16 *Simonia etiam à tertio commiſſa, nocet quoad beneficium, ſuper quo commiſſa eſt.*
17 *Amplia, etiamſi poſſeſſor beneficij ſimoniam ignoraverit.*
18 *Filius privandus eſt beneficio propter delictum Patris, occultantis poſſeſſorem illius mortuum.*
19 *Qui ſcivit ſimoniam ab alio fuiſſe commiſſam, tenetur ſtatim illud beneficium dimittere, ut evitet pœnam.*
20 *Vtrùm propter ſimoniam quis privetur aliis beneficiis antea obtentis.*
21 *Quando agitur de ſimonia præſumpta, vel interpretativa, qualis eſt illa quæ committitur à tertio, poſſeſſor beneficij non eſt privandus aliis antea legitimè obtentis.*
22 *In vera ſimonia inducitur privatio beneficiorum, ipſo quidem jure quoad illud, ſuper quo commiſſa eſt ſimonia; ſed quoad alia, non niſi per ſententiam.*
23 *Ob aſſaſſinium inducitur privatio beneficiorum ipſo jure, etiamſi effectus non fuerit ſequutus.*
24 *Beneficium vacans ob aſſaſſinium, ſtatim poteſt impetrari, non expectata ſententia.*
25 *Simplex vulneratio etiam cum effuſione ſanguinis, non cauſat irregularitatem, niſi mors, aut membri mutilatio ſequuta fuerit.*
26 *Propter irregularitatem ex homicidio non qualificato, non incurritur pœna privationis beneficiorum ipſo jure; ſed tantùm per ſententiam.*
27 *In Gallia præbenda Theologalis, non niſi Doctoribus in Theologia conferri poteſt, nec ſufficit Doctoratus in jure Canonico.*
28 *Vtrùm in defectum Doctorum in Theologia, præbenda Theologalis conferri poſſit Doctoribus juris Canonici? Reſoluitur negativè, contra Rebuffum.*
29 *In terminis juris communis, utrùm præbenda Theologalis conferri poſſit Doctori in jure Canonico.*

TRactatum ſæpè fuit de variis cauſis privationis beneficiorum: primò propter concubinatum: ſecundò, propter adulterium, aut aliam incontinentiam: tertiò, propter ſimoniam: quartò, propter homicidium, vel aſſaſſinium: quintò propter defectum Doctoratus in præbenda Theologali; de quibus ſigillatim agendum eſt.

Primò, quod ad concubinatum attinet, diſtinguendæ ſunt duæ concubinatus ſpecies; nempe notorij, & publici concubinatus, ab eo qui publicus non eſt. Notorius eſt concubinarius, qui talis per ſententiam, vel confeſſionem declaratus fuit judicialiter factam; aut ſanè qui talis eſt, ut controverti de eo non poſſit, aut aliqua legitima oppoſitione celari: vel etiam quando clericus poſt legitimas ſui Superioris admoniones, mulierem ſcandali cauſa è domo ſua dimittere renuit, aut negligit: ita deciditur in *Concordat.* per Rebuff. in *tit. de publicis concub. §. publici autem*, Idemque credendum eſt, ſi non in domo propria, ſed in domo cujuſdam amici, vel vicini, mulier retineatur, vel etiam in domo conducta. Lotter. *de re benefic. lib. 3. tit. 33. numero* 150.

Concubinarius etiam notorius poteſt puniri abſque aliqua monitione: *cap. tua nos, de cohabit. clericor. & mulier.* & *ibi* Abbas; † tamen ad privationem beneficiorum deveniri non poteſt, niſi prævia monitione: *cap. ſicut, cap. ſi autem, eod. tit.* Concil. Tridcnt. *ſeſſion. 25. capit. 14. de reformat.* Rota inter *conſilia Farinacij conſil. 80.* † ubi dicit ad effectum privationis beneficiorum, concubinatum eſſe concludenter probandum, etiamſi civiliter agatur. Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. aurea Nunciat. capit. 20. numero 3.*

Imò requiritur trina monitio præcedens, ad hoc ut procedi poſſit ad privationem beneficiorum prout ordinatum fuit in dicto Concil. Tridcnt. *ſeſſion. 25. capit. 14. de reformat.* & traditur in Conſt. pragmat. Sanction. *tit. de concubinat. §. necnon verb. teneatur*, Nicol. Garſ. *de benef. part. 11. cap. numero* 180. Barboſ. *in d. cap. ſicut 4. num. 6. de habit. cleric. & mulier.*

Verum quidem eſt, clericum publicum concubinarium, ſecundùm multorum ſententiam, eſſe ipſo jure ſuſpenſum: & ſi durante illa ſuſpenſione celebraverit, incurrere irregularitatem, ex Abbate *in cap. veſtra, eod. tit.* Bernard. Diaz *in pract. canon. in verb. concubinarij, capit. 47.* & *ibi* Addentes *litter. B*, Petr. Gregor. *in inſtitut. rei benefic. cap. numero* 7. Tolet. *de inſtruct. Sacerd. lib. 1. cap.*

48. *num.* 5. per text. *in cap. quæsitum, eod. tit. de cohabit. cleric. & mulier.* Guid. Pap. *decis.* 558. † ubi concludit ministrantem, durante suspensione, esse eà de causa beneficiis suis privandum.

8

9 Sed tamen in contrarium verior est, & in praxi recepta opinio contraria; nempe publicum concubinarium non esse à divinis suspensum, quamvis missam celebret sine Episcopi sui, vel summi Pontificis absolutione. Quia sic celebrans non ideo irregularis est, quia suspenditur duntaxat quoad se, sicut omnes illi qui sunt in peccato mortali; sed non quoad alios: Garcias *d. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 181. *& sequentibus, & part.* 7. *cap.* 14. *num.* 19. *& seq.* quò loci quæstionem hanc per plures numeros in utramque partem examinat, & ostendit quod quamvis publici concubinarii essent suspensi ab officio, non tamen ideo suspensi sunt à beneficio.

10 Et sanè quamvis irregularitatem incurrerent, non ideo privarentur beneficiis jam obtentis, sed solùm ab obtinendis arcerentur: quia turpiùs quis ejicitur quàm non admittitur. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 47. Rebuff. *de pacific. possess. quæst.* 25. *num.* 289.

11 Quæ dicta sunt de trina monitione requisita in clericis, intelligenda sunt de monitione speciali eisdem personaliter intimandâ: Garc. *loc. cit. num.* 186. *in 4. declaratione.* Plura de hac materia Barbos. *ad dictum cap.* 14. *sess.* 25. *Concil. Trident. & in dicto cap. sicut 4. de cohabit. cleric. & mulier.* Bermundus *in integro tractat. de publicis concubinariis.*

12 Eadémque ratione, dum Episcopus procedere vult ad declarationem pœnarum adversùs laicos ob concubinatum, debet præcedere trina monitio, ex Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reformat.* Bernard. Diaz *in pract. crimin. canonic.* & *ibi* Addent. *in cap.* 79. *versic. laïcus verò.* Farin. *de delict. carn. quæst.* 148. *num.* 76. de quibus pœnis videndus est Riccius *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 378. *per totam.*

13 Sed ut sufficienter probatus dicatur concubinatus, licèt multa requirat Farin. *de delict. carn. quæstion.* 138. *num.* 8. *& sequentib. usque ad* 24. non tamen omnia requiruntur in clerico, ut patet ex his quæ traduntur per DD. supra citatos; sufficit enim probare consuetudinem peccandi in domo propria, vel aliena. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 33. *num.* 148. Rota *decis.* 55. *num.* 1. *&* 139. *num.* 1. *part.* 5. *recent.* Riccius *in prax. rer. for. Ecclesiast. decis.* 361. *num.* 6. Farin. *de delict. carn. quæst.* 138. *num.* 86. Non tamen sufficit probatio de publica voce, & fama; sed debet esse concludens. Garc. *dicta part.* 11. *cap.* 10. *num.* 184. *in fin.* Plura Farin. *de pœnis concubinatus, quæst.* 138. *à num.* 32.

14 Secundò propter adulterium, aut aliam incontinentiam, non concurrente concubinatu, non est locus impetrationi, vel privationi beneficii, ut ex mente sacræ Congregationis tradit Barbos. *ad dict. cap. sicut 4. de cohabit. cleric. & mulier. num.* 4. Garc. *loc. citat. numer.* 186. In adulterio tamen, & aliis graviotibus incontinentiæ delictis, datur pœna depositionis adversùs clericum. Salcedo *in prax. crimin. cap.* 85. *in verb. detruditur.* Bermundus *in*

15 *tract. de public. concub. tit. de adulterio, num.* 26. † Et aliquando potest esse pœna religionis. Genuens. *in prax. Neapolitan. cap.* 28. *numer.* 4. Præsertim si ageretur de eo qui post commissum delictum de eo gloriatus esset: tunc enim graviùs esset puniendus. Farin. *de delict. carn. quæst.* 141. *numer.* 32. Et de pœna depositionis clerici ob adulterium agit Peguer. *decis.* 92. *numer.* 8. De pœna verò relegationis, Genuensis loco citato, & Diaz *in pract. criminal. canonic. capit.* 85. *numer.* 6. *versic. si verò delictum.*

Tertiò, propter simoniam: nam sive commissa 16
sit à beneficii possessore, sive à patre ipsius, aut aliquo tertio; possessor redditur omninò inhabilis ad beneficium illud possidendum, super quo commissa est simonia: *cap. sicut tuis*, & *ibi* Anton. de Butrio *num.* 5. Abbas *sub num.* 3. *de simon.* Monald. *consil.* 31. *num.* 107. *& consil.* 32. *num.* 4. † Etiamsi talis 17
beneficii possessor simoniam ignoraverit, aut in ea ætate reperiretur tempore commissæ simoniæ, in qua delicti capax non esset: quia etiam parvuli, qui cupiditate parentum per pecuniam Ecclesias sunt adepti, illas dimittere tenentur: ut dicit text. *in d. cap. sicut tuis*, Bonacin. *de simon. disput.* 1. *quæst.* 7. *punct.* 2. *num.* 19. † prout in simili judicatum fuit: 18
quod si pater mortem beneficiati defuncti occultavit, ut ejus filius beneficium assequeretur, reddit filium inhabilem. Tornet *in sua recollectione arrestorum, littera B, num.* 23. † Tenetur tamen hoc casu 19
qui scivit commissam ab alio fuisse simoniam, ut pœnam evitet, beneficium illud statim habitâ simoniæ notitiâ dimittere: *can. si quis insaniens, & can. præsertim* 1. *quæst.* 5.

Sed dubium est, utrùm ob simoniam quis privetur beneficiis aliis, super quibus nulla commissa fuit simonia. Breviter omissis superfluis, & nominatim iis, quæ tradit Rebuff. *in praxi, tit. de simon. in resignat. num.* 13. quæ meritò rejiciuntur à Garc. *de benefic. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 41. veritas est, quod stante Bulla Pii IV. & Pii V. quæ receptæ sunt in Gallia, simoniacum omnibus beneficiis privari, etiam illis super quibus nulla commissa est simonia, dummodo tamen simonia sit vera, & non interpretativa: † 21
Nam verbi gratia; si pater, ignorante filio, simoniam commiserit, talis simonia quoad filium non est vera, sed interpretativa; ideo filius alio quidem beneficio, in quo commissa est simonia, privandus est, sed non aliis legitimè obtentis: quia quoad filium non est vera simonia. Garc. *d. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 38. Nam quod filius scientiam habuerit simoniæ paternæ, probari non potest, nisi per præsumptiones, & conjecturas (exceptâ tamen propriâ illius confessione) & sic quoad filium non potest probari vera simonia, sed tantùm præsumpta, & interpretativa: *cap. cum pridem, de pact. cap. constitutus, & cap. super eo, de transact.* Farin. *consil.* 75. *num.* 11. *&* 39. ubi refert sic fuisse judicatum. † Sed in vera 22
simonia locus est privationi ipso jure quoad illud beneficium, super quo simonia commissa est: sed quoad alia (quidquid dicat Garc. loco citato) verius est non induci privationem ipso jure. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 29. *num.* 161.

Quartò, de assassinio egimus superiùs *cap.* 27. 23
numer. 4. *& sequentib.* Ubi diximus, propter assassinium induci privationem beneficiorum ipso jure, etiamsi effectus non fuerit subsequutus: *capit.* 2. *de homicid. in* 6. & *ibi* Geminian. *in* §. *final. num.* 10. *versic. & dicunt regulariter.* Lotter. *lib.* 3. *de benefic. quæst.* 31. *num.* 38. præsertim si ad actum proximum deventum fuerit: Carol. de Grass. *de effectib. Cleric. effectu* 1. *num.* 700. Farinac. *de homicid. quæst.* 122. *num.* 104. *& sequentibus.* † Et per consequens, po- 24
test beneficium sic vacans statim impetrari, nec in præjudicium impetrantis resignari potest, ex traditis suprà *d. cap.* 27. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap* 5. *n.* 54. juncto *cap.* 3. *num.* 123. *eadem parte* 11. Maynard. *lib.* 1. *cap.* 61.

25 Simplex autem vulneratio, etiam cum effuſione ſanguinis facta, non cauſat irregularitatem; niſi mors, aut mutilatio membri intervenerit: *cap. in Archiepiſcopatu 3. de raptorib. Clement. ſi furioſus, de homicid.* Rota *deciſ.* 438. *num.* 3. *part.* 4. *recent.* Farin. *in fragment. in verb. irregularitas, num.* 581. *& ſeq.*

26 Imò ſi incurſa fuerit irregularitas in homicidio, non oritur privatio beneficiorum ipſo jure, ſed tantùm per ſententiam. Rebuff. *in praxi, tit. de mod. amittend. benefic. num.* 50. Sanch. *conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dubit.* 14. *num.* 6.

27 Quintò, quod attinet ad inhabilitatem ad præbendam Theologalem, ob defectum Doctoratus in Theologia, cùm beneficium ſitum ſit in Gallia, obſervabitur ordinatio Bleſenſis, *art.* 33. & 34. quæ nominatim in his præbendis requirit gradum Doctoratus in Theologia: & quamvis per Bullam Leonis X. in Concordatis, beneficia illa ſint etiam affecta Baccalaureis vel Licentiatis in facultate Theologica: tamen ordinatio de Licentiatis aut Baccalaureis non loquitur: imò nec de Doctoribus in jure

28 Canonico. † Quamvis Rebuff. *in Concord. tit. de collat. §. 1. in verb. tenentur*, exiſtimaverit in defectum Doctorum in Theologia, tales præbendas conferri poſſe Doctoribus juris Canonici: ſed ejus opinio reprobata eſt: Theven. *in ordinat. Reg. lib.* 3. *tit.* 7. *art.* 1. Addent. ad Louet. *littera P, num.* 46. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 9 §. 2. *num.* 17. Quod ſi quæſtio decidenda eſſet extra Galliam, adeundus erit Ricc. *in ſuis deciſ. part.* 4. *deciſ.* 101. ad quem ſe remittit Barboſ. *de canonic. cap.* 27. *num.* 18.

CAPUT XCVIII.

De nullitate alienationis bonorum ad capellanias ſpectantium, ſub ſolius Vicarii authoritate, abſque aſſenſu Apoſtolico: Et quomodo ſit verum quod dicitur, alienationem præſumi factam cum beneplacito Apoſtolico, & aliis ſolemnitatibus, ob temporis diuturnitatem. Et de effectu ſententiæ declarantis alienationem bonorum Eccleſiæ invalidam, cum clauſula, *alio non apparente.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt authoriſare alienationem bonorum Eccleſiæ, niſi ad id ſpecialem habeat facultatem.*

2 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur ad validitatem alienationis bonorum, ad capellanias ſpectantium.*

3 *Temporis diuturnitas non facit, ut præſumatur beneplacitum Apoſtolicum interveniſſe in alienatione bonorum Eccleſiæ, niſi concurrat obſervantia.*

4 *In ſupputatione temporis diuturni, ad præſumendas ſolemnitates in alienatione rerum Eccleſiæ, non debet deduci tempus vitæ Prælati malè alienantis: ſecùs eſt in præſcriptionis tempore computando.*

5 *Quando aliundè conſtat de invaliditate tituli, ceſſant præſumptiones ſolemnitatum ex temporis diuturnitate provenientes.*

6 *Præſumptio tituli validi excluditur per productionem tituli invalidi.*

7 *Præſumptio tituli validi oritur ex diuturnitate temporis, etiam in locis ubi ſummus Pontifex non eſt præſens.*

8 *Sententiæ cum clauſula*, alio non apparente, *ex noviter deductis retractari poteſt.*

9 *Quando ſententia ſic prolata eſt, præſertim* alio non apparente, *non mutatur natura judicii definitivi.*

10 *Sententia* alio non apparente, *lata, non ſemper habet vim interlocutoriæ; & quibus in caſibus.*

11 *De ſententia lata* alio non apparente, *qui Doctores tractaverint.*

12 *A ſententia* alio non apparente, *lata, regulariter appellatio admittenda eſt.*

Non debet fieri differentia inter ſententiam latam alio non apparente, *vel* rebus ſic ſtantibus; *& latam*, ab obſervatione judicii.

ALienationem bonorum ejuſdem capellaniæ non obſtante longi temporis lapſu, nullam & invalidam eſſe Reſpondi, tam de jure, quàm in vim ſententiæ in judicatum tranſactæ.

De jure quidem: quia conſtabat factam fuiſſe ſub authoritate Vicarii, qui ad id ſpecialem facultatem non habebat; quæ tamen erat neceſſaria, cùm alienationis rerum Eccleſiæ authoriſatio, ſit de ordin. Sbrozz. *de Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 118. † Imò hodie ex Pauli II. conſtitutionem, non ſufficit authoritas Epiſcopi; ſed præterea neceſſarius eſt aſſenſus, & beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, etiam in alienationibus bonorum ſpectantium ad capellanias Bonacin. *de rerum Eccleſ. alienat. quæſt. unic. punct.* 4. *num.* 9. & expreſsè cavetur *in extravaganti Ambitioſa, de rer. Eccleſ. non alienand.* ita ut alienatio aliter facta, ſit nulla ex defectu conſenſus: ut notavit Paul. Rub. *ad deciſ.* 444. *num.* 47. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

Idque non obſtante longi temporis diuturnitate, propter quam licèt omnes ſolemnitates requiſitæ nominatim beneplacitum Apoſtolicum intervenſſe præſumantur: tamen hoc debet intelligi, cùm temporis diuturnitate concurrat obſervantia antiqua, per triginta ſaltem annos: de qua in caſu propoſito non conſtabat. Bonacin. *d. quæſt. unic. de alienat. bonorum Eccleſ. punct.* 4. *num.* 8. Mantic. *deciſ. Rota* 101. *num.* 2. Ricc. *in prax. rer. fori Eccleſiaſt. deciſ.* 54. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali, cap.* 88. *n.* 1. † Adde ut non deducatur tempus vitæ Prælati malè alienantis, quando agitur de iſta præſumptione, ſed deducendum eſſet, quando agitur de præſcriptione. Seraph. *deciſ.* 1027. *num.* 11. Addit. ad Ludovis. *deciſ.* 354. *num.* 18. *in fin.*

Præterea, præſumptio illa beneplaciti Apoſtolici ex temporis diuturnitate petita, locum non habet quando aliundè conſtat de invaliditate tituli: nec mè quando illius productio facta fuit per eum qui prætendit alienationem eſſe validam: nam ſi tituli productus fuiſſet ab eo, qui alienationem impugnat, non tolleretur ex eo præſumptio alterius tituli validi, ex diuturnitate temporis proveniens: & ideò docent DD. melius eſſe, titulum hoc caſu non producere, quàm infectum aut vitioſum exhibere. Concent. *deciſ.* 21. *num.* 4. *ſub tit. de probat.* Patrus *deciſ.* 346. *num.* 2. *lib.* 1. *in correct.* Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſ. deciſ.* 34. *num.* 5. & ita deciſum teſtatur Seraph.

Seraph. *decis.* 1235. *num.* 4. Rot. *decis.* 208. *num.* 2. *part.* 4. *divers.* adden. ad Ludovis. *decis.* 353. *num.* 19. Quarant. *in sum. Bullar. in verb. alienatio bonorum Ecclesiæ, num.* 46. *versic. secundò declara.* † Et

6 quod præsumptio tituli validi, excludatur per productionem tituli inualidi, tradit Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 132. *num.* 81. & 85. Honded. *consil.* 37. *num.* 15. *& sequent. volum.* 2. Marius Anton. *lib.* 1. *variar. resol. cap.* 21. *numero* 13. *versic. replicatum fuit tertiò.*

7 † Qui licèt *ibidem* limitet, ut dicta præsumptio locum habeat duntaxat quoad alienationes factas in Urbe propter præsentiam summi Pontificis, & præsumptam illius scientiam; secus in iis quæ extra Urbem gesta fuere: in quibus terminis loquitur Aretin. *consil.* 36. qui fuit primus author illius sententiæ, quam alij Doctores postea simpliciter sequuti sunt. Ad quod conferunt tradita per Quarant. *loc. citat. num.* 46. *versic. limitatur primò.* Ego tamen in judicando non sequerer illam opinionem, quam nec veram esse existimo: quia dum DD. & Rota Romana præsumunt solemnitates requisitas, & beneplacitum Apostolicum propter temporis diuturnitatem interveniisse; non constituunt fundamentum in præsumpta scientia Superiorum, aut summi Pontificis, à quo confirmatio obtineri debet: sed duntaxat in eo, quod præsumitur partes deduxisse ad notitiam Superiorum talem alienationem, intra tanti temporis spatium; & ab eis debitam confirmationem obtinuisse.

Quod attinet ad sententiam in judicatum transactam, per quam dicta alienatio invalida fuerat declarata: de ea dubitari non poterat; cùm post ipsam partes comparuissent coram judice Ecclesiastico, qui ipsam tulerat, & per consequens appellationi cuicumque renuntiassent, *cap. sollicitudinem, de appellat. cap. gradum, de offic. delegati, c. cum venissent. de testib.* & *ibi* DD.

8 Solùm restabat dubium, quod illa sententia non videbatur definitiva, sed interlocutoria: quia lata fuerat cum clausula, *alio non apparente*, quo casu ex noviter deductis retractari potest etiam ab eodem judice, qui illam tulit. Cancer. *lib.* 3. *variar. resol. capite* 17. *numero* 569. saltem non retardata executione dictæ sententiæ: & sic quoad effectum devolutivum. Cod. Fabrian. *lib.* 7. *tit.* 19. *de re judic. definit.* 1.

9 Sed ad hanc difficultatem dupliciter responsum fuit. Primò, quod clausula illa, *alio non apparente*, non fuerat simpliciter apposita in dicta sententia; sed cum adjectione clausulæ *præsertim*, cujus dictionis ea vis est; ut ostendat judicem ob alias rationes motum fuisse: *l.* 1. *ff. de testib.* & *ibi* Glos. *in verb. præcipuè.* Anton. Monach. *decis. Bononien.* 28. *n.* 44. & 45. & in terminis sententiæ, quod dictio illa ostendat judicem ob alias etiam causas motum fuisse, tradit Vantius *in tit. de nullit. ex defectu process. numero* 123. *versic. idem foret.*

10 Secundò responsum fuit, clausulam illam, *alio non apparente*, duobus modis in sententia apponi posse: Aut enim judex utitur illa clausula, propter ineptitudinem libelli, vel actionis propositæ; quasi voluerit duntaxat absoluere ab observatione judicij; aut condemnare reum propter exemptiones minus aptè propositas: & hoc casu, quia talis sententia aliam post se expectat, non dicitur definitiva, sed potiùs interlocutoria. Aut verò ex tenore sententiæ colligitur intentionem judicis eam fuisse, ut procederet ad definitivam; dictamque clausulam potiùs appositam fuisse per inadvertentiam: & tali casu, clausula illa non mutat naturam sententiæ definitivæ, nec adversatur intentioni judicis definitivè judicare volentis: ut bene, & fusè distinguit & explicat Morot. *in tract. de jure offerend. num.* 55. & 56. ergo cùm in casu proposito, judex super meritis totius causæ judicare voluisset, & super negotio principali lis contestata fuisset, & in ea processus omnino formatus; sequitur quod clausula illa, *alio non apparente*, non præjudicat naturæ totius causæ ad definitivam instructæ; & ordinationis de portando ad definitivam, de consensu partium factæ: ex traditis per Morot. *loc. citat.*

De sententia lata, *alio non apparente*, vel *ab observatione judicij*, tractat Scac. *de re judic. gloss.* 14. *quæst.* 7. *n.* 99. *& de appellat. quæst.* 17. *limit.* 1. *num.* 25. Adden. ad Mathesilan. *singul.* 17. *num.* 2. † Et ab hujusmodi sentententia reus appellare potest regulari- 12
ter. Covar. *lib.* 1. *variar. resol. capit.* 1. *num.* 8. *versic. Ex quibus.* Alex. *consil.* 75. *num. primo, volum.* 7. Gaill. *libro secundo, obser.* 103. *num.* 7. Tusch. *litter. S, conclus.* 169. nec debet fieri differentia inter sententiam latam, *rebus sic stantibus*, seu *alio non apparente*, & latam *ab observatione judicii.* Scacc. *de re judicata, loc. citato, numero* 102.

CAPUT XCIX.

De ætate requisita ad obtinendum præpositurum in Ecclesia Metropolitana. Et quod dispensatio post collationem obtenta, non præjudicet antea impetranti: De viribus & defectu gratiæ, *si neutri.* Et de beneficiis electivis quæ confirmatione indigent. Et utrum beneficia simpliciter electiva possint resignari.

SUMMARIUM.

1 *Ætas viginti quinque annorum requiritur ad obtinendam primam dignitatem post Pontificalem.*

2 *Ætas quæ requiratur ab obtinendam primam dignitatem in Ecclesia Collegiata.*

3 *Cura animarum quædam exercetur in foro interiori, alia verò in foro exteriori.*

4 *In dignitatibus habentibus curam animarum, ætas viginti quinque annorum requiritur, sive cura competat in foro interiori, sive in foro exteriori.*

5 *Dignitates Ecclesiarum plerumque habent annexum presbyteratus ordinem.*

6 *Habilitas requiritur de tempore provisionis.*

7 *In litteris tempus datæ inspicitur.*

8 *Qui prior est in data, debet præferri illi, qui prior est in præsentatione.*

9 *Dispensatio in Gallia non sumit robur nisi à die quo fuit præsentata in Parlamento, quoad anterioritatem.*

10 *Donatarius secundus qui prius insinuavit, præfertur primo.*

11 *Vicelegatus potest conferre beneficia electiva collativa, seu confirmativa.*

12 *Beneficia simpliciter electiva, quomodò resignari possint.*

13 *Obtinens gratiam si neutri, debet docere de non jure utriusque impetrantis.*

PRæſuppoſito quod quidam minor viginti quinque annorum, dignitatem primam poſt Pontificalem in Eccleſia Metropolitana fuerit aſſecutus, per reſignationem illius ultimi poſſeſſoris; nulla tamen tunc temporis obtenta, nec exhibita ætatis diſpenſatione; quodque alius poſt aliquot dies, eandem Præpoſituram impetravit tanquam vacantem per inhabilitatem dicti primi proviſi; idemque ſecundus impetrans pro majori jurium ſuorum corroboratione, & jus juri addendo, obtinuit confirmationem electionis antea factæ per Capitulum dictæ Eccleſiæ de perſona ſua, etiam cum proviſione ſedis Apoſtolicæ: denique quod tertio loco alius impetraverit gratiam *ſi neutri*, ſuper illo beneficio.

Quæritur primò, utrùm illi, qui primo loco proviſus fuit, obſtet defectus ætatis. Secundò, utrùm diſpenſatio per primum proviſum, ante datam litterarum ſuarum & proviſionum obtenta, ipſi ſuffragari poſſit. Tertiò, utrùm primo proviſo exiſtente inhabili, tertius impetrans ſit in ſua impetratione fundatus.

1 Ad primam quæſtionem Reſpondetur, Præpoſituram prædictam, cùm ſit dignitas principalis in Eccleſia Metropolitana, non potuiſſe conferri minori viginti quinque annis: *cap. cum in cunctis 7. §. inferiora, de elect.* Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſ. num. 182. &* ante eum Cardinalis *in Clem. generalem, de ætate & qualitate & ordin. præficiend. num. 7.* Rebuff. *in praxi, tit. de diſpenſat. ratione ætat. num. 4.*

2 Et quamvis ex diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* in dignitatibus Eccleſiarum collegiatarum, quæ non habent annexam curam animarum, ſufficiat attigiſſe annum vigeſimum tertium; & ſecundùm alios, annum vigeſimum ſecundum; qui ita interpretantur verba dicti Concilij, *viginti quinque annis non minores*, ut dicit Barboſ. *d. ſeſſ. 24. cap. 12. num. 14.* Tamen ſacra Congregatio declaravit requiri annos completos, teſte eodem Barboſ. *in tract. de canonicis & dignitat. cap. 12. numero 22. verſic. & ideo.*

Nihilominus abſque difficultate concludendum eſt, in caſu poſito requiri, quod proviſus de Præpoſitura prædicta attigerit vigeſimum quintum
3 ſuæ ætatis annum. † Primò, quia dictæ Præpoſituræ annexa eſt cura animarum, in juriſdictione ſpirituali conſiſtens, quoad forum ſaltem exterius; cùm habeat corrections morum, & jus privandi diſtributionibus, & aliàs ordinandi circa mores capitularium: hæc enim propriè dicuntur concernere juriſdictionem fori exterioris, impropriè reſpiciunt curam animarum, teſte Maſcardo *concluſ. 469. num. 1. & 2.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 6. num. 61.* Unde Doctores dum dicunt in principalibus dignitatibus, non ſolùm Metropolitanarum & Cathedralium Eccleſiarum; ſed etiam ut plurimùm Collegiatarum, requiri ætatem viginti quin-
4 que annorum inceptorum; fundantur in eo † quod regulariter dignitates collegiatarum habent curam animarum in foro interiori, vel exteriori, & juriſdictionem ſpiritualem. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 4. num. 56.* Barboſ. *in dict. cap. cùm in cunctis, §. inferiora, numero 30. & in tract. de Epiſcop. part. 3. allegat. 60. num. 65.* Sayr. *in florib. deciſ. lib. 1. de ætat. & qualitat. tit. 8. deciſ. 4.*

5 Præterea, quia regulariter hujuſmodi Præpoſituræ Eccleſiarum Metropolitanarum, habent annexum ordinem preſbyteratus: *cap. 1. de ætat. & qualit.* Rebuff. *in praxi, tit. requiſita ad collationem bonam, numero 31.* Garc. *d. part. 7. de benefic. cap. 1. numero 40.* & propterea idem *d. part. 7. cap. 4. numero 73.* concludit ad Decanatum, Præpoſituram & Archipreſbyteratum, etiamſi eis animarum nulla curat ſubſit, requiri etiam hodie ætatem viginti quinque annorum: ex quo de jure annexum habent ſacrum preſbyteratus ordinem.

Ad ſecundam difficultatem facilis eſt reſponſio; cùm diſpenſatio poſtea obtenta non præjudicet illi, qui anterior eſt in impetratione: quia Papa nunquam intelligitur præjudicare juribus tertij, per regulam Cancellariæ *de jure quæſito non tollendo.*

Præterea, licèt dictus primus proviſus fuiſſet effectus habilis per diſpenſationem; tamen habilitas ipſi non ſuffragaretur: quia oportebat ipſam interveniſſe tempore collationis, ſeu proviſionis. Tornet. *litter. B, num. 29.* quando autem habilitas requiritur à principio, non ſufficit quod poſtea interveniat. Pariſ. *de reſignat. lib. 4. quæſt. 1. num. 14.* & in hoc nulla eſt difficultas.

Majus dubium videtur, ſi primus ille proviſus doceat ſe obtinuiſſe diſpenſationem, antequam ſibi de Præpoſitura provideretur; quæ tamen poſtea fuerit præſentata, ſeu annexa poſt impetrationem, & proviſiones factas ad favorem ſecundi impetrantis. Videtur etiam quod gratia per ſolam ſignaturam ſit perfecta: *cap. ſicut, & cap. ſi tibi aſſiſi, de reſcript. in 6.* † & in gratioſis litteris inſpicitur tempus datæ, quia in illo inſtanti jus quæſitum eſt parti: *cap. eam te, & cap. conſtitutus, de reſcriptis, & cap. eum qui, de præbendis, lib. 6.* Rebuff. *in prax. tit. de reſcript. gratiæ, & iuſtit. num. 53.* † Ubi quod non reſpicitur tempus præſentationis litterarum gratiæ, ſed tempus datæ: & tradunt Geminian. & Franc. *in cap. ſi tibi, de reſcript. in 6.* Unde quod canonicus qui primo præſentavit, non præfertur ei qui primus eſt in data, poſterior tamen eſt in præſentatione. Sed verendum eſt, ne hujuſmodi doctrinæ rejiciantur in Gallia, † ubi non inſpicitur data, ſed præſentatio, & annexio, adinſtar donationis, quæ licèt priùs facta fuerit; ſi tamen poſterius fuit inſinuata, non habet effectum niſi à die inſinuationis: & ſic † ſecundus donatarius, ſi prius inſinuaverit, præfertur primo: loquendo tamen in terminis juris communis, quando non eſt aſſignatus certus terminus ad inſinuandum. Rebuff. *de donat. inſinuand. artic. 1. gloſ. 6. & gloſſ. 7. in princip.* Mocch. *conſil. 292. numero 3. & 4.*

Ad tertiam quæſtionem Reſpondetur, tertium illum impetrantem non eſſe fundatum vigore gratiæ *ſi neutri*, contra primum proviſum, qui antea obtinuerat & præſentaverat ſuam diſpenſationem; nec contra ſecundum, qui habet electionem Capituli, & proviſionem Vicelegati, † qui ſine dubio potuit providere; cùm dicta Præpoſitura non eſſet ſimpliciter electiva, ſed præterea requireret collationem, ſeu confirmationem Superioris, *cap. 6. num. 6, & 7.* Et † tamen quamvis eſſet electiva ſimpliciter, poterat etiam reſignari ſubſecuto Capituli conſenſu, ſecundum jus commune. Pariſ. *lib. 4. quæſt. 5. numero 1.* Licèt in Gallia propter Bullam Leonis X. in Concordatis, in merè electivis opſit Regia nominatione.

Non eſt igitur fundatus iſte tertius, qui tenebatur docere de non jure, tam primi, quàm ſecundi proviſi. Rip. *in cap. eam te, num. 27. de reſcript.* Rebuff. *in tit. de reſcript. ſi neutri, num. 20. & per tot.* Rot. *de reſcript. 726. num. 1. & 3. part. 2. recent. & deciſ. 10. numero 5. & 105. num. 3. ead. part. 2.* hoc enim parebandum eſt ab eo, qui obtinuit gratiam *ſi neutri*, de qua plura apud Barboſ. *de clauſul. cap. 164.*

CAPUT

CAPUT XCIX.

De legato facto Ecclesiæ regulari pro fundatione missarum. Vtrùm spatio quadraginta annorum præscribatur, si non constet de acceptatione illius. Quid si legatum factum fuerit de viginti salmatis, vel jugeribus terræ, ex prædio majoris quantitatis; & prædium impetu fluminis fuerit pro parte corrosum; utrùm Ecclesia legataria partis quantitativæ, debeat in totum, vel pro parte sentire damnum illud. Vtrùm stari debeat juramento Superioris, vel Guardiani asserentis missas fuisse juxta fundatoris voluntatem celebratas.

SUMMARIUM.

1 *Legatum, si non fuerit acceptatum à legatario, præscribitur spatio triginta annorum: quia mala fides non attenditur, dum agitur de jure quærendo; maximè in legatis onerosis.*

2 *Eadem præscriptio datur in fideicommissis, si non intervenerit acceptatio intra spatium triginta annorum.*

3 *Legatum non præscribitur adversùs Ecclesiam minori tempore 40. annorum.*

4 *In legatis annuis præscriptio datur pro annis præteritis, non pro futuris; licèt non constet de præcedenti acceptatione, favore Ecclesiæ.*

5 *Contrarium de juris rigore verius est.*

6 *Attamen ex æquitate, datur Ecclesiæ restitutio in integrum adversùs lapsum temporis.*

7 *Legatis certis jugeribus ex prædio majoris quantitatis, si pars pereat casu fortuito, perit periculo hæredis: Contrà, num.8.*

9 *Peremptis casu fortuito corporibus hæreditariis, diminuitur pro rata legitima: item & falcidia, num.10.*

11 *Quæ sit differentia in materia periculi rei legatæ, inter legatum factum de certa specie, vel de incerta ex certis corporibus; & incerta ex incertis.*

12 *Nomen speciei apud Iurisconsultos accipitur pro eo, quod Philosophi vocant individuum.*

13 *Debitor generalis respectu speciei, peremptâ specie liberatur.*

14 *Intellige, si tota species perempta fuerit, secus si pars tantùm.*

15 *Legatum incertæ speciei de genere subalterno extinguitur, si totum genus subalternum extinctum fuerit.*

16 *Hîc tamen distinguendum est, utrùm ante moram, vel pòst, legata res perierit.*

17 *Legatum quotæ ex certa re patitur diminutionem pro rata rei peremptæ.*

18 *Exponitur differentia inter legatum quantitativum, & quotitativum.*

19 *Stante negligentia acceptationis legati facti Ecclesiæ, ad minus fructus præteriti peti non possunt: sed tantùm futuri.*

20 *Vtrùm standum sit juramento Superioris regularis, dicentis missas fundatas fuisse celebratas, variæ referuntur sententiæ: tandem numero 21. concluditur hoc judicis arbitrio remittendum.*

SUper legato pio facto Conventui religiosorum, viginti jugerum cujusdam terræ majoris quantitatis: dubitatum fuit primò, utrùm spatio octuaginta annorum præscriptum esset; cùm de ejus petitione vel acceptatione nullo modo constaret. Secundò utrùm vi fluminis perempto prædio, legatum pro rata minuendum esset. Tertiò, utrùm probatio celebrationis missarum spectaret ad Conventum, an verò solo Superioris juramento super hoc standum esset.

Ad primam quæstionem responsum fuit, quod 1
cùm agatur de jure quærendo, si non constet de aliqua acceptatione legati facta per Monasterium, maximè quia agebatur de legato oneroso, propter onus missarum impositum, hæres potuit præscribere adversùs Monasterium, quamvis habuisset notitiam testamenti, in quo legatum continebatur. Quia dum agitur de jure quærendo, prout in legatis, in quibus jus non quæritur legatario ante acceptationem, non debet fieri distinctio bonæ, vel malæ fidei; quia neglectum hoc casu videtur legatum, ob tanti temporis silentium: & ideo hæres non est in mala fide; cùm justam habeat causam credendi, Monasterium noluisse assumere onus illius celebrandi missas: nec per consequens legatum acceptare, cujus tacita renunciatio ex cursu temporis inducitur. Thesaur. jun. *lib. 1. quæst. forens. 41. num. 17.* Gaspar Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quæst. 17. num. 103. versic. huic autem.* Bald. *de præscript. 2. part. 3. part. quæst. 13. num. 9. & 11.* Rot. Rom. *decis. 180. num. 8. part. 2. divers.* Gratian. *decis. 4. per tot.* † Et idem de fideicommissis tenet Fusar. 2
quæst. 528. num. 12.

Verum tamen est, quod licèt in aliis sufficiat 3
præscriptio triginta annorum, hoc casu requiruntur quadraginta anni; cùm agatur de Ecclesia, adversùs quam minori tempore quàm 40. annis non præscribitur: *cap. de quarta, de præscript. cap. illud, eod. tit.* Rot. *d. decis. 180. num. 6.* & in terminis tenuit Bald. *in cap. cùm non liceat, num. 3. versic. unde in quæstione de facto*, ubi agit de legato facto Ecclesiæ, sub modo; quæ dicitur in mora, si modum non adimpleverit: & ideo illi imputandum est, si modum adimplere neglexerit spatio 40. annorum.

Licèt Senatus Pedemontanus partim ex æquita- 4
te, partim ex concursu aliarum circunstantiarum; & maximè quia agebatur de legato annuo, in quo tot sunt præscriptiones, quot anni; non obstante lapsu 40. annorum condemnaverit hæredes ad solvendum Ecclesiæ legatum annuum, pro annis futuris, absolvendo ipsum pro annis præteritis: ut per Thesaurum jun. *lib. 1. quæst. forens. 86. num. 5.* ubi constat quod agebatur de iure quærendo, & Ecclesia non acceptaverat illud legatum. † Sed Ego exi- 5
stimo de juris rigore verius esse, quod si nullo modo constet de acceptatione legati facta per Ecclesiam, præsertim lapso tanto tempore; non possunt hæredes in casu isto compelli ad solutionem legati, propter præscriptionem, & præsumptam remissionem illius, & recusationem oneris, ut mox dictum est: cui rationi non video fuisse responsum per Thesaurum *d. loco.*

6 Verùm adversùs præscriptionem hujusmodi, dari restitutionem in integrum ex æquitate, propositâ probabili testamenti ignorantiâ, non negamus; ex Cancerio *lib.3.cap.20. de legat.num.64.* qui licèt loquatur de præscriptione 30. annorum; idem tamen favore Ecclesiæ, imò & multò fortiùs locum habere debet in Ecclesia, & favore animæ testatoris; & hac ratione niti existimo dicti Excellentissimi Senatus decisionem.

7 Ad secundam quæstionem fuit dictum, quod casu quo constaret de acceptatione, vel interpellatione per Monasterium facta, & præscriptionis interruptione; non ita facilis est illius resolutio. Nam licèt vi fluminis pars illius prædii, ex quo viginti jugera desumenda erant ad utilitatem Ecclesiæ, fuerit consumpta, & corrosa; tamen cùm prædium illud majoris esset quantitatis, & residuum ejusdem prædii sufficeret pro solvendis viginti jugeribus Ecclesiæ legatis, periculum peremptionis prædii spectare debebat ad dominum, nempe ad hæredem; quia res perit domino: *l. neque pignus, Cod. de pignorat. action.* non enim Ecclesia erat domina, aut legataria hujus, vel illius partis prædii; sed incertus erat locus, ex quo legatum præstari debebat; & sic habebat jus illud petendi in toto prædio; & in qualibet ejus parte: & per consequens unâ parte peremptâ, jus conservabatur integrum Ecclesiæ in tota parte residua.

8 Difficultatem nihilominus excitat text. *in l. in ratione* 30. §. *diligenter*, *ff. ad l. falcid.* ubi debitor speciei, vel generis subalterni, peremptâ re, liberatur à præstatione legati: & tradit Mantic. *de conject. ultim. voluntat. lib.9. tit.12.* faciunt notata per Peregrin. *de fideicom. artic.36.num.33. & 34.* ubi perempto genere subalterno, perit etiam jus illius,
9 qui ejusdem subalterni generis creditor erat. † Et ideo peremptis corporibus hæreditariis, perimitur
10 legitima pro rata, ut *ibidem* notat Peregrin. † Eademque ratione perimitur falcidia, ex decisione illius *l. in ratione* 30. *ff. ad l. falcid.* ibi: *Quod enim remota lege falcidia in toto juris foret, hoc idem foret in ea parte, quæ lege falcidia constitueretur.* Et per has rationes Ego inclinabam in eam sententiam, ut saltem interitus illius prædii ad Ecclesiam pro rata parte spectaret: quemadmodum periculum ipsius fuisset, si prædii portio post testatoris obitum fuisset Monasterio assignata: *l. quæ fortuitis, Cod. de pignor. action.* Mantic. *d. lib.9. tit.12. num.7. de conjectur. ult. voluntatum.*

11 Verior tamen est ea sententia, quæ periculum interitus prædii ad hæredem spectare censet. Pro cujus confirmatione, & contrariorum resolutione, duæ considerationes fieri debent. Prima, ut fiat differentia, utrùm legatum certæ speciei, & legatum speciei incertæ, non quidem in totum, hoc est speciei incertæ de incertis; sed incertæ de certis, hoc est sub certo genere subalterno, factum fuerit per modum quotæ, aut per modum quantitatis. Si legatum certæ speciei, hoc est certi temporis, factum fuerit, peremptâ specie, seu corpore legato, perit & legatum, & hæres ab illius præstatione liberatur, dummodò perierit casu fortuito, & sine culpa hæredis: & ita debent intelligi tradita per Mantic. *d. lib.9. tit.12. num.7.*
12 † Advertendo tamen (ne versemur in ambiguo) quod nomine speciei illud intelligimus, quod Logici individuum vocant, *Institut. quibus modis testam. infirm. & ibi* notat Glos. *in princip.* & tradunt DD.
13 *in l. quod te 5. ff. si certum petat.* † Idem etiam dicendum est de eo, qui est debitor generis respectu certæ speciei: quia peremptâ specie, liberatur, *l. quidam testamento* 99 §. *si tibi*, *ff. de legat.* 1. Surd. explicat *consil.* 331. *num.* 29. † hoc esse verum, si tota 14 perempta fuerit: nam in eo quod residuum est, legatum pro parte subsistit, cùm agatur de re dividua: ut in simili tradit Cost. *de ratione rat. quæst.* 107. *n.* 5.

Si verò legatum factum fuerit speciei incertæ de 15 certis; tunc si omnes species peremptæ sint in totum, perit etiam legatum: quia peremptò toto genere subalterno, extinguitur oblatio: veluti si duos ex servis, quos domi habeo, legaverim; habuissem verò decem, qui omnes mortui sunt casu fortuito; legatum extinguitur, & obligatio perit: secus est, si omnes non obierint; sed aliqui de illo genere superstites fuerint: tunc enim obligatio remanet in superstitibus, ex traditis per Bartol. *in d. l. quod te, num.8.* † cum distinctione tamen, utrùm perierint ante 16 moram, vel post, ut *ibi* notat Bartol. Unde cùm legatum de quo agitur, factum fuerit de viginti mensuris, seu jugeribus ex prædio majoris quantitatis; si totum prædium fortuito casu perierit, extinguitur obligatio: si verò aliquid ex illo prædio remanserit, in illo residuo adhuc manet legatum, & illius obligatio sustinetur in totum: si verò pars remanserit, quæ non sit ad totum legatum præstandum sufficiens, illa pars debetur.

Neque similis est casus iste supputationi legitimæ 17 vel falcidiæ; quia in his creditor partem habet quotitativam in quibuslibet bonis: unde nihil mirum, si uno corpore perempto, diminuitur etiam pro rata portio quantitativa legitimæ, vel falcidiæ: quod non eodem modo procedit in legatario speciei, ex eodem genere subalterno præstandæ; cùm tota obligatio adhuc in speciebus illius generis restantibus subsistat: & hoc est quod voluit Castrens. *in dict. l. in ratione* 30. §. *in princip. n.8. ff. ad l. falcid.* per text. *in d.* §. *diligenter*, ubi æquiparat legatum speciei, & legatum generis subalterni; quando totum illud genus subalternum casu fortuito, & sine culpa hæredis peremptum est, ut utroque casu hæres ab omni præstatione, & obligatione liberetur: & Imol. *in dict.* §. *diligenter*, *num.3.* ubi dicit quod genus generalissimum perire non potest; genus verò subalternum perimitur duntaxat peremptis omnibus speciebus illius generis. † Et idem *num.4.* ostendit quatenus res 18 partem quotitativam legati minui pro rata, ut perimatur quælibet res particularis: ut fiat differentia inter legatum factum sub nomine quotæ, & sub nomine corporis sub certa quantitate ex certa re deducendi. Quamobrem concludendum est, cùm major pars prædii legati remaneat, quàm quæ legato viginti pergerum continetur, totum legatum deberi: hoc interitu, seu peremptione partis prædii à flumine corrosi, legatum illud pium esse diminutum.

Tertia quæstio dupliciter considerari potest: 19 in thesi, aut in hypothesi, seu in casu particulari quo agitur: hoc secundo modo facilis est illius quia cùm non constet de acceptatione legati per Ecclesiam, quomodo potest remitti juramento Prioris, vel Guardiani veritas celebrationis missarum fundatarum; cùm non constet de substantia actus, nempe de acceptatione legati: præsertim quo omnem eventum, ex æquitate Conventus solum tere potest futuros fructus, non præteritos: ut decisum apud Thesaurum *d. quæst. 86. lib.1. n.5.*

Si verò negotium sumatur in sua thesi, videtur decisum in favorem Conventus, quod superiorum celebratione stetur juramento Superioris: Mascard. *de probat. conclus. 969. num.1.* sed

Sanctus

Senatus Pedemontanus in eadem causa noluit hoc admittere, ne quis sit judex in causa propria; cùm causa Monasterii non possit dividi ab interesse Superioris ejusdem: & licèt pro Monasterio concludat Guido Pap. *decis.*614. tamen *ibi* Additio contrarium statuendum esse monet: post hos Molfes. *in summa, tract.*13.*cap.*5. *num.*167. adhæret opinioni Mascardi, & Guidonis; dicens se ita multoties judicatum vidisse. Quia sicut standum est intentioni sacerdotis missas Deo offerentis, cujus solus Deus judex, & cognitor est; ita & eorum juramento super ipsa ce-
21 lebratione standum est. † Ego ab arbitrio prudentis judicis totum hoc pendere existimo, qui personarum qualitatem, summarum magnitudinem, omnésque facti circonstantias maturè considerabit, ut juramento Superiorum fidem adhibendam, vel non adhibendam esse pronunciet: quod etiam videtur voluisse Molfes. *loc.citat.num.*168. *in fin.* & colligitur ex traditis per Mascard. *conclus.*709. *Executores, num.*2. *& per tot.*

CAPUT CI.

Vtrùm Episcopi habeant suam intentionem fundatam in quarta decimali, adversùs Parochos: Et utrum Parochi exempti solvant quartam Episcopo, de prædiis postea acquisitis, & de novalibus: Et utrùm transactio super decimis, comprehendat etiam prædia in futurum acquirenda: Et utrum debeant Episcopi quartam accipere de manibus Parochi. Denique utrum adversus illam quartam opponi possit præscriptio; & quæ hoc casu ad illam requirantur.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi habent intentionem fundatam in exactione quartæ partis omnium decimarum.*
2 *Quarta decimalis debetur Episcopo ratione conjunctionis, & universalis curæ animarum.*
3 *Quarta decimalis debetur Episcopo duntaxat ratione decimarum, quæ percipiuntur à Parochis.*
4 *Religiosi sunt exempti à præstatione decimarum.*
5 *Consuetudo solvendi per religiosos quartam decimalem de propriis prædiis, observanda est.*
6 *Religiosi Parochi sunt immunes à decimis, etiam pro prædiis acquirendis, si speciale habeant privilegium super hoc.*
7 *Religiosi qui nituntur sola communicatione privilegiorum, non eximuntur à decimis, sine speciali expressione.*
8 *Religiosi etiam sine privilegiis sunt immunes à decimis, pro prædiis per eos ad culturam redactis.*
*Item pro suis hortis & animalibus quæ nutriunt, num.*9. *Item pro novalibus quæ ipsi excolunt, non quæ aliis tradunt excolenda, num.*10.
11 *Novalium appellatione quid veniat.*
12 *Quando religiosi nituntur solo privilegio, vel concessione, utrùm extendatur ad prædia acquirenda.*
13 *Præscribens decimas in aliena parochia, non habet decimas novaliùm supervenientium.*
14 *Præscriptio etiam immemorialis, non extenditur ad ea quæ postea superveniunt.*
15 *Privilegium super decimis extenditur ad novalia.*
16 *Proponitur distinctio Brixiensis, quæ reprobatur, num.*24.
17 *Immunitas à decimis per viam beneficii extenditur ad futura, non tamen si per viam privilegii.*
18 *Perceptio decimarum in aliena parochia, est odiosa.*
19 *Si novalia sint juncta cum alio prædio, debent decimari eodem modo, quo illud prædium.*
20 *Præscriptiones non extenduntur, & proprios facti terminos non excedunt.*
21 *In rebus distinctis, apprehensâ possessione unius, non censetur apprehensa possessio alterius.*
22 *Per præscriptionem, & consuetudinem jus commune extenditur.*
23 *Explicatur text.* in cap. quia circa, de privilegiis, *& notatur differentia inter exemptionem per viam privilegii, & per viam beneficii.*
24 *Reprobatur Brixiensis*, quæst.26.
25 *Regulares tenentur solvere decimas de prædiis acquirendis, si antea solvebantur ex ipsis.*
26 *Prædia transeunt ad regulares cum suo onere decimarum.*
27 *Proponitur resolutio casuum, in quibus religiosi tenentur ad decimas pro prædiis acquirendis.*
28 *Episcopo datur officium judicis adversus laicos, quando Parochus quartam non recipit.*
29 *Non est certa opinio, quæ vult Episcopum non posse exigere quartam, nisi de manu Parochi.*
30 *Episcopus habet intentionem fundatam in quarta totius decimæ, non tantùm in quarta quartæ.*
31 *Quarta decimalis Episcopi præscribi potest.*
32 *Quæ sint necessaria ad probandam præscriptionem, adversùs quartam Episcopalem.*

REligiosi, quorum Monasterio authoritate Apostolica unitus erat prioratus cum cura animarum, ratione cujus decimæ in tota parochia ad eos pertinebant: sequentia dubia pro veritate discutienda proposuerunt. Primò, utrùm Episcopus habeat suam intentionem fundatam in exactione quartæ parochialis, ita ut nihil pro juris sui probatione verificare teneatur. Secundò, utrùm Episcopus possit exigere quartam decimalem de propriis prædiis, per dictos Priores acquisitis, & acquirendis. Tertiò, quam consuetudinem, vel præscriptionem probare debeat Parochus, ad impugnandam exactionem quartæ Episcopalis.

Ad primam quæstionem fuit resolutum, Episco- 1
pum de jure communi habere intentionem fundatam in exactione quartæ partis omnium decimarum totius Parochiæ, & intra fines illius, *cap. conquerente, de offic. Ordin. cap. de quarta, de præscript. cap. quoniam, & caplt. dudum, de decim.* Cavaler. *decis.*649. *num.*1. Ludovis. *decision.*519. *num.*1. & *ibi* Addent.

Quia hæc quarta debetur Episcopo ratione con- 2
junctionis, & universalis curæ quam habet in Ecclesiis sibi subjectis. Monet. *de decim. cap.*7. *num.*14.

Seraph.

Seraph. *deciſ.* 1204. & 1449. Barboſ. *de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 86. *num.* 34. Rot. *diverſ. deciſ.* 31. *num.* 5. *part.* 2. & text. in *dict. cap. dudum* 16. *de decimis*, & eſt de hoc ſatis expreſſus in illis verbis: *intentione tua de jure communi fundata.* Rot. *deciſ.* 226. *num.* 12. *part.* 7. *recent.*

3 In ſecunda quæſtione difficultatem facit, quia quarta decimalis ſolùm debetur Epiſcopo reſpectu decimarum, quæ percipiuntur à Parochis. Ludoviſ. *deciſ.* 519. *num.* 3. Barboſ. *dict. allegat.* 96. *num.* 35. ergo cùm Parochi de propriis prædiis decimas adversùs ſeipſos non exigant, non videtur etiam Epiſcopum illas exigere poſſe à Parocho, qui nullas ex dictis prædiis percepit.

4 Præſertim cùm Parochi ſint exempti à quacumque decimarum præſtatione, propter privilegia religioſis ordinibus à ſummis Pontificibus conceſſa, & dictis religioſis in particulari: & ſic tam ex privilegio proprio, quàm communicato. Mirand. *in manual. prælator. regul. tom.* 2. *quæſt.* 49. *artic.* 12. Emanuel Roderic. *tom.* 2. *quæſt. regul.* 43. *artic.* 4.

5 Sed veritas, & ratio contrariam ſententiam ſequi cogunt; cum diſtinctione tamen caſuum. Primus quidem caſus eſt, quando conſuetudo extat ſolvendi quartam Epiſcopo, de propriis Parochi prædiis: & in hoc ſervandam eſſe conſuetudinem, indubitatum eſt, ut oſtendit Barb. *de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 86. *n.* 16.

6 Secundus caſus eſt, quando Parochi privilegium habent, per quod eximuntur à præſtatione decimarum, tam pro prædiis acquiſitis, quàm acquirendis: & tunc ſunt immunes à ſolutione quartæ Epiſcopalis: quale privilegium competere teſtatur Minimis. Tambur. *de jure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 18. *n.* 8. propter verba privilegii Julii II. ipſis conceſſi, in illis verbis: *Perpetuò libera ſint, vel eſſe cenſeantur*; ſicut & pluribus aliis religioſis, ut fusè Tamburin. *dict. quæſt.* 18. *per totam.*

7 Tertius eſt caſus, quando religioſi non habent ſpeciale privilegium pro decimis prædiorum per eos acquiſitorum, vel acquirendorum; ſed ſolùm nituntur privilegiis conceſſis aliis ordinibus, cum quibus habent communicationem privilegiorum: & hoc caſu neceſſe eſt, ut ſpecialiter in conceſſione communicationis facta fuerit mentio iſtius exemptionis à ſolutione decimarum, quia indiget ſpeciali expreſſione. Rot. apud Tamburin. *deciſ.* 89. *num.* 1. & 2. quia hujuſmodi communicationes non extenduntur ad ea, quæ non ſolent concedi, vel ſaltem cum magna difficultate conceduntur, etiam in quibus agitur de præjudicio tertii: juxta notata in *l.* 1. *ff. de legat.* 1. & *ibi* Jaſon *num.* 21. & 22. & fusè per Rot. *d. deciſ.* 89.

8 Quartus caſus eſt, quando religioſi nullum habent ſpeciale privilegium à Summo Pontifice, nec communicationem cum aliis religioſis ordinibus: ſed agitur de prædiis de novo redactis ad culturam, operâ & induſtriâ religioſorum: & in his ipſi habent privilegium à jure communi, *cap. ex parte* 10. *extr. de decim.* Hieron. Roderic. *quæſt. regul. reſolut.* 50. *num.* 3.

9 Item & de ſuis hortis, & animalibus quæ nutriunt: *dict. cap. ex parte*, & *ibi* Gloſſ. *in verb. laborum ſuorum, verſic. aliis verò monachis.* Intelligendo de hortis, & animalibus quæ inſerviunt pro uſu Monaſterii; & de animalibus, quæ ipſi religioſi nutriunt; non de illis quæ aliis nutrienda tradunt.

10 Rota *deciſion.* 493. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* † De novalibus etiam id intelligendum eſt, de illis quæ ipſi excolunt, non quæ aliis excolenda tradunt. Tamburin. *dicto tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 18. *num.* 6. & *ſequentib.*

11 Novalium autem appellatione venit terra de novo ad culturam redacta, cujus non extat memoria quod culta fuiſſet; & ſic dicitur ager nunc primò præciſus: *cap.* 1. & *cap. quid ſit novale, de verb. ſign.* Barboſ. *de appellat. verbor. cap.* 167. cui addendum eſt, oportere ut prædium ſit tale, ex quo nihil, aut modicum antea decimæ nomine percipieretur. Tamburin. *dict. quæſt.* 18. *n.* 6. Moneta *de decim. cap.* 4. *n.* 30.

12 Quintus caſus eſt, quando religioſi nituntur conventione, conſuetudine, vel privilegio non ſolvendi decimas: & tunc magna eſt controverſia, utrùm hoc privilegium, conventio, vel conſuetudo comprehendat decimas, quæ provenire poſſunt ex prædiis poſtea per Monaſterium acquirendis. † Et quod non extendatur ad prædia acquirenda, probari videtur primò per text. *in cap. cùm contingat* 29. ubi Abbas, *in ultimo notab. de decim.* ubi dicitur, quod ſi quis habeat jus percipiendi decimas in aliena parochia, illud non debet extendi ad novalia quæ de novo ſuperveniunt: & rationem reddit Abbas *ibidem, num.* 5. quia ſicut in contractibus verba referri debent ad tempus contractus, & futura non reſpiciunt; ita & in præſcriptione, in qua ſtrictior fieri debet interpretatio; cùm in ea agatur de detrahendo juri alterius. † Secundò, quia præſcriptio etiam immemorialis, non operatur quoad ea quæ poſtea ſuperveniunt. Corn. *conſ.* 184. *n.* 18. *vol.* 2. ſicut nec privilegium ad futura extenditur. Gloſ. in *cap. cùm capella, de privileg.* Tertiò, de hoc videtur eſſe textus expreſſus *in cap. quia circa* 22. *de privileg.* & in *Clem.* 1. *de cenſib.*

In contrarium facit textus *in cap. ex parte, de decim.* ubi privilegium de non ſolvendis decimis Eccleſiaſticæ perſonæ conceſſum, extenditur ad novalia: & *ibi* notat Gloſ. privilegium ad res futuras trahi, & latè interpretandum eſſe: & hanc ſententiam tuentur plurimi DD. quos citat & ſequitur Gravagnon. *conſil.* 28. *num.* 14. *volum.* 2. qui pro hac ſententia allegat textum in *dict. cap. quia circa de decim.* pro contraria ſententia allegatum. † In hac quæſtione Bartholom. Brixienſis *quæſt. dominic.* 26. diſtinguit, quod aut agitur de privilegio, aut de præſcriptione: ſi de privilegio, extenditur ad futura; ſi de præſcriptione, non extenditur; quia præſcriptio non eſt ita favorabilis, ſicut privilegium. † Sed magis arridet diſtinctio allata per Barbol. in *dicto cap. quia circa, num.* 10. quod aut acquiritur veris immunitatis à decimis, facta fuit per viam beneficii, aut privilegii: ſi per viam beneficii, nempe quando immunitas non eſt contra jus commune, extenditur ad futura: ſi verò per viam privilegii, nempe quando fit conceſſio contra jus commune, ſtrictam recipit interprptationem, & ad futura extenditur: & cum iſta diſtinctione ſatisfit omnibus rationibus in contrarium allegatis. † Nam quod dicitur de novalibus; hoc ideo obtinet, quia agitur de decimis in aliena parochia percipiendis, & ſic extra jus commune: unde poſſeſſio, vel præſcriptio non extenditur ad novalia, quæ poſtea ſuperveniunt. Gratian. *diſcept.* 425. *num.* 14. & *ſequentib.* Gonzal. *dicto conſil.* 28. *num.* 9. *volum.* 2. † Quod tamen intelligendum eſt de novalibus ſeparatis, & diſtinctis agrorum, qui omninò inculti remanſerunt: nam ſi unius agri pars excoli ſolita eſſet, alia verò non, & hæc de novo reduceretur ad culturam: ſanè poſſeſſio unius partis, ſeu præſcriptio quoad unam partem prodeſt quoad aliam partem de novo ad culturam reductam.

reductam : ut bene explicat Post. *in tract. de manutent. observat. 73. num. 162.* † Ad id quod secundo loco
20 opponitur de præscriptione : Respondetur verum esse quod præscriptio, quæ est contra jus commune, non extenditur ; cùm in ea agatur de tollendo jure tertii : ideo præscriptiones non extenduntur, & proprios facti terminos non excedunt : secundùm Bald. *in l. final. num. 8. versic. unum aliud, Cod. communia utriusque judicii*, per text. *in l. 1. §. Iulianus ait, ff. de*
21 *itiner. actuque privato.* † Et in rebus, & juribus distinctis, quamuis sub aliquo jure universali existant, veluti hæreditate ; ex apprehensione unius cæterarum possessio non acquiritur. Glos. *in l. 3. §. 1. ff. de*
22 *acquir. possess. & ibi* Bart. *num. 4.* Jason *num. 30.* † Et generaliter per præscriptionem, & consuetudinem jus commune non corrigitur. Jason in *l. de quibus, num. 14. & sequentib. ff. de legib.* Molin. *de primo-*
23 *gen. lib. 2. cap. 6. num. 21.* † Nos autem tractamus de materia favorabili, nempe de decimis ; quarum exemptio concessa fuit non ex privilegio, nec ex præscriptione ; sed ex beneficio, hoc est secundum Jus commune, prout debet intelligi textus in *d. cap. quia circa, de privileg.* ut patet ex illis verbis : *secundum canonicas sanctiones*, quia ibi Episcopus remiserat decimas Ecclesiæ parochiali ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ, & cum consensu Capituli, & sic per viam beneficii ; non autem privilegii : nec agebatur de acquisitione exemptionis per consuetudinem, vel præscriptionem : ideo dicitur ibi, quod cùm in beneficiis lata debeat fieri interpretatio, remissio illa decimarum, seu quartæ Episcopalis extendenda erat ad prædia, etiam in futurum acquirenda.
24 † Et ex his patet resolutionem Brixiensis *d. quæst. 26. de qua supra, num. 16.* non posse de jure sustineri : cùm etiamsi ageretur de privilegio, immunitas à decimis generaliter concessa, ad futuras acquisitiones prædiorum extendi non debeat : & ad hoc faciunt tradita per Hieron. Roderic. *quæst. regul. 50. num. 7.* Ubi distinguit inter privilegium quod est præter jus commune, & quod est contra jus commune ; intelligendo semper de privilegio, in quo conceditur generaliter exemptio : nam si privilegium daret exemptionem, tam ratione acquisitorum, quàm acquirendorum in perpetuum, nulla esset difficultas, quin privilegium deberet observari, etiam quoad futura, ut supra dictum est *num. 6.* & tradit Lezan. *in summa Regul. tom. 3. in verb. decima quoad regulares, num. 11.*

25 Hinc Sacra Congregatio Concilii sapienter decidit, regulares teneri solvere decimas de prædiis acquisitis ex emptione, vel donatione clericorum, quas eadem prædia priùs solvebant, antequam ad eorum manus devenirent : ut refert Barbos. *in tract. de officio Parochi, c. 28. §. 3. n. 43. & in decis. Apostol. collect. 242.*
26 *n. 5.* † Idémque de prædiis per Monasteria acquisitis à personis laicis, quæ transeunt cum suo onere solvendi decimas, fuit resolutum in eadem Congregatione, apud Barbos. *dict. collect. 242. n. 6.*

27 Et ex prædictis elicitur resolutio propositæ secundæ quæstionis : si enim agatur de religiosis, quibus competit privilegium exemptionis à solutione decimarum, tam pro prædiis acquisitis, quàm acquirendis : sequitur eos à solutione decimæ Episcopalis esse pro omnibus exemptos. Si generale sit privilegium, nec futuras acquisitiones comprehendat, teneri solvere pro futuris acquisitionibus. Si nullum habeant privilegium, teneri de omnibus solvere decimam, pro quibus à lege non eximuntur, ut supra explicatum fuit.

Neque obstat argumentum, quod quarta decima- 28
lis Episcopo non debetur, nisi quatenus Parochi decimas percipiant : ergo cùm à seipsis nihil exigant, nihil etiam Episcopus exigere poterit. Quia non est vera propositio, quod Episcopus possit exigere quartam suam decimalem, nisi quatenus Parochus eam percipiat, vel de manibus ejusdem : cùm in casibus in quibus Parochus non vult, aut non potest decimas exigere, detur Episcopo officium judicis ad exigendam suam quartam, etiam adversùs laicos decimarum debitores : ut cùm maxima causæ cognitione determinavit Rota *decis. 327. & 357. par. 5. recent.* quæ decisiones inseruntur apud Donat. Anton. de Marin. *var. resol. c. 81. n. 21. & sequentib.* eadem Rota *decis. 61. & 334. part. 6. recent.* † Et Rota non admittit p o 29
vera dictam propositionem, quod Episcopus non possit exigere quartam, nisi à manu Rectoris, eu Parochi, quia id nullo jure cavetur : ut apud Cavaler. *decis. 247. n. 7. & decis. 64. n. 12. part. 5. recent.* ubi dicitur aliâ opinionem non esse tutam. † Et ratio est, quia 30
Episcopus non fundat intentionem suam in quarta quartæ Rectori debitæ, sed in quarta integra totius decimæ : *dicto cap. conquerente, de offic. Ordin. & cap. de quarta, de præscript.* Abbas *in cap. 1. num. 3. de decim.* Moneta *in tract. de decim. cap. 3. num. 2.* Rota *decis. 61. num. 2. part. 6. recent.* plurima hac de re habentur apud Barbos. *de jure Eccles. univers. lib. 3. cap. 20. num. 16. & multis sequentib.*

Ad tertiam quæstionem Respondetur, quartam 31
Episcopalem præscribi posse. Abbas, & Felin. *in cap. de quarta, de præscript.* idem Felin. *in repertorio, in verb. quarta decimarum,* Monet. *de decim. cap. 7. n. 15. versic. poterit tamen :* sed ista præscriptio de jure communi non procedit, nisi probatâ possessione immemoriali in contrarium, vel quadragenariâ cum titulo, Cavaler. *decis. 649. num. 2.*

Pro cujus possessionis negativæ probatione ne- 32
cesse est, ut testes bene coarctent negativam, & deponant, quod Episcopo volente quartam suam decimalem exigere, fuerit ipsi solutio denegata : & quod Episcopus huic denegationi acquieverit, prout requiritur ad probandam negativam illam non solutionis quæ relevet : ut ex Seraph. *decis. 1102. num. 8.* & aliis decis. tradit Burat. *decis. 572. num. 13.* Postius *de manuten. observat. 10. n. 101.*

CAPUT CII.

An, & quomodo infirmi, & senes, qui non possunt interesse divinis officiis, vel anniversariis, illorum, aut missarum stipendia lucrentur. Utrùm distributiones contineantur sub nomine fructuum beneficii. Quid dicendum sit de absentibus causa studii Theologiæ, vel juris Civilis, aut Canonici, vel etiam Grammaticæ : An & quando percipere possint distributiones quotidianas. Cujus ad hoc licentia requiratur. De absentibus pro servitio Episcopi, vel eundo ejus nomine ad limina Apostolorum, aut eum associando ad limina, eundo, aut redeundo. Et utrùm Capitulum possit statuere, ut absentes lucrentur distributiones quotidianas.

SUM

SVMMARIVM.

1 *Infirmi lucrari debent diſtributiones quotidianas, quamvis divinis officiis non interſint. Intellige, dummodo interveniant requiſita, de quibus num.2.*

3 *Ampliatur, etiam ſi infirmitas ex culpa proceſſerit, num.3.*

4 *Senes lucrantur diſtributiones, quia pro infirmis habentur; & quomodò hoc procedat.*

5 *Infirmi & ſenes lucrantur ſtipendia anniverſariorum.*

6 *Lucrum anniverſariorum æquiparatur diſtributionibus quotidianis.*

7 *Cerei, qui dantur Canonicis aſſociantibus funus, non debent dari non intereſſentibus, non obſtante contraria conſuetudine, num.9.*

8 *Funeralia, quæ manualiter diſtribuuntur, æquiparantur diſtributionibus.*

10 *Anniverſaria veniunt ſub nomine diſtributionum quotidianarum.*

11 *Si teſtator mandaverit anniverſaria diſtribui inter præſentes, & aſſiſtentes, infirmi illa nihilominus percipere debent.*

12 *In materia ſtricta, appellatione diſtributionum non veniunt anniverſaria.*

13 *Anniverſaria gaudent eiſdem privilegiis, quibus diſtributiones quotidianæ.*

14 *Infirmi non participant in eleemoſinis quæ dantur pro Miſſis.*

15 *Abſentes cauſa ſtudii lucrantur fructus, ſed non diſtributiones; reprobatâ contrariâ opinione.*

16 *Diſpenſatio ex cauſa ſtudii pro non reſidentibus, quâ formâ, & ſub quibus præcautionibus fieri debeat.*

17 *Licentia Epiſcopi requiritur pro non reſidentibus ex cauſa ſtudii.*

18 *Dictáque licentia debet eſſe expreſſa, nec ſufficit tacita.*

19 *Intelligendum eſt hoc ſecundùm aliquos de ſolo ſtudio Theologiæ.*

20 *Sed verius eſt, hoc locum habere etiam pro aliis facultatibus, ſeu ſtudiis.*

21 *Excipiuntur particulares Eccleſiæ conſuetudines, vel ſtatuta.*

22 *Studium, ad dandam excuſationem à reſidentia, debet eſſe in Vniverſitate generali, & approbata.*

23 *Studium juris Canonici æquiparatur ſtudio Theologiæ.*

24 *Referuntur Doctores de hac materia tractantes.*

25 *Si reditus beneficii conſiſtant omnes in diſtributionibus, abſens cauſa ſtudii illas lucratur, dempta tertia parte quæ reſervatur intereſſentibus.*

26 *Canonici exiſtentes in actuali ſervitio Legati, aut Vicelegati, lucrantur fructus; ſed non diſtributiones.*

27 *Capellani Francorum Regis Chriſtianiſſimi lucrantur fructus ex privilegio Pontificio; ſed non diſtributiones.*

28 *Familiares Papæ non lucrantur diſtributiones ſine ſpeciali privilegio; ſed duntaxat fructus præbendarum.*

29 *Cubicularii ad buſſolam S. D. N. Papæ non lucrantur diſtributiones.*

30 *Et ita decidit Congregatio, & Rota Romana.*

31 *Canonici aſſociantes Epiſcopum viſitantem limina, excuſantur à reſidentia.*

32 *Iſti canonici dicuntur eſſe in ſervitio ipſius Eccleſiæ.*

33 *Canonicus aſſocians Epiſcopum ad limina, non poteſt petere ſalarium. Intellige, non conventum.*

34 *Ampliantur prædicta ad Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ.*

35 *Non tamen locum habent in hebdomadariis, qui non ſunt in dignitate conſtituti.*

36 *Inſignia canonicatus non poſſunt dari hebdomadariis ſine authoritate Apoſtolica.*

37 *Quando omnes reditus conſiſtunt in ſolis diſtributionibus, abſentes ex juſta cauſa illas percipiunt, quia ſunt loco præbendæ.*

38 *Dempta tertia parte, ex mente Congregationis.*

39 *Et ita declaratum per Congregationem pro civitate Avenionenſi.*

40 *Hoc locum habet in abſentibus causâ ſtudii.*

41 *Abſentia causâ ſtudii non diſpenſat à reſidentia in parochialibus.*

42 *Explicantur caſus, in quibus detrahi debet tertia pars diſtributionum, & num.43. & 44.*

45 *Privilegium euntibus ad limina durat, tam eundo, quàm redeundo.*

46 *Qui redit, dicitur permanere in eodem itinere.*

47 *Non valet ſtatutum, quod abſens lucretur diſtributiones, exceptis certis caſibus, de quibus num.48.*

VAriæ ſunt cauſæ propter quas abſentes lucrantur diſtributiones quotidianas, & alia emolumenta Eccleſiæ: circa quarum præcipuas quædam, & notatu digniora, paucis exponenda ſunt.

Primò igitur tractandum eſt de infirmis, quos lucrifacere diſtributiones quotidianas certum eſt per textum expreſſum *in cap. unic. verſic. excepto illis quos infirmitas, &c. de cleric. non reſidentibus, lib. 6.* Dummodo ægritudo ſit talis, ut præbeat veram abſentiæ cauſam; & talis infirmus ſolus eſſet tempore ſanitatis intereſſe divinis officiis: de non aliàs. Monet. *de diſtribut. quotid. part.2. quæſtion. 6. num.21.* Covar. *lib.3. variar. reſolut. cap.13. num.8. verſic. ſextò hoc ipſum*, & Paul. Rubeus *in annot. ad deciſ. Rotæ 576. part.4. recent. tom.3. num.133.* ubique declaravit Sacra Congregatio apud Barboſ. *in deciſ. Apoſtol. collect.258. num.4.* † Quod ampliatur etiam ad eos, qui ex propria culpa inciderunt in morbum, ut iſti pariter lucrentur diſtributiones quotidianas, ut dicit Covar. *loc. citat. verſic. ſeptimò.* † Et quod de infirmis dictum eſt, idem etiam ſtatuendum eſt de ſenio confectis; quando talis eſt ſenectus, ut canonicum impediat ab aſſiſtentia, tempore quo horæ matutinæ, vel alia etiam divina officia recitantur: *cap.1. & ibi* Gloſ. *de cleric. ægrot. vel debilit. §. ſin autem, de cler. ægrotan. in 6.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.805. num.40.* & ita intelligit Sacra Congregatio apud Barboſ. *in deciſ. Apoſt. dict. collect. num.4.* Donat. Anton. de Marin. *quotidian. cap.40. num.4. & 5.*

Circa lucrum anniverſariorum, major videtur eſſe difficultas; in qua affirmativè, nempe in favorem ſenio confectorum, reſpondit Trentacinq. *variar. reſol. 56. lib.1.* per text. *in cap. unic. de cleric. non reſidentibus in 6. verſic. de diſtributionibus*, ubi idem ſtatuendum eſſe dicitur quoad non reſidentes, ratione quotidianarum diſtributionum, & ratione anniverſariorum

6 rum. † Unde Gemin. *in d. §. de distributionibus*, dicit distributiones quæ dantur pro anniversariis defunctorum, æquiparari distributionibus quotidianis; & illum qui non potest percipere de distributionibus quo-
7 tidianis, non posse percipere de anniversariis: † unde infert, quod si Capitulum canonicorum invitatur ad sepulturam canonici, qui personaliter non vadunt ad funus, non habebunt cereos, qui dantur canonicis qui funus comitantur. Idem tenet Lapus *alleg.* 43.
8 † Ubi quod appellatione quotidianarum distributionum continentur ea funeralia, quæ inter præsentes manualiter distribuuntur, ex eo quod intersunt
9 illi actui. † Adeo ut non valeat consuetudo, ut illi qui non intersunt, lucrentur sicut interessentes. † Et
10 quamvis inter DD. fuerit disputatum, utrùm anniversaria contineantur appellatione quotidianarum distributionum, in qua quæstione negativam sententiam amplexus fuit Cardin. Zabarella *in Clem. ut y qui, §. illi verò, de ætat. & qualit. num.* 15. Navar. *consil.* 13. *de cleric. non resident. num.* 2. Affirmativa tamen verior est, propter dispositionem text. *in d. cap. unic. de cler. non resident. in versic. finali*, & illam tenet Joannes Andreas *in d. cap. unic. in verb. anniversariis*. Gemin. *ibidem, in §. de distributionibus, in prin-*
11 *cipio*, Felin. *in cap. ad aures, num.* 2. *de rescriptis*. † Et propterea Sanch. *in consil. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dubio* 105. non solùm in terminis juris communis, existimavit lucrum anniversariorum deberi infirmis; sed etiam in casu quo testator mandaverit stipendium illud anniversarii solis præsentibus, & interessentibus acquiri; cùm infirmi pro interessentibus habeantur, & dispositio testatoris in dubio conformari debeat, & explicari secundùm dispositionem juris communis. Attamen sacra Congregatio die 10. Septembris 1639. in una Avenionensi Distributionum inter Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Agricoli, & D. Julium Michaëlem beneficiatum ejusdem Ecclesiæ, censuit eum qui, licèt absens, distributiones quotidianas lucratur, non posse percipere anniversaria defunctorum, & alia hujusmodi incerta pro Missis relicta, vel elargita.
12 Hoc tamen quod anniversariis; sub distributionum quotidianarum nomine comprehendendis dictum est, intelligo ut procedat, nisi ageretur de materia stricta, veluti de dispensatione: & ideo si summus Pontifex aliquem dispensaverit, ut possit lucrari distributiones quotidianas, sub tali dispensatione anniversaria non continentur; quia requirunt aliquam magis particularem interessentiam, quàm distributiones. Moneta *de distribut. quotid. part.* 2. *cap.* 14.
13 *num.* 22. Rot. *decis.* 59. *num.* 7. *part.* 7. *recent.* † Et in effectu propriè loquendo; anniversaria non comprehendi sub nomine distributionum, licèt gaudeant eodem privilegio; dixit Rota *decis.* 32. *num.* 6. & 7. *ead. part.* 7. *recent.*
14 Infirmos tamen non posse participare in eleemosinis quæ dantur pro Missis, quæ per Sacerdotes ejusdem Ecclesiæ celebrantur, declaravit Sacra Congregatio apud Barbos. *in decis. Apost. collect.* 258. *n.* 20.
15 Quod autem attinet ad absentes causâ studiorum, verum quidem est, ex dispositione juris communis fructus omnes, sed non etiam distributiones quotidianas illis deberi: per textum expressum *in cap. licet* 32. *de præbendis, versic. nolumus autem*, ubi nominatim dicitur, absentem causâ studii Theologiæ, fructus beneficiorum suorum percipere posse, & debere; non tamen quotidianas distributiones, quidquid dixerit Anton. Donat. de Matin. *dicto cap.* 140. *num.* 6. quia textus per eum allegati *in cap. relictum* 4. † & *in cap. tuæ fraternitati* 12. *de cleric. non resident.* non loquuntur de distributionibus quotidianis: similiter

text. *in cap. final. de magistris*, solùm loquitur de fructibus beneficiorum, non autem de distributionibus: imò Glossa *ibidem, in verb. interrogat*, clarè dicit, absentem causâ studii Theologiæ, non lucrari dictas distributiones quotidianas: quod etiam dicitur expressè *in d. cap. licèt* 32. *de præb.* per eum allegato: & *in cap.* 2. *de privileg. in* 6. ubi Gloss. *in verb. integrè*, notat studentes non lucrari distributiones quotidianas: sicut nec de hoc quidquam dicitur *in cap. cùm ex eo* 34. *de elect. in* 6. Constans igitur est regula, de jure communi non deberi distributiones absentibus ex causa studii, sed duntaxat alios fructus; atque ita declaravit Sacra Congregatio, teste Gonzal. §. 7. *præamial. n.* 179. de Marin. *dicto cap.* 40. *n.* 7. *versic. an autem absentes*, ubi alios casus excusationis absentium prosequitur, & bene exponit.

Quomodò autem, & cum quibus cautelis obti- 16
neri debeat dispensatio super residentia causa studii? Plenè explicat Pyrrhus Conradus *in tract. de dispens. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 21. *& seq.*

Hoc certum est, necessariam esse saltem Episcopi 17
licentiam, ut absens causa studiorum fructus beneficii lucretur, de Marin. *d. c.* 40. *n.* 6. † Quæ licentia de- 18
bet esse expressa, nec sufficit tacita. Ludovis. & *ibi* Adden. *decis.* 154. *n.* 8. Rota *decis.* 354. *n.* 15. *part.* 4. *recent.*

Præterea hoc intelligendum est de eo, qui abest 19
causa studii Theologiæ, non alterius facultatis: quia favore Theologiæ, adest dispositio juris communis: pro aliis verò facultatibus requiritur dispensatio Episcopi, vel Papæ, ut notavit Moneta *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 10. *n.* 7. & 8. † Quanquam & dis- 20
positionem *d. cap. licèt, de præbend.* procedere etiam favore studentium in jure Canonico, vel Civili, & in Grammatica, ostendat Ricc. *in prax. aur. resol.* 33.

Excipiendo tamen semper statuta, vel consuetudi- 21
nes particulares Ecclesiarum, ut ibi notat Moneta, nec non privilegia, qualia à summis Pontificibus Universitati Avenionensi pro studentibus concessa fuerunt.

Rursus non debet sufficere studium particulare: 22
quia illud non gaudet privilegio; sed debet quis studere in aliqua Universitate publica, quæ Rectorem habet, & alia privilegia Universitatibus concedi solita, cum authoritate Doctoralem gradum conferendi, qualis est nostra Avenionensis Universitas; ut
dicit Pyrr. Conrad. *de dispens. d. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 31. † Ubi 23
etiam refert Sacram Congregationem declarasse, quod sufficit incumbere studio Theologiæ, vel sacrorum Canonum, ut quis fructibus beneficii in absentia potiatur. † Reliqua de hac materia tractat Moneta 24
in d. tract. de distribut. quotid. part. 2. *quæst.* 10. Zerola *in praxi Episcop. part.* 1. *in verb. studium.* Quaranta *in summa Bull. in verb. residentia*; ubi notat † quod si 25
proventus beneficii in distributionibus quotidianis consistant, absens causa studii eas lucratur, dempta tertia parte ipsarum, quæ interessentibus accrescit. Quod etiam voluit Donat. de Marin. *d. cap.* 40. *n.* 7. *versic. an autem absentes*, qui dicunt hoc esse de mente Sacræ Congregationis.

Superest ut agamus de Canonicis existentibus in 26
actuali servitio Legati, aut Vicelegati: Et sanè idem dicendum est quod de existentibus in servitio Episcopi, ut lucrentur fructus beneficii; non tamen distributiones quotidianas, *cùm dilectus*, & *ibi* Glos. *in verb. fructus, de cleric. non resid.* & *ibi* DD. Joan. de Selv. *de benef. part.* 4. *q.* 6. *n.* 6. *in fine, juncto n.* 7. † Eodémque mo- 27
do, quamvis capellani & clerici Christianissimi Francorum Regis, ex privilegio Fœlic. Record. Clem. VI. Joan. Regi & Reginæ Francorum concesso, quandiu in eorum obsequio ministrant, à residentia excusentur, & fructus integros beneficiorum percipiant:

non tamen diaria, & honoraria ſtipendia, quæ diſtributiones nuncupantur, ulla percipere poſſunt: ut notat Addit. ad Joannem Selv. *de benefic. d. part.4. quæſt.6.num.1.* hac adhibitâ moderatione, ut numerus exemptorum non ſit major, quàm congruens
28 Eccleſiæ ſervitium pati poſſit. † Imò & ipſi ſummi Pontificis familiares, ceſſante ſpeciali privilegio, quotidianas diſtributiones in abſentia non percipiunt: teſte Moneta *in dicto tract. de diſtribut.quotid. part.2.cap.9.num.8. junctò num.23.* Barboſ. *in tract.*
29 *de canonic.num.1.& 3.* ubi † quod Cubicularii S.Domini noſtri Papæ ad buſſolam, Sanctitati ſuæ actu ſervientes, eaque de cauſa ab Eccleſia abſentes, non poſſunt petere quotidianas illas diſtributiones: atque ita declaratum fuiſſe per Sacram Congregatio-
30 nem. † Quæ idem declaravit in exiſtentibus in ſervitio Legati, teſte Barboſ. *ibidem, n.4.* & de familiaribus ſummi Pontificis, adeſt deciſio Rotæ 22.*num.15. part.5. recent.* ubi quod licèt ipſi lucrentur fructus, non tamen quotidianas diſtributiones.

31 Prætèrea excuſantur etiam à reſidentia Canonici aſſociantes Epiſcopum euntem Romam, ad viſitanda limina Apoſtolorum: quamvis Moneta *in dicto tract.de diſtributionibus quotid. part.2.quæſt.8.num.23.* revocet in dubium decretum Sacræ Congregationis deſuper factum, de quo per Garc. *de benefic.part.3. cap.2 num.349.* quo deciditur, Canonicos aſſociantes Epiſcopum euntem ad limina Apoſtolorum, vel ab eo ad hunc finem miſſos, non ſolùm fructus præbendarum, ſed etiam quotidianas diſtributiones lucrari: illud tamen decretum omninò obſervandum
32 eſſe ſæpiùs eadem Sacra Congregatio declaravit. † Et primò quidem certum eſt ex diſpoſitione juris communis, exiſtentes in ſervitio ſui Epiſcopi, aut illum viſitantem Apoſtolorum limina aſſociantes, dici occupatos in ſervitio ſuæ Eccleſiæ, & ad utilitatem ejuſdem: & ideò pro præſentibus haberi, & lucrari fructus ſuorum canonicatuum, ut notatur *in cap.de catero, & cap. ad audientiam, de clericis non*
33 *reſident.* & *ibi* DD. † Et propterea cùm Epiſcopus duos aſſumpſiſſet Canonicos, qui ſocii ſui itineris eſſent, dum ad Regis curiam proficiſceretur; non deberi aliquod ſalarium eiſdem Canonicis, ſed eos debere eſſe contentos lucro ſuarum præbendarum, quas percipiunt quaſi præſentes, deciſum fuit apud
34 Cabedo *deciſ.94. part.1.* † Et hoc procedit non ſolùm in Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, ſed etiam in Canonicis Eccleſiarum inferiorum. Riccius *in col-*
35 *lect.2686.* † Non tamen procederet in hebdomadariis, qui non habent dignitatem: ut *ibidem* notat Ricc.
36 juxta Novarium *deciſ.24.n.18. in fine, part.1.* † Ubi dicit, quod licèt Epiſcopus poſſit dare inſignia Canonicis, veluti almutium; non tamen hebdomadariis eà concedere poteſt, ſine ſedis Apoſtolicæ authoritate: ſed quoad diſtributiones quotidianas, ma-
37 jus eſt dubium, ex traditis per Monet. *loco citato.* † Et ideo pro reſolutione caſus, advertendum eſt in primis, quòd quando reditus omnes Eccleſiæ conſiſtunt in diſtributionibus; illæ ſuccedunt in locum præbendæ: & ideo abſens lucrari debet, ne alioqui privilegium conceſſum iſtis canonicis aſſociantibus Epiſcopum, vel ab eo miſſis ad viſitanda limina, remaneat inutile: ut notavit Quaranta *in ſumma Bullarum, in verb.reſidentia, verſic. quod autem communis,* & in Additione *in principio.* Gonzal. *ad regul.8.*
38 §.7.*proœmiali,num.205.* † & ideo Sacra Congregatio æquitatem ſequuta, ordinavit canonicum in ſervitio Epiſcopi exiſtentem, lucrari in abſentia duas tertias partes diſtributionum quotidianarum: aliam verò tertiam partem accreſcere intereſſentibus, teſte Barboſa *de Epiſcop.alleg.53. num.142.* Monet. *de diſtribut.quotid.part.2.quæſt.8.num.14. in fine, verſic. limitatur ergo.* Garc. *de benefic.part.3. cap.12. num.113. & ſequentibus, & num.351.& 353.* † Atque ita declaravit etiam Sacra Congregatio ſub die 13. Januarii 1635. inter venerabile Capitulum Eccleſiæ Sancti Agricoli, & R.D. Evangeliſtam Roſati, tunc ejuſdem Eccleſiæ Canonicum: ita ut de veritate hujus concluſionis non ſit amplius diſputandum. Sed ut res clarior & ſine ambiguitate remaneat; varii caſus diſtinguendi ſunt, ut ſciatur quomodo Canonicus diſtributiones lucrari debeat, quando in illis conſiſtunt omnes fructus canonicatus. † Primus eſt, dum agitur de abſentibus causâ ſtudii, & hos lucrari diſtributiones, demptâ tertiâ parte, quæ præſentibus accreſcit, cenſuit Ricc. *in prax.aurea, reſol.495.n.3.* Sed contrarium tenet Garc. *de benefic. part.3. cap.2. num.353.* ex deciſionibus Congregationis præſidis per eum relatis *eodem cap.num.113. & 114.* & Later. *de benefic. lib.3. quæſt.27. num.154.* Et quidquid ſit, † abſentia causâ ſtudii non ſuffragatur obtinentibus parochiales: quia cùm non debeat de eis provideri niſi per concurſum, oportet eos eſſe capaces, & non egere ulteriori ſtudio. Barboſ. *in deciſ.Ant. in verb.ſtudium, collect.683.num.1.*

Secundus caſus eſt de eo, qui canonicatum, & ſimul Eccleſiam Parochialem obtinet: qui ex decreto Pii V. tenetur reſidere in Parochiali; & ſic integras percipit diſtributiones. Garcia *ibidem, num.353.*

Tertius eſt caſus de abſentibus cauſa inimicitiarum, vel propter ſervitium Epiſcopi: & hoc caſu debet fieri detractio tertiæ partis diſtributionum, quando in eis omnes beneficii reditus conſiſtunt. Garcia *d.num.353.*

Quartus caſus eſt de aſſociantibus Epiſcopum viſitantem limina: & hoc caſu, ſalva determinatione Sacræ Congregationis, videtur quod illi lucrentur integras diſtributiones, quando in illis reditus omnes conſiſtunt, ſine detractione tertiæ partis: quia ex notatis per Garc. *loc.citat.num.348.* conſtat quod Canonici exiſtentes in ſervitio Epiſcopi, ſingulariter non poſſunt percipere diſtributiones quotidianas: ad quam regulam duæ dantur limitationes. Prima eſt *num.351.* ubi id limitat non procedere, quando fructus canonicatus conſiſtunt in ſolis diſtributionibus quotidianis. Secunda eſt, quando Canonicus comitatur Epiſcopum euntem ad limina, ut *ibidem, num.349.* quo caſu dicit ſimpliciter Canonicum percipere diſtributiones: ſed in quarto caſu, aſſerit duas tertias partes duntaxat percipi poſſe; & ita ſimpliciter abſque mentione detractionis tertiæ partis de viſitante, vel aſſociante ad limina Epiſcopum, tradit Barboſ. *ad Concil.Tridentſ. ſeſſ. cap.12.num.101.* Ricc. *in prax.ver.fori Eccleſiaſt. deciſ.498. num.3.* Idem Barboſ. *de Epiſcop. allegat. part.3.num.159.*

Iſtud autem privilegium viſitantibus limina nomine Epiſcopi, aut eum aſſociantibus Canonicis non ſolùm competit tempore quo itur ad limina, ſed etiam tempore reditus: quamvis Epiſcopus ad alia loca proficiſceretur, ex doctrina Baldi *in l. ſi ti, Cod.de oper.libert.num.15. verſic.dubitatur.* ubi dicit, quod tempus abſentiæ pro ſervitio requiritur & ſalarium debetur etiam pro diebus itineris: ſic text. *in l. qui mittuntur, §. penult. ff. ex quibus cauſis major.* ubi ad hoc eſt bonus textus: & duo dicuntur infimul fuiſſe in ſtudio, aut alio negotio, licèt unus venerit priùs alio. Bartol. *in l.quid ergo, §. quod ff.de his qui notant.infamiâ.*

47 Sed quæres, utrùm valeat consuetudo, vel statutum ordinans, quod ij qui non intersunt officio divino percipiant distributiones quotidianas? Respondetur non valere. Probatur ex Concil. Trident. *sess.24.cap.12.* ibi: *Reliqui quavis collusione, aut remissione excluſi*; & determinavit Sacra Congregatio de remissione harum distributionum loquens apud Garc. *de benefic.part.3. cap.2. num.432.* & probatur *in cap.unic.de cler.non resident.* ibi: *penitus improbantes.* Burat. *decis.193.num.19.& seq.* Barbos. *de Episcop.part.3.alleg.53. num.140.* & vide Sanch. *in consil.moral.lib.2.cap.2.dubio* 110. & 111. ubi bene explicat utrùm valeat consuetudo, quod absentes lucrentur distributiones: & Paulus Rubeus *ad de-*
48 *cis.576.num.159. & 170. art.4. recent. tom.3.* † Exceptis tamen certis casibus, & ob justam causam, de quibus Moneta *de distribut.quotid.part.2.quæst.12. num.42.*

CAPUT CIII.

De potestate, & authoritate Definitorum inter religiosos. Vtrùm Superiores illorum opinionem petere, & sequi teneantur? Et utrùm ad antiquos Definitores, an verò ad novos spectet facere regulamenta, & definitiones generales, totius ordinis statum & vivendi normam concernentes.

SVMMARIVM.

1 *Definitorum potestas quæ sit in religiosis ordinibus: & utrùm eorum vota sint consultiva tantum, an verò deliberativa.*
2 *Vota Definitorum sunt deliberativa, si constitutiò requirat eorum consilium, & consensum.*
3 *Si solùm requiratur consilium Definitorum, licèt Superior illud sequi non teneatur; tamen debet illud petere, & expectare.*
4 *Cessante consuetudine, vel constitutione contraria, votum Definitorum debet requiri, & secundùm illud fieri.*
5 *Quando consilium alicujus requiritur qui est socius in officio, non solùm exquirendum est, sed etiam sequendum.*
6 *Definitores sunt participes officii cum Superiore ordinis regularis.*
7 *Definitorum potestas regulatur juxta consuetudines, & statuta cujuslibet religionis.*
8 *Definitiones generales bonum, ac statum concernentes facere, spectat ad solos Definitores antiquos religionis, cessante contraria consuetudine.*
9 *Definitiones verò locales, aliisque actus particulares concernentes facere spectat ad novos Definitores, ex constitutionibus religionis, quæ sic debent intelligi.*
10 *Definitionum appellatione continentur regula bonum generale concernentes.*
11 *Quando agitur de revocatione antiquæ observantiæ, stricta fieri debet interpretatio.*
12 *In præjudicium jurisdictionis ordinariæ, verba non debent sumi in latiori significatione.*
13 *Illa interpretatio in dubio fieri debet, quæ est verisimilior, & ex qua non sequitur absurdum.*

DEfinitorum apud religiosos magna est potestas secundùm cujusque ordinis & regulæ approbatas constitutiones, aut consuetudinem concessa. Hi sunt selecti quidam Patres, qui Superioribus assistunt ad decisionem graviorum negotiorum; & in quibusdam religionibus votum habent consultivum duntaxat, quorum opinionem requirere tenetur Superior; sed non sequi: in aliis verò decisivum, seu deliberativum, quorum sententiam exquirere & sequi Superiores omninò tenentur: ut explicat Hieron. Roder. *quæst.regul.resol.51.num.1.& 2.* Mirand. *in manual. Prælat.regul.tom.2.quæst.17.n.1.& 2.* 1

Si constitutio dicat procedendum esse cum consilio, & consensu Definitorum, non solùm debet Superior exquirere consilium, sed saltem majoris partis Definitorum consensum habere tenetur. Lezan. *in summa regul.tom.4.in verb. litteræ Apostolicæ, num.21.* 2

Si solùm requiratur consilium, ad duo tenetur Superior; nempe ad petendum consilium, & ad expectandum ut illud detur: & actus ante datum consilium factus, nullus est. Abbas *in cap.ex parte, de constit.* & habetur *ex cap. cùm in veteri, de elect.* Emanuel Roderic. *tom.2. quæst.regul.103. art.1.* 3

Sed regulariter cessante constitutione, vel consuetudine religionis contrariâ, Superior tenetur sequi sententiam majoris partis Definitorum; ex regula generali, † quod quoties quis debet judicare vel actum facere de consilio alicujus, qui sit cum eo particeps officii; illius votum non solùm requirere, sed etiam sequi, & secundùm illud judicare tenetur: ut notat Vant. *in tract.de nullit.ex defect. jurisdict.ordin. num.152.versic. & stantibus hujusmodi.* 4 5

Definitores autem sunt officii participes cum Superiore: ergo votum illorum Superior sequi tenetur. Mirand. qui sic arguit *dicto tom.2.quæst.17.art.2. in 4.conclus.versic. & præterea.* Plura de consilio exigendo, tradit Tusch. *in verb. Consilium, conclus.769. per totam.* 6

Licèt igitur variæ sint constitutiones in diversis ordinibus regularibus, juxta cujuslibet ordinis consuetudinem: ut dicit Emanuel Rodericus *tom.2. quæstion.regul.45.art.1.* Tamen ex his quæ in facto supponebantur Respondi, † ad solos Definitores antiquos spectare munus definitiones, & decisiones faciendi, bonum publicum totius ordinis concernentes; quæ pro regula & modo vivendi in futurum observari deberent. † Reliqua verò acta capituli, quæ vel particulare certorum locorum bonum, vel nonnullorum particularium negotia concernunt, ad novos Definitores pertinere debere: cùm enim tam ex consuetudine, quàm ex summi Pontificis constitutione consuetudinem illam confirmante, ad Definitoris Generalis electionem, necnon ad quascumque ordinationes, definitiones, ac declarationes in primis & ante omnia procedendum esset: certum est, quod definitiones generales fieri debent per antiquos Definitores, quorum potestas, dum eæ fiunt, adhuc durat: at verò jus faciendi alia acta Capituli, veluti acceptationes conventuum, impositiones pœnitentiarum, receptionem novitiorum, ex statuto, seu constitutione, & alia hujusmodi, quæ generale bonum minimè concernunt; ad ipsos quoque Definitores novos pertinere. Cui juri & facultati nullo modo fuit derogatum per constitutiones Capituli generalis; quæ definitiones, seu decisiones, ante electiones quascumque, ab antiquo Definitore fieri mandarunt. † 7 8 9
Quia definitionum, aut decisionum appellatione, solùm ea continentur, quæ regulam aliquam in 10

futurum obſervandam continent; ac veluti certum canonem vivendi normam concernentem: ut habetur in Lexico juris, *in verb. definitio ſumitur*, & tradunt Addent. ad Dec. *in l. omnis definitio* 203. *ff. de reg. jur.* Ergo alia acta capitularia quæ non reſpiciunt generalem vivendi regulam, ac normam, non ſunt talia, ut definitionis appellatione contineri queant: non cenſetur itaque per novam conſtitutionem derogatum antiquæ novorum Definitorum
11 poteſtati. † Quia cùm agatur de antiquæ conſuetudinis & obſervantiæ revocatione, non eſt recedendum à proprietate verborum: ſed ſtricta fieri debet
12 interpretatio. † Præſertim cùm agatur de favorabili, & ordinaria poteſtate Definitoribus novis de jure, & conſuetudine competenti. Tuſch. *lit V, concluſ.* 91. *num.* 1. Barboſ. *axiomat.* 222. *num.* 4.

13 Addatur quod non eſt veriſimile, Definitoribus antiquis Vicarii generalis abſoluti viſitatorum, vel ipſorummet Definitorum correctionem, & coarctationem in caſu delicti fuiſſe attributam; quam tamen haberent: & ſic vel in propria cauſa jus dicerent, vel in cauſa ſuorum in officio ſociorum, erga quos plus debito indulgentes eſſe poſſent: Ideo ad hoc evitandum, veriſimilius eſt poteſtatem illis datam ad ſola negotia tangentia Definitores Generales reſtringi debere: cùm ea verborum fieri debeat interpretatio, quæ magis ad id quod veriſimile eſt accedit. Surd. *conſil.* 431. *num.* 24. *cum ſimilib.* & omnis interpretatio fieri debeat, ut non ſequatur abſurdum, vel inconveniens. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 2. *tit.* 13. *num.* 1. *& alibi paſſim.*

Unde concluſum fuit, & (ut audio) obſervatum, antiquis Definitoribus ſolùm jus competere, definitiones & decreta generalia, non autem localia, nec particularia, aliáque acta capitularia ſimilia faciendi.

CAPUT CIV.

De jure dicimandi prætenſo per Eccleſiaſticos in aliena parochia. Quid debeat probari per prætendentem tale jus. Quomodo probetur poſſeſſio immemorialis, & ex quibus talis probatio elidatur. Dandum eſſe potius mandatum de manutenendo Parocho in paritate probationum. Et quis foveat meliora jura in petitorio.

SUMMARIUM.

1 *Parochus primitivus habet ſuam intentionem fundatam in toto territorio, pro exactione decimarum, & num.* 3.

2 *Quod ampliatur ut procedat in eo, qui per Vicarium curam exercet animarum: quia hac in re, Vicarius nihil prætendere poteſt; ſed ſua congrua contentus eſſe debet.*

4 *Prætendens decimas exigere in aliena parochia, habet contra ſe juris præſumptionem.*

5 *Titulus vel immemorialis poſſeſſio probari debet ab eo, qui decimas vult petere in aliena parochia.*

6 *Sola juris aſſiſtentia non ſufficit ut Parocho detur manutentio in exactione decimarum in ſua parochia.*

7 *Prætendens decimas in aliena parochia non debet vincere in poſſeſſorio, niſi etiam titulum probet, cum immemoriali poſſeſſione.*

8 *Quando data fuit dilatio ad probandum, & probatum habendum, teſtes producti in termino non poſſunt examinari extra terminum.*

9 *In dubio prævalere debent in materia decimarum teſtes pro Parocho, qui habent pro ſe juris aſſiſtentiam.*

10 *Quando probatio poſſeſſionis eſt turbida, ad petitorium deveniendum eſt.*

11 *Actus violenti non debent haberi in conſideratione in poſſeſſorio.*

12 *Quæ probanda ſint ad hoc, ut ſufficienter dicatur conſtare de immemoriali.*

13 *Vt excludatur probatio poſſeſſionis immemorialis, ſufficit quod adſit aliqua probatio in contrarium: imò ſufficit quod conſtet de contrario rumore, vel tumultu.*

PArocho non ſolùm dandum eſſe mandatum de manutenendo, adversùs Capitulum alterius Eccleſiæ, non obſtante ejus prætenſione, quæ fundata eſſe videtur in poſſeſſione, & præſcriptione juris decimandi: verùm etiam Parochum in petitorio definitivè à Capituli prætenſionibus abſolvendum eſſe, Dixi. † Quia Parochus primitivus habet ſuam intentionem fundatam pro exactione decimarum in toto ſuæ parochiæ territorio: & per conſequens in illa portione, de qua contendebatur; *cap. cùm contingat, cap. cùm in tua, de decim.* Ludoviſ. *deciſ.* 449. n. Novar. *lib.* 1. *quæſt. forenſ. cap.* 21. † Quod non ſolùm procedit in eo, qui curam animarum exercet actu, ſed etiam in eo, qui ipſam habet habitu; nempe ſerviendo per Vicarium: quia Vicarius nihil prætendere poteſt circa decimas; ſed ſola ſua congrua portione debet eſſe contentus. Ludoviſ. *deciſ.* 174. *num.* 7. & 8. † Unde ſolus Parochus habet pro decimarum exactione juris aſſiſtentiam, intra limites ſuæ parochiæ: *dicto cap. cùm contingat, & dicto cap. cùm in tua,* Seraph. *deciſ.* 802. *num.* 2. † Et è converſo, adversùs Capitulum prætendens decimas in aliena Parochia, adeſt juris reſiſtentia. Poſtius *de manut. obſerv.* 44. *n.* 1.

Ad hoc ut Capitulum obtinere poſſet adversùs Parochum, docere debebat de titulo, vel immemoriali poſſeſſione: quod tamen non fecit. Poſtius *dicta obſerv.* 44. *n.* 47. & 48. & poſt ejus relatum Rota *deciſ.* 187. *n.* 7. Mareſcot. *lib.* 1. *reſol. cap.* 11. *num.* 38. 39. & 40. Menoch. *conſil.* 36. *num.* 34.

Et licèt dubitari poſſet, utrùm Parocho ex ſola juris communis aſſiſtentia, dandum eſſet mandatum de manutenendo, ex traditis per Ric. *collect.* 101. Poſt. *obſerv.* 45. *num.* 42. & 43. & *ſeq.* tamen cum antiqua Parochi poſſeſſio, per plures teſtes hoc deponentes fuerat ſufficienter probata: & ſic non poterat Capitulum alterius Eccleſiæ prætendere manutentionem, quamvis crederet ſe poſſeſſionem ſuam per teſtes comprobaſſe: quia, ut mox dictum eſt, † ultra poſſeſſionem, debebat probare titulum vel docere de immemoriali poſſeſſione. Poſtius *citat. & obſerv.* 44. *num.* 19. ubi dicit interim dari manutentionem Parocho, donec conſtet de immemoriali, vel de præſcriptione per tres ſententias conformes. Rot. *deciſ. ſuperius allegata.* Giovagnol. *conſil.* 38. *num.* 32. & 33. *lib.* 2.

Neque teſtes examinati adversùs Parochum poterant illius intentioni, quia omiſſa illius oppoſitione, quæ dabatur adversùs illorum examen, † nempe quod licèt producti fuiſſent in termino, tamen fuerant examinati poſt terminum, & diligentem Capitulo aſſignatam ad probandum, & probatum

tum habendum per omne genus probationis : quo casu testes producti in termino, non possunt examinari extra terminum : Farinac. *de testib. quæst.* 80.
9 *num.* 85. & 86. † cùm adessent testes pro utraque parte examinati; illi verò qui deponebant pro Parocho, essent majoris fidei, & pertinentiùs deponerent, & essent numero plures, prævalere debebant: cùm tamen in dubio præferendi essent testes deponentes in favorem Parochi, qui pro se juris habebat assistentiam. Postius *de manutent. observ.*71.*n.*90.97. & 109. Rota *post ejus tract. decis.*158.*n.*7.

10 Et in omnem eventum negari non posset, quin probationes, & possessio turbida redderetur : quo casu videndum est de juribus partium in petitorio. Gratian. *discept.forens. cap.*450. *num.*41. & *cap.*870. *num.*19. Veral. *decis.*200.*part.*2. Postius *observ.*59. *num.*1.2.& 3. cum *ibi* citatis. Mantic. *decis.*95.*n.*10. & interim deberet fieri sequestrum. Postius *dicta ob-*
11 *serv.*71. *n.*125. † Maximè quia si quæ possessio ex parte Capituli probaretur, constabat illam fuisse factam per violentiam, & actus violentos : & propterea non suffragari Capitulo. Giovagn. in terminis *consil.*28 *num.*18.*volum.*2. Surd. *consil.*262.*n.*73. & *consil.*419.*num.*35.

12 In meritis autem non constabat de juribus Capituli, cui incumbebat onus probandi titulum, vel possessionem in memorialem : ut est textus expressus *in cap.*1. *de præscript. lib.*6. pro cujus immemorialis probatione oportebat, ut testes deponerent de visu per quadraginta annos ante motam litem : & quod ita audiverant à suis majoribus, qui ab aliis suis majoribus ita dici audiverant : & quod ipsi, nec majores sui quidquam viderunt, vel audiverunt in contrarium ; necnon deponere debebant de publica voce, aut fama, per hæc verba : *fuit, & est.* Ludovis. *decis.*196. *num.*1. & *ibi* Addent. *num.*3. juncta Glos. *in d. cap.*1.*in verb.memoriam, de præscript.in* 6. non enim dicitur constare de immemoriali, nisi omnes testes sint conformes, & contestes in omnibus prædictis requisitis. Mantic. *decis.*289. *n.*4. & debent omnes testes prædicta requisita recensere explicitè, non se referendo ad articulos ; necnon debent deponere per hæc verba : *& citra.* Marescot. *lib.*2. *var.resol.cap.*100.*num.*10.& 11. & ita ut si unus ex testibus deficeret in aliquo ex prædictis requisitis, fidem non faceret ad effectum probandi immemorialem. Rota *divers.decis.*557. *in fine, part.*4.

13 Præterea, cùm per plures testes constaret de continuata Parochi possessione in percipiendo decimas in territorio contentioso, ex hoc solo excludebatur probatio contrariæ immemorialis possessionis : quia ut de ea constet, necesse est, ut testes deponant, quod nihil actum fuit in contrarium : unde enervatur probatio immemorialis possessionis, cùm constet de pluribus actibus contrariis. Rota *decis.* 254. *num.* 3. & *decis.* 324. *num.* 13. *part.*1. *recent.* & *decis.*248. *num.*7. *part.* 2. *recent.* Imò ad exclusionem immemorialis, sufficit quod constet de solo rumore, & tumultu in contrarium. Additio ad Ludovis. *decis.*298.*num.*13. Unde pro parocho concluſum fuit adversùs Capitulum, sub præsuppositò veritatis probationum.

CAPUT CV.

Vtrùm Canonici Ecclesiæ Collegiatæ possint novam formam anniversariorum constituere, in præjudicium antiquæ fundationis, reducendo formam resolutionis ipsorum, ad formam distributionum quotidianarum, pro augendo cultu divino. Quod hoc fieri debeat cum authoritate Episcopi, & servando formam antiquam, ac proportionem solitam : ità ut qui plus lucratur, plus amittat; & portiones absentium acquirantur præsentibus, quando certa massa, vel portio esset assignata anniversariis, distincta à massa capitulari.

SUMMARIUM.

1 *Qua sit differentia inter fructus beneficiorum, & distributiones quotidianas.*
2 *Portio fructuum beneficiorum privilegiata qua dicatur, & in quo consistat.*
3 *Distributiones quotidianæ propriè sumptæ in quo consistant.*
4 *Quod solvitur Canonicis pro tota die, quando uni ex divini officii horis intersunt, non est distributio quotidiana.*
5 *Beneficiatis non competit præbenda ; sed vocatur portio, vel quasi præbenda.*
6 *Canonici pro augmento cultus divini possunt facere constitutiones super lucro distributionum.*
7 *Capitulum Canonicorum, sine interventu Beneficiatorum, potest statuere super anniversariis.*
8 *Capitulum nihil potest statuere in præjudicium antiquarum consuetudinum Ecclesiæ.*
9 *Solus Episcopus potest statuta condere circa formam officii, & eorum quæ inde dependent.*
10 *Anniversariorum distribuendi formam consuetam Capitulum sine Episcopo alterare nequit.*
11 *Capitulum circa formam distributionum solvendarum, constitutiones facere verum quidem est; sed intelligendum, dummodò nihil innovetur circa antiquas consuetudines Ecclesiæ.*
12 *Canonici non possunt facere conclusionem, per quam eorum portio ex anniversariis fiat major, in præjudicium beneficiatorum, seu portionariorum.*
13 *Quæ debentur illis qui intersunt uni ex horis Canonicis, non debent reduci ad formam distributionum.*
14 *Capitulum etiam cum authoritate Episcopi nihil facere potest contra jus commune.*
15 *Mutatio status Ecclesiæ quoad residentiam pro augmento cultus divini fieri potest ; sed non sine authoritate Episcopi.*
16 *Distributionum eadem debet esse regulariter proportio, & anniversariorum juxta Ecclesiæ consuetudinem.*
17 *Anniversaria, pro quibus adest corpus separatum à massa capitulari, non debent accrescere Capitulo pro absentium portione ; sed solis præsentibus, & inter eos distribui.*
18 *Si ex massa capitulari certa portio præsentibus detur, portio deficiens accrescit Capitulo, non autem interessentibus.*

PRæsupponebant Beneficiati cujusdam Ecclesiæ Collegiatæ, quod per fundationem authoritate fœlic.record. Joan XXII. factam, constituti fuissent in dicta Ecclesia Prior, Canonici, & Clerici qui nunc sunt Beneficiati, assignatâ singulis præbendâ ; nempè Priori triginta librarum, Canonicis quindecim, Beneficiatis verò septem cum dimidia : eademque pro-

portio per fundationem ſervabatur quoad diſtributiones quotidianas, quæ omnibus ultra victum communem præſtabantur.

His non obſtantibus, Canonici, qui ſingulis annis ſoluebant, mediante perſona Oeconomi, Beneficiatis certam frumenti quantitatem, pro illorum præbenda, ſeu veriùs portione; cupiebant præbendam, ſeu portionem illam reducere in formam quotidianarum diſtributionum, punctuatores conſtituere, & abſentes privare.

Supponebatur etiam in eadem Eccleſia duo adeſſe, & adfuiſſe ſemper horrea; quorum unum magnum, aliud paruum nuncupatur: magnum pertinet ad corpus Capituli, paruum ad corpus anniverſariorum, quod deſtinatur pro celebrantibus magnas, & paruas miſſas; & magnæ quidem, per ſolos beneficiatos celebrari ſolent: paruæ, indiſtinctè per Canonicos & Beneficiatos.

Ex quibus ſequentes propoſitæ fuerunt quæſtiones decidendæ. Prima, utrùm Oeconomus, aut etiam Capitulum potuerit mutare formam ſolutionis illius portionis, quæ beneficiatis ſolui conſuevit, in formam diſtributionum quotidianarum. Secunda, utrùm caſu quo potuerit alterari forma conſueta, ſaltem cum authoritate Epiſcopi, debeat ad minus eadem portio ſervari quoad quantitatem diſtributionum, & aliàs quomodo fieri debeat reductio, & cui accreſcant abſentium, vel negligentium portiones.

1 Notandum eſt pro eruenda vera reſolutione propoſitarum difficultatum, quatuor eſſe Eccleſiaſticorum emolumentorum ſpecies. Prima eſt præbendarum, quæ ſunt quidem in certo numero, ſed non ſunt diſtinctæ. Secunda, quando præbendæ ſunt quidem diſtinctæ, ſed ſoluuntur de maſſa communi totius Capituli illis, qui reſident in loco, quamuis non aſſiſtant divinis officiis. Tertia eſt illarum, quæ diſtribuuntur inter illos, qui actualiter choro interſunt. Quarta comprehendit emolumenta quæ diuiduntur inter eos, qui perſonale ſervitium præſtant in certis divinis officiis, veluti anniverſariis, mortuariis, & aliis ſimilibus actionibus pietatis. Quas quatuor diſtributionum ſpecies, copioſè ſatis explicat Monet. in *tract. de diſtribut. quotid. lib. 1. quæſt. 3.*

2 Frumentum, quod Capitulum ſingulis annis tradere ſolitum erat Beneficiatis, deſumptum ex magno horreo, erat inter ſecundi generis diſtributiones, quæ ex maſſa capitulari capiuntur, & ſolis præſentibus, quamvis non intereſſentibus in choro, perſolvuntur: & hæc vocatur portio privilegiata, juxta Rebuff. *in Concord. tit. de collationib. §. 1. in verb. diſtributionum.* Ubi oſtendit, quod abſentes à choro admittunt diſtributiones propriè dictas, ſed non fructus groſſos. Quia portio privilegiata dicitur, quando omnes reditus ſunt communes, & percipiuntur per unum loco Capituli; & in fine anni fiunt certæ portiones ſecundùm privilegium, ſeu ſtatum, & cuilibet datur ſua portio: ſequitur Garſ. *de benefic. part. 3. cap. 2. numero 440. & ſequentib.* de quibus etiam agitur in *extravag. cum nonnulla 11. de præbend. & dignit. in §. præterea cùm in aliquibus.* Ubi dicitur, quod cùm panis, & potus pro certarum Eccleſiarum perſonis, de præbendarum ipſarum corporibus, pro quolibet deputetur; & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecuniæ ſumma, & aliquando alterum pro altero pro ſingulis menſibus vel hebdomadis de licentia Capituli abſentibus exhibeantur; tales ſummæ non de-
3 bent inter diſtributiones quotidianas numerari. † Sed eæ tantùm quæ Canonicis quotidie pro diurnis & nocturnis horis ſine fraude diſtribuuntur. † Quod 4
procedit, etiamſi ad lucrandas iſtas panis, & vini alterius rei præſtationes neceſſe eſſet, ut Canonicus aſſiſteret, & intereſſet ſingulis diebus alicui ex horis, ſeu officiis divinis; veluti matutino, vel veſperis, aut majori miſſæ: hoc enim non poſſet contineri ſub nomine diſtributionum, ſed potiùs accedit ad præbendam. Unde in multis Eccleſiis, qui intereſt uni ex horis officij divini, lucratur totam præbendam illius dici; non tamen lucratur diſtributiones quotidianas, niſi pro illa hora qua præſens eſt corporaliter, ut bene advertit Coſm. *ad pragmatic. ſanct. tit. quo tempore quiſque debet eſſe in choro, §. jubet etiam, in verb. diſtributiones.* Quia aliàs eſſet canonicatus ſine præbenda, quod eſſe non debet: *can. ſi quis objecerit, 1. quæſt. 3. cap. relatum, de præbend.* Et de hoc genere diſtributionum, ſeu potiùs emolumentorum, intelligendus eſt textus *in cap. olim 16. de verbor. ſignificat.*

Quamvis autem beneficiatis verè præbenda non 5
competat, & portio quæ illis datur pro præſentia in loco, quamvis divinis horis non interſint, non contineatur ſub nomine præbendæ; nihilominus tamen eſt quaſi præbenda, & portio nuncupatur: unde & beneficiati vocantur portionarij, ut dicit Puteus *deciſ. 431. num. 4. lib. 1.*

Unde pro reſolutione quæſtionis propoſitæ con- 6
cludendum videbatur, quod licèt ſolus Capituli Oeconomus antiquam formam ſolutionis præbendæ, & portionis hujuſmodi alterare non poſſet; tamen major videbatur ratio in Capitulo dictam concluſionem faciendi, cùm de jure ſolum Capitulum poſſit ſe congregare, & decreta ac ordinationes facere ſuper forma divini ſervitij, abſque eo quod beneficiati, ſeu portionarij talibus congregationibus interveniant, præſertim ad augendum cultum divinum, & dum reditur ad jus commune ratione reddentiæ, & ſervitij perſonalis. Abbas *in cap. cum omnes, in 2. notab. num. 1. de conſtitut.* & *ibi* Doc. *num. 3.* Felin. *numero 7. verſic. ſed ſi fortè.* Rota *deciſ. 375. num. 4. part. 2. recent. & part. 4. recent. deciſ. 60. & deciſ. 494. num. 6.* † Maximè verò quando agitur 7
de diſtributionibus anniverſariorum, ſuper quibus ordinare pertinet ad Capitulum abſque interventu Beneficiatorum, ſeu portionariorum. *Rota deciſ. 145. part. 5. recent. & deciſ. 32. num. 3. part. 5. deciſ. 76. numero 1. eadem parte, & deciſ. 305. numero 1. part. 6. recent.* Cæſar de Graſſ. *deciſ. 4. de his quæ fiunt à majori parte capituli.*

Sed tamen his non obſtantibus, pro parte Bene- 8
ficiatorum data fuit pertinens, ac juri & æquitati conformis Reſponſio. Quia licèt Canonici abſque portionariis conſtituant corpus Capituli, & ſtatuere poſſint circa cultum & ſervitium divinum: † Tamen in 9
cauſis arduis, & in quibus agitur de mutatione ſtatus Eccleſiæ, aut de alterandis antiquis ejuſdem conſuetudinibus, Capitulum nihil ſtatuere poteſt, aut debet, ut dicunt DD. *in d. cap. omnes, de conſtitut.* † Cùm 10
ſolùm permiſſum ſit Epiſcopo, ut novam conſuetudinem introducere poſſit in ſua Eccleſia, dùmmodo non conditionibus concurrentibus. Prima, quòd conſtitutio illa nova, ſit bona, & laudabilis. Secunda, quod interveniat conſenſus Capituli, *can. nova, 12. diſtinct. cap. cum conſuetudinis, de conſuet.* Franc. *c. unic. §. ſtatuimus, de cler. non reſident. lib. 6.* & *ibi* Geminian. *num. 4.* Joan. Andr. *num. 1.* † Et in propoſito 11
terminis diviſionis faciendæ de emolumentis anniverſariorum, quod Capitulum nihil poſſit ſtatuere, per quod alterentur antiquæ fundationes, vel conſuetudines Eccleſiæ, fuit deciſum per Rotam *deciſ. 12.*
num.

num. 11. *part.* 7. *recent.* confirmata per plures alias decisiones.

11 Non negatur quin Capitulum possit, servatis servandis, providere circa divisionem distributionum, & ipsius etiam grossæ: ut dicit Decius *in d. cap. cùm omnes, in 2. lectura, num.* 3. *versic. & supradicta locum habent.* Juxta Glos. *in cap.* 2. *in verb. statutum, de verb. signif.* Oldrad. *consil.* 56. *in fin.* Tusch. *litter. C, concluss.* 48. Sed hæ doctrinæ debent intelligi ut locum habeant, quando per talem Capituli constitutionem non fieret præjudicium antiquis Ecclesiæ fundationibus, aut consuetudinibus, quæ per novas, ratione præbendarum & portionum, mutari vel alterari non possunt: *cap. unic. de cler. non resident. lib.* 6. in illis verbis: *Iuxta cujuslibet Ecclesiæ ordinationem rationabilem.* Rota *d. decis.* 32. *num.* 3. *part.* 7.

Quod tantò magis in casu proposito concludendum est, quia corpus anniversariorum erat omninò separatum à corpore Capituli, retinendo massam & bursam omninò separatam, & horreum separatum: cùm magnum pertineat ad Capitulum; parvum verò spectet ad anniversaria: unde locus est generali regulæ, quod quando agitur de divisione pecuniarum ad bursam communem spectantium, antiquæ Capituli constitutiones observandæ sunt, & pecuniæ ad usum communem, non autem ad utilitatem nonnul-
12 lorum in præjudicium aliorum applicandæ sunt: † Ita ut non potuerint Canonici portiones suas ex anniversariis augere, in præjudicium Beneficiatorum. *Clem.* 2. & *ibi* Glos. *in verb. non ad alium, de religios. domib.* Rota *decis.* 413. *n.* 13. *part.* 5. *recent.*

Neque obstat quod opponitur, per novam hanc Capituli deliberationem fieri reditum ad dispositio-
13 nem juris communis. † Quia Respondetur, quod de jure portiones istæ non subjacent punctuationi, cùm debeantur solùm ratione residentiæ in loco, non autem interessentiæ in choro: ut per Glos. *in d. cap. unic. de cler. non resident. verb. improbantes, lib.* 6. & probatur per text. *in d. cap. cùm omnes, de constit.*

14 Ideo reducere anniversaria ad formam distributionum, contra antiquam consuetudinem, & fundationem, est statuere contra juris communis dispositionem: quod Capitulum etiam cum consensu Episcopi facere non potest. Oldrad. *consil.* 259. *num.* 6. Federic. de Senis *consil.* 17. *per tot.* Alex. *consil.* 106. *n.* 2. *lib.* 2. Burat. *decis.* 758. *num.* 13.

15 Non negamus tamen Episcopum cum assensu Capituli providere posse, & debere, ne divinus cultus negligatur; & ne pia fundatorum & benefactorum intentio elusoria reddatur; assignatâ certa portione, quâ absentes & non interessentes priventur: quia alioquin omnes recederent hora, quâ anniversarium recitari deberet: sed hoc spectat ad Episcopum, cùm agatur de mutatione status Ecclesiæ quoad residentiam. Oldrad. *consil.* 81. Decius *in d. cap. cùm omnes, in 2. lectura, n.* 3. cum aliis supra allegatis.

16 Hoc tamen casu servanda erit eadem proportio, quæ in distributionibus quotidianis, ut Canonici duplo plus habeant, & amittant, quàm portionarii. Prior verò, duplum similiter unius ex canonicis lucretur, & respectivè amittat; non autem in odium solùm portionariorum, aliàs decretum hujusmodi esset ambitiosum: *l. ambitiosa, ff. de decret. ab ord. faciend.* Felin. *in cap. cùm omnes, num.* 12. *de constit.* Jason *in l. civitas, num.* 10. *ff. si cert. petat.* Imol. & alii *in cap.* 1. *de consuetud.* quia non potest quidpiam decerni, aut statui in præjudicium tertii, Abbas *in d. cap. cùm omnes*, ubi dicit servandam esse æqualitatem, & antiquam consuetudinem, adhibitâ debit â proportione: & *ibidem* Decius *num.* 3.

Et ex prædictis resultat resolutio secundæ difficultatis, nempe distributiones anniversariorum quas post factum ab Episcopo regulamentum, absentes canonici, vel portionarii amittent, accrescere debere juxta proportionem consuetam in aliis distributionibus, & juxta fundationem observari solitam. Quia cùm omnes, tam Canonici, quàm Beneficiati collectivè vocentur ad eandem rem, & ad eosdem reditus pro anniversariis assignatos; ita ut in concursu partes facere debeant: sequitur ut si quis deficiat, & concurrere nolit, vel non possit; cæteri possint totum jure suo obtinere. Bellon *in tract. de jure accresc. cap.* 3. *quæst.* 2. *num.* 14. Covar. *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 13. *num.* 7. *versic. & sanè, ni fallor.* Quod autem certa quantitas fuerit pro anniversariis assignata ex tota massa fructuum, jam diximus: quia anniversariorum corpus est separatum à corpore Capituli, & habet suam massam distinctam à massa capitulari, & grana parvi horrei non sunt ad alium usum destinata, quàm ad utilitatem anniversariorum: ideo portio deficiens solis præsentibus accrescere debet, nisi aliter statuto, vel consuetudine caveatur: ut optimè docuit idem Bellon *de jur. accresc. cap.* 6. *quæst.* 47. *num.* 7. apud quem plures alii allegantur. † Aliud dicendum esset, si certa duntaxat quantitas ex massa capitulari solis præsentibus, & interessentibus assignata esset; neque reditus anniversariorum desumerentur ex massa particulari, & distincta ab horreo Capituli: tunc enim portiones, quibus absentes privarentur, accrescerent Capitulo, non autem præsentibus: ut ostendit idem Præses Bellon *d. quæst.* 47. *in primo casu.* Intellige servatâ semper cujusque Ecclesiæ consuetudine, à qua non est recedendum.

CAPUT CVI.

Vtrùm permutatio loci collegialis monachalis, fieri possit cum sacristia ejusdem ordinis: & an hæc præstimonia, seu portiones sint beneficia; an verò quid temporale. Beneficia, quamvis manualia, & regularia, permutari posse cum officiis monachalibus, vel beneficiis perpetuis; aut resignari etiam coram Papa in favorem certæ personæ. Et ex quibus inducatur tacita possessio. Quid circa tacitas professiones observetur in Gallia.

SUMMARIUM.

1 *Loca collegialia monachalia ad vitam, vel sine temporis limitatione concessa, sunt merè Ecclesiastica: secùs si ad tempus limitatum, &c. num.* 2.

3 *Loca collegialia perpetua, & onus spirituale annexum habentia, cum beneficiis permutari possunt.*

4 *Permutationes hujusmodi in Curia Romana passim admittuntur.*

5 *Beneficia regularia, licèt manualia, & amovibilia; tamen cum aliis beneficiis permutari possunt.*

6 *Beneficia manualia sæpè coram Papa resignantur.*

7 *Manualitatis beneficii expressio non est necessaria,*

quando narratur Papæ illud beneficium esse regulare.

8 *Tria requiruntur ad inducendam professionem tacitam in ordine regulari.*

9 *Tacitæ professiones non sunt abrogatæ per Concilium Tridentinum.*

10 *In Gallia tacitæ professiones non habentur in consideratione : sed hoc intelligendum est de tacitis professionibus Monachorum in Gallia degentium : secus est in professionibus tacitis factis in terris Ecclesiæ, etiamsi lis sit decidenda in Gallia.*

DUbitatum fuit de validitate permutationis cujusdam loci collegialis Monachalis, cum Sacristia ejusdem ordinis, in Senatu Gratianopolitano, ex duobus. Primò, cùm loca ista cõllegialia non sint verè beneficia, non potuerunt permutari cum dicta Sacristia : sunt enim potius quædam portiones Monachales, & præstationes temporales, quæ propterea cum beneficio permutari non posse videntur. Secundò, quia tempore permutationis, possessor loci collegialis nondum erat professus, nec per consequens capax Sacristiæ compermutatæ.

1 Non obstantibus istis difficultatibus, Dixi permutationem esse validam : quia loca collegialia in duplici sunt differentia ; aliqua enim sunt temporalia, & merè laïcalia, nullum habentia onus spirituale annexum ; & si aliquod habeant servitium, illud tale est, quod per laïcum potest expediri : & hæc non sunt beneficia, neque sub constitutionibus loquentibus de beneficiis continentur. Alia sunt perpetua, & onus spirituale annexum habentia ; & hæc propriè beneficiorum appellatione veniunt. Hanc distinctionem affert Staphil. *de liter. grat. tit. de stat. & qualit. benefic. n.4. & 5. versic. licèt contrarium.* Geminianus *cons.89. circa finem, versic. puto considerandam naturam.* Gonzal. *ad regul.8. glos.5.§.2.num.10.* Rebuff. *in tract. Nominat. quæst.9.n.26. & quæst.15. num.23. & in tract. de pacif. possess. num.90.* Lotter. *de re benefic. lib.1. quæst.35. num.1. & seq.*

2 Locus iste monachalis & collegialis, de quo agebatur, est, & erat merè Ecclesiasticus, & Beneficii Ecclesiastici appellatione dignus : quia non concedi solet ad tempus certum, & limitatum ; sed nemo ab eo per Superiorem amoveri potest (ut in facto suppositum fuit) absque alterius beneficii vel mansionis competentis assignatione : & hujus, & similium locorum possessores tenentur interesse personaliter divinis officiis, tam diurnis, quàm nocturnis in Ecclesia Collegii celebrandis, juxta legem fundationis ejusdem Collegii. In concursu quarum circunstantiarum negari non potest, quin hujusmodi loca sint verè beneficia Ecclesiastica. Gonzal. *d. glos.5. §.2.*

3 *num.12.* cum aliis suprà citatis. † Et ideò hæc loca, sive præstimonia, cum beneficiis Ecclesiasticis permutari possunt. Federic. de Senis *in tract. de permut. quæst.14.* Petr. de Ubald. *in eodem tract. n.6.* Cokier *de permut. benefic. lib.2. cap.6. num.1. & seq.*

4 Imò suppositum fuit in facto, loca ista Collegialia monachalia, cum beneficiis & officiis ejusdem ordinis Monachalis quotidie permutari consuevisse : & permutationes hujusmodi tam in Romana Curia, quàm in Legatione admitti : quod non fieret, si non essent ejusdem naturæ, cujus beneficia : quæ consuetudo optima est interpres in hac materia. Gonzal. *ad d. regul.8. glos.5.§.2. num.13.*

5 Neque obstat si opponatur omnia beneficia Monachalia esse manualia, & ad nutum Superiorum amovibilia. Quia qualitas ista non impedit quominus cum aliis beneficiis permutari queant : aut etiam coram summo Pontifice in favorem certæ personæ resignari : dicuntur enim vera, & perpetua beneficia, quando absque temporis limitati definitione concedi consueverunt, prout ea de quibus agitur : ut in facto suppositum fuit. Lotter. *de re benefic. lib.1. quæst.7. num.20.* post Feder. de Senis *consil.35. sub num.1.* Selva *de benefic. part.3. quæst.68.* quia, inquit, beneficium dicitur perpetuum, quod certo tempore non limitatur ; licèt detur ad beneplacitum Superioris : & in terminis permutationis beneficiorum regularium, quamvis sint utpluriùm amovibilia, tractat Cokier *in d. tract. de permut. benefic. part.2. cap.9.* Franciſc. Marc. *decis.318. num.2. part.2.* † Et quod etiam resignationes coram Summo Pontifice fiant de beneficiis manualibus & amovibilibus, tradit Addit. ad Paris. *de resignat. lib.2. quæstion.14. in fin.* & ipse Paris. *lib.2. quæst.11. num.1. & sequentib.* adeo ut sic à summo Pontifice provisus amoveri non possit : quia inferior non potest infirmare provisiones factas per Papam : ut per Paris. *in d. quæst.11. num.8. & seq.*

Imò nec necesse est narrare Papæ beneficium esse manuale, quia sufficit narrare illud esse regulare : cùm inde resultet qualitas beneficii manualis, & amovibilis ; & sic Papa per hanc expressionem sufficienter informatus censeatur de natura beneficii. Cassad. *decis.4. de præbend. & decis.12. num.8. & seq. eodem tit.*

Ad id verò quod de defectu professionis opponebatur, Responsum fuit, portiones illas monachales ex inveterata consuetudine, simplicibus clericis concedi solitas, qui adveniente legitimâ ætate professionem emittere, & ad professionem recipi debeant ; sed quia responsio ista consistebat in facto, nec plenè satisfaciebat ; ideo ad tollendas omnes difficultates, † fuit dictum constare de tacitâ professione, concurrentibus tribus circunstantiis. Prima, quod Monachus iste durante spatio decem, vel duodecim annorum, continuò gestavit habitum monachalem indistinctum inter novitios & professos. Secundò, quod cùm operam navasset per aliquot annos jam Canonico, non ignorabat ex adeo longi temporis in Monasterio perseverantia, tacitam induci professionem. Tertia, quod perseverantia illa fuit præsente ac sciente Superiore, qui poterat illam admittere ad professionem : ex traditis per Emanuel. Roderic. *tom.3. quæst. regul.17. art.1.* Sanch. *in præcept. decalog. lib.5. cap.3. num.14. & seq.* † Quæ tacita professio non est abrogata per Concilium Tridentinum, ut dicit Sanch. *loc. citat. num.36.* Hieronym. Roderic. *quæst. regul. cap.101. num.53.* † Et quia negotium tractabatur in Gallia, non poterat tamen opponi ordinatio Caroli IX. Molinæis lata, &c. Quia tacita ista professio repetitur facta in Curia Avenionensi, & per consequens non est attendenda Regis ordinatio, cùm nos summo Pontifici immediatè subjecti ; & locus contractus, hoc est dictæ professionis, in qua religiosus cum Monasterio se obligat, sit attendendus : ad tradita per Bar. & alios *in l. cunctos populos, Cod. de summa Trin. & fide Catholica.*

CAPUT

CAPUT CVII.

De contractibus factis per aliquot Moniales, per modum hospitij in aliqua civitate degentes, ante actualem Monasterij erectionem. Et quod antea non dicatur contractus capitulariter gestus, & Moniales ibidem remanent, & contrahant uti particulares, non uti Monasterium.

SUMMARIUM.

1 *Monasteria sine authoritate sedis Apostolicæ, & assensu Episcopi, de novo in aliquo loco nequeunt erigi.*

2 *Concilium Tridentinum, licèt in erectione Monasteriorum Episcopi licentiam requirat; non excludit authoritatem sedis Apostolicæ.*

3 *Episcopus non potest erigere Collegium Monialium, nisi prævia observatione contentorum in Bullis Apostolicis.*

4 *Collegium contrà voluntatem Principis erigi non potest.*

5 *Moniales, ante actualem Monasterij erectionem, considerandæ sunt uti personæ particulares.*

6 *Monasterium antiquius non potest præcedere novum, si antiquius nondum in formam conventus fuerit erectum, nec adimpleta requisita omnia contenta in Bulla erectionis.*

7 *Contractus omnes Monasterij fieri debent capitulariter, & Capitulo legitimè congregato.*

8 *Religiosi tanquam particulares, non possunt obligari, vel contractus celebrare.*

9 *Probationes respicientes validitatem actus, fieri debent eo modo, ut percutiant tempus celebrati contractus.*

MOniales quædam ex Episcopi concessione accesserant ad civitatem; ut in ea per modum hospitij, per aliquod tempus remanerent, donec domum, Ecclesiam & clausuram competentem, ejusdum Episcopi, & sanctæ Sedis interveniente authoritate habuissent. Interea temporis congregatæ, ut dixerunt capitulariter, domum emerant, & se ad pretij satis magni solutionem obligaverant. Dixi contractum istum nullum esse, & invalidum: quia dictæ Reverendæ Moniales contrahentes haberi debebant pro personis particularibus, nec poterant corpus Collegij seu Monasterij constituere: † cùm sine 1
authoritate Episcopi & sanctæ Sedis Apostolicæ nova Monasteria erigi non possint: ut diximus *suprà cap. 23. num. 6.* & tradit Hieron. Roderic. *quæst. regul. 55. num. 3.* ubi de authoritate Episcopi: & Con- 2
cil. Trident. *sess. 25. de regular. cap. 3.* † Et quamvis Concilium non faciat mentionem de authoritate sedis Apostolicæ, non tamen ex eo censetur derogasse dispositioni juris communis illam requirentis, in *cap. 1. de excessib. Prælat.* ut tradit Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. in verb. Monachi, §. 2.* Barbos. *de Episcop. allegat. 26. numero 4.* Quod etiam summus Pontifex Urbanus VIII. constituit in suo decreto edito die 28. Augusti 1624. ut refert Tambur. *de jur. Abbatiss. & Monial. disput. 34. quæst. 1. numero 6.* Tantùm autem abest ut hoc casu summi Pontificis aut Episcopi interveniret authoritas in hujus Monasterij erectione; quin potius ipsemet Episcopus solùm concesserat facultatem duabus, aut tribus Monialibus, habitandi in illo loco per modum hospitij, donec conditiones requisitæ per Bullam erectionis Monasterij authoritate Apostolica factam fuissent executioni demandatæ; & Monasterium completum: & sic Religiosæ illæ non poterant constituere Collegium, resistente Papæ, & Episcopi voluntate. Papæ quidem, ob non impletas conditiones rescripti: † Episcopi, quia non Monasterium, sed 3
hospitium permiserat; nec plus illis ante adimplementum conditionum in Bulla contentarum permittere poterat. Non igitur erat adhuc constitutum Collegium: *l. 1. §. quibus, in princip. ff. quod cujusque universi. nom.* Socin. *in l. 1. §. municipes, num. 4. versic. & sic potest. ff. de acquir. possess.* Rota apud Burat. *decis. 795. num. 3. & 4.* † Ubi decidit, quod cùm in Bulla 4
inter cætera requireretur, quod habitatio esset ad formam Monasterij redacta, negari non potest quin dici nequeat Collegium, resistente nimirum voluntate Papæ, Ferrer. ad Guid. Pap. *decis. 258.* & non potest Capitulum congregari, nec Moniales contrahere sine authoritate Abbatissæ; quæ nulla erat adhuc constituta, ut post Joan. Andr. *in cap. cùm omnes, de constit.* & Paul. de Castro *in l. 1. §. in filij, ff. ad Trebell.* dicit Lezana *in summa regul. part. 2. cap. 12. num. 24. versic. sine prioris.* † Et propterea dictæ Mo- 5
niales in contractu emptionis, de quo agebatur, non poterant considerari tanquam capitulares, nec uti facientes corpus Monasterij; sed tantùm uti personæ particulares: prout etiam fuit consideratum *in dicta decis. 795. num. 2.* apud Burat. † ubi fuit decisum 6
præcedentiam esse concedendam Monachis Olivetanis: quia constituebant Collegium; adversùs Monachos Montis Virginis: quia licèt ibi essent plures Monachi sub uno Superiore, vel Priore; tamen quia nondum erant adimpleta requisita per Bullam Pontificiam, ibi non degebant tanquam constituentes unum corpus Collegij: sed uti particulares. Quod etiam consideravit Rota in duabus aliis decisionibus apud Tamburinum *de jur. Abbat. decis. 110. num. 4. & decis. 102. num. 2.* Non potest igitur ulla ratione validus esse contractus dictæ exemptionis, quoad Moniales sic per modum hospitij residentes; sine mandato Abbatissæ & Monasterij à quo dependent; sive puellas istas consideremus uti Moniales, sive uti privatas. Non uti Moniales, quia non constituunt corpus Capituli, ut jam dictum est: † & tamen contra- 7
ctus omnes fieri debent capitulariter, & Capitulo legitimè congregato. Rota *decis. 204. n. 8. & 9. part. 4. divers.* & notatur in *cap. novit, & cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælato sine consens. Capit.* † Nec uti sin- 8
gulares personæ, cùm essent mortuæ mundo: & sic contractus inire proprio nomine non potuerint. *Authent. ingressi, Cod. de sacrosanct. Eccles.* Tusch. *liter. M, concl. 319. num. 28. & 29.*

Nec obstat, quod dictæ Moniales plures alios contractus fecerint. Tum quia illi eodem vitio nullitatis laborant, etiamsi in præsentia Episcopi, vel ejus Vicarij facti fuissent: quia illi dispositioni juris communis, necnon dictæ Bullæ Apostolicæ non poterunt derogare: tum etiam, quia tales contractus facti fuerant longè post dictum contractum exemptionis; & sic non esset inconveniens, quod illo intermedio tempore, omnia per Bullam Apostolicam requisita fuissent adimpleta. † Certum est autem, probatio- 9
nes respicientes actus validitatem percutere debere tempus, quo talis actus fuit celebratus. Seraph. *decis. 1172. num. 2.* Burat. *decis. 175. num. 17.*

Et ex his judicatum fuit, contractum emptionis

Domini

Domini d'Albaron factum per Moniales Sancti Bernardi in civitate Cavallionis, nullum eſſe; & ita fuit executioni demandatum: dictuſque Dominus d'Albaron domum ſuam repetere coactus fuit.

CAPUT CVIII.

De declaratione facta per moribundam pro exoneratione conſcientiæ, quod læſio ultra dimidium juſti pretij intervenerat in contractu per eum aliàs celebrato; utrùm talis confeſſio præjudicet hæredi, vel filio legitimam petenti. Et de vi, ac efficacia ſimilium declarationum in articulo mortis, pro exoneratione conſcientiæ factarum; utrum gaudeant privilegio piæ cauſæ. Et de contractu ſine ſolemnitate ſtatuti facto per mulierem, aut minorem, ad exonerationem conſcientiæ: Et utrum confeſſio illa ſit revocabilis.

SUMMARIUM.

1 *Confeſſio facta in exonerationem conſcientiæ, cenſetur facta ob piam cauſam.*
2 *Confeſſio illa valet nemine acceptante facta, ſeu parte abſente.*
3 *Subſtitutio pupillaris excludit matrem à legitima, quando facta fuit in exonerationem conſcientiæ.*
4 *Quod procedit, maximè ſi illa confeſſio fuerit juramento roborata.*
5 *Confitens ſe aliquid habere depoſitum, vel pignus, obligatur irrevocabiliter, ſi id fecerit pro exoneratione conſcientiæ.*
6 *Favore animæ facta confeſſio præjudicat, & diſponit.*
7 *Confeſſio incerta ſuſtinetur favore piæ cauſæ.*
8 *Legatum pro ſalute animæ factum dicitur pium.*
9 *Quando agitur de tertij præjudicio, non ſufficit declaratio teſtatoris ſub prætextu conſcientiæ facta, niſi aliundè probetur ipſum habuiſſe in illa re conſcientiam læſam.*
10 *Legatum ad pias cauſas probari poteſt per duos teſtes.*
11 *Confeſſio patris ad pias cauſas, non præjudicat legitimæ filij.*
12 *Legatum pro reſtitutione malè ablatorum, debet per intrinſecas probationes juſtificari.*
13 *Confeſſio pro exoneratione conſcientiæ, non præjudicat hæredi in ſua falcidia.*
14 *Legatum pro certis malè ablatis, ſecundùm aliquos, non dicitur factum in cauſam piam: quod explicatur ibidem.*
15 *Dum quæritur utrùm diſpoſitio ſit ad pias cauſas, inſpicitur potiùs cui detur, quàm cauſa propter quam datur.*
16 *Confeſſio adminiculari debet, quando agitur de legato facto pro conſcientiæ exoneratione.*
17 *Læſio prateriti temporis etiam per peritos probari poteſt.*
18 *Minor, vel mulier ſi contraxerint ſine ſolemnitatibus, pro exoneratione conſcientiæ, illorum confeſſio debet per adminicula roborari.*
19 *Confeſſionem pro exoneratione conſcientiæ factam fidem facere, & obligare hæredem, verius eſt.*
20 *Et ex hoc oritur obligatio non uti rei debitæ, ſed uti teſtamento relictæ.*
21 *Confeſſio illa non nocet creditoribus, nec filio quoad legitimam, nec hæredi quoad falcidiam.*
22 *Deciſionem 237. Vincent. de Franch. Rota Romana approbavit.*
23 *Hæres poteſt probare quod teſtator fecerit confeſſionem falsâ credulitate motus, & docere de errore.*
24 *Plura de confeſſione facta in teſtamento. Remiſſivè.*
25 *Confeſſio prædicta revocari poteſt.*
26 *Fallit ſi fuerit jurata.*

DEclaraverat quidam moribundus læſionem enormiſſimam interveniſſe in quodam contractu venditionis, & ideo pro exoneratione ſuæ conſcientiæ mandaverat hæredi, ut prædium venditori reſtitueret: Unde dubitatum fuit, utrùm talis declaratio eſſet valida, & hæredi præjudicaret? Pro validitate dicebatur dictam confeſſionem probari per duos teſtes omni exceptione majores, Sacerdotes, quorum unus erat ex venerabili Capucinorum ordine, & ex Illuſtri familia oriundus: † & cum facta fuiſſet pro exoneratione conſcientiæ, cenſebatur facta favore piæ cauſæ; & videbatur deberi tanquam æs alienum, quod ipſi etiam legitimæ præfertur: *l. Papinianus, §. 4. ff. de inoffic. teſtam.* cui anima cæteris omnibus rebus anteponenda eſt: *l. ſancimus, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* † Ideo declaratio & confeſſio prædicta, quamvis abſente parte facta, plenè probabat prædictam læſionem in præjudicium hæredum ipſius, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de teſtam. in verb. ſi abſque liberis moreretur, num. 26.* ubi dicit † quod licèt ſubſtitutio pupillaris tacita non excludat matrem à legitima; tamen illam excludit, ſi pia cauſa pro exoneratione conſcientiæ, vel pro reſtitutione malè ablatorum fuit ſubſtituta: quod etiam voluit Fuſarius plures allegans *in tract. de ſubſtitut. pupil. quæſt. 157. num. 57.* † Quod maximè procedit, quando confeſſio fuit munita juramento: ut per Guillelm. Benedict. *loc. citat. num. 28.* Idem tradit Maſcard. *de probat. concluſ. 340. num. 19. volum. 1.* † Ubi dat exemplum de eo, qui confeſſus eſt ſe habere aliquid in depoſitum, vel loco pignoris, dicens talem confeſſionem eſſe irrevocabilem, & habere vim debiti confeſſati, tanquam præſente parte factam, & ab eo acceptatam: *& concluſ. 170. num. 68. volum. 2.* † Et quod talis confeſſio diſponat, & præjudicet confitenti, cùm dicatur facta favore animæ, & per conſequens favore piæ cauſæ: tenuit Jaſon *conſil. 110. num. 2. volum. 1. in fine dicatur*, ubi dicit, † legatum factum favore animæ pro exoneratione conſcientiæ, non vitiari propter incertitudinem; cùm ſit factum ad pias cauſas. Idem tradit Paul. Æmil. Gall. *in tract. de except. tit. 2. de except. 1. part. 1. num. 26.* ubi dicit † confeſſionem & renunciationem factam pro exoneratione conſcientiæ, quamvis abſente parte, & non acceptatam eſſe validam: Bertachin. *in tract. de Epiſc. lib. 4. part. num. 82.* ubi ad longum explicat, quænam legata dicantur facta ad pias cauſas; & inter cætera recenſet legatum factum pro ſalute animæ. Ideo non eſt dubitandum quin legatum, de quo agitur, cenſeatur factum ad piam cauſam, & gaudeat illius privilegio, juxta tradita per Vincent. de Franch. *deciſ. 237. n. 4.* † Præſertim quia hic non agebatur de præjudicio tertij, ſed ſolius hæredis; quidquid aliud dicendum eſſet

esset, si ageretur de præjudicio tertij, veluti si sub prætextu conscientiæ, testator fecisset declarationem, ut præjudicaret liberis primi matrimonij, & fraudem faceret dispositioni legis. Hodierna *ad l. hac Edictali, quæst. 37. Cod. de secund. nupt.* ubi copiosè disputat, utrùm legatum certæ quantitatis à conjuge in arbitrium viri relictum, ut illud pro ejus anima distribuat, subjaceat dispositioni *l. hac edictali, Cod. de secundis nuptiis.* Ergo videbatur quod confessio, & declaratio prædicta subsisteret in præjudicium hæredis, tanquam facta favore piæ causæ, & per duos testes omni exceptione majores comprobata;
10 † quod sufficit in hac materia, per text. *in cap. relatum, de testam.* & *ibi* Covar. & alij.

Contra tamen invalidandam dictam confessionem dicebatur, quod licèt præmissa vera sint; tamen intelligenda sunt dummodo aliunde quàm per assertionem testatoris probetur malè ablatum. † Sicut dicitur de declaratione patris in præjudicium legitimæ filij: quia si crederetur patri sic confitenti, sequeretur quod pater posset filium privare legitima: & sic
11 aperta esset via fraudibus: ut in simili tradit Costa
12 *de facti scientia, centur. 2. distinct. 2. n. 29.* † Ideo ultra confessionem testatoris dicentis relicta fecisse pro usuris, & malè ablatis, debet aliundè probari ipsum habuisse conscientiam læsam. Peregrin. *de fideicom. artic. 4. num. 14. versic. quamvis etiam.* Tusch.
13 *in verb. legatum, conclus. 144. num. 3.* † Et quod dictum est de legitima, eodem modo statuendum est in falcidia. Tusch. *in dicto verb. legatum, conclus. 55. num. 7.* Merlin. *in tract. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 10. num. 15.* post Bartolum *in l. qui uxori, ff. de auro & argent. legat.* ubi plures allegat: & loquitur etiam de præjudicio hæredis volentis detrahere falcidiam, quam ex tali legato detrahere potest, nisi per testes, aut alias probationes doceatur testatorem in tantundem fuisse obligatum effectualiter pro malè ablatis, & usuris.

14 Præterea Doctores non dant præcisè privilegium piæ causæ similibus legatis factis pro restitutione malè ablatorum, nisi aliunde constet de veritate relicti; quando persona, cui legatum factum fuit, est certa, ut videre est apud Bartol. *in l. 1. Cod. de sacros. Eccles. num. 36.* quem sequitur Angel. *in tract. de testam. glos. 7. num. 5.* & videtur annuere Tiraquel. *in tract. de privileg. pia caus. in præfat. circa finem.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 115. num. 28.* qua de re agit Anton. de Bassetis *in dicta l. 1. num. 124.* cui assentior, ut habeant privilegium piæ causæ, si verè facta fuerint pro salute animæ; non fictè, aut coloratè. Quia licèt quando agitur de restitutione facienda certæ personæ, tunc videatur relictum non posse peti, nisi prævia probatione veritatis aliundè quàm ex confessione defuncti: & sic non videatur peti posse tanquam legatum, vel relictum; sed potiùs tanquam debitum, *l. qui Romæ, §. Augerius ff. de verb. obligat. l. si is cui 94. §. flavius, ff. de solut.* tamen stantibus adminiculis & indiciis verisimilibus, poterit Episcopus vel executor stare juramento petentis: ut dicit *ibidem* Andreas de Bassetis *dicto num. 125. inter Repetentes volum. 7.* post Bald. & Joan. Andream *ibi* citatos. Imò Ego existimo ista legata pro malè ablatis, vel pro exoneratione conscientiæ, certis personis relicta, eodem gaudere privilegio, quo relicta pro incertis malè ablatis: quia utroque casu agitur de relicto facto pro salute animæ, quæ sine dubio inter legata pia ab omnibus recensentur: ex Barbos. *de jur. Eccles. lib. 3. cap. 27. numero 11.* Imò ut dicit Bartol. *in dicta l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. num. 36.* major est ratio favoris animæ in similibus relictis pro certis malè ablatis, quia in illis major, aut saltem æqualis est necessitas, ut eis, quibus debita sunt, restituantur: nam illis non relictis, testator decederet in peccato mortali: ergo si opera pia voluntariè facta privilegium habent favore animæ, ut eruatur à pœnis Purgatorii, ut dicit Barbos. *dict. cap. 27. num. 43.* quantò magis id locum habebit in relictis, in quibus adest necessitas; & quibus non relictis agitur de evidenti periculo animæ relinquentis.

Quod maximè procedit in casu proposito: quia 15
pia causa non congruit personæ, cujus favore legatum, seu declaratio facta fuit; cùm non ageretur de paupere, nec de causa in qua verteretur animæ præjudicium, nisi læsio cum dolo intervenisset, & ad judicandum utrùm legatum sit pium, an non, potiùs inspici debet cui detur, quàm causa propter quam datur: Hodiern. *ad dict. l. hac Edictali, quæst. 37. numero 33. & 34.*

In hac controversia Consului illi, in cujus favo- 16
rem declaratio facta fuit, ut confessionem seu declarationem defuncti aliquibus adminiculis roboraret, quibus judicis animus moveri posset, & rei veritas aliqua ratione comprobari: cùm adminicula verisimilitudini juncta multùm probent, ex traditis per Burat. *decis. 330. num. 7.* cum similibus.

Probatio autem læsionis ad effectum adminiculi 17
fieri potest per testes, vel per peritos: nam etiam temporis præteriti læsio per peritos probari potest, ut ex communi sententia tuetur Pinellus ad *l. 2. Cod. de rescind. vendit. cap. 4. n. 2.* Seraph. *decis. 665. num. 2.* Gratian. *discept. forens. cap. 600. num. 21.*

Hanc eandem considerationem habuit Rota Ro- 18
mana *decis. 245. part. 7. recent.* ubi mulieris declarationem pro exoneratione conscientiæ factam, non observata forma, & solemnitate statuti requirentis præsentiam partis, declaravit validam, non obstante defectu dictæ solemnitatis: & ad hoc mota fuit propter varia adminicula, quibus concurrentibus, illa confessio erat adminiculata, & verisimilis reddebatur.

Verùm, major difficultas esset, si nulla prorsùs 19
concurrerent adminicula: & nihilominus illo casu verius videtur, confessionem esse validam, & obligare hæredes cum privilegiis piæ causæ, ut fuit decisum in Senatu Tholosano apud Stephanum Durant. *quæst. 26.* Cod. Fabr. *lib. 4. tit. 24. definit. 36.* † Ita 20
tamen ut istud debitum non debeatur, nisi in vim testamenti & ultimæ voluntatis; & dummodo non fuerit confessio revocata, ut dicit Merlin. *contro- 21*
vers. forens. lib. 1. cap. 85. num. 13. † dummodo non agatur de præjudicio legitimæ liberorum: quia tunc confessio deberet aliundè probari, sicut si ageretur de præjudicio creditorum. Joan. Steph. Durant. *dicta quæst. 26. num. 3.* vel de interesse liberorum primi matrimonij. Hodiern. *ad dictam l. hac Edictali, quæst. 37.* Dilect. *de art. testand. tit. 6. cautel. 6. num. 4.* ubi loquitur de præjudicio creditorum, vel legitimæ liberorum. Idem dicendum esset si ageretur de præjudicio falcidiæ debitæ hæredi: ex traditis per Mercurial. Merlin. *in d. tract. de legitima, lib. 2. tit. 1. q. 10. num. 15. & 16.*

Et quamvis Hodierna *ad dictam l. hac Edictali,* 22
quæst. 37. existimaverit decisionem Vincentij de Franc. 237. esse dubiam; tamen illam sequuta fuit Rota *dicta decis. 245. num. 25. & sequentib. part. 7. recent.* ubi dicit confessionem factam ad exonerandam conscientiam, assimilari & æquiparari dispositioni factæ ad favorem animæ, & causæ piæ; in qua solemnitates statuti non sunt necessariæ: quod

etiam

etiam voluit Gratian. *diſcept.*831. *num.* 1. & 878. *num.*21. & 22. quia pia cauſa in generali continetur diſpoſitione. Gloſ. *in cap.*2. *de rebus Eccleſ. non alienand.* cum ſimilibus.

Quod tamen Ego non ita ſimpliciter verum exiſtimo; quia quemadmodum mulier, & minor prohibentur per ſtatutum contrahere; ita etiam prohibentur confiteri. Picus *ad ſtatutum Vrbis, gloſ.*7. *numero* 41. niſi tamen confeſſio eſſet adminiculata: ut per eundem, *numero* 42. Ratio eſt, quia confeſſio illa cenſetur facta in fraudem ſtatuti: *l. qui teſtamentum* 27. *ff. de probat.* ubi ſi is qui non poterat alicui legare ultra certam ſummam, illam leget, & in eo quod ſummam excedit, confiteatur ſe debitorem; talis confeſſio non valet, tanquam facta in fraudem legis. Pic. *dict. gloſ.* 7. *numero* 236. Ergo dicta Rotæ Romanæ deciſio procedit in ſuis terminis, nempe quando concurrunt adminicula, & indicia veriſimilitudinis ejuſdem confeſſionis: quibus ceſſantibus non erit validus contractus minoris, aut mulieris ſine ſtatuti ſolemnitatibus factus: alioqui ſemper ſub eo prætextu fierent fraudes, & minores, aut mulieres aſſererent ſe contrahere pro exoneratione conſcientiæ: quod eſſet abſurdum, & Reipublicæ damnoſum, ac intentioni ſtatuentium planè contrarium: & in iis terminis exiſtimo veram eſſe deciſionem prædictam Vincentij de Franch.237. nempe ut procedat in confeſſione veriſimili, & adminiculis ſuffulta, & indiciis, ex quibus conſtare poſſit veriſimiliter pro conſcientiæ exoneratione, & non in fraudem ſtatuti factam fuiſſe hujuſmodi confeſſionem.

23 Non tamen negandum eſt, quin licitum ſit hæredi probare errorem confeſſionis, & declarationis dicti teſtatoris: ſi enim teſtator falſa credulitate motus exiſtimans interveniſſe læſionem in contractu venditionis, præfatam confeſſionem feciſſet; ſicut ipſemet confeſſionem revocare potuiſſet, docendo de errore: ita ejus hæres revocare poterit. Cyriac. *lib.*1. *controverſ.*65. *per tot.* & maximè *num.*8. & 15.

24 Cætera quæ concernunt generaliter confeſſionem factam in teſtamento, videri poterunt apud Surd. *conſil.* 69. *numero* 5. ubi quod talis confeſſio non probet debitum, ſed valeat in vim legati: & *deciſ.*285. *num.*6. ubi dicit hoc habere locum, etiamſi teſtator nullis verbis diſpoſitivis uſus fuerit; ſed adſit ſimplex confeſſio: quod tamen limitat idem Surd. *deciſ.* 250. *numero* 7. ut non valeat talis confeſſio in vim legati, quando conſtat quod teſtator non habuerat animum legandi: plura Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*116. *numero* 42. & *ſequent.* Gomeſ. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.*12. *de legat. num.* 81. Riccius *collect.*1120. & 3392.

25 Et quod confeſſio prædicta etiam ad exonerationem conſcientiæ facta, ſit irrevocabilis, tradit Seraphin. *deciſ.*487. *numero* 11. Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ, privileg.*117. Merlin. *dicta controverſ.*85.

26 † Fallit ſi ſit jurata, vel ſtipulatio intervenerit; tunc enim revocari non poteſt. Gratian. *dict. capit.*116. *num.*56. Mantic. *de conject. lib.*9. *tit.*8. *numero* 10. Surd. *conſil.* 169. *num.*9.

CAPUT CIX.

Utrùm Epiſcopus ex ordine regulari ad Epiſcopatum aſſumptus, poſſit inſimul cum Epiſcopatu Præpoſituram in Eccleſia Cathedrali ſuæ diœceſeos ſæcularem obtinere. Epiſcopus qui ſimul habet ex conſuetudine Epiſcopatum, & præbendam canonicalem, quem ordinem in Eccleſia & Capitulo debeat obtinere. Quid de eo qui ſimul & Vicarius eſt, & Canonicus. Regula de infirmis reſignantibus an locum habeat in proviſionibus per obitum coram Ordinario factis: Et quid circa hoc obſervetur in Gallia: Et utrùm illa regula locum habeat in beneficiis reſervatis, vel vacantibus in menſe reſervato. Quid in permutationibus, vel reſignationibus factis in favorem certæ perſonæ. Quid in proviſis Apoſtolicis.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus ſimul & Canonicus in eadem Eccleſia de jure quis eſſe non poteſt.*

2 *Poteſt tamen de conſuetudine canonicatus cum Epiſcopatu obtineri.*

3 *Epiſcopus ſimul Canonicus, quomodò in Capitulo ſedere debeat.*

4 *Quomodò cognoſcatur, utrùm quis intervenerit ut Epiſcopus, vel uti Canonicus.*

5 *Vicarius Epiſcopi ſedens in Capitulo, quem locum obtinere debeat.*

6 *Regularibus beneficia ſæcularia conferri non poſſunt.*

7 *Monachus factus Epiſcopus non diſpenſatur a votis ſubſtantialibus religionis, ſed dumtaxat ab accidentalibus, veluti ſilentio, jejuniis, & ſimilibus.*

8 *Bona Epiſcoporum religioſorum, non ipſis, ſed Eccleſiæ de jure communi acquiruntur.*

9 *Quæſita per religioſos antequam ad Epiſcopatum aſſumpti fuerint, pertinent ad Monaſterium.*

10 *Regula de infirmis reſignantibus, ſeu de 20. diebus, ſecundum veram & communem ſententiam locum habet in reſignationibus factis coram ordinario collatore.*

11 *Renunciatio facta tempore magnæ infirmitatis, præſumitur fraudulenta.*

12 *Regulæ Cancellariæ habent vim legis, & omnes ligant.*

13 *Hodiernis temporibus obſervatur in Gallia, quod regula de 20. diebus non habet locum in reſignationibus factis coram Ordinario.*

14 *Idem in permutatione obtinet, niſi ſit fraudulenta, & ex quibus colligatur fraus.*

15 *Regulæ de 20. diebus locus eſt, quando per reſignationem & collationem fieret præjudicium Graduatis, vel Nominatis; etiam coram Ordinario: ſed vide num.*17.

16 *In qualibet permutatione coram Ordinario facta, locum eſſe regulæ de 20. diebus virtualiter, atque ita judicatur in Gallia, & ſuper hujuſmodi arreſtis ſupremorum Tribunalium refertur.*

17 *De praxi regulæ de 20. diebus apud Gallos. Remiſſivè.*

18 *Etiamſi non ageretur de præjudicio Graduatorum aut Nominatorum; tamen ex arreſtis ſupremorum Senatuum Galliæ, regula de viginti diebus*

diebus locum habet in quacumque permutatione, coram Ordinario facta

EPiscopus quidam ex ordine regulari ad Episcopatum assumptus, duas decidendas quæstiones proposuit: quarum prima est, utrùm ipse, qui regularis erat, posset unà cum Episcopatu Præposituram in Ecclesia Cathedrali suæ diœceseos obtinere. Secunda, utrùm regula de viginti diebus, seu de infirmis resignantibus, locum habere possit in collationibus factis per Ordinarium; an verò duntaxat in collationibus factis per Sedem Apostolicam.

Ad primam quæstionem responsum fuit, duo eidem Domino Episcopo obstare impedimenta, ne possit dictam Præposituram in Ecclesia Cathedrali,
1 simul cum Episcopatu possidere. † Primum impedimentum est, quia dicta Præpositura incompatibilis est cum Episcopatu; non enim quis potest simul Patris, hoc est Episcopi; & filij, hoc est Canonici personam gerere; & eodem tempore capitis, ac membrorum vices sustinere: ex notatis in *cap. de multa, de præbend. & capit. literas, de concessione præbend.* Cardinal. Tusch. *litter. B, conclusion. 66. num. 2.*

2 Non negamus tamen, quod si in aliqua Ecclesia adesset consuetudo, ut quis simul Episcopatum & præbendam obtineret, talis consuetudo sit valida, & observanda: per text. *in cap. cùm in Ecclesia 25.*
3 *de præbend. lib. 6.* † Et hoc casu quando Episcopus intervenit in Capitulo tanquam Canonicus, debet sedere tanquam talis in loco, in quo sederet, si Episcopus non esset: si verò tanquam Episcopus, pri-
4 mam sedem obtinere debet. † Et quando dubitatur quomodo in Capitulo intervenit, videndum est in quo loco sederit: nam ex eo colligitur utrùm intervenerit tanquam Prælatus, vel tanquam Canonicus.
5 † Idemque dicendum est de Vicario Episcopi, quando est Canonicus, & simul Vicarius. Glos. *in cap. à collatione 11. de præbend. in 6. in verb. Prælatus.* Menoch. *consil. 51. num. 43.* Cùm igitur in dicta Ecclesia Cathedrali nulla extaret consuetudo, quod Episcopus præbendam obtineret; concludendum est quod illam simul cum Episcopatu possidere non poterat: multò minùs Præposituram; quæ prima dignitas est post Pontificalem.

6 Alterum impedimentum consistit in eo, quod cùm ipse Episcopus regularis esset, non poterat beneficium obtinere sæculare: juxta regulam quæ vult; quod beneficia regularia regularibus, sæcularia sæcularibus conferantur: *cap. cùm de beneficio 5. de præbend. in 6. §. volumus, de collation. in Concord.*
7 † Siquidem regulares ad Episcopatum assumpti, non amittunt essentialia, & substantialia religionis. Hostiens. *in cap. clerici 15. de vita & honest. cleric.* dispensantur enim duntaxat à silentio, jejunio, abstinentiis, & aliis similibus austeritatibus vitæ religiosæ; sed quoad vota substantialia, semper remanent obligati, & semper remanent monachi, & religiosi: ut notat & explicat Barbos. *de Episcopis, tit. 1. cap. 4. numero 11. & sequentibus.*
8 † Verum quidem est, quod bona hujusmodi Episcoporum, non ipsis, sed Ecclesiis acquiruntur de jure communi: *can. unic. 28. quæst. 1.* Quod procedit etiamsi bona eidem Episcopo acquirantur ex donatione, aut authoritate: prout explicat Barbos. *de Episcop. part. 3. alleg. 114. num. 5. & seq.* Lezan. *in summa regul. tom. 1. cap. 17. num. 12.* Ubi tamen dubitat utrùm bona Episcopi monachi acquirantur cameræ Apostolicæ tanquam spolia, vigore Bullarum Pontificiarum. † Hoc tamen certum est, 9
quod quæsita ante Episcopatum, pertinent ad Monasterium, seu religionem, tam de jure, quàm ex Bullis per Clem. IV. ordini Prædicatorum, & Alexandrum IV. ordini Minorum concessis: ut notavit Lezan. *loco citato, num. 14.* quo loco multa alia explicat concernentia obligationes religiosorum ad Episcopatum assumptorum: & sic patet, quod dictus Dominus Episcopus prædictam Præposituram obtinere non potest: tum quia incompatibilis est, tum quia sæcularis, sine dispensatione Apostolica; in qua fiat mentio utriusque impedimenti.

Ad secundam quæstionem Respondetur secun- 10
dùm opinionem magis receptam inter DD. regulam illam de infirmis resignantibus locum etiam habere in collationibus factis per Ordinarios collatores: adeo ut si resignans mortuus fuerit intra 20. dies, beneficium non vacet per resignationem, sed per obitum. Ratio est, quia Paulus III. addidit dictæ regulæ clausulam illam: *Quavis authoritate conferantur.* Et sic clarè constat ex mente summi Pontificis, regulam comprehendere quascumque resignationes, etiam coram Ordinariis factas. Præterea, quia hæc regula emanavit, ut
11 fraudibus infirmorum renunciantium obvietur. † Quia ex quo renunciatio facta fuit tempore magnæ infirmitatis, præsumitur fraudulenta: ut notat Alexand. *in l. filia meo, ff. solut. matrim.* quæ ratio æquè militat in resignationibus factis in curia, & extra curiam, sive coram collatore ordinario, sive coram Legato; cùm non respiciat personam, seu authoritatem collatoris, sed solius resignantis; ne videatur quasi per viam testamenti, seu ultimæ voluntatis, de beneficiis disponere: & hæc fuit sententia Rebuffi *consil. 72. numero 8. & in tractatu Nominat. quæst. 16. numero 17.* Rationem afferens:
12 † Quia regulæ Cancellariæ extractæ ex rationibus juris naturalis, Civilis, vel Canonici, habent vim legis, & ligant omnes (sicut ratio legis, etiamsi non sit regula;) & sunt servandæ; & omnes ligant. Neque rationi congruit, ut Ordinarius sit melioris conditionis quàm Papa, & ratio qua fundatur illa regula, etiam militat in Ordinario, ne videlicet locus detur malitiis hominum, qui aliquos etiam semimortuos inducunt ad resignandum. Idem Rebuff. *in notis ad dictam regulam de infirmis, gloss. 1. versic. Idem si quis:* & *in gloss. 12.* Paris. *de resignat. lib. 12. quæstione 5. numero 7. & multis sequentibus,* Cokier. *ad eandem regulam 18. aliàs 19. numero 20.* Crescent. *decis. 12. de renunciat. alias decis. 61. lib. 1.* cum aliis relatis per Paris. & Cokier *locis citatis.* Et sic patet, malè consuluisse Dec. *consil. 224. In casu proposito, num. 4. versic. alio etiam principali fundamento.* Quia loquitur contra mentem Rotæ Romanæ, & contra communem opinionem.

Cæterum licèt hæc vera sint, negari non potest quin in Gallia contrarium nunc observetur: licèt enim antiqua jurisprudentia Gallica primæ opinioni adhæreret, ut relata per Rebuff. *locis citatis,* arresta manifestè comprobant: † hodiernis ta- 13
men temporibus judicatur regulam hanc de infirmis, locum non habere in collationibus factis apud Ordinarios: cujus sententiæ rationes affert Petrus Gregor. *in institut. rei benefic. cap. 31. numero 16.* ubi multa refert super hoc lata suprem Senatus arresta: adeo ut superfluum nunc esset rationibus apud Gallos adversùs tot præjudicia contendere.

24 Hoc idem ſequitur Peleus *in comment. ad regul. Cancellariæ, cap.31. fol.73.* † ubi hoc ampliat, ut dicta regula non procedat coram Ordinario, etiamſi ageretur de permutatione, niſi eſſet fraudulenta: cùm morti proximus renunciat conſanguineo,& accipit inæquale beneficium: ex hoc enim fraudem argui certum eſt, ut notavit Anton.Faber *in Cod.lib.1.*
25 *tit.2. definit.* 88. † Idem ſi ageretur de præjudicio Graduatorum, vel Nominatorum, Papon. *lib.3.tit.2.*
26 *arreſt.3.* † Imò etiam in qualibet permutatione coram Ordinario facta, locum eſſe regulæ de infirmis reſignantibus,deciſum refert Papon. *ibidem,arreſt.2.* rationem reddens, quia renunciatio iſta facta per viam permutationis, præſumitur facta in fraudem collatoris ordinarij,ut cogatur conferre beneficium compermutanti, & privetur facultate conferendi alteri perſonæ ſibi beneviſæ, dum caſus eveniet proximè venturæ vacationis. Atque ita judicatum ruiſſe in Senatu Tholoſano teſtatur Maynard.*lib.1.c.53.* ubi deciditur regulam infirmis locum non habere in reſignationibus, & collationibus coram Ordinario factis: juncto *cap. 54.* ubi deciſum refert, Ordinarij collationes prædictæ regulæ ſubjacere, niſi quando factæ fuerunt vigore permutationis per infirmum
27 factæ. † Plura de hac re videri poterunt apud Adden.ad Louet *littera P, num.42.& littera I,n.5.* qui *dicto num.*42.varia refert ſupremarum Curiarum placita,quibus judicatum fuit,reſignationes coram Ordinario validas eſſe, licèt infirmus reſignans intra
28 viginti dies moriatur. † Quamvis ageretur de præjudicio Graduatorum, aut Nominatorum, Idem non eſt faciendum fundamentum in arreſto per Paponium ſuprà relato *dicto lib.1. tit. 2. arreſt.2.*

CAPUT CX.

De jure optandi, utrùm de jure, vel tantùm ex Eccleſiarum conſuetudine competat. Utrùm conſuetudo illa ſit contra, vel præter jus. Intra cujus temporis ſpatium hæc conſuetudo inducatur. Quomodo, & intra quod tempus optio fieri debeat. In quibus beneficiis optioni locus ſit: Et in quo vacationis modo. Quis poſſit juri optandi derogare. Coadjuto optante, utrùm jus acquiratur Coadjutori: Et quæ dicantur præbendæ, vel prædia canonicatui annexa, quæ diſtincta; & multa alia de jure optandi notabilia referuntur.

SUMMARIUM.

1 *Ius optandi non eſt fundatum in jure communi, ſed tantùm in conſuetudine.*
2 *Conſuetudo optandi videtur contra jus commune, cùm per eam quis acquirat jus ſpirituale propria authoritate. Sed reſpondetur adhibita diſtinctione, ex mente Rotæ, num.3.*
4 *Quanto tempore introducatur conſuetudo optandi, ſive ſit contra, ſive præter jus.*
5 *Intra quod tempus, quomodò, & à quibus optio fieri debeat.*
6 *Optioni locus non eſt in beneficiis ſummo Pontifici reſervatis.*
7 *In beneficiis juriſpatronatus laicalis, vel mixti, non cadit optio, niſi adſit contraria conſuetudo.*
8 *Optio cadit in beneficiis per obitum vacantibus, non per reſignationem, aut permutationem.*
9 *Expenditur ratio, qua nonnulli probant in beneficiis reſignatis, vel permutatis, optioni locum non eſſe: & vera proponitur ratio, num.10.*
11 *Optionis locus non eſt in reſignatione facta in manibus Papæ in favorem; ſecus ſi Papa ſimpliciter contulerit in vim ſimplicis reſignationis, vel per privationem, numero 12.*
13 *Legatus aut Vicelegatus derogare ſolet juri optandi.*
14 *Ordinarij nullo modo poſſunt beneficiorum reſignationes impedire.*
15 *Statutum, aut conſuetudo attendi debet, dum quæritur utrùm coadjutor ſuccedat in præbenda, vel prædio per coadjutum optato.*
16 *Conſuetudo & ſtatutum à pari procedunt in materia optionis.*
17 *In quacumque proviſione Apoſtolica, ſi clauſulæ prægnantes apponantur, ceſſabit optio.*
18 *Sed tamen in proviſionibus, quæ non motu proprio, ſed ad partis petitionem fiunt per Papam, requiritur ſpecialis derogatio juris optandi.*
19 *Valida eſt conſuetudo optandi adversùs proviſiones Apoſtolicos.*
20 *Facilè conceditur in Cancellaria derogatio optandi.*
21 *Quæ obſervanda ſint, dum quæritur, utrùm coadjutor ſuccedat in optione facta per coadjutum.*
22 *Clauſula, cum juribus & pertinentiis, an non comprehendit ſeparata, & non annexa canonicatui.*
23 *In materia optionis, magna eſt differentia inter reſignationem, & coadjutoriam.*
24 *Per coadjutoriam dum ſuccedit coadjutor officium dicitur vacare per obitum.*
24 *Coadjutor ſuccedit in annexis canonicatui; ſed non in ſeparatis.*
26 *Annexio, quamvis non ſit perpetua, eſt tamen rei ſpiritualis; ideo ſuccedit coadjutor.*
27 *Quemadmodum canonicatus tranſit in coadjutorem, ita & præbenda per eum optata.*
28 *Annexio probanda eſt per illum, qui in poſſeſſione.*
29 *Quomodò cognoſcatur quæ præbendæ ſint annexæ, quæ ſeparatæ, adhibita diſtinctione explicatur.*

PRo intelligentia quæſtionum ſuper jure optandi inter Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſæpiùs propoſitarum, ſequentia fundamenta ſupponenda ſunt.

Et primò quidem, jus optandi non niſi jure communis diſpoſitione, ſed Eccleſiarum dumtaxat particulari conſuetudine à jure approbata, vel introducto: ut probatur per textum cum *ibi* notatis, *tit. de fin. de conſuetud. lib. 6.* Monet. in *tract. de opt. canon. cap. 2. num. 1.*

Sed tamen quod conſuetudo optandi ſit contra regulas juris, & ideo reſtituenda quantùm fieri poteſt, videtur concludendum. Nam quod quis propria authoritate poſſit jus ſpirituale, vel ſpirituali annexum acquirere, eſt contra jus commune: *cap.2. de cap. finali, de inſtitut. cap.per noſtras, de jurepatron.* alias rationes affert Calderin. *tit. de conſuet. quæſt.*

Hanc difficultatem proponit Rota *decis.6.de conſuet.in novis,ante n.1.* Illamque ſequenti adhibita diſtinctione

tinctione resoluit. Aut præbendæ, quatenus sunt tituli beneficiales, sunt inter se distinctæ; aut præbendæ non sunt quidem distinctæ, sed solùm emolumenta præbendarum, juxta assignationes capitulares; aut aliàs inter se distinctionem habent. Primo casu, quando præbendæ sunt inter se distinctæ, jus optandi dicitur esse contra jus commune: quia per optionem novus acquiritur titulus, novumque jus spirituale sine authoritate Superioris possidetur: & in hoc primo casu procedit objectio Calderini. Secundo casu, quando solùm assignationes, & emolumenta inter se distinguuntur, quia tunc non acquiritur novus titulus beneficialis, sed duntaxat novum emolumentum, ac veluti novum prædium; tunc cùm non acquiratur novum jus spirituale realiter distinctum, nec dimittatur antiquus titulus, cessat objectio: & per consequens hoc secundo casu, optio non est contra jus commune, ut bene *ibidem* Rota explicat: & prædictam distinctionem in alio casu agnovit Rota apud Mantic. *decis.* 273. ubi duo hæc præbendarum genera bene explicantur.

4 Hujus quæstionis magna est utilitas, quia in casibus in quibus consuetudo optandi est contra jus commune, non introducitur nisi spatio quadraginta annorum: si verò secundùm jus, sufficiunt decem anni, ut fusiùs explicat Monet. *de optione canon. dict. cap.* 2. *num.* 15. ubi tamen procedit ad ampliorem distinctionem; & ideo videndus erit, dum casus occurret: & post eum Barbos. *in tract. de Canon. & Dignit. cap.* 30. *num.* 3. *& sequentib.* ne illorum verba hic inutiliter repetamus. Videndus etiam Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 34. *num.* 11. cum aliis per eos citatis.

5 Secundò supponendum est, quod optio fieri debet intra viginti dies, & ad eam admittuntur antiquiores, non quidem juxta ordinem ætatis, sed juxta tempus receptionis: & viginti dies computantur à die scientiæ vacationis: & optare possunt qui non sunt in Sacris, quamvis vocem in Capitulo non habeant. Hæc omnia comprobat, & explicat Barbos. *de Canon. & Dignit. dicto cap.* 30. *à numero* 5. *usque ad* 16. Intellige nisi statutum, vel consuetudo sit in contrarium.

6 Tertiò supponendum est, optionem non habere locum in beneficiis summo Pontifici reservatis; sive generaliter, sive specialiter sint reservata, veluti per regulam 8. *de mensib. & alternativa*, aut mensibus Apostolicis. Barbos. *ibidem, num.* 22. Burat. *decis.* 390. *num.* 7. Rota *decis.* 142. *num.* 3. *& 4. part.* 2. *recent.* Ludovis. *decis.* 478. *numero* 2. *& 5.*

7 Quartò notandum est, non esse locum optioni in beneficiis jurispatronatus laicalis, aut mixti; nisi accedat consensus patroni, aut adsit in contrarium consuetudo legitimè introducta; nempe per 30. annos contra laicum, & per 40. contra Ecclesiam: Monet. *in dict. tractat. de option. cap.* 3. *numero* 112. *& sequentib.*

8 Quintò observandum est, locum quidem esse optioni in vacatione per obitum, non autem in vacatione ex causa resignationis, vel permutationis: & de permutatione loquitur quidem Cokier. *in tract. de permut. benefic. part.* 2. *cap.* 20. *num.* 5. post Tusch. *littera P, tom.* 6. *conclus.* 305. *num.* 10. Monet. *loco citato, cap.* 9. *num.* 49. per text. *in Clem. unic. de rer. permut.* Ubi statuitur, collationes beneficiorum aliis quàm permutantibus factas, nullius esse roboris, & momenti: si autem locum haberet optio, beneficium
9 alteri quàm permutanti conferretur. † Sed ista ratio non concludit, quia aliud est beneficium, aliud ius optandi: & quando huic iuri locus est, beneficium non datur alteri quàm permutanti: sed non ex eo sequitur quin ius optandi pinguiorem præbendam, alteri dari possit: cùm omnibus Canonicis uti Canonicis generaliter ad omnes præbendas vacaturas competat. † Vera ergo ratio est, quia permutans remittit Canonicatum cum præbenda per eum possessa; & sic non potest fieri quin præbenda cum Canonicatu transeat in compermutantem, & per consequens cessare debeat ius optandi præbendam, quæ non vacat; sed translata fuit in compermutantem. Eademque ratio militat in resignatione, per quam resignatur Canonicatus insimul cum sua præbenda, & utrumque confertur: & si domus, vel camera sit annexa Canonicatui resignato, licèt iuri optandi supposita, simul cum Canonicatu resignatur, & in resignatarium transfertur. Non vacat igitur præbenda, domus, vel camera, per resignationem respectu optionis; sed in resignatarium transfertur, adversùs quem per consequens optioni locus esse non potest. Gonzal. *dicta glos.* 34. *num.* 36. † Quod intelligendum est de resignatione facta in manibus Papæ, ut dicit Paris. *de resign. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 55. *& lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 7. *& sequentib.* † Licèt Additionator ad Paris. *d. cap.* 20. existimet optioni locum esse, sive Papa contulerit per resignationem simpliciter, vel nullius favore factam; sive per privationem canonicè sequutam, nisi Papa iuri optandi derogaverit.

Et licèt Moneta *in dicto tract. de optione Canon. num.* 194. dixerit supradicta non procedere in resignatione facta coram Legato; hoc tamen non est verum quoad Eminentiss. D. Legatum Avenionensem, seu eius Vicelegatum, propter amplas facultates illis concessas, prout quotidie videmus per Expeditionarios in provisionibus beneficiorum, etiam per obitum vacantium, apponi derogationem statutorum super iure optandi, quæ executioni demandantur sine difficultate: adeo ut provisus obtineat Canonicatum & præbendam, & excludatur in totum facultas optandi, & ad hoc facit *decis.* 644. *part.* 4. *divers.* † Ordinarii verò non possunt impedire reservationem. Rota *decisione* 642. *numero* 7. *part.* 4. *diversor.*

His ita præsuppositis, dum dubitaretur utrùm coadiutor, mortuo Principali, sicut in beneficio succedit; ita & succedere deberet in præbenda, vel prædio, seu re per coadiutum aliàs optata, exclusâ antiquiorum optione? Dixi in primis recurrendum esse ad statutum Ecclesiæ, vel illius consuetudinem: ex notat. *in dicto cap. fin. de consuet. lib.* 6. † Statutum enim, & consuetudo à pari procedunt in materia optionis. Glos. *in dicto cap. ult. in verb. consuetudo, in fin.* Rota Rom. apud Cavalor. *decis.* 134. *num.* 1.

Præterea Dixi, quod ex mente plurium Doctorum, consuetudinariæ, vel statutariæ optioni locus non est in quacumque provisione Apostolica, propter clausulas in similibus provisionibus apponi consuetas. Francisc. Marc. *decis.* 1271. *num.* 2. *part.* 1. Petr. Gregor. *de benefic. cap.* 39. *num.* 4. Paris. *de resign. benef. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 8.

Quod nonnulli intelligunt in provisionibus per summum Pontificem motu proprio factis, non autem in iis quæ fiunt ad petitionem alterius: in his enim requiritur specialis derogatio iuris optandi. Monet. in *dict. tract. de option. canon. cap.* 8. *numero* 11. † Et hoc casu sine dubio, quando Capitulum esset in consuetudine optandi adversùs provisos Apostolicos: quam consuetudinem validam esse testatur ex Oldrado *consil.* 285. *num.* 1.

20 Sed ut omnis tollatur difficultas, conſultius eſt, prout ego ſemper obſervavi, & obſervari feci; ut apponatur ſpecialis derogatio juris optandi, quam ſe nunquam denegatam vidiſſe teſtantur Addent. ad Pariſ. *ad d.lib.2 quæſt.20.num.8.*

21 Unde pro reſolutione propoſitæ controverſiæ, attendenda in primis erant verba, & clauſulæ contentæ in conceſſione coadjutoriæ per ſummum Pontificem conceſſæ. Secundò ſtatutum, vel conſuetudo Capituli, quatenus illi per proviſiones Apoſtolicas non fuiſſet derogatum. Tertiò iſtis ceſſantibus generalis eſt regula, ceſſante coadjutoria, Canonicos tempore ceſſationis exiſtentes, poſſe exercere optionem in præjudicium coadjutoris ſuperveniens, quando agitur de membris diſtinctis & ſeparatis à canonicatu, de cujus coadjutoria agitur: quia cùm ſupponamus illa eſſe omninò à canonicatu diſtincta, & ſeparata: non comprehenduntur in proviſione canonicatus facta in favorem coadjutoris.

22 † Clauſula enim illa, *cum juribus, & pertinentiis, annexis, & connexis dicti Canonicatus, &c.* non comprehendit hæc membra, quæ nullam annexionem habent cum canonicatu. Cavaler. *deciſ.116. num.2.*

23 Et licèt ſupra dixerimus, non eſſe locum optioni, quando agitur de reſignatione facta in favorem; tamen aliud eſt reſignatio, aliud coadjutoria: Rota

24 *deciſ.10. lib.3. part.3. diverſorum.* † Quia per coadjutoriam inducitur vacatio per obitum, cùm coadjutus retineat beneficium, vitâ durante: Puteus *deciſ.108.num.2. & 3. lib.2. & deciſ.226. num.9.lib.3.*

25 † Si verò agatur de præbenda, vel præſtimonio canonicatui annexo, non autem de domo, vel prædio ſeparato à canonicatu; tunc coadjutor ſuccedens in canonicatu, ſuccedit etiam in illis: cùm ſint ex iis quæ cum canonicatu transferuntur, illique adhærent. Garc. *de benefic.part.4.cap.5. num.118. & ſeq.* ubi allegat Gonzal. & ex parte reprobat Lotter. *de re benefic.lib.2.quæſt.25.num.41.*

26 Cæterùm notandum eſt, quod licèt annexio iſtarum præbendarum canonicatui, non ſit perpetua; de qua annexione Abbas *in cap. majoribus, num.4. verſic.quandoque, & in cap. dilecto, de præbend.num.6.* eſt tamen ſpiritualis, & dicitur de dependentiis canonicatus, & ſub canonicatus conceſſione continetur.

27 Rota *deciſ.141.num.34. & 35.part.4.recent.tom.2.* † Unde quemadmodum canonicatus tranſit in coadjutorem, ita & præbenda per eum optata, Lotter. *dict.lib.2. cap. 25. num.55. & ſeq.* Garc. *loco citat. num.118.* quidquid in contrarium dixerit Gonzales, quem etiam reprobat Lotterius *loco citato.*

28 Annexio tamen probanda eſt per eum, qui in ipſa ſe fundat, ut dicit Additio ad Ludoviſ. *d.deciſ.478. num.6.* & ideo Rota denegavit immiſſionem proviſo Apoſtolico de canonicatu vacante in menſe reſervato, reſpectu cujuſdam prædii à defuncto poſſeſſi, ex eo quod non probabatur, quod illud prædium eſſet canonicatui annexum: ut refert Ricc. *collect.3690. verſic. & ideo, part.8.*

29 Et ut dignoſci poſſit quænam ſint præbendæ, vel prædia annexa, & quæ diſtincta, ſciendum eſt duo eſſe genera annexionum. Primum eſt earum rerum quæ à certo canonicatu ſunt inſeparabiles, ita ut nemo poſſideat canonicatum, quin ſimul obtineat prædium, aut præbendam illi annexam; veluti Prioratus certo beneficio, aut dignitati perpetuò unitus, & annexus; & in his non cadit optio. Secundum eſt earum rerum quæ ſunt quidem annexæ in genere alicui ex canonicatibus, ſed non uni potiùs quàm alteri, & modò ad unum, modò ad alium pertinent: & hæc annexio, quia non eſt perpetua, ſed revocabilis, bene ſe compatitur cum jure optandi, ita bene explicat Lotter. *de re benefic. lib.1.quæſt.19.num.22. & ſeq.*

Concluditur ergo primò, optioni canonicæ ſubjacere prædia, vel alia prorsùs à canonicatu ſeparata, & per conſequens non tranſire ad coadjutorem, ut probavimus ſuprà.

Secundò, cùm coadjutus, ex veriori ſententia Garciæ *dicto num.118.* poſt coadjutoriam optare poſſit: Rota *dicta deciſ.140.part.4.recent.tom.2.num.18. & 19.* tali caſu, quia ſicut coadjutor ſubrogatur in canonicatum, ita & in prædium, aut præbendam, ſeu præſtimonium illi annexum. Rota *ibidem, n.19.* non obſtante quod annexio ſit revocabilis, & variabilis per optionem reddi poſſit, ut diximus ſuprà, *num.27.* ex Rota *dicta deciſ.140. num.27.* Lotter. *dict.lib.2.quæſt.25.num.55.*

CAPUT CXI.

De eadem materia juris optandi: Etiam Canonici ultimæ fundationis, quàm priùs recepti, & admiſſi in Eccleſia, cedere debeant Canonicis antiquæ fundationis, poſteriori loco receptis. De receptione Canonicorum adhibitâ clauſula, *cum plenitudine juris Canonici.* De Canonicis ſupernumerariis, & quæ ſit eorum differentia cum Canonicis ex nova fundatione aggregatis. Et quomodò amittatur facultas juris optandi.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus quaſi poſſeſſio includit poſſeſſionem ſtalli in Choro, vocis in Capitulo, & aliorum jurium canonicalium.*

2 *Collatio beneficiorum dicitur fructus Eccleſiæ.*

3 *Canonici ſupernumerarii fruuntur omnibus canonicalibus, ſicut & cæteri.*

4 *Canonici ſupernumerarii vocandi ſunt ad Capitulum, & in eo vocem habere debent.*

5 *Eligendi poteſtas fructus eſt poſſeſſionis; idèo petit Canonicis novis, non obſtante nova data.*

6 *Fructus ſpectant ad poſſeſſorem; & explicantur tradita ſuprà, cap.68. de Canonicis novæ fundationis.*

7 *Canonicus novæ fundationis priùs recepti, præferendus eſt in optione Canonicis antiquæ fundationis poſtea receptis: Intellige ut num.9.*

8 *Quæ ſit vis illius clauſulæ, cum plenitudine juris Canonici.*

9 *Canonici novæ fundationis, ſi fuerint recepti cum proteſtatione, & reſervatione jurium antiquæ fundationis Canonicorum, nihil prætendere poſſunt in præjudicium antiquorum.*

10 *Canonici ſupernumerarii diſtributiones quotidianas conſequuntur, ſi Capitulum eos admiſerit ſine proteſtatione, & conſenſerit numerum frangi.*

11 *De Canonicis ſupernumerariis, plura Remiſſi-*

12 *Differentia est inter Canonicos supernumerarios, & aggregatos Capitulo.*
13 *Protestatio Capituli præservat jura Canonicorum primæ fundationis.*
14 *In beneficialibus per actus particulares à causa universali procedentes, censetur adepta possessio omnium jurium.*
15 *In juribus prohibitivis non acquiritur possessio, nisi à die prohibitionis cum acquiescentia.*
16 *Possessio juris optandi non amittitur, nisi probetur quod Canonicus noluit optare, & fuit prohibitus.*

IN eadem optionis materia, de qua capite præcedenti actum est, notabilis aliàs occurrit controversia, dum mortuo uno ex Canonicis, quidam posteriori loco receptus peteret adversùs antiquiorem præferri in optione, sub eo prætextu, quod Capitulum antiquitus ex multis Canonicis compositum, auctum fuerat per novam duorum Canonicorum erectionem, & fundationem in eadem Ecclesia Collegiata, authoritate Apostolica factam: dictus verò Canonicus, quamvis juxta possessionis & receptionis ordinem esset antiquior; tamen quoad tempus fundationis, seu Canonicatus, erat posterior. In qua quidem controversia causam antiquioris receptione, quamvis fundatione posterioris, meliorem esse Respondi.

1 Nam cùm iste Canonicus novæ fundationis, esset in quasi possessione omnium jurium canonicalium, etiam cum præcedentia adversùs Canonicos antiquæ fundationis posteriùs receptos; veluti stalli in Choro, vocis in Capitulo, & præcedentiæ in publicis processionibus, non poterat illi denegari mandatum de manutenendo in omnibus istis juribus canonicalibus, & aliis, similibus. Quia isti sunt fructus possessionis, & illam necessariò sequuntur. Joan. Baptist. Ferret. *consil.* 313. *n.* 2. *volum.* 2. Idque ne nomen Canonici sit inane, *cap. dilectus 1. de prabend. & dilecto, eodem tit. cap.* 1. *de cleric. non residen. in* 6. & 2 notatur in *cap. cum omnes, de constit.* † Sicut collatio beneficiorum dicitur esse de fructibus Episcopatus. Glos. *ibi cap. cum olim, in verb. capitulo, versic.* 3 *sed collatio beneficiorum, ext. de majorit. & obedien.* † Unde & Canonici supernumerarij debent habere omnia jura canonicalia, sicut & ceteri, sive authoritate Papæ, sive authoritate Capituli fuerint recepti: Felin. ibi *cap. cum M. Ferrariensis, num.* 23. *de* 4 *constitut.* † Et habent vocem in Capitulo, etiam in electionibus, & ad eas vocandi sunt. Federic. de Senis *consil.* 290. *Quia in præsenti, colum.* 3. *versic. an isti* 5 *recepti.* † Quia eligere, fructus est possessionis: ideo cùm isti sint in possessione Canonicatus, debent habere potestatem eligendi; idque non obstante nova dote, hujusmodi Canonicatibus tempore novæ fundationis assignata: quia non per hoc excludendi sunt ab aliis emolumentis, & fructibus Canonicatus. 6 Seraph. *decis.* 98. *versic. non obstat, numero* 2. † Fructus siquidem spectant ad possessionem: *cap. quereelam* 24. *de elect. cap. consultationibus, de iure patron. cap. cum olim, de causa possess. & proprie.* ergo fructus iste, facultas videlicet optandi, ad illos vti Canonicatus possessores pertinebit; quamvis de novo fundati sint: stante quod sine ulla reservatione, aut protestatione reservatoria jurium, antiquæ fundationis Canonicis competentium, fuerunt recepti: in quibus terminis procedunt tradita per nos *cap.* 68. *numero* 15. *& sequentibus.*

7 Et per consequens Canonicus iste, qui priùs ad possessionem capitulariter receptus fuerat, & erat in pacifica possessione præcedentiæ, ; rædicto antiquæ fundationis Canonico posteriùs recepto, in optione præferendus erat: ex traditis in *cap. præced. num.* 5. & docet Gonzal. *ad regul.* 8. §. 3. *procemiali, num.* 23. *& multis sequentib.* ad tradita *in capit. final. de consuetud. in* 6. Monet. *de option. Canon. cap.* 4. *quæst.* 1. *num.* 11. *& cap.* 5. *num.* 2.

Quod vel ex eo maximè locum habere debet, 8 quia suppositum fuit in facto, quod tam in Bullis erectionis istorum novorum canonicatuum, quàm in Bulla provisionis ejusdem Canonici novæ fundationis, adest illa clausula, *cum plenitudine juris canonici, seu canonicalis*; cujus ea vis est, ut Canonici, etiamsi essent supernumerarij, gaudere debeant omnibus privilegiis, juribus, & prærogativis aliorum Canonicorum: maximè si fuerint admissi ad stallum in choro, & vocem in capitulo. Barbos. *de Canon. cap.* 3. *num.* 12. *& sequentibus.* † Quæ assig- 9 natio stalli, & admissio ad vocem hoc operatur, ut etiam in supernumerariis Capitulum censeatur consensisse, ut per talem admissionem, & receptionem, numerus Canonicorum frangeretur, nisi tamen Capitulum protestationem fecerit, quod non intendebat frangere numerum; sed istum uti simpliciter supernumerarium admittebat. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 19. *num.* 46. & 47. † Adeo ut 10 etiam tales supernumerarij debeant consequi quotidianas distributiones, postquam Capitulum consensit numerum frangi, nisi Capitulum protestationem contrariam fecerit; vel consuetudo sit in Ecclesia, quod supernumerarij non lucrentur distributiones, donec fuerint installati; & aliis exceptis casibus, de quibus Moneta *de distribut. quotidian. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. *& multis sequentibus.* † Et prædicta 11 de eo, qui ultra numerum receptus est in Canonicum, cum plenitudine juris, copiosè comprobat Menoch. *consil.* 1179. *num.* 22. *& per totum illud consilium*, ubi per plures casus explicat distinctè materiam Canonicorum supernumerariorum. Qua in re diutiùs non est nobis insistendum; cùm casus, de quo agitur, sit longè diversus, & magis privilegiatus. † Isti siquidem novæ fundationis Canonici, 12 non possunt dici supernumerarij, sed aggregati Capitulo cum plenitudine juris; & admissi ad omnia privilegia, & emolumenta, jura, & præeminentias aliorum: ut bene advertit Gratian. *discept. forens. cap.* 867. *num.* 5. & 9. † Intelligendo semper hæc 13 procedere, quando pro parte Capituli nulla facta fuit reservatio, & protestatio: prout non fuerat facta in casu, de quo per nos *sup. cap.* 68. sicut fuerat facta in casu Gratiani *d. cap.* 867. *num.* 11. *& sequentibus.*

Unde cùm iste Canonicus, & alij novæ fundationis, essent in pacifica quasi possessione omnium jurium Canonicalium, in vim prædictarum clausularum, necnon præcedentiæ, juxta ordinem suæ receptionis; manutenendi erant in possessione omnium, quæ Canonicatum consequuntur: & per consequens prærogativæ optionis juxta antiquitatem possessionis capitulariter captæ. † Quia in 14 beneficialibus, per adeptionem, vel continuationem possessionis quoad aliquos actus dependentes ex iure, & titulo universali beneficij; censetur apprehensa, & continuata possessio quoad alios omnes actus, & iura ex illo titulo universali dependentia. Adden. ad Ludovis. *decis.* 557. *numero* 6. *& sequentib.* & in specie, quando possessio capta fuit in capite, & in ipsa Ecclesia, Gonzal. *ad regul.* 8.

*gloſ.*34. *numero* 109. Monet. *de option. canon. cap.*5. *quæſt.*3. *num.*38. *&* 39. optimè Joan. Bapt. Ferrer. *conſil.*14. *num.*3. *lib.*1. *& num.*6. ubi loquitur de juribus poſt adeptam poſſeſſionem obvenientibus.

15 Nec dicto novæ fundationis Canonicò nocere poterat, quod aliquando dum caſus optionis occurrit, ſoli antiquæ fundationis Canonici optarunt; quia non ex hoc illi de nova fundatione fuerunt excluſi, niſi probatum fuerit ipſos optare voluiſſe, & fuiſſe repulſos; quippe hoc in omnibus juribus prohibitivis generale eſt, ut non amittatur poſſeſſio, niſi quis prohibitus fuerit, & prohibitioni acquieverit. Ludoviſ. *deciſion.*472. *numero* 1. *& ſequentibus.*

16 Et in terminis juris optandi, poſſeſſio non amittitur, nec acquiritur per ceſſationem illius, qui poterat optare; niſi probetur hoc ideo factum fuiſſe, quia cùm voluit optare, fuit impeditus; aliàs præſumitur quod non optavit: quia ita ſibi non placuit. Gemínian. *dicto capit. final. de conſuetud. in* 6. *numero* 3. Anchar. *ibidem in fin. verſic. quod ſi ibi Canonici.* Ubi reddit rationem, quia jus iſtud eſt facultativum, & ideò non amittitur poſſeſſio per non uſum. Tuſch. *in verb. Optio, concluſ.*163. *numero* 4.

CAPUT CXII.

De legato facto religioſis Sanctæ Vrſulæ, quæ tamen religioſæ non erant, ſed ſæculares: utrùm Epiſcopus, aut ejus Vicarius poſſint legatum illud, non vocata parte, & ſine cauſa, ad Monaſterium religioſorum profeſſorum transferre.

SUMMARIUM.

1 *Qui ſe non habuit pro ſpoliato, manutenendus eſt; alioquin reintegrandus.*

2 *Superioris factum non nocet monaſterio, ut dicatur ſe habuiſſe pro ſpoliato.*

3 *Commutatio, aut alteratio ultimarum voluntatum eſt contra jus. Nota hic confundi nomen commutationis, & alterationis; & hoc nomen alterationis ſumi largo modo.*

4 *Epiſcopus, aut ejus Vicarius legi derogare non poteſt, niſi in caſibus à jure expreſſis.*

5 *Epiſcopus non poteſt ultimam voluntatem commutare, quamvis commutatio hæc fieret in melius: idem infrà num.*14.

6 *Amplia ut nec commutari poſſit diſpoſitio teſtatoris, quamvis accederet voluntas hæredis.*

7 *Explicatur Concil. Trident.* ſeſſ.22. cap.6. de reform. *quo cavetur Epiſcopum poſſe commutare ultimas teſtantium voluntates.*

8 *Admittenda eſt oppoſitio habentium intereſſe, dum agitur de commutatione ultimæ voluntatis.*

9 *Nemo ſine cognitione cauſæ à ſua poſſeſſione amovendus eſt.*

10 *Etiam commiſſarius extrajudicialiter procedens ad commutationem ultimæ voluntatis, citare debet habentes intereſſe: intellige ut num.*11.

12 *Ampliatur, ut procedat etiamſi in commiſſione non adeſſet clauſula*, vocatis vocandis.

13 *Iuſta cauſa neceſſariò adeſſe debet; quæ tamen præſumitur, dum tractatur de commutatione ultimæ voluntatis.*

14 *Epiſcopus eſt executor ultimarum piarum voluntatum, & per conſequens illas manutenere debet: non autem illis derogare, aut contravenire.*

15 *Sorores Sanctæ Vrſulæ, quæ tria vota non emiſerunt, & ſtrictam clauſuram non ſervant, non ſunt religioſæ, ſed ſæculares.*

16 *Falſa demonſtratio non vitiat legatum, quando conſtat de voluntate teſtatoris erga certum corpus, vel certam perſonam.*

TEſtator quidam venerabilibus Religioſis, & Sororibus Sanctæ Urſulæ civitatis illius, in qua morabatur, nuncupatis *de Luyne*, domum ſuam & alia plurima bona reliquerat; ſub ea tamen conditione, ut in eadem domo Monaſterium erigerent, divina officia cantarent, & alias functiones facerent quas tales religioſæ facere conſueverunt, & prout facere ſolent in civitate Avenionenſi; & cum onere ponendi inſcriptionem in porta Eccleſiæ, in qua fundatoris mentio fieret; & alias prout in legato continetur.

Mortuo teſtatore Vicarius Generalis, Sanctæ Urſulæ Sorores expulit, quamvis jam in dicta domo per aliquod tempus inhabitaſſent, & ad illam alterius poſſeſſionis Sorores & Religioſas introduxit. † Reſpondi Sorores Sanctæ Urſulæ reponendas eſſe in priſtinam domus poſſeſſionem; & in ea, aliiſque bonis definitivè manutenendas, & conſervandas.

De poſſeſſione quidem non erat dubium, ſive per viam manutentionis, ſi ſe pro ſpoliatis non habuiſſent; ſive per viam reintegrationis, ſi animo à poſſeſſione deſtitiſſent, vel ſuſpicatæ fuiſſent ſe poſſe repelli: juxta text. cum ibi notat. *in l.*3. *§.* 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Ludoviſ. *deciſ.*46. *numero* 9. † Nec ſufficeret quod ſola Superior Monaſterij, ſe habuiſſet pro ſpoliata: quia ejus factum toti Monaſterio nocere non poterat. Serapb. *deciſ.*1417. *num.*3. Addent. ad Ludoviſ. *deciſ.*46. n. 9.

De definitiva bonorum adjudicatione Sororibus Sanctæ Urſulæ facienda, non videtur diſputari poſſe; cùm pro ipſis clara ſit voluntas & diſpoſitio fundatoris, quam Vicarius commutare, aut alterare non poterat, præſertim in tertij præjudicium: † cùm hæc alteratio, ſeu commutatio ejus voluntatis fundatoris, ſit contra jus: *cap. nimia voluntas*, 13. *quæſt.*2. *cap. nos quidem*, *cap. ſi homines*, *cap. tua nobis*, & *cap. Ioannes*, *de teſtam. Clem. quia contingit*, *in princip. de relig. domib.*

Non enim poteſt Epiſcopus, aut ejus Vicarius legi derogare legi, niſi in caſibus à jure expreſſis. Abbas *in cap. cùm dilecti*, *num.*10. *de elect.* Sanch. *de matrim. lib.*2. *diſput.*40. *num.*1. & in terminis commutationis ultimarum voluntatum tradit Covar. *in diction. tua nobis*, *num.*7. & bene probat text. in *dicta cap. quia contingit*, in illis verbis: *Salua Sedis Apoſtolicæ authoritate.* Sayr. *in flor. deciſ. tit. de reb. Eccleſiæ alienan. deciſ.*2. Genuenſ. *in prax. Epiſcop. cap.*13. *num.*1. † Ubi hoc ampliat, quamvis commutatio fieret in melius: † imò etiamſi accederet conſenſus hæredis; cùm non agatur de voluntate ipſius, qui poſſit renunciare; ſed de obſervanda voluntate teſtatoris defuncti. Et quid circa hoc obſervetur

Rotæ

Romæ, tradit Pyrr. Conrad. *in prax. dispensat. lib. 9. cap. 7. num. 37. & seq.* Et licèt in Concil. Trident. *sess. 22. de reform. cap. 6.* constitutum fuerit, Episcopum tanquam sedis Apostolicæ delegatum, posse ultimas defunctorum voluntates commutare: hoc tamen intelligendum est ut procedat, dummodò summi Pontificis authoritas interveniat: quod patet ex verbis dicti Concilii, dum dicitur: Episcopum tanquam sedis Apostolicæ delegatum, summariè & extrajudicialiter cognoscere debere; nihil in precibus tacitâ veritate, vel suggestâ falsitate fuisse narratum; priusquam dictæ commutationes executioni demandentur: & per hanc rationem ita docet Didac. Spin. *de testam. 1. part. rubric. num. 24.* & post ipsum Eman. Roderic. *tom. 2. quæst. regul. quæstion. 125. art. 9.* Et quod dispositio Concilii intelligenda sit *in dicto cap. 6.* de commutationibus ultimarum voluntatum authoritate Pontificia factis, patet ex notatis per Monetam *de commut. ultim. volunt. cap. 5. num. 409.* qui plura de intellectu dicti Concilii in loco suprà dicto proponit, *in eodem tract. cap. 7. num. 36. & multis seq.* Intelligendo tamen prædicta sub modificationibus, de quibus *cap. 68. num. 7. cap. 23. num. 8. & cap. 25. num. 8.* & juxta tradita per Barbos. *de Episcop. alleg. 83. num. 1.*

8 Quidquid sit, non potest in dubium revocari, quin Vicarius nulliter processerit, non vocatis & renuentibus Sororibus Sanctæ Ursulæ, de quarum præjudicio agebatur; & quarum contradictio prævalere debebat ad tuendam ultimam voluntatem, & illam executioni juxta dispositionem testatoris demandandam. Genuens. *in prax. Archiep. cap. 19. num. 3.* Barbos. *de Episcop. allegat. 83. num. 6.* † Nec æquitati convenit possessores non citatos, sine causa à sua possessione removeri, quamvis nullum possidendi colorem haberent. Oldrad. *consil. 227. num. 3. ante finem, versic. nunquam autem*, & probatur *in* 10 *cap. licèt Episcopus 32. de præbend. in 6.* † cùm etiam in processibus extrajudicialibus, in quibus quis lædi potest per commutationem ultimæ voluntatis, requiratur citatio illius, qui lædi potest. Monet. *dict. tract. de commut. ultim. volunt. cap. 7. num. 278.*
11 † Quod non de propriè dicta citatione intelligendum est, quæ in extrajudicialibus locum non habet; sed de simplici vocatione, & monitione: ut *ibi* Mo-
12 neta advertit. † Et præmissa procedunt, etiamsi in commissione non adesset clausula, *vocatis vocandis:* quia nihilominus vocari debent omnes illi quorum interest. Monet. *dict. cap. 7. num. 344.* & quod plus est, non solùm citatio, sed etiam consensus eorum quorum principaliter interest, in ultimæ voluntatis commutatione requiritur: ut plurimis juribus, seu potiùs exemplis comprobat idem Monet. *cap. 7. num. 369. & seq.*

13 Neque justa causa præsumitur in commutatione ultimæ voluntatis facta per Episcopum, seu ejus Vicarium, nisi de ea legitimè constet. Vasq. *controvers. illustr. cap. 25. num. 28.* Monet. *cap. 6. num. 56. de commut. ult. volunt.* cùm tamen ex Concilio Tridentino *dicta session. 22. cap. 6. de reformat.* necessariò justa causa in simili voluntatis commutatione requiratur: ut etiam notavit Ricc. *collect. 558.*

Et quamvis superiùs *cap. 68. num. 8.* dixerimus Episcopum ultimam testatoris voluntatem nondum effectuatam, seu executioni demandatam commutare posse, justâ interveniente causâ: tamen in casu proposito agebatur de voluntate jam effectuatâ: quia Sorores istæ sanctæ Ursulæ, jam in effectu domus possessionem apprehenderant, & in ea exerce-
14 bant solita pietatis officia. † Unde Episcopus qui est generalis executor ultimarum voluntatum, seu ejus Vicarius, nihil poterat facere contrarium ultimæ voluntati. Abbas *in dicto cap. tua nobis, num. 4.* & *ibidem* Covar. *num. 7.*

Nec obstat quod legatum factum fuisset religiosis sanctæ Ursulæ; cùm tamen dictæ Sorores non essent religiosæ, eo quòd non emitterent vota perpetualis castitatis, & obedientiæ: & ideò legatum non videbatur posse sortiri suum effectum, in favorem ipsarum.

Quia licèt verum sit istas Sorores Sanctæ Ursulæ 15 non esse veras religiosas, sed potius sæculares; & earum Collegium esse sæculare, ut docet Menoch. *consil. 948.* & Ciriacus *controvers. 504. num. 9.* ubi copiosè de similibus Collegiis virginum differit: † ta- 16 men falsa demonstratio non vitiat legatum, nec aliam dispositionem quando constat (prout in casu isto) de corpore, seu de substantia legati: *l. si quis in fundi vocabulo*, & *ibi* Bartol. *num. 4. ff. de leg. 1.* Surd. *decis. 161. num. 27. & 29. & decis. 249. num. 22.* Unde concluditur fuit, dictas Sorores Sanctæ Ursulæ restituendas esse, & definitivè conservandas in possessione dictæ domus, & bonorum, juxta piam testatoris voluntatem. De his quid in Gallia observetur, vide *suprà, cap. 2. per totum.*

CAPUT CXIII.

De Oblatis Religionum, quomodo differant à Conversis, & in quo conveniant. Utrùm isti Oblati gaudeant privilegio fori, & an possint testari, contrahere, & de bonis suis disponere. Quis illis ab intestato morientibus succedere debeat. Et quid si Oblati votum fecerint paupertatis, castitatis, & obedientiæ; utrùm ex hoc dicantur Religiosi.

SUMMARIUM.

1 *Oblati quamvis votum emiserint, non propterea censendi sunt religiosi.*

2 *Oblati non mutant habitum sæcularem; Conversi verò regulari habitu induuntur.*

3 *Nec Oblati, nec Conversi dici possunt religiosi, nisi votum in aliqua religione juxta institutum illius emiserint.*

4 *Oblati qui verè non sunt religiosi, non gaudent fori privilegio; nisi quando actualiter sunt in consortio Monasterii, cui se obtulerunt.*

5 *Oblatio religioni fit aliquando animo profitendi, aliquando verò simpliciter: & hoc casu potest fieri vel quoad personam tantùm, vel etiam quoad bona ipsius Oblati.*

6 *Oblatus si de bonis suis non disposuerit, illi proximiores succedunt ab intestato.*

7 *Oblatio simpliciter de bonis offerendis facta, intelligitur de bonis præsentibus, nec extenditur ad futura, nec ad bona tempore oblationis reservata.*

8 *Vota simplicia non obligant ad certam religionem; sed respectu certæ religionis fieri debent, ut ad illam adstringant.*

9 *Votum simplex fit Deo immediatè; votum verò religionis fit quidem Deo, sed mediante persona Superiorum ordinis.*

10 *Qui votum ſimplex emiſit, poteſt à religione recedere, quando non fuit emiſſum Superiori illius ordinis, & reſpectu certæ religionis.*

DUbitatum aliàs fuit de obligatione Monaſterii erga quendam adoleſcentem, quem pater Monaſterio tradiderat, ſeu obtulerat, aſſignata ipſi, alimentorum nomine, ſumma quingentorum ſcutorum: cum pacto expreſſo quod ſi ipſe dimitteretur, Monaſterium ſummam receptam reſtituere teneretur: pro cujus dubii explicatione, ſequentia deducta fuere.

1 In primis dictum adoleſcentem nullo modo poſſe, aut potuiſſe dici religioſum, non obſtantibus votis paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ per eum emiſſis; cùm vota illa non emiſerit ſolemniter, & animo ingrediendi religionem: ſed tantùm pro bono vivendi modo: non enim aliorum regulam profeſſus eſt, ſed generalia vota emiſit ad nullam certam religionem limitata: & modus ille profitendi valde diverſus eſt à modo profitendi aliorum religioſorum ordinis illius, unde actus ille non debuit operari ultra illius intentionem, *l. non omnis, ff. ſi certum petat.* & ita docet Mirand. *in manual. prælat. regul. part. 1. quæſt. 29. art. 2.*

2 Secundò concluſum fuit, dictum adoleſcentem non poſſe dici Converſum, ſed potiùs Oblatum: hæc enim inter Converſos, & Oblatos eſt differentia, quod illi mutant habitum ſæcularem, & accipiunt regularem; Oblati verò in habitu ſæculari permanent. Abbas *in cap. non eſt, de reg. num. 2.* & poſt eum Mirand. *loc. citat.* Eman. Roderic. *tom. 3. quæſt. regul. quæſt. 21. art. 1.* Sanch. *in decalog. lib. 6. cap. 7. n. 9.*

3 Hoc autem tam Converſis, quàm Oblatis commune eſt, ut non cenſeantur religioſi, quamvis tria emittant vota, niſi ſub certa regula, & religione, ſeu ordine certò emiſerint: unde ſi quis ita voveat, *Promitto paupertatem, caſtitatem, & obedientiam,* non propterea dicitur religioſus, niſi addat *ſecundum regulam hujus, vel illius ordinis, &c.* Roderic. *dicto tom. 3. quæſt. 21. art. 1.* Lezan. *in ſumma regul. tom. 2. cap. 8. num. 4.*

4 Hinc ſequitur, quod cùm non aliàs *in tract. de prævent. judicial. cap. 29. num. 32. & 33.* inſequentes diſpoſitionem Concilii Trident. *ſeſſ. 24. cap. 11. verſic. exceptis tamen iis*, diximus familiares religioſorum, qui actu illis inſerviunt intra eorum ſepta, & Monaſteria, viventes ſub eorum obedientia, frui eodem fori privilegio, quo fruuntur ipſimet religioſi: intelligendo non de obedientia religioſa, ex profeſſione debita; ſed tantùm de ea quæ debetur ratione muneris injuncti, dum actualiter famulantur. Eadem ratione dicendum eſt, iſtos Oblatos, qui religioſi non ſunt, nec vota religionis emiſerunt in certa regula, & ordine præfinito, non poſſe gaudere foti privilegio: niſi quandiu intra ſepta Monaſterii, & ſub obedientia, non quidem religioſa, ſed ratione tantùm muneris ſibi injuncti debita, vivunt: ut dicit Lezan. *dicto cap. 8. num. 13. tom. 2.*

5 Tertiò fuit dictum, duo eſſe Oblatorum genera: quidam enim ſe, & ſua offerunt Monaſterio; alii verò ſe tantùm offerunt, non autem bona ſua: ita diſtinguit Caſtrenſ. *conſil. 69. volum. 1.* ubi dicit quod iſti actus dedicationis, & oblationis factæ Monaſterio, ſunt ex ſe indifferentes, & poſſunt intelligi ut facti ſint ad effectum profeſſionis, aut ſine intentione profitendi: unde ſi appareat, quod ille qui ſe dedicavit Eccleſiæ regulari, voluit mutare habitum, & profiteri eo modo quo alii religioſi; colligitur ex eo, quod voluit renuntiare ſæculo, neque reſervare ſibi facultatem diſponendi de bonis ſuis: & è converſo, illi qui ſe, & non bona ſua obtulerunt Monaſterio, non amittunt facultatem diſponendi de bonis ſuis, quia verè & propriè non ſunt religioſi, ut voluit Abbas *conſil. 102. verſic. verùm ad ſecundum, part. 2.* & Tuſch. *tom. 5. liter. O, concl. 16. num. 7. & ſeq.* † Et ſi de bonis ſuis minimè diſpoſuerint, ſuccedunt ipſis poſt eorum mortem proximores ab inteſtato viventes. Sanch. *in præcep. decal. lib. 7. cap. 34. num. 1.* † Poſſunt autem tales Oblati, qui religioſi non ſunt, omnia bona ſibi reſervare, vel partem aliquam: vel ſi ſimpliciter ſe, & bona ſua obtulerint; illa oblatio & dedicatio de bonis præſentibus intelligenda eſt, nec futura comprehendit. Sanch. *dicto cap. 34. n. 1.* Lezan. *dict. cap. 8. n. 14. & 15.*

Unde ſequitur, quòd cùm iſte juvenis illum feciſſet novitiatum, & per conſequens, ſi eum qui voluiſſet accipere tanquam religioſum, ejus profeſſio nulla fuiſſet, ex notatis ſuperiùs per eos *cap. 27. num. 22.* & ex Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de regular. cap. 15.* † Et cùm vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, de quibus agitur, non poſſint dici vota ſolemnia religionis, nec facta fuerit per iſtum adoleſcentem actualis traditio ſui ipſius, animo religionem profitendi; non impeditur de bonis ſuis ad libitum diſponere, & à Monaſterio (ſervatis tamen votis) ad libitum recedere, vel ab eo dimitti, ut traditis per Barboſ. *in cap. rurſus, Qui clerici vel vovent.* Bonacin. *de matrim. quæſt. 3. punct. 4. num. 1.* † Hæc enim eſt differentia inter votum ſimplex, & votum ſolemne religionis, ut ſimplex ſoli Deo fiat immediatè; ſolemne verò religionis votum fiat Deo mediante perſona Miniſtrorum ab Eccleſia ex Dei commiſſione ad id deputatorum: ut *ibidem* explicat Barboſ. plures alios referens. † Potuit igitur ille, qui votum ſimplex emiſerat, & nulli Superiori, aut religioni ſeſe obligaverat, recedere, vel dimitti maximè ſtante pacto in contractu receptionis, ſeu oblationis ipſius appoſito; quod in caſum recedat, vel dimiſſionis reſtituentur illi, vel ſuis, quingenti aurei à Monaſterio tempore dictæ admiſſionis recepti: & ita fuit obſervatum. Quia adoleſcens receſſit à Monaſterio, illique reſtituti fuere dicti quingenti aurei.

CAPUT CXIV.

De ſepulturis quæ aliàs extra Eccleſiam poſtea in atrio, denique in ipſa Eccleſia conceduntur fidelium corporibus humi reponendis; non tamen ſubtus altare. De electione ſepulturæ libera, etiam extrà Eccleſiam parochialem. Religioſi utrùm ſibi ſepulturam eligere poſſint. Vtrum pater pro filio. An intra Eccleſiam Monialium benedictam, nondum tamen conſecratam. Electio ſepulturæ quomodò probetur. Vtrùm poſſit alteri committi. Vxor, Filiusfamilias, Canonicus, Beneficiatus ubi ſepeliendi.

SUMMARIUM.

1 *Olim ſepultura extra Eccleſiam, deinde in atrio, nunc autem intra Eccleſiam conceduntur.*

2 *Corpus*

2 *Corpora infidelium, vel infantium non baptizatorum, intra Ecclesiam non sepelienda.*
3 *Sepulturæ nemini subtus altare concedendæ; vel si fuerint concessæ, amovendæ sunt.*
4 *Electio sepulturæ cuilibet permissa, etiam extra parochialem Ecclesiam, reservata quarta parochiali.*
5 *Eligens sepulturam extra parochiam, si in loco electo sepeliri nequeat, non est in parochia sepeliendus.*
6 *Religiosi, exceptis Prælatis, non habent jus eligendi sepulturam; sed in proprio Monasterio sunt sepeliendi.*
7 *Fallit si loco à Monasterio remoto decesserint, ita ut ad illud commodè deferri nequeant: & tunc eligere possunt sepulturam, & non facta electione, sunt in parochiali Ecclesia sepeliendi.*
8 *Pater pro filio sepulturam eligere non potest, nisi talis sit consuetudo, quæ probanda est.*
9 *Filius familias pubes potest sibi sepulturam eligere, non tamen impubes, nisi sit proximus pubertati.*
10 *Eligere quem posse sepulturam in Ecclesia Monialium benedicta, & nondum per Episcopum consecrata.*
11 *Electio sepulturæ probatur per testes singulares.*
12 *Electio sepulturæ an possit alteri committi, ut eligat post mortem suam.*
13 *Vxor, & filius, utrum possint eligere sepulturam: & utrum filius pro patre mente capto, vel fratre, & tutor pro pupillo.*
14 *Canonicus, Rector Ecclesiæ, Vicarius perpetuus, Vicarius temporalis, Presbyter amovibilis, & stipendiatus, & ille qui canonicatui renuntiavit, ubi sint sepeliendi.*
15 *Vtrum potius in patris, vel avi sepultura quis sepeliendus sit.*
16 *Filius spurius, vel illegitimus ubi sepeliendus.*
17 *Vxor in sepultura mariti sepelienda: quid si ad secunda vota convolaverit.*
18 *His omnibus deficientibus, debet quis in parochia sepeliri, in qua recepit Sacramenta vivens.*
19 *Plura de sepulturis. Remissivè.*

VAriæ sæpiùs exortæ sunt controversiæ inter Ecclesias parochiales, & alias, super sepulturis; & quo in loco defuncti sepeliri debeant. Pro quarum resolutione, multa paucis, breviter, & resolutivè exponenda sunt.

1 Primò antiquis temporibus sepulturæ extra urbem habebantur; *cap. ubicumque* 13. *quæst.* 2. Deinde crescente fidelium numero, sepulturæ propè Ecclesiam, in Cœmeterio concessæ sunt: *cap. sicut antiquitus*, 17. *quæst.* 4. Postmodum in atrio Ecclesiæ, dignitatis causa: *cap. præcipiendum* 13. *quæst.* 2. Denique & in ipsa Ecclesia, laïcis concessa fuit sepultura. Cavaler. *decis.* 15. *num.* 1. Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 8.

2 Dummodò tamen non sepeliantur ibi corpora eorum, qui in infidelitate decesserunt, aut infantium, qui sacro baptismatis lavacro abluti non sunt; debent enim exhumari hujusmodi cadavera, si in Ecclesia sepulta sint, & discerni possint: si verò discerni non possint, Ecclesia est reconcilianda, & corpora exhumanda non sunt. Tusch. *litera S, conclus.* 187.

3 Dummodo etiam sepulturæ non sint subtus altare: *cap. præcipiendum*, 13. *quæst.* 2. & determinavit Sacra Congregatio Episcoporum, teste Ricc. *collect.* 3838. & si in effectu corpora subtus altare fuerint sepulta, non debet in illo altari celebrari, sed debet interdici, donec corpora in alium locum transferantur. Sacra Congregatio relata per Ricc. *loco citato.* Barbos. *in decis. Apost. collect.* 76. *num.* 2.

4 Secundò, sepulturæ electio cuilibet conceditur in loco sibi beneviso; quamvis locus ille esset minùs religiosus quàm Ecclesia parochialis: text. est *in cap.* 2. §. *final. de sepult. in* 6. & *in cap. fraternitatem*, cum *ibi* notatis, *eodem titulo, in Decret.* Potest enim eligi sepultura in loco per eligentem ad libitum designando: *can. soror*, 13. *quæst.* 2. *can. vos, & can. Ebron, ibidem.* Bertachin. *in repert. in verb. sepultura, num.* 1. 2. & 3. dummodo parochiæ sua quarta reservetur. Cæpol. *de servit. urban. prædior. cap.* 82. *de sepult. num.* 8. & 9. & hoc usu receptum esse testatur Molfes. *in summa, part.* 13. *cap.* 8. *num.* 20. & 21. Atque ita determinavit Sacra Congregatio, teste Barbos. *ad Concil. Trident. sess.* 25. *de reformat. cap.* 13. *num.* 19. & *in decis. Apostol. collect.* 671. *num.* 10. his verbis: *Sepulturæ electio in alia Ecclesia præter parochialem, non potest per Parochum impediri, dummodo illi reservata sit sua quarta funeralis.*

5 Tertiò, si quis elexerit sepulturam in alia Ecclesia quàm Parochiali, & ibi propter aliquod impedimentum sepeliri non possit, non est sepeliendus in Ecclesia parochiali; cùm jam animum suum declaraverit, quod ibi sepeliri non intendebat, sed in alio loco per Episcopum eligendo, vel per ejus Vicarium, prout arbitrabitur esse magis conforme voluntati, & intentioni defuncti. Prax. Genuens. *cap.* 61. *num.* 5.

6 Quartò, Religiosos sibi sepulturam eligere posse censuit Hostiens. *in summa, tit. de sepult. num.* 1. *versic. eadem ratione.* Quia, inquit, electio refertur ad illud tempus, quo ipse futurus est à jugo obedientiæ exemptus; cùm mortui non subiaceant obedientiæ. Sed hæc ratio non est bona, quia non inspicitur tempus executionis, ad judicandum vtrùm quis habilis sit ad disponendum; sed tempus dispositionis: cùm ergo religiosus vivens, sit tamen mortuus mundo, nec habeat velle aut nolle, non potest etiam habere jus eligendi sepulturam: & ita, nempe religiosos non habere jus eligendi sibi sepulturam, sed in proprio Monasterio sepeliendos esse, Prælatis exemptis, qui facultatem habent illam eligendi, tradit Lezan. *in sum. regul. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 10. † Nisi 7
sint ita remoti à propriis Monasteriis, ut ad illa deferri nequeant: tunc enim possunt sibi eligere sepulturam, quam si non elegerint, in Ecclesia parochiali, in qua decesserunt, sepeliendi sunt. Barbos. *de offic. Paroch. cap.* 26. *num.* 30. Quod si extra claustra decesserint, debent nihilominus in suis Monasteriis sepeliri. Barbos. *dicto num.* 30.

Quintò, pater pro filio sepulturam eligere non 8
potest de jure, secus de consuetudine; quæ tamen cùm in facto consistat, est probanda: & pro hac probatione concedi potest remissoria. Ludovis. *decis.* 276. *num.* 1. Quod intelligendum est de filio impubere: † nam si filius sit major 14. annis, potest 9
sibi sepulturam eligere, nisi etiam in individuo probetur consuetudo, etiam in terminis filiifamilias puberis: Cuman. *in l. jam is, §. filius, num.* 5. *ff. de donat. caus. mort.* Impubes autem sepulturam sibi eligere nullo modo potest: *cap. licèt, de sepult. in* 6. nisi sit proximus pubertati. Molfes. *in sum. tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 25. Cæterùm, in hac civitate Avenionensi receptam esse consuetudinem illam, ut pater pro filio impubere sepulturam eligere possit, testatur Oldrad. *consil.* 225. *num.* 7.

Sextò, electio sepulturæ fieri potest in Ecclesia 10
Monialium

Monialium benedicta, licèt nondum conſecrata, prout aliàs de Eccleſia quadam in hac civitate Avenionenſi, ita Reſpondi ad requiſitionem Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Ducis de Vantadour, reclamantibus Parochis, ann. 1635. Ratio eſt, quia ad hoc ut cadaver in aliquo loco ſepeliatur, ſufficit quod locus ſit benedictus, licèt non conſecratus.

Patet, quia Cœmeterium non conſecratur, ſed benedicitur: *cap. nemo. de conſecrat. diſt. 1.* & propterea Cœmeterium non poteſt propriè dici ſacrum, ſed duntaxat largo modo. Abbas *in cap. abolendæ, de ſepult.* & ita decidit Natt. *conſil. 432. num. 13.*

11 Septimò, electio ſepulturæ ſufficienter probata dicitur, quamvis de ea conſtet per depoſitionem teſtium ſingularium: Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſ. in praxi ſepult. deciſ. 664.* & ſufficiunt duo teſtes. Praxis Genuenſ. *d. cap. 61. num. 16.*

12 Octavò electio ſepulturæ poteſt alteri committi, quia licèt mandatum morte mandantis regulariter re integra exſpiret: tamen hæc regula non procedit in illo mandati genere, quod non niſi poſt mortem mandantis effectum ſortiri poteſt: *cap. fin. §. fin. de teſtam. in 6.* Sicut poteſtas executorum durat, imò executionem non habet, niſi poſt obitum teſtatoris. Conſultius tamen eſſet eligere ſepulturam in Eccleſia, & tumulo quem eligens diceret ſe ad aurem dixiſſe hæredi, aut alteri perſonæ confidenti: quia licèt alienæ voluntatis arbitrium alteri committi non poſſit, tamen committi poteſt alienæ voluntatis ſecretum: juxta *l. Theopompus*, cum *ibi* notat. *ff. de dote præleg.*

13 Nonò, ſi uxor, aut filius non elegerint ſibi ſepulturam, poteſt uxori maritus, vel filio pater ſepulturam eligere: *cap. licet, de ſepult. in 6.* & *ibi* DD. communiter. Ipſa tamen uxor, vivente viro, ſibi ſepulturam eligere poteſt: *cap. de uxore, de ſepult.* Frater autem pro fratre ſepulturam non eligit. Sebaſt. Med. *de ſepult. quæſt. 8. num. 24.* Nec filius pro patre, quamvis mente capto, vel furioſo. Idem *num. 25.* Nec tutor pro pupillo. Idem *d. quæſt. 8. num. 26.*

14 Decimò, ſi nulla fuerit facta electio ſepulturæ, ſi ſit Canonicus, ſepeliendus erit in Eccleſia in qua habet canonicatum, & præbendam. Innocent. *in c. 1. de ſepult.* Rector Eccleſiæ parochialis in ſua Eccleſia; ſicut & Vicarius perpetuus, non autem temporalis: Capellani in Eccleſia in qua capellam habent, aut beneficium perpetuum; non autem Preſbyteri amovibiles, qui habent ſtipendium à Capitulo, & quandocumque poſſunt amoveri: hi ſepeliendi erunt in ſua parochia, vel in ſepulchro ſuorum majorum, ſive ſit familiare, ſive hæreditarium. Renuncians beneficio, ſive illud reſignans, ſepeliendus eſt in Eccleſia, in qua deſinit eſſe beneficiatus, ſeu Canonicus, aut Prælatus: ita Medic. *in d. tract. de ſepult. quæſt. 7. num. 8. & multis ſeq.*

15 Filius autem in ſepultura parentum: *cap. 1. de ſepult.* ſed ſi alia Patris, alia Avi ſit ſepultura, præfertur illa in qua patris oſſa quieſcunt. Joan. Andr. *in*
16 *cap. 15. de ſepult. in 6.* † Spurius tamen ſepeliendus eſt in ſepulchro matris, niſi vivo patre fuerit legitimatus: *argument. l. ſi qua illuſtris, Cod. ad Orfician.* Legitimus verò potiùs in paterno, quàm materno
17 ſepulchro. Medic. *loc. citat. num. 22. & 23.* † Uxor verò in ſepulchro viri, ſi fuerit ad ejus domum traducta, dummodo non intervenerit ſententia ſeparationis thori, nulla ſequuta reconciliatione; & dummodo ad ſecunda vota non convolaverit: tunc enim in ſepulchro ſecundi mariti ſepelienda eſt.
18 Medic. *loc. citat. num. 26.* † His deficientibus, ultimo loco in parochia ſepeliendus eſt defunctus, in qua Sacramenta recepit: nam ſepulchrum majorum primum locum obtinet, & Eccleſiæ parochiali præfertur: *cap. 1. de ſepult. cap. 2. eodem tit. lib. 6.* † Reliqua quæ ad materiam ſepulturæ ſpectant, fuſius proſequitur Sebaſt. Medic. *in dicto tract. de ſepulturis*, & Molfeſ. *in ſum. dicto tract. 13. cap. 8.* Ricc. *in dicta praxi rer. for. Eccleſ. de prax. ſepult.* Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 2. cap. 10. & in tract. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 25.* Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de ſepult.*

CAPUT CXV.

De pœna hæredi imponenda, qui teſtatoris defuncti animæ curam non habuit, illique ad mortem properanti Medicum ſpiritualem, hoc eſt Parochum non adhibuit. De obligatione Parochi viſitandi parochianos ſuos infirmos. An & quomodò privetur ſucceſſione defuncti, qui illum in Civitate peſte infecta deſeruit, & ab illo loco aufugit.

SUMMARIUM.

1 *Qui infirmo laboranti Medicum non adhibuit, ſibi ſucceſſione indignum ſe reddit.*

2 *Maritus non poteſt ſe juvare pacto lucrandi bonis, ſi uxori infirmæ non adhibuerit Medicum.*

3 *Idem dicendum in ſucceſſione Majoratus: qui illo ſe reddit indignum, ſi ultimo poſſeſſori infirmo Medicum adhibere neglexit.*

4 *Regula generalis eſt, illum qui ſperat lucrum ex mortem alicujus, eo privandum eſſe, ſi Medicum infirmo adhibere non curaverit.*

5 *Mater quæ liberos tempore peſtis deſeruit, illorum ſucceſſione privata fuit.*

6 *Curans, vel curari faciens infirmum, non redditur indignus, ſi aliquid ex accidentibus amiſerit.*

7 *Qui infirmi curam habet, non tenetur de leviſſima culpa.*

8 *Imputandum eſt Parocho qui non viſitavit infirmos, & illi Sacramenta Eccleſia non miniſtravit.*

9 *Parochus tenetur ſingulis diebus infirmos viſitare, & providere ne ſine Sacramentis decedant.*

10 *Qui infirmi curam non gerit, excuſatur, ſi curare alii qui curam ſuſcipiebant, vel ſuſcipere debebant.*

11 *Qui negligit animam, dicitur cauſare mortem animæ, quæ deterior omnino eſt morte corporis.*

12 *Qui uxorem, aut liberos peſte infectos deſeruit in loco peſtifero, non reddit ſe indignum, ſi eis providerit de omnibus rebus neceſſariis.*

13 *Impugnatur Caſtrenſis ſententia dicentis, non adhibendos Medicos, quando ſalus agrotantis eſt probabiliter deſperata.*

14 *Explicatur deciſio Coleri, de qua ſuprà, num. 3. ut locum habeat quando quis aufugit à loco peſtifero, relictis perſonis, quarum curam habet.*

habet, veluti liberis, pupillis, matre, & aliis similibus personis, quæ nondum erant peste infectæ.

15 *Mulier quæ accusabatur quod marito Sacramenta administrari non curaverat, fuit absoluta: quia nulla ejus lata culpa, vel dolus probatus fuit.*

HOnesta quædam mulier à marito hæres instituta, indignitatis & ingratitudinis arguebatur, quòd marito in extremis laboranti, sacrosancta Ecclesiæ Sacramenta ministrari minimè procurasset: qua de causa prætendebatur, ipsam mariti successionem non mereri, & donationem illi factam ex capite ingratitudinis revocandam esse.

1 Indignum siquidem illum dicimus, qui infirmo testatori Medicum non adhibuit: *l. indignum*, ibi: *si culpâ & negligentiâ hæredis moriretur, ff. de his quibus ut indign.* & *ibi* Glossa exemplificat in eo, qui
2 Medicum non adhibuit, vel malum. † Idem *in l. si ab hostibus, §. fin. ff. solut. matrim.* ubi maritus non potest se juvare pacto lucrandæ dotis, si uxori infirmæ non adhibuerit Medicum: & hoc deducit *ibidem* Barbos. *num.* 1. *junctο num.* 35. *versic. hanc tamen ampliationem*, post Baldum *consil.* 26. *Punctus, num.* 4. *volum.* 3. Ripa *in l. final. num.* 155. *Cod. de revocand. donat.* & hoc casu perinde punitur uxor privatione lucrorum, ac si maritum occidisset: *l. quod si nolit* 31. *§. si mancipium, ff. de Ædilitio Edicto, l. necare, ff. de liber. agnoscend.* & Barbos. *loc. citat. num.* 32. *versic. his ita expeditis.* Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 33. Ubi dicit, quod filius primogenitus, qui parentem infirmum non curavit, aut ei Medicum non adhibuit, non succedit
4 in Majoratu. Mascard. *conclus.* 1286. *num.* 134. † ubi proponit regulam generalem, quod quicumque sperat lucrum ex morte alterius, non debet illud accipere, si causam dedit morti, aliquid faciendo, vel negligendo: unde si maritus, muliere peste laborante, vel parturiente, aufugerat, lucra dotalia amittere censuit Addit. ad *decis.* Coleti 257. *num.* 18. † Et
5 viduam, quæ liberos tempore pestis à se in Xenodochium repulerat, eorum successione privandam esse fuit decisum apud eundem Colerum *decis.* 159. *num.* 12. & 25.

Quod si præmissa procedunt in eo, qui infirmitatem corporis neglexerit, & Medicos corporis non adhibuit: multò magis hæc vidua ingratitudinis, & indignitatis notam incurrisse censenda est, quæ marito animam exhalanti Confessarium adhibere, & Parochum in auxilium exeuntis animæ evocare noluit; forsan ut faciliùs bona occultaret, aut ut ad mortem faciliùs maritum properare permitteret, & corporali carentem remedio, & salutaribus animæ subsidiis destitutum.

Verùm, his non obstantibus, Viduam hanc honestæ conditionis, & vitæ, ac bonæ famæ mulierem, non solùm excusandam, sed etiam ab omni culpa immunem declarandam Censui, ac à mariti hæreditate nulla ratione repellendam: prout in effectu mariti bona postea pacificè possedit. Primò, quia vidua durante mariti infirmitate, quæ longa & diuturna erat, sæpiùs illum ad Ecclesiam in cathedra deferri curaverat, ut ibi missam diebus festis audiret, & sanctissimam Eucharistiam susciperet. Deinde invalescente morbo, ita ut ad templum deferri sine periculo non posset, admoverat Parochum, imò & illi quintodecimo ante mortem die, & extremam Unctionem, & Sacratissimum Viaticum præberi procuraverat. Quod si deinde subitò, & non expectato eventu, mors inopinato tempore supervenerit, nihil uxori imputandum est, quæ casum istum prævidere non poterat, ex notatis per Bald. *in l. quæ fortuitis, Cod. de pign. action. colum.* 6. *versic. venio ad levissimam, num.* 13. ubi dicit, † quod curans, vel 6
curari faciens infirmum, non tenetur si aliquid omiserit ex contingentibus, propter quod verisimiliter res salua esse potuisset: ista enim est levissima culpa. † Et is qui infirmi curam habere debet, non tenetur 7
de levissima culpa, Gloss. *in dicta l. quod si nolit* 31. *§. mancipium, in verb. culpam, ff. de Ædilit. Edict.* textus autem in *dicta l. indignum*, qui loquitur de eo qui mortuus est ob culpam hæredis, intelligendus est de culpa lata, seu saltem levi; & non de levissima, *l. in venditione, §. de tempore*, & *ibi* Glos. *in verb. culpa, ff. de bon. author. judic. possid.* & *ibi* Bartol. & ideo qui nullum adhibuit Medicum, vel non adhibuit peritum, tenetur quidem, & pro indigno habendus est, ut explicat Glos. *in dict. l. indignum.* Sed ista mulier non peccavit in substantialibus, adhibuit enim Parochum, qui Medicus est spiritualis animarum: unde si aliquid ex contingentibus evenerit, non ideò indignitatem incurrit. Natt. *consil.* 462. & post ipsum Mantic. *de conject. ult. volum. lib.* 12. *tit.* 5. *num.* 16.

Præterea si quæ adfuerit culpa, non ipsi uxori, 8
sed Parocho imputanda erat; cujus officium est, ad visitandos infirmos accedere, eósque opportunis remediis juvare; idque maximè, & majori cum obligatione, quando infirmi incipiunt agonizare; cùm tunc sint in eo statu, à quo vel in bono, vel in malo dependet æternitas: ut dicit Barbos. *de offic. Paroch. cap.* 7. *num.* 26. Parocho igitur, non hæredi imputandum est, si quid omissum fuerit, vel neglectum; cùm sit approbatus ab Episcopo, & in officio suo expertus: *argum. l.* 1. *ff. si mensor falsum mod. dix. l. illicitas, §. sicuti, ff. de offic. Præsid. l. Medico, ff. de var. & extraord. cognit. cap. proposuisti*, & *ibi* DD. *de probat.* Rota Aven. *decis.* 21. *num.* 2. † Neque expectare de- 9
bebat Parochus ut moneretur; sed ex officio tenebatur sese informare de statu infirmi, & quotidie debebat illum visitare, ne sine Sacramentis moreretur. Ricc. *in praxi rer. for. Eccles. in praxi pœnarum, decis.* 350. ubi dicit Parochum qui permiserat culpâ seu negligentiâ infirmum decedere sine Sacramentis, fuisse suspensum ab exercitio suæ Curæ per biennium: quia cùm in officio suo deliquisset, consequenter debebat in eo puniri: sequitur ergo huic viduæ nihil esse imputandum, nec illam de ingratitudine erga maritum argui posse.

Unde non obstant rationes in contrarium ad- 10
ductæ: quia licèt negari non possit hæredem, qui salutem animæ defuncti neglexit, si dolo malo, vel latâ culpâ id actum sit, perinde incidere in vitium ingratitudinis, ac si corporis curam neglexisset: (quando videlicet non aderant alii proximiores, vel qui id muneris meliùs obire poterant:) ut explicat Alex. *consil.* 123. *num.* 4. *volum.* 7. Ruin. *consil.* 139. *num.* 3. & 4. *volum.* 4. quia † animæ salus prævaler sanitati corporis: *l. sancimus* 17. & *ibi* DD. *Cod. de sacros. Eccles.* Et triplex est mors, una videlicet corporis, alia spiritualis, tertia gehennalis: *distinct. ult. de pœnit. in fine*, in illis verbis: *qui autem impœ- 11
nitens moritur, omninò moritur:* sed in casu proposito nulla, nequidem levis aderat culpa; sed potiùs casus fortuitus; & nullo modo prævisus: quia cùm longa esset infirmitas, non tam citò, nec tam inexpectato eventu moriturus testator credebatur, ut supra dictum est.

Quod autem de eo, qui defunctum peste affli- 12
ctum

ctum neglexit, ſuperiùs dictum eſt; locum non habet ſi aufugiens à loco peſtifero, uxorem vel liberos jam peſte laborantes dereliquit; dummodo eis neceſſaria tam pro victu, quàm pro cura infirmitatis
23 reliquerit. † Nunquam enim approbarem doctrinam Caſtrenſ. *in dicta l. ſi ab hoſtibus* 11. §. *final. num.* 3. *ff. ſolut. matrim.* dum voluit, quod ſi uxor tali peſte erat infecta, ut inutilis eſſet Medicorum aſſiſtentia, quia omnes communiter moriebantur; nihil marito imputandum eſt, ſi uxori Medicos non adhibuerit: quia docuit experientia tempore acerbiſſimæ contagionis, multos qui deſperati credebantur evaſiſſe: & ideò etiam in ultimo vitæ ſpiritu conſtitutis, & deploratæ ſalutis, ſemper remedia adhibenda ſunt: quia quamdiù anima eſt, ſpes eſt. Rota Aven. *de-*
24 *ciſ.* 21. *num.* 5. † Deciſiones verò ſuperiùs ex Colero allegatæ, veræ ſunt in caſu ſuo, nempe quando antequam liberi, mulier, maritus, aut ſimilis perſona peſte inficerentur; mater, maritus, aut alii, apud quos harum perſonarum ſollicitudo eſſe debebat, aufugerunt relictis illis perſonis in loco peſte infecto: tunc enim negari non poteſt, quin incurſum fuerit vitium ingratitudinis: & quin in morte ſubſecuta, culpæ latæ rei ſint: quia perſonas illas in loco peſte infecto dimittere non debebant, ut tradit Rip. *in tract. de peſte, tit. de privil. contract. num.* 104. & poſt ipſum Barboſ. *in d. l. ſi ab hoſtibus* 11. §. *fin. ff. ſolut. matrim. num.* 35. ſed hæc nihil ad caſum noſ-
25 trum. † Ideo mulier iſta ab hac proſequutione, ſeu perſequutione immunis evaſit.

CAPVT CXVI.

Matrimonio per verba de futuro contracto, quod & quale intereſſe peti poſſit contra recuſantem adimplere illud in facie Eccleſiæ. Quid ſi per verba de præſenti, & matrimonium nondum ſit conſummatum, & unus ex conjugibus, alio invito religionem profiteatur; utrùm ſit locus repetitioni expenſarum, & petitioni lucrorum ex conventionibus matrimonialibus debitorum; an verò mors naturalis ſit expectanda. Quid dicendum, ſi ambo conjuges conſummato matrimonio profiteantur religionem. Quid ſi conjugium declaretur nullum ex capite impotentiæ, aut ſeparetur tantùm quoad habitationem, & thorum.

SUMMARIUM.

1 *Qui ſponſalia contraxit per verba de futuro, ſi promiſſionem adimplere recuſet, tenetur ad intereſſe damni emergentis; non tamen lucri ceſſantis: quod exemplis demonſtratur.*

2 *Intereſſe adversùs recuſantem adimplere matrimonium promiſſum, peti poteſt coram judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari.*

3 *Matrimonio per verba de præſenti contracto, ſed nondum conſummato, poteſt alter ex conjugibus religionem ingredi: & datur illi tempus duorum menſium ad deliberandum ſuper hoc.*

4 *Vxor nondum traducta ad domum mariti, non lucratur augmentum, nec jocalia, ſecundum quoſdam: quia dantur in præmium virginitatis amiſſæ.*

5 *Afferuntur DD. contrarium ſentientes; alii verò aſſerentes hanc quæſtionem Imperiali deciſione indigere.*

6 *Statuto Avenionenſi cavetur, lucra deberi ſtatim poſt donationem corporum inter conjuges ſactam.*

7 *Lucra debentur conjugi, dum alter ingreditur religionem, non expectatâ morte naturali, ex verbis Rotæ Romanæ ſententia.*

8 *Mors civilis, & naturalis quando æquiparentur.*

9 *Quando idem ſtatuendum ſit in caſu vero, & in caſu fictо.*

10 *Implementum fictum quando æquivaleat vero.*

11 *Iocalia miſſa ad coniugem, ſi religionem ingrediatur, reſtituenda ſunt.*

12 *Per ingreſſum in religionem Societatis Ieſu, non diſſolvitur matrimonium ratum, non conſummatum.*

13 *Vbi adeſt impotentia, ab initio matrimonium eſt nullum: nec datur dos, nec lucra tali caſu.*

14 *Sed in hac quæſtione diſtinguendi ſunt caſus ſcientia utriuſque coniugis, vel ignorantia impedimenti in utroque; & ſcientia in donante, ignorantia in donatario; vel è contra, num.* 15. 16. 17.

18 *Quando uterque coniux, conſummato matrimonio profitetur religionem, tunc de iure communi lucra non debentur ſtatim, ſed duntaxat poſt mortem naturalem.*

19 *Intellige ſi ambo profiteantur: nam ſi unus tantùm profiteatur, qui remanet in ſæculo, facta alterius profeſſione, lucra ſua facit.*

20 *De iure Gallico mors civilis æquivalet naturali, lucra debentur ſtatim, non expectatâ morte. Intellige ut num.* 21.

22 *Matrimonio ob coniugis ſævitiam ſeparato, locus eſt reſtitutioni augmenti, & iocalium.*

23 *Si uxor, conſummato matrimonio, à marito ſine cauſa, & ex ſola animi levitate recedat; tenetur marito reddere iocalia, quæ ſecum tulit.*

PRout matrimonium variis modis diſſolvitur, vel ſeparatur; ita & variæ occurrunt quæſtiones circa augmentum, lucra dotalia, veſtes & iocalia; ex conſuetudine, vel ſtatuto, aut etiam ex pacto alicui ex conjugibus in caſum ſuperuitæ debita, vel promiſſa: ideo ſinguli caſus ſeparatim tractandi & conſiderandi ſunt.

Primus caſus eſt quando matrimonium ſit contractum duntaxat per verba de futuro, & unus ex ſponſis recuſat contrahere in facie Eccleſiæ per verba de præſenti: & hoc caſu duplex conſideratur intereſſe adversùs ſponſalia adimplere recuſantem, alterum lucri ceſſantis, alterum damni emergentis. Intereſſe lucri ceſſantis in eo conſiſtit, quod ex. v.g. virum divitem habitura fuiſſet, & ab eo penſiones viduales, augmentum ſeu lucrum dotis & ſimilia: aut viciſſim maritus divitem uxorem habiturus, & ab ea amplam dotem, &c. & hoc intereſſe lucri ceſſantis peti non poteſt, etiamſi intervenisſet pactum expreſſum de eo ſolvendo, tempore ſponſalium contractorum initum: quia hoc timonium reſtringit libertatem, quæ magna in matrimonio eſſe debet. Præterea lucra hujuſmodi non debentur, niſi occaſione Matrimonii per verba de præſenti

senti contracti; adeo ut multi dubitent, utrùm debeantur ante consummationem, ut mox dicetur: ergo nondum contracto per verba de præsenti matrimonio, minus debentur; aut in pactum quasi loco pœnæ deduci possunt. Quæ ratio locum non habet ratione interesse damni emergentis, quòd non quidem peti potest tanquam pœna; sed tanquam verum, & reale damnum, passùm ob culpam illius, qui fidem violat; & matrimonium perficere recusat. Unde si quis expensas fecerit in vestibus, conviviis, annulis, jocalibus, & similibus, damnum istud, quatenus verè & realiter passus fuit, repetere potest à recusante, & fidem promissam servare renuente: ita tradit Bonacin. *de matrim. quæst. 1. punct. ult. num. 6.* post Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 30. n. 14. 15. & 16.* ubi hujus sententiæ veritatem adversùs contrarium sentientes bene confirmat, & sequitur Gutier. *in cod. tract. de matrim. cap. 17. num. 14.* Barbos. *in cap. gemma, num. 5. de sponsal.*

2 Istam autem actionem, pro restitutione damni emergentis, adversùs sponsalia perficere per celebrationem matrimonii recusantem, coram judice Ecclesiastico, vel sæculari ad libitum intentare licebit: quia est distincta, & separata ab actione super validitate matrimonii. Nam si sponsus sponsam cogere vellet ad perficiendum matrimonium, quoad hunc articulum laïcus jurisdictione caret. Sanch. *loc. citat. disp. 29. num. 9. lib. 1.*

3 Secundus casus est, quando matrimonium est quidem ratum, & contractum per verba de præsenti, nondum tamen consummatum: quo casu licet uxori, vel marito, aut utrique religionem ingredi; & illi qui declarat se velle religionem ingredi, datur bimestre ad deliberandum: juxta text. *in cap. ex publico, de convers. conjug.* Circa quod plura tradit Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 18. & seq.* Et hoc casu, adhuc dubitatum fuit in facti contingentia, utrùm is qui remanet in sæculo, per quem non stat quin matrimonium consummetur, petere possit lucrum dotis, seu augmentum, jocalia & alia lucra in casum prædecessus superviventi promissa? Quæstio est pulchra & difficilis.

4 Primò enim, multi Doctores censuerunt, quod si uxor nondum fuerit ad domum mariti traducta, aut aliter matrimonium non fuerit consummatum, non est locus petitioni augmenti, & pactis de lucro dotis, aut similibus lucris; quæ non videntur deberi, nisi propter defloratione uxoris, & in præmium amissæ virginitatis. Cancer. *lib. 3. var. resol. cap. 11. de spons. num. 115. & seq. & lib. 2. cap. 1. quæst. 30. per totam, à num. 67. in novis.* Tiraquell. *ad leg. connub. l. 16. glos. 2. num. 18. & seq.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 19. num. 3.*

5 Alii verò in contraria fuerunt sententia; nempe quod statim contracto per verba de præsenti matrimonio, augmentum illi debetur per quem non stetit quominus matrimonium consummaretur. Molin. *de pact. dotal. lib. 3. quæst. 16. num. 41. & seq.* ubi alios citat. Boër. *decis. 22. n. 33.* quem citat, licèt ipse nihil resolvat, Fontan. *de pact. nuptial. claus. 6. gloss. 1. part. 1. num. 29.* & satis ambiguè loquitur etiam in hac quæstione Cod. Fabrian. *lib. 5. tit. 7. defin. 1. num. 9.* Eandem sententiam, quod statim contracto matrimonio, licèt nondum consummato, sit locus lucris dotalibus, tenet Gaill. *lib. 2. observ. 80. num. 3. & seqq.* & adducuntur plures DD. pro utraque sententia asserentes pro se communem adesse Doctorum opinionem, ut dicit Cevallos *commun. opin. quæst. 110.* Rot. *decis. 307. n. 2. part. 6. recent. & decis. 237. num. 3. & 5. eadem part. 6.* adeo ut quæstionem istam Imperiali decisione indigere dixerit Minsinger. *centur. 6. observ. 78.*

6 Quod attendentes statutorum Avenionensium conditores, prudenter statuerunt, augmentum dotis, seu donationem in casum prædecessus factam in contractu matrimonii, statim deberi, post traditionem corporum, seu matrimonii contractum in facie Ecclesiæ, per verba de præsenti: ut habetur *lib. 1. rubric. 69. art. unic.* his verbis: *Quia sæpe contingit fieri in contractu matrimonii etiam per verba de futuro, donationem per maritum uxori, si maritus ante uxorem moriatur: & hæsitatur an non soluta dote constituta, debeatur in solidum dicta donatio; an verò pro rata tantum dotis soluta: huic dubitationi providere volentes, Statuimus quod si dos fuerit ab alio, quàm ab uxore constituta, prædicta donatio debeatur, etiam dote non soluta; cùm marito imputari possit, quod dotem à constituente non exegerit: quæ donatio locum habeat statim post donationem corporum.*

7 Dubium hoc aliàs in terminis uxoris religionem ingredientis, fuit decisum per Rotam Romanam *decis. 92. divers. part. 2.* in qua concluso fuit, lucra dotalia deberi, quando non stat per conjugem quominus matrimonium consummaretur; quamvis alter conjux religionem ingrediens, nondum naturaliter, sed tantùm civiliter per ingressum religionis mortuus fuerit:

8 † quia mors civilis æquiparatur naturali, quando post mortem civilem frustra expectatur naturalis, ut ex communi opinione tradit Rota *dict. decis. 92. num. 10.* quidquid alii in contrarium dixerint. † Et

9 quando casus verus, & casus fictus æquiparantur; dispositum in casu vero, locum etiam habet in casu ficto: ut ibidem per Rotam *num. 5.* †

10 & implementum verum, & fictum, ejusdem sunt virtutis, *l. Iure civili, ff. de condit. & demonst.* & sic lucrum dotis debetur etiam non consummato matrimonio, si alter religionem ingrediatur, ex sententia Rotæ.

11 Quoad jocalia verò ad sponsam missa, & expensas occasione matrimonii factas, non videtur dubitandum, quin conjugi in sæculo manenti restitui debeant: ut fuit decisum per Rotam apud Ludovis. *decis. 474. & in recent. decis. 113. part. 1.* ubi dicitur hoc locum habere, tam in sponsa, quàm in uxore, *num. 2.* & faciunt tradita suprà *num. 1. & seqq.* Quia si illa procedant in sponsa, multò fortiùs in uxore, in qua majus est vinculum, & majus damnum erga maritum: vel respectivè in uxore erga maritum dissolventem matrimonium contractum per verba de præsenti per ingressum religionis.

12 Notandum tamen prædicta non procedere in religiosis Societatis Jesu: quia per ingressum Societatis non dissolvitur matrimonium ratum, & non consummatum. Cùm enim emittant professionem post longum tempus, non esset conveniens, ut alter conjux tanto tempore expectare cogeretur. Ità declaravit sacra Concilii Congregatio apud Barbos. *in decis. Apostol. collect. 465. num. 30.*

13 Tertius casus est, quando matrimonium fuit quidem celebratum in facie Ecclesiæ, & subsequuta uxoris traductio ad domum viri; sed postea detectâ impotentiâ perpetuâ matrimonium dissolvitur: hoc casu videtur dicendum, non deberi jocalia, nec lucrum dotis, vel augmentum: quia ubi adest impotentia, matrimonium est à principio nullum, *cap. 2. & ibi* DD. *de frigid. & malefic.* Bonacin. *de matrim. q. 3. puncto 13. num. 9.* Sanch. *lib. 7. disp. 92. n. 2.* ubi autem non adest matrimonium, non adest dos, neque lucrum, neque donatio propter nuptias. Gom. *ad l. 50. Tauri, num. 7.* Barb. *in l. 2. ff. solut. matrim. part. 1. n. 158.* & ita determinavit Rota Romana *decis. 237. n. 8. part. 6. recent.*

14 Et tamen hæc Rotæ sententia non ita simpliciter, sed cum distinctione intelligenda est, & primò quidem

videndum eſt, utrùm is qui donavit veſtes, jocalia, augmentum, vel lucrum dotis, & ſimilia, ſciverit, & notitiam habuerit ſuæ impotentiæ, aut alterius impedimenti; & donaverit ignoranti tale impedimentum: & hoc caſu, quia donator fuit in dolo, non habet repetitionem, vel condictionem rerum donatarum, *l. antepenult. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Bellonus ſenior *conſil.* 84.

15 Si verò donans impedimentum ignoraverit, errans in facto, credens mulierem eſſe potentem, vel ſe etiam aptum ad matrimonium exiſtimans: hoc caſu ratione bonæ fidei repetit data, & habet condictionem adversùs tales promiſſiones, tanquam ceſſante cauſa propter quam factæ fuerunt. Joan. Bapt. Coſt. *de facti ſcientia, diſt.* 82. *num.* 7. *centur.* 1. Cavalcan. *deciſ.* 118. *num.* 23. *part.* 2. Vicent. de Franch. *deciſ.* 52. & *ibi* Addent.

16 Secundò, ſi uterque conjux ſciverit impedimentum, ratione malæ fidei donationes non ſubſiſtunt, & pro non factis habentur. Idem ſi donans ignoraverit, donatarius verò ſciverit impedimentum. Novarius *in Addit. ad deciſ. de Franchis* 52. *in* 2. & 3. *caſu*, Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 2. *per tot.* Fontanel. *de pact. dotal. clauſ.* 4. *gloſſ.* 1. *num.* 66. Intelligendo quod ibi dicitur de confiſcatione, quando agitur de inceſtis nuptiis, aut aliàs à jure ſub tali pœna reprobatis: quia leges intelligendæ ſunt, ut pœnam non extendant ultra caſum ipſarum, ut bene notavit Peregr. *in tract. de jure fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 14.

17 Tertiò, ſi uterque conjugum impedimentum ignoraverit, nulla debetur donatio, nec lucrum ſeu augmentum; ſed data hinc inde reſtituuntur condictione ſine cauſa. Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 2. & *diſp.* 20. *n.* 3. Barboſ. *dict. l.* 2. *num.* 158. *ff. ſolut. matrim.* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 12. *tit.* 33. *num.* 50. Novar. *ad dictam deciſ.* 52. *in* 1. *caſu.*

18 Quartus caſus eſt, quando conſummato matrimonio conjuges zelo devotionis ducti religionem ingredi deſiderant: qui caſus mihi occurrit in negotio maximi ponderis, inter perſonas potentiſſimas, quarum ſumma pietas toti Galliæ cognita eſt: & hoc caſu Dixi diverſimodè reſpondendum eſſe ſecundùm juris communis conſtitutiones diverſas ab iis quæ in ſupremis Galliæ Tribunalibus decidi ſolent. Nam ex juris communis diſpoſitione nonnulli DD. exiſtimarunt, ad hoc ut ſit locus lucro dotis, expectandam eſſe mortem naturalem conjugis, nec ſufficere mortem civilem per religionis ingreſſum: Ancharan. *conſil.* 438. *num.* 4. & *conſil.* 273. Roland. *de lucro dot. quæſt.* 60. *num.* 6. 7. & 8. † Quorum ſententia verà

19 eſt, quando ambo conjuges de communi conſenſu ingrediuntur Monaſterium; ſecùs ſi unus ingrediatur, altero in ſæculo remanente, ſervatis iis de quibus *in tit. de converſ. conjugat.* & hoc caſu verius videtur manentem in ſæculo, ſtatim lucra matrimonialia acquirere poſt profeſſionem, & mortem civilem conjugis, non expectatâ illius morte naturali: text. eſt *in* §. *ſponſalibus, in verſic. ſi verò conſtante, & verſ. ſeqq. de ſanctiſſ. Epiſc. collat.* 9. & *ibid.* Angel.

20 De jure verò Gallico, mors civilis hoc caſu æquiparatur morti naturali, ſtatimque viro, vel uxore civiliter mortuis, locus eſt petitioni conventionum matrimonialium: ut deciſum refert Add. ad Louet

21 *litt. C, n.* 26. † Non tamen locus eſt petitioni illius ſummæ, quam unus ex conjugibus ſibi præcipuam, juxta Galliæ conſuetudinem ſtipulatus eſt; cujus reſpectu mors civilis locum petitioni non aperit: ſed mors naturalis expectanda eſt. Idem Additionator Ad Louet *littera L, num.* 14. *verſic. autre choſe eſt du præcipu ſtipulé en cas de predecés.*

Quintus caſus eſt, quando matrimonii ſeparatio 22
fit duntaxat quoad thorum, & habitationem: tunc jocalia, & alia lucra pertinent ad illum ex conjugibus, qui ſine culpa eſt; & ille qui culpa ſua divortio cauſam dedit, privatur illis lucris, nec mors conjugum expectanda eſt: *l.* 3. *Cod. de repudiis*, *l. ſi cum dotem* 23. *ff. ſolut. matrim. l. cùm quærebatur* 120. *ff. de verb. ſignif.* cum aliis allegatis per Addent. ad Louet *dicta littera L, num.* 26. Et quod hoc caſu locus ſit reſtitutioni dotis faciendæ uxori, necnon augmenti, & jurium matrimonialium, ſi ſeparatio fiat propter ſævitiam viri, tradit Vincent. de Franch. *deciſ.* 244. Semph. *deciſ.* 1318. & 1325. Chenu *quæſt.* 42. & de augmento Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 16. *n.* 31. Gratian. *diſcept. forenſ.* 199. *n.* 9. & 10. Farin. *de delict. carn. quæſt.* 145. *n.* 188. Menoch. *conſil.* 1124. *n.* 17. Roland. *conſil.* 50. *num.* 4. & 16. *vol.* 1. Rota *deciſ.* 10. *n.* 7. *part.* 4. *recent. tom.* 2. ubi alius caſus proponitur.

Sextus caſus, quando conſtante & conſummato 23
matrimonio uxor ſine ulla mariti ſævitia, aut alia juſta cauſa ceſſante, ex muliebri levitate recedit à domo mariti, & ſecum jocalia ſua, extra ejus domum miſſa portat: & hoc caſu poteſt maritus obtinere ut mor cogatur jocalia aſportata ſibi reſtituere, & illorum uſum ab uxore revocare, non quidem actione rerum amotarum, ſed actione legis Aquiliæ; cùm proprietas jocalium per maritum uxori traditorum, ac ipſum maritum conſtante matrimonio pertineat, ut benè comprobat Rota *dict. deciſ.* 10. *per totam.*

CAPUT CXVII.

De contractu matrimonii inter raptorem & raptam. Quid de eo qui alienam ſponſam per verba de futuro, aut etiam de præſenti alteri conjugatam rapuit, & ad aliam civitatem & Monarchiam deduxit: utrùm, & quando civiliter & criminaliter hoc caſu agi poſſit: & an cauſa criminalis ſit præjudicialis actioni, ſuper nullitate Matrimonii ex cauſa metus, aut alia, poſteriùs intentatæ. De pœnis raptus, tam de jure Civili, quàm et Concilio Tridentino. Denique utrum puella hoc caſu ſit ſequeſtranda, lite pendente.

SUMMARIUM.

1 *Actio civilis & criminalis ſi ab eodem fonte procedant; criminalis uti major, prius eſt diſcutienda & tractanda.*

2 *Si ex diverſis fontibus, ſeparatim tractentur, una aliam impedit.*

3 *Si ex eodem fonte procedant; præjudicialis vel eſt tractanda, & ſufficit poſſibilitas præjudicii.*

4 *Si judex nolit prius cauſam præjudicialem audire, locus eſt appellationi.*

5 *Cauſa raptus eſt præjudicialis cauſæ matrimonii reſpectu raptoris.*

6 *Ex Concilio Trident. matrimonium contrahi poteſt inter raptorem & raptam, dummodò hæc ſit conſtituta extra raptoris poteſtatem.*

7 *Rapiens deſponſatam mulierem per verba de præſenti, prohibetur cum illa, & cum alia quamcunque matrimonium contrahere; præſertim ſi illa à raptore cognita fuerit.*

8 *Dispensationes matrimoniales non solent concedi, nisi cum clausula*, dummodo rapta non fuerit.

9 *Ex mente Senatus Parisiensis, non potest tractari causa super fœdere matrimonii, nisi prius finita causa raptus.*

10 *Mulier, quæ in raptu de ejus persona facto, culpam admisit, non potest cum raptore, nec cum alio matrimonium contrahere.*

11 *Pœnæ, quibus quis prohibetur nubere ex causa delicti, in desuetudinem abierunt.*

12 *Hodie solum votum, sponsalia, & interdictum, præbent impedimentum matrimonio.*

13 *Causa adulterii quoad pœnas, præjudicialis est causa matrimonii, quando nullitas matrimonii fundatur in defectu consensus, veluti propter votum: secùs si ob affinitatem.*

14 *Actio adulterii datur etiam adversùs sponsam per verba de præsenti.*

15 *Socrus potest pro raptu in personam nurus commisso querelare.*

16 *Judex alius quàm ordinarius Ecclesiasticus, de matrimonio indirectè cognoscere potest.*

17 *De jure Civili, pœna raptus est pœna mortis naturalis, si interveniant requisita ad raptum; & quæ illa sint.*

18 *Ad raptum requiritur traductio de loco ad locum.*

19 *Item quod sequatur copula cum vi, aut persuasionibus dolosis.*

20 *Mulier in dubio præsumitur seducta ad raptum.*

21 *Voluntas mulieris consentientis non excusat à pœna raptus; si invitis, aut duntaxat ignorantibus parentibus, aut iis, sub quorum custodia erat, abducta fuerit.*

22 *Raptus in mulierem conjugatam gravius punitur.*

23 *Quæ sit pœna raptus, ex Concilio Tridentino.*

24 *Pœnæ raptus ex Concilio imponendæ non est locus, nisi factus fuerit causâ matrimonii contrahendi.*

25 *Quo animo raptus factus fuerit, probatur conjecturis.*

26 *In dispensationibus matrimonialibus apponitur hodie clausula*, dummodo propter hoc rapta non fuerit: *id est, eo animo, ut matrimonium contraheretur.*

27 *Ad pœnam juris civilis, contrarium probandum est, nempe raptum fuisse factum causa explendæ libidinis.*

28 *In raptu sponsæ alienæ, etiamsi causa matrimonii; vel causa libidinis tantùm, raptus sit commissus, locus est pœnæ, tam Civili, quàm Canonicæ.*

29 *Fautores, & auxiliatores raptus, eadem pœna qua principales puniuntur. Quid de associantibus, ibidem.*

30 *Mulier agens ad nullitatem ob causam metus, sequestranda est lite pendente.*

31 *Multò magis si accusetur de delicto, poni poterit in sequestro loco carceris.*

CONtraxerat quidam nobilis adolescens matrimonium per verba de præsenti, in facie Ecclesiæ, cum ejusdem conditionis puella; nondùm tamen consummaverat: cùm alius quidam puellam ad exteras civitates deduxit, & à parentum, sub quorum custodia, & sequestro extrajudiciali posita fuerat, ipsis invitis, vel saltem minimè consentientibus, abstulit, ex quo propositæ fuerunt quæstiones sequentes.

Primò utrum porrectâ querelâ & accusatione criminali contra raptorem, & non contra raptam, ipsa mulier agere possit ad nullitatem matrimonii, sub prætextu quod illud metu impulsa contraxerit, aut alia de causa, quandiu pendebit lis criminalis super raptu, contra solum raptorem intentata.

Et quid si contra utrumque, nempe raptorem, & raptam; utrùm hoc saltem casu, causa criminalis super raptu, sit præjudicialis; & faciat in civili super fœdere matrimonii supersederi, donec causa criminalis fuerit terminata.

Secundò, utrùm aliqua ratione impediri possit, ne causa illa super matrimonii nullitate, coram Ordinario Ecclesiastico pertractetur.

Tertiò, quam pœnam mereatur raptor, tam de jure Civili, quàm ex Concilio Tridentino.

Quartò, si puella rediret, utrùm sequestranda esset, tam pendente lite super raptu, quàm super nullitate matrimonii.

Pro resolutione primæ difficultatis repetenda sunt § quæ nos aliàs diximus *in tract. de prævent. judicial. cap. 15. num. 24. & seq.* Quod si causa civilis & criminalis oriantur ex eodem fonte, quamvis civilis fuisset priùs intentata: si tamen superveniat criminalis, ipsa tanquam major, & gravior facit ut supersedeatur in civili: *l. 1. Cod. qui accusar. non possint.* Rot. *decis. 118. num. 1. part. 3. recent.*

E converso, si procedant ex diversis fontibus, § quælibet causa tali casu separatim potest intentari, nec una aliam impedit. Bartol. *in l. 1. §. penult. ff. de verb. obligat.* Gratian. *discept. forens. cap. 394. num. 14.*

Dum ex eodem facto oriuntur, una alteri præju- § dicialis producit exceptionem rei judicatæ respectu alterius; quod procedit, sive producat, sive possibile sit quod producat: quia quoad hoc, sola possibilitas attenditur. Ludovis. *decis. 470. num. 17.* † Et ¶ si judex hoc casu procedat ad ulteriora, non obstante litis pendentia super causa præjudiciali, datur appellatio, *l. 1. ff. de appellat.*

His ita suppositis, videndum est, utrùm in casu proposito causa criminalis sit præjudicialis causæ super nullitate matrimonii intentandæ. Qua in re, duplex considerari potest respectus: Primò quoad raptorem. Secundò, quoad raptam.

Ratione raptoris, si ageretur de matrimonio in- § ter ipsum, & mulierem raptam contrahendo: certum est ob causam criminalem super raptu, supersedendum esse in civili super fœdere matrimonii. † ¶ Licèt enim verum sit secundùm dispositionem Concilii Tridentini *sess. 24. de reform. matrim. cap. 6.* posse contrahi matrimonium inter raptorem, & raptam; dummodò rapta constituta sit in loco libero, & extra raptoris potestatem: Menoch. *consil. 1083. num. 6.* Farin. *de delict. carn. quæst. 145. n. 26.* † Tamen quando raptus commissus est in mulierem § alteri desponsatam per verba de præsenti; tunc non solùm locus est pœnæ raptus, ut per Farin. *dicta quæst. 145. num. 30.* sed in hoc casu prohibetur raptor matrimonium contrahere, tam cum illa, quam rapuit, quàm cum alia quacumque. Bonacin. *in tract. de matrim. quæst. 3. puncto 14. num. 13.* maximè si copula cum tali muliere rapta subsequuta fuerit. Sanch. *de matrimon. lib. 7. disputat. 12. num. 43. 45. & 46.*

Sed consideratione dignum est, quod supponitur, § raptorem esse affinem mulieris raptæ in gradu consanguinitatis, vel affinitatis, impedientè matrimonio, adeo ut necessaria sit dispensatio Apostolica, ut inter ipsos matrimonium subsistere possit (etiam suppositâ nullitate matrimonii jam contracti:) in talibus autem dispensationibus apponi solet, & ex stilo debet, hæc clausula, *dummodo propter hoc rapta non fuerit:*

& ſic ſuppoſito raptu, non ſolet concedi diſpenſatio, ut benè advertit Pirr. Conrad. *in tract. de diſpenſat. lib. 7. cap. 6. num. 53.* & de hoc adeſt expreſſa regula Cancellariæ 47. ergo cauſa raptus eſt prædicialis cauſæ matrimonii; quia ſuppoſito raptu, non obtineri ſolet diſpenſatio.

9 Et in effectu cùm aliàs in Senatu Pariſienſi ſimilis quæſtio propoſita fuiſſet; Senatus exiſtimavit cauſam raptus diſcepratioui cauſæ ſuper fœdere matrimonii præjudicialem eſſe; nec hanc priùs intentari poſſe, quàm illa finita & terminata eſſet: ut habetur apud Ægid. Magiſt. *in placit. ejuſdem Curiæ, lib. 12. tit. 7. de raptu, arreſt. 1.*

10 Reſpectu verò ipſius mulieris, eadem propemodùm præjudicii ratio ſubſiſtit, ſi cum ipſo raptore (declaratâ priùs nullitate) nubere contendat: quia ſtante prædicta affinitate, diſpenſatio non concederetur, niſi cognito ptiùs an rapta fuerit, ut mox dictum eſt.

Stante enim raptu, nec cum raptore, nec cum alio nubere poterit; ſuppoſito, quod ejus delictum, & culpa in raptu intervenerit, idque in pœnam delicti. Bonacin. *de matrim. quæſt. 3. puncto 14. num. 3.* Sanch. *lib. 7. diſp. 12. num. 44.* per textum expreſſum *in can. ſtatutum 27. quæſt. 2.*

11 Erit tamen advertendum, utrùm pœnæ circa matrimonium contrahendum ratione raptus abierint in deſuetudinem, etiam hoc caſu, prout generaliter tradunt DD. teſte Diana *reſol. moral. part. 3. tract. 4.*

12 *cap. 259.* † ſolum enim votum, ſponſalia, & interdictum, impediunt matrimonium hodiernis temporibus. Sanch. *de matrim. lib. 7. diſput. 17. num. 9.* & in ſpecie de pœna dicti *can. ſtatutum 27. quæſt. 2.* quod hodie abierit in deſuetudinem. Baſil. Pont. *de matrim. lib. 6. cap. 14. num. 3. verſic. denique punitur, juncto num. 4.*

13 Tutius autem erit fundare præventionemm in actione adulterii per maritum intentanda, quàm nullitatis matrimonii, & accuſationis ex capite adulterii: quæ actiones tales ſunt, ut una alteri præjudicet, ſi nullitas in defectu conſenſus, veluti propter metum, fundamentum habeat; ſecus ſi propter affinitatem. Farin. *de delict. carn. quæſt. 141. num. 62. & quæſt. 142. num. 16.* Ideo ſententia ferenda in cauſa adulterii, exceptionem parit rei judicatæ in cauſa matrimoniali, ſaltem quoad amiſſionem dotis, & alias pœnas.

14 De adulterio autem ſponſum accuſare poſſe, ſi per verba de præſenti matrimonium intervenerit, non eſt dubitandum: quia matrimonium qualecumque, neque ſpem matrimonii violare permittitur: *l. 1. §. penult. ff. ad leg. Iul. de vi public.* Farin. *de delict. carn. quæſt. 141. num. 50.*

15 Pro raptu etiam in nurum commiſſo; ſocero, criminali judicio delictum proſequi, licet: *l. ſi confidas 3. ff. ad l. Iul. de vi publica.*

16 Ad ſecundam quæſtionem facilis eſt reſponſio: quia cauſæ matrimoniales coram Ordinario Eccleſiaſtico in prima inſtantia intentari debent, ex Concilii expreſſa diſpoſitione, *ſeſſ. 24. de reformat. cap. cauſe omnes 20.* indirectè tamen, & incidenter poteſt alius judex de matrimonio cognoſcere: ex Peguer. *deciſ. 42.* & *ibi* Addent.

17 Ad tertiam quæſtionem reſpondetur, diſtinguendas eſſe juris Civilis conſtitutiones, à juris Canonici, ſeu Concilii Tridentini ſanctionibus: ſiquidem de jure Civili pœna raptus eſt pœna mortis naturalis: *l. 1. Cod. de rapt. virg.* Farin. *quæſt. 145. num. 7.* Ciriac. *controverſ. 355. num. 30.* & præterea pœna amiſſionis bonorum, quæ mulieri raptæ debet applicari, *d. l. unic.* Farin. *num. 8.* intelligendo tamen dummodo interveniant requiſita ad eſſentiam raptus, de quibus per DD. *in d. l. unic.* Julius Clar. *§. raptus*, & *ibidem* Baiard. Tuſch. *littera R, concl. 5. & 6.* & Gomeſ. *ad l. 80. Tauri, num. 36. & ſeqq.* Berlich. *conm. concl. tom. 5. concl. 41. à num. 1. uſque ad 17.* Bonacin. *de matrim. quæſt. 4. punct. 18.* Barboſ. *ad Concil. Trident. d. ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap. 6.*

Inter cætera requiritur traductio de loco ad locum. 18
Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 12. num. 20.* † Item quod 19
copula fuerit ſubſequuta, aut per raptorem non fuerit quominus ſequeretur: Gomez *d. l. 80. Tauri, num. 40. in fine.* Theſaur. *deciſ. 217.* Fontanel. *de pact. dotal. clauſ. 5. gloſ. 6. num. 12.* Item requiritur quod interveniat violentia, ſeu perſuaſiones doloſæ, & violentæ, quæ ſufficiunt etiam ad pœnam. Sanch. *loc. cit. num. 11.* † In dubio tamen præſumendum eſt mulierem coactam, & ſeductam fuiſſe raptam: Sanch. *num. 9.* Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. cap. 20. n. 11.* ubi etiam dicit † voluntatem mulieris aliquid conferre ad excuſationem delicti, quando ipſa fuit abducta invitis parentibus, ſub quorum cuſtodia erat conſtituta: Theſaur. *d. deciſ. 217. n. 4.* Peguer. *deciſ. 41. n. 6.* diſtinguendo tamen utrum puella volens, rapta fuerit ignorantibus parentibus; an verò ipſis etiam invitis, & reluctantibus: Farin. *d. quæſt. 145. num. 11.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 12. n. 13.* Barboſ. *in c. cum cauſam 6. n. 3. de raptor. & incendiar.* † Cæterùm gravem 20
puniri raptum commiſſum in perſonam minus nuptæ, teſtatur Theſaur. *d. deciſ. 217. num. 2.*

De jure verò Canonico noviſſimo, videlicet 21
Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. matrim.* pro rapta imponitur pœna infamiæ, & excommunicationis. Farin. *d. quæſt. 145. num. 16. 17. & 19.*

Huic tamen Concilii pœnæ locus non eſt niſi probetur mulieris traductionem factam fuiſſe animo contrahendi matrimonium: non enim ad hunc effectum ſufficit illam fuiſſe factam animo explendæ libidinis. Farin. *d. quæſt. 145. num. 24.* Sanch. *ubi ſupra, lib. 7. diſp. 13. n. 3. & 4.* Et ita declaravit ſacra Concilii Congregatio, teſte Pirr. Conrad. *in prax. diſpenſ. lib. 7. c. 6. n. 48.* † Qui quidem actus traductionis, factus animo contrahendi matrimonium, probatur ex confeſſionibus delinquentis, aut aliis præſumptionibus & conjecturis: *c. 2. de renunciat. in 6. l. dolum. Col. de delict.* Maſcard. *de probat. concl. 899. n. 5.* & alii paſſim.

Animus traductionis factæ ad effectum contrahen- 22
di matrimonium, multò magis eſt probandus, ſi agatur ad impediendam diſpenſationem in actum declaratæ nullitatis matrimonii. Quia licèt ſuperiùs n. 8. dixerimus in diſpenſationibus matrimonialibus apponi ſolitam clauſulam, *Dummodo rapta non fuerit*, hodiernus tamen ſtilus hoc habet, ut ſic concipiatur illa clauſula, *Dummodo propter hoc rapta non fuerit*, id eſt quod raptus non fuerit factus ea intentione, ut matrimonium contraheretur, ut advertit Pirr. Conrad. *d. lib. 7. c. 6. n. 48. verſic. unde cum primi*, qui addit, quod ſi raptus fieret utraque intentione, nempe libidinis, & matrimonii: ſemper ſubſiſtens causa libidinis ſufficeret, *ut ibidem, verſic. ex quibus.*

Contrarium tamen obſervandum eſt, dum agi- 23
tur ad punitionem ex jure Civili: quia omninò probandum eſt traductionem, causâ libidinis fuiſſe factam. Salicet. *in d. l. num. 6. verſic. extra hanc cauſam, de raptu virginum.* Maſcard. *de probat. Concl. 1253. num. 33. & ſeq. lib. 3.*

Sed quidquid ſit in aliis caſibus, utriquepetus 24
civili nempe, & canonicæ locus erit, ſi agatur de raptu in alienam ſponſam commiſſo: quia hoc casu etiam pœnæ locus erit, quamvis raptus factus fuerit animo contrahendi matrimonium: quia vetuit raptus alienum perturbans matrimonium, imò pro-

gis quàm solius libidinis explendæ causa : hoc enim casu etiam libidinis effrenatum adest desiderium, dum attentatur nullum, & invalidum cum muliere conjugata (maximè verò affinitate junctâ) conjugium : ut optimè explicat Sanch. *de matrimon. dict. lib. 7. disp. 12. num. 49.*

29 Cæterùm eadem pœnas incurrunt fautores, & auxiliatores raptorum. Peguer. *decis. 43. n. 12.* Farin. *d. quæst. 145. n. 11.* Item astantes, nisi ignoranter, & casu fortuito id fecerint. Farin. *ibidem, n. 35.*

30 Ultimæ quæstionis resolutio pendet ex iis quæ superiùs *cap. 55. & 79.* diximus : quibus addo, fuisse aliàs decisum per Rotam Romanam, quod si mulier alleget se metu inductam fuisse ad contrahendum matrimonium, quamvis hoc casu non detur possessorium marito, quia causa matrimonialis habet causam proprietatis annexam ; & persona libera possideri non potest, si ab initio non consenserit ; tamen talis possessorii controversia terminari debet per sequestrum, seu depositum hujus mulieris : sicut aliàs sæpè causæ possessoriæ terminantur mediante sequestro. Ludov. *decis. 351. n. 40.* aliàs *decis. 147. n. 28. part. 1. recent.*

31 Et dictum sequestrum multò magis concedendum est, si mulier ipsa accusetur de adulterio, & raptu, cui ipsa consenserit, aut alio gravi delicto, adeo ut locus esset carcerationi : quia sæpiùs mulieres loco carceris reponuntur, & sequestrantur in Monasterio, aut alio loco, lite pendente, arbitrio judicis : ut notat Farin. *de carcerib. & carcerat. q. 27. n. 52. & seqq.*

CAPUT CXVIII.

Quando collator ordinarius conferre possit beneficia juris patronatus laicalis, habenti pro se medietatem vocum. Quid si unus non habeat qualitatem Sacerdotii, ex fundatione requisitam. Quando sufficiat in beneficio Sacerdotali, provisum esse Sacerdotem habitu ; an verò requiratur, quod sit actu celebrans, & ex quibus verbis hoc colligatur. De probatione juris patronatus, dum inter ipsos Patronos contenditur. Patronus non potest variare, quamvis sit laicus, post institutionem ; & dum admittitur variatio, illa debet fieri cumulativè. Vicarius Generalis sine speciali mandato, sicut etiam Vicarius Capituli, sede vacante, beneficia juris patronatus conferre possunt. Quando attendendus sit ultimus status, & observantia in provisionibus factis de beneficiis juris patronatus : Et alia multa utilia ad materiam juris patronatus exponuntur.

SUMMARIUM.

1 *In beneficialibus danda est manutentio illi, qui potiora jura habet.*
2 *Provisio Apostolica ligat manus inferiorum collatorum.*
3 *Præferendus est in dubio, qui est de familia, extraneo.*
4 *In dubio præfertur obtinens beneficium illi, qui beneficio destitutus est.*
5 *Vicarius Generalis non potest beneficia conferre sine speciali mandato. Fallit ut infrà, n. 35.*
6 *In beneficiis patronatis sufficit assensus Patronorum interveniens post collationem.*
7 *In beneficiis Sacerdotalibus, sufficit quod tempore collationis quis sit ad Sacerdotium capax, licèt non sit actu Sacerdos : dummodo intra annum promoveri possit. Intellige ut num. 27. & seqq.*
8 *Attendi debet observantia, quando beneficium solitum est concedi clericis non Sacerdotibus. Intellige ut infrà, num. 39.*
9 *Beneficium potest conferri non habenti qualitates ex fundatione requisitas, si interveniat consensus Patronorum : sed vide infrà, num. 38.*
10 *Collatio facta per Ordinarios ad præsentationem Patronorum, nulla est, si non intervenerint edicta, juxta formam* cap. final. de elect. in 6. *de quo tamen vide infrà, num. 40.*
11 *Quasi possessio præsentandi suffragatur quoad successores Patronorum, & num. 18.*
12 *Jus patronatus in dubio præsumitur hereditarium.*
13 *Jus patronatus est hereditarium, quando in fundatione facta fuit mentio hæredum, & successorum.*
14 *Et quoties nulla facta est mentio descendentium, dicitur hereditarium.*
15 *Finita familia, jus patronatus transit ad hæredes extraneos, nisi fundator fecisset taxativè mentionem familiæ.*
16 *In jurepatronatus hereditario voces sunt computandæ in stirpes, & mille personæ alicui succedentes, pro unica voce computantur.*
17 *Idem si jus patronatus fuerit ab initio familiare, & postea deveniat ad extraneos : quia quoties in eo succeditur jure hæreditario, voces computantur in stirpes.*
19 *Jus patronatus relictum Consulibus non dat jus præsentandi Communitati, sed duntaxat solis Consulibus.*
20 *Patronus laicus re non integra variare non potest : & quando res non dicatur integra.*
21 *In casibus in quibus Patronus laicus potest variare, per secundam præsentationem non potest recedere à prima ; sed variatio admittitur cumulativè.*
22 *In præsentatione cumulativa locus est gratificationi.*
23 *Gratificari non solùm potest Episcopus hoc casu, sed etiam ejus Vicarius.*
24 *Quando ille qui præsentatus fuit à medietate Patronorum, obtinuit institutionem, perinde est ac si ab omnibus Patronis fuisset præsentatus.*
25 *Per clausulam*, dummodo alteri non fuerit jus quæsitum, *Papa non censetur voluisse derogare juri quæsito per præsentationem Patronorum.*
26 *Quando Sacerdotium de jure est annexum beneficio, sufficit quod provisus sit Sacerdos habitu, & quod promoveatur intra annum.*
27 *Quando qualitas Sacerdotii fuit in fundatione adjecta verbo præsentationis, veluti si dictum fuerit quod debeat præsentari Sacerdos ; tunc qualitas Sacerdotii debet adesse actu in proviso tempore quo fit præsentatio.*
28 *Qualitas Sacerdotii debet intervenire actu, quando fundator usus est verbis negativis.*
29 *Eadem qualitas sacerdotii actualis requiritur, si fundator mandaverit quod præsentatus debeat horis diurnis & nocturnis interesse, Ecclesiæ deservire, & missas celebrare.*
30 *Præsentatus à minori parte admittendus est, si sit actu Sacerdos, præsentato à majori parte excluso, qui non habet hanc qualitatem, dum ex lege fundationis requiritur.*

31 *Quando major pars præſentavit eum qui non habet qualitates requiſitas, Ordinarius ſecundum multorum ſententiam non poteſt inſtituere, niſi lapſo quadrimeſtri laïcis Patronis dato.*

Ius conferendi quando pertineat, vel non, jure devoluto, ad ſuperiorem in beneficiis patronatis, ibidem.

32 *Patroni tenentur ſe informare de qualitatibus in præſentando ex fundatione requiſitis, nec fundationis ignorantiam allegare poſſunt.*

33 *In jurepatronatus locus eſt juri accreſcendi: & ſi una pars præſentaverit non idoneum, totum jus ad alios devoluitur.*

34 *Quomodo ſit verum illud, quod qui eſt de linea fundatoris cæteris eſt præferendus.*

35 *Vicarius Generalis poteſt inſtituere in beneficiis patronatis, ſine ſpeciali commiſſione.*

36 *Vicarius Capituli ſede vacante poteſt conferre beneficia patronata.*

37 *Si collatio fuerit facta non habenti qualitates ex fundatione requiſitas, de conſenſu omnium Patronorum, hoc intelligitur pro unica vice, nec trahendum eſt in conſequentiam.*

38 *Non tamen derogari poteſt dictis qualitatibus ex fundatione requiſitis, etiam cum conſenſu omnium Patronorum, ob prohibitionem expreſſam Concilii Tridentini.*

39 *Obſervantia non ſuffragatur adversus qualitates expreſſas, & claras, requiſitas ex fundatione, ſed tantùm in caſu dubio.*

40 *Edicta requiruntur in beneficiis juriſpatronatus, juxta* cap. fin. de elect. in 6. *niſi tamen conſuetudo ſit in contrarium.*

41 *Exceptio nullitatis inſtitutionis ob non publicationem edictorum in beneficiis patronatis, juxta* cap.fin. de elect. in 6. *non obſtat in poſſeſſorio; ſed ad petitorium eſt rejicienda.*

1 PRætendebat proviſus Apoſtolicus ſe præferendum eſſe proviſo ab Ordinario in prioratu, & ſecundaria, ac annexis; aſſerens ſe meliorem habere titulum: ideo præferendum, & ſibi decernendum eſſe mandatum de manutenendo, juxta *deciſ.* Guid. Pap. 71. Natta *conſil.*572.*num.*13. & 16. Alex. *conſil.*88.*num.*9. *lib.*5. & *conſil.*110. *num.*4. *lib.*1. Abbas & Felin. *in cap. licèt cauſam, de probat.* Tuſch. *litera I, concluſ.*286. *num.*23. Poſtius *de manutent. obſervat.*71.*num.*113. † Habere ſiquidem prætendebat conſenſum majoris partis Patronorum, cum proviſione Apoſtolica, quæ ligat manus inferiorum collatorum. Pariſ. *de reſignat. lib.*7. *quæſt.*11.*num.*6. † Præſertim quia filius eſt unus ex patronis prætenſis, & ſic in dubio præferendus. Barboſ. *de Epiſcop. allegat.*72.*num.*199. & 203. Burat. *deciſ.*647.*num.*16. & *deciſ.*679. *num.*12. † Item quia ipſe beneficio deſtitutus, præferri debet alteri, beneficium aliud obtinenti. Cæſar de Graſſ. *deciſ.*109. aliàs *deciſ.*1. *n.*9. *de jurepatron.* † Præterea non conſtabat de poteſtate Vicarii Generalis, qui beneficium contulerat; cùm tamen Vicarius Generalis ſine ſpeciali mandato beneficia conferre non poſſit. Pariſ. *de reſignat. lib.*9. *quæſt.*7. *num.*32. Garc. *de beneficiis, part.*5. *cap.*8. *num.*181. † Aſſenſus autem Patronorum ſufficit, quamvis intervenerit poſt collationem. Pariſ. *lib.*2. *de reſign. quæſt.*4.*num.*16.

7 Nec obſtare videbatur qualitas ſacerdotis, quam habebat proviſus ab Ordinario: quia de jure in beneficiis ſacerdotalibus ſufficit quod quis ſit ſacerdos habitu, licèt non actu; & quod intra annum promoveri poſſit: *cap. commiſſa* 35. *de elect. in* 6. Pariſ. *de reſign. lib.*4. *quæſt.* 8. *num.*36. & 37. Seraph. *deciſ.*1328.*num.*4. † Præſertim verò, quia ultima collatio facta fuerat non Preſbytero, de conſenſu Patronorum: & ſic ultimus actus, & obſervantia attendi debet in hac materia. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*191. *num.*13. † Maximè propter dictum patronorum conſenſum, qui ſufficit ut Epiſcopus poſſit alterare qualitates in fundatione requiſitas. Lambertin. *de jurepatron. lib.*2.*part.*1. *in* 5. *quæſt. princip. art.*6.*num.*2.

Denique collatio facta per Ordinarium, nulla & invalida videbatur: cùm non fuiſſet facta ſervatâ formâ *cap. fin. de elect. in* 6. Videlicet non publicatis edictis; quæ tamen neceſſariò intervenire debebant. Licèt enim text. *in d. cap. fin.* loquatur de electionibus, eadem tamen ratione procedere debet in præſentationibus, ſeu collationibus factis in vim præſentationis factæ per Patronos. Gemin. *in dicto cap. fin. num.*17. *in gloſ. in verb. præſentatione.* Rice. *in praxi juriſpatronat. deciſ.*160.

His tamen non obſtantibus, Dixi proviſum ab Ordinario præferendum eſſe. Non enim negaſi poterat quin beneficium iſtud eſſet de jurepatronatus Laïcali, quod non ſolùm ex confeſſione proviſi Apoſtolici probabatur, necnon ex ipſo fundationis inſtrumento: † ſed etiam ex ultima proviſione facta in Legatione ad præſentationem Patronorum laïcorum; per quam inter ipſos proviſos probatur quaſi poſſeſſio juris præſentandi. Rota coram Duran. *deciſ.*200.*num.*2. *lib.*1. & coram Coccino *deciſ.*86. *num.*1. & *deciſ.*469. *num.*4. & 5. & *deciſ.*525. 573. & 636.*part.*4. *diverſ. deciſ.*176.*num.*1.3. & 5.*part.*4. *recent.* Marius Antonin. *var. reſol. lib.*1. *reſol.*53.*n.*20. *reſol.*60.*num.*34.40. & 42. Barboſ. *ad Concilium Trident. ſeſſ.*25. *de reform. cap.*9.*num.*77.

Secundò loco ſupponendum eſt, juſpatronatus de quo agitur, non eſſe familiare, ſeu gentilitium, ſed hæreditarium: cujus rei magnus eſt effectus, ut mox videbitur. † Quia in dubio præſumendum eſt juſpatronatus eſſe hæreditarium, & ad quoſcunque hæredes tranſitorium, ſi non doceatur de contrario. Rota *deciſ.*707.*num.*8.*part.*1. & 756. *num.*1. *part.*2. *recent.* Peregr. *conſil.*27.*num.*1. *volum.*2. Duran. *deciſ. curſ.*285.*num.*7.

Sed in caſu iſto verba fundationis *cum clauſ.* quia reſervatum fuerat juſpatronatus Conſulibus, & Procuratoribus Communitatis; necnon nobilibus fundatoribus, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus; quæ verba denotant juſpatronatus hæreditarium. Duran. *loc. citat. num.*6. *verſic. & notes magis, inſtrumento num.* 3. *præmiſſo, in verſic. tertiò habetur in eodem inſtrumento.* † Et generale eſt, ut juſpatronatus dicatur hæreditarium, quoties nulla determinatum mentio facta eſt in ejus fundatione. Duran. *deciſ.*122.*num.*1. *in fine, & num.*2.*part.*1.

Sed omnis tollitur difficultas ex eo, quòd illi qui modò præſentarunt, ſunt extranei; nec de nomine & familia fundatorum: non enim finitur patronatus extincta familia, ſed omnibus extinctis devoluitur ad hæredes extraneos, niſi limitatum erit fundatum, & taxativè. Seraph. *deciſ.*378. *num.*1. & 8.

Tertiò, hinc ſequitur, voces inter duas familias numerandas eſſe in ſtirpes, & non in capita. *Clement. plures*, cùm *ibi* notat. *de jurepatron.* ubi mille perſonæ pro una reputentur. Duran. *deciſ.*48. *num.*12. Gratian. *diſcept.*521. *n.*14. † Idem dicendum eſt, quamvis juſpatronatus fuiſſet ab initio gentilitium, ſeu familiare; quia dum poſtea devenit ad extraneos,

neos, voces incipiunt computari in stirpes, & non in capita. Quod generaliter obtinet, quotiescumque succeditur in jurepatronatus, titulo hæreditario: text. Glos. & DD. communiter *in d. Clement. plures, de jurepatron.* Roch. de Curte *in tract. de jurepatron. in verb. ipse vel is à quo, num. 5.* Lambertin. *in eodem tract. lib. 1. part. 2. quæst. 1. art. 5. num. 7. & sequentibus, & num. 16.* Burat. *decis. 647. num. 4.*

18 Quarto non est dubitandum de pertinentia juris-patronatus inter provisos, stante dicta quasi possessione præsentandi eorum, quibus Patroni moderni successerunt, ut suprà dictum est, *num. 11.* Quibus addo Ludovis. *decis. 417. num. 14.* Rot. *decis. 337. num. 3. part. 2. recent. & decis. 534. num. 5. part. 4. recent. tom. 3.* Intelligendo tamen juxta *decis. 37. num. 4. part. 6. recent.* nempe ut hoc verum sit, nisi alii Patroni docerent de jure suo exclusivo juris prætensorum patronorum: quia præsumptio debet veritati cedere.

19 Quoad Consules verò, non potest dubitari quin eorum jus patronatus ad ipsos uti Consules, non autem ad corpus Communitatis pertineat: ideo eorum voces, & personæ duntaxat sunt considerandæ in hac materia præsentationis. Duran. *decis. 130. num. 2. part. 1. & discurs. 285. num. 124.* Rot. *decis. 574. num. 8. part. 1. diversi.*

20 Quintò advertendum est, quod licèt unus ex Consulibus præsentationem fecisset in favorem provisi ab Ordinario, & post ejus institutionem legitimè factam, Consul iste variasset; & unà cum socio suo in Consulatu nominasset provisum Apostolicum; talis variatio nullius est effectus, tanquam facta re non integra, id est post Ordinarii collationem, *cap. cum autem 24.* cum *ibi* notat. *de jurepatron. cap. quod autem 5. eod. tit.* Barbos. *de Episc. allegat. 72. num. 151.*

21 *& sequentibus.* † Et in omnem eventum illa præsentatio censeretur tantùm cumulativè facta, non recedendo à priori præsentatione, à qua sine justa causa resilire non potest Patronus laicus. Barbos. *ibidem, num. 158.* Ricc. *in prax. rer. fori Eccles. decis. 173. num. 109. & 110.* cum *ibi* citat. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 9. num. 211. & 213.* Et sic licèt secunda præsentatio esset valida, tamen prima remaneret semper in suo robore, in favorem provisi ab

22 Ordinario: † & per consequens cùm hic haberet medietatem vocum, potuit Ordinarius uti gratificatione. Barbos. *de Episcop. d. allegat. 72. num. 199.* cui locus est etiam in casu variationis cumulativæ,

23 ut *ibidem* notat Barbos. † dictamque gratificationem non solùm facere potest Episcopus, sed etiam ejus Vicarius. Ricc. *in praxi rer. for. Eccles. decis. 218.* ubi hoc confirmat allatâ Rotæ Romanæ decisione.

24 † Facta autem dicta institutione per Ordinarium, in favorem habentis medietatem vocum, perinde est ac si ipse solus, & nullus alius fuisset præsentatus: *d. Clement. plures*, & *ibi* Vitallinus *de jurepatron.* Lambertin. *de jurepatron. lib. 2. part. 2. quæst. 9. art. 6.*

25 *& 7.* † Ergo provisо Apostolico obstabit clausula, in Bullis apponi consueta, *dummodò tempore datæ præsentium non fuerit alteri ius quæsitum*: quia Papa non censetur voluisse derogare juri quæsito per præsentationem. Rot. *decis. 52. num. 3. part. 2. recent.* Cavaler. *decis. 231. num. 4.*

Ex alio etiam capite excludendus est provisus Apostolicus; quia non erat actu Sacerdos; quæ tamen qualitas ex fundatione requirebatur: inerat au-

26 tem in provisо ab Ordinario. † Quamvis enim dum qualitas sacerdotii requiritur ex dispositione legis, sufficiat illam inesse habitu, & non actu, *cap. si quis, de præbend. in 6. cap. 2. de institut. in 6.* Ferret. *consil. 305.* ubi quod sufficit promoveri intra annum: † tamen quando in dispositione hominis, qualitas 27
Presbyteri fuit adjecta ipsi præsentationi, veluti dum fuit dictum, *quod præsentetur Presbyter, vel sacerdos*; tunc illa qualitas debet adesse actu, & non sufficit quod insit habitu solo, idque tempore præsentationis; quia qualitas adjuncta verbo, debet inesse tempore verbi: ut bene probat Rota *decis. 216. num. 1. part. 2. recent. & decis. 496. num. 2. & 5. eadem parte 2.* cum aliis citatis per Burat. *decis. 680. num. 2.* juxta distinctionem Abbatis *in cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. num. 11.* † Idque maximè lo- 28
cum habet, quia fundator usus fuerat verbis negativis, dicens quod voluit præsentari Presbyterum, & non alium; & quod in casum præsentationis non Presbyteri, talis præsentatio sit nulla: ut fatetur Gratian. *discept. forens. 133. num. 2.* † Quod con- 29
firmatur ex sequentibus verbis dictæ fundationis, dum dicitur, *quod secundarius, & sui successores teneantur & debeant interesse in dicta Ecclesia in horis diurnis & nocturnis, & eidem Ecclesiæ deservire, missasque celebrare alternis vicibus cum Parocho*: ex quo etiam actualis sacerdotii qualitatem, tempore præsentationis esse necessariam, decisum fuit per Rotam *part. 4. divers. decis. 570. num. 1.* videantur tradita *suprà, cap. 31.*

Quamvis igitur provisus Apostolicus esset præ- 30
sentatus à majori parte Patronorum, & esset fundatoris consanguineus; tamen præsentatus à minori, & habens qualitates ex fundatione requisitas, illi præferendus esset: Roch. de Curte *de iurepatron. in verb. honorificum, quæst. 16. numer. 43.* Burat. *decis. 680. num. 1.*

Sed hoc casu advertendum est, quod multi DD. 31
existimarunt, quod quando major pars Patronorum indignum, aut non idoneum præsentavit, Ordinarius non debet confestim de beneficio patronato providere, sed expectare debet finem quadrimestris: ut per Lambertin. *d. lib. 3. part. 3. quæst. 4. art. 5. numer. 1. & 2.*

Item advertendum est, quod lite existente inter præsentatos, non poterat Ordinarius, etiam post quadrimestre providere jure devoluto, quamvis Patroni aliam præsentationem fecissent. Ricc. *in praxi rer. for. Eccles. decis. 188. num. 192.* Ludovis. *decis. 94. num. 10.* Rot. *decis. 586. num. 6. part. 4. diversi.* in qua decisione singulariter explicantur casus, in quibus ob negligentiam Patronorum, jus conferendi pertinet, vel non pertinet ad Superiorem jure devoluto.

Quod si patroni allegare velint ignorantiam qua- 32
litatum ex fundatione requisitarum, non sunt audiendi, cùm de illis sese informare teneantur. Cavaler. *dicta decis. 231. num. 3.*

Cùm igitur Patroni malè, & contra legem fun- 33
datoris non idoneum præsentaverint; totum jus præsentandi pro illa vice devolutum est per jus accrescendi ad alios, qui idoneum præsentarunt. Rip. *in l. re coniuncti, num. 234. in fin. ff. de legat. 1.* Joan. Ant. Bellon *de iure accresc. cap. 6. quæst. 48. num. 28.* Cavaler. *d. decis. 231. num. 2.* Et ex his satis constat de meliori jure provisi ab Ordinario, adversùs Apostolicum.

Neque obstant opposita in contrarium, & primò 34
quod provisus Apostolicus est præferendus, cùm sit filius unius ex Patronis. Quia ultra quod non est de linea fundatoris, in quibus terminis DD. ex adverso citati loquuntur; objectio procederet, si reliqua omnia essent æqualia, & provisus Apostolicus esset capax, & idoneus secundùm legem fundatoris; quod

non concurrit in caſu propoſito, propter defectum Sacerdotii, de quo ſupra. In iſtis enim terminis, nempe datâ paritate, loquuntur DD. ut Barboſ. *dict. alleg.72. num.202.* Roch. de Curte *de jurepatron. in verb.honorificum, quæſt.18. num.45.* Qui loquitur de duobus æquè idoneis, quorum unus ſit de ſanguine fundatoris: ſicuti Lambertin. *lib.2.part.3.quæſt.5. art.4.*

35 Non obſtat ſecundò, quod opponitur, Vicarium Epiſcopi ſine ſpeciali mandato non habere facultatem beneficia conferendi. Quia poſito quod de ea non conſtet, poſſet nihilominus Vicarius Generalis, niſi expreſsè ipſi prohibitum eſſet, præſentatum à patronis inſtituere. Barboſ. *de Epiſcop. alleg.54. num.70.* ubi plures cum communi opinione allegat.

36 † Sicut videmus quod Vicarius Capituli ſede vacante conſtitutus, licèt beneficia Eccleſiaſtica conferre non poſſit, tamen poteſt præſentatum à Patronis inſtituere. Idem Barboſ. *de Epiſcop. dicta alleg.72. num.183. & in tract. de jure Eccleſiaſt. lib.1. cap.32.num.95.*

37 Non obſtat tertiò obſervantia allegata præſentandi ſimplices clericos. Quia ſi non conſtet, niſi de unica præſentatione, hoc non ſufficit: quia multi DD. tenent, derogari poſſe per Epiſcopum de conſenſu Patronorum qualitatibus ex fundatione requiſitis, pro unica vice tantùm; & ideo non eſt trahendum in conſequentiam. Seraph. *deciſ.871.num.4.*

38 † Quanquam ex mente Concilii Tridentini, non poſſe fundationibus etiam pro unica vice Epiſcopum, quamvis Patroni conſentiant, derogare, multis oſtendat, & explicet Garc. *de benific. part.7. cap.1.num.112. & ſeq.* Rota *deciſ.216.num.4.part.1. recent. & deciſ.496.num.9.part.2.recent.*

39 Præterea Reſpondetur, locum quidem eſſe obſervantiæ, quando verba fundationis ſunt dubia; ſecùs ubi ſunt clara, prout talia eſſe ſuperiùs comprobatum fuit: ut in noſtro caſu docet Lotter. *de re benefic.lib.2.quæſt.47.num.31.* Rota *d.deciſ.216.num.4. part.1.recent. & deciſ.496.num.9.part.2. recent.* Præſertim quia poteſt eſſe, quod ſimplices clerici, qui beneficium illud obtinuerunt, fuerint à ſummo Pontifice diſpenſati, ut conſideravit Rota *d. deciſ.216.num.9.in fine.*

40 Ultimò non obſtat quod opponitur, collationem factam ab Ordinario de beneficio patronato, nullitatis vitio laborare, propter defectum publicationis edictorum, quæ requiruntur, juxta text. *in cap.finali de elect. lib.6.* Quia Reſpondetur, diſpoſitionem illius textus, quamvis ex rationis identitate extendatur etiam ad præſentationes, & collationes beneficiorum de jurepatronatus exiſtentium: tamen locum non habere, quando adeſt conſuetudo in contrarium: quæ conſuetudo facilè probari poterit in Diœceſi de qua agebatur, aliiſque locis vicinioribus: quâ conſuetudine probatâ, inſtitutio præſentati remanet valida, etiam non publicatis edictis. Lotter. *de re benefic.lib.2.quæſt.16.num.20.36. & 37.* Coſta *de ſubſid. remed.13. num.3.* Marius Antonin. *lib.1. variar. reſol. cap.108. num.43. & 44.* † Qui

41 *num.43.* dicit hanc exceptionem edictorum non publicatorum, reſpicere petitorium, & non eſſe admittendam in judicio poſſeſſorio.

CAPUT CXIX.

De alienatione aut conceſſione in emphyteuſim bonorum Eccleſiæ nondum incorporatorum: Et ex quibus probetur factam fuiſſe incorporationem. De validitate, aut nullitate pacti de renovando emphyteuſim Eccleſiæ. De validitate tranſactionis factæ nomine Eccleſiæ, ſuper hæreditate delata quidem, ſed litigioſa, & nondum plenè acquiſita. Quando Prælatus poſſit bona in emphyteuſim concedi ſolita, alteri concedere in præjudicium ſucceſſoris, antequam facta fuerit devolutio: Et de vi, ac effectu inveſtituræ abuſivæ. Quomodò probetur bona ſolita eſſe alienari, vel in emphyteuſim concedi. Quæ ſunt ſolita concedi, non tamen alienari poſſe, niſi ad utilitatem Eccleſiæ. Denique utrùm lineâ finitâ, Prælatus propriâ authoritate poſſit capere poſſeſſionem bonorum emphyteuticorum nomine ſuæ Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiæ nondum incorporata, alienari, aut in emphyteuſim concedi poſſunt, ſine ſolemnitatibus.*

2 *Pactum de renovando emphyteuſim poſt lineam finitam, an & quando ſit validum.*

3 *Ex quibus probetur bona fuiſſe incorporata Eccleſiæ.*

4 *Eccleſia poteſt tranſigere ſuper hæreditate delata, nondum tamen plenè acquiſita, quamvis dimittat bona in manibus colitigantis.*

5 *Renunciatio emphyteuſis facta per Prælatum non ſubſiſtit, niſi poſt illius devolutionem.*

6 *Emphyteuſis non poteſt concedi non completâ, ante ejus devolutionem, niſi prævia renunciatione poſſeſſoris, & actuali miſſione in poſſeſſionem novi inveſtiti.*

7 *Conceſſio in emphyteuſim facta per Prælatum, non adſtringit ſucceſſorem, ſi ante devolutionem facta ſit.*

8 *Inveſtitura abuſiva quæ dicatur; & quando non liget ſucceſſorem in Eccleſia.*

9 *In rebus ſolitis in feudum vel emphyteuſim concedi, non valet inveſtitura per Prælatum facta, quæ incipit habere robur tempore ſucceſſoris eadem Eccleſia.*

10 *Inveſtitura abuſiva, vel verbalis, etiam ſub prætextu meritorum facta, non obligat ſucceſſorem.*

11 *Gratia per prædeceſſorem in Eccleſia facta, non conſummata non fuerit, ſucceſſorem non afficit.*

12 *Quæ ſint neceſſaria ad hoc ut bona Eccleſiæ dicantur ſolita concedi in emphyteuſim.*

13 *Tempus quadraginta annorum non ſufficit, quamvis eo tempore bona fuerint poſſeſſa in emphyteuſim: ſed vera requiritur ſolemnitatis probatio non præſumpta.*

14 Et

14 *Ex tempore quadraginta annorum requisito ad probandum solitum quoad emphyteusim, deducendum est tempus quo Ecclesia fuit sub potestate Prælati, qui erat affinis, vel consanguineus possessoris.*

15 *Solitum concessionis non sufficit probari in genere, sed probandum est specificè, quoad actus de quibus est controversia.*

16 *Etiamsi constet de solito, tamen concessio emphyteusis non valet, si forma consueta fuerit alterata.*

17 *Concedi solita non possunt dari in emphyteusim, nisi interveniente Ecclesiæ utilitate evidenti.*

18 *Probatio istius utilitatis fieri debet per emphyteutam.*

19 *Utilitas in concessione emphyteutica rerum Ecclesiæ, consideranda est habito respectu ad tempus concessionis.*

20 *Emphyteusi concessa ad certam generationem, si linea fuerit finita, dominus potest possessionem naturalem capere propria authoritate.*

21 *Prædo non debet manuteneri adversùs eum, à quo causam habet.*

22 *Dominus non potest capere possessionem, devoluta emphyteusi ob lineam finitam, nisi devolutio sit clara, hoc est, constet evidenter de dominio directo, de fine lineæ, & de identitate bonorum, etiam stante pacto capiendi possessionem authoritate propria.*

23 *Emphyteuta finita linea manutenendus est, si devolutio sit dubia.*

VArij sunt casus, in quibus Ecclesia, aut Prælatus bona Ecclesiastica in alium, titulo emphyteusis sine solennitatibus transferre possunt: de quibus in præsenti capite agendum est per distinctas conclusiones.

1 Prima conclusio: bona Ecclesiæ nondùm incorporata possunt sine solemnitatibus in emphyteusim concedi, aut alio titulo alienari: unde si bona emphyteutica ad Ecclesiam reversa sint, & devoluta propter non solutum canonem, aut propter finitam generationem, quando limitatè ad secundam vel tertiam generationem concessa fuerant; non cogitur quidem Ecclesia ad renovationem emphyteuseos: imò potest illa, si velit ipsa, seu Prælatus retinere, & mensæ suæ incorporare; quando nullum pactum renovationis in contractu emphyteutico fuit adjectum: ut fusè comprobat Gratian. *discep. forens. cap. 88. num. 5. & sequentibus.* Mantic. *decis. 10. per totam*, & benè ostendit Amic. *in tract. de jur. emphyteut. quæstione 64. per totam.* † Dixi *quando non fuit in concessione appositum pactum de renovando*; quia licèt pactum illud uti continens perpetuam alienationem bonorum Ecclesiæ, non valeat, ut dicit Gratian. *d. cap. 88. num. 10.* Mantic. *d. decis. 10. num. 4. & 14.* Amic. *dict. quæst. 64. num. 5.* tamen si appositum sit cum solemnitatibus, & causis in alienatione bonorum Ecclesiæ requisitis, dubitari non potest quin sit validum: & ita intelligi debent tradita per Mantic. *dicta decis. 10. numero 13.* & per Amic. *dicta quæstione 64. numero 12.* ut non contradicant traditis per eos in *eodem loco, numeris præcedentibus*, ubi simpliciter dictum fuerat, non valere pactum de renovando emphyteusim.

Hoc igitur casu, quo res emphyteutica reversa est ad Ecclesiam; si semel fuerit incorporata, non potest alienari, aut titulo emphyteuseos transferri, nisi de novo intervenientibus omnibus, in alienatione bonorum Ecclesiæ requisitis. Si verò bona nondum fuerint incorporata, possunt dari in emphyteusim, (si sic concedi consueverint,) nullis solemnitatibus requisitis, Quarant. *in summa Bull. in verb. alienatio rer. Eccles. numero 40. versic. insuper subrè affirmata conclusio.* Potest igitur Prælatus bona ad Ecclesiam reversa incorporare, sed incorporata non potest alienare, ut dicit Redoan. *de reb. Eccles. non alienan. quæstione 62. numero 4.*

2 Incorporata verò bona dicuntur, si Prælatus expressè declaraverit suam intentionem, & voluntatem incorporandi: & eadem ratione non incorporata, si id Prælatus fuerit protestatus. Si verò de altero ex duobus expressè non constet, recurrendum erit ad conjecturas, nempè utrùm Prælatus hæc bona, cum aliis suæ mensæ in libris Ecclesiæ descripserit, aut de illis tanquam incorporatis disposuerit, & aliàs prout ex facti circumstantiis judex arbitrabitur, ut ostendit Redoan. *de reb. Eccles. non alienandis, quæstione 62. numero 4. & 5.* fusè Masscard. *de probat. conclus. 203.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 87. & consil. 79. per tot. & de arbitrar. casu 433.*

Et per hanc rationem Consului nuper, ad requisitionem quorundam Religiosorum, quod ipsi validè potuerant inire transactionem super hæreditate sibi delata, nondùm tamen incorporata; (quamvis illam acceptassent cum beneficio legis, & Inventarij) etiam dimittendo bona in manibus adversarij; quia nondum bona illa erant eorum mensæ unita, nec perfectè acquisita; imò inhibiti erant de capiendo illorum possessionem, pro quo lis vertebatur: quo casu Dixi † alienationem, & transactionem 4 prædictam sustineri, nec alienantes ullam pœnam incurrisse, non obstante defectu solemnitatum, per ea quæ notat Alciat. *consil. 17. num. 8. lib. 1.* & Natta *consil. 441.* ubi dicit, quod quando Monasterium aliquid dimittit, quod non possidet, potest transigere: & transigendo, bona controversa penes adversarium dimittere sine solemnitatibus. Bald. *in l. præses, num. 6. colum. 2. versic. item secundùm quosdam, Cod. de transact.* Menoch. *consil. 73. numero 8.* dicens quod quando res aliqua non est perfectè unita Ecclesiæ, nec ejus mensæ incorporata, tunc solus Prælatus potest illam dimittere transigendo cum adversario. Barbos. *in c. nulli 5. num. 13. versic. nisi translatio, de reb. Eccles. non alienand.*

Secunda conclusio: In casibus in quibus Prælatus potest renovare investituram, si talis renovatio 5 fiat in favorem personarum, in præcedentibus concessionibus minimè comprehensarum, concessio illa, seu renovatio nulla est, & invallida, si de illo tempore nondum devoluta esset emphyteusis ad Ecclesiam: sive devolutio fiat per obitum, sive per renunciationem possessoris, aut alio legitimo modo. † Et 6 præterea requiritur, quod iste de novo investitus adeptus fuerit possessionem viventè Prælato, talem renovationem seu investituram concedente; ut est text. *in cap. 1. qui succeff. feud. dare possunt, in usib. feud. tit. 3. & in cap. 1. tit. 9. qui succeff. feud. ten. confirmare*, aliàs incipit, *Hic potest esse titulus*, & nominatim Federic. Schenk. † ubi dicitur, quod in- 7 vestitura per Prælatum de feudo nondum aperto facta, successorem non adstringit, si vivente investitore feudum apertum non sit; cùm præsentium duntaxat rerum, non etiam futurarum post mortem suam administrationem Prælatus habeat. Sufficit autem possessionis traditio: quia per eam negotium jam suum periodum & robur irrevocabilis juris adeptum fuerit, à nullo ampliùs dubio eventu dependentis. † Alioqui simplex verbalis investitura, quæ apud feudistas abusiva nuncupatur, nulla reali traditione

roborata,

roborata, Prælatum aut alium Eccleſiæ ſucceſſorem non obligat. Alvarot. *d. tit. 3.* & Jacob. à ſancto Georgio, uterque *num. 1.* Bald. *in d. tit. 9. qui ſucceſſ. ten. feud. confir. num. 2. in 3. notabili.* Petrus Raveau *in epit. feud. lib. 1. tit. 3. & 9.* Iſernias *d. tit. 3. n. 5.* Jacob. de Ardizon *in ſumm. feud. cap. 9. de inveſtit. Prælat. verſic. ſi verò faciam inveſtituram, & verſic. ſi verò ſub conditione*, ubi requirit, & benè, quod miſſio in poſſeſſionem hujus novi inveſtiti, fiat de voluntate & conſenſu poſſeſſoris. Balzaran. *de feud. lib. 1. tit. 9. num. 12.* fusè Roſent. *de feud. cap. 6. concluſ. 16.* cum *ibi* notat. *in gloſ. & cap. 4. concluſ. 9.*

9 Intellige prædicta vera eſſe etiam in caſibus, in quibus agitur de rebus ſolitis in emphyteuſim concedi. Jaſ. *in tit. de his qui feud. dar. poſſ. num. 11. & 12.* ubi dicit, quod etiam ſolita infeudari, non poſſunt concedi per Prælatum, quando ſecundus emphyteuta inciperet duntaxat frui effectu ſuæ inveſtituræ, & bona poſſidere, poſtquam prima inveſtitura eſſet finita: quod etiam dicit Balzaran. *in dicto tit. 3. qui ſucceſſor. feud. dare tenent. colum. 6. verſic. nota quod Prælatus.*

10 Quod ampliatur ut locum habeat, etiamſi inveſtitura iſta abuſiva, & verbalis fuiſſet facta ſub prætextu remunerationis: quia remuneratio, re integra, extinguitur ſuperveniente morte remunerantis. Balza-
11 ran. *d. tit. 3. colum. 4. verſic. amplia & ſecundò.* † Et generaliter gratia anteceſſoris valet in præjudicium ſucceſſoris, quando gratia fuit conſummata, durante vita concedentis: ſi verò non fuerit conſummata, exſpirat adveniente morte illius; cùm Prælatus non poſſit ſupplantare ſuum ſucceſſorem, conferendo ea quæ vacatura ſunt tempore ſui ſucceſſoris, ut dicunt omnes *in d. tit. 3. qui ſucceſſ.* & nominatim Baldus *num. 4. & 5.* & Dixi in *tract. de Prævent. judiciali, cap. 26. numero 13. & 22.*

12 Tertia concluſio: Ad hoc ut bona Eccleſiæ dicantur ſolita alienari, & in emphyteuſim concedi, alterum de duobus probandum eſt: nempe aut quod adſit una alienatio ſolemnis, & cum omnibus in ſimili alienatione requiſitis facta, & effectuata; aut quæ minus ſolemnes obſervatæ, & effectuatæ, durante ſpatio quadraginta annorum continuorum. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 65. per tot.* cùm adversùs Eccleſiam non præſcribatur minore ſpatio 40. annorum, *cap. de quarta 4.* & *ibi* Gloſ. *in verb. quadragenaria, de præſcript.* & ita tenuit Rota *deciſ. 241. num. 7. in recent. part. 4. tom. 2. & deciſ. 36. n. 7. part. 7. recent.* ubi aliæ deciſiones allegantur.

13 Adeo ut non ſufficiat præſumpta confirmatio alienationis, quæ oritur ex lapſu triginta annorum, aut etiam longioris temporis: quia verè & realiter intervenire debuit ſolemnitas, & de ea legitimè & concludenter conſtare aliundè, quàm ex longiſſimi temporis præſcriptione, ſi unica, eaque non ſolemnis conceſſio producatur. Seraph. *deciſ. 434. numero 1. verſic. nec obſtat*, & habetur in *dicta deciſ. 36. num. 8. part. 7. recent.*

14 Deducendum quoque eſt ex ſpatio quadraginta annorum, in caſu de quo agitur, tempus illud quo Prælatus, vel Rector Eccleſiæ fuit affinis, aut conſanguineus poſſeſſoris: quia cùm tunc Eccleſia nullum habeat legitimum defenſorem non ſuſpectum, nullum ipſi tempus currere potuit. Rota *deciſ. 689. num. 12. & ſequentib. part. 4. recent. tom. 3.*

15 Denique notandum eſt, quod non ſufficit generalis ſoliti probatio, ſed illa debent præciſè probari quoad actum, & caſum de quo agitur; veluti ſi conceſſiones præcedentes factæ fuiſſent uſque ad tertiam generationem maſculinam, & Prælatus vellet extendere conceſſionem ad lineam fœmininam, non ſuffragaretur probatio ſoliti, niſi probetur ſolitum fuiſſe etiam concedere fœminis: ſolitum enim, ſeu obſervantia probari debet præciſè reſpectu illius caſus de quo agitur. Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itinere actuque privat.* Cravet. *conſil. 30. numero 5.* Natta *conſil. 575. num. 15.* Surd. *conſil. 354. numero 26. & conſ. 382. numero 80.* & *deciſ. 131. numero 10.* & præciſè in iſtis terminis Rota *deciſ. 176. numero 45. part. 5. recent.*

Ratio eſt, quia etiam in caſibus in quibus conſtat de ſolito, circa alienationem, & conceſſionem bonorum in emphyteuſim, omnimò obſervanda eſt forma conſueta, nec illa alteranda eſt, aut extendenda in præjudicium Eccleſiæ: ſi enim ſolitus modus alteretur, tota conceſſio redditur nulla, & utile per inutile vitiatur ſecundùm mentem plurimorum Doctorum. Decius *in Authent. qui rem, numero 22.* & ibi Cagnol. *numero 38. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Alexand. *conſil. 9. numero 3. volum. 2.* Curt. Jun. *in tract. de feud. part. 2. quæſtione 6.* quos citat & ſequitur Rot. coram Duran. *deciſ. 250. numero 21.* & hæc vera eſt ſententia, quam fusè tuetur Amic. *de jur. emphyteut. quæſtione 62. per tot.*

Quarta concluſio, in caſibus in quibus Eccleſia vult renovare inveſtituram, finita linea, vel ſequa devolutione, etiamſi agatur de ſolitis concedi in emphyteuſim, neceſſe eſt ad hoc ut talis conceſſio ſit valida, quod fiat in evidentem Eccleſiæ utilitatem: ut deciſum fuit per Rotam *d. deciſ. 36. part. 7. recent. num. 12.* Adeo ut non ſufficiat Eccleſiam non fieri damnificatam, ſed præterea conſtare debeat ipſam ex tali conceſſione lucrum, & utilitatem percepiſſe: eadem Rota *in recent. deciſ. 261. numero 15. part. 4. tom. 2.* & *ibidem num. 14.* ubi quod utilitas iſta debet eſſe evidens, clara & indubitata: & *deciſ. 241. numero 25. eadem parte.* † Quæ probatio debet fieri per emphyteutam, qui validam eſſe conceſſionem ſuſtinet. Rota *deciſ. 582. numero 1. part. 1. diverſorum.* † dictaque utilitas adeſſe debet, non reſpectu temporis primæ conceſſionis in emphyteuſim, ſed reſpectu temporis quo fit renovatio, ſeu ultima conceſſio. Seraph. *deciſ. 413. numero 2.*

Quinta concluſio: Quando emphyteuſis fuit ab initio conceſſa uſque ad certam generationem, & linea eſt finita, eaque ratione devoluta fuit emphyteuſis, & ad Eccleſiam reverſa; nec illam poteſt, aut tenetur, vè vult Prælatus iterum concedere; licèt ſit ſolita concedi, tunc poteſt Prælatus propria authoritate capere poſſeſſionem rei emphyteuticæ; & debet illi dari manutentio ex ſua poſſeſſione civili, quæ eſt efficax pro recuperatione naturalis contra haredes ultimi inveſtiti, ſeu alios bonorum occupatores. Honded. *conſil. 21. numero 19. & ſequentib. num. 2.* † Quia licèt prædo veniat manutenendus regulariter; tamen regula illa locum non habet, quando agitur adversùs eum, à quo illa cauſam habet, ſicut lis eſt emphyteuta adversùs ſuum dominum directum. Rota apud Marchef. *deciſ. 24. num. 3. part. fol. 968.* Paul. Rub. *in addit. ad deciſ. 420. num. 3. part. 4. recent. tom. 2.*

Quod tamen non ita ſimpliciter intelligendum eſt, ſed in eo caſu duntaxat, in quo devolutio eſt clara, & non turbida; veluti quando evidenter conſtat de tribus, nempe de dominio directo, de fine linæ, & de identitate bonorum; ut decidit Rota *deciſ. 370. num. 5. & per totam, part. 5. recent.* Poſtius *in tract. manuten. obſervat. 16. num. 47. & 48.* ubi loquitur etiam in terminis pacti de capiendo poſſeſſionem propria authoritate. D. Argel. *de legit. Convent.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæstione 16. *artic.* 3. *num.* 51. *& sequentibus*, maximè *numero* 64. Rot. apud Marchesi. *decis.* 14. *numero* 1. *part.* 1. *fol.* 959.

23 Si verò devolutio non esset clara, veluti quod dominium directum deduceretur in controversiam, vel non esset clara bonorum identitas, aut dubium aliquod probabile verteretur circa finem lineæ, vel generationis, ad quam concessio facta fuit, tunc non esset Domino directo, vel Prælato, aut Rectori danda manutentio; sed potiùs possessori bonorum emphyteuticorum, donec legitimè probata fuisset devolutio: & in his terminis procedit decisio Ludovis. 105. cum Addent. *ibidem, numero* 11. & 12. Menoch. *consil.* 505. *per tot.* Gabriel *consil.* 83. *numero* 23. *volum.* 1. cum multis aliis, qui in contrarium allegari possent.

CAPUT CXX.

De causis nulliratis matrimonij, & quis in illis sit judex competens. An uxor alterius fori citari possit coram judice Ecclesiastico domicilij mariti, ad declarationem dictæ nullitatis: Et ibi explicatur quoad hoc sensus *cap. ex parte* 14. *de restitut. spoliat.* & doctrina Abbatis *ibidem* expenditur. De nullitate, & defectu proprij Parochi. Quis in hac materia dicatur proprius Parochus. De metu in matrimonio, & quomodò de metu constare debeat. Matrimonij metu contracti ratificationem requiri expressam, & simultaneam, verbis, vel signis explicatam coram Parocho, & testibus: nec sufficere quod metus dicatur per cohabitationem purgatus: maximè durante eadem causâ metus.

SUMMARIUM.

1 *Causa matrimonialis coram judice ordinario Ecclesiastico pertractanda est.*
2 *Ad prorograndam jurisdictionem judicis incompetentis, requiritur speciale mandatum.*
3 *Clericus sine licentia Episcopi coram alieno judice citatus, comparere non debet; sed aliud in laico statuendum est in causis spiritualibus: non tamen dum agitur de Sacramentalibus.*
4 *Causa dissolutionis sponsaliorum, aut nullitatis matrimonij coram judice Ecclesiastico domicilij mariti tractanda est.*
5 *Expenditur doctrina Abbatis* in cap. ex parte 14. num. 5. de restit. spoliat. & num. 9.
6 *Agens remedio* l. diffamari, Cod. de ingen. manumiss. *est reus originarius: & si habeat plures judices, ille qui citatus fuit, potest eligere unum ex judicibus competentibus citantis: & numero* 8.
7 *Ratione contractus quis forum sortitur.*
8 *Ille qui est actor originarius, eligit unum ex pluribus judicibus rei originarij, si plures habeat.*
9 *Textus in* cap. ex parte 14. de restitut. spoliat. *supponit ambos conjuges esse ejusdem fori.*
10 *Quando nullitas sponsalium, aut matrimonij est evidens, sufficit petere ab Episcopo licentiam transeundi ad aliud matrimonium.*
11 *Vxor per matrimonium efficitur de foro mariti, & ibi potest conveniri.*
12 *Ampliatur primò ut procedat, etiamsi uxor à marito conveniretur.*
13 *Ampliatur secundò, etiamsi vir & uxor nunquam simul cohabitaverint.*
14 *Limita nisi matrimonium esset nullum; tunc enim uxor non sortitur forum viri.*
15 *Sublimita, ut tamen sortiatur, donec nullitas matrimonij sit detecta.*
16 *Infidelis, & fidelis, si litigent super divortio, coram quo judice agere debeant: & quæ sit ratio diversitatis.*
17 *Papa dispensationes matrimoniales sæpè committit judici domicilij conjugum.*
18 *Matrimonium coram proprio Parocho non contractum, nullum est.*
19 *Proprius Parochus ad matrimonium quis dicatur.*
20 *Quid in illis, qui propter pestem aufugerunt.*
21 *Quid de iis qui student in aliquo loco, aut simulantur, aut de puellis educationis gratiâ in Monasterio existentibus.*
22 *An matrimonium sit nullum, si partes data opera adierint locum, in quo Concilium Tridentinum non est receptum.*
23 *Matrimonium propter metum annullatur.*
24 *Vxor nondum cognita, licèt traducta, metum allegans non est viro restituenda.*
25 *Metus non in genere, sed in specie quoad illum actum, de quo agitur, probandus est.*
26 *Quando, & ex quibus conjecturis metus probetur. Remissivè.*
27 *Omnes actus gesti durante vita illius, qui metum intulit, quamvis hilaris animi specimen præ se ferant, censentur semper meticulosi.*
28 *Consensus est de forma, & de substantia matrimonij: sive illud respiciatur tanquam contractus, sive uti Sacramentum.*
29 *Contractu ex causa metus deficiente, non sufficit tacita ratificatio, sed novus consensus expressus, & simultaneus requiritur, verbis vel signis demonstratus.*
30 *Novus iste consensus præstari debet hoc casu coram Parocho, & testibus.*
31 *Occultum non dicitur quod testibus probari potest.*

PRæcipuas controversias circa causas nullitatis matrimonij, & quæ circa illas notatu digniora, & magis practicabilia sunt, ad sequentes conclusiones reducenda existimavi.

Prima ergo sit conclusio: Quod causa nullitatis matrimonij, coram judice ordinario Ecclesiastico tractanda est; cui soli, & privativè quoad omnes jurisdictio competit: per text. *in cap. accedentibus, de excess. Prælat.* Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 20. *vers. ad hæc*, Barbos. *de offic. & potest. Episcop. allegat.* 84. *numero* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disput.* 28. *numero* 22. Ricc. *in prax. rer. for. Eccles. in prax. matrimon. decis.* 245.

Unde alias Consului, processuras coram Archiepiscopo Tholosano factas adversùs quendam originarium, & habitatorem Carcassonæ, qui ad nullitatem matrimonij conveniebatur, nullas esse ex defectu jurisdictionis; & litem instaurandam esse coram judice Ecclesiastico Carcassonæ, qui judex erat rei conventi: *cap. cum contra, de foro competenti.*

Idque

Idque non obſtante comparitione procuratoris, qui prorogaverat jurisdictionem Archiepiſcopi Tholoſani; cùm tamen non haberet ſpeciale mandatum:
2 † Quod tamen requiritur ad hoc, ut quis poſſit prorogare jurisdictionem judicis incompetentis.
3 Guido Pap. *deciſ.* 285. *numero* 2. † Tum etiam, quia quamvis ageretur de ipſo principali, non tamen illi licitum fuiſſet tacitè, vel expreſsè prorogare jurisdictionem alterius judicis, non ſolùm laici (quod indubitatum eſt) ſed etiam Eccleſiaſtici incompetentis. Nam licèt verum ſit, conſtituendam eſſe differentiam inter prorogationem jurisdictionis, factam per perſonas Eccleſiaſticas in favorem tribunalis incompetentis; & eam quæ fit per perſonas laicas, & ſæculares: ut Eccleſiaſtici nullo modo poſſint, ſine licentia ſui Epiſcopi, alienam jurisdictionem prorogare; laici verò poſſint in cauſis etiam ſpiritualibus, alieni Epiſcopi prorogare jurisdictionem: tamen hoc procedit quando agitur de cauſis ſimpliciter ſpiritualibus; veluti ſi ageretur de decimis, vel de jurepatronatus, aut ſimilibus; tunc enim verum eſt, laicum poſſe coram alieno Epiſcopo comparere, approbando & prorogando illius jurisdictionem: ſecus autem eſt, ſi agatur de cauſis ſpiritualibus Sacramentalibus; veluti ſi agatur de fœdere matrimonij: nam hoc caſu laicus non poteſt per ſuam prorogationem coram alieno Epiſcopo factam, illi jurisdictionem contribuere, in præjudicium Epiſcopi ſui ordinarij, cui privativè quoad Sacramenta ſubditus eſt: ſed requiritur ad hoc conſenſus proprij Epiſcopi, per text. in *cap. omnis, de pœnitent.* & in *can.* 1. 9. *quæſt.* 2. ibi: *Nec alterius parochianum judicare*: & ſecundùm communem DD. diſtinctionem *in cap. ſignificaſti* 18. *de for. compet.* & *ibi* per Socin. *art.* 6. *verſic. ſecundò principali caſu.* Felin. *ibidem*, *num.* 1. Panormit. *num.* 15. *in* 2. *caſu princip.* Auguſt. Barboſ. *numero* 10. & Petrum Barboſ. *in l.* 1. *ff. de judic. art.* 3. *num.* 197.

4 Cæterùm, ſi inter virum & uxorem ſit contentio de nullitate matrimonij, aut inter ſponſos de nullitate, ſeu diſſolutione ſponſalium; adeundus eſt judex domicilij mariti, quamvis maritus licentiam petat aliam ducendi: quia ipſe eſt reus originarius: ut notabiliter explicat Abbas *in cap. ex parte* 14. *numero* 5. *in* 4. *notabili*, *de reſtitut. ſpoliat.*

5 Sed advertendum eſt quod Abbas *in dicto loco* duplici ratione nititur ad oſtendendum, quod iſta licentia tranſeundi ad aliud matrimonium petenda eſt coram Epiſcopo loci, in quo maritus habet domicilium.

Primò, quia maritus petens licentiam à judice convolandi ad aliud matrimonium, nihil petit à parte; ſed tantùm à judice: ideo judicem ſui domicilij adire debet. Secundò quia maritus hoc caſu eſt reus originarius, & propterea fortitur forum coram Ordinario ſuo; cùm non poſſit ab actore trahi extra forum ſui domicilij.

Prima ratio non videtur ſubſiſtere: quia cùm licentia tranſeundi ad aliud matrimonium, implicitam habeat diſſolutionem ſponſalium, vel matrimonij præcedentis; certum eſt licentiam illam, & declarationem nullitatis fieri non poſſe, niſi citata parte: & per conſequens maritum eſſe actorem; eaque de cauſa teneri uxorem citare in foro ipſius uxoris, ex regula generali, quod Actor ſequitur forum rei: *capit. ſanè, cap. ſi clericus, cap. cùm ſit generale, de for. compet.*

6 Secunda ratio videtur poſſe retorqueri: † quia licèt verum ſit, quod quando maritus eſt reus originarius, debet cauſa tractari coram foro ipſius mariti, ad inſtar illius, qui agit remedio *l. diffamari, Cod. de ingen. manumiſſ.* juxta tradita per Rot. *deciſ.* 236. *part.* 1. *diverſ.* & per D. Cæſar. Argel. *in ſuo utiliſſimo & eruditiſſimo tractatu de legitim. contradict. quæſt.* 3. *numero* 190. & nos oſtendimus in *tract. de prævent. judic. cap.* 8. *numero* 4.

Ideò cùm maritus ratione contractus matrimonij ſortiatur forum coram Epiſcopo loci contractus, juxta *cap. Romana*, §. *contrahentes*, *de for. compet. in* 6. videtur quod uxor poſſit illum convenire coram proprio ipſius uxoris Epiſcopo, in cujus diœceſi matrimonium fuit celebratum, licèt uxor poſtea ad domicilium mariti, in alia diœceſi, fuerit traducta; cùm is qui intentat remedia hujuſmodi proponendo exceptiones per modum actionis, quamvis ſit reus originarius, & coram ſuo judice convenitus ſit; † tamen ſi habeat plures judices, & in diverſis locis ſortiatur forum, eſt in electione citati in vim dictorum remediorum, reum originarium conveniendi coram uno ex judicibus ipſius rei originarij, dummodo ſit competens: ut Dixi *d. cap.* 8. *num.* 4. *de prævent.* ex Covar. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 18. *numero* 6. & egregiè Socin. ſen. *conſil.* 94. *volum.* 3. & ſic intelligenda ſunt quæ dixi *cap.* 7. *numero* 4.

Nodum hujus difficultatis non reſolvit text. in *dicto c. ex parte* 14. *de reſtit. ſpoliat.* quia ibi mulier erat Senenſis, & maritum ſeu ſponſum conveniebat coram Epiſcopo Senenſi, qui etiam erat judex domicilij mariti, qui erat pariter Senenſis: ubi notat Abbas *dicto num.* 5. *in fine*, & Glo. in ſpeculatione caſus, *in eodem cap. ex parte.*

Præterea textus ille continet caſum ſpecialem: ſiquidem ibi agebatur de puella, quam ſeptennem minorem patruus deſponſaverat, & nubilis factam ſponſalia adimplere recuſabat: ideo cùm evidens & clara eſſet nullitas ſponſaliorum, non erat cognita mulier ad matrimonium perficiendum; & cùm traductio interveniſſet non ſequuta copula, & matrimonium eſſet notoriè nullum: ideo ſufficiebat licentiam petere ad alia ſponſalia tranſeundi, nec opus erat aliqua declaratione nullitatis notoriæ.

Sed dubium noſtrum verſatur in muliere traducta & cognita, quam à diœceſi ſua maritus ad proprium domicilium, ac diœceſim deduxit, ſequeque copula, poſt aliquod temporis ſpatium, ipſe maritus illam coram proprio ſuo Epiſcopo convenire deſiderat: & hoc caſu, ſaluo ſemper judicio, Ego crederem poſſe litem intentari coram judice domicilij mariti, quamvis uxor ab alia diœceſi traducta fuiſſet: † Quia ratione matrimonij & traductionis ad domum mariti, uxor fuit effecta de foro ipſius. Molin. *de rit. nupt. lib.* 1. *compar.* 23. *num.* 4. Petrus Barboſ. *in l. exigere dotem* 65. *ff. de judic. numero* 13. Duen. *reg.* 277.

Et ideo dicunt DD. quod ſi uxor litiget cum marito, etiamſi ab illo conveniatur, convenitur eſt, & litigare debet coram judice ſui mariti, id eſt ejus domicilio. Dec. *in l. cùm quædam puella* 13. *numero* 8. *ff. de jurisdict. omnium judic.* Jaſon *num.* 1. *in* 2. *ampliat.* Cagnol. *num.* 4. *etiam ampliat.* † Quod etiam ampliatur ut procedat, quando vir & uxor ſimul non cohabitaſſent. † Et licèt ſupra ſecta regula non procedat, quando matrimonium non valuit, ut dicit Card. Tuſch. *littera V, concluſ.* 5. *numero* 29. Felin. *in cap. juravit* 6. *numero* 2. *in fine*, *ignorabat pars*, & *in cap.* 1. *numero* 25. *de ſponſalib.* Bald. in *d. cap. juravit*, *numero* 2.

Tamen quando nullitas matrimonij non eſt notoria, ſed deducitur in controverſiam; tunc lite pendente contractus manutenendus eſt, *cap. litteras*, *de reſti-*

soliat. etiam ad instantiam illius qui agit ad rescissionem. Vincent. de Franch. *decis.* 373. *per tot.* & sic donec matrimonii nullitas sit detecta, uxor non privatur effectu matrimonii, ut viri forum teneatur sequi.

16 Unde sequitur, quod si fidelis contrahat cum infideli, cùm matrimonium regulariter nullum sit, ut docet Basil. Pont. *de matrimon. lib. 7. cap. 46.* si fidelis agat ad divortium, debet convenire infidelem coram judice sæculari: ut dicit Sanch. *lib. 7. disp. 3. num. 9.* maximè cùm infidelis non agnoscat forum conjugis fidelis: & sic actor sequitur forum rei. Sed dum matrimonii nullitas detecta non est, non videtur recedendum ab illa regula, quod uxor sequitur forum
17 mariti, ut mox dictum est: † attamen in facti contingentia, Consului ut obtineretur commissio excitatoria jurisdictionis, à summo Pontifice, directa Episcopo domicilii mariti: quod sic fieri posse, & commissionem à summo Pontifice dirigi ad Ordinarium domicilii conjugum, fusè explicat Pyrr. Conrad. *in praxi dispens. Apost. lib. 7. cap. 7. n. 31. & 32.*

18 Secunda conclusio: matrimonium in locis ubi Concilium Tridentinum receptum fuit, celebratum sine assistentia proprii Parochi, aut alterius ab eo licentiam habentis, est ipso jure nullum: ex Concilio Trident. *session. 24. cap. 1. de reform. matrim.* & sæpiùs fuit dictum per Rotam Romanam, nominatim *in Toletana Matrimonii*, *decis.* 629. *part. 2. recent.*
19 *tom. 3.* & *decis. 645. num. 1. part. 1. divers.* † Proprius autem Parochus quoad matrimonium dicitur ille, cujus loco contrahentes, licèt de novo venerint, habent animum stabiliendi domicilium, & ibi perpetuò vivendi. Diaz *in pract. crimin. canonic. cap. 73. de clandestinis nupt. intervessentibus*, *versic. decimoquartò*, ibi: *si verò inter duos.* Ceval. *cap. 458. n. 35. & cap. 604. num. 44.* Gutierr. *de matrim. cap. 63. per totum.* Bonacin. *in eod. tract. quæst. 2. punct. 8. num. 4.* Gratian. *discept. forens. cap. 75. num.* 18. Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 23. num. 14.* Barbos. *ad dictum cap. 1. Concil. Trident. sess. 24. de reform. num. 8.*

20 Similiter proprius Parochus dicitur ille, qui curam animarum exercet in eo loco, ad quem matrimonium contrahere volentes confugerunt, propter suspicionem pestis: ille enim Parochus potest confessiones confugientium audire, illorum matrimonia celebrare; seu solemnisare; & alia omnia peragere, exceptis iis quæ ordinum susceptionem concernunt. Sanch. *d. lib. 3. disp. 23. num. 12.* sequitur Gutier. *cod. tract. de matrimon. cap. 63. num. 19.* apud quos reliqua de proprio Parocho quoad matrimonium videri possunt; ideò non sunt hìc inutiliter repetenda.

21 Eadem ratione proprius Parochus dicitur, Parochus loci in quo mulier habitat causa famulandi; vel in Monasterio causâ educationis, vel causâ addiscendi virtutes. Gratian. *discept. forens. cap. 75.*
22 *num. 19. lib. 1.*

Utrùm autem matrimonium contractum, non servata forma Concilii, sit validum quando celebratum fuit in loco, ad quem conjuges diverterunt absque intentione ibi manendi pro majori parte anni; si talis sit locus in quo Concilium nondum fuit receptum? affirmativè resolvit Bonacina *de matrim. quæst. 2. punct. 7. num. 5. & punct. 8. num. 4.* Barbos. *de Episcop. alleg. 32. num. 77.*

23 Tertia conclusio: matrimonium metu celebratum cadente in constantem virum; est omninò nullum, propter defectum consensus: qua de re, & tota metus in matrimonio intervenientis materia, fusè Basil. Pont. *lib. 4. cap. 10. & sequentib.* Gutier. *cap. 76. num. 8. & per totum*, Sanch. *lib. 4. disput. 12. & sequentib.*

Et adeo nullum est matrimonium metu contrà- 24
ctum, ut si uxor nondum à viro cognita, alleget se per metum contraxisse, quamvis ad mariti domum fuisset traducta; non ideo tamen viro restituenda esset, lite pendente: tum ob periculum virginitatis, quod esset irreparabile; tum etiam, quia non potest dari possessio liberæ personæ, illius consensu deficiente, ut fuit dictum per Rot. *decis.* 147. *num.* 28. *part.* 1. *recent.* ubi dicitur quod hoc casu possessorium admixtam habet proprietatis causam: quæ decisio est repetita apud Ludovis. *decis. 351. num. 40.*

Dum autem agitur de probando metu, tam quoad 25
matrimonium, quàm quoad alios contractus, dubitari potest utrùm sufficiat, metum fuisse probatum in genere, an verò probandus sit in specie, respectu illius contractus de quo agitur? Duæ sunt sententiæ, quarum prior vult satis esse metum probari in genere, quam tenet Rebuf. *in constit. Reg. tom. 2. tit. de rescind. contract. art. unic. glos. 22. num. 5.* ubi dicit sententiam Afflicti contrarium tenentis esse subtilem, & pulchram; sed in Gallia non servari. Cravet. *consil. 241. num. 20. col. 10. versic. alibi scribit.* Thesaur. Jun. *lib. 1. quæst. 15. num. 7.* Posterior sententia, quæ verior & receptior est, asserit metum in specie probandum esse respectu matrimonii, vel alterius actus de quo contenditur: quam tenent Afflict. *decis. 246.* Menoch. *consil. 389. num. 9.* Mastrill. *decis. 140. num. 17. part. 12.* Vivius *decis. 507. num. 9. part. 3.* & ideo cavendum est ab opinione Fontanel. *de pactis nuptial. tom. 2. claus. 7. part. 5. num. 61. & sequentibus*, quia adversùs eum stat ratio, & communis opinio, necnon indicia supremorum Senatuum, ut eleganter comprobat Joseph. Ramon. *consil. 96. num. 20. & seq.*

Quomodo autem, & ex quibus probetur metus 26
in matrimonio, ultra DD. citatos, & tradita per Farin. *in fragm. in verb. metus*, videri poterit *decis.* Rotæ 86. apud Burat. *& 203. & 205. apud eundem*, *& decis. 643. part. 1. recent.* quæ est ejusdem Burati. Ludovis. *decis. 326.* Giovagn. *consil. 67. lib. 1.* & est materia satis trita.

Quarta conclusio: Si matrimonium habet ini- 27
tium meticulosum, nunquam purgatus censetur durante vita illius, qui metui causam dedit. Ludovis. *decis. 392. num. 5. & per totam*, ubi ampliatur *num. 3.* etiamsi tales actus præ se ferant lætum ac jucundum animum: imò ex illis magis confirmari probationem metus existimat Theodos. Rub. *in singulari ad decis.* Ludovis. *fol. 19.* Idem tenuit Rot. *decis. 315. num. 9. & 12. part. 5. recent.* Addent. ad Burat. *d. decis. 205. literæ C*, *in fin.* Rot. *decis. 179. num. 4. part. 4. recent. & decis. 172. num. 43. & 44. part. 7. recent.*

Quinta conclusio: Sola conjugum habitatio per 28
duos, aut tres annos continuata, non convalidat matrimonium quod habuit initium meticulosum. Quia cùm ipsum matrimonium sit ab initio nullum ex defectu consensus, qui quidem consensus est de forma, & substantia matrimonii, sive illud consideretur tanquam contractus, sive tanquam Sacramentum, ut pluribus citatis comprobat Rot. *decis. 124.*
num. 1. & 2. part. 7. recent. sequitur † quod consensu 29
propter metum deficiente, matrimonium consensu carens non potest reddi validum, nisi novus, isque non tacitus, sed expressus signis aut verbis animum declarantibus significatus accedat consensus: & sic solam cohabitationem non sufficere, talémque consensum simultaneum, utroque conjuge interve-

niente requiri: quidquid in contrarium dicat Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 73. num. 12. & ſequentibus.* Quia ejus ſententiam pluribus bonis fundationibus impugnat Baſil. Pont. *de matrim. lib. 4. cap. 24. num. 9. & num. 5.* ubi dicit hoc fuiſſe judicio Eccleſiæ terminatum per felic. recordat. Clem. VIII. tunc ſummum Pontificem. Idem fusè comprobat Gutier. *de matrim. cap. 76. num. 32.* quorum dicta hic repetere eſſet inutile.

Sexta concluſio: Non ſolùm ad matrimonii permetum contracti validitatem, novus, expreſſus & ſimultaneus utriuſque conjugis conſenſus requiritur; ſed etiam conſenſus ille novus præſtandus eſt coram Parocho, & teſtibus; juxta formam ſacri Concilii Tridentini. Hæc concluſio eſt contra ſententiam Sanch. *dicto tract. lib. 2. diſput. 37. num. 3. & ſeq.* Bonacin. *de matrim. quæſt. 2. punct. 9. num. 4. cum ibi citatis.* Sed vera eſt, quia actus ratificatus redditur validus ut ex nunc, non ut ex tunc: & ideo omnes ſolemnitates requiſitæ in actu principali adhibendæ ſunt in ratificatione, cùm ratificatio illa dicatur novus actus: debet igitur intervenire in ratificatione, Parochi & teſtium præſentia per Concilium requiſita, perinde ac ſi antea nullum matrimonium præceſſiſſet: & hæc fuit ſacræ Congregationis Interpretum Concilii ſententia, ut teſtatur Seraph. *deciſ. 900.* quam ad hoc bene adducit Baſil. Pont. *lib. 5. de conſenſ. clandeſt. cap. 6. & multis ſeq.* Gutier. *de matrim. dict. cap. 75. num. 32.* & ad longum Rot. apud Ludoviſ. aliàs Gregor. XV. *deciſ. 391. per tot.* ubi loquitur etiam quando metus impedimentum fuit occultum. † Quanquam nec occultum dici poſſit, quando per teſtes probari poteſt: ut dicitur *in dict. deciſ. 395. num. ult.* quo caſu, nempe metu notorio exiſtente impedimento, ipſemet Sanchez & ejus ſententiæ ſectatores fatentur ſolum conſenſum non ſufficere, niſi iterum intervenire Parochus, & teſtes.

Hic primæ huic Parti finem impono, ad laudem Dei Omnipotentis & Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Patronæ meæ. Omnia ſubjiciens correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ. Et quæcumque à me ex Galliæ moribus dicta ſunt, approbare non intendens, ſi & quatenus juriſdictioni Eccleſiaſticæ eſſent contraria: quid fiat potiùs illo caſu referens, quàm quid fieri debeat. Proteſtans me ſemper amplexurum opiniones ſanctæ Sedi magis favorabiles, ſummique Pontificis authoritati, cujus me fideliſſimum Vaſſallum & Feudatarium eſſe profiteor, & uſque ad mortem profiteor.

QVÆSTIO

QUÆSTIONUM ET RESOLVTIONUM BENEFICIALIUM PARS SECUNDA.

In qua Compendium totius materiæ beneficialis, in primo libro non explicatæ, continetur.

CAPVT I.

Quid sit Beneficium Ecclesiasticum, & quid sub nomine Beneficii contineatur.

§. 1.

In quo variæ Beneficii descriptiones proponuntur.

VARII varias in medium afferunt Beneficii Ecclesiastici, de quo loquimur, definitiones, seu potiùs descriptiones. Quidam dicunt, Beneficium esse jus spirituale utendi fruendi rebus Deo dicatis, clerico propter divinum officium competens. Alii verò dicunt, Beneficium esse, distinctam & spirituali muneri conjunctam jurium Ecclesiasticorum portionem, certis ædibus sacris ad hoc assignatam, ut perpetuò ad vitam utenda clerico legitimè assignetur. Alii definiunt, ut sit jus percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, clerico propter divinum officium competens. Cui definitioni addenda censent verba illa: *divinum officium, vel obsequium*, ut per Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. ut etiam comprehendat Commendas, seu Præceptorias militarium Ordinum, quæ verè sunt beneficia. Alii dicunt Beneficium esse portionem illam obventionum, & redituum Ecclesiasticorum, quæ datur ministris Ecclesiæ pro servitio spirituali. Similia refert Steph. Grat. *discept. forens. c.* 397. *n.* 50. Petr. Greg. *in Instit. rei benef. cap.* 6. & *in syntagm. juris, lib.* 17. *c.* 2. & passim alii de beneficiis tractantes. Ex qua beneficii descriptione quædam notabilia inferri possunt.

§. 2.

De simplici deputatione Sacerdotis.

1 *Simplex deputatio Sacerdotis non meretur nomen beneficii, si non intervenerit erectio in beneficium.*

2 *Beneficium Ecclesiasticum sine Superioris authoritate constitui non potest.*

3 *Non potest dici Beneficium pia fundatio, nisi conferri possit in titulum perpetui beneficii.*

PRimò infertur, simplicem deputationem Sacerdotis pro celebratione Missarum, si non interveniat erectio facta authoritate Superioris, non esse beneficium, neque beneficii nomine contineri; cùm non habeat titulum perpetuum, nec authoritatem Superiorum: imò potiùs sit quid merè temporale, & laïcale. Felin. *in cap. ex parte* 2. *n.* 2. *de Rescript.* Guid. Pap. *decis.* 187. *num.* 1. † Nam beneficium Ecclesiasticum sine erectione, seu institutione Ordinarii, suum esse non habet. Gloss. *in Clement.* 2. *in verb. si beneficiorum, in fin. versic. tu dic, de Decim.* Rot. *decis.* 509. *n.* 1. *part.* 1. *divers.* & 238. *per tot. part.* 5. *recent. coram Illustrissimo & Reverendissimo Domino du Nozet juniore, Rotæ Romanæ Decano, quem uti Dominum, & Patronum meum singularem veneror*: quod etiam refert & sequitur Donat. Ant. de Marin. *quotid. resol. cap.* 36. Marius Ant. *lib.* 1. *resol.* 112. *cas.* 53. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 95. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 5. *in princip. num.* 30. & *seq.* Barbos. *de Iur. Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 5. Burat. *decis.* 1. *num.* 21. & 224. *n.* 5.

Quod præsertim locum habet, si fundator non assignaverit certum locum, in quo Missæ erant celebrandæ: ideo non potest hæc pia fundatio assignari in titulum perpetui beneficii; sine qua assignatione, & perpetuitate non potest mereri nomen beneficii. Cassador. *decis.* 3. *n.* 34. *de Præbend. & decis.* 4. *num.* 2. *eod. tit.* Anton. *dicto casu* 53. *versic. secundò.* Gratian. *discept. forens.* 397. *num.* 73.

§. 3.

De Capellis, & Capellaniis.

1 *Capella non est beneficium Ecclesiasticum, si non fuerit erecta cum authoritate Ordinarii in titulum beneficii.*

2 *Privatam Capellam in domo privata nemo poteſt conſtruere, niſi intervenient authoritate Epiſcopi, quæ aliquando præſumitur ex diuturnitate temporis.*

3 *Capellanias obtinentes in Eccleſia, dicuntur veri beneficiorum poſſeſſores, ſi obtineant vocem in Capitulo, & ſtallum in Choro, quamvis eorum numerus non ſit in Eccleſia definitus.*

1 EAdem ratione Capellæ non continentur ſub nomine beneficiorum, ſi per laicum intra proprium fundum conſtructæ fuerint; ſed authoritate Epiſcopi non ſint erectæ, & ordinatæ: ideo poſſunt ad libitum, ſine requiſitione Epiſcopi, per fundatorem conferri. Guid. Pap. *deciſ.* 182. † Non tamen poteſt etiam in propria & privata domo, nec fundo conſtrui Capella, niſi cum authoritate Epiſcopi, à quo ſi non fuerit approbata, & ſpiritualiſata, non dicitur beneficium Eccleſiaſticum: ut notat Ferrer. *ad dictam deciſ.* 187. ſed tamen ſi Capella per longum temporis ſpatium collata fuerit tanquam beneficium perpetuum, præſumitur quod intervenerit Epiſcopi authoritas. Afflict. *deciſ.* 368. *num.* 5. Rebuff. *in prax. tit quotuplex ſit beneficium, numero* 5. Joan. de Cruce *ad dictam deciſ. Guid. Pap.* 187. qui id potiſſimùm locum habere aſſerit, quando hujuſmodi Capellæ ſunt fundatæ, & fabricatæ in ipſa Eccleſia, Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. in quo capite fusè agit de iſtis Capellaniis, & oſtendit quibus in caſibus ſint beneficia, & in quibus beneficiorum appellatione minimè contineantur.

3 Verùm ſi agatur de Capellanis Eccleſiæ Receptitiæ, ſeu non Numeratæ, quorum licèt certus non ſit numerus; tamen ipſi habent ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo: tunc licèt non inducatur hujuſmodi Capellaniarum vacatio, ut infra ſuo loco oſtendemus; tamen ipſorum beneficia verè beneficiorum nomine contineri, ex multis comprobat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 397. *num.* 50. & 74. & paſſim *in dicto capite.*

De his Capellis, nonnulla diximus *in lib.* 1. *capit.* 63. & 78.

§. 4.

De Penſionibus Eccleſiaſticis.

1 *Plurimæ referuntur differentiæ inter beneficia, & penſiones.*

2 *Laico penſio aſſignari poteſt; ſed non beneficium. Intellige ut numero* 16.

3 *Infantes ſunt incapaces beneficiorum, ſed non penſionum.*

4 *Beneficium non poteſt reſignari, ut reſignatio effectum habeat non confectis Bullis: ſed extinctio penſionis poteſt fieri ſub ſimplici ſignatura.*

5 *Penſio exigi non poteſt non confectis Bullis.*

6 *Litteræ Apoſtolicæ ad obtinendam ſolutionem penſionis habent paratam executionem, non obſtante exceptione nullitatis reſultantis ex ventre ipſarum litterarum.*

7 *Ad obtinendam penſionem ſufficit hodie ſeptennium, quidquid dixerit Garſias. In beneficiis autem anni quatuordecim, ex diſpoſitione Concilij requiruntur.*

8 *Ratione beneficij ſubditus quis efficitur Epiſcopi illius loci, in quo eſt beneficium; non tamen ratione penſionis.*

9 *Proprius Epiſcopus non dicitur ad hoc, ut poſſit clericum ordinare, ratione penſionis, quam in ejus diœceſi obtinet.*

10 *Illegitimus non poteſt obtinere beneficia ſine diſpenſatione; poteſt tamen obtinere penſiones.*

11 *Illegitimi ſunt incapaces Ordinum, niſi fuerint diſpenſati.*

12 *Expoſiti quodammodò ad illegitimos accedere videntur.*

13 *Expoſitos beneficia & penſiones obtinere poſſe, ſine ulla diſpenſatione, quidam exiſtimant.*

14 *Illegitimi ad clericatum diſpenſati, ex veriori ſententia, ſecluſo ſtylo in contrarium, non indigent nova diſpenſatione ad obtinendas penſiones Eccleſiaſticas.*

15 *Quod de illegitimis dictum eſt, multò fortius locum habet in expoſitis.*

16 *Expoſiti ad clericatum ſine diſpenſatione non ſunt admittendi.*

17 *Examinatur diſtinctio allata per Garſiam inter penſiones ab illegitimis, vel expoſitis obtentas, vel obtinendas.*

18 *Expoſiti legitimorum jura conſequuntur, ſi illorum origine conſtet, quæ ſit legitima, non exiſtante expoſitione.*

19 *Illegitimus non poteſt obtinere beneficium in Eccleſia, in qua ejus pater beneficium habuit; ut in illa miniſtraret.*

20 *Illegitimus poteſt obtinere penſionem ſuper eadem præbenda, ſuper qua olim ejus pater habuit aliam penſionem.*

21 *Limita ut hoc non procedat, ſi agatur de penſione quæ fuit aſſignata Patri in titulum beneficij.*

22 *Quando, & quomodò penſio dicatur aſſignata in Titulum beneficij, bene & ſingulariter explicatur.*

23 *Regreſſus ad beneficia reſignata ſunt ſublati; concedumtur tamen ob non ſolutionem penſionis.*

24 *Explicatur quæ ſit natura Acceſſus, qua Regreſſus, & utriuſque differentia proponitur.*

25 *Acceſſus ad beneficium requirit capacitatem tempore quo acceditur.*

26 *Regreſſus eſt quædam continuatio, & veluti reliquiæ prioris Tituli.*

27 *Acceſſus, & regreſſus ad beneficia ex Concilio non dantur.*

28 *Fallit in caſu de quo* in cap. ſi beneficia, de Præbend. in 6.

29 *Item datur regreſſus ob evictionem beneficij permutati. Limita niſi fuerit amiſſum beneficium tranſactione, vel compromiſſo.*

30 *Penſionem qui reſervavit, redit ad beneficium reſignatum, ſi ſibi illa non ſoluatur per reſignatarium.*

31 *In Gallia regreſſus ob non ſolutam penſionem ſemper tacitè reſervatus cenſetur.*

32 *Si penſio fuerit reſervata conditionaliter in clauſula, & non aliàs, aliter, nec aliter dando; conditione non impleta, ceſſat conſequi reſignantis.*

33 *Reſignans qui conſenſum conditionaliter præſtitit, poteſt intentare ſpolium adverſus reſignatarium, qui non ſatisfacit conditioni.*

34 *Conſentiens extinctioni penſionis, ſub conditione quod ſimilis penſio ad aliud beneficium transferretur, & ſuper eo impetretur,*

si pensio translata effectum non sortiatur, retinet primam pensionem.

35 *Regressus non conceditur ex solo cursu temporis, quo pensionarius solvere destitit; sed requiritur declaratoria.*

36 *Si Papa liberum regressum resignanti reservaverit cum aliis clausulis prægnantibus, conceditur regressus ob non solutam pensionem absque sententia declaratoria.*

37 *Concesso resignanti regressu, resignatarius beneficio privatus non tenetur solvere arreragia pensionum decursarum.*

38 *Clausula, habita, vel non habita possessione, facit ut regressus concedatur; quamvis debitor pensionis diceret, se nondum adeptum fuisse possessionem beneficii super quo pensio fuit imposita.*

39 *Clausula, habita, vel non habita possessione, ad quid fuerit inventa.*

40 *Clausula illa nihil operatur, quando debitor pensionis sine culpa, aut fraude, possessionem beneficii obtinere non potuit.*

41 *Clausula, quod dicta pensio annullari non possit, excludit exceptionem nullitatis oppositam ad retardandam solutionem illius.*

42 *Si pensio medietatem fructuum excederet, reducenda esset ad legitimum modum; non tamen propterea annullanda.*

43 *Si pensio fuerit reservata cum clausula, Dummodo fructuum medietatem non excedat, in casum excessus non vitiatur in totum; sed in eo tantum, in quo medietatem excedit.*

44 *In Gallia, pensiones non solent excedere tertiam partem fructuum.*

45 *Proponitur constitutio Regia super hac materia edita anno 1637.*

46 *Resignatarius, aut cessionarius beneficii non potest allegare excessum pensionis; sed illi dicitur quod solvat, vel dimittat.*

47 *Non solum resignatarius, sed etiam resignatarii resignatarius in Gallia, cogitur ad solutionem pensionis, non obstante excessu pensionis allegato.*

48 *Limitatur primò, ut illud non habeat locum, si pensionarius fuisset negligens in exigendo pensiones decursas, & beneficium resignatum transiisset per plures manus.*

49 *Limitatur secundò, nisi ageretur de beneficio curam animarum annexam habente.*

50 *Sed circa hanc secundam limitationem, sæpè contrarium in Galliæ tribunalibus fuit judicatum.*

51 *Pensio super præbendis Theologalibus, & Præceptorialibus imponi nulla potest.*

52 *Qui præbendam Theologalem, aut Præceptorialem cum onere pensionis acceptavit, variis Senatus decretis in Gallia ad illius solutionem condemnatus fuit.*

53 *Tertiò limitatur quod dictum est, eum cui resignatio facta est, non posse opponere de excessu pensionis, ut non procedat, si pensio esset abusiva; ita ut ferè omnes beneficii fructus absorberet.*

54 *Non obstante clausula, Dummodo mediam partem fructuum non excedat, in casum excessus, non potest agi ad cassationem, sed tantùm ad reductionem pensionis.*

55 *Ex mente summi Pontificis, regulariter pensiones non debent excedere mediam partem fructuum beneficii.*

56 *Quartò limitatur in successore per obitum, qui pensionis reductionem petere potest.*

57 *Successor per obitum, tenetur quidem regulariter ad solutionem pensionis, quæ est onus reale; sed tamen si sit nulla, potest de illius nullitate opponere.*

58 *Qui consensit impositioni pensionis, non auditur opponens de illius nullitate, ad impediendam exequutionem, nisi nullitas sit notoria.*

59 *Litteræ pensionis non sunt justificandæ, quando agitur de eo qui illius impositioni consensit.*

60 *Non solùm titularis, sed etiam illius fidejussores coguntur continuare solutionem pensionis, quando in litteris adest clausula, de qua ibi.*

61 *Qui nec juris, nec possessionis successor est, ad pensionis solutionem teneri non potest.*

62 *Clausula, habita, vel non habita possessione, non nocet debitori pensionis, si alius evicerit beneficium super quo pensio fuit imposita.*

63 *Pensiones decursæ peti possunt contra successorem in beneficio, vel contra hæredes resignatarii, ad electionem pensionarii.*

64 *Intellige ut hoc procedat, quando constat pensionarium debitas fecisse diligentias pro exactione pensionis; aliàs non potest agere contra successorem pro pensionibus decursis.*

65 *In Gallia, non admittuntur translationes pensionis in alias personas.*

66 *Clericus, sicut propter homicidium voluntarium beneficio privandus est, an etiam similiter privari debeat pensionibus Ecclesiasticis.*

67 *Sicut in obtentione beneficiorum debet fieri mentio de beneficiis aliis obtentis, utrùm similiter fieri debeat mentio de pensionibus obtentis.*

68 *Si quis obtineat pensionem super aliquo beneficio, & aliam iterum super eodem beneficio obtinere velit, tenetur de pensionibus jam super eodem beneficio impositis facere expressam mentionem; ne aliòquin Ecclesia nimio onere prægravetur.*

69 *Limitatur ut non procedat, si prima pensio esset nulla.*

70 *In translatione pensionis jam creatæ, etiam super eodem beneficio super quo adsunt pensiones anteriores; tamen non est necesse fieri mentionem anteriorum pensionum.*

71 *In erectione beneficii, Episcopus authoritatem suam debet interponere: sed in creatione pensionis solus Papa.*

72 *Etiam in Gallia, pensiones non valent, nisi fuerint creatæ authoritate sedis Apostolicæ.*

73 *In casum perfidiæ resignatarii, exigitur pensio, quamvis non fuerit homologata, in Gallia.*

74 *Debitor pensionis, cui non observatur concordia, justam habet causam denegandi solutionem pensionis.*

75 *Episcopus impositioni, seu creationi pensionis authoritatem interponere non potest, nisi ex justa causa.*

76 *Episcopus proprio nepoti studiorum causa pensionem non potest assignare: & hæc justa causa dicitur.*

77 *In dubio pensio censetur reservata in causam alimentorum.*

78 *Pensio Papæ authoritate creata, successores obligat.*

79 *Pensio pro bono pacis per Episcopum reservata, ligat successores.*

80 *Referuntur tres cauſæ propter quas in Gallia Epiſcopus poteſt reſervare Penſiones.*

81 *Penſio in Gallia reſervari non poteſt ſuper alio beneficio, quam ſuper eo quod reſignatur, vel permutatur.*

82 *Epiſcopus etiam ex cauſa, Penſionem per modum quotæ non reſervat.*

83 *Beneficium non poteſt eſſe apud duos; ſecus eſt de illius fructibus.*

84 *Beneficium ex ſui natura eſt individuum, nec poteſt eſſe apud duos.*

85 *Manutentio non datur adversùs ſucceſſorem in beneficio, niſi intimatis priùs illi Bullis creationis Penſionis.*

86 *Hoc tamen in dubium revocatur, ſi ageretur de ſucceſſore qui aliquando ſoluiſſet.*

87 *Solutio penſionis facta per anteceſſorem, conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi, quæ ſuffragatur contra ſucceſſorem.*

88 *Conſultius eſt, ut ſemper littera ſucceſſori in beneficio intimentur.*

89 *Intimatio litterarum penſionis, quibus in caſibus non requiratur.*

90 *Ad effectum priuationis ob non ſolutam penſionem, aut canonizationis regreſſus, requiritur ſcientia certa.*

91 *Procurator an teneatur probare ſuum principalem adhuc vivere, dum penſionem exigit, dubium redditur: ſed concluditur non teneri probare, numero 92.*

93 *In impetratione beneficij, faciendam eſſe mentionem penſionum ſuper aliis beneficiis obtentarum, quidam cenſent: ſed contrarium probatur numero 94. Debet tamen fieri mentio penſionum ſuper eodem beneficio impoſitarum per eum qui nova penſione illud gravat. numero 95.*

96 *Privatio beneficiorum obtinendorum utrùm ad penſiones extendatur.*

97 *In pœnalibus, & odioſis, penſio non venit beneficij appellatione.*

98 *Ampliatur etiamſi verba eſſent generalia, aut geminata.*

99 *Aliud ſunt fructus beneficij, aliud verò beneficium.*

100 *Si nulli fructus ex beneficio percipiantur, nulla debetur penſio.*

101 *Hæreticus penſionibus tam obtentis, quàm obtinendis privandus eſt.*

102 *Beneficia promoti ad Epiſcopatum vacant.*

103 *Similiter & penſiones promoti ad Epiſcopatum extinguntur.*

104 *Penſiones debentur, quamvis debitor non inſerviat Canonicatui ſuper quo ſunt impoſitæ.*

105 *Diſtributiones quotidianæ, quomodò differant à fructibus beneficij, & num.106.*

107 *Capitulum percipiens diſtributiones Canonici abſentis, ſoluere debet penſionem ſuper Canonicatu impoſitam pro rata.*

108 *Quando Capitulum percipit diſtributiones quotidianas Canonici abſentis, vel ſuſpenſi, percipit illas per jus accreſcendi, non autem per jus non decreſcendi.*

109 *Penſionarius habet electionem agendi contra Capitulum, quod diſtributiones percipit per jus accreſcendi: vel ſi malit, contra titularem, qui propter culpam ſuam illas non lucratur.*

110 *Camera, ſi prætendat reditus beneficiorum viventis ad ſe pertinere, ſi fructus percipiat, tenetur quoque ſoluere penſiones ſuper illo beneficio impoſitas.*

111 *Fructus, ſi ex Capituli reditibus Canonico ſolvantur, non habito reſpectu ad ſervitium diurnum vel horarium, ita quod alij Canonici non participient: tunc Capitulum eximitur à ſolutione penſionis impoſitæ ſuper beneficio.*

112 *Fructus qui ex reditibus Capituli ſoluuntur, & apud ipſum remanent, dicuntur pertinere ad Capitulum per jus non decreſcendi.*

113 *Fructus Canonici abſentis ſi diſtribuantur inter Canonicos præſentes, vel alias ſit locus juri accreſcendi, accreſcunt cum ſuo onere penſionis.*

114 *Ius accreſcendi non poteſt habere locum niſi in parte alicui aſſignata, ſeu data, qua poſita deficit.*

115 *Emolumenta Collegij, ſeu Vniverſitatis, quando propter abſentiam alicujus de Collegio, ſunt inter alios præſentes diſtribuenda, an verò noſſe Collegij acquirantur. Remiſſivè.*

DUbius ſanè, & perplexus eſt iſte articulus utrùm penſiones Eccleſiaſticæ, beneficij nomine contineantur; & in conſtitutionibus & depoſitionibus loquentibus de beneficiis comprehendantur. Pro cujus reſolutione adeundus eſt Paris. *de reſignat. benefic. lib. 2. quæſt. 15. per tot.* ubi varios affert caſus in quibus differunt inter ſe Penſio & beneficium Eccleſiaſticum, quos hic breviter duximus recenſendos.

Primus eſt, quod licèt beneficium in favorem alterius reſignari poſſit, ſecùs tamen eſt in penſione. Paris. *ibid. num. 7.*

Secundus, quod ſi Papa mandaverit alicui provideri de beneficio, non poteſt illi provideri de penſione. Idem *num. 12.*

Tertius, quod regula *de infirmis reſignant.* non comprehendit illos, qui penſiones transferunt in articulo mortis.

Quartus, quod habens penſionem ſuper beneficio reſidentiam requirente, non tenetur reſidere ſicut ille qui poſſidet beneficium.

Quintus, quod penſio non inducit incompatibilitatem cum alio beneficio.

Sextus, quod penſionarius non tenetur recitare magnum officium, ſicut ille qui beneficium obtinet.

Septimus, quod ſimplici laico poteſt aſſignari penſio, ſed non beneficium, quod tamen de penſione laico aſſignanda verum non putat. Carol. de Graſſ. *de effect. Clericat. effect. 15. num. 7.* Diſtinguendum tamen eſt, nam ſi agatur de penſione ſpirituali, verum eſt illam laico aſſignari non poſſe; ſecus eſt de temporali, cujus certum eſt laicum eſſe capacem, ſi ſummi Pontificis authoritas acceſſerit.

Octavus, quod qui prohibitus eſt habere beneficium, non prohibetur obtinere penſionem: ſentit idem de Graſſ. *de effect. cleric. effect. 1. num.* ubi omnes caſus prædictos ex Pariſio deſumptos refert, quos ex eodem fonte nos quoque exhibemus; ſicut & Donat. Anton. de Marin. *lib. 1. reſolut. 60. num. 11.*

Nonum addo caſum, quod licèt infans ſit incapax beneficij, tamen non eſt incapax penſionis: illius proviſio penſionis in favorem infantis ſuſtinetur, quando ſummo Pontifici fuit defectus infantilis expreſſus: & illo caſu non providetur illi de penſione tanquam clerico, ſed uti laico; & apponitur

in concessione illa clausula, *Etsi nondum fuerit clericali charactere insignitus*, ut notat Gratian. *discept. forens. cap. 508. num. 17.* Rot. *decis. 549. num. 6. part. 2. recent.* quæ est apud Burat. repetita *decis. 53.* ubi Additio *in litt. C*, quæ post Gonzal. ita judicatum fuisse refert, sicque in praxi observari.

4 Decimus, quia licèt beneficii provisio necessariam habeat Bullarum expeditionem, & de jure possessio beneficii in vim simplicis signaturæ non possit capi; tamen quando agitur de extinctione pensionis, non sunt expediendæ litteræ, nec Bullæ, sicut fieri debet in resignatione beneficii; sed sufficit simplex signatura. Ratio est, quia agitur de exoneratione beneficii, quæ favorabilis est. Rot. *decis. 327. num. 1. part. 2. recentior.* Tournet. *in sua recollect. arrest. litt. B, num. 83.*

5 Diximus id procedere, quando agitur de cassatione & extinctione pensionis: nam si ageretur de illius creatione, & constitutione, necessaria omninò esset confectio litterarum, & expeditio Bullarum Apostolicarum; adeo ut ante illarum expeditionem, nullo modo pensio exigi queat. Mantic. *decis. 286. per tot.* saltem in foro exteriori.

6 Dictarumque litterarum Apostolicarum tanta est vis in hac pensionum Ecclesiasticarum materia, ut quamvis pensionarius non esset in possessione exigendi pensionem; tamen debitor cogendus esset ad solutionem, non obstante exceptione nullitatis per eum opposita, & litteræ Apostolicæ, non obstante tali oppositione, essent executioni demandandæ, etiamsi talis exceptio resultaret ex ventre ipsarum litterarum. Ratio est, quia creditor pensionis multas potest habere replicationes, & rationes adversùs hujusmodi exceptiones: ideò interim propter honorem litterarum Apostolicarum debet decerni executio, nec per illas exceptiones retardari. Rot. *decis. 301. part. 1. divers.*

7 Undecimus, quia licèt ex Concilio Tridentino ad obtinendum quodcumque beneficium, requiratur saltem ætas annorum quatuordecim; tamen ad obtinendam pensionem sufficit ætas septem annorum, & sic ætas requisita in beneficiis per sacrum Concilium, non debet extendi ad pensiones. Gigas *de pensionib. quæst. 13.* Ratio est, quia clericatus sufficit ad pensionem obtinendam, qui in illa ætate septennii conferri potest; prout sic per sacram Concilii Congregationem judicatum fuisse testantur Gratian. *discept. forens. cap. 397. num. 18.* Gonzal. *ad regul. 8. § 5. gloss. 4. num. 26.* Lezana *in summa quæst. regul. tom. 3. in verbo Ætas, num. 9. versic. quarta,* Barbos. *in decision. Apostol. in verb. Ætas, collect. 15. num. 5.*

Et ideo cavendum est à Nicolao Garsia, qui contrarium tenet *in tract. de benefic. part. 1. c. 5. num. 129.* dicens quod jure antiquo sufficiebat ætas septem annorum, ad obtinendam pensionem; sicut ætas illa sufficiens erat ad beneficium: sed hodie requiri ex Concilio ætatem quatuordecim annorum ad beneficia, & per consequens ad pensiones: sed labitur, quia quidquid ipse dixerit, contrarium fuit resolutum in sacra Congregatione, ut testantur præfati Doctores.

8 Duodecimus, quia licèt ratione beneficij quis efficiatur subditus Episcopi illius diœcesis, in qua habet beneficium Ecclesiasticum; & possit ab eodem Episcopo, sive de ejus licentia, à quocumque alio Antistite ad sacros ordines promoveri: *cap. cum nullus, de tempor. ordin. in 6.* & remaneat ibi subditus quandiu beneficium tenet. Boër. *decis. 260. num. 20.* quem ad hoc allegat Marius Antonin. *lib. 1. resolut. ultima, casu 24.* Quod etiam ampliatur, quamvis ageretur de beneficio non requirente residentiam. Campanil. *in divers. juris Canon. cap. 8. n. 12.*

Tamen ratione pensionis quis non efficitur subditus Episcopi illius loci in quo situm est beneficium, cujus ratione debetur pensio: & ideò non potest ab illo ad sacros ordines promoveri. Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 4. num. 56.* post Campanil. quem allegat *in diversor. juris Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 17. versic. Ex causa.* 9

Decimus tertius, quia licèt illegitimus non possit sine dispensatione obtinere beneficia; tamen poterit obtinere pensionem super fructibus beneficii reservatam, si aliàs sit clericus, in prima saltem tonsura constitutus, & super clericatu legitimè dispensatus; ita ut non sit opus nova dispensatione ad obtinendam pensionem. Rot. *decis. 425. part. 1. divers.* ubi fuit decisum, quod illegitimus non dicitur incapax pensionis ratione illegitimitatis; sed dumtaxat ratione defectus clericatus: unde si fuerit dispensatus super claricatu, non indiget alia dispensatione super defectu Natalium. Quia pensio consideratur hoc casu tanquam jus quoddam temporale, separatum, formale, & per se distinctum ab ipso beneficio: ut *ibidem* Rota concludit *in fine decisionis.* 10

Eadémque ratione, licèt illegitimè nati, sint sacrorum ordinum incapaces, nisi Apostolica dispensatio intervenerit, *cap. literis, de filiis Presbyter. cap. 1. eod. tit. in 6.* non tamen pensionum, ut mox dictum est. † Expositi quoque, qui quodammodo ad illegitimos accedere videntur, secundùm aliquorum sententiam, ordinum, & beneficiorum sunt incapaces; non tamen videntur esse inhabiles ad pensiones obtinendas, si de illis eodem modo liceat ratiocinari, sicut de illegitimis. 11 12

Cæterùm in hoc proposito diversæ sunt DD. sententiæ. Quidam enim existimant, expositos non solùm pensionum, sed etiam beneficiorum Ecclesiasticorum obtinendorum esse capaces, nec ad id aliqua dispensatione indigere. Gratian. *discept. forens. c. 135. num. 33. & cap. 397. num. 68.* In quam sententiam inclinat Joan. Bapt. Lup. *in tract. de illegit. in præfat. num. 23. versic. in contrarium.* 13

Verùs esse contrarium alii censuere, nimirum expositos non solùm beneficiorum, sed etiam pensionum incapaces esse, nisi priùs dispensationem obtinuerint. Gig. *de pension. quæst. 16.* Et ejusdem sententiæ sectator est Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 19.* Cujus præcipuum fundamentum, magisque concludens existimo ex eo petendum esse, quod talem esse stylum Curiæ Romanæ testatur. Qui duo licèt loquantur de illegitimis; eorum sententia eadem ratione videtur ad expositos extendenda, quia cessat ratio fundamentalis dictæ decisionis Rotalis *dict. decis. 425. part. 1. divers.* nempe quod pensio consideretur tanquam quid separatum à beneficio, & per se subsistens: quâ ratione destructâ destruitur quoquo fundamentum illud quoad expositos.

Ego cessante stylo Datariæ sequor sententiam Rotæ Romanæ, propter illius authoritatem, & rationes. Quam etiam sequitur Lotter. *de re benefic. lib. 1. cap. 40. num. 139.* ubi concludit illegitimos ad clericatum dispensatos, nulla alia indigere dispensatione ad obtinendam pensionem: quod pluribus Rotæ decisionibus confirmat, rejectâ contrariâ Garciæ, & Gigantis sententiâ. Aliæ plures pro hac sententia Rotæ decisiones allegantur, & comprobantur apud Seraphin. *decis. 1264. num. 2.* qui Rotam ita perpetuò observare testatur *decis. 549. num. 2. part. 2. recent.* quæ est apud Burat. *decis. 53* ubi Additio plures alias decisiones Rotæ allegat. 14

15 Unde ab illegitimis inferendo ad expoſitos, in quibus multo major eſt ratio: Dico hos non teneri diſpenſationem obtinere ad penſiones, ſi clericali charactere fuerint inſigniti.

16 An autem diſpenſatione indigeant ad clericatum? Cenſeo indigere; cùm ex ſtylo Datariæ in omnibus pro illegitimis habeantur: ut teſtatur Pyrr. Conrad. *in prax. diſpenſat. Apoſtolicar. lib. 3. c. 2. n. 2.* argumento petito à ſolitis. Quia utplurimùm illi exponuntur, qui ex furtivo congreſſu ſunt procreati, quoſque veriſimile eſt extra matrimonium natos. Et ſicut omnes incogniti ab ordinibus excluduntur, ita & iſti quorum ignoratur origo; qui etiam rabaptizati eſſe poſſunt, & per conſequens irregulares: ita ut negari non poſſit, quin diſpenſatione indigeant: unde in dubio, tutior pars eſt eligenda: & ſic ſupradictus ſtylus docet, illis diſpenſationes eodem modo, & ſub iiſdem clauſulis expediri, ſub quibus illegitimis concedi ſolent. Plura Corrad. *loco citato*, ubi ponit formam reſcripti diſpenſationis cum expoſitis.

17 Decimus quartus caſus. Quando agitur de penſione jam obtenta per illegitimum, vel expoſitum, tunc non exigi diſpenſationem exiſtimavit Garſ. *de benefic. part. 7. c. 2. num. 11.* & tolerari exactionem penſionis, idque propter authoritatem DD. contrarium ſentientium: ſecùs ſi agatur de concedenda, & acquirenda penſione; tunc enim diſpenſationem neceſſariam eſſe exiſtimat. Sed Ego difficilem hanc opinionem in praxi exiſtimo, ſaltem in foro exteriori, & contentioſo. Quia regula vera & generalis eſt (ceſſante ſtylo in contrarium) quocumque caſu illegitimos, & expoſitos ſemel diſpenſatos ad clericatum, nulla alia diſpenſatione indigere.

18 Notandum nihilominus eſt, ea quæ de expoſitis diximus, procedere in caſu dubio, quando illorum pater ignoratur: nam ſi ſciretur quis illorum pater eſſet, tunc non poſſet dubitari, an eſſent legitimi, & ex legitimo conjugio nati; an verò illegitimi, & ex illegitimo congreſſu; & ſic præſumptiones cederent veritati: ut Corradus *loco citato* notat.

19 Decimus quintus caſus (ne à filiis illegitimis recedamus,) verum eſt quod filius illegitimus non poteſt obtinere beneficium quodcumque, etiam diſſimile, in Eccleſia in qua ejus pater habet, vel habuit beneficium Eccleſiaſticum, nec in illa Eccleſia quocumque modo miniſtrare, nec obtinere penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ illius pater obtinet, vel obtinuit, ut ſtatuit Concil. Tridentin. *ſeſſ. 25. c. 15. de reformat.*

20 Tamen filius illegitimus poteſt obtinere penſionem ſuper eadem præbenda, ſuper qua ejus pater olim, dum vixit, habuit aliam penſionem: quia Concilium loquitur de Penſionibus quæ aſſignantur ſuper fructibus beneficiorum, quæ obtinuerunt parentes horum filiorum illegitimorum: ideò non debet extendi ad cauſam conſtitutionis, ſeu aſſignationis penſionis ſuper fructibus beneficij, quod illorum parentes non obtinuerunt, ſed ſuper eo duntaxat penſionem habuerunt, ut copiosè comprobat Gratian. *diſcept. forenſ. c. 397. num. 2. & multis ſequentibus.*

21 Quod tamen cum moderamine intelligendum eſt: nam ſi penſio fuerit aſſignata in titulum beneficij, tunc continebitur in diſpoſitione loquente de beneficiis, & ſic prohibitio Concilij reſpectu filij illegitimi, ne penſionem poſſit obtinere ſuper beneficio ſuper quo pater illegitimus penſionem habuit, locum ſibi hoc caſu vindicabit, ut *ibidem* Gratianus notat *num. 22.*

22 Tunc autem dicitur penſio aſſignata in titulum beneficij, quando ſuper reditibus unius Eccleſiæ conſtituitur certum beneficium, aſſignando aliquam penſionem determinatam ſuper temporalitate redituum beneficij pinguis, pro dote hujus beneficij noviter creati: juxta tradita per Abbat. *in cap. conquerente, in primo notabil. & num. 5. de cleric. non reſident.* Covarruu. *practic. quæſt. cap. 36. num. 10. verſic. Quarto*, ubi præterea ſupponit, poſſidentem novum hoc beneficium, ſeu penſionem in titulum beneficij erectam, obligari debere per talem erectionem ad onus alicujus miniſterij Eccleſiaſtici, ad hoc ut penſio in titulum beneficij legitimè dicatur erecta: & Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 5. num. 42.* Rot. *deciſ. 39. de reſcript. in antiquis, in verſic. alias ſi eſſet.* Ubi dicitur quod ſi eſſet penſio perpetua conſtituta jure beneficij, quæ transfertur de perſona ad perſonam; tunc impediret & annullaret gratiam pauperis clerici, qui de tali qualitate penſionis, in ſua penſionis impetratione mentionem non fecit.

Decimus ſextus caſus eſt. Quia licèt hodie ex Concilij Tridentini diſpoſitione, omnes regreſſus ad beneficia fuerint ſublati, præterquam in certis caſibus; attamen in penſionibus Eccleſiaſticis datur regreſſus ad beneficium reſignatum, ſi reſignarius penſionem legitimè reſervatam non ſolverit.

Pro terminorum intelligentia ſciendum eſt, hic debere differentiam inter acceſſum ad beneficium & regreſſum ad illud. Acceſſus eſt jus obtinendi beneficium ab habente poteſtatem, abſque cauſa ultima præcedenti conceſſum. Regreſſus verò, eſt jus ad beneficium redeundi, in quo jus aliquod præexiſtens quis obtinebat. Exemplum: ſi fiat tranſactio inter duos ſuper lite, aut prætentione ad aliquod beneficium, tranſigens reſervat ſibi ingreſſum, ſive acceſſum ad beneficium, ſi tranſactio non obſervetur, & hoc caſu non poteſt illi opponi, quod jus ſuper illo non haberet: quia venit jure ingreſſus, ſeu acceſſus, non autem jure regreſſus: ut colligitur ex notatis per Caſſador. *deciſ. unic. de pactis.*

Et propterea dum quis vult ingredi, & accedere ad beneficium per viam acceſſus, omninò debet eſſe capax, & habilis ad illud tempore quo accedit. Rot. *deciſ. 190. num. 2. part. 2. recent.* quia tunc dicitur purificata conditio, ſub qua acceſſus fuit reſervatus quod tempus per conſequens attendendum eſt. Rot. *ibid. num. 8.*

Regreſſus autem eſt quædam continuò, ac velluti reliquiæ tituli anterioris. Puteus *deciſ. 89. lib. 1. & 191. num. 1. & 2. eodem lib. in correctis.*

Hodie verò omnes acceſſus, & regreſſus ad beneficia ſublati ſunt: tum ut hæreditariæ ſucceſſiones in beneficiis penitus tollerentur, tum ne liberi Ordinariorum in illis conferendis facultas minuerentur, beneficiis faciliùs aptiores præfici poſſent, votum captandæ mortis impediretur, & tandem omnis ambitioſa cupiditas in obtinendis beneficiis removeretur: Atque ita ſtatutum eſt in Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. de reformat. c. 7.* & per ſanctæ memoriæ Pium V. in ſua conſtitutione, quæ incipit, *Romani Pontificis providentia*, & eſt in Bullario 134. inter ejus Pontificis conſtitutiones, quam inſerit ad longum Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib. 6. quæſt. 5. num.*

Ab hac generali regula annullationis acceſſuum & regreſſuum, excipiuntur regreſſus fundati in diſpoſitione juris communis: veluti ille qui datur ex *ſi beneficia, de præbend. in 6.* ubi dicitur, quod ſi collator Ordinarius alicui reſervationem ignoranti beneficium reſervatum contulerit, & hujus proviſi beneficium quod prius obtinebat, alteri dederit; ſi poſtea reſervatio detegatur, ad ſua priora beneficia ſi lis de reſervato proviſus liberè revertatur: quod in religiosis

telligitur, dummodo non expectato litis eventu, statim beneficium reservatum dimiserit: ut *ibi* per Gloss. & Doctores. Paris. *dict. lib. 6. quæst. 5. num. 110.*

29 Idem de permutante dicendum est, ut evicto beneficio compermutato, ad prius beneficium regressum habeat: ut alio loco fusiùs declaramus: & tradit Loüet *litt. B, num. 13.* nisi evictio sequuta sit ob compromissum, aut transactionem. Maynard. *lib. 1. quæst. 57.* Cod. Fabr. *lib. 1. tit. 2. diffinit. 53. & 80.*

30 Quamvis ergo hodie regressus fuerint sublati quoad beneficia, ut dictum est; non tamen sublati fuerunt quoad pensiones Ecclesiasticas: imò si debitor pensionem non solvat, pensionarius ad beneficium pensione gravatum, quod sub illius reservatione resignavit, regredi & redire potest: ut fusè *cap. 69. lib. 1.* declaravimus. Ubi rejectâ sententiâ illorum qui asserebant omnes regressus, etiam ob non solutam pensionem in Gallia esse sublatos, ut *ibi num. 11.* contrarium verius esse demonstravimus

31 *num. 17.* † Imò ob non solutam pensionem, tacitè in Gallia censeri reservatum regressum: & dissidentes illas sententias adhibitâ distinctione ad concordiam reduximus.

32 De isto autem regressu ob non solutam pensionem inter cæteros agit Rot. *decis. 296. n. 2. part. 2. recent.* ubi id maximè locum habere dicitur, quando resignatio facta fuit cum illa clausula, *Et non alias, aliter, nec alio modo*; quia tunc quamvis pensio esset excessiva, non esset locus reductioni ipsius ad legitimum modum; sed resignans, non obstante reductione petitâ, posset regressum intentare ad beneficium resignatum; cùm enim resignatio fuerit conditionalis, deficiente conditione, deficit etiam consensus in resignatione adhibitus.

33 Eadem ratione, si quis beneficium sub illa conditione reservationis pensionis resignasset, & pensio nulla declaretur, redire poterit ad beneficium, annullatâ pensione: quia si resignanti pensio non fuerit irrevocabiliter quæsita, deficit conditio sub qua consensus fuit resignationi adhibitus. Marcus Antonin. *lib. 1. var. resol. cap. 103.* & per consequens ob defectum consensus, resignans potest intentare actionem spolii adversùs resignatarium. Rot. apud Garc.

34 *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 438.* † Et in simili Rota apud Mohedan. *decis. 2. de procurator.* alias *decis. 83.* ubi dicit eum qui consentit cassationi pensionis super certis beneficiis, quam obtinebat super illis, eâ tamen conditione, quod illæ pensiones sub iisdem qualitatibus, & quantitatibus imponerentur super aliis beneficiis; & onus pensionis eodem modo ad illa transferretur: si revocatio ista & translatio gravaminis non sortiatur effectum super aliis beneficiis onerandis, redit ad primævum jus, & fruitur prima pensione; quia nunquam ab eo potuit jus abdicari, nisi adimpletâ conditione, cùm ejus consensus fuerit conditionaliter præstitus.

35 Sanè solus cursus temporis non esset sufficiens ad regressum concedendum ad beneficium, ob non solutam pensionem super eo reservatam, nisi præcederet sententia declaratoria. Paris. *lib. 6. de resignat. quæst. 3. num. 11.*

36 Quod tamen non habet locum, quando summus Pontifex in Bulla concedit liberum regressum ob non solutionem pensionis, & licentiam apprehendendi possessionem propriâ authoritate: quæ verba excludunt declarationem, & liquidationem ad quam postea devenitur, postquam est capta possessio propriâ authoritate, juxta concessam in Bullis facultatem; quod fusè probat Gratian. *discept. forens. 921. num. 10. & multis sequentibus.*

Hoc tamen omninò sciendum est, quod si resignans vigore regressus ad suum beneficium revertatur, tali casu resignatarius non tenetur illi solvere arreragia, seu reliqua pensionum decursarum: quia cùm privatio veniat in consequentiam non solutionis, si privatus ea de causa cogeretur solvere pensiones decursas, daretur contradictio: quia solveret, & ob non factam solutionem privaretur. Gratian. *discept. forens. 152. num. 19.* & cùm de hoc iterum dubitaretur, eandem sententiam fuisse confirmatam testatur. Idem *discept. forens. cap. 617. num. 34.* 37

Et iste regressus evitari non potest, quamvis resignatarius opponeret se nondum beneficii resignati possessionem adeptum fuisse; quando in provisionibus apposita fuit clausula, *habita, vel non habita possessione.* 38

De qua clausula Gratian. *discept. forens. cap. 454. num. 4.* plura refert, & Barbos. *de claus. cap. 53.* qui dicit clausulam illam fuisse inventam ad obviandum fraudibus illorum, qui ut pensionem non solverent, possessionem beneficii adipisci differebant. † Nihil tamen operari clausulam illam, ut ad aliquid resignatarius obligetur, quando provisio beneficii est valida; & quando absque fraude, titularis non fuit possessionem adeptus: veluti si fuerit impeditus quominus possessionem acciperet; & alia multa de illa clausula apud eundem videri poterunt. 39 40

Neque auditur titularis ad effectum retardandi executionem, si proponat nullitatis pensionis, aut excessus ejusdem exceptionem: si in rescripto, aut Bulla pensionis adsit illa clausula inserta, *Quod dicta pensio annullari non possit.* Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 2. num. 144.* ubi dicit apponendam clausulam: *Quod pensio annullari, reduci, aut minui non possit.* 41

† Subjungit tamen, quod si pensio excederet medietatem fructuum, reducenda esset ad legitimum modum; non tamen ideo esset annullanda. † Quod adeo verum est, ut etiamsi pensio esset reservata cum illa clausula, *Dummodo medietatem fructuum non excedat*; etiam posito quod excederet valorem medietatis fructuum, non tamen in totum annullaretur, sed reductioni locus esset, juxta modum in litteris præscriptum: quia pensio vitiatur non in totum, sed duntaxat in excessu. Mantic. *decis. 153. num. 2.* Gratian. *discept. 995. num. 11.* 42 43

In Gallia pensiones non solent excedere tertiam partem fructuum. Loüet *in sua recollect. arrest. litt. P, num. 30.* & *ibi* Addent. super quo adest edictum Regium factum mense Novembris 1637. & postea publicatum die 7. Septembris 1638. quo ordinatur *art. 18.* his verbis: † Et quia ad perpetuanda in familiis beneficia, introducta fuit fraus pensiones reservandi resignanti, æquales valori fructuum beneficii, aut illum excedentes, & pro securitate resignantis dandi cautiones quæ sese obligant de solvendo pensionem durante vita naturali resignantis, sive beneficium per obitum, sive alio modo vacare contigerit; quod est in effectu beneficium cum pensione permutare, ad vitam super bonis prophanis illam assignando. Nos absque derogatione arrestorum Curiarum nostrarum, & usuum in hoc Regno observatorum, pensiones ad tertiam partem beneficiorum reddituum reducendi, favore illorum qui beneficiorum provisiones obtinent, propter mortem civilem, aut naturalem illorum, qui ad pensiones sunt obligati: Declaravimus, & declaramus nullas, omnes creationes, reservationes, & homologationes dictarum pensionum in posterum faciendas, & obtinendas super fructibus beneficiorum, si fructuum medietatem excedant: non obstantibus quibuscumque concordatis, 44 45

obligatio

obligationibus, & fidejuſſionibus, quas nullas & invalidas ex nunc Declaramus, &c.

Et nihilominus ut non fiat præjudicium illis, qui pendente tempore quo abuſus iſte tolerabatur, propria beneficia ſub penſionis ſecuritate reſignarunt. Volumus quod præſens articulus locum non habeat niſi in futurum, non autem reſpectu illorum quorum reſignationes jam admiſſæ fuerunt, & penſiones creatæ tempore publicationis hujus edicti, pro quibus relicta eſt judicibus facultas judicandi, prout eorum conſcientia juſtum & rationi conſonum judicabit. Hactenus Ordinatio Regia.

46 Cæterùm fuit aliàs ſæpiùs judicatum in ſupremis Galliæ Tribunalibus, beneficii ceſſionarium, aut reſignatarium, teneri omninò ad ſolutionem penſionis, cum ſuo authore conventæ, & legitimè homologatæ, non obſtante allegato ejuſdem penſionis exceſſu; & ipſi, ſaltem durante vita promittentis, & illius cui promittitur, opponi poſſe vulgatum illud, *ſolve, vel dimitte*: cùm æquum non ſit, ut reſignatarius ex ſuo dolo & perfidia utilitatem conſequatur, aut reſignantem per ceſſionem aut remiſſionem alteri factam decipiat, atque deludat. Et maximè quando reſignatio conditionaliter facta fuit, *reſervatâ tali penſione, & non aliàs, aliter, nec alio modo.*

47 Qua de cauſa fuit ſæpè declaratum, non modò reſignatarium, ſed etiam reſignatarium reſignatarii ad penſionis ſolutionem adſtringi poſſe, non obſtante reductione petita, & exceſſu allegato, ut deciſum teſtatur Addit. ad Loüet *litt. P*, *num.* 30. ubi tamen hoc limitatur.

48 Primò, niſi penſionarius, hoc eſt ille cui penſio debetur, fuiſſet negligens in exigendo penſiones decurſas, & beneficium per plures & diverſas manus tranſiiſſet, nullâ factâ penſionis mentione in illius proviſionibus, quam ſucceſſores probabiliter ignorabant.

49 Secundò, niſi agatur de beneficio habente curam animarum annexam; quia poſſeſſor beneficii ſemper poteſt penſionis reductionem, ac moderationem, vel etiam totalem illius caſſationem petere, ſi non habeat unde vivere poſſit.

50 Sed in hac ſecunda limitatione *in dicto num.* 30. *litt. P*, per Addentes deducta, ſubſiſtendum videtur. Adſunt quippe diverſa ſupremorum Tribunalium præjudicia, quibus declaratum fuit eos, qui beneficii curam animarum annexam habentis reſignationem cum onere penſionis acceptarunt, illudere non poſſe pactioni ſub eo prætextu, quod beneficium curato liberum eſſe conveniat, & ab illo penſionis
51 onere exemptum. † Similique modo in præbenda Theologali judicatum eſt, quamvis illius hæc ſit indoles, ut nullius penſionis onere gravari poſſit, ſicuti & præbendæ Præceptoriales, quæ ejuſdem exemptionis privilegio potiuntur, teſte Loüet *litt. P*,
52 *num.* 46. † Et nihilominus is qui reſignationi conſenſit, & hujuſmodi beneficia ſub onere penſionis ſibi per reſignantem remiſſa acceptavit, quantumvis reclamaret ad penſionis ſolutionem, condemnatus eſt ratione perfidiæ & doli: ut de dictis Senatus decretis fides eſt apud Mornac. *ad l. venditor* 14. *litt. E*, *ff. commun. divid.*

53 Tertia limitatio affertur per eoſdem Addent. ad Loüet *litt. P*, *num.* 30. niſi penſio eſſet abuſiva, utpote quod omnes fructus beneficii propemodùm abſorberet, ita quod poſſeſſori nihil remaneret: ſed hoc caſu penſio non declararetur in totum nulla, ſed ſolùm reducenda ad legitimum modum, ut mox diximus. Caſſador. *deciſ.* 4. *num.* 4. *ſub tit. de penſionib.*

Quod procedit etiam ſtante dicta clauſula, *Dum-* 54
modo penſio tertiam fructuum partem non excedat: ut mox ex Gratian. & Mantic. diximus *num.* 43. Quidquid aliàs Rota in contrarium judicaverit, ut refert idem Gratian. *num.* 12. Quia verius, & æquius eſt, penſionem non in totum caſſari, ſed duntaxat reduci ad legitimum modum: ut teſtantur plurimi DD. quos citat, & ſequitur Gratian. *dict. cap.* 995. *num.* 11.

Ex mente autem ſummi Pontificis regulariter pen- 55
ſiones non ſolent excedere dimidiam partem fructuum beneficii onerati. Gig. *de penſionib. quæſt.* 8. *num.* 1, Mohed. *deciſ.* 11. *de loc. & conduct.* Rot. *in recentior. deciſ.* 739. *num.* 2. *part.* 2.

Quarta limitatio proponitur, ut locum non habeat in ſucceſſore per obitum. Quia iſte reductionem penſionis, illiúſque moderationem petere poteſt: nam impetrans per obitum beneficium penſionis onere gravatum, nihil acquirit ex facto reſignatis, ſed ſuum jus totum obtinet ex benignitate, vel facto collatoris; ſed nec talis impetrans per obitum, præſtitit conſenſum impoſitioni penſionis: & hic in eo nec dolus, nec perfidia adeſſe poteſt. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 535. *num.* 3.

Unde licèt regulariter ſucceſſor, etiam per obi- 56
tum, teneatur ad ſolutionem penſionis ſuper beneficio impoſitæ, cùm penſio ſit onus reale ipſi beneficio inhærens. Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *a num.* 84. *ad* 97. ſi tamen penſio ſit nulla, poteſt ſucceſſor iſte ad illius nullitatis declarationem agere, ut docet Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num. mihi* 140.

At verò ſi agatur de eo qui penſioni conſentit, 57
oportet ut doceat de notoria penſionis nullitate, ut illius ſolutionem evitare poſſit; aut de notoria illius injuſtitia. Gratian. *dicta diſcept.* 535. *num.* 6.

Generalis ſiquidem eſt regula, quod litteræ non 58
ſunt juſtificandæ quando agitur de eo, qui penſionis impoſitioni, ſeu conſtitutioni conſenſum præſtitit: eodémque modo de fidejuſſoribus à conſentiente creationi penſionis datis, ſtatuendum eſt, ut determinat Rot. *deciſ.* 23. *num.* 1. *part.* 2. *recentior.* Gratian. *dicta diſcept.* 535. *num.* 20. & 21. & *cap.* 434. *num.* 24.

Imò illo caſu, tam titularis, quàm ejus fidejuſſores 59
tenebuntur continuare ſolutionem penſionis, etiam poſt factam beneficii reſignationem, quando in proviſionibus adeſt clauſula, *Quod titularis non poſſit reſignare, niſi ſimilem obligationem fecerit, aut idoneos dederit fidejuſſores.* Rot. *deciſ.* 23. *num.* 16. & 3. *part.* 2. *recentior.*

Si verò quis nec juris, nec poſſeſſionis ſit ſucceſ- 60
ſor, ad penſionis ſolutionem teneri non poteſt. Exemplum dari poteſt in eo, qui penſioni quidem conſenſit, & fidejuſſores pro illius ſolutione fideda dedit, ſub ſpe proviſionis in ſui favorem fiendæ de aliquo beneficio, & contemplatione illius quod tamen beneficium abſque culpa ſua aſſeſſ non potuit: imò quidam alius de eo fuit proviſ illudque poſſedit: tunc enim neque is qui conſ neque illius fidejuſſores, quos pro penſionis ſolu ne dedit, teneri poſſunt ad penſionis ſolution quantumvis cameralis acceſſerit obligatio, quæ cta intelligitur ſub illa conditione, quarenus ſe obligat, beneficio, cujus intuitu facta fuit gatio, frui poſſit. Burſat. *conſ.* 136. *n.* 33. *lib.* 4. de Graff. *deciſ.* 12. *de præbend. num.* 2. Gig. *de penſion. quæſt.* 47. *num.* 2.

Quod ampliatur ut procedat, etiamſi in litteris 61
reſervationis penſionis fuiſſet dictum, quod ad illius ſolutionem titularis teneretur, *habita, vel non habita poſſeſſione.*

possessione. Nam illa clausula non obstante, non tenetur is qui consensit, aut promisit, ad pensionis solutionem; si alius beneficium, cujus occasione & contemplatione facta fuit obligatio, illud obtinuerit sine culpa, dolo & facto promittens. Rot. *decis.* 255. *numero* 5. *part.* 2. *recent.*

63 Sed dubitari potest in casibus, in quibus successor ad pensionis solutionem tenetur; utrùm teneatur non solùm pro pensionibus tempore suæ possessionis currentibus, sed etiam teneatur, & cogi possit ad solutionem illarum solutionum seu terminorum decursorum tempore sui prædecessoris. Respondendum est esse in electione pensionarij, utrùm malit agere contra successorem, beneficium pensione gravatum possidentem, pro pensionibus tempore antecessoris decursis; an verò malit agere contra hæredes dicti beneficiarij, qui antea beneficium obtinebat. Ratio est, quia cùm istæ pensiones beneficiales assignentur super fructibus beneficij, sunt onus reales & afficiunt ipsum beneficium, illiusque possessorem, saluo tamen huic moderno possessori regressu, contra hæredes sui prædecessoris. Gratian. *discept. forens.* cap. 94. *numero* 56. 57. & 58.

64 Intellige supradicta ut procedant quando pensionarius fidem facit de diligentiis per eum factis, pro consequenda solutione, adversùs primum beneficij possessorem: si enim de istis diligentiis non doceat, agere non poterit contra successorem in beneficio. Gratian. *ibid. n.* 59. Rot. *dec.* 352. *n.* 1. & 2. *part.* 2. *recent.*

65 Quinta limitatio addi potest, ut nemo teneatur in Gallia soluere pensionem alteri, quàm illi in cujus favorem pensio fuit creata: ideò si pensionis facta fuerit translatio in alium, non tenetur titularis huic translatario pensionem soluere, non obstantibus quibuscumque provisionibus, prout ita servari in Gallia testatur Rebuff. in *tract. de pacif. possess. num. mihi* 157. *versic. & hoc in Regno Franciæ.*

66 Decimus septimus casus, in quo fieri potest differentia inter beneficium Ecclesiasticum, & pensionem, est de clerico qui propter homicidium voluntarium suo beneficio privandus est: utrùm similiter privandus sit pensionibus quas obtinet. Quæstio fuit in utramque partem agitata apud Farinac. *consil.* 204. qui tandem recurrit ad observantiam, dicens hoc ita servari, ut quemadmodum propter homicidium voluntarium pœna privationis beneficiorum imponitur, ita etiam incurratur pœna privationis pensionum. Quod in eo fundatur, quia pensiones istæ dantur adinstar beneficiorum; & licèt quodammodo in mera temporalitate consistere videantur; tamen habent aliquid spiritualitatis annexum, & in effectu tenentur ad recitationem parui Officij Gloriosissimæ Virginis Mariæ, & propter alias rationes ibi per eum deductas.

67 Decimus octavus, certum est quod in impetratione, & provisione alicujus beneficij fieri debet mentio aliorum beneficiorum quæ quis obtinet, & secundùm aliquorum sententiam (de qua nos infra in vigesimo casu, *num.* 93.) debet in interpretatione etiam fieri mentio pensionum obtentarum, ut volunt multi quos refert Farinac. *dicto consil.* 204. *num.* 1.

68 Sed quidquid sit de narrativa pensionis facienda, vel non facienda in impetratione beneficij; tamen quando agitur de assecutione alterius pensionis, omninò necesse est fieri mentionem, & exprimi alias pensiones anteriores jam super eodem beneficio impositas, ne Ecclesia nimio onere prægravetur: ut diximus supra, *lib.* 1. *cap.* 6. quibus adde Rot. *decis.* 169. *num.* 1. *part.* 7. *recentior.* Quod extenditur, ut locum habeat etiamsi pensio motu proprio esset reservata. Mantic. *decis.* 93. *numero* 1.

Limitatur tamen ut procedat, quando prima pen- 69
sio est valida; secùs est, si nulla sit & invalida: quia tunc gratia non vitiatur, etiamsi illius mentio facta non fuerit, in obtentione secundæ pensionis super eodem beneficio, iam aliis pensionibus gravato assignatæ. Mantic. *decis.* 111. *num.* 3.

Præterea supradicta locum habent, quando agitur 70
de novæ pensionis creatione, secùs autem erit si agatur de eiusdem pensionis iam creatæ, & formatæ translatione in alium: tunc enim cùm nullum novum onus Ecclesiæ imponatur, non est necesse ut fiat mentio expressa alterius, seu aliarum pensionum super eodem beneficio iam antea impositarum. Rot. *decis.* 119. *numero* 2. *part.* 4. *recentior.*

Decimus nonus casus est, quod licèt Episcopus 71
regulariter suam authoritatem interponere possit, & debeat in cuiuslibet beneficii Ecclesiastici fundatione, & erectione, ut sæpiùs diximus, & nominatim hoc libro, *cap.* 1. §. 2. *num.* 1. dum de capellis egimus; tamen in creatione pensionis, non Episcopus, sed solus Papa suam authoritatem interponere potest: quia solus Pontifex, aut Legatus, aliive ab eo facultatem habentes, Ecclesiastica beneficia cum diminutione conferre possunt: *cap. unic. ut benefic. Ecclesiast. sine diminut. confer.* & *ibi* DD. Gigas *de pensionib. quæst.* 87. *num.* 5. Ideo semper in hujusmodi pensionum reservatione apponenda est clausula, *sub beneplacito sedis Apostolicæ*. Rot. *decis.* 437. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Ubi propterea concluditur, quod is qui pensionis impositioni cum illa clausula consensit, potest ante obtentum beneplacitum Apostolicum pœnitere.

Et hoc etiam in Gallia obtinet, ut pensio nulla sit 72
si non fuerit à sede Apostolica confirmata. Addit. ad Loüet *litt. P, num.* 33.

Excipitur tamen in Gallia casus perfidiæ, & ingra- 73
titudinis resignatarii erga resignantem: ille enim resignanti soluere cogitur in odium perfidiæ, etiam pensione in Curia Romana non homologata. Addit. ad Loüet *litt. C, num.* 40. Quod ut arbitror, in eo fundatum est, quod licèt pensio solius Episcopi authoritate imposita sit, nec sedis Apostolicæ authoritas intervenerit; est tamen valida propter iustam causam intervenientem, ut scilicet resignans nimium dispendium non patiatur, & habeat aliquid ex quo commodè vivere possit: qua iusta causâ intervenient, valet pensionis constitutio etiam à sede Apostolica non confirmata; sed solius Episcopi authoritate roborata, ut mox diximus.

Et eodem modo debitor pensionis, cui non ob- 74
servatur transactio, vel concordia legitimè, & servatis servandis facta; iustam habet causam denegandi solutionem pensionis quam promisit: quia cessante causa ob quam promissio facta fuit, cessat quoque ipsa promissio, & obligatio. Achill. de Graff. *decis.* 4. *de rescript. in fin.*

Potest igitur Episcopus pensioni super beneficio 75
creandæ authoritatem interponere, quando id fit cum iusta causa; & tunc hæc sufficit, absque eo quod necesse sit ad sedem Apostolicam recurri. Causæ autem iustæ sunt, veluti pro bono pacis, vel pro studio alicuius pauperis scholaris, vel ad utilitatem Ecclesiæ ad sedandas lites, vel pro alimentis illius qui beneficio renunciavit, dummodo id fiat in qualitate moderata, & nulla partium conventione præcedente. Rebuff. *de pacif. possessor. num.* 122. qui addit alias etiam causas, nempe senectutis, paupertatis, necessitatis ob æs alienum, & similes; de quibus etiam Gigas *de Pensionibus quæst.* 1. *num.* 4.

Inter cæteras iustas causas imponendæ & creandæ Episcopali authoritate pensionis, hanc aliàs Rota

Romana

Romana admiſit : ſi Epiſcopus proprio nepoti penſionem aſſignaverit, quo facilius ſtudio Theologiæ incumbere poſſit, ut *in deciſ.166. numero 4. part.2. recentior.*

77 In dubio verò penſio, ſi nihil dictum ſit, cenſetur in cauſam alimentorum reſervata, Gabriel *conſ.191. numero 2. lib.2.* Et poſt cum Gratian. *diſcept. forenſ.548. numero 24.*

78 Sed inter penſionem authoritate Pontificia interpoſitam, & illam quæ Epiſcopi ap probatione nititur, hæc eſt notabilis differentia, quod illa quæ fit authoritate Epiſcopi ſucceſſorem in beneficio non ligat, ſecus eſt de Pontificia penſione, quæ etiam ſucceſſores in beneficio ligat, & afficit. Gigas *quæſt.6. numero 4. in tract. de penſionibus.*

79 Limita niſi penſio impoſita, & creata fuiſſet pro bono pacis, & ad ſedandas lites : quia tunc afficit etiam beneficij ſucceſſores, quantumvis ſolius Epiſcopi authoritas in illius creatione intervenerit. Gratian. *diſcept. forenſ. c.617. num.16.*

80 In Gallia verò, tres cauſæ duntaxat admittuntur, ob quas penſionis creationi locus eſſe poteſt. Prima, pro bono pacis & concordiæ, quando beneficium eſt litigioſum. Secunda, in reſignatione facta ab una parte tantùm, ne reſignans nimium diſpendium patiatur. Tertia, in reſignatione reciproca, ſeu permutatione, ratione inæqualitatis reditum. Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.126.*

81 Unde infert, non valere in Gallia impoſitionem penſionis ſuper alio beneficio, quàm permutato, ſeu reſignato ; quia dictæ cauſæ illi applicari non poſſunt.

82 Quæ verò de Epiſcopi authoritate in penſionum creatione ſufficienter, & validè in certis caſibus interponenda, dicta ſunt : intelligi debent dummodò Epiſcopus penſionibus authoritatem interponat per modum quantitatis ; non autem per modum quotæ, nempæ tertiæ, quartæ, quintæ, vel alterius partis quantitativæ fructuum; cum hoc ſoli ſummo Pontifici tributum ſit.Rebuff. *de pacif.poſſeſſ. n.119.* Ratio eſt, quia ſi penſio per modum quotæ imponeretur, induceretur quædam diviſio beneficij : quæ ratio non militat in ſummo Pontifice, qui omnia poteſt in materia beneficiali : nec in ea cui Epiſcopus authori-

83 tatem per modum quantitatis interponit. † Licèt enim beneficium apud duos eſſe non poſſit,illius tamen fructus ad duos juſta de cauſa pertinere, nihil eſt quod impediat : *c.propoſuit*, & *ibi* Abb. *n.2.de fil.*

84 *Preſbyter.*Ludovif.*deciſ.*479.*n.2.* † Semper enim beneficium remanet individuum quoad titulum : *c.tuæ, cap. majoribus, c.dilecto, de Præbend.*

85 Præterea quod ſuperius dictum eſt,penſionem impoſitam ſuper beneficio authoritate ſedis Apoſtolicæ, tranſire ad ſucceſſores in beneficio, illoſque ad penſionis ſolutionem continuandam obligare ; hanc recipit animadverſionem, vt quoad effectum manutentionis in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, neceſſe ſit ut penſionarius curet intimari ſucceſſori in beneficio Bullas reſervationis penſionis : alioquin non facta hujuſmodi intimatione, non conceditur illi manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi penſionẽ,quamvis ipſum ſæpiùs ſoluiſſe conſtaret,quod eſt notandum. Achill. de Graſſ. *deciſ.4. de reſcript.* Rot. apud Poſt. *de manutent. deciſ.510. num.1.* Gratian. *diſcept. forenſ.417. num.27.*

86 Sed forſan hoc difficile eſſet obtinere in Rota, ſi ageretur de ſummariiſſimo poſſeſſorio adverſùs ſucceſſorem, qui aliquando penſionem ſoluiſſet : ut benè explicat Poſtius in *dicto tract. de manutent.*

87 *obſervat.42. numero 37.* † quæ etiam hoc ampliat, ut locum habeat quamvis ſucceſſor nondum ſoluiſſet, ſed ſolus anteceſſor, per cujus ſolutionem penſionarius fuit conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem.

Quod licèt ego verum exiſtimem,quia in iſto poſſeſſorio ſummariiſſimo nudum factum attenditur;conſultius tamen facturum penſionarium exiſtimo, ſi confeſtim, mortuo poſſeſſore beneficij penſione onerati, curet fieri intimationem ſucceſſori cum præcepto de ſolvendo quolibet termino ſolutionis adveniente, ad evitandas omnes difficultates quas ſucceſſor beneficij poſſet excitare.

Illa tamen intimatio litterarum penſionis non eſt facienda illi, qui conſenſit penſioni, vel primo poſſeſſori qui terminos aliquos penſionis abſque illa proteſtatione perſoluit, vel ſi literæ hujus penſionis productæ fuerint judicialiter. † Intellige ad effectum incurrendæ excommunicationis, ob non factam ſolutionem; non autem ad effectum totalis privationis, aut canonizationis regreſſus : tunc enim requiritur ſcientia certa,& magis cautè agendum eſt, cùm tractetur de majori, & pleno ipſius poſſeſſoris beneficii præiudicio : ita determinat Marius Antonin. *lib.1. reſolut.112. caſu 65.*

Et quamvis idem Author, ex Urbis potiùs conſuetudine, quàm ex iuris diſpoſitione dicat, quod procurator agat nomine penſionarii, pro conſequenda penſionis ſolutione, teneatur probare penſionarium adhuc vivere : ut in *dicto caſu 64.veſtrorum aſſerebatur.* † Hoc tamen non ita ſimpliciter admittendum videtur, niſi in contrarium adeſſent probabiles aliquæ coniecturæ mortis; cùm de iure vita hominis præſumatur durare uſque ad centum annos : atque in ſimili caſu de procuratore conſtituto per Patronum ad præſentandum in beneficio patronato, quod non teneatur probare vitam ſui principalis, dum eius nomine vult admitti ad præſentandum, quamvis patronus eius principalis eſſet abſens, determinat Lotter. *de re benefic. lib.2. quæſt.14. numero 44.* poſt Rotam,cuius deciſionem allegat.

Vigeſimus caſus eſt quod non ſicut beneficij, ita & penſionis mentio facienda eſt, (quam qui impetrat, jam obtinuit) in impetratione beneficij; quid in contrarium dixerit Monald. *conſtit.127. & ſequent.* Garſ. de benefic. *part.11. cap. num.81.* † Quia penſionis jam obtentæ mentionem fictitiam debere, veriùs videtur, ex Lotter, *de re benefic. lib.1. quæſt.45. num.4. & multis ſeqq. & num.11.* ubi dicit quod ſi aliqui in impetrationibus beneficiorum, penſionum ſuper beneficiis obtentarum mentionem fecerint ; hoc fuit propter timiditatem : & cùm talis expreſſio ſit ſuperflua, exprimentem ad illius veri ficationem non teneri. † Dixi *Beneficij*, quia alia dicendum eſſet de illis, quæ ſuper eodem beneficio, ſuper quo impetratur penſio, jam conſtituta ſunt penſionibus ; quarum expreſſionem in alterius penſionis impetratione faciendam eſſe, ſuperiùs alibi demonſtravimus, *num.67. & lib.1, c.6. per tot.* deatur Cokier *ad reg.61. num.28. & 29.*

Vigeſimus primus caſus eſt, quando agitur de qui incapax, aut privatus eſt, non ſolùm beneficio jam obtentis, de quibus ſuprà *in 17. caſu*, ſed etiam ab obtinendis : & tunc hujuſmodi incapacitatem, aut privationem, non extendi quoad penſiones iſtas Eccleſiaſticas,cenſuit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 397. num. 14.* † Quia in pœnalibus & odioſis, beneficij appellatione penſio non continetur : *cap.quamvis 1. & ibi* Geminian. *num.2. de Preb. in 6.* & *ibid.* Ancharan. *in tertio notabili.* Gig. *de Penſion. quæſt. 24.* † Idque etiamſi verba eſſent

generalia, & geminata. Crescent. *decis.* 14. *de sen-*
99 *tent.& re judicat.* † Et revera non potest pensio sub beneficii appellatione contineri, maximè in pœnalibus, & in materia odiosa; cùm de ipsius beneficii fructibus debeatur. Aliud autem sunt fructus,
100 aliud beneficium. Mantic. *decis.*224.*num.*2. † Ita ut si nulli fructus ex beneficio percipiantur, nulla debeatur pensio. Idem Mantic. *decis.*339. *num.* 7. & propter hanc rationem, Ego libenter huic sententiæ adhærerem, nisi in hoc eodem casu concurrerent considerationes, & rationes quas deducit Farinac. *dicto consil.*204. Ideo si casus occurreret, meliùs esset cogitandum.

101 Sed quidquid sit de præcedenti conclusione,quam, ut dixi, cessante stilo in contrarium per Farinac.allegato,veram existimo; tamen si agatur de Hæretico pensionem obtinere volente, certum est illum, sicut beneficiorum assequendorum, ita & pensionum incapacem esse, ut notat Ricciull. *in tract. de person. extra grem. Eccles.existent.lib.*5.*cap.*19.*n.*7.

102 Vigesimus secundus casus est,dum agitur de promoto ad Episcopatum, cujus beneficia vacant per promotionem: quo casu sicut inducitur vacatio beneficiorum, ita & pensionum. Quod per promotionem vacent beneficia, habetur *in cap. cùm in cunctis* 7. §.*cùm verò*, *de elect.* Gratian. *cap.*266.*n.*1.

103 † Quod autem eodem modo vacent pensiones per promotionem ad Episcopatum, tradit idem Gratian. *discept.forens.cap.*397.*num.*66.

104 Vigesimus tertius casus est, quod si Canonicus propter absentiam, aut aliam causam amittat fructus sui beneficii, illi acquiruntur Ecclesiæ, seu per jus accrescendi, seu per jus non decrescendi: sed quoad pensiones Ecclesiasticas, pensionarius semper illas percipit, sive possessor beneficii lucretur, sive non lucretur fructus sui beneficii. Pro cujus rei intelligentia, quia casus sæpius occurrit, sequens debet adhiberi consideratio: nempe quod alia est ratio fructuum beneficii pensione onerati, alia verò distributionum quotidianarum, ratione ejusdem beneficii debitarum.

105 Distributiones quotidianæ sunt, quæ inter præsentes & Choro inservientes, ratione præsentiæ personalis in Choro singulis diebus & horis intervenientis, dividuntur, & distribuuntur, atque persolvuntur; neque dantur præcisè & immediatè ratione beneficii, sed etiam ratione servitii.

106 Fructus autem dicuntur illi,qui etiam nulla interveniente actuali præsentia in choro, sed propter solam divini officii recitationem, etiam privatim & extra Chorum factam, debentur immediatè ex causa beneficii, ut explicat Monet. *de distribut. quotidian. part.*1.*quæst.*6.*num.*9. Hoc ita præsuppositò.

107 Prima conclusio est: Quod si agatur de distributionibus quotidianis, quas Capitulum lucratur propter absentiam,vel suspensionem Canonici à divinis; ipsum Capitulum tenetur ad solutionem pensionis pro rata illarum distributionum quotidianarum,quas lucratur. Ratio est, quia quando portio Canonici absentis, vel suspensi acquiritur per jus accrescendi; tunc quod ad ipsum accedit, transit cum suo onere. Quando verò per jus non decrescendi,remanet apud Capitulum: tunc cùm Capitulum nihil de novo acquirat, sed talis portio apud ipsum ex jure proprio & primævo remaneat, non debet novo onere prægravari pro re, quæ ad ipsum jure proprio jam pertinet; neque ex facto tertii aliquid de ejus jure tolli
108 potest. † Atqui Capitulum distributiones quotidianas propter absentiam, aut suspensionem Canonici percipit per jus accrescendi; non autem per jus non decrescendi; quia intentio Papæ reservantis pensionem super distributionibus quotidianis, est ut ab initio, etiam ante servitium Canonici, distributiones essent gravatæ isto onere pensionis, ne alioquin eventualis esset pensionis præstatio, & à pensionarii voluntate penderet; qui si ipsæ pensiones ab initio gravatæ non essent, elusoriam & inutilem reddere potuisset pensionis assignationem: hæc omnia colliguntur *ex decis.*133.*num.*1.2. *& 3.part.*2.*recentior.* & eandem conclusionem comprobat Marescot. *lib.*2.*variar. resol.cap.*18. *num.*50. & per eadem omninò verba Gonzal. *ad regul.*8. *glos.*5.§.5. *num.*44. *& sequentibus.*

Non tamen negamus,quin hoc casu sit in electio- 107
ne pensionarii, utrùm malit agere contra Capitulum, quod lucratur distributiones quotidianas; an verò contra titularem,qui illas propter culpam suam non percipit, veluti propter suspensionem à divinis ex causa delicti, aut propter excommunicationem per eum incursam. Gigas *de pensionib.quæst.*64. Rot. *dict.decis.*133.*num.*3.*part.*2.*recentior.*

Et per eandem rationem Respondi alias cuidam 110
viro gravissimo, quod si Camera prætenderet fructus beneficiorum, quæ ille obtinebat, ad se pertinere certis quibusdam de causis, veluti propter absentiam, aut prætensam contumaciam beneficiati: ipsa quoque Camera teneretur ad solutionem pensionum super illis beneficiis impositarum: quia fructus ad Cameram spectare non possunt per jus non decrescendi, cùm in illis beneficiis nullum antea jus haberet; sed per jus accrescendi: ideo Cameræ accrescunt, seu ad illam obveniunt ex jure novo, & per consequens cum suo onere pensionis. Paris. *de resignat.benefic.lib.*2. *quæst.*8.*num.*23. Et quia qui est successor commodi, debet etiam successor esse gravaminis, *l.secundum naturam, ff.de regul.jur.* Et per hanc rationem ita concludit Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.*5.§.5.*num.*32.

Secunda conclusio: si agatur de fructibus, & non 111
de distributionibus quotidianis, quorum fructuum illa sit natura, ut ex Capituli reditibus Canonico persolvantur, nullo habito respectu ad diurnum, & horarium servitium; ita ut ad solum Capitulum spectent, & apud ipsum remaneant fructus Canonici suspensi, aut aliàs percipere non valentis, absque eo quod alii Canonici in istis fructibus participare queant: tunc Capitulum non tenetur, etiam pro rata fructuum qui remanent apud ipsum,contribuere ad solutionem pensionis. Istam conclusionem ponit Rot. *dict. decis.*133. *num.*1. *part.*2. *recentior.* Cujus
112 conclusionis ratio fundamentalis hæc est: † quia cùm supponamus fructus non acquiri aliis Canonicis præsentibus, sed illos separatim deberi Canonico pensionis debitori; si ille fuerit excommunicatus, vel suspensus, nihil de istis fructibus acquiritur alicui; sed restant apud Capitulum per jus non decrescendi, ut voluit Covarr. *lib.*3. *variar. resol.cap.*13. *num.*7. *versic. in ipsis verò fructibus.* Ubi doctrinam hanc communi scribentium consensu approbatam esse testatur.

Vnde si è converso, fructus isti non remanerent 113
penes Ecclesiam, sed inter Canonicos præsentes dividendi essent: tunc quia ageretur de jure accrescendi, portio Canonici absentis,aut suspensi acquireretur aliis præsentibus cum suo onere pensionis pro rata lucri. Covarruv. *loc. cit.* & benè Joan. Anton. Bellon *in tract. de jur. accrescend. cap.* 6. *quæst.*46. *n.*4.*versic. secundus casus, & quæst.*47.*n.*2. *& sequentibus*; quia eadem tunc est fructuum, & distributionum quotidianarum ratio: scilicet quia cùm omnes

Canonici vocentur collectivè ad eandem rem, ita ut debeant per concurſum partes facere: ſequitur quod ſi quis eorum deficiat, ſeu non concurrat, cæteri poſſunt jure ſuo totum obtinere per jus accreſcendi. Idem Bellon *in dict. tract. cap. 2. quæſt. 2. num. 14.*

114 Sed ſi aliis Canonicis nulla portio aſſignetur ex fructibus abſentis, non poteſt quoad illos locus eſſe juri accreſcendi: quia jus illud locum non habet niſi in parte data, ſive aſſignata, quæ deficiat. Surd. *conſ. 404. num. 6.* Franc. *deciſ. 63. num. 12.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 38. num. 13.* Sed hîc, nullam portionem aſſignatam ſupponimus aliis Canonicis: & per conſequens ceſſat quoad illos jus accreſcendi; quod non habet locum in portionibus, quæ limitatè Canonicis aſſignatæ ſupponuntur abſque ulla conjunctione cum portionibus, ſeu fructibus aliorum

115 abſentium. † Hoc etiam bene extendit Bellon *ibidem dicta quæſt. 47. num. 9. verſic. hæc autem*, ad omnia emolumenta quæ certis Corporibus, & Collegiis, aliiſve Univerſitatibus obveniunt, propter abſentiam aliquorum. Quod ipſe bene explicat, nec concernit materiam beneficialem.

§. 5.

De Vicariis temporalibus, & perpetuis.

1 *Vicarii perpetui deputationi locus eſt duntaxat in Eccleſiis parochialibus unitis, non autem ſi beneficia ſimplicia unita ſint.*

2 *Vicarius perpetuus deputandus eſt in Eccleſiis Parochialibus unitis, & annexis; ſin minus temporalis, nempe in non annexis.*

3 *Quando Monaſterium, ſimplex jus habet inſtituendi aliquem in beneficio curam animarum habente, ita quod non poſſit ſe immiſcere in adminiſtratione bonorum temporalium beneficii; Vicarium non inſtituit, ſed Rectorem beneficii.*

4 *Si Prælati Regulares non conferant infra ſex menſes Prioratus, qui non ſunt uniti eorum Menſæ; Diœceſani conferre illos poſſunt propria authoritate; vel ſi ſint exempti, authoritate Apoſtolica.*

5 *Ampliatur, ut procedat, etiamſi Monaſterium haberet poteſtatem concedendi ſimplex exercitium ſpirituale curæ animarum.*

6 *Eccleſia ſi ſit Monaſterio unita quoad temporalia duntaxat, ita ut facta fuerit de Menſa quoad reditus temporales, ſpectat ad Epiſcopum inſtituere Rectorem qui curam animarum exerceat.*

7 *Quando Eccleſia unita, non eſt pleno jure ſubjecta Monaſterio, ita ut non poſſit conjungere ſpiritualitatem cum temporalitate, deputandus eſt Parochus non temporalis, vel ad nutum amovibilis; ſed perpetuus: ita tamen ut juſta de cauſa amoveatur cum Epiſcopi authoritate.*

8 *Quando Eccleſia pleno jure ſubjecta eſt Monaſterio, tam quoad ſpiritualia, quàm quoad temporalia; inſtituendus eſt Vicarius, qui poteſt ad libitum Monaſterii amoveri, etiam non requiſito Epiſcopo.*

9 *Eccleſia pleno jure unita Monaſterio nunquam vacat.*

10 *Quod de unione facta Monaſterio dictum eſt, eodem modo procedit in unione facta Epiſcopatui, aut alteri dignitati.*

11 *Beneficium menſæ unitum eſſe, ex quibus argui poſſit.*

12 *Eccleſiam pleno jure ſubjectam eſſe Monaſterio, intelligi poteſt ut illi ſubjecta ſit, etiam quoad facultatem impertiendi licentiam adminiſtrandi Sacramenta. Et hoc caſu non eſt requirenda Epiſcopi approbatio, etiam pro adminiſtratione Sacramentorum.*

13 *Epiſcopus ex Concilio Tridentino poteſt, ſi velit, apponere Vicarios perpetuos in Parochialibus unitis, ubi ſunt amovibiles; non obſtante conſuetudine contraria: & hoc in ejus arbitrio poſitum eſt. Quod tamen arbitrium debet eſſe regulatum, à quo dicatur appellatio devolutiva.*

14 *In dubio attendi debet ultimus ſtatus, quando dubitatur utrùm Vicarius perpetuus, vel amovibilis ſit inſtituendus.*

15 *Vicaria temporales non ſunt beneficia: ſecùs tamen eſt in vicariis perpetuis, quæ beneficiorum nomine continentur.*

16 *Quibus in caſibus non poſſit Epiſcopus vigore Concilii deputare Vicarium perpetuum in parochialibus unitis.*

DUm quæritur utrùm Vicariæ perpetuæ vel temporales inter beneficia Eccleſiaſtica recenſeri poſſint, & ſic utrùm comprehendantur in diſpoſitione loquente de beneficiis, tam in privilegiis, quàm reſcriptis; & utrùm de illis debeat fieri expreſſa mentio in impetratione beneficii, & aliàs prout obſervatur dum de veris beneficiis agitur: in primis quædam de iſtis Vicariis ſupponenda ſunt ſcitu maximè neceſſaria, ex quibus ad cognitionem, & deciſionem quæſtionis facili negotio deveniri poterit.

Priùs autem ſupponenda, & repetenda ſunt ea quæ nos *lib. 1. cap. 36.* diximus: ubi regulam generalem adduximus, quod ſi agatur de parochialibus unitis, & annexis Monaſteriis, deputandus eſt Vicarius perpetuus, ſi ita Epiſcopo viſum fuerit, et poteſtate illi per Concilium Tridentinum data: ſi verò de non annexis, illa Concilii conſtitutio locum non habebit. Quæ cùm majori elucidatione indigeant, ſequentia obſervanda erunt.

In primis dum agitur hic de deputatione Vicarii perpetui, vel temporalis, non tractandum eſt de beneficiis ſimplicibus annexis, & unitis: quia illa deputatio Vicarii perpetui ſolas reſpicit Eccleſias Parochiales, ut advertit Gloſſ. & DD. in Clementina, *de offic. vicar.* Geminian. *conſ. 83. In cauſa Trajectan.*

Item quod Concilium Trident. *ſeſſ. 7. cap. 7.* concedens Epiſcopis facultatem deputandi Vicarios perpetuos, non habet locum niſi in Parochialibus perpetuò unitis; & cum limitationibus, de quibus infrà, *num. 13. & ſeq.*

Secundò ſciendum eſt, unionem Eccleſiæ parochialis Monaſterio, vel alicui Corpori Eccleſiaſtico duobus modis fieri poſſe. Primò quoad ſimplicem beneficii conferendi poteſtatem, abſque ulla adminiſtratione temporalium: Et hæc poteſtas adhuc ſimplex eſt; altera dum ſolum conferri poteſt beneficium, altera verò dum ultra collationem beneficii Monaſterium poteſt concedere authoritatem concedendi curam animarum. Secundò quando Papa propter pauperiatem Monaſterii, illi univit reditus ecclæ cujus beneficii, abſque ulla poteſtate circa adminiſtrationem ſpiritualium; minùs dedit ei poteſtatem authorizandi circa curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum.

Primo caſu, quando Monaſterium habet ſimplicem poteſtatem conferendi beneficium, ſolùm poteſt Rectorem inſtituere, & non Vicarium, cum ſit temporis

temporalibus beneficii, quæ ad Rectorem pertinent, se immiscere non possit: *Clement. quæ regulares, de*
4 *supplend. neglig. Prælat.* ubi dicitur † quod si prælati regulares non conferant infra sex menses prioratus, administrationes, & Ecclesias vacantes quæ non sunt de mensa, sed solent speciales, quamvis obedientiarios, habere Rectores, Diœcesani authoritate sua, vel si sint exempti, authoritate Apostolica conferunt illis personis, quibus per Prælatos fuerant conferenda, nec permittitur illa applicari mensæ Prælatorum, aut pensionibus onerari.

5 Quod ampliatur ut procedat, quamvis Prælati Monasteriorum, seu Monasteria haberent etiam potestatem authorisandi circa administrationem Sacramentorum, & exercitium curæ animarum. Quia sicut Episcopus, ad quem propriè jus authorisandi & instituendi pertinet, non potest ad temporalia manus extendere; sed solo jurium sibi uti Episcopo competentium exercitio contentus esse debet, *cap. præsenti, de offic. Ordin. in 6. & cap. conquerente 16. de offic. judic. ordin. in Decretal.* ubi sigillatim exponitur in quo consistant jura Episcopalia: ita & multò minùs hoc facere poterit inferior Episcopo, habens hanc de jure speciali potestatem. Abb. *in cap. de monachis, num. 7. de prabend.*

6 Secundo casu, quando Papa propter paupertatem Monasterii, & pro faciliori Monachorum sustentatione univit, & incorporavit Monasterio reditus temporales cujusdem Ecclesiæ parochialis; ita ut illud beneficium fuerit effectum de mensa Monasteri: tunc quia beneficium parochiale non est pleno jure unitum, sed tantùm quoad temporalia; Episcopus in eo deputabit Rectorem cum assignatione congruæ portionis: quia Ecclesia debet in pristino statu conservari, nec debet consuetis obsequiis defraudari: qui Rector per Episcopum institutus curam animarum exercebit. Quomodò enim posset deputari Vicarius, cùm penes Monasterium nullum jus spirituale remaneat, sed unio & incorporatio facta fuerit de reditibus temporalibus, pro quibus Monasterium non indiget Vicario; nec si maximè indigeret, curam animarum exercere posset, quæ in mera spiritualitate consistit. Probatur *in cap. in Lateranensi 51. de prabend. cap. de monachis 52. eod. tit.* Sed hoc casu Monasterium, aut Collegium, cui facta fuit talis unio, habebit præsentationem Rectoris; Episcopus verò institutionem, ut dicitur *in dicto cap. de monachis*, & *ibi* Abb. *num. 8.*

7 Et hoc est quod dicitur *in dict. cap. in Lateranensi, de prabend. In Ecclesiis quæ ad ipsos pleno jure non pertinent, Episcopis instituendos Presbyteros præsentent, ut illis de plebis cura respondeant; institutos verò removere non audeant, Episcopis inconsultis.* Quibus addo quod nec illos Presbyteros sic deputatos Episcopus removere potest, sine rationabili causa: *cap. unic. de capel. monach. in 6.*

8 Tertius restat casus, quando videlicet agitur de Ecclesia pleno jure subjecta Monasterio, nempe tam quoad spiritualitatem, quàm quoad temporalitatem, & redituum perceptionem. Et hoc casu nec Rector deputandus est; quia cura animarum, & spiritualitas annexa est Capitulo, seu Monasterio: non possunt autem duo esse Rectores. Nec Vicarius perpetuus regulariter instituendus est, sed temporalis ad nutum Capituli ponendus, aut deponendus instituitur: ut per DD. *in dicto cap. de monachis*, Abb. *in eodem*
9 *cap. num. 9.* † Quia cùm Ecclesia pleno jure spectet ad Monasterium, non est opus recurrere ad Episcopum pro institutione, aut destitutione Presbyteri ad curam animarum exercendam. Nec unquam cura vacare potest, quia semper remanet apud Monasterium, quod nunquam moritur. Ideo exercitium curæ fit per Vicarium temporalem, & ad nutum amovibilem. Rot. *decis. 2. de excess. prælat. in novis.*

10 Idem dicendum est de unione facta Episcopatui, vel alteri dignitati: quia si unio facta fuerit, ut beneficium curatum unitum esset de mensa pleno jure, tam quoad spiritualitatem, quàm quoad temporalitatem; semper hoc casu deputatur Vicarius temporalis, ut *ibi* per Rotam.

11 Utrùm autem beneficium sit unitum mensæ Dignitatum, Collegiorum, aut Monasteriorum? colligitur tùm ex verbis unionis, videlicet quando in unione fit mentio de annexione tam spiritualium, quàm temporalium. Gloss. *in Clement. 1. in verb. Ad mensam, de excessib. Prælat.* Tum ex præscriptione, consuetudine, Papali concessione, & aliis, de quibus per dictam Gloss. *in verb. Ad mensam.* Rebuff. *in prax. tit. de vicar. perpet. num. 7.*

12 Advertendo tamen, quod dum loquimur de unione facta pleno jure, verba illa duplicem habent sensum, ut mox diximus post *num. 2. versic. secundò.* Videlicet primò quoad spiritualitatem & temporalitatem, non tamen quoad potestatem authorizandi pro administratione curæ spiritualis animarum: & hoc casu procedit præcedens conclusio, quod deputetur Vicarius temporalis, & ad nutum amovibilis. Sed quicumque Vicarius instituatur, debet approbari ab Episcopo, ut videat utrùm sit capax exercendi curam animarum: atque ita declaravit sacra Congregatio apud Barbos. *in decis. Apostol. collect. 719. num. 9. & 720. num. 1. & 2.* Sed tamen Episcopus istum Vicarium temporalem & amovibilem removere non potest, nisi ex causa propter quam beneficio privandus esset, si esset perpetuus; sed ejus revocatio & destitutio ad nutum Monasterii, seu Abbatis, & Rectoris fieri potest: ut *dict. collect. 720. num. 2.* sacra Congregatio apud Barbos. declaravit.

Secundò verba illa, *pleno jure*, possunt intelligi quod plenum jus consistat in potestate temporalia administrandi, necnon spiritualia, etiam quoad potestatem permittendi administrationem curæ, non authorisabilem ab Episcopo: & hoc casu ne quidem ad effectum, ut nominatus declaretur capax curam & Sacramenta administrandi, ad Episcopum recurrendum est; sed solùm Monasterium, seu illius Abbas, Rector, aut Superior nominabit, removebit, & ad Sacramentorum administrationem aptum declarabit Vicarium illum temporalem in Ecclesia, omnibus modis, & pleno jure ita annexa, & supposita Mensæ suæ, seu sui Monasterii. Ita Ricc. *in prax. aurea var. resolut. cap. 293. in sexta conclus. versic. adverte etiam, in fine.*

13 Sed diligenter notandum est, quod ista omnia videntur esse correcta per Concil. Trident. *sess. 7. cap. 7. de reformat.* adeo ut vigore Concilii sit permissum Episcopis apponere Vicarios perpetuos in beneficiis unitis Monasteriis, dignitatibus, aut Capitulis: ut etiam ostendit Barbos. *in cap. extirpandæ 30. §. qui verò, in verb. qui idoneum, de prabendis.* Idque non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, & exemptionibus, nisi tamen tales exemptiones fuissent concessæ post Concil. Tridentinum, etiam absque illius derogatione: ex Garc. *de benefic. part. 11. cap. 2. num. 5.* Tamen istud arbitrium debet esse regulatum, & cum justa & rationabili causa. Nicolaus Garcias *ibidem, num. 8.* & partibus citatis, & auditis, *ibid. num. 11.*

14 Imò in dubio, circa hanc perpetui, vel temporalis deputationem ab Epiſcopo faciendam, vel non faciendam, attendi debet ultimus ſtatus. Garc. *ibid. num.16.* poſt Gonzal. *ad reg.8.gloſſ.5. §.3.num.18.* ubi dicitur ita fuiſſe judicatum.

15 Et ex his colligitur reſolutio quæſtionis, utrùm Vicaria ſit beneficium: quia ſi ſit perpetua, rectè inter beneficia numerari poteſt. Burat. *deciſ.114. n.3.* Si verò ſit temporalis, nullo modo beneficium poteſt nuncupari, nec in diſpoſitione loquente de beneficio comprehendi; cùm natura beneficii ſit eſſe perpetuum, & ad vitam durare aptum: *Clement.unic.* juncta Gloſſ. *in verb. perpetuis, de offic.vicar.* & *ibi* DD. item Gloſſ. *in extravag. execrabilis, in verb. temporales Vicarios, de præbend.* Unde nullo modo regulabuntur ad inſtar beneficiorum. Gloſſ. *in cap.ſi pauper 30.in verb.ceſſat cauſa, de præbend. in 6.*

16 Notandum autem, plures limitationes dari ad dictum *cap.7.* Concilii, de quibus Sanch. *lib.7. Decalogi, cap.29.num.191.*

§. 6.

De Beneficiis manualibus, ſeu amovibilibus.

1 *Beneficia manualia ſunt verè beneficia, & ſunt aptitudine perpetua.*

2 *Qualitas beneficii manualis in ejus impetratione exprimenda eſt.*

3 *Quando agitur de beneficio regulari, non eſt exprimendum quod ſit beneficium manuale, & amovibile.*

4 *Beneficia quæ non conferuntur per Superiorem Monaſterii, ſed per electionem canonicam, non ſunt amovibilia, & manualia, quantumvis regularia ſint.*

5 *Beneficia regularia Epiſcopo pleno jure ſubjecta, ſaltem quoad inſtitutionem, & deſtitutionem non ſunt manualia.*

6 *Quid ſit beneficia eſſe pleno jure ſubjecta Monaſterio, vel Epiſcopo, explicatur.*

7 *Quando removeri poſſit Parochus in Eccleſiis unitis, pleno jure ſubjectis, vel non ſubjectis.*

8 *Religioſus qui ex diſpenſatione obtinet beneficium ſæculare, non poteſt ab eo per Superiorem ſui ordinis amoveri ad nutum.*

9 *Nec poteſt amoveri religioſus, ſi proviſionem obtinuerit beneficii perpetui.*

10 *Beneficia Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani ſunt amovibilia ad nutum magni Magiſtri, & aliorum Superiorum.*

11 *Papa ſolet admittere reſignationes beneficiorum dicti Ordinis S.Ioannis Hieroſolymitani.*

12 *Proviſus à Papa de beneficio amovibili, non poteſt per inferiorem amoveri.*

13 *In Italia & partibus ultramontanis ſervatur opinio, quod Superior, qui religioſo beneficium ad vitam cum juramento de non revocando contulit, poſſit nihilominus ipſum amovere.*

14 *In quocumque caſu velit Superior per malitiam amovere proviſum, datur recurſus ad Superiores.*

15 *In Gallia ſervatur opinio, quod ſuperior Regularem ad vitam de beneficio proviſum, illum ſine cauſa amovere non poſſit.*

16 *Si ſummus Pontifex beneficium manuale ad vitam ex certa ſcientia contulerit, irrevocabilis eſt proviſio, durante vita proviſi.*

17 *Proviſus per Papam de beneficio amovibili ad vitam, remanet tamen in reliquis ſub obedientia regulari.*

18 *Obedientia reformatorum ſemper revocabilem reddit proviſionem.*

19 *Officia clauſtralia in Gallia ſunt perpetua, & ſubjiciuntur Graduatorum nominationibus.*

20 *Officia clauſtralia in Gallia reſignantur etiam in favorem certæ perſonæ, & cum reſervatione penſionis.*

21 *Simplex adminiſtrator bonorum Monaſterii, quod ad libitum amoveri, neque ſtatum habet manutenibilem.*

22 *Qui non ſibi, ſed alteri poſſidet cum obligatione reſtituendi, non poteſt petere ſe manuteneri adversùs conſtituentem.*

23 *Qualitas beneficii amovibilis repugnat naturæ beneficii curati.*

24 *De conſenſu patroni beneficium manuale poteſt converti in perpetuum; & è contra, perpetuum converti in manuale.*

25 *Teſtator fundans pium legatum cum onere celebrationis Miſſarum, & prohibitione ne quis Superior Eccleſiaſticus ſuper eo ſe intromittat, cenſetur eo prohibuiſſe erectionem beneficii perpetui.*

26 *Quando teſtator ſimplicem fundationem fecit cujuſdam legati pii, & amovibilis pro celebratione Miſſarum, neque ad ulteriorem prohibitionem proceſſit, poteſt de conſenſu hæredis Legatum illud converti in formam beneficii perpetui.*

27 *Non poteſt Epiſcopus fundationem amovibilem erigere in beneficium perpetuum, quando fundator expreſsè prohibuit, ne aliquis Superior Eccleſiaſticus ſe immiſceret circa ſuam piam fundationem.*

BEneficia manualia verè eſſe beneficia, ſatis patet ex nos oſtenſum fuit *lib.1.cap.106.* quia reliquum eſt cum aliis beneficiis permutari poſſunt; ſufficit enim quod non concedantur cum aliqua temporis prænitione, quia licèt Superior illa revocare poſſit, tamen fieri poteſt, quod ille non revocet: multaque contingere poſſunt, ob quæ non fiat illorum ademptio: ideo poſſunt beneficiorum nomine nuncupari Pariſ. *de reſign.lib.2.quæſt.11. per tot.* Cokin. *de permut.benef.part.2.cap.9.n.2.* & alii per nos *cap.vol.* allegati. Rot. *deciſ.646.num.3.part.1.rec.*

In impetratione tamen hujuſmodi beneficiorum, illa qualitas manualitatis exprimenda eſt ſummo Pontifici, aliàs gratia corruit. Cavalet. *deciſ.330. num.1. & 389.num.5.* † Niſi beneficium exprimatur eſſe regulare, quia hæc expreſſio infert manualitatem per conſequentiam quaſi neceſſariam, ut dictum *cap.106.num.7.*

Dixi *quaſi neceſſariam*, quia non ſemper ex eo quod beneficium ſit regulare, ſequitur eſſe manuale & amovibile.

In primis enim conſequentia illa manualitatis in beneficiis regularibus locum habet quoad illa beneficia quæ non ſunt capita Conventus, ſeu Monaſterii, & quæ per illius Abbatem, aut Superiorem conferuntur; non autem quoad illa quæ conferuntur per electionem canonicam: juxta *caput 2. §. primum quoque*, & *ibi* Gloſſ. *in verb. Non mutentur, & cap. cùm ad Monaſterium, verſic. Tales autem, & ibi* Gloſſ. *in verb. perpetuò.* Sanch. *in præcept. decalog. lib.7. c.3. num.118.* Bellamer. *deciſ.203.* Caſſador. *deciſ.12. de probat.* Selva *de benef. part.3. quæſt.21. num.2.*

Secundò non ſunt manualia beneficia regularia quando ſunt ſubjecta Ordinario, ſeu Epiſcopo pleno jure;

jure; saltem quoad institutionem, & destitutionem: tunc enim quia necessaria est Episcopi institutio ad illud beneficium, per consequens destitutio ad Abbatem seu Superiorem Monasterii non pertinebit. Hieron. Roder. *quæst. regul. cap. 15. num. 43. versic. secundò fallit.* Sanch. *dict. lib. 7. cap. 29. num. 119.*

6 Pro cujus fallentiæ intelligentia, repetenda sunt ea quæ diximus *in §. præcedenti, post num. 2. versic. sed ando sciendum est, & sequentibus numeris*: ubi explicatur quando, & ex quibus, & quot modis Ecclesia dicatur unita mensæ Capituli, vel Monasterii pleno jure; nempe quoad spiritualia, vel quoad temporalia, vel quoad utrumque. Et quoad spiritualia, utrùm quoad solam institutionem, an verò etiam quoad approbationem ad curam animarum exercendam: quod contingit quando Monasteria habent jurisdictionem quasi Episcopalem, qua de re nos fusè egimus *lib. 1. cap. 60.* Quam jurisdictionem hodie exercent Reverendi Patres Prædicatores Ordinis S. Dominici in loco Sancti Maximini in Provincia; aut saltem sunt in ejus possessione (quamvis contrarium prætendant Archiepiscopi Aquenses) & hoc casu Conventus habet Ecclesias sibi subjectas, etiam quoad potestatem authorisandi ad exercitium curæ animarum.

7 Et ex traditis *ibidem* colligetur, *juncto §. præcedenti*, quando, & quomodò amoveri possit deputatus in parochialibus unitis, ad curam animarum exercendam in Ecclesia pleno jure subjecta, vel non subjecta Monasterio.

8 Tertiò; Religiosus, cui facta fuit provisio, non potest ad nutum Superioris revocari, quando ex legitima dispensatione obtinuit sibi provideri de beneficio sæculari, seu simplici, seu curato. Hieron. Roderic. *dicta resol. 15. num. 43. in 4. limitat.* post Sanch. *in decalog. dicto lib. 7. cap. 29. num. 121.*

9 Quartò; removeri nequit religiosus ad nutum Superioris, si beneficium sit ex sua natura perpetuum: quia semper collatio beneficii censetur facta secundùm illius qualitatem. *Clement. unic. de supplend. neglig. Prælat.* Sanch. *dicto cap. 29. num. 122.* Rebuff. *de pacif. possess. num. 280.* Selv. *de benef. part. 3. quæst. 69. num. ultimo.*

10 Quintò, licèt beneficia vulgaria sint ad nutum Superiorum amovibilia, ut dictum est; etiamsi essent beneficia ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, quæ sunt amovibilia ad nutum magni Magistri, & aliorum Superiorum, ex Mohed. *decis. 10. de caus. possess. & propriet.* Garc. *de benef. part. 1. cap. 4. num. 2.* Ludovis. *decis. 109. num. 3.* Et ita expresè cavetur in Bulla Pii IV. quæ incipit, *Circumspecta*, & est 9. in ordine inter ejusdem Pontificis constitutiones.

11 Tamen quia, ut dictum est, Papa solet sæpiùs hujusmodi beneficiorum, & aliorum regularium, & amovibilium resignationes admittere, ut testatur experientia, & ostendit Addit. ad Paris. *de resign. lib. 2. quæst. 14. in fin. & quæst. 11. num. 1. eodem lib. 2.* ut ipse

12 Parisius refert. † Tali casu provisus à summo Pontifice removeri non potest per inferiorem, quia indecorum est facto Principis per inferiores derogari; Paris. *dicta quæst. 11. num. 8. & seq.*

13 Sed cessabit omnis difficultas, si summus Pontifex beneficium regulare Monacho ad vitam contulerit. Nam quamvis non exigua sit controversia, utrùm Superior, seu Abbas, aut Prælatus Monasterii, qui religioso beneficium contulit ad vitam, & collationem adhibito juramento roboravit, possit deinde pœnitere, & provisionem hujusmodi revocare, in qua affirmativam sententiam tenuit Sanchez *in Decal. lib. 7. cap. 29. num. 125.* ea ratione, quia juramentum istud & collatio sunt contra jus, & per consequens non obligant Abbatem ad observationem. Quæ sententia in partibus Italiæ, & Ultramontanis est recepta, ut testatur Dec. *in cap. ad nostram, num. 7. de confirmat. util. vel inutil.* † Præsertim cessante malitia, 14
aut dolo Superioris regularis: quia si de ea constaret, daretur recursus ad alios Superiores ipsius Abbatis. Gonzal. *ad reg. 8. glos. 5. §. 6. num. 40. & seq.* Joan. de Selva *in tract. de benefic. lib. 3. quæst. 68.*

Sed negativa sententia, nempe religiosum de be- 15
neficio regulari provisum, quantumvis ex sui natura amovibili, non tamen illo per Abbatem privari posse, nisi justâ causâ interveniente, in Gallia recepta est, & plurimis supremarum Curiarum præjudiciis confirmata: adeo ut si Superior regularis Monachum sine causa spoliare prætendat beneficio, admittatur in Gallia illius appellatio, quam vocant tanquam ab abusu. Bleyn. *de benefic. tit. de manual. n. 10. & in gloss. lit. F, fol. 313.* post Rebuff. *in tract. de pacif. possess. limit. 6. n. 33.* Petr. Greg. *lib. 1. jur. Canon. tit. 27. cap. 6. num. 6. litt. N.* Vide Gratian. *discept. 167. n. 27.*

Tamen quando summi Pontificis collatio, & con- 16
firmatio cum potestate beneficium obtinendi ad vitam intervenit ex certa scientia, sine dubio valet provisio irrevocabiliter, neque talis sic provisus removeri potest, quia fit Obedientiarius Papæ. Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 11. num. 10.* Gigas *de pensionib. quæst. 15. num. 3. & 4.* † Licèt in reliquis remaneat 17
sub obedientia sui Abbatis. Joan. de Selva *de benefic. part. 3. quæst. 69.* ubi loquitur de Prioratibus, & beneficiis in ordine Monachorum nigrorum Ordinis Sancti Benedicti, simpliciter per Papam collatis; dicens sic provisum per Papam non posse ab inferiori revocari: † Atque ita servari in praxi, exceptis obe- 18
dientiariis reformatorum, certum est apud Gallos. Add. ad Paris. *dicto lib. 2. quæst. 11.* & hac de re agit Barbos. *in cap. porrecta, de confirmat. util. vel inutil.* Gonzal. *ad dictam regul. 8. glos. 5. §. 6. num. 25.* Bleyn. *loc. citat. num. 21. & in gloss. litter. L.*

Circa tamen præmissa, diligenter advertendum 19
est; illa procedere in beneficiis, necnon in officiis clausralibus, veluti Camerarii, Elemosinarii, Thesaurarii, Sacristæ, & similibus, quæ in Gallia pro veris beneficiis reputantur, & subjiciuntur impetrationibus Graduatorum, vel Nominatorum, ut in Bulla Leonis X. super Concordatis, *in titul. de Collation. §. præfatique Ordinarii.* † Et in effectu consue- 20
tudo talis est in Gallia, ut hujusmodi officia resignentur etiam in favorem certæ personæ, & cum onere pensionis: prout sæpiùs factum vidimus.

Non tamen procedere in simplici administratione, 21
quæ non est erecta in titulum beneficii, neque est collativa; & ideo in ea non attenditur ultimus status, sed Superior poterit sic deputatum contra juris dispositionem removere: cùm nullum habeat statum collativum: ut in simili docet Burat. *decis. 224. num. 7.* ubi loquitur de eo qui nominatus est pro Missarum celebratione in beneficium perpetuum non erecta, nec habet statum manutenibilem: † 22
cùm non sibi, sed alteri possideat: nempe Abbati, vel Monasterio: ex notatis per Postium *in tract. de manutent. observat. 52. num. 24.* Cavaler. *decis. 171. num. 1.* ubi loquitur de quolibet recipiente pro alio, cum onere restituendi.

Ultimo loco advertendum est, quod si agatur de 23
beneficio curato, cessat omnis amovibilitatis causa: quia ex illa amotione Parochi, magnum Ecclesiæ detrimentum oriri posset: sed & in beneficiis simplicibus,

24 † qualitas illa amotionis, & manualitatis poteſt tolli de conſenſu patroni; & ſimplex beneficium amovibile, illo conſentiente, converti in perpetuum beneficium: ut notat Gonzal. *dicta regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 5 *num.* 60. & 62. ſicut è converſo beneficium, quod ex ſua natura perpetuum eſt, converti poteſt in manuale; veluti ex conſuetudine, vel ſtatuto per ſedem Apoſtolicam confirmato: ut per Monet. *de commut. ult. volunt. cap.* 10. *num.* 38. Quod fuſius idem author confirmat in eodem tractatu, *cap.* 11. *in* 4. *conclus. num.* 100. & *ſeq.* ubi probat ex manuali beneficio, perpetuum; & ex perpetuo, manuale effici poſſe, conſentiente Patrono.

25 Sed major eſt difficultas, utrùm ſi teſtator mandaverit celebrari certum numerum Miſſarum in perpetuum, per Preſbyterum à ſuo hærede, illiuſque ſucceſſoribus inſtituendum, & deſtituendum; abſque eo quod aliquis Superior Eccleſiaſticus poſſit ſe ſe immiſcere in dicta nominatione, imò quod jus inſtituendi in perpetuum ad ſuos hæredes pertineat; poſſit hoc caſu Epiſcopus de conſenſu hæredis, hanc piam fundationem erigere in beneficium perpetuum. Sanè non eſt dubitandum, quin teſtator per hæc verba prohibuerit, quominus Superior aliquis Eccleſiaſticus piam hanc fundationem in formam perpetui beneficii erigere poſſit. Spino *in ſpecul. teſtam. gloſſ.* 4. *num.* 42. *verſic. quo ſit ut ratione, circa med.* & Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 105. & 106.

26 † Unde ſequitur contra expreſſam teſtatoris diſpoſitionem, hanc erectionem beneficii perpetui fieri non poſſe. Duo quippe diſtinguendi ſunt caſus in hac materia, per quos diſſidentes DD. concluſiones ad concordiam reduci poſſe videntur. Primus eſt, quando teſtator reliquit fundationem, aut legatum pium ſimpliciter, pro celebratione Miſſarum per Preſbyterum amovibilem celebrandarum. Secundus caſus, quando ulteriùs progreſſus fuit, prohibendo ne quis Superior Eccleſiaſticus circa piam iſtam deputationem ſe immiſceret.

27 In primo caſu, poteſt de conſenſu hæredis fieri ex tali fundatione verum, & perpetuum beneficium. † In ſecundo verò caſu, cùm agatur de expreſſa teſtatoris prohibitione, non poteſt Epiſcopus etiam de conſenſu hæredis erigere beneficium perpetuum contra intentionem teſtatoris: ut copioſiùs explicat Monet. *de commut. ultim. volunt. cap.* 10. *num.* 479. & *ſequentib.* & *cap.* 5. *num.* 314. *verſic. Quod autem deciſum fuit in Rota.* Et ita debet intelligi quod in ſimili, nempe in capellania amovibili, decidit Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 105. Ceval. *in commun. opinion.* 182. *num.* 29. cum aliis per eos allegatis.

§. 7.

De Hoſpitalibus & Leproſariis.

1 *Hoſpitalia ſunt loca religioſa.*

2 *Intellige, quando ſunt erecta authoritate Epiſcopi.*

3 *Hoſpitalia ſemper ſunt loca pia.*

4 *Hoſpitale annexum aquè principaliter Eccleſiæ, vel beneficio, non venit appellatione beneficii.*

5 *Si quis in Hoſpitali capellaniam fundaverit, illa verè dicetur beneficium, & fundator poterit ſibi reſervare juſpatronatus.*

6 *Hoſpitalis nomen ſonat in nudam commiſſionem; ideo non venit appellatione beneficii, niſi in beneficium erectum ſit.*

7 *Hoſpitalia quamvis conferantur in titulum, non continentur regulariter appellatione beneficii, in diſpoſitionibus loquentibus de beneficiis.*

8 *Leproſaria eodem jure cenſentur cum Hoſpitalibus, & maximè quando reguntur per perſonas laïcas.*

9 *Reſeruntur ſex requiſita, ſine quibus Hoſpitale, vel Leproſaria non poteſt dici beneficium Eccleſiaſticum: nempe quod ſint erecta authoritate Epiſcopi; quod habeant aliquid ſpiritualitatis annexum; quod clericis, & perſonæ Eccleſiaſtica conferantur, & ad vitam, non ad tempus; & quod conferens ſibi illa retinere non poſſit.*

10 *Referuntur DD. de Hoſpitalium materia tractantes.*

11 *Hoſpitalia etiam religioſis perſonis conferri poſſunt.*

QUamvis Hoſpitalia loca religioſa ſint: Clem. *ment. Quia contingit*, §. *ut autem, de religioſis. mib.* & *Clementin. per litteras, de prabend.* † Quod intelligitur ut procedat, ſi cum Epiſcopi authoritate erectum ſit, alioqui non dicitur locus Eccleſiaſticus. Ludoviſ. *deciſ.* 4. *num.* 11. † Semper tamen eſt locus pius, & de foro Eccleſiæ: ut tenuit Rot. *deciſ.* 482. *num.* 25. *part.* 4. *recentior. tom.* 2. † Quod Hoſpitale eſſet annexum æquè principaliter Eccleſiæ, vel beneficio, non veniret appellatione Eccleſiæ, vel beneficii: Imol. *in Clement. per litteras, num.* 16. *verſic. ſi verò non apparet, de prabend.* Rot. *deciſ.* 114. *num.* 8. *part.* 2. *diverſ.* & *deciſ.* 560. *num.* 10. *part.* 4. *recentior. tomo* 2.

Et è contra, ſi quis in ipſo Hoſpitali capellaniam fundaverit, licèt ipſum Hoſpitale non continetur appellatione beneficii; tamen ipſa capellania vera eſt beneficium conferibile, & ſuper ea fundator poteſt ſibi reſervare juſpatronatus. Seraphin. *deciſ.* 1120. *num.* 3.

Nihilominus tamen beneficii appellatione ipſum Hoſpitale non continetur, niſi erectum fuerit in titulum beneficii: quia titulus Hoſpitalis ſonat in commiſſionem, potiùs quàm collationem: & Rectores Hoſpitalium nullam ex illis percipiunt, nec percipere debent utilitatem, ut dicit Lemos *de benefic. lib.* 3. *quæſt.* 6. *per tot.* † Imò in caſibus in quibus Hoſpitalia conferuntur in titulum, improprie beneficia dici poſſunt: & ideo non continentur in litteris Pontificiis, in quibus ſit mentio beneficiorum, niſi id exprimatur in ſpecie: per text. *in Clement.* 2. *de prabend.* Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 5.

Quæ dicta, ſunt de Hoſpitalibus, eodem modo dicenda ſunt de Leproſariis, cùm eadem vigeant ratio maximè quando reguntur per perſonas laïcas. Rot. *deciſ.* 268. *part.* 3. *recentior.* ubi *num.* 2. & 3. redditur ratio: quia Hoſpitale caret requiſitis, ad hoc ut dicatur beneficium Eccleſiaſticum. † Quæ requiſita enumerantur per Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. à num. nempe Primò, ut ſit fundatum authoritate Epiſcopi. Secundò, ut habeat quid ſpiritualitatis annexum, quia propter divinum Officium datur beneficium. Tertiò, quod clerico, & non laïco conferatur. Quartò, quod non poſſit conferri niſi à perſona Eccleſiaſtica. Quintò, quod ſit perpetuum, hoc eſt quod non conferatur ad tempus. Sextò, quod ille qui confert, non poſſit ſibi ipſi conferre, ſeu illud pro ſe retinere. Quæ requiſita ſubſtantialia deficiunt in iſtis Hoſpitalibus, & Leproſariis: ideo non poſſunt beneficia nuncupari. † Reliqua proſequitur Manſeſ. de

lib.2. cap.3. num.12. & sequentib. Hyeron. Roderic. 11 *in suis quæstionibus regularibus,resolut.74. per tot.* † ubi de Hospitalibus quæ religiosis personis conferri solent, & Lezana *in sua summa regular.lib.2. cap.6. numero 7. & sequent.* Ricc. *collect.1655.*

§. 8.

De Præstimoniis, & locis Collegialibus.

1 *Quid sit Præstimonium, seu portio præstimonialis.*
2 *Præstimonia ex sui natura non sunt beneficia Ecclesiastica, sed in mera temporalitate consistunt, neque producunt aliquam incompatibilitatem.*
3 *Præstimonia propriè sumpta, non habent aliquam residentiam, neque denominationem.*
4 *Præstimonia non continentur in regula Cancellariæ de Mensibus & Alternativa.*
5 *Præstimonia non solent dari in titulum, nec habent onus spirituale annexum.*
6 *Potest tamen præstimonium beneficij naturam sortiri, si erigatur in titulum beneficij perpetui.*
7 *Præstimonia erecta in titulum, cadunt sub regula 8. de Mensibus & Alternativa.*
8 *Qui possidet Præstimonium erectum in titulum, gaudet fori privilegio.*
9 *Potest quis ad sacros Ordines promoveri, quando habet præstimonium sufficiens erectum in titulum beneficij perpetui.*
10 *Loca Collegialia perpetua, vel non perpetua, regulantur adinstar præstimonij perpetui, vel non perpetui.*
11 *Loca Collegialia temporalia non admittunt provisionem ad vitam in Gallia, contra voluntatem fundatoris.*

1 PRæstimonium, seu portio præstimonialis, est annuus quidam proventus, ex beneficiorum reditibus detractus, & ad sustentandos juvenes qui litteris incumbunt destinatus. Aliquando etiam præstimonia fuerunt instituta pro subsidio contra infideles: 2 † Ideo pluralitas eorum non est prohibita in diversis Ecclesiis, quia in mera temporalitate consistunt: & non sunt propriè beneficia, sed potius quædam stipendia, de quibus etiam non est facienda mentio in rescripto beneficiali, neque inducunt incompatibilitatem: ut benè explicat Staphil. *de litter.grat.in 5.forma expectativar. per totum illud capitulum.* 3 † Et ideo præstimonia non habent aliquam residentiam, nec denominationem. Petr. Gregor. 4 *in institut. rei benefic. capit. 11. numero 17.* † neque hujusmodi præstimonia comprehenduntur sub regula 8. seu 9. Cancell. *de Mensibus & Alternativa,* 5 † quia non dantur in titulum, neque annexum habent aliquod onus spirituale, ut ostendit Barbos. *de Episc. part.3. allegat.57. numero 149.* post Gonzal. *ad dictam regul. glossa 5. §.2.* Nicol. Gars. *part.1. cap.2. à numero 118.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.2. quæst.1. numero 125.*

6 Qui tamen omnes intelligunt prædicta procedere, quando præstimonium retinet naturam suam antiquam, & non datur in titulum beneficij, nec habet aliquod onus spirituale annexum: si enim daretur clerico in titulum beneficij perpetui, tunc omnia, quæ de beneficio dicuntur, locum etiam haberent in istis præstimoniis: ut dicunt Barbos. & Gars. *in locis supra citatis:* & est communis resolutio, quam etiam affert idem Barbos. *de jur. Eccles. universi. lib.3. cap.8. num.5.* Rebuff. *de pacif. possess. numero 106.* Et in hoc sensu accipiendum est quod dicitur apud Ludovis. *decis.54. ante numerum 1.* Et 7 ideo hæc præstimonia, in titulum perpetui beneficij erecta, cadunt sub regula mensium: ex Barbos. *de Episcop. dicta allegat.57. numero 149.* † Et ha- 8 bens hujusmodi præstimonium in titulum perpetui beneficij erectum, gaudet privilegio fori. Idem Barbos. *de Episcop. allegat. 12. numero 11.* Et qui 9 habet hujus generis præstimonium, potest admitti ad sacros Ordines ab Episcopo illius loci, in quo est præstimonium; vel ab alio cum litteris dimissoriis illius Episcopi. Campanil. *in diversor. jur. Canon. Rubr.9. cap. 8. numero 19. versic. & qui alicubi possideret,* & dictam distinctionem sequitur Gonzal. *d. reg.8. glossa 5. §. 2. per totum.*

Quod autem de præstimoniis dictum est, eodem 10 modo, imò fortiùs adaptari potest ad loca Collegialia: tum quia non dantur ad vitam: (exceptis quibusdam Collegiatis qui perpetui nuncupantur;) si enim ad vitam, & in titulum beneficij perpetui concederentur, verè essent beneficia Ecclesiastica. Petr. Gregor. *in institut. rei benefic. cap. 11. numero 18.* † Et ideo hujusmodi loca Collegialia ibi sita 11 non subjacent nominationi, aut Graduatorum impetrationi ex capite gradus: quia illis non provideretur ad vitam, contra mentem concessionis ad favorem ipsorum factæ, ut per Rebuff. *in tract. de Nominat. quæstione 15. numero 22.*

§. 9.

De Præbendis, & Distributionibus quotidianis, & fructibus beneficiorum.

1 *Præbenda distinguitur à beneficio, tanquam species à genere.*
2 *Præbenda est jus percipiendi reditus, restrictum ad id quod percipitur ratione Canonicatus.*
3 *Quando in Ecclesia nulli sunt reditus præter præbendas, tunc præbendæ veniunt appellatione beneficij.*
4 *Explicantur varij modi, quibus nomen Præbendæ accipitur.*
5 *Præbenda est jus spirituale, connotans perceptionem commodi temporalis.*
6 *Nemo potest recipi in Canonicum sine præbenda actuali, vel saltem habituali.*
7 *Canonicus supernumerarius sine præbenda, habet nomen ventosum & inutile.*
8 *Canonicus intra numerum receptus, habet stallum in Choro, & vocem in Capitulo, & percipit distributiones, & alia lucra; licet non habeat aliquam præbendam actualem: & potest sub illo titulo promoveri ad sacros Ordines.*
9 *Præbenda largo modo sumpta, consistere potest sine canonicatu.*
10 *Beneficiati, & portionarij, impropriè dici possunt præbendati.*
11 *Præbenda largissimè sumpta, potest convenire perceptioni salarij, vel lucri temporalis, debita laico.*
12 *Impetrans Canonicatum, utrùm teneatur facere mentionem de præbenda.*
13 *Si præbenda sit canonicatui annexa, non est illius expressio facienda in impetratione canonicatus.*
14 *Præbenda per annexionem, fit unum, idemque corpus cum beneficio.*
15 *Concesso canonicatu, censetur concessa præbenda illi annexa.*

16 *Annexio præbendæ probatur ex eo quod certus eſt numerus canonicorum, & certus numerus præbendarum.*

17 *Solam diſtinctionem præbendarum non eſſe ſufficientem probationem annexionis ipſarum ad Canonicatum, ex mente Rotæ Romanæ.*

18 *Annexio præbendæ ad canonicatum non probatur, niſi conſtet quod unum ſine alio non conſuevit conferri.*

19 *Poteſt fieri ut præbenda ſit Sacerdotalis, canonicatus verò non ſit talis.*

20 *Sufficit mentionem facere de pertinentiis in impetratione canonicatus, ut veniat præbenda, quando canonicus fierat optare ſuo tempore præbendam.*

21 *Clauſula, cum pertinentiis, continet ſpem optandi præbendam.*

22 *Si quis vult ſuccedere in præbenda non annexa, debet de ea in ſuis proviſionibus facere mentionem.*

23 *Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione beneficiorum.*

24 *Beneficia dividi nequeunt, fructus tamen illorum diviſionem patiuntur.*

25 *Diſtributiones non ſunt propriè fructus beneficij.*

26 *Diſtributiones quotidianæ in valore fructuum, regulariter non computantur.*

27 *Diſpenſatus, ut lucretur fructus in abſentia, non lucratur diſtributiones.*

28 *Fructus, qui certo anni tempore diſtribuuntur, non habita ratione diurni ſervitij, non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ.*

29 *Quando beneficium non conſiſtit in diſtributionibus, illa fructuum appellatione continentur.*

30 *Impropriè nuncupantur beneficia quotidianæ diſtributiones, quæ ab aliquibus manualia beneficia, ob manualiter factam traditionem, nuncupantur.*

31 *Condemnatus ad reſtitutionem fructuum beneficij, deducit quæſita ex ſuo labore.*

32 *Qui eſt in mala fide, tenetur ad reſtitutionem fructuum beneficij, ex labore perſonali prodeuntium.*

33 *Quando omnia lucra beneficij pendent ex labore perſonali, condemnatus ad fructus, tenetur quæſita ex illo labore reſtituere.*

34 *Intruſus dicitur qui poſſidet ſine titulo, & numero 35.*

36 *Duo ejuſdem beneficij in ſolidum poſſeſſores eſſe non poſſunt.*

37 *Parochus non incurrit pœnam privationis ob abſentiam, niſi prævia citatione, & aliis requiſitis, de quibus ibi.*

38 *Occupans beneficium alterius qui illud poſſidebat, nec privatus erat, & ſe in eo ingerens, dicitur intruſus.*

39 *Intruſus condemnandus etiam eſt ad fructus ex ſuo labore perceptos.*

40 *Intruſus mala fidei poſſeſſor condemnandus eſt tam ad fructus beneficij perceptos, quàm ad eos quæ percipi potuiſſent.*

41 *Qui ſine titulo percipit diſtributiones quotidianas ex beneficio alieno, tenetur, & condemnandus eſt ad illarum omnimodam reſtitutionem.*

42 *Condemnandus nemo eſt ad reſtitutionem fructuum beneficij, niſi à die qua fuit in mora conſtitutus.*

43 *Quando agitur de liquidandis fructibus, qui ex beneficio percipi potuerunt, non eſt attendenda perſona condemnati, ſed perſona actoris: & fructus liquidandi juxta id quod ipſe actor percipere potuiſſet.*

PRæbenda diſtinguitur à beneficio tanquam ſpecies à genere, quia beneficij nomen comprehendit omne jus reditus Eccleſiaſticos percipiendi. † Præbenda verò eſt jus reditus percipiendi reſtrictum ad reditus qui percipiuntur ratione canonicatus: ut dicit Barboſ. *in tract. de Canonic. & dignitat. cap. 12. num. 24.* ubi dicit ita intelligendos eſſe textus in *cap. cùm in Eccleſia, de præbend. & in cap. Quia, de verbor. ſignificat.* † Unde infert in materia ſtricta, præbendam beneficij appellatione non contineri, niſi tamen ageretur de Eccleſia, in qua non ſunt alia beneficia niſi præbendæ, ut idem author tradit *loco citato, num. 25. & 27.*

Sed pro majori hujus rei explicatione ſciendum eſt, nomen præbendæ variis modis ſumi. Primò pro jure percipiendi certos proventus in Eccleſia, tanquam divini officij, cui clericus inſiſtit tanquam Canonicus, & tanquam unus de Capitulo: & hoc modo nomen præbendæ ſumitur in ſua propria ſignificatione; & hac ratione præbenda dicitur pendere à canonicatu, & dicitur filia canonicatus: quia non poteſt eſſe canonicatus ſine præbenda, *cap. relatum, de præbend. cap. cùm ſuper, de conceſſ. præbend.* † & ita præbenda habet originem à jure ſpeciali, & exquutionem ſeu effectum in perceptione commoditatis, & emolumentorum temporalium: ſemper tamen eſt ius ſpirituale connotans perceptionem temporalium, ut notat Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 19. num. 10.* † Licèt poſſit quis recipi in canonicum ſine præbenda actuali, modò habeat habitualem; & ſic receptus dicitur Canonicus in herba, cùm nunc habeat jus in ſpe quoad præbendam. Quod duobus modis contingere poteſt: † Primò, cùm quis recipitur in Canonicum ſupernumerarium, donec adveniat caſus vacationis canonicatus unius ex numeratis: & hoc modo habet nomen Canonici inutile, & vanum. † Secundo modo recipitur in Canonicum innumerum; ſed nullam habet præbendam actualem, quia ſoli Canonici antiquiores obtinent præbendam, ſeu per viam optionis, ſeu aliter; & hic eſt numen canonicatus non eſt ventoſum: qui ille, qui fuit ſic receptus in Canonicum, habet ſuum in Choro, & vocem in Capitulo, ſi alioquin ſit idoneus; & percipit diſtributiones quotidianas: ratione cujus juris poteſt recipi ad ſacros ordines ſub titulo illius canonicatus, ſi illæ diſtributiones ſint ſufficientes ad victum, & ſuſtentationem ordinandi. Hæc eliciuntur ex notatis per Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 19. num. 4. & 7.*

Secundo modo nomen præbendæ ſumitur largè modo, pro omni jure percipiendi proventus in Eccleſia ratione divini officij; non tamen ratione canonicatus, ſed ratione alterius ſervitij: *cap. cum Eccleſia 25. de præbend. in 6.* † Et hoc modo nomen præbendæ poſſet adaptari beneficiatis, & portionariis, ac etiam aliis qui Canonici non ſunt, in Eccleſia Divinis inſervientibus; & hæc vocatur portio, ſeu quaſi præbenda: unde beneficiati etiam portionarij dici poſſunt, ut oſtendimus *lib. 1. cap. 15. numero 5.*

Tertio modo capitur largè, pro qualibet perceptione rei temporalis intuitu Eccleſiæ; ſed non intuitu ſervitij divini: ut ſi Advocato Capituli, ſeu alteri, qui Eccleſiæ rebus operam dat, aſſignentur, vel

vel etiam largissimè pro ipso prædio, quod loco præbendæ assignatur Canonico, vel pro temporalitate fructuum canonicatus, qui cùm sint merè temporales, vendi, locari, & aliàs possunt alienari: ut notat Rip. *in cap. cùm M. Ferrariensis, de constitut. numero* 170. quem sequitur Massobr. *in prax. concurs. prælud.* 19. *in princip.* & alij.

12 His ita suppositis, dubitari potest utrùm impetrata præbenda censeatur impetratus canonicatus, & è converso, utrùm in impetratione canonicatus, necesse sit exprimere præbendam? Quam quæstionem aliàs habui in facto, & ex certis causis Consului, ut impetrans iterum recurreret ad Papam, ut sanaret ipsum defectum expressionis præbendæ, prout factum fuit; sed in illo casu aderat major defectus, quia non fuerat expressus canonicatus, quem obtinebat Præpositus, cujus beneficium fuerat resignatum, cùm simul esset Præpositus, & Canonicus: sed de his aliàs agemus: stricte ergo deveniendo ad resolutionem quæstionis propositæ, de qua Barbos. *de*
13 *Canonic. & Dignitat. dicto cap. 12. num. 28.* † Ego paucis respondendo existimo, quod si præbenda sit annexa canonicatui, non est necessariò de eo facienda mentio in impetratione canonicatus, sicut quando unum beneficium est alteri unitum accessoriè, non est necesse de beneficio unito facere mentionem in
14 impetratione: ex pluribus quos citat Barbos. *de jur. Eccles. universi lib. 13. cap. 16. num. 10.* † quia per talem annexionem præbenda fuit effecta unum corpus, & una eademque res cum canonicatu. Lotter. *dict. lib. 1. cap. 19. numero* 23. Quandoquidem tunc præbendæ sunt in Ecclesia distinctæ, & quilibet Canonicus obtinendo suum canonicatum, suam etiam obtinet præbendam illi canonicatui annexam, &
15 cum ipso effectam unum individuum: † unde concesso canonicatu, concessa etiam censetur præbenda hujusmodi annexa, & inseparabilis à canonicatu, sive per viam accessorij, sive (ut voluit Surd. *decis.*
16 192. *numero* 19.) per viam connexitatis.† Nam probato quod in Ecclesia sit certus numerus Canonicorum, & certus numerus præbendarum, sequitur probatum quod præbendæ sint annexæ canonicatibus;
17 ex doctrina Abbat. *in cap. maioribus, de præbend.* Put. *decis. 196. numer. 1. lib. 2. in correctis.* † Quanquam ad probandam annexionem præbendæ, non sufficere quod constet in Ecclesia præbendas esse distinctas, existimet Rot. *decis. 421. num. 6. part. 1. recentior.*
18 † nec sufficit, ad probandam annexionem, verificare quod præbenda & canonicatus simul conferri consueverunt; sed probandum est, quod unum sine altero non consuevit conferri, ut Rota *ibidem* cen-
19 suit *num.* 8. † unde concludit, præbendam esse posse sacerdotalem; canonicatum verò non sacerdotalem, tanquam duo invicem diversa.

20 Si verò præbenda non sit annexa canonicatui, veluti dum in Ecclesia minor est numerus præbendarum, quàm canonicatuum; & canonicatus quidem conferuntur cum expectatione præbendæ, quæ defertur adveniente vacatione juxta ordinem antiquitatis, *cap. statuimus 15. de majorit. & obedient.* & per modum opinionis; tunc sufficit de canonicatu mentionem facere, *cum illius juribus & pertinentiis:*
21 † quæ clausula etiam comprehendit jus optandi ad præbendam, ex rationibus deductis per Francisc.
22 Marc. *decis. Delphinat. 134.* † nisi tamen ageretur de provisione Apostolica, & impetrans vellet succedere in præbenda per resignantem aut defunctum, ex cujus persona beneficium vacabat, obtenta: nam hoc casu necessariò fieri debet mentio hujus præbendæ; cùm jus optandi sit annexum canonicatui, &

de illius pertinentiis; sed non ista præbenda, quæ non magis huic Canonicatui, quàm aliis annexa est: imò & potiùs aliis, tanquam antiquioribus, addicta: ad quod faciunt tradita per Lotter. *dicta quæst. 19. num.* 30. & quæ nos aliàs de jure optandi diximus *lib. 1. cap.* 110. maximè *numero* 18.

Quod autem attinet ad distributiones quotidianas, certum est ex proprietate sermonis, illas non 23
esse beneficia, nec beneficiorum appellatione contineri; cùm nec ipsi quidem fructus veniant sub nomine beneficij, qui tamen majorem cum beneficio connexionem habent; cùm immediatè ex ipso beneficio procedant: distributiones verò ex illo quidem causam & originem desumant, sed connotando laborem diu, num, & servitium personale in Ecclesia factum: † unde licèt beneficia dividi non possint, 24
neque ad duos pertinere; fructus tamen beneficij, tanquam merè temporales, & ab ipso beneficij corpore distinctos, & separatos, ad duos ex causa pertinere, non est inconveniens: *cap. proposuit, & ibi* Abb. *num. 2. de filiis Presbyteror.* Ludovis. *decis. 479. num. 2.* † Distributiones siquidem quotidianæ, licèt 25
dentur propter beneficium, fructus tamen non sunt: *cap. unic. de cleric. non resident. lib. 6.* † unde nec in 26
valore fructuum beneficij solent regulariter computari. Rebuff. *in tractat. Nominat. quæst. 9. num. 42. & sequent.* Staphil. *in tract. de grat. & expectat. in 9. forma, num. 65.* Selu. *de benefic. part. 3. quæst. 12. num. 33. & 34.* Lancellot. *de Attentat. part. 3. cap. ult. num. 31.* Ricc. *collect. 1451. versic. hinc infertur.* † Unde aliàs Consului cuidam, qui gratiam ha- 27
bebat ut fructus canonicatus in absentia occasione studij per aliquot annos perciperet; hanc non sufficere, ut posset lucrari distributiones quotidianas, sed majori expressione indigere. Gloss. *in dict. cap. unic. de cleric. non resident. lib. 6. in verb. adfuerunt.* Gonzal. *ad regul. 8. §. 7. proœmiali, numero* 175. † 28
Quod non obtineret, si præbendæ possiderentur in communi, deinde singulariter certo anni tempore distribuerentur: quia tunc fructuum beneficij appellatione præbendæ continerentur: essent enim ij fructus grossi, succedentes in locum præbendæ. Rot. *decis. 449. numero 1. part. 2. recentior.*

Similiter si beneficium non consisteret in aliis 29
fructibus, præterquam in distributionibus quotidianis; tunc fructuum nomine continerentur. Gonzal. *ad dictam regul. 8. dicto §. 7. num. 157.*

Impropriè tamen distributiones quotidianæ di- 30
ci possunt beneficia, hoc est, utilitates ex canonicatu prodeuntes; quæ manualia beneficia hoc sensu nuncupantur, non ratione amovibilitatis, de qua superius egimus; sed ratione manualiter factæ traditionis, & receptionis: ut explicat Monet. *de distribut. quotid. part. 1. cap. 2. quæstion. 2. numero 12. & sequentibus.*

Porro circa id quod mox diximus, illum qui con- 31
demnatus fuit ad restitutionem fructuum beneficij, non teneri restituere distributiones quotidianas, nec illa quæ ratione servitij personalis lucratus fuit, subsistendum est; cum non ita simpliciter intelligi debeat: nam Ego nuper Consului, nempe anno 1645. (& juxta meum consilium fuit judicatum) quod licèt illa regula generalis sit vera, nempe condemnatum ad fructus beneficij restituendos, illa deducere posse quæ lucratus fuit ob laborem, & servitium personale, ex supradictis, & traditis per Boër. *decis. 340. n. 4.*

Tamen ex facti circumstantiis contrarium obti- 32
nui, quia in facto verum erat quod verus Parochus semper in actis, & extra protestatus fuerat, quod per eum non stabat quominus Ecclesiæ suæ inservi-

ret;

ret : & quæ proteſtatio ſignificata fuerat injuſto detentori ; & ideo per eam fuerat conſtitutus in mala fide, cujus ratione tenetur, & condemnandus eſt ad fructus, ſeu emolumenta provenientia ex ſervitio perſonali. Lancellot. *de attentat. part. 3. cap. 31. numero 31.*

33 Et id maximè procedere Dixi in caſu illo, in quo omnes Eccleſiæ proventus conſiſtunt in lucris, quæ percipiuntur ex ſervitio perſonali : ita ut ſi tale ſervitium deducendum eſſet, condemnatio eſſet inutilis. Monet. *de diſtribut. quotidian. part. 1. quæſt. 6. numero 16.* Gonzal. *ad regul. 8. §. 7. procem. num. 157.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 39.*

34 Secundò, quia detentor ille erat omninò intruſus in illo beneficio, cùm nullum haberet legitimum & canonicum titulum ; fuerat enim duntaxat deputatus ab Archiepiſcopo, donec verus & legitimus Parochus rediret ad ſervitium ſuæ parochiæ, à qua abſens erat ; & ſic ſtatim ipſo redeunte, & declarante ſe promptum & paratum eſſe ſuæ Parochiæ, juxta munus ſibi injunctum, deſervire ; & illam declarationem huic Preſbytero deputato intimari faciente ; iſte cœpit ſine jure, & ſine titulo poſſidere : quia ejus titulus non erat titulus, cùm eſſet amovibilis, & deputatus ad tempus : & quatenus habuiſſet aliquem titulum improprium, ille fuiſſet extinctus per reditum, & declarationem dicti veri Parochi :

35 † unde poſſidens, ſeu occupans ſine titulo, verus erat intruſus. Menoch. *remed. 15. recuperand. poſſeſſ. numero 459.* cùm generaliter intruſus dicatur, qui poſſidet ſine canonico titulo. Pariſ. *de reſignat. lib. 7. quæſtione 1. numero 115.*

36 Item quia, cùm duo in ſolidum ejuſdem beneficij poſſeſſores eſſe non poſſint, & beneficium ſit individuum ; Ludoviſ. *deciſ. 479. numero 2.* dictuſque verus Parochus nunquam ſuum beneficium amiſiſ-

37 ſet, etiam ſtante abſentia, cujus occaſione, † ut privationis pœnam incurreret, requirebatur ſententia declaratoria vacationis & privationis, debebatque ille in primis perſonaliter citari, & ſi reperiri non potuiſſet, vocandus erat per Edictum ; & poſt ultimum Edictum, adhuc debebat expectari per ſex menſes ; aliàs privatio, his non obſervatis, nulla eſt. Mantic. *deciſion. 12.* Barboſ. *de offic. & poteſtat. Paroch. capit. 8. num. 75.* † ſed in effectu Archiepiſcopus nullam pœnam privationis huic vero Parocho indixerat, aut declaraverat ; & per conſequens ejus beneficium non vacabat : ideò occupans dictum beneficium erat illegitimus detentor, & verus intruſus. Illuſtriſſimus Dominus Argellus *in ſuo eruditiſſimo tractat. de legit. contradict. quæſt. 5. numero 77. & 78.*

38

39 Intruſus autem condemnandus eſt, tam ad fructus perceptos immediatè ex beneficio, quàm ad perceptos ex ſuo labore & ſervitio perſonali, veluti ad diſtributiones quotidianas, & alia ſimilia. Gonzal.

40 *dict. §. 7. Proœmial. num. 61. maximè in 4. limit.* † quia debet condemnari ad fructus, tam perceptos, quàm ad eos quos legitimus Parochus potuiſſet percipere, & percepiſſet, ſi non fuiſſet impeditus : ut ibi Gonzal. *num. 161. in princip.* Monet. *de diſtribut. quotidian. part. 1. quæſt. 6. num. 17. in 4. limitat.* Marcheſan. *de commiſſion. part. 1. in tit. de commiſſ. appellat. de exequut. Brevis, cap. 1. num. 152. pag. 330.*

41 Quod DD. locum habere volunt, etiamſi iſte verus Parochus nullam feciſſet proteſtationem : ergo multò fortiùs facta & ſæpiùs repetita, & intimata illa proteſtatione. Duran. *deciſ. 55. num. 13.* ubi bene comprobatur, eum qui ſine titulo diſtributiones quotidianas percepit, teneri ad illas reſtituendas.

Prædicta tamen hic intelligenda Dixi, ut iſte de-42 putatus ad exercendam curam animarum in abſentia legitimi Parochi, non eſſet condemnandus ad reſtitutionem fructuum, & emolumentorum hujuſmodi, niſi à die moræ, nempe interpellationis, & denunciationis factæ per Parochum, qualiter paratus erat Eccleſiæ & Parochiæ ſuæ deſervire : tum quia abſque mora, & culpa, non eſt locus condemnationi fructuum : tum etiam, quia verus Parochus fructus illos percipere non potuiſſet tempore ſuæ abſentiæ. † Quando autem tractatur de liquidatio-43 ne fructuum, qui percipi poterant, non debet conſiderari perſona detentoris, ſed perſona veri domini. Surd. *deciſ. 282. num. 29.* & ſic perſona dicti veri Parochi, ut iſte intruſus non condemnetur ad illos fructus, quos verus Parochus propter ſuam abſentiam percipere non potuiſſet : & *deciſ. 270. numero 6.* Boër. *deciſ. 268.*

Et ex ſupradictis ſatis explicatum videtur, an & quando Præbendæ, Diſtributiones, & Fructus, inter beneficia debeant recenſeri.

§. 10.

De Beneficiis nondum erectis.

1 *Beneficium quantumvis deſtinatum fuerit per Epiſcopum, & Capitulum ; tamen cenſetur appellatione beneficij, donec actualiter fuerit erectum.*

2 *Quando reſervatio juris præſentandi fuit facta ſimpliciter per beneficiis Collegiatis Eccleſia erigendis, intelligi debet de beneficiis exiſtentibus eo tempore, quo fit erectio Eccleſiæ in Collegiatam ; non autem de poſtea fundatis longè poſt illam erectionem.*

3 *Diſpoſitio collatæ ad certum tempus, non poſſe comprehendere ea, quæ illo tempore nondum erant in eſſe ; ſed ad illa reſtringenda eſt, qua tempore deſtinato extabunt.*

4 *Litteræ Pontificiæ de beneficiis generaliter loquentes, non ſunt extendendæ ad beneficia poſtea vacatura ; ſed ſola tunc, nempe tempore diſpoſitionis vacantia, duntaxat comprehendunt.*

5 *Canonicis nondum exiſtentibus, privilegium regulariter ſuffragari nequit ; ſed de iis ſolis debet intelligi, qui extant tempore conceſſionis, ſeu alterius diſpoſitionis.*

6 *Diſpoſitio loquens de aliqua qualitate reſpectu certi ſubjecti, non poteſt verificari quoad qualitatem, niſi ratione ſubjecti præſuppoſiti.*

7 *Ad inducendam cauſam formalem, neceſſariò requiritur ut adſit materia præparata, & diſpoſita.*

8 *Diſpoſitio non poteſt referri ad id quod non eſt.*

9 *Reſervatio facultatis nominandi ad beneficia in cujus Eccleſia, non debet extendi ad illa, quæ non erant tempore in reſervatione contenta, ſed poſtea ſupervenerunt.*

10 *Patronus non poteſt impedire quominus ædificet conſtrui faciat capellam in Eccleſia, quia eſt de ipſius jurepatronatus ; quia per talem conſtructionem augetur cultus divinus.*

11 *Proponitur reſolutio, quod ſi quis ſibi reſervaverit nominationem beneficiorum in Eccleſia, quæ in Collegiatam erigi ſperabatur ; hoc debet intelligi de beneficiis duntaxat jam fundatis tempore erectionis.*

Beneficij

1 BEneficij appellatione non venire beneficium nondum erectum, quantumvis destinatum per Episcopum, & Capitulum, testatur Cardinal. *in Clement. final. quæst. 9. de rescript.* Felin. *in cap. cùm ab eo, colum. 3. versic. Pro quo vide, de rescript.* Anton. Ricciul. *de jur. person. exr. Eccles. grem. existent. lib. 3. cap. 7. num. 15.* ex qua propositione non ita pridem deveni ad sequentem consultationem, cujus fundamentum præcipuum dependet ex hujus propositionis veritate. Casus talis fuit.

Moniales quædam, quæ ab antiquissimo tempore, in quadam Ecclesia curam animarum per duos Parochos exerceri facere solebant; omnia jura sua duobus tunc existentibus Parochis cesserunt, cum facultate numerum Presbyterorum augendi, eisdem cessionariis per Moniales concessa; ita tamen quod contingente vacatione, tam ipsorum Presbyterorum, quibus fiebat concessio; quàm eligendorum, seu per cessum, seu per decessum, vacatio contingeret; jus præsentationis semper ad easdem Moniales pertineat, & spectet.

Et si contingeret dictam Ecclesiam erigi in Collegium Canonicorum, & aliorum Presbyterorum, & servitorum; in eum casum jus præsentandi Canonicos, & alias Dignitates ac Officia pertineat ad Moniales; electio verò Presbyterorum, beneficiatorum, servitorum pertineat ad Capitulum, accedente institutione Episcopi.

Erecta post viginti, aut triginta annos, à tempore dictæ cessionis computandos, dicta Ecclesia in Collegiatam, intacto semper eisdem Monialibus remanente jure præsentandi, prout supra reservatum fuit: Quærebatur utrùm licitum esset piis quibusdam viris, divini cultus augmentum in illa Ecclesia procurare desiderantibus, duos in eadem Ecclesia canonicatus ex proprio patrimonio fundare, reservato sibi ipsis jurepatronatus, & præsentandi duos illos Canonicos novæ fundationis; ita ut nullum jus præsentandi super dictis duobus novis canonicatibus competere possit prædictis Monialibus.

Ego, re in maturam deliberationem deducta, Censui dictas Moniales non esse fundatas in prætensione quam habebant juris præsentandi ad duo hæc beneficia noviter, & longè post illarum fundationem erigenda. Quia reservatio juris patronatus, ac præsentandi, in ipsarum fundatione contenta, duos casus continet invicem omninò distinctos. Primus casus est, quatenus Ecclesia remaneret in statu in quo tunc temporis reperiebatur, hoc est, quod non erigeretur in Ecclesiam Collegiatam; & illo casu Moniales sibi reservarunt jus præsentandi presbyteros, non quoscumque, nec qualescumque; sed eos tantùm qui per dictos cessionarios eligerentur: unde casus ille non poterat comprehendere illos, qui per tertiam & omninò separatam personam fundarentur in futurum, reservato novis fundatoribus jure præsentandi; cùm facultas Monialium sit restricta ad eos, qui per cessionarios eligerentur. Sed hic non erat casus, de quo agendum proponebatur; quia supponimus Ecclesiam fuisse erectam in Collegiatam.

2 Secundus itaque noster erat casus; cùm Ecclesia jam in Collegiatam fuisset erecta: in quo casu jus præsentandi reservatum quidem fuit Monialibus, quoad Canonicos qui erant tempore erectionis in Collegiatam; non quoad futuros, & nondum fundatos: ex regula generali in initio hujusce capitis proposita. Et quia verbum *præsentandi* erat conjunctum cum verbo *erigi*. Et ita præsentatio censetur reservata, facta relatione ad tempus erectionis in Collegiatam: quia qualitas adjuncta verbo, debet regulari & explicari secundùm tempus verbi, *l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxalibus action. l. 1. §. tutoris, ff. quod jussu, l. Titius*, & *ibi* Bartol. *ff. de testam. milit.* Roman. *consil. 442. num. 2.* Rot. *decis. 496. numero 2. part. 1. recentior.* & omnis promissio intelligitur rebus sic stantibus, *l. continuus, §. cùm quis, ff. de verbor. obligat.* Unde mutato rerum statu, & facta nova Canonicorum fundatione, cessabit profectò reservatio juris præsentandi quoad canonicatus novæ istius fundationis.

Idque potissimùm probari videtur ex eò, quod reservatio illa juris præsentandi, videtur facta cum verbis restrictivis, relationem habentibus ad solam erectionem Ecclesiæ in Collegiatam, ut patet ex illis verbis: *In eum casum*, qui casus cùm jam à multis annis fuerit verificatus, & nullum habeat tractum temporis in futurum; sequitur ✝ reservationem illam juris præsentandi, non posse suum effectum producere ratione fundationis beneficiorum, seu canonicatuum post centum annos, & ultra, à tempore erectionis in Collegiatam fundandorum. Roland. *cons. 56. numero 20. & sequentibus, col. 3.* Mart. *de clausul. part. 3. claus. 88.*

3 Unde succedit regula generalis ab initio proposita, quod quæcumque dispositio loquens de beneficiis etiam vacaturis, intelligenda est de beneficiis tunc existentibus, & jam creatis; nec extendenda ad erigenda & creanda post tempus dispositionis: text. est in *Clement. final. de rescript.* cujus hæc sunt verba: *Litteras nostras super conferendo tibi beneficio vacaturo directas, ad beneficium post datam ipsarum creatum, statuimus non extendi.* † Ratio est, quia dispositio non potest referri ad ea, quæ tempore ipsius nullum habebant fundamentum in re, nec tunc adhuc erant in esse: *cap. ad audientiam 5. de Eccles. ædificand.* ibi: *Cùm nulli adhuc Canonici ibi existant, quibus privilegium concedatur.* Et *can. quod verò 32. quæst. 2.* ibi, *quia nondum viva dici potest anima in eo corpore quod sensu caret.* Sicut emptio, & pactum, non trahitur ad ea quæ non sunt; & ignorantur tempore venditionis, aut pacti: *l. Rutilia, ff. de contrahend. empt. l. fratres, ff. de pœn.* sic de beneficio non extante non potuit intelligi dispositio, vel reservatio Monialium; cùm non ens regulariter non possit subjici intentioni loquentis, sicut patet in teste deponente: *cap. bonæ 22. de elect. in 6.*

4 Præterea in ista reservatione juris præsentandi, duo sunt consideranda quæ subjiciuntur huic reservationi, videlicet subjectum, & qualitas: subiectum, est beneficii existentia: qualitas verò est erectio. Atqui reservatio respicit qualitatem, & non subiectum: unde Moniales, loquendo in reservatione de beneficio erigendo, supponunt substantiam in esse, & qualitatem in fieri: quia erigi non potest, quod non est: & sic reservatio comprehendit solùm beneficia existentia, & fundata: & fundationes iam factas, ac existentes, non autem futuras; quæ sub titulo erectionis cadere non poterant: argum. eorum quæ notantur in *l. à filio, §. 1. ff. de aliment. legat.* & in *l. si quis legaverit, ff. de aur. & argent. leg.*

5 Quod ratione evidenti probatur, quia ad inducendam formalem dispositionem, requiritur quod causa agens reperiat materiam dispositam, in quam intendit influere formam, secundùm tempus operationis; aliàs frustra influere formam in rem, quæ nondum est, *cap. bonæ 16. de election.*

6 Unde reservatio restricta ad causam erectionis, non potest imprimere suam formam, nisi ad fundationes tunc existentes, nempe de tempore dictæ erectionis in Collegiatam, ad quod tempus se refert dispositio:

ſitio: & ita concludunt omnes DD. in *dicta Clement. final. de reſcript.* Joan. Bapt. Ferret. *conſil. 2. num. 5. volum. 1.* Seraphin. *deciſ. 1444. num. 6.* † ubi dicitur, quod reſervatio facultatis nominandi, non debet comprehendere beneficia poſtea creata.

10 Neque audiendæ ſunt Moniales, ſi velint ſe opponere adversùs novam hanc fundationem; cùm per eam nullum ipſis inferatur præjudicium quoad canonicatus ab earum nominatione dependentes; & cultus divinus augeatur. † Sicut in ſimili, Patronus non poteſt impedire, quin de novo conſtruatur capella ad augmentum cultus divini in Eccleſia patronata. Lambertin. *de jur. patronat. lib. 1. part. 1. quæſt. 3. artic. 17.* Lezana *in ſumma regular. part. 3. in verb. ſepultura, num. 15. alias 16.*

11 Et ex his firmata manet dicta Concluſio, quod beneficium nondum erectum, non comprehenditur in diſpoſitionibus loquentibus de beneficio.

§. II.

De Titulo Beneficij.

1 *Tituli beneficiorum nomen, unde originem ſumpſerit.*

2 *Decretum quod nemo ſine titulo ordinetur, unde proceſſerit.*

3 *Explicatur Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. dum vult neminem ordinandum, qui alicui Eccleſiæ non ſit adſcriptus.*

4 *Epiſcopus neminem ad ſacros Ordines promovere poteſt, qui non habeat unde vivere poſſit.*

5 *Epiſcopus promovens ad ſacros ordines eum, qui non habet ſufficientem Titulum beneficij, vel patrimonij, tenetur illi de proprio providere pro alimentis & victu.*

6 *Vnde procedat conſtitutio Concilij prohibens, ne quis abſque titulo promoveri poſſit ad ſacros ordines.*

7 *Titulus patrimonij vel beneficij non eſt neceſſarius in eo, qui ad minores ordines vult promoveri.*

8 *Bona clerico in titulum patrimonij aſſignata non poſſunt vendi, aut alienari.*

9 *In Gallia, circa alienationem patrimonij, fit diſtinctio quoad bona generaliter aſſignata, ut alienari poſſint; non autem aſſignata in ſpecie.*

10 *Sive in genere, ſive in ſpecie aſſignata bona in titulum Patrimonij alienari poſſunt, vel non poſſunt, arbitrio Epiſcopi.*

11 *Bona aſſignata in titulum patrimonij pro alimentis clerici, non poſſunt alienari pro expenſis cauſæ criminalis ipſius, non obſtante ejus contumacia.*

12 *Prohibetur etiam confiſcatio bonorum in titulum patrimonij clerico aſſignatorum.*

13 *Non ſolùm bonorum in titulum patrimonij aſſignatorum proprietas confiſcari non poteſt, ſed nec etiam ipſi fructus illorum.*

14 *Alienare qui non poteſt contrahendo, multo minus delinquendo alienare poterit.*

15 *Alimenta clerico contumaci, & fugitivo, ſemper reſervanda ſunt.*

16 *Confiſcatis bonis clerici, ſemper debet illi reſervari congrua quantitas alimentorum, ne cogatur in dedecus ordinis clericalis mendicare.*

17 *Donatio filio facta ad ſuſcipiendos ſacros ordines, non exigit inſinuationem ex Comitatus Regulamentis requiſitam.*

18 *Statutum ſeu regulamentum quamvis fuerit authoritate Apoſtolica confirmatum, generaliter loquens, pias cauſas minimè comprehendit.*

19 *Donationes factæ cauſâ alimentorum, non ſubjacent inſinuationi.*

20 *Donatio alicui facta, & ad tempus vitæ limitata, non indiget inſinuatione; quia neſcitur quando diutiùs ſit victurus.*

21 *Donatione ad vitam donatarij reſtricta, videtur quodammodò illi ſolus uſusfructus datus.*

22 *Donatione ad vitam alicui facta, eo mortuo bona remanent apud donatorem jure conſolidationis.*

23 *De titulo patrimonij apud quos Doctores tractatur.*

24 *Beneficij titulus quidam verus, alius coloratus: & qua requirantur ut titulus dicatur coloratus.*

25 *Titulus non ſufficit quod colorem recipiat ex poſtfacto, ſed oportet eum eſſe coloratum à principio.*

26 *Collatio facta à Vicario, licèt de ejus facultate non conſtet, præbet titulum coloratum.*

27 *Titulus notoriè nullus non poteſt dici coloratus.*

28 *Minor tituli color requiritur ad effectum ſuſpendi, quàm ad effectum regulæ de triennali.*

29 *Ex titulo nullo non inducitur incompatibilitas, nec illius pœna locus eſt.*

30 *Capellanias duas incompatibiles ſub eodem titulo poſſidens, non juvatur ignorantia juris, ſi credidit illud ſibi licitum eſſe, propter ordinationem fundationis ſic diſponentis.*

31 *Titulus in beneficialibus ſemper producendus eſt in ſcriptis.*

32 *Intellige, quando agitur pro obtinenda beneficij poſſeſſione.*

33 *Si agatur ad conſecutionem jurium, & honorum beneficij, non exigitur ita præciſa tituli proviſio, niſi ageretur de poſſeſſione recenti, non ſuſpecta.*

34 *Titulus anteceſſoris producendus eſt, quando collitigans probavit alium titulum cum poſſeſſione anteriori.*

35 *Titulum anteceſſoris, triennalis poſſeſſor producere non tenetur.*

36 *In beneficialibus, tituli multiplicatio admittitur.*

37 *Intellige ut hoc procedat in eo qui poſſet, vel poſſeſſionem petit; ſecùs eſt in petitorio.*

38 *Quando duplex titulus producitur in beneficialibus, unus produci debet ſubordinatè, & in ſubſidium.*

39 *Intellige ſecundò ut duplicis tituli probatio admittatur, ſi gratiæ ſint inter ſe diverſæ, non ſi contrariæ.*

40 *Titulus, & commenda ſunt inter ſe incompatibilia.*

41 *Reſignatio beneficij, ad cujus titulum quis ad ſacros ordines admiſſus fuit, nulla eſt & invalida.*

42 *Quid debeat exprimi ſecundùm diſpoſitionem Concilij Tridentini in reſignationibus beneficiorum ad quorum titulum quis ad ſacros ordines promotus eſt.*

43 *In beneficiis Gallia, ad quorum titulum quis receptus fuit ad ſacros ordines, non requiritur expreſſa expreſſio, quanta per Concilium Tridentinum eſt neceſſaria.*

44 *Reſignatio beneficii, ad cujus titulum quis promotus eſt ad ſacros ordines, invalida declaratur in Gallia, licèt non fuerit expreſſum in reſignatione illum fuiſſe ſub illo titulo promotum.*

45 Sed

45 *Sufficit in Gallia, quod promotus habeat aliundè ex quo vivere possit.*

46 *Resignatio beneficij, ad cujus titulum quis ad sacros ordines fuit promotus, si facta fuerit coram Ordinario, abdicat jus à resignante; quamvis hoc non fuerit expressum.*

47 *Resignatio hoc modo facta coram Papa, nulla est, & non abdicat jus à resignante: si verò coram Ordinario, vacat beneficium, & collatio devolvitur ad sedem Apostolicam.*

48 *In permutatione beneficij, ad cujus titulum quis suscepit sacros ordines, sufficit quod ex beneficio permutato quis vivere possit.*

49 *Et hoc non solum procedit in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori observandum est.*

QUia dubitari potest de beneficiis in commendam datis, utrùm beneficia verè sint; an verò duntaxat ea quæ dantur in titulum: conveniens visum est, ut de Titulo primùm hoc separato capite, 1 postea verò de Commenda ageremus. † Tituli nomen, teste Petr. Gregor. *in instit. rei benefic.* ab antiquo Ecclesiæ more processit, quo nemo admittebatur in clerum nisi qui certæ Ecclesiæ esset adscriptus: ut ipse ostendit *cap. 8. de institut. numero 1.* Unde illius Ecclesiæ, & Tituli esse dicebantur, in cujus 2 albo erant descripti: † Et inde processit quod legimus in Sacris Canonibus, neminem sine titulo esse ordinandum: *can. sanctorum, canon. neminem, in 1.* 3 *70. distinction.* † Unde sequuta est constitutio sacri Concil. Trident. *sess. 23. cap. 6.* ut nemo ad sacros ordines recipiatur, qui illi Ecclesiæ, aut pio loco, pro cujus utilitate aut necessitate assumitur, non adscribatur. † Hinc ordinatum fuit, ut non liceat Epis- 4 copis aliquem ad sacros Ordines promovere, nisi habeat unde vivere possit, *cap. non liceat 2. de præbend.* saltem de proprio patrimonio: *cap. tuis quæstionibus 23. eod. titul.* Unde processit distinctio tituli patrimonij, & tituli beneficij. † Adeo ut si Episco- 5 pus aliquem promoveat non habentem titulum sufficientem, uno ex duobus illis modis; teneatur de proprio, clerico sic promoto alimenta ministrare: *cap. Episcopus 4. eodem tit. de præbend. & dignitat.* 6 † Hinc etiam processit constitutio dicti Concilij *sess. 21. cap. 2.* ut nemo absque sufficienti titulo beneficij, vel patrimonij ad sacros Ordines admittatur. 7 † Quod tamen in minoribus ordinibus non procedit, ad quorum susceptionem non est necessarius titulus beneficij, vel patrimonij. Garf. *de benefic. part. 2. cap. 5. numero 4.* atque ita servat consuetudo. Et licèt multa de his duobus titulis utilissima afferantur per Barbos. in *notis ad dictum Concil. Trident. sess. 21. cap. 2.* adeo ut hic illa repetere superfluum esset; tamen nonnulla de utroque non inutilia, nos quoque proferemus, quæ in praxi sæpiùs occurrere possint.

8 Et primò quidem quoad Titulum patrimonij, sciendum est quod bona in patrimonium clerici assignata, vendi aut alienari prohibentur per constitutionem dicti Concilij *d. sess. 21. cap. 2. versic. Atque illa deinceps sine licentia Episcopi.* 9 † Sed in Gallia adhibetur distinctio, ut si res certæ in patrimonium assignatæ fuerint, alienari non possint: sed si generaliter quis ad totius patrimonij titulum absque certorum bonorum expressione sacros susceperit ordines, tunc bona particularia possunt vendi, permutari, & aliter alienari: ut testatur Petr. Gregor. *in instit. rei benefic. dict. cavit. 8. numero 2. in fine*, dicens in Comitiis Aureliæ habitis, *articul. 12.* sic fuisse definitum.

Ego autem existimo advertendum esse, quod dis- 10
positio Concilii non simpliciter prohibet bona in patrimonium constituta sacerdoti alienari; sed ita demum si id fiat sine licentia Episcopi. Unde etiamsi generaliter quis ad ordines receptus fuerit sub titulo totius patrimonii, dum procedere volet ad alicuius certæ rei alienationem, debet adhibere Episcopi licentiam, ad hoc ut videat utrùm alienanti certa bona remaneant in patrimonio alia sufficientia ad alimenta, ne in dedecus ordinis clericalis mendicare cogatur; cùm cognitio patrimonii, an sufficiens sit, nec ne, arbitrio Episcopi remittatur. Barbos. *ad dictam sess. 21. cap. 2. num. 63.*

Et ex his Ego aliàs in facti contingentia scripsi 11
pro quodam miseratione digno patre, qui filio patrimonium constituerat; & eum exemi à vexationibus Fiscalium, qui pro multa, & expensis litis criminalis agebant contra ipsum, eo quòd promisisset filium sacerdotio initiandum alere & nutrire, quatenus non esset sufficienter de beneficio attitulatus. Quæ alimenta promissa pignorabant pro suis expensis, & mulcta: Unde dicti Fiscales ex authoritate & iussu Reverendissimi Domini Vicarii illius Diœcesis, viris meis rationibus, illis acquieverunt, & à suis instantiis recesserunt.

Attento quod patrimonium debet deservire pro 12
alimentis sacerdotis, ideo prohibetur eius alienatio; prohibita autem alienatione, prohibetur quoque confiscatio. Fusar. *de substitution. quæst. 529. numero 6. & 8.* † Ubi dicit ex communi opinione, quod ne 13
quidem quoad fructus confiscari possunt. Sfort. Odd. *de fideicomm. ex prohib. alienat. resultant. quæst. 32. numero 80.* † quia qui non potest alienare contrahendo, multo minus delinquendo, *l. fin. & in Authent. res quæ, Cod. commun. de leg.* iuncta *l. Imperator, ff. de fideicommiss. libertat.* Quod ipse melius comprobat cum communi opinione *quæst. 6. articul. 4. numero 62. & sequent.* 14

Præterea quia aut prætendebant Domini Fiscales 15
agere ad distractionem fundorum, aut fructuum; fundi non poterant alienari, quia pater non donaverat fundos filio suo sacros ordines suscepturo; sed solùm declaraverat filium suum tenere, & possidere bona in instrumento designata ad effectum alimentorum ex illis percipiendorum, donec de beneficio illi provisum esset: fructus verò simpliciter alienari non poterant, sed ipsi filio sacerdoti pro alimentis reservandi erant; quantumvis prætenderetur filium deliquisse, aut metu accusationis aufugisse, & ob contumaciam bonorum ipsius publicationi locum esse. Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 36. num. 5. & 6.* † Cùm 16
aliàs generaliter publicatis bonis alicuius, non sit locus confiscationi alimentorum. Guazzin. *de confiscat. bonor. conclus. 13. limitat. 20. num. 6.* ubi alii citantur. Et in specie de clerico tradit Diaz *in pract. crimin. canonic. cap. 132. in fin.* his verbis: *Crederem judicandum esse non solum pium, sed debitum usum in quo dicta bona (publicata) expendi possent vel deberent, in alimentis videlicet clerici damnati, dum viveret, ne aliàs fame mori cogeretur, aut esset aliunde mendicandum pro ejus sustentatione.* Et ita fuit observatum, nec processum ad ulteriores executiones; sed fructus illos pro alimentis sacerdotis fugitivi, non obstante bonorum omnium illius publicatione, reservari iussit dictus Dominus Vicarius.

Ex eodem fonte procedit, quod etiam in alio casu 17
Respondi, nempe donationem per patrem filio factam ob titulum patrimonii, pro sacris ordinibus suscipiendis, non esse suppositam regulamentis Patriæ Comitatus de insinuatione loquentibus: quia † sta- 18

tutum illud, quamvis authoritate Apoſtolica confirmatum, pias cauſas minimè comprehendit. Gratian. *diſcept.foren.c.782.n.24.25.& 26.* Jul.Clar.*in §. donatio,q.17.* Barboſ. *ad l.illud, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*

19 Quod maximè procedit in iſtis donationibus,quæ ex ſpeciali privilegio alimentorum, pro quibus fieri ſolent, non ſubjacent diſpoſitionibus requirentibus inſinuationem. Surd.*de aliment.tit.8.priu.72.n.7.& 8.*

20 Præterea donatio illa erat limitata ad tempus vitæ donatarij Preſbyteri; quo caſu cùm incertum ſit,an ipſe diutius ſit victurus,an brevi moriturus; ratione dubij eventus vitæ, vel mortis, donatio valida eſt, quamvis non fuerit inſinuata: *l. ſancimus, §. ſi quis autem talem, Cod.de Donationib.* Rot. *deciſ.292.n.27.*

21 *part.6.recentior.* † Verùm quia donatio patrimonij erat reſtricta ad tempus vitæ donatarij,ideo ſive uſusfructus ſolùm illi datus fuerit, ut voluit Rot. *deciſ.257.num.5.* apud Burat.*& deciſ.195.n.3.part.7.re-*

22 *centior.* ſive etiam proprietas, † quomodocumque res ſe habeat, ſemper bona poſt mortem donatarij jure conſolidationis ſpectant ad donatorem, vel etiam ad illius hæredes, ſi ipſe deceſſerit ante donatarium: ut fusè, & benè Cephal. *conſil.185. per tot.* maximè *num.37. verſic. Nec obſtat.* Joan. Anton. Bellon *de jur. accreſc.c.7. quæſt.19. num.138.*Mart. Medic. *deciſ.4. num.14.18. & ſeqq.*

23 Reliqua quæ de Titulo patrimonij in medium afferri poſſent, optimè explicantur apud Barboſ. *ad dictum Concil. Tridentin. ſeſſ.21. c.2.* & in *tract. de poteſt. Epiſc. allegat.19. à num.52.* Ideo deueniemus ad titulum beneficij.

24 Beneficij ergo Titulus duplex eſt, unus verus & canonicus, alter verò coloratus. Coloratus ille dicitur, qui obtentus fuit ab eo qui conferendi poteſtatem habebat, ſed tamen propter aliquod impedimentum aut defectum conferre impediebatur. Aut etiamſi defectus procederet ex parte perſonæ collationem recipientis, ſeu etiam & tertiò ſi is qui conferendi poteſtatem habebat, contulerit titulo inutili:

25 † Et titulus iſte ad hoc ut dicatur coloratus,debet intervenire à principio, nec ſufficeret color poſtea ſuperveniens.ita Ranchin.ad Guid.Pap.*deciſ.85.* Rebuf.*de pacif.poſſeſſor.n.42.& 43.* ubi id fuſiùs explicat.

26 Item dicitur titulus coloratus, ſi collatio facta fuerit à Vicario, licèt de illius facultate, & poteſtate non conſtet. Rot. *deciſ.119. num.6.part.1. recentior.* Rebuff. *loco citato.*

27 Si tamen notoriè conſtaret de nullitate tituli, non ampliùs dici poſſet coloratus, etiamſi procederet ab eo qui habet poteſtatem conferendi. Ricc. *collectan.* 2804. *verſic. benè verum.*

28 Et notandum eſt, quod ad effectum ſpolij minor color requiritur quàm ad effectum regulæ de triennali: nam ad hoc ut quis ex titulo colorato ſpolium poſſit intentare, ſufficit proviſio obtenta ab habente poteſtatem; quamvis nulla ſit, aut ſubreptitia, aut quæ aliàs non ſufficeret ad effectum regulæ *de triennali.* Ricc. *collect.* 3173. *verſic. notabilis tamen.* Et Dixi *lib.1. c.85. num.73.*

29 Quod ſi titulus ſit nullus,aut ſubreptitius; adeò pro nihilo reputandus eſt,ut per eum non inducatur pœna introducta contra obtinens plura beneficia incompatibilia,quia pereinde eſt ac ſi nullum beneficium fuiſſet impetratum. Niſi tamen poſſeſſor vi-

30 tium ſcivetit,aut illud ignorare non debuerit † Veluti ſi poſſeſſor duarum capellaniarum ſub eodem tecto, crediderit illas non eſſe incompatibiles, exiſtimans ſibi licitum eſſe utramque ſimul capellaniam obtinere, ſub eo prætextu quod fundatrix diſpoſuerat in ſuo teſtamento duas illas capellanias ſimul obtineri poſſe. Quia cùm teſtatrix illud diſponere contra jus non potuiſſet, & hæc eſſet craſſa juris ignorantia; judicatum fuit illum poſſeſſorem non eſſe excuſandum à pœna privationis, propter illum titulum invalidum; cujus ſcientiam habebat, vel ſaltem habere debebat. Mantic. *deciſ.118. num.16.& 17.*

Præterea notandum eſt, quod in beneficialibus titulus ſemper produci debet in ſcriptis, nec ſufficit quod probatio fiat per teſtes, aut alio modo quàm per ſcripturam. Cod. Fabrian. *lib.1. tit.2. definit.3.*

Produci autem poteſt titulus beneficij ad duplicem effectum: Primò, pro adeptione, vel confirmatione adeptionis beneficij; & hoc caſu omnino producendus eſt in ſcriptis, juxta illam deciſion. Cod. Fabrian. *loco citato.*

Secundò, probatio tituli exigi poteſt in beneficialibus,non quidem ut agatur pro ipſo beneficio, ſed pro aliquibus juribus & pertinentiis beneficij, ut Eccleſiæ, pro quibus beneficij poſſeſſor agit; vel pro conſequenda ſolutione fructuum, vel pecuniarum Eccleſiæ ſeu beneficio debitarum: & tunc non eſt neceſſaria productio tituli in ſcriptis; ſed ſufficit ſola illius præſumptiva probatio, juncta cum poſſeſſione,imò & ſola poſſeſſio, niſi ipſa eſſet recens, ut contra illã aliqua vigeret præſumptiõ. Ricc.*ubi ſup.*

Utrùm autem producendus ſit titulus anteriorum quando collitigans produxit, & probavit titulum anteriorem, & poſſeſſionem alterius,affirmativa deciſum refert Cod. Fabrian. *lib.1. tit.3. definit.*

Sed hoc limitandum eſt,ut locum non habeat, anteceſſor iſtius poſſeſſoris, qui impetitur, poſſeſſor pacificè per triennium: tunc enim neceſſe non eſt illius titulum producere.Ricc.*in prax.aurea, reſol.*

& de hoc videnda ſunt quæ Diximus *lib.1.c.*

Illud etiam in beneficialibus ſpeciali jure conſtitutum eſt, ut quis jus ſuum ex duplici titulo tueri poſſit: quæ tamen titulorum multiplicatio non admittitur in profanis, niſi in certis caſibus, quos recenſet Addit. ad Burat. *deciſ.926.*

Hanc concluſionem intelligit Felin.*in c.in nostra,*

*32.n.2.de Præbend.*ut procedat in eo qui poſſidet, vel poſſeſſionem petit; ſecùs autem in eo qui agit, quia agere non poteſt ex diverſis titulis ſimul,*per text.*

c.ut qui duas,de Elect.in 6. † Dùmodo ſecundus titulus non ſit primo contrarius, ſed obtinatur ſolùm ad cautelam; nec concedatur ab intentore, ſed ordinatè, & ad cautelam; nec conceditur ab intentore illius qui primam conceſſionem fecit,quia hoc eſſet in contemptum Superioris concedentis, ut ibidem copioſiùs Felinus expoſuit poſt Caldrin.*conſ.7. de Election.*& Geminian.*in addit.ad illud conſil.Caldrin.*

Idem etiam benè & fusè Ricc. *collectan.3857.*

Intelligendo tamen ut hoc verum ſit quoad dictas gratias,non autem quoad contrarias; & ideo neceſſe eſt ut uterque titulus tendat ad collationem beneficij in favorem ejuſdem perſonæ, & ad eundem effectum, non contrarium. Exemplum dari poſſet in caſu, in quo ego aliàs Conſului: † nempe quod tinuerat beneficium in titulum, deinde illud volebat obtinere in commendam. Dixi hæc duo contraria, & per adeptionem beneficij in commendam, cenſeri renunciatum collationi in titulum: duo illi tituli ſunt contrarii, & ſe invicem

non poſſunt: ex Roman.*conſil.350.n.13.*

*ſecundum.*Felin.*dict.c.in noſtra,verſic.ſecundo*

Selu.*de benefic.part.3.q.20.n.5.& 6.* & poſt illos Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſ. lib.3. c.13. num.*

Pro coronide advertendum eſt,reſignatarium beneficii,ad cuius titulũ ſacerdos fuit ad ſacros ordines promotus,nullam eſſe & invalidam; ſi non ſit ratum quod reſignans ſub illo titulo ad ordines

missus est. Rot. *decis.* 269. *n.* 1. *part.* 2. *recent.* Ricc. *collectan.* 142. † Et quando talia beneficia, ad quorum titulum quis sacros susceperit Ordines, possint resignari, explicat Gratian. *discept.* 991. *in princip.* Ubi ostendit in hujusmodi beneficiorum resignationibus, non solùm debere narrari quod resignans fuerit promotus ad illum titulum; sed etiam quod habet aliunde ex quo vivere possit, & quod de hoc constare debet antequam resignatio admittatur: quia hoc requiritur pro forma ex dispositione Concilij Tridentin. *loco citat.* Anton. de Marin. *lib.* 1. *resolut. cap.* 37.

43 Sed in Gallia ista Concilij constitutio nondum est recepta: quia Edictum de quo mentionem facit Guenois *in collatione ordinat. Reg. lib.* 1. *tit.* 4. *artic.* 2. non loquitur de titulo beneficij, sed duntaxat de titulo
44 patrimonij, ad quem quis ordinatus fuit. † Unde sæpiùs in supremis Galliæ tribunalibus fuit judicatum resignationem beneficij subsistere, etiamsi in præcibus narratum non fuerit, resignantem fuisse ad Ordines sub titulo beneficij resignati receptum. Robert. *lib.* 2. *rerum judicat. cap.* 2. *in fin.* Maynard. *lib.* 7. *cap.* 83. *n.* 5. & ex Ludovico Choranda Addit. ad Pa-
45 ris. *lib.* 3. *de resignat. benefic. quæst.* 14. *in fin.* † sed tamen exprimi debet, aut saltem probari quod resignans habeat aliunde ex quo vivere possit: ut ibidem notatur in dicta Additione.

46 Sed quomodocumque res se habeat, hoc certum est, quod quando resignatio fit coram Ordinario, quamvis non fuerit narratum resignantem sub illius beneficij titulo fuisse promotum, abdicatur jus à resignante: quia tunc Episcopus qui resignationem admisit, tenetur de proprio providere resignanti de alimentis, si aliunde non habeat. Paris. *dicta quæst.* 14. *n.* 42. referens ita per sacram Congregationem Concilij fuisse declaratum.

47 Sed hoc intelligendum est ut præjudicet utrique; tam ipsi resignanti, quàm resignatario: & collatio hujus beneficij tanquam vacantis devoluatur ad sedem Apostolicam. Si verò resignatio facta fuerit coram Papa, jus non abdicatur à resignante; quia resignatio nulla est: ita docet Gars. *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 224. *& sequentibus, & n.* 228. ubi ponuntur declarationes sacræ Congregationis Concilij.

48 An autem observari debeat præcisè forma Concilij in permutatione beneficij, ad cujus titulum permutans fuit promotus, dubitari potest. Sacra Congregatio Concilij declaravit omninò etiam in permutatione exprimi debere, utrùm quis sub titulo beneficij permutati ad sacros ordines fuerit promotus. Sed deinde iterum declaravit, præmissa non procedere, quando permutans dimisso beneficio, ad cujus titulum fuerat ordinatus, assecutus est pacificam possessionem alterius beneficij, ad sui congruam sustentationem sufficientis: ut refert Rot. apud Ludovis. *de-*
9 *cis.* 441. *n.* 2. *&* 3. Quamvis declarationem illam ad forum conscientiæ restringere videatur Gratian. *dis-*
9 *cept. forens. cap.* 159. *num.* 3. † At illam in utroque foro admittendam esse, post alios tradit Barbos. *ad dictum cap.* 2. *sess.* 22. *Concil. Trident. num.* 32.

§. 21.

De concessione Beneficij in Commendam.

1 *Commendæ nomen propriè sonat in depositum.*
2 *Hodie tamen in beneficialibus latiùs patet nomen Commendæ, nec simplicis depositi instar est.*
3 *Commenda aliquando datur ad utilitatem Ecclesiæ, & hæc non protenditur ultra sex menses.*
4 *Commenda ad utilitatem Ecclesiæ, lapsis sex menses, potest prorogari ex causa ad alios sex menses.*
5 *Quandoque etiam datur Commenda ad utilitatem beneficiati, ut secularis beneficium obtineat regulare; & è contra.*
6 *Episcopus hodie ex Concilio Tridentino non potest amplius commendare beneficia, etiam ad tempus, sed solum Vicarios deputare temporales.*
7 *Quæ sit vis & potestas Commendæ perpetuæ.*
8 *Commenda perpetua habet vim tituli Canonici.*
9 *In Commendis perpetuis locum habent regulæ Cancellariæ, veluti regula de infirmis resignantibus, & similes.*
10 *Hoc procedit etiam in Gallia quoad regulas Cancellariæ, quæ ibidem sunt receptæ.*
11 *In Commendis perpetuis locum habet regula de verisimili notitia.*
12 *Commendæ perpetuæ vacant per promotionem ad Episcopatum.*
13 *In impetratione alterius beneficij debet fieri mentio de Commenda perpetua, quam impetrans obtinet.*
14 *Commendæ perpetua inducit incompatibilitatem, si alia beneficia sint incompatibilia ratione tituli sui.*
15 *Commendatarius Prioratus curam animarum habentis tenetur promoveri intra annum, sicut verus titularis.*
16 *Iste tamen annus, si minori fuerit Commendatum beneficium, numerandus est à die legitimæ ætatis.*
17 *In Commendis, sive perpetuis, sive temporalibus, non habet locum regul.* 8. *vel* 9. *Cancellariæ de* Mensibus & Alternativa, *& infra, numero* 29.
18 *Si commendatarius Prioratus regularis emittat professionem in illa regula cui beneficium subjacet, utrùm Commenda vertatur in titulum.*
19 *Proponuntur rationes pro sententia affirmativa.*
20 *Commenda in Gallia vim obtinet veri, & legitimi tituli.*
21 *Beneficio in titulum possesso nemo renunciare potest, nisi interveniente authoritate Superiorum, nec statum beneficij mutare.*
22 *Possidens beneficium regulare in Commendam, non potest illud propria authoritate convertere in titulum.*
23 *Concluditur pro sententia negativa, nempe per professionem Commendatarij beneficium regulare commendatum non posse obtineri in titulum, sed vacare.*
24 *Commendatarius antequam possessionem emittat, debet novam capere provisionem, alias vacat Commenda.*
25 *Commenda in Gallia permutari potest cum beneficio quod alius possidet in titulum.*
26 *Idem etiam obtinet extra Galliam, contra opinionem quorumdam, quæ non est recipienda.*
27 *Commenda cessante per obitum Commendatarij, vacat beneficium ut prius, id est eo modo, quo vacabat antequam commendaretur.*
28 *In Gallia tamen Commenda vacat eodem modo quo vacaret, si possideretur in titulum.*
29 *In beneficiis commendatis, non est attendendus mensis quo moritur commendatarius; & ideo non habet in illis locum regula mensium, & sup. numero* 17.
30 *Qualitas beneficii regularis probatur ex eo quod concessum fuerit in Commendam personæ seculari.*
31 *Per concessionem beneficij in Commendam, beneficium remanet affectum, propter appositionem manus Papæ: ita ut inferior illud conferre non possit.*

32 *Hoc tamen locum non habet in Gallia, ubi omnes ceſſant reſervationes in vim Concordatorum, ſeu Bullæ Leonis X. ſuper illis editæ.*

33 *Commendatarius perpetuus Monaſterij habet juriſdictionem in Monachos: ipſe tamen coram ſuo judice conveniendus eſt.*

34 *Commendatarius perpetuus tenetur ad omnia onera, ſicut titularis.*

35 *Item habet adminiſtrationem omnium bonorum Monaſterij.*

36 *Item liberam habet fructuum beneficij diſpoſitionẽ.*

37 *Per generalem derogationem privilegiorum conceſſorum quibuſlibet Superioribus Monaſteriorum, cenſetur etiam derogatum privilegiis competentibus Abbatibus Commendatariis.*

CUm beneficia quandoque in titulum, & quandoque in Commendam concedantur, ut ſuprà dictum eſt, & de Titulo in præcedenti §. actum fuerit, ſupereſt ut de Commenda nonnulla utiliora in medium afferamus.

1 Commendæ nomen licèt ex ſui natura videatur ſonare in depoſitum, & commendatarius ſimplicis depoſitarij ex rigore nominis vices obtineat; cùm commendare nihil aliud ſit quàm deponere, *l. com-*
2 *mendare, ff. de verb. ſignificat.* † Ex communi tamen uſu hodie Commendæ nomen latiùs patet in beneficialibus, quàm depoſiti: minoris tamen eſt poteſtatis Commenda ſi ad tempus, quàm ſi in perpetuum, ſeu (quod idem eſt) ad vitam proviſi conceſſa fuerit.

3 † Duplici quippe modo beneficia alicui commendari poſſunt. Primò ad utilitatem Eccleſiæ, & hæc Commenda non poteſt concedi ab Epiſcopo, niſi ad ſex menſes; *cap. nemo*, juncta Gloſſ. *in verb. commendare, de Election. in 6.* † Quamvis ſi poſt finitos ſex men-
4 ſes vigeat eadem cauſa neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ, poſſit Commenda ad alios ſex menſes prorogari. Gloſſ. *in dicto cap. nemo, in verb. Durare.* Rebuff. *in prax. part. 1. tit. de Commend. num. 65.*

5 Secundò commendari poſſunt beneficia ad utilitatem proviſi, nempe ad hoc ut quis duo beneficia obtinere poſſit, quorum unum ſit ſæculare, & aliud regulare; unum videlicet in titulum, & aliud in Commendam, & ad alios effectus, de quibus mox agemus *num. 7.* Qui omnes potiùs tendunt ad utilitatem beneficium obtinentis, quàm Eccleſiæ: & hæc Commenda conceditur perpetuò, ideſt ad vitam prouiſi duratura: vt dicit Rebuff. *loco citato, in dicto titulo de Commend.*

6 Temporalem Commendam etiam hodie ad ſex menſes Epiſcopus concedere non poteſt, non obſtante diſpoſitione prædicti *cap. nemo, de Election. in 6.* quia illius conſtitutio correcta fuit per Sacrum Concil. Tridentinum, cujus vigore ſolùm poteſt Epiſcopus Vicarium temporalem deputare, dum Eccleſiæ neceſſitas hoc requirit; ſervata forma ejuſdem Concilij, *ſeſſ. 24. cap. 18.* ut decrevit ſacra Concilij Congregatio, referente Barboſ. *in recollect. Apoſt. deciſ. collectan. 187. num. 1.*

7 Commendæ ſecundi generis effectus hic eſt, quod non ſolùm duo beneficia incompatibilia, nempe regulare cum ſæculari, ſimul obtineri poſſint, unum in titulum, & aliud in Commendam, ut mox dictum eſt; ſed etiam minori incapaci ad poſſidendum aliquod beneficium in titulum, propter defectum ætatis; poſſit tamen proviſio dari de tali beneficio ſub nomine Commendæ, cum facultate diſponendi de fructibus, & reditibus illius beneficij, & ad ſuos uſus convertendi, ut notat Rebuff. *loco mox citat. tit. de commend.*

Et iſta Commenda perpetua eſt titulus canonicus, 8
cap. Dudum 2. de election. can. ſi plures 21. quæſt. 1. † Et 9
iſtæ commendæ perpetuæ veniunt ſub nomine beneficij, & in diſpoſitionibus in quibus fit mentio beneficij continentur: veluti in regulis Cancellariæ, quibus etiam commendata beneficia ſubjacent: unde & in illis locum habet regula *de infirmis reſignantib.* ut notat Ludovic. Gomeſ. *ad dictam regulam de infirmis, quæſt. 13.* Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 3. definit. 4.*

Quod etiam obſervatur in Gallia, ut regula *de in-* 10
firmis reſignantibus, ſeu *de viginti diebus*, in iſtis Commendis locum habeat. † Item in Commendis iſtis 11
perpetuis locum habet regula *de veriſimili notitia*, teſte Gonzal. *ad regul. 8. de Menſib. gloſſ. 5. §. 8. n. 23.* † Et 12
quemadmodum beneficia conceſſa in titulum illius qui ad Epiſcopatum promovetur, vacant per adeptionem Epiſcopatus, ita & vacant illa quæ obtinentur in Commendam. Rot. *deciſ. 791. n. 8. part. 1. diverſ.* † Et quemadmodum impetratio beneficij nulla eſt, 13
ſi in ea non fiat mentio beneficiorum, quæ impetrans poſſidet in titulum, ad notata copioſè per Felin. *in cap. in noſtra 32. de Reſcript.* ita & exprimi debent illa, quæ poſſidentur in Commendam perpetuam, aliàs gratia nulla eſt. Ricc. *collect. 999. verſic. Item in impetratione.* † Item ex adeptione beneficij in 14
Commendam oritur incompatibilitas cum aliis beneficiis, quæ ex ſui natura erant iam cum hoc adepto incompatibilia. Ricc. *dicto collectan. 999. verſic. Item talis.* † Et ſicut is, qui beneficium habens curam 15
animarum aſſequitur, tenetur ſi non ſit Sacerdos, ſaltem intra annum ad ſacerdotium promoveri; ita & is qui tale beneficium obtinet in Commendam. Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num. 54.*

Ita tamen ut annus minori conceſſus ad ſuſcipiendum ſacrum Preſbyteratus ordinem, in beneficio ipſi in Commendam conceſſo, non numeretur à die proviſionum, ſed à die quo legitimæ ætatis fuerit, ut *ibidem* notat Rebuff. Atque ita iudicatum fuiſſe teſtatur Additio ad Louët *litt. B, num. 4. in verſ. Ce qui n'a lieu contre les Commendataires.* † Non tamen 16
in iſtis commendis etiam perpetuis locum habet regula 8. vel 9. *de Menſibus, & Alternativa*, ut paulò poſt oſtendemus *num. 29.* & docet Gonzal. *ad dictam regulam, gloſſ. 5. §. 8. numero 49.*

Sed notabile dubium quod in praxi ſæpiùs occur- 18
rere poteſt, conſiſtit in eo; utrùm caſu quo ſæcularis poſſidens beneficium regulare in Commendam, fiat religioſus illius ordinis, ſub quo eſt dictum beneficium regulare commendatum; tali caſu Commenda vertatur in titulum, quia non poteſt amplius poſſideri tanquam Commendatum, ceſſante videlicet Commenda per profeſſionem regularem in illo ordine, cui ſubeſt beneficium, emiſſam. † Et ſanè videretur primo intuitu beneficium per profeſſionem fuiſſe converſum in titulum: quia res facilè redit ad priſtinam naturam, & ceſſante per profeſſionem Commenda, remanet in priſtino ſtatu beneficium, nec per profeſſionem poſſeſſor fit deterioris conditionis in beneficio ex ſui natura regulari, & ſolis profeſſo habito: atque ita ex ſupervenientia novi tituli poſſit continuare priſtinam poſſeſſionem eiuſdem beneficii; & ceſſante cauſa depoſiti, ſeu Commendæ, incipiebat poſſidere iure proprii, & veri tituli beneficium regularis; ceſſante videlicet impedimento ex defectu perſonæ proveniente.

In contrariũ tamen dicebatur Commendatarium Gal- 19
lia, ubi beneficium (de quo in hoc facto aliàs conſtitutus fui) ſitum erat, non eſſe cenſendum tanquam depoſitum; ſed vim obtinere veri, perfecti & canonici tituli, ac irrevocabilis, teſte Ferrer. ad Guid. Pap. *quæſt.* 170.

152. Rebuff. *in prax. dicto tit. de commend.* Louët *in sua recollect. arrest. litt. P, n. 43. & litt. R, n. 42. in Addition.* Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 3. de Episc. & Cleric. definit. 34.*
21 *& 35.* Ricc. *dict. collect. 999.* † Atqui beneficio in titulum concesso, nemo renunciare, & statum beneficij mutare potest sine authoritate Superioris: Re-
22 buff. *in dict. tit. de Commend. n. 50.* † ubi dicit religiosum duo beneficia possidentem, unum in titulum & aliud in commendam regularem, non posse reducere in titulum illud quod possidebat in commendam
23 sine authoritate Superiorum: † Et per consequens concludendum est, illud beneficium situm in Gallia, sæculari commendatum, non converti in titulum; sed vacare per professionem regularem in illo ordine
24 emissam: ut notavit Louët *litt. B, n. 12.* † & ideo talis sic professus, quamvis in eodem ordine, cui subjacet beneficium commendatum, professionem emiserit; tenetur novam capere provisionem: aliàs beneficium vacat, & Commenda cessat per dictam professionem, quamvis alteri tanquam vacans assignari non possit, nisi post factam professionem: ut observat Addit. ad Loüet *litt. B, dicto num. 12. in Gloss. C.*

25 Præterea dubitari potest, utrum beneficium alicui in commendam concessum, permutari possit cum beneficio quod ab alio possidetur in titulum? In qua difficultate licèt aliqui Canonistæ negativam sententiam amplectantur; tamen affirmativa verior est, non solùm in Gallia, in qua sic usu forensi receptum fuisse testatur Adrian. Jacquellot *in compend. benefic. exposit. n. 32.* post Petr. Greg. quem allegat *in syntagm. jur. lib.*
26 *17. cap. 17.* Rebuff. *in prax. tit. de commend. n. 53.* † sed etiam extra Galliam hujusmodi permutationem tituli cum commenda admittendam esse, ut tenet Federic. de Sen. *in tract. de permutat. q. 15.* Petr. de Perus. *in eodem tract. n. 9.* & alij quos citat & sequitur Gonzal. *ad dictam regul. 8. gloss. 5. §. 8. num. 24.*

27 Item quæritur quomodò vacent beneficia, Commenda per obitum commendatarij vacante? Vera resolutio est ex juris dispositione, per obitum commendatarij perpetui Commendam non vacare per obitum; sed vacare ut priùs, idest eodem modo, eodemque vacationis genere, quo vacabat antequam commendaretur: ita ut redeat pristina vacatio. Cassador. *dec. 5.* Incipit, *Commendaverat Papa, n. 4. de privileg.* Verall. *dec. 144.* Incipit, *Commendatum beneficium, par. 1.*

28 Quod tamen locum non habet in Gallia; ubi, sicut dictum est, Commenda est loco veri tituli, eandemque sortitur naturam, quam verus titulus: & sic in Gallia, cessante commenda, beneficium non vacat ut priùs, nec resurgit antiqua vacatio; sed vacat eodem modo quo vacaret si possideretur in titulum: & moriente commendatario, vacat & impetrari potest tanquam vacans per obitum hujus ultimi illius beneficij commendati possessoris. Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 2. defi-*
29 *nit. 10.* Videatur Rot. *dec. 141. part. 1. recent.* † Et ex prædictis infertur, quod cùm de jure communi beneficia commendata non vacent per obitum ultimi illorum possessoris; sed cessante commenda, vacant ut priùs; non procedit in beneficiis commendatis dispositio regulæ Mensium & Alternativæ, quamvis in illis locum habeant aliæ regulæ Cancellariæ Apostolicæ, ut supra dictum fuit ex Gonzal. *gloss. 5. §. 8. n. 48.* Sicut si familiaris alicujus Cardinalis possideat beneficium sibi perpetuò commendatum, ipso moriente & per eius obitum cessante Commenda, non est amplius locus regulæ 31. *de impetrand. benef. vacant. per obit. Card.* quia non attenditur obitus istius commendatarij, sed antiqua vacatio resurgit. Cassador. *dec. 5. de Privileg.* quod aliis exemplis illustrat Gonzal. *dict. §. 8. n. 50. & seqq.* Ideò cùm beneficium commendatum vacet ut prius, non est attendendus mensis, quo ultimus Commendatarius vita functus est. Cokier *ad reg. 8. Cancell. gloss. 1. num. 20.*

Hoc etiam in materia Commendæ notandum est, 30
quod regulariter ex eo, quod beneficium fuit commendatum sæculari, oritur probatio status regularis eiusdem beneficii. Rot. *duci. 202. num. 4. part. 1. recentior. & decis. 163. num. 1. & 8. eadem part. 1.*

Dubitari etiam potest, utrum beneficium com- 31
mendatum sit affectum, & reservatum Summo Pontifici; ita ut nullus inferior potestatem habeat illud conferendi? Concludendum est, tale beneficium per 32
appositionem manus Summi Pontificis esse reservatum, nec ab inferioribus collatoribus posse conferri: ut post multos cõcludit Tamburin. *de jur. Abb. part. 1. disp. 4. q. 6. n. 1.* † Quod tamen in Gallia non observatur, quia omnes reservationes sunt sublatæ: ut notat Rebuff. in *prax. dict. tit. de Commend. n. 51. & 59.* & habetur in Concordatis, *sub tit. de reservation.*

Ultimo loco notandum est, quod commendatarius 33
perpetuus Monasterii habet iurisdictionem in Monachos. Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 3. definit. 34.* ipse tamen debet conveniri coram suo iudice. Idem *definit. 35.*

Et sicut talis commendatarius tenetur ad omnia 34
onera, perinde ac si esset verus titularis, ex Tambur. *de jur. Abb. part. 3. disp. 11. quæst. 14. n. 2. & sequent.* † 35
Ita quoque habet liberam administrationem, & iura omnia Monasterii, sicut si esset titularis, nisi quatenus expresè id ademptum ipsi fuerit. Rebuff. *dicto tit. de Commend. n. 6.* † & disponere potest de fructi- 36
bus beneficii commendati. Garf. *de benefic. part. 4. q. 4. n. 7.* † Et per generalem derogationem factam pri- 37
vilegiis concessionis quibusvis Superioribus Monasteriorum, & Ordinum, censetur etiam derogatum privilegiis concessionis commendatarii Monasteriorum: prout decisum testatur Tamburin. *de jur. Abb. part. 1. disp. 4. quæst. 5. num. 6. & 7.*

§. 13.

De Coadjutoribus, & Coadjutoriis.

1 *Coadjutoria temporalis quæ sit, & quomodò finiatur.*
2 *Coadjutoria cum futura successione dicitur gratia præventiva, & non sit ad solam utilitatem Ecclesiæ, sicut temporalis, sed etiam ad utilitatem provisi.*
3 *Coadjutoria proprie loquendo non continetur appellatione beneficii Ecclesiastici.*
4 *Per coadjutoriam non acquiritur ius in re, sed ad rem.*
5 *Quando datur alicui coadiutor necessarius propter eius infirmitatem, aut alia de causa, non tamen ideo sui beneficii possessione privandus est.*
6 *Canonicus coadiutor non dicitur Canonicus, sed fictus.*
7 *Coadiutor non tenetur capere possessionem beneficii quandiu vivit coadiutus.*
8 *Coadiutor habet quasi possessionem officii coadiutoris, non tamen beneficii in quo coadiutor est deputatus.*
9 *Ex quasi possessione officii coadiutoris nihil potest inferri ad possessionem corporis beneficii.*
10 *Antianitas inter Canonicos non computatur à die Coadiutoriæ, sed à die mortis coadiuti.*
11 *Quamvis una sit supplicatio, tamen duæ gratiæ in illa contineri possunt; una videlicet coadiutoriæ, alia verò futuræ successionis.*
12 *Si prætendatur adesse consuetudinem in Ecclesia, ut antianitas computetur à die adeptæ possessio-*

nis officij coadjutoriæ, debet probari talem conſuetudinem eſſe legitimè præſcriptam.

33 *Mortuo coadjuto, poſſeſſio coadjutoris non dicitur poſſeſſionis antiquæ continuatio, ſed eſt poſſeſſio nova.*

34 *Attentare dicitur qui non continuat poſſeſſionem eodem modo; ſed novo, & penitus diverſo modo poſſidet.*

35 *Immiſſio coadjutori concedenda eſt vivente coadjuto, non quidem ad beneficium, ſed ad officium coadjutoris.*

36 *Coadjutus non eſt legitimus contradictor adverſus coadjutorem volentem adipiſci quaſi poſſeſſionem officy coadjutoriæ.*

37 *Coadjutus qui ſemel petiit coadiutorem ſub prætextu infirmitatis, non poteſt deinde allegare ſe non eſſe infirmum.*

38 *Reſignatio, & coadiutoria multum inter ſe differunt.*

39 *Mortuo coadiuto beneficium non vacat per reſignationem, ſed per obitum.*

40 *Regula* de publicand. reſignation. *non habet locum in coadiutoriis, in quibus publicatio non eſt facienda: & num.22.*

41 *Coadiutoria in multis ſimilis eſt reſignationi.*

42 *In controverſiis inter coadiutorem, & coadiutum ſemper tenor litterarum attendendus eſt.*

43 *Coadiutus tenetur ſuo coadiutori expenſas neceſſarias, ex quibus vivere poſſit, miniſtrare ex beneficii reditibus, niſi aliter in litteris cavcatur.*

44 *Diſtributiones acquiſitæ per coadiutorem debentur coadiuto. Quid iuris ſi coadiutor ſit infirmus, vel adſit aliquod aliud impedimentum in perſona coadiutoris, vel coadiuti. Ibidem.*

45 *Coadiutor ſi reſidere, & inſervire nolit, quibus remediis coadiutus uti poſſit.*

46 *Coadiutorias ſolus ſummus Pontifex concedere poteſt, non autem Legatus, vel Nuncius, niſi ad hoc ſpecialem habuerint facultatem.*

47 *Quæ intervenire ſoleant ad facilius obtinendam gratiam coadiutoriæ.*

48 *Dum Epiſcopo dementi coadiutor deputandus eſt, debet intervenire deliberatio Capituli, in quo interveniant duæ partes Capitulantium, ex tribus.*

49 *In conceſſione coadiutoriæ neceſſe eſt intervenire conſenſum coadiuti.*

50 *Invito coadiutor dari poteſt in caſibus in quibus beneficio privari poſſet.*

51 *Vtrùm per adeptionem beneficii incompatibilis quis cenſeatur renunciare tacitè coadiutoriæ; ita ut mortuo coadiuto, beneficium impetrari poſſit uti vacans per obitum.*

52 *Coadiutoria non inducit incompatibilitatem quoad beneficium, ſed quoad retentionem duorum incompatibilium.*

53 *Vt incompatibilitas inducatur, neceſſaria eſt realis beneficii poſſeſſionis apprehenſio, quæ non fit in coadiutoria, vivente coadiuto. Intellige ut num. ſequenti.*

54 *Coadiutoria exſpirat per mortem, aut incapacitatem coadiutoris.*

55 *Intellige ſi ſit incapacitas, & inhabilitas perpetua.*

56 *Si coadiutor efficiatur cæcus, ita ut deſervire beneficio non poſſit, ceſſat & extinguitur coadiutoria.*

57 *Intellige ſi impedimentum ſuperveniat ante conſummatam gratiam futuræ ſucceſſionis, & ſic ante mortem coadiuti.*

58 *Gratia coadiutoriæ videtur conſumpta per ſolam illius acceptationem.*

59 *Gratia coadiutoriæ conſumitur per acceptationem quoad ipſam coadiutoriam; ſed gratia futuræ ſucceſſionis conſumitur per obitum coadiuti.*

60 *Gratia Coadiutoriæ, & futuræ ſucceſſionis, inter ſe valdè differunt.*

61 *Quamvis gratia coadiutoriæ non eſſet valida, tamen gratia futuræ ſucceſſionis in ſuo robore ſubſiſtit, uti ſeparata ab alia.*

62 *In quo conſiſtat differentia gratiæ Coadiutoriæ, à gratia futuræ ſucceſſionis.*

63 *Clauſulæ hodie in litteris coadiutoriarum apponi ſolent, ex quibus gratia futuræ ſucceſſionis conceditur uti ſeparata, & independens à gratia coadiutoriæ.*

64 *Effectuatio coadiutoriæ non infert effectuationem futuræ ſucceſſionis.*

65 *Sublatis per ſummum Pontificem officiorum omnium coadiutoriis nondum effectuatis, hoc fuit explicatum de illis quæ erant in totum effectuatæ, nempe quoad gratiam futuræ ſucceſſionis per obitum coadiuti.*

66 *Epiſcopi coadiutores quid exercere poſſint quoad Pontificialia, abſente Coadiuto, & quæ illi deſint per Canonicos, & alios præſtanda ſint.*

67 *Canonicus coadiutor abſente coadiuto ea omnia exercere poteſt in Eccleſia, quæ principalis, ſi ibidem præſens eſſet. Et coadiutor unius ex dignitatibus Eccleſiæ, obtinet eundem locum quem eius principalis: quod non ita eſt in coadiutoribus ſimplicium Canonicorum. Et Canonici tenentur inſervire coadiutori in omnibus functionibus, in quibus tenebantur inſervire coadiuto quando præſens erat.*

COadiutoria duplex eſt; una temporalis, quæ propter impedimentum ſuperveniens Prælato datur ipſi ſeu Rectori, aut alteri beneficiato; ita ut ceſſante impedimento, vel adveniente morte illius cui datus fuit coadjutor, ceſſet, & penitus extinguatur coadjutoria: de qua agitur *in tit. de clericis ægrot. vel debilit.* Et hæc coadjutoris deputatio dicitur facta ad ſolam utilitatem Eccleſiæ.

Altera eſt coadjutoria cum futura ſucceſſione, quæ datur non ſolùm pro utilitate Eccleſiæ, ſed etiam pro utilitate proviſi: quia utilitas Eccleſiæ ceſſat per obitum Prælati, ſeu Rectoris, antequàm cùm enim de alio debeat poſt obitum poſſeſſoris provideri, ceſſat utilitas, aut neceſſitas Eccleſiæ, ſed etiam datur pro utilitate, & ad favorem coadjutoris, qui mortuo ſuo principali obtinet ſucceſſionem in beneficio: quia Papa ſic providens dicitur prævenire vacationem; & propterea hæc gratia vocatur gratia præventiva. Caſſador. *deciſ. unic. de pact.* Put. *deciſ.*108. *in princip. lib.*2.

Tamen nec temporalis coadjutoria, nec perpetua propriè appellatione beneficij continentur. Pet. Gregor. *in inſtitut. rei benefic. cap.*11. *num.*2. † quia per coadjutoriam non acquiritur jus in re, ſed ad rem. Barboſ. *ad d. Concil. Trident. ſeſſ.*25. *cap.*7. *num.*1. Nam coadjutoria primi generis, quæ propius accedit ad naturam Vicariæ temporalis, beneficium Eccleſiaſticum dici non poteſt, cujus natura hoc requirit, ut ſit perpetuum; hoc eſt aptum durare toto tempore vitæ poſſeſſoris: & ſic ſi non actu, ſaltem habitu perpetuum. Hæc autem coadiutoria primi generis non poteſt dici perpetua, quæ non coadiutoris, ſed coadiuti morte terminatur.

Sed nec ſecundi generis coadiutoria propriè beneficii Eccleſiaſtici nomen meretur: quia cùm duo beneficii Eccleſiaſtici poſſeſſores eſſe nequeant nul eiuſdem beneficii poſſeſſores eſſe nequeant

† Coadjutus

5 † Coadjutus autem propter infirmitatem, aliúdve impedimentum, cujus occasione deputatur coadjutor, beneficio non privatur, ne afflicto afflictio superaddatur: Gonzal. *dict. gloss. 5. §. 9. num. 32.* consequens est, ut verum beneficii nomen, & jus apud possessorem coadjutum, titulusque remaneat. † Qua ratione Canonicus coadjutor non verus, sed fictus Canonicus dicitur, Monet. *de optione canonic. quæst. 8.*
7 *num. 143.* Quamobrem coadjutor non debet capere possessionem beneficii, quandiu vivit principalis; sed tantùm mortuo coadjuto: nec jura consueta solvi in receptione Canonicorum, solvenda sunt per coadjutorem, nisi deficiente suo principali: (quanquam in hac civitate semper viderim jura ingressus solvi per coadjutores, qui vivente coadjuto capiunt possessionem; quam tamen non nisi illo mortuo
8 capere tenentur.) † Siquidem coadjutor potest quidem se dicere quasi possessorem juris, seu officii, aut muneris coadjutoriæ; sed nullam potest præterlere possessionem beneficii, in quo datus fuit coadjutor; & actus possessorios, quos facit, illos non facit proprio suo nomine, sed nomine principalis sui, seu coadjuti. Quia alioquin sequeretur duos ejusdem beneficii eodem tempore esse possessores, & veluti dominos, quod admitti non debet: per *l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess.* ut bene ista explicat Rot Rom. *decis. 456. per tot. part. 1. recent.* ubi di-
9 citur † quod ex quasi possessione officii coadjutoris, nihil potest inferri ad possessionem ipsius corporis beneficii: quia vivente principali, coadjutoria nihil prodest quoad possessionem beneficii; ipso autem mortuo, cessat omninò coadjutoria quoad omnes illius effectus: ideo nova possessio tunc capi de-
10 bet ipsius beneficii. † Unde antianitas, quæ numeratur non à die provisionis, sed à die captæ possessionis beneficii, non debet computari nisi à tempore
11 mortis coadjuti; † quia coadjutus capit beneficium ex gratia penitus separata à gratia coadjutoriæ, quamvis utraque gratia in eadem supplicatione con-
12 tineatur. † Et ideo si coadjutores prætendant per consuetudinem in Ecclesia fuisse inductum, ut ipsorum antianitas numeretur à tempore adeptæ coadjutoriæ; oportet ut probent talem consuetudinem fuisse legitimè præscriptam, cùm sit contra jus, ut
13 dicitur *in præfata decis. 456. num. 15.*

Unde inferri potest, quod cùm coadjutor, mortuo coadjuto, non continuet antiquam possessionem, sed novam acquirat: si illam capiat, dicetur attenta-
14 re, & cessabit regula illa, *qui continuat, non attentat*: † quæ non habet locum, quando non ejusdem generis, sed diversa est, novaque possessio quæ acquiritur. Rot. *decis. 637. num. 4. part. 1. recent.*

15 Immissio quidem coadjutori deneganda non est, vivente coadjuto; non quidem ad beneficium (sed ut mox dictum est) ad ipsum coadjutoris officium: quod licèt vivente coadjuto non producat jus formatum quoad ipsum beneficium, cujus vigore capi possit possessio beneficii, parit tamen quendam statum, ad cujus statum adipiscendam possessionem co-
16 adjutor capax efficitur: ita ut neque coadjutus ipse possit sese opponere, nec dicatur legitimus contradictor ad impediendam adeptionem quasi possessionis illius status. Rot. *decis. 133. num. 1. & per to-*
17 *tam, part. 6. recentior.* † Quia cùm semel sub prætextu infirmitatum, coadjutus petierit à summo Pontifice sibi de coadjutore provideri; non potest deinde infringere dictam provisionem coadjutoris, allegando se non esse amplius suppositum infirmitatibus: per text. *in Clement. 1. de renunciat.* Rot. *dict. decis. 133. num. 7.*

Mortuo autem coadjuto, beneficium non dicitur 18
vacare per resignationem, quia aliud est resignatio, aliud est deputatio coadjutoris, etiam cum spe futuræ successionis: nam per resignationem effectum sortitam, titulus abdicatur à resignante; sed per coadjutoriam non solùm titulus, verùm etiam possessio beneficii non abdicatur, sed utrumque remanet apud coadjutum, durante vita ipsius: † Unde moriente 19
coadjuto, beneficium vacat quoad ipsum per obitum. Cavaler. *decis. 116. num. 5.* † Et proinde arguen- 20
di sunt timiditatis illi, qui publicari faciunt coadjutorias ad instar resignationum: quia regula *de publicandis*, non habet locum nisi in beneficiis vacantibus per resignationem, ut patet ex Bulla Gregorii XIII. desuper edita: hic autem non adest alia vacatio quàm per obitum. † Quod autem coadjutoria 21
à resignatione multùm differat, quamvis in aliquibus sit illi similis, ostendit Cavaler. *dict. decis. 116. num. 4.* † Unde in coadjutoriis non esse adhiben- 22
dam publicationem de necessitate, tradit Barbos. *ad Concil. Trident. sess. 25. cap. 7. num. 9.* post alios quos allegat. Garcia *part. 11. cap. 3. num. 275.* Gonzal. *gloss. 5. §. 9. num. 72.*

Quod attinet ad controversias quæ nonnunquam 23
oriuntur inter coadjutum, & coadjutorem, certum est in primis verba & clausulas in litteris coadjutoriæ adhibitas, attendendas esse. † Sed si aliud in 24
litteris non obstet, tenetur coadjutus suo coadjutori ex reditibus beneficii ministrare expensas necessarias, ex quibus vivere possit: *cap. de Rectoribus, & ibi* Barbos. *num. 4. capit. tua nos, de cleric. ægrot. cap. unico, eodem tit. lib. 6.* Ancharan. *consil. 279. num. 2.* Gonzal. *gloss. 5. §. 9. num. 33.* Tusch. *tom. 1. litt. C, conclus. 402. num. 10.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 63. num. 14.*

Acquisitæ quidem distributiones propter servi- 25
tium coadjutoris debentur coadjuto, imò & illæ quas coadjutor infirmus, aut alio justo & legitimo impedimento detentus lucraretur, si præsens esset; nisi tamen coadjutus esset excommunicatus, aut talis qui ex proprio capite non esset dignus perceptione quotidianarum distributionum: tunc enim nec illas percipit, quamvis inserviat per coadjutorem capacem: ut decidit Monet. *in tract. de distribut. quotidian. part. 2. quæst. 1. num. 32. 34. & 35.* ubi benè admonet, semper inspiciendum esse tenorem litterarum. Gonzal. *dicta gloss. 5. §. 9. num. 119. & sequentibus.* De hac materia videndus est copiosè tractans Garc. *de benefic. part. 4. cap. 5. num. 80. & seq.* cum decisione per eum adducta *num. 139.*

Quod si coadjutor non resideat, & non inserviat 26
beneficio: tunc coadjuto dantur duo remedia: alterum est, ut coadjutus agat ad cassationem & annullationem coadjutoriæ; qua in re procedendum est servatis servandis, ad hoc ut cassatâ coadjutoriâ licitum sit illi alium coadjutorem habere, qui ejus nomine debita divino cultui præstet obsequia: alterum est, ut si malit, agat contra coadjutorem ad id quod sua interest servitium non fuisse præstitum: Rot. *decis. 276. num. 4. part. 1. recent.*

Coadjutorias cum futura successione solus sum- 27
mus Pontifex concedit, non autem inferior, nec Legatus, si id non habeat expressè in suis facultatibus; sicut nec Nuntius, propter claram juris resistentiam, & expressam Sacri Concilii Tridentini dispositionem, hujusmodi provisiones prohibentem, ut notavit Monet. *de distrib. quotidian. part. 2. quæst. 1. num. 33.*

Hæc sæpenumerò in hujusmodi coadjutoriarum 28
concessione solent observari; nempe quod interve-

niant litteræ commendatitiæ Epiſcopi, etiam quandoque per viam ſimplicis epiſtolæ miſſivæ, atteſtantes hujuſmodi coadjutoriæ conceſſionem Eccleſiæ utilem fore. Et ſi petatur coadjutoria in aliqua Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, ſolent mitti litteræ, ſeu atteſtationes Capituli, ſeu majoris partis ipſius, quamvis Epiſcopus non ſcribat: etſi nonnunquam etiam ſine his expediantur coadjutoriæ, juxta ſtyli Cancellariæ varietatem.

29 Si tamen agatur de deputando coadjutorem Epiſcopo dementi, requiritur quod interveniat conſenſus duarum partium ex tribus Capituli; cùm in aliis ſufficiat quod interveniat major pars ipſius: *c. unic. de cleric. ægrot. in 6.* ſed Geminian. *in dicto cap. unico*, exiſtimat ſufficere quod in concluſione, ſeu deliberatione capitulari, duæ partes ex tribus ejuſdem Capituli interveniant: & tunc quod major pars iſtorum capitulantium facit, debet ſortiri effectum, tanquam factum à majori parte Capituli: Atque ita majorem Capituli partem ſufficere, fuit deciſum in Rot. *deciſ. 20. num. 9. part. 6. recentior.*

30 Neceſſe etiam eſt ut interveniat conſenſus coadjuti, ad hoc ut coadjutor illi dari poſſit, qui nunquam datur invito cum futura ſucceſſione. Rot. *deciſ. 313. num. 27. part. 7. recentior.* Et in effectu cùm tempore fel. rec. Urbani VIII. quidam voluiſſent attentare coadjutoriam cum futura ſucceſſione pinguis beneficii in comitatu Venayſſino, nunquam voluit ſummus Pontifex talem coadjutoriam, futuramque ſucceſſionem invito beneficii poſſeſſore concedere.

31 † Si tamen adeſſent cauſæ propter quas coadjutus beneficio privandus eſſet, veluti propter magnam ignorantiam, vel ob timorem dilapidationis, & imperitiam gubernandi; tunc poſſet ſummus Pontifex coadjutorem invito dare, quæ cauſæ concludenter probandæ eſſent: quia ſummus Pontifex nunquam intendit juri tertii derogare, & illis non probatis gratia eſſet nulla. Rot. *deciſ. 234. num. 7. part. 1. recentior. uſque ad finem.*

32 Pulchrum autem dubium aliàs occurrit in facto, ex eo quod coadjutor cum futura ſucceſſione deputatus, adeptus fuerat beneficium incompatibile cum eo, in quo coadjutor deputatus erat: ideo dubitatum fuit utrùm per adeptionem iſtius beneficii incompatibilis, tacitè cenſeretur renunciare juri
33 hujus coadjutoriæ. † In hac quæſtione verior videtur affirmativa ſententia, juxta notata per Garc. *part. 4. cap. 5. num. 123.* Quia licèt coadjutoria non inducat incompatibilitatem, ut per eam vacet beneficium priùs obtentum; cùm coadjutoria non poſſit dici beneficium ad iſtum effectum; tamen dicitur incompatibilis ad effectum illam retinendi infimul cum alio beneficio reſidentiam requirente; cùm impoſſibile ſit coadjutorem deſervire utrique beneficio: & ſic neceſſe habeat aut coadjutoriam dimittere, aut alteri beneficio incompatibili renunciare: ideo niſi aliud caveatur in proviſionibus, exſpirat gratia coadjutoriæ etiam ratione futuræ ſucceſſionis, & amittitur jus ad rem, ut docet idem Garc. *part. 11. cap. 5. num. 69.* Quod etiam approbat Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 25. num. 11. verſic. ſecundum tamen.* Atque ita ego aliàs in facto occurrente Conſului.

34 Attamen contra prædictam concluſionem objicitur, quod ad hoc ut beneficium vacet per adeptionem alterius incompatibilis, neceſſaria eſt aſſecutio realis cum perceptione fructuum; neque ſufficit verbalis: ut dicit Mantic. *deciſ. 75. num. 7.* Unde cùm coadjutor non fuerit aſſecutus poſſeſſionem primi beneficii ante caſum evenientem futuræ ſucceſſionis, non videtur per adeptionem ſecundi beneficii incompatibilis renunciaſſe futuræ ſucceſſioni, donec vigore hujus gratiæ adeptus fuerit realem poſſeſſionem primi beneficii, mortuo videlicet coadjuto.

Sed ad hoc dubium reſpondetur, coadjutoriam æquè ceſſare per inhabilitatem coadjutoris, ſicut ceſſat per obitum coadjuti, vel per illius tranſlationem, cùm utriuſque caſus eadem ſit ratio: nam ſicut ſi coadjutor efficiatur impotens, nullus eſt qui adiuvet; eodem modo ſi coadjutus moriatur, vel tranſferatur, nullus eſt qui adiuvetur. † Unde ſi coadjutor efficiatur omninò inhabilis & impotens, inhabilitas, vel impotentia perpetua, ceſſat coadjutoria, ut deciſum fuit in pulchro caſu in Rot. *deciſ. 602. num. 3. & ſeq. part. 5. recentior. tom. 2.* † Ubi fuit dictum, quod ſi coadjutor efficiatur cæcus, aut irregularis, ſeu aliàs incapax ad poſſidendum beneficia Eccleſiaſtica, corruit futura ſucceſſio, niſi coadjutoria ſit effectuata, quoad caput futuræ ſucceſſionis, utpote quia mortuus eſſet coadjutus: tunc enim cæcitas poſt mortem coadjuti ſuperveniens non privaret coadjutorem (qui jam principalis factus eſt) beneficio, in quo coadjutor deputatus fuerat. † At ſi impedimentum ſuperveniret, gratiâ futuræ ſucceſſionis nondum conſummatâ, ſeu effectum ſortitâ, talis gratia haberetur pro non facta, tanquam redacta ad illum caſum à quo incipere non poterat: ut dicitur *in Valentina Coadjutoriæ, 12. Ianuarii 1637. coram Ill. Coccino*, quæ eſt *dicta deciſ. 602.*

Rurſus replicatur ſatis videri gratiam coadjutoriæ ſuum effectum fuiſſe ſortitam, quando coadjutor adeptus eſt poſſeſſionem, ſeu quaſi, officii, ſeu muneris coadjutoris: ſiquidem coadjutoriam fuit ſortitam effectum, fuit aliàs declaratum, ſtante ut coadjutor poſſidet: iuxta *conſil.* Oldrad. 229. *num.* ubi concludit, gratiam eſſe conſummatam per illam acceptationem. Rota *deciſ. 248. num. 4. part. recentior.*

Reſpondetur duas in conceſſione hujuſmodi coadjutoriarum perpetuarum cum futura ſucceſſione diverſas, & planè diſtinctas gratias contineri. Prima eſt gratia coadjutoriæ; ſecunda eſt gratia futuræ ſucceſſionis. Prior cenſetur quidem effectum per acceptationem, & adeptionem poſſeſſionis officii coadjutoris, factam per ipſum coadjutorem: poſterior non cenſetur effectuata, niſi poſt obitum coadjuti. † Duæ ſiquidem illæ gratiæ, ſeparatim ab eadem applicatione contentæ, adeò diverſæ ſunt, ut licèt prima defecerit, & coadjutoria effectum ſortita non ſit propter aliquod impedimentum, tamen remaneat in ſuo ſtatu & efficacia poſterior gratia, nempe ſucceſſionis futuræ: ut dicit Pur. *deciſ. 98. lib. 2.* Ubi deciditur; quod licèt gratia coadjutoriæ non fuiſſet valida, tum ex eo quod coadjutus non indigebat coadjutore, tum etiam quia coadjutus vita functus erat, antequam ad eum perveniſſet gratitia quod ſummus Pontifex coadjutoriæ gratiam conceſſiſſet; ipſa tamen futuræ ſucceſſionis gratia ſuum debebat ſortiri effectum, & coadjutor illi nere beneficium mortuo coadjuto, vigore hujus tiæ futuræ ſucceſſionis, tanquam diverſæ à gratia adjutoriæ, & ab ea nullo modo dependentis ac per ſe ſubſiſtentis. Quod confirmatur ex notis Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 9. num. 53.* † Et tanto verſitatis utriuſque gratiæ eſt evidens; quia in prima providetur neceſſitati Eccleſiæ, vel coadjutri; in ſecunda, nempe futuræ ſucceſſionis, providetur tati coadjutoris.

Sed tamen hodie ceſſat iſta difficultas, propter clauſulas quæ in hujuſmodi coadjutoriarum gra

apponi solent, nempe ut sit locus futuræ successioni in favorem coadjutoris, etiamsi beneficium vacasset de tempore datæ, aut si ipse de tempore vacationis coadjutoris officium exercere non cœpisset cum clausula *ex nunc, prout ex tunc, & è contra:* quæ clausulæ multò magis hoc operantur, ut gratia futuræ successionis per se subsistat, & operetur independenter à gratia coadjutoriæ, ut notavit Rot. *decis. 313. num. 28. & 29. part. 7. recentior.*

45 Ex quibus sequitur concludendum, quod licèt gratia coadjutoriæ sit effectuata per adeptionem possessionis Officii coadjutoris; non tamen ideo sequitur illam fuisse effectuatam quoad gratiam futuræ successionis, donec morte principalis hæc posterior gratia fuerit executioni demandata.

46 Et per has rationes dum summus Pontifex fel. mem. Urbanus VIII. revocasset, & nullas declarasset omnes & quascumque coadjutorias officiorum, etiam in hoc statu Avenionensi concessas, quæ effectum sortiræ non fuerant; & dubitaretur utrùm illæ dicerentur effectuatæ, in quarum possessionem coadjutores immissi fuerant; Ego cum viris doctis Consului non dici effectuatas coadjutorias quoad caput futuræ successionis illas, in quibus coadjutores nondum fuerant effecti veri domini Officiorum per obitum suorum principalium. Atque ita in Urbe judicatum & observatum fuit ex mente eiusdem Sanctissimi Domini Urbani, omnesque coadjutoriæ revocatæ, exceptis illis quæ per obitum principalium iam plenum quoad successionem effectum fuerant sortiræ. Ad quod etiam conferunt tradita per Tuschum *lib. 1. comm. conclus. in verb. coadjutor, conclus. 403. num. 9.*

47 Quid verò coadjutores possint exercere, & quibus privilegiis uti; non erit inutile scire. Et sanè si dati fuerint Episcopis coadjutores cum futura successione, Ecclesiam Pontificaliter ingredi non possunt, nec Crucem deferri facere coram se: absente principali, cappa uti possunt: eo verò præsente debent deferre Mantellettum, & Rochetum; nunquam tamen Mozzeta & Rochetto etiam absente principali uti possunt. Dum verò celebrant, tenentur Canonici illis assistentiam facere: cum celebrante confessionem faciunt, & in fine Missæ solemnis populo benedicunt. Dum per civitatem incedunt, benedicere possunt, de licentia tamen coadjuti: Obviam ire tenentur Canonici, eosque redeuntes usque ad ianuam saltem Ecclesiæ comitari; dum Pontificaliter accedunt. Indulgentias tamen non elargiuntur, nisi sub nomine coadjuti. Quæ omnia declaravit sacra Rituum Congregatio 31. Januarii 1591. referente Campanil. *in diverse. jur. canon. rubr. 7. cap. 6. num. 107.* & post eum Barbos. *in decision. Apostolic. collect. 173.* qui notat *num. 6.* per concessionem coadjutoris Episcopum à residentia non liberari, atque ita fuisse iudicatum testatur.

48 Quoad coadjutores autem Canonicorum, aut Dignitatum; idem Barbos. *loc. cit. collect. 175.* multa notatu digna per sacram Congregationem decisa refert, ex quibus hæc paucis collegimus. Primò Canonicum coadiutorem, quoad præeminentias extra Ecclesiam, in absentia coadiuti censendum esse tanquam verum Canonicum. Secundò, absente coadiuto, illum exercere omnes functiones, quas coadiutus exerceret si præsens esset. Tertiò, coadiutorem dignitatis, vivente coadiuto, debere obtinere idem stallum in Choro, locum & præeminentiam sicut principalis: quod non habet locum in coadiutoribus Canonicorum. Quartò, quod Canonici tenentur inservire coadiutori, in omnibus functionibus Canonicalibus, prout tenerentur inservire ipsi coadiuto. Hæc præcipua selegimus: reliqua apud ipsum Authorem videri poterunt.

CAPVT II.

De Ecclesiæ, & beneficii differentia; & de variis Ecclesiarum speciebus.

§. 1.

De Ecclesia Cathedrali, & Metropolitana.

1 *Ecclesia non continetur appellatione beneficii, sed constituit corpus separatum & diversum ab ipso beneficio.*

2 *Si in aliqua dispositione fiat mentio de Prioratu alicujus Ecclesiæ, ipsa Ecclesia in eo continetur.*

3 *Facta unione Prioratus alicujus Ecclesiæ, Episcopus non privatur suo jure conferendi alia beneficia ejusdem Ecclesiæ.*

4 *Ecclesia Cathedralis ex quibus ita nuncupetur.*

5 *Cathedraticum quod solvitur Episcopo, seu Synodaticum, quare ita dicatur.*

6 *In facienda, vel non facienda solutione Cathedratici, inspicienda est consuetudo cujuslibet Ecclesiæ.*

7 *Metropolitana Ecclesia est sedes Archiepiscopi; & nomina Archiepiscopi, & Metropolitani, idem significant.*

8 *Appellatione Ecclesiæ Cathedralis non continetur Ecclesia Metropolitana, quando agitur de materia odiosa, vel stricta.*

9 *Illegitimus dispensatus ad obtinenda beneficia in Ecclesia Cathedrali, non propterea censetur dispensatus ad illa obtinenda in Ecclesia Metropolitana.*

1 ECclesia beneficii appellatione non continetur, quia hæc constituit corpus distinctum & separatum à beneficio, quod in illa Ecclesia constitutum & erectum est: & ideo dispositio, aut constitutio loquens de Ecclesia, non comprehendit beneficium in ipsa situm: † Undè si in aliqua dispositione fiat mentio de prioratu talis Ecclesiæ, non comprehenditur in tali dispositione beneficium in illa Ecclesia situm: *cap. fin. & ibi* Abb. *notabil. 1. de præbend. & cap. fin. de concess. præbend.* Cassador. *decis. 11. de præbend.* Calderin. *cons. 18. in princip. eod. tit.* † Quamobrem cùm Papa univisset Ecclesiæ Castrensi, quæ erat in Diœcesi Urbevetana, Prioratum Sancti Sepulchri; fuit declaratum per Rotam, non ex eo privatum fuisse Diœcesanum Urbevetanum sua iurisdictione conferendi beneficia sita in illa Ecclesia, ut apud Duran. *decis. 14. num. 8.* 2

Cùm autem variæ sint Ecclesiarum species, seu divisiones. Primo loco occurrit Ecclesia Cathedralis, sic nuncupata, quia in illa est sedes, & Cathedra Episcopi; & quia illius occasione Episcopus recipit Cathedraticum. Flamin. Paris. *de confident. quæst. 15. num. 3. 4. & 5.* Rebuff. *in Concordat. tit. de collation. §. 1. in verb. statuimus.* 3 4

Cathedraticum verò est portio quædam Episcopo debita in honorem Cathedræ Episcopalis, quæ aliàs Synodaticum appellatur, quia in Synodi congregatione præstari solebat, † in cuius quidem iuris solutione 5 6

lutione facienda, vel non facienda, attendi debet conſuetudo cujuſlibet Diœceſeos. Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 20. à num. 1.*

7 Metropolitana verò Eccleſia ſedes eſt Archiepiſcopi; nam Archiepiſcopus & Metropolitanus idem ſonant. Barboſ. *in d. tract. de jur. Eccleſiaſt. univerſ. lib. 1. cap. 7. num. 4.*

8 Appellatione Eccleſiæ Cathedralis non contine-
9 tur Metropolitana in materia odioſa, vel ſtricta: † Unde illegitimus diſpenſatus ad obtinenda beneficia in Eccleſia Cathedrali, non cenſetur diſpenſatus ad illa obtinenda in Eccleſia Metropolitana. Rebuff. *in Concordat. tit. de collat. §. 1. in verb. Cathedralis, & in verb. Metropolitana, in fin.*

§. 2.

De Eccleſia Collegiata, & non Collegiata; & de Collegiata inſigni, vel non inſigni.

1 *Collegiata Eccleſia quæ dicatur.*
2 *Eccleſiæ Collegialitas ex quibus probationibus & conjecturis reſultet.*
3 *Trium Canonicorum numerus ſufficit ad hoc ut Eccleſia erigi poſſit in Collegiatam.*
4 *Non omnes conjecturæ requiruntur, ſed ſufficiunt præcipuæ ad arguendam Eccleſiæ Collegialitatem.*
5 *Solus actus congregandi ſe ad ſonum Campanæ, non probat Collegialitatem.*
6 *Item nec ſola fama ſufficit ad arguendum Eccleſiam eſſe Collegiatam.*
7 *Qualibet Eccleſia Cathedralis & Regularis habet pro ſe præſumptionem quod ſit Collegiata.*
8 *Collegiata Eccleſia Inſignis quæ dicatur.*
9 *Epiſcopus utrùm poſſit erigere Eccleſiam parochialem in Collegiatam? Plures referuntur pro affirmativa ſententia.*
10 *Hæc tamen ſententia non procedit, quando Eccleſia non eſt competenter dotata.*
11 *Verius eſt Epiſcopum non poſſe erigere Eccleſiam parochialem in Collegiatam, ſed adeundam eſſe ſedem Apoſtolicam.*
12 *Legatus Avenionenſis poteſt hanc erectionem in Collegiatam authorizare.*
13 *Collegiata Inſignis ab ejus erectione præcedere debet non inſignes.*
14 *Eccleſiam parochialem antiquiorem non præferri juniori, quæ fuit erecta in Collegiatam; quamvis parochialis antiquior poſtea facta fuerit collegiata, deciſum fuit per Rotam Avenionis.*
15 *Inter Collegiatas in pari cauſa præfertur antiquiùs Collegiata.*
16 *Deciſio 12. Rotæ Avenionen. Domini à Laurentiis, non fuit executioni demandata; & de qua cauſa.*

1 COllegiata dicitur Eccleſia in qua adeſt multitudo perſonarum unum corpus conſtituentium.
2 † Talis autem probatur, vel per exhibitionem fundationis, aut privilegii, per quod in Collegiatam erigitur; vel ex ſignis & conjecturis Collegialitatis: veluti ſi Canonici pro negotiis Eccleſiæ invicem congregari conſueverunt, & unus ſit in illa Eccleſia tanquam caput, alii verò tanquam membra. Item ſi habeant ſigillum, & Arcam communem, quæ ſunt præcipua argumenta & ſigna Collegialitatis. Ludoviſ. *deciſ.* 482. *num.* 4. Mantic. *deciſ.* 175. *num.* 1.
3 & *deciſ.* 215. *num.* 1. † Ad quam Collegialitatem ſufficit numerus trium Canonicorum. Rot. coram Coccin. *deciſ.* 296. *n.* 4. † Nec eſt neceſſarium quod omnes iſtæ conjecturæ concurrant, ſed ſufficit aliquas adeſſe, ex quibus veriſimiliter arguatur Collegialitas. Mantic. *dicta deciſ.* 215. *num.* 5. *verſic. neque etiam.* † Solus tamen actus congregandi ſe ad ſonum campanæ, non probat concludenter Eccleſiam eſſe Collegiatam. Addent. ad Ludoviſ. *dicta deciſ.* 482. † ſicuti nec ſola fama, cùm veritas probari poſſit per certas probationes: ut dicit Addit. ad Ludoviſ. *dicta deciſ.* 482. ex qua deſumpta ſunt illa quæ tradit Addit. ad Burat. *deciſ.* 455. *num.* 5. ad quas dein caſus eveniet, recurrendum eſt.

Cæterùm omnis Eccleſia Cathedralis & Regularis præſumptionem habet Collegialitatis. Cavalcr. *deciſ.* 649. *num.* 5. Coccin. *deciſ.* 259. *num.* 4.

Inter Collegiatas Eccleſias aliquæ dicuntur Inſignes Collegiatæ, aliæ verò non inſignes. Inſignes ſunt quæ pro talibus habentur ſecundùm communem hominum exiſtimationem, & ex judicis arbitrio dependet judicare, utrùm Eccleſia Collegiata ſit Inſignis, an non? Mantic. *deciſ.* 175. *num.* 2. poſt Alberic. *in dictionar. in verb. Inſignis*, DD. *in cap. 1. tutum, de Reſcript. in 6.*

An autem Epiſcopus Eccleſiam parochialem erigere poſſit in Collegiatam, fuit aliàs dubitatum. Affirmativam ſententiam tenuerunt Abb. Ant. Butrio, Panormitan. Joan. Andreas, & Imola, quos ſequitur Gambar. *de poteſt. Legat. lib. 5. tit. de poteſt. Legat. in erigend. nov. benefic. num.* 30. *fol. mihi* 137. † Quod ſi cum habere vult, dummodo Eccleſia dotem habeat competentem. Monet. *de commut. ult. volunt. cap. 11. num.* 328. Reprehendens Azor. contrarium ſententem, & fuſè hanc ſententiam comprobans poſt Rebuff. *in praxi, tit. de Erection. in Collegiatam*, quamquam *in fine, in verſic. Quidquid autem*, dicat extare motum proprium Clementis VIII. in quo decretum fuit, ne liceat de cætero Epiſcopis erigere Eccleſiam Parochialem in Collegiatam.

Sed tamen Epiſcopum non poſſe Parochialem Eccleſiam erigere in Collegiatam; imò adhibendam eſſe authoritatem ſummi Pontificis, ſeu ſedis Apoſtolicæ, tenuerunt alii plures; nempe Barboſ. *de Eccleſiaſt. univerſ. lib. 2. cap. 6. num.* 1. poſt Rebuff. Fuſch. Maſſobr. & alios. Et aliàs ego Conſilio pro hac ſententia, circa erectionem Parochialis antiquæ Eccleſiæ præſentis Civitatis, factam auctoritate Archiepiſcopi in Collegiatam: attenta nuperrimè declaratione factâ pro hac ſententia per ſacram congregationem ſuper Concilium, 27. Junii 1626. relata per Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. cap. 14. num.* 49. Quidquid in contrarium dixerit Garc. *de benefic. part. 11. cap. 5. num. ult.* † Et ideo dum caſus occurrit ſemper recurrendum eſt ad ſummum Pontificem, vel ad Legationem; cùm Legatus ex ſuis facultatibus & de jure hoc facere poſſit: ex notat. per Gambic. *dicto lib. 5. num. 29. ſub tit. de poteſt. Legat. in erigend. nov. benefic. fol.* 137.

Cæterùm dicta quæſtio de Collegiata Inſigni, vel non inſigni, inutilis non eſt: maximè quia Eccleſia Collegiata Inſignis ab ejus erectione præcedit antiquiores non inſignes: ut cenſuit ſacra Rotæ Congregatio *in una Firmana, die 24. Martii 1614.* † Et quod Eccleſia Parochialis antiquior non præferatur juniori Collegiatæ, quamvis Parochialis poſtea efficeretur Collegiata, fuit deciſum in Rota Avenionen. Quia Collegiatæ ſunt digniores Parochialibus, *cap. licèt canon, & capit. ſtatutum, de Elect. in 6.* † Et ſic priùs Collegiata tanquam antiquior præferenda eſt poſteriori Collegiatæ: ut pote

16 *in decis.12. Domini à Laurentiis.* † Sed est notandum quod quidquid dictum fuerit in illa decisione, contrarium tamen fuit observatum, & obtentum : quia Ecclesia Sancti Genesii hodie præcedit, & præcedere consuevit Ecclesiam sanctæ Mariæ Magdalenæ, quæ quindecim annis ante Ecclesiam Sancti Genesii erecta fuerat in Collegiatam : quod forsan fieri potuit ex eo, quod erectio facta fuerat cum clausula *sine præjudicio alterius*, ut *in dicta decis.num.6.*

§. 3.

De Ecclesia Parochiali, vel non Parochiali.

1 *Ecclesia non præsumitur Parochialis, nisi probetur.*
2 *Beneficium non præsumitur curatum, quando non habet populum, vel clerum.*
3 *Beneficia simplicia quædam sunt servitoria, alia non servitoria.*
4 *Cura animarum duplex est; una jurisdictionalis, alia pœnitentialis: & in quo consistat cura jurisdictionalis.*
5 *Cura pœnitentialis non competit omnibus qui legare possunt, & absolvere in foro interiori; sed dumtaxat illis qui habent populum sibi commissum.*
6 *Cura animarum si sit temporalis, & non perpetua; Ecclesia non potest dici Parochialis.*
7 *Natura beneficii curati non mutatur, quamvis Rector voluntariè Sacramenta ministraverit.*
8 *Cura duplex est, quædam actualis, alia habitualis.*
9 *Habitualis cura ea dicitur, quæ competit Parocho quando populus recessit.*
10 *Curæ habitualis mentio in impetratione fieri non debet, præterquam in Gallia.*
11 *Qualitas beneficii curati actu, omnino exprimenda est in impetratione, aliàs gratia est nulla.*
12 *Si fuerit narratum, beneficium esse curatum, cum tamen non esset tale, utrum gratia sit nulla, propter falsam expressionem.*
13 *Narrativa majoris qualitatis non irritat gratiam, nec nocet impetranti.*
14 *Si non constet falsam expressionem curæ dolo fuisse factam, verius est, ea non obstante gratiam esse validam.*
15 *Expenditur* decisio 73. *Rotæ Romanæ*, sub titulo de rescript. in antiquis, *contra sententiam Menoch.* de arbitr.cas.201.num.62.
16 *Quando in uno rescripto duæ diversæ gratiæ continentur, de utraque gratia diversimodè judicium ferendum est.*
17 *Qualitas beneficii curati sufficit quod exprimatur in impetratione per æquipollens.*
18 *Expenditur* text. in Clement.1. versic. Quanquam, de rescript.
19 *Quando in impetratione apposita fuit clausula*, cum cura, vel sine cura, *expressio sufficienter facta est.*
20 *Provisio per errorem facta de beneficio tanquam curato, corroborari potest, agnito errore, per secundam provisionem factam tanquam de simplici.*
21 *Ecclesiæ Parochialis tota materia per quos Doctores explicetur.*

1 NUnc opportunè agendum est de Ecclesia Parochiali, seu curam animarum annexam habente, quæ tamen talis non præsumitur, nisi probetur. Rot. *decis.233. num.4. part.1. recentior.* † Et generale est, ut nullum beneficium præsumatur curatum, nisi sub se habeat populum, vel clerum. Pacian. *de probat. lib.2.cap.32. num.17.* post Bellamer. *decis.676.* Staphil. *de litter. grat. rubric. de qualit. & stat. benefic. in princip.* Rebuff. *in prax. tit. quotuplex sit benefic. num.11. versic. Nota quod de jure.* Et sic patet quod quodlibet beneficium præsumitur simplex, & non curatum. † Quanquam inter beneficia simplicia, alia debeat adhiberi distinctio; ut aliqua sint merè simplicia, alia verò simplicia servitoria: veluti quando habent aliquod onus annexum, ut celebrandi Missam, vel juvandi Presbyterum curatum in canendo, & aliis similibus: *argum. cap. significatum, extr.de præbend.* Staphil. *in tit.de qualitat. & stat. benefic.num.3. fol. mihi* 81.

2 Cura autem duplex est; una jurisdictionalis, alia pœnitentialis. Jurisdictionalis competit illis, qui habent jus correctionis, punitionis, interdicti, & visitationis in iis, quæ ad morum correctionem pertinent, quales sunt Præpositi, Decani, Archidiaconi, & similes secundùm denominationem & consuetudinem cujuslibet Ecclesiæ : & hæc est impropriè cura. † Alia verò cura propriè sumpta, Pœnitentialis est, quæ consistit in potestate ligandi & solvendi in foro interiori : non quod omnes habentes istam potestatem sint curati; cùm multi Sacerdotes habeant potestatem ligandi & solvendi, & confessiones audiendi, qui tamen non sunt curati; sed ita ut intelligatur de cura & potestate illa, quæ exercetur in populo ad id sibi commisso, ut bene explicat Pacian. *in dicto cap.32.num.6.* † Quod etiam intelligendum est de cura animarum perpetua, non autem de temporali : quia si cura animarum non sit perpetua, beneficium non potest dici curatum, neque Ecclesia nuncupari potest Parochialis. Pacian. *dict.cap.32.num.12.versic.qua quidem.*

3 Non tamen alteratur, aut mutatur qualitas & natura beneficii curati, quamvis Rector illius Ecclesiæ voluntariè, & ex pietate aliquando Sacramenta administraverit; nisi probetur quod illud fecerit tanquam ex obligatione; vel quod recipientes Sacramenta, illuc accedere cogerentur. *Clement. Dudum, in verb. impediant,* ubi Gloss. *de sepultur.* & *ibid.* Imol. *post num.32. versic. ad hoc facit ratio,* & Ancharan. *num.20.* Abb. *in cap. de multa, sub num.24. versic. Adde unam gloss. de præbend.*

4 Rursus duplex est cura; una actualis, alia habitualis. Actualis cura dicitur illa, quæ actu populum habet, in quem exercetur cura animarum. † Habitualis verò dicitur illa, quæ populum non habet actu, sed habere potest : attamen si illum habeat, tenetur curam animarum suscipere, & populo Sacramenta administrare. Veluti si villa, in qua plures erant parochiani, fuerit destructa; tunc enim Parochus illius loci non habebit curam actualem; quia deficit subjectum, in quo cura exerceatur; sed habebit habitualem, quia si populus rediret, & locus fieret populosus, onus administrationis Sacramentorum actualiter spectaret ad Parochum : & sic ex cura habituali fieret actualis.

5 Et de istâ cura habituali fuit aliàs dubitatum, utrùm in impetratione beneficiorum, aut unione ipsorum, necessariò facienda esset mentio hujus qualitatis curæ habitualis; adeo ut, non factâ mentione illius, gratia esset nulla ? Quæ quæstio fuit per nos decisa *lib.1. cap.27. num.40. & 41.* ubi ostendimus secundùm usum Galliæ qualitatem istam curæ habitualis omninò exprimendam esse in impetratione, aliàs gratiam esse nullam : quanquam extra Galliam,

contraria

contraria ſententia prævaleret, propter authoritatem Doctorum ibi allegatorum.

11 In genere tamen indubitatum eſt, qualitatem beneficii curati actu, omninò in impetratione exprimendam eſſe, ex traditis per Felin. *in c. in noſtra 32. in decimo corollar. de reſcript.* Joan. de Selv. *in tract. de benefic. lib. 3. quæſt. 11. num. 2.*

12 Si verò fuerit narratum beneficium habere annexum onus curæ animarum, cùm tamen in rei veritate eſſet beneficium ſimplex, & ſine cura; impetrationem nullam eſſe, & gratiam obreptitiam exiſtimavit Menoch. *de Arbitrar. caſ. 201. num. 62. in fin.* rationem reddens: quia Papa dicitur motus ad concedendam hanc gratiam, ut melius ſaluti animarum conſuleretur: & per conſequens ceſſante illa cauſa conceſſionis, ipſa quoque gratia ceſſare debet.

13 Sed hæc Menochii ſententia non tranſit ſine difficultate; imò videtur concludendum, impetrationem beneficii validam eſſe, quamvis per errorem narratum fuerit illud habere curam animarum annexam; cùm tamen non haberet: quia qualitas expreſſa beneficii curati talis eſt quæ difficiliorem reddit ſummum Pontificem, qui ſine dubio facilior fuiſſet in providendo, ſi narratum fuiſſet, beneficium eſſe ſimplex, & ſine cura; cùm major capacitas requiratur in beneficio curato, quàm in ſimplici: unde narrativa illius majoris qualitatis non videtur nocere impetranti, nec gratiam vitiare, ex notatis per Felin. *in cap. ſuper litteris, num. 8. de Reſcript.* Staphin. *deciſ. 653. num. 5. & deciſ. 1199. n. 3.* Put. *deciſ. 17. lib. 3.*

14 Ego ſanè hanc poſteriorem ſententiam adversùs Menochium veriorem eſſe exiſtimo; cum hac tamen diſtinctione: aut enim conſtat de certo corpore beneficii, ita ut appareat narrativam illam beneficii curati abſque dolo fuiſſe factam: & tunc falſa demonſtratio, ſeu narrativa illius qualitatis non nocet; quantumvis falſum narratum fuerit: aut verò non conſtat de certo corpore beneficii, & falſa illa narratio facta fuit per dolum: & tunc nocet impetranti: & hæc eſt diſtinctio quam affert Rot. Romana *deciſ. 4. de Reſcript. in antiquis.*

15 Neque *deciſio* 73. ejuſdem Rotæ *ſub eodem tit. in Antiq.* qua nititur Menoch. *dict. caſ. 201. num. 62.* aliquid concludit in contrarium: imò potiùs Rota *ibid.* videtur reſidere in hac ſententia pro validitate gratiæ, non obſtante falſa expreſſione qualitatis curæ animarum; cùm hanc ſententiam ultimo loco ponat, dicens quod ex quo Papa conceſſit de qualitate majori, multo fortiùs videtur voluiſſe concedere de minori.

16 Unde in caſu occurrenti, cùm ageretur de proviſionibus factis per Papam de quodam Prioratu Ordinis Sancti Benedicti in Commendam perpetuam ex cauſa reſignationis; quamvis negari non poſſet qualitatem beneficii curati omninò eſſe exprimendam, aliàs proviſiones eſſe nullas, ut ultra prædicta probatur per text. *in cap. cùm in illa, de Præbend. in 6. & Clement. 1. eod. tit.* Tamen ſufficienter narrata erat illa qualitas, ex eo quod in reſcripto Pontificio dabatur proviſo facultas retinendi beneficium incompatibile cum cura; quod beneficium proviſus priùs obtinebat, & hoc quatenus Prioratus impetratus ſine cura exiſteret, & perſonalem reſidentiam non requireret: ſi verò reſidentiam requireret, aut curam animarum annexam haberet, fuit adhibitum decretum quod dictus orator habita poſſeſſione hujuſmodi prioratus, ſeu ſi per eum ſteterit quo minus illam aſſequatur intra duos menſes, ex tunc proximos, dictam Eccleſiam dimittere omninò teneatur; alioquin tam dicta Eccleſia, quàm prædictus Prioratus, eo ipſo vacent. In quo Decreto & verbis diſpoſitivis dictæ proviſionis, conſtat diſtinguendas eſſe duas diverſas gratias, prout diſtinxit Ancharan. in *Clement. 1. de præbend. num. 1.*

Prima eſt gratia quæ concernit proviſionem beneficii: ſecunda verò concernit facultatem retinendi eodem tempore duo beneficia incompatibilia, aut ſaltem quæ talia præſupponebantur. Secundam gratiam ſummus Pontifex denegavit abſolutè, caſu quo Prioratus impetratus haberet annexam curam animarum, & requireret reſidentiam. Sed primam gratiam conceſſit utroque caſu, cùm conſtet Sanctitatem ſuam voluiſſe, quod proviſio ſuum ſortiretur effectum, tam in uno quàm in alio caſu, & ſive beneficium curam annexam haberet animarum, ſive eſſet ſine cura. Diſpenſationem verò ſuper pluralitate beneficiorum noluiſſe concedere, niſi in unum caſum tantùm; videlicet quatenus beneficium eſſet ſine cura, & ſic ſatis ſufficienter dicitur expreſſa qualitas illa beneficii curati: † cùm aliàs ſufficiat de illa qualitate expreſſionem fieri per æquipollens, ut docet Addit. ad Ludovic. *deciſ. 450. num. 9.* & Callicr. *deciſ. 12. de Præbend. num. 6.* Theodoſ. Rub. *in tit. ad dict. deciſ. Caſſadori, fol. 291.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæſt. 3. num. 33.* Multò igitur fortiùs hoc debet habere locum in caſu iſto, in quo mentio curæ facta fuit verbis expreſſis.

Neque obſtat text. *in dict. Clement. 1. verſic. Quamquam, de Reſcript.* ubi dicitur, quod ſi de animarum cura non fuerit facta mentio in impetratione, gratia tanquam ſubreptitia nullius penitus eſt momenti, quamvis confectis ſuper ea litteris ſit inſertum, quod animarum cura, ſi quæ beneficiis obtentis aut impetratis immineat, nullatenus negligatur: ex quo text. videtur colligi, quod expreſſio qualitatis beneficii curati debet fieri per verba diſpoſitiva, nec ſufficit illam fieri per verba conditionalia.

Siquidem Reſpondetur, caſum dictæ Clementinæ multis differre à caſu propoſito. Primò, quia in caſu dictæ Clementinæ duo aderant impedimenta: primum, quia agebatur de duabus dignitatibus incompatibilibus: ſecundum, quia agebatur de beneficio curato, & incompatibili; & ideo mirum non eſt ſi in caſu illo major requirebatur expreſſio.

Secundò, quia in caſu dictæ Clementinæ agebatur de validitate diſpenſationis, & ideo ſtrictè debet interpretatio: ſed in caſu propoſito tractatur de validitate proviſionis, quæ favorabilior eſt diſpenſatione.

Tertiò, quia magna eſt differentia inter conſtitutum in caſu propoſito: nam ſicut dicit *ibi* Gloſſ. in verb. *animarum cura*, Clauſula illa, *quod cura animarum, vel dignitatibus ipſis, vel alteri earum immineat, minime negligatur*, ſonat in monitionem; ſed illa de qua agitur, facta fuit per viam decreti: & per conſequens cum cognitione cauſæ, ut patet ex illis verbis: † *cum decreto quod dictus Orator, &c.* † Et ſic patet de eſt ac ſi appoſita fuiſſet alia ſimilis clauſula, *cura, vel ſine cura*: de qua per Staphil. *in 9. expect. num. 30.* ubi dicitur, clauſulam illam habere vim ſufficientis expreſſionis curæ animarum in impetratione beneficii requiſitæ.

Et ex his Conſului, dictas proviſiones eſſe validas, & qualitatem beneficii curati fuiſſe ſufficienter expreſſam.

Sed majus dubium eſſe videtur, utrùm ſi quis provisus fuerit per errorem de aliquo beneficio tanquam curato, poſtea verò, agnito errore, de eodem pro-

vius

visus fuerit tanquam de simplici: utrùm secunda provisio sit valida in præjudicium tertii, qui intermedio tempore impetravit beneficium, tanquam vacans ob falsam expressionem. Sed hujus dubii resolutio pendet ex iis quæ superiùs dicta sunt; nempe provisionem esse validam, quamvis beneficium esset simplex, & fuerit expressum illud esse curatum, si talis expressio facta fuerit per errorem & sine dolo, & aliundè constet de corpore beneficii: unde intermedio tempore non potest dici jus quæsitum impetranti, cui (ut suprà dictum est) expressio gravioris qualitatis nocere non debet: atque ità respondit Monald. *consil. 5. num. 12.*

12 Cætera quæ ad materiam beneficii curati pertinent, videri poterunt apud Gonzal. *super reg. 8. glos. 6. per tot.* & Barbos. *de offic. & potest. Parochi, c. 1. per tot.*

§. 4.

De Ecclesia patrimoniali.

1 *Ecclesia patrimonialis quæ dicatur, & qui sint filii patrimoniales.*
2 *Si quis impetret beneficium patrimoniale à summo Pontifice, neque exprimat qualitatem illam, quod sit patrimoniale, gratia est nulla.*

1 COnsiderari etiam potest qualitas Ecclesiæ patrimonialis; nempe quando ex fundatione, vel privilegio, aut legitima concessione beneficia conferri non possunt aliis quàm originariis certi loci, vel oppidi, seu Parochiæ; qui nuncupantur filii naturales, & patrimoniales: de quibus Cassad. *decis. 18. num. 1. de præbend.* Covarr. *pract. quæst. cap. 36. num. 3.* & de iis agitur in Concil. Trident. *sess. 24. cap. 18.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 9. §. 1. num. 10. & 11.*

2 Et si quis impetret à Papa beneficium patrimoniale, nullâ factâ mentione hujus qualitatis, impetratio est nulla, & subreptitia. Gloss. *in Clement. 2. de præbend.* Gemin. & alii *in cap. 2. eod. tit.* Felin. *in cap. in nostra 32. de præscript. num. 39.*

§. 5.

De Ecclesia receptiva, seu non numerata.

1 *Ecclesia receptiva, & non numerata, quæ dicatur.*
2 *In Ecclesiis receptivis & patrimonialibus, si Parochiales sint, provisio debet fieri per concursum, juxta Concilium Trident.*
3 *In Ecclesiis receptivis numerus Presbyterorum incertus est; & aliquando crescit, aliquando verò decrescit.*
4 *Ecclesiæ non numeratæ beneficia non possunt impetrari; aut saltem expressa mentio hujus qualitatis summo Pontifici facienda est.*

1 SUnt etiam aliquæ Ecclesiæ, quæ Receptivæ di-
2 cuntur, seu non numeratæ; † in quibus, si Parochiales sint, & curam animarum annexam habeant; examen debet fieri per concursum, ex dispositione Concilii Tridentini, *sess. 24. de reform. cap. 18.* in illis verbis: *etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu Receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat.*

Dicuntur autem Ecclesiæ Receptivæ, seu non numeratæ, illæ in quibus nullus adest certus & definitus numerus Presbyterorum, seu beneficiatorum; quales sunt multis in locis, & aliquæ similes intra Comitatum Venaissinum, in quibus filii patrimoniales, seu originarii ad libitum admittuntur; neque ad aliquam personalem residentiam adstringuntur, sed possunt liberè recedere & accedere, † illorúmque 3
numerus aliquando crescit, aliquando decrescit: de quibus Mantic. *decis. 229.* & ideo dum tales moriuntur, non dicitur vacare beneficium, sed desinere: & per consequens beneficia Ecclesiæ receptivæ impetrari non possunt: ut dicit Bald. *consil. 472. in causa Prioris, volum. 2.* † qui voluit, quod si quis impetret 4
præbendam vacantem per mortem alicujus in Ecclesia non numerata, seu non habente certam quantitatem, vel numerum presbyterorum, non est audiendus; aut saltem quod tenetur facere mentionem de hujusmodi qualitate: & necesse est, quod intercedat derogatio illius qualitatis expressis verbis, quia non est verisimile quod summus Pontifex, vel Legatus voluerit sine causa mutare, & intervertere statum Ecclesiæ.

§. 6.

De Ecclesia Monoculari.

1 *Beneficium dicitur Monoculare, seu Ecclesia Monocularis, cujus collatio ad eum spectat qui unius tantùm beneficii conferendi jus habet.*
2 *Impetrans tenetur exprimere qualitatem Ecclesiæ Monocularis.*
3 *Quod maximè procedit, si agatur de unione dignitatis Monocularis.*
4 *Monocularis dignitatis ratio non habetur, quando in Ecclesia adsunt alia beneficia ultra illam dignitatem.*
5 *Beneficia Monocularia Regiis nominationibus non subjacent.*
6 *In Gallia dum computantur beneficia ad dignoscendam qualitatem Monocularem, habetur etiam ratio beneficiorum extra Galliam sitorum.*

MOnocula seu Monocularis dicitur Ecclesia seu 1
beneficium, cujus collatio ad eum pertinet, qui illius duntaxat, & non alterius beneficii concessione loquitur Felin. *in cap. in nostra 32. in coroll. 23. de rescript.* † ubi dicit impetrantem beneficia hujus ge- 2
neris, omnino teneri mentionem facere de ista qualitate beneficii Monocularis; quia per generalem dispositionem Papa non censetur derogare huic juri; ne collatorem, qui unicam duntaxat collationem habet quasi unicum oculum, lumine suo privare videatur.

Sicut quando est dignitas Monocularis, si agatur 3
de unione illius, necesse est fieri mentionem hujus qualitatis: cùm Papa non soleat unicam dignitatem in Ecclesiis tollere, juxta tradita per Imol. *in Clement. 1. de rescript. num. 20.* † Sed tamen quando ul- 4
tra dignitatem Monocularem adsunt in Ecclesia alia beneficia; tunc qualitas Monocularitatis non habetur in consideratione, ut fuit decisum per Rot. apud Garc. *de benef. part. 5. cap. 1. num. 258.* ut refert Addit. ad Ludovis. *decis. 450. num. 7. & 12.*

Unde etiam hujusmodi beneficia Monocularia Re- 5
giis nominationibus non subjiciuntur, ut probat Rebuff. *in tract. Nominat. quæst. 15. n. 50. & seqq.* † ubi 6
tamen dicit, quod si quis unum tantùm beneficium habeat in Regno, & plura extra regnum, ita ut beneficium quod est in Regno, videatur Monoculum; nihilominus tamen Regia nominatio locum habebit, quia beneficium regni non censetur Monoculum; & cumulanda sunt in numero omnia beneficia, etiam

extra regnum ſita : ſi enim eſſet Monoculum, Regia nominatio locum non haberet, ut mox dictum eſt.

§. 7.

De beneficiis, ſeu Eccleſiis Conſiſtorialibus.

1 *Beneficia conſiſtorialia dicuntur illa, quorum proviſio fit in Conſiſtorio ſummi Pontificis.*
2 *Proponitur praxis & forma procedendi in proviſionibus beneficiorum conſiſtorialium.*
3 *In beneficiis conſiſtorialibus Gallia, non ſufficit ſimplex ſignatura; ſed præterea exigitur confectio Bullarum.*
4 *In beneficiis, quorum proviſiones conſiſtorialiter fieri ſolent, non habet locum regula de publicandis reſignationibus.*
5 *Ius devoluti non habet locum in beneficiis conſiſtorialibus; nec in aliis ſolius ſummi Pontificis diſpoſitioni reſervatis.*

1 COnſiſtorialis Eccleſia ſeu beneficium dicitur, cujus expeditiones fiunt in Curia Romana in Conſiſtorio : quales ſunt Epiſcopatus, quorum publicatio & præconizatio conſiſtorialiter fieri debet: ut dixi *lib.1.cap.33.num.2.*

2 Hæc autem eſt forma procedendi in hujuſmodi beneficiis, juxta conſtitutionem Pauli IV. ut ſcilicet ſollicitator vel procurator, qui recepit expeditiones ex Gallia, videlicet Mandatum ad reſignandum, & breve nominationis Regiæ factæ in conſequentiam talis mandati, illas deferat ad Regium Ambaſciatorem, qui præſentatâ Sanctitati ſuæ nominatione, ſi nominatus ſummo Pontifici gratus fuerit, conceditur ab ipſo facultas proviſiones & expeditiones proſequendi : & tunc Ambaſciator propria manu ſcribit, Expediatur ſuper litteris Regiæ nominationis: ad cujus expeditionis obtentionem remittitur in manus Cardinalis Protectoris, aut alterius deputati informatio de vita & moribus, & inſtrumentum profeſſionis fidei, unà cum aliis actis neceſſariis, quæ videntur per tres Cardinales, qui ſint caput Ordinum : & ſi nominatus reperiatur capax, tunc præconizatur per Cardinalem Protectorem Eccleſiarum in Conſiſtorio in præſentia ſummi Pontificis, & Cardinalium : factaque præconizatione, procurator ſeu ſollicitator præſtat obligationem in manus Cardinalis proponentis pro ſumptibus neceſſariis, & in proximo Conſiſtorio fit per eundem Cardinalem propoſitio; ſuper qua, proviſionibus conceſſis, idem Cardinalis qui proviſionem fecit, conficit ſchedulam nuncupatam Conſiſtorialem, continentem proviſionem factam per ſummum Pontificem, quam mittit ad Vicecancellarium; & ſuper ipſa conficitur alia per eundem Vicecancellarium, ſuper qua in Dataria fit expeditio Bullarum. Sed quando ipſe ſummus Pontifex proponere vult in Conſiſtorio, non eſt opus hujuſmodi formalitatibus; ſed ipſe ſummus Pontifex proponendo, providet, & diſpenſat : ut optimè explicat Addit. ad Loüet, *litt. B, num.13.*

3 Unde patet, quod in iſtis beneficiis conſiſtorialibus, non ſufficit ſola ſignatura; ſed debent intervenire Bullæ : cùm tamen in aliis minoribus beneficiis Galliæ, ſola ſignatura ſufficiat, ut alio loco oſtenſum fuit.

4 Unde etiam infertur, quod licèt regula *de publicandis reſign.* recepta ſit in Gallia; tamen in majoribus iſtis & Conſiſtorialibus beneficiis, publicatio neceſſaria non eſt, cùm interventus ſacri Conſiſtorii, in quo admittitur reſignatio, & collatio fit, ſatis ſuppleat iſtarum ſolemnitatum defectum, ut dicit Rebuff. *in praxi, part.3. ad reg. de publicand. reſign. in fin. gloſſ.1.*

Similiter licèt beneficiorum collatio jure devoluti deferatur ad ſummum Pontificem; tamen hoc non habet locum in iſtis beneficiis conſiſtorialibus: quia devolutio ſemper fit ad majorem, quem non recognoſcit ſummus Pontifex : imò nec locus eſt devolutioni, dum agitur de beneficiis collationi ſummi Pontificis reſervatis, ut dicit Rebuff. *in forma ſimplicis ſignaturæ, in prima part. verſic. etiam ſi devolutum, num.5.*

CAPVT III.

De Perſonis Eccleſiaſticis beneficia conferentibus, vel poſſidentibus.

§. 1.

De Summo Pontifice & beneficiis affectis per manus ipſius appoſitionem.

1 *Papa habet omnimodam poteſtatem in beneficiis.*
2 *Affectio, & reſervatio beneficiorum, qua ratione inter ſe differant.*
3 *Affectio non eſt minoris potentiæ, quàm reſervatio beneficiorum.*
4 *Per appoſitionem manus Papæ beneficia ſunt affecta & reſervata; quamvis gratia Pontificia nulla eſſet, aut ſubreptitia.*
5 *Quando proviſio Pontificia facta eſt ex falſa cauſa, non inducitur per eam affectio, quando falſitas cauſæ circa collationis pertinentiam verſatur, vel circa vacationem ipſam; veluti ſi beneficium collatum fuit uti reſervatum, & vacans: cùm tamen nec vacaret, nec eſſet reſervatum.*
6 *Beneficia etiam manualia ſunt affecta per appoſitionem manus Papæ.*
7 *Per deputationem coadjutoris cum futura ſucceſſione, beneficium eſt affectum, & reſervatum.*
8 *Item & per collationem beneficii in Commendam perpetuam.*
9 *Affectio beneficii ceſſat quando gratia Pontificia fuit ſortita effectum.*
10 *Collatio dicitur ſortita effectum ad exclusionem reſervationis, quando ſupplicatio ſpedita, & parti tradita.*
11 *Si proviſus à ſede Apoſtolica decedat in mense ordinario poſt regiſtratam ſupplicationem, Ordinarius conferre poteſt, ſi nulla alia ſuper reſervatio.*
12 *Affectio non inducitur quando agitur de gratia conditionali, quæ non poteſt ſortiri effectum, propter non adimplementum conditionis.*
13 *Non inducitur affectio beneficii, ſi illud vacare contingat diverſo genere vocationis, Quo exemplo explicatur.*
14 *In beneficiis Gallia non inducitur affectio, Qua vide infrà, num.18.*
15 *Si appoſitione manus Papæ reſultaret effectus præjudicium Indulti Cardinalis, non præjudicat beneficium affectum manet, niſi Papa expreſſe derogaverit Indulto.*
16 *In beneficiis juriſpatronatus non inducitur affectio per appoſitionem manus Papæ.*
17 *Limita niſi conſtet de mente Papæ, quod voluerit derogare juripatronatus.*
18 *Poſt conſtitutum procuratorem ad reſignandum coram Papa, utrum Ordinarius in Gallia poſſit idem illud beneficium conferre.*

19 Co

19 *Concluditur Ordinarium non posse conferre beneficium, pro cujus resignatione factum fuit mandatum ad resignandum coram Papa, ex sententia Ioan. Selvæ, quæ servatur in Gallia: nisi post factam renunciationem mandati, & illius revocationem.*

1 INter personas Ecclesiasticas primum locum obtinet Papa, de cujus potestate non est disputandum; cùm omnimodam in beneficiis habeat authoritatem, & potestatis plenitudinem: ut fusè comprobat Gonzal. *ad regul. de mensib. §.1.proœmiali*, Garc. *de benefic.part.5.cap.1.num.1. & seq.*

Verùm quia summus Pontifex non vult utplurimùm uti sua potestate absoluta circa collationem beneficiorum, ideo paucis agendum erit de potestate summi Pontificis ordinaria circa beneficia affecta: deinde verò agemus de ejusdem potestate circa beneficia reservata.

2 Affectio, & Reservatio differunt inter se, quia affectio respicit actum realem, reservatio verò actum verbalem, id est reservatio fit per expressam dispositionem summi Pontificis reservantis: affectio verò inducitur ipso facto, veluti quando Papa apponit manum super provisione alicujus beneficii: tunc enim beneficium illud dicitur affectum, absque alia declaratione verbali; sed quando Papa expressis verbis, veluti per constitutionem aut ordinationem, declarat se velle beneficium reservare; tunc non dicitur affectio, sed reservatio, ut declarat Mohedan. *decis.9. de Præbend.n.2.* In summa inter affectionem & reservationem illa intercedit differentia, quæ inter causam & causatum, & inter expressum & tacitum. Gonzal.

3 *ad reg.8.Cancell.glos.52.n.5.* † Sed licèt inter se differant affectio & reservatio; tamen affectio est ejusdem saltem efficaciæ, cujus est reservatio: ut notat Lotter. *de re benefic.lib.2.q.26.n.29.* Quia affectio ex appositione manus Papæ semper implicat specialem reservationem, per text. *in Extravag.ad Romani Pontificis, §.Romani quoque, de Præbend. inter communes.*

4 Dictaque affectio beneficii per appositionem manus Papæ locum habet, & producit effectum Reservationis, quamvis provisio seu gratia esset subreptitia, vel nulla; & etiam quando provisio, est ad favorem certæ personæ: cùm non tam personæ, quàm beneficio summus Pontifex providere censeatur; & indignum sit rem super qua summus Pontifex manum apposuit, ad inferiorem reverti, ut fusè explicat Rota *decis.570.n.4.part.1. recent.* præsertim stante dispositione *dicti §. Romani quoque*, quo cavetur beneficia esse affecta per appositionem manus Papæ, & provisiones, seu mandata de providendo, etiamsi ex aliqua causa non sortiantur effectum; ex quo textu dubitationem omnem cessare dixit Æneas de Falconib. *in tract.de reserv. benefic.quæst.4.princip. effect.16. circa med. versic. Ista tamen dubitatio est hodie decisa.*

5 Cessaret tamen reservatio, & affectio, si provisio Papæ facta fuisset ex falsa causa, quando falsitas causæ versaretur circa pertinentiam collationis, utpote quod Papa conferret beneficium tanquam reservatum, cùm tamen verè non esset reservatum, ut tenuit Rom. *consil.335.n.11.* vel si falsitas causæ versaretur circa vacationem ipsam principaliter narratam, cùm tamen beneficium verè non vacaret. Gemin. *in cap.si tibi, n.18.* & *ibi* Franc. *n.14.versic.aliàs si post, de Præbend.in 6.*

6 Quod ampliatur ut procedat in beneficiis manualibus, super quibus cadit affectio peculiaris, dummodo summus Pontifex illa contulerit ex certa scientia: quia pro illa vice Ordinarius providere non potest; postea tamen quando vacant, redeunt ad pristinam naturam manualem, quia Papa non præsumitur illorum statum alterare voluisse, sed potiùs censetur naturam illorum reservasse. Felin. *in cap. constitutus, versic. & ad hoc, de Rescript. & in cap. per tuas, column.3. & seq. de confirm. util. vel inutil.* Achill. de Grass. *decis.9.de præbend.num.5. & seq.*

Similiter per deputationem coadjutoris cum futura successione, affectio beneficii inducitur, quamvis coadjutus decederet antequam coadjutor litteras intimasset, vel coadjutoris officium exercere cœpisset: tunc enim ex tali manus appositione beneficium ita censetur affectum, ut illud nullus inferior conferre possit. Rota *dicta decis.570. num. 2.* post plures *ibid.* allegatos *part.1.recentior.* 7

Item affectio beneficii inducitur, si Papa illud contulerit in commendam perpetuam, donec beneficium provideatur in titulum. Put. *dec.154.per tot.lib.1. in correct.* Veral. *decis.145.p.1.* Caval. *decis.559.n.5.* 8

Cessat autem affectio, neque beneficium ampliùs reservatum est per appositionem manus Papæ, quando gratia est perfecta, & collatio Papæ fuit sortita effectum per provisionem subsequutam: quia affectio locum non habet quoad futuras vacationes. Gonzal. *ad reg.8.glos.52.n.9. & glos.15.§.2.n.31.* † ubi dicit gratiam dici perfectam ad fines excludendi reservationem tacitam, quamvis possessio beneficii capta non fuerit, nempe litteræ expeditæ; imò per solam supplicationem signatam, dummodo fuerit registrata, & parti tradita, quamvis possessio nondum capta fuerit, neque litteræ expeditæ, cessare affectionem beneficii, & per consequens reservationem. † Et ideò si provisus à sede Apostolica de beneficio reservato post signatam & registratam supplicationem decedat extra curiam in mense ordinario, poterit Ordinarius de tali beneficio disponere, quia affectio & reservatio beneficii est finita. Gonzal. *dicta glos.15.§.2.n.54.* 9 10 11

Non oritur etiam affectio beneficii ex gratia, quæ non potest suum sortiri effectum, propter non adimplementum conditionis; quia tunc constat de contraria mente ipsius Papæ, qui noluit providere nisi sub illa conditione. Lott. *de re benefic.lib.2.quæst.26.n.36.* 12

Præterea non inducitur affectio per appositionem manus Papæ, quoad diversum vacationis genus, veluti si summus Pontifex contulerit beneficium ex causa permutationis principaliter narrata, & deinde diversa vacatio contingat, veluti per obitum, aut alio diverso modo ab illo super quo Papa manum apposuit: nam tunc manus appositio Papæ non obstabit quoad illam diversam vacationem. Gemin. *consil.136.* Lancell. *de attent.2.p.cap.16.num.9.* 13

Item dicta manus appositio non inducit reservationem in beneficiis Galliæ, in quibus ordinarius potest conferre perinde ac si non esset affecta, aut reservata. Reb. *in prax.in tit.forma signatura, in verb.affectum, vers.quam reservationem.* Intellige tamen prout sup. *lib.1.c.26.n.24.* 14

Non etiam habet locum affectio, quando ex tali manus appositione resultaret derogatio indulti concessi alicui Cardinali, nisi expressè Papa illi Indulto derogasset, ut notat Ricc. *collect.1452.vers.limita tertio*; † qui idem dicendum esse testatur *ibid. in 5.limitatione*, si agatur de beneficio juris patronatus laicalis, vel mixti; quia sicut in eo non cadit expressa reservatio in præjudiciũ patroni, ita nec tacita ex appositione manus summi Pontificis: dicens ita fuisse judicatum in Rota. † Quod tamen intelligit Gonzal. *d.gl.52.n.54.* nisi constaret de mente Papæ, veluti quod expressè & sufficienter derogasset juri patronatus pro illa vice. 15 16 17

Hic quæri posset, utrùm post constitutum procuratorem ad resignandum coram Papa, possit Ordinarius illud idem beneficium, ratione cujus factum est mandatum, conferre ante intimatam procuratoris 18

revocationem: verùm hæc quæſtio ſufficienter reſolu-
19 ta eſt *lib.1.c.26.n.24.* † ubi, relatis duabus contrariis ſententiis, oſtendimus in Gallia opinionem Joannis de Selva prævalere, ut ſcilicet Ordinarius conferre non poſſit ante intimatam revocationem mandati: qui locus adeundus eſt; ſed hoc fit propter dolum aut culpam illius, qui legitimè revocationem mandati non intimavit; & ne illudatur ſummo Pontifici.

§. 2.

De beneficiis ſummi Pontificis, ſeu ſedis Apoſtolicæ collationi reſervatis in genere.

1 *Reſervatio nihil aliud eſt, quàm avocatio collationis.*
2 *Reſervatio fieri poteſt de certo beneficio in favorem incertæ perſonæ: ſed vide infrà, num.9.*
3 *Poteſt etiam fieri de certo beneficio in favorem certæ perſonæ.*
4 *Item de incerto beneficio in favorem certi.*
5 *Reſervationes aliquæ ſunt quas ſibi Papa retinet; aliæ, quas aliis perſonis concedit.*
6 *Cardinales reſignando poſſunt ſibi loco penſionis reſervare jus conferēdi beneficia Epiſcopatus reſignati.*
7 *Item ex ſpeciali Cardinalium privilegio conceditur illis reſignatio, cum reſervatione omnium fructuū.*
8 *Reſervationes quædam ſunt reales, aliæ mentales.*
9 *Mentales reſervationes ſunt ſublatæ, & quanam illæ ſint, exponitur.*
10 *Reſervationum quædā ſunt generales, aliæ ſpeciales.*
11 *Speciales reſervationes hodie ex Concilio Tridentino ſunt ſublatæ.*
12 *Reſervatio ſpecialis aliquando ſit de beneficiis per contractum matrimonii vacaturis.*
13 *Qua ratione, & cum quibus clauſulis fieri debeat reſervatio beneficiorum per contractum matrimonii vacaturorum.*
14 *Reſervatio clauſa in corpore juris quæ dicatur.*
15 *Beneficiorum vacatio in Curia, vel apud Sedem, eundem producit effectum quoad reſervationem.*
16 *Non dicuntur beneficia Vrbis vacare apud Sedem, niſi vacent per obitum curialium, qui Romæ degunt, non ratione domicilii vel originis, ſed animo ſequendi Curiam dumtaxat.*
17 *Qualitas domicilii à qualitate Curialitatis ſeparabilis eſt.*
18 *Beneficia vacantia apud Sedem dicuntur vacare in Curia; ſed non ſequitur vacantia in Curia vacare apud Sedem.*
19 *Probata ſemel curialitate, utrùm præſumatur uſque ad mortem continuata.*
20 *Beneficia Protonotariorum Sedis Apoſtolicæ ſunt reſervata.*
21 *Amplia, etiamſi nō eſſent de numero participantium, ſed tantùm eſſent Protonotarii ad honores.*
22 *Sed ad hoc ut detur ex hoc capite reſervatio, debet conſtare de acceptatione Protonotariatus.*
23 *Proviſio Protonotariatus quando per teſtes, vel per ſcripturas probanda ſit.*
24 *Quomodo probentur litteræ Protonotariatus, quando ſolent in legatione regiſtrari.*
25 *Legatus, aut Vicelegatus Avenionis diſpenſare poſſunt, ut non regiſtrentur litteræ Protonotariatus.*
26 *Reſervatio beneficiorum Protonotariorum Legationis, non eſt clauſa in corpore juris.*
27 *Sola Beneficia Protonotariorum participantium ſunt reſervata reſervatione clauſa in corpore juris.*
28 *In Gallia beneficia vacantia in Curia Papæ, ſunt reſervata.*
29 *Intellige dummodo Papa provideat intra menſem, quo elapſo, conferendi jus redit ad Ordinar. Vide infra, num.35. & 36.*
30 *Intellige ſecundò, ut hic menſis non aſſignetur in collationibus quæ fiunt jure devoluto, cùm Papa nullum habeat ſuperiorem, ad quem devolutio fieri poſſit.*
31 *In Regalia non eſt locus reſervationi clauſæ in corpore juris.*
32 *In Regalia Rex providet ex facultate ſibi ampliſſimè conceſſa per ſummos Pontifices, & admittit reſignationes in favorem, & perſonet.*
33 *Vacatio dicitur contingere in loco ubi habitat poſſeſſor beneficii, quando vacat ob factum negativum.*
34 *Quando agitur de facto poſitivo, vacatio dicitur eveniſſe in loco ubi talis actus factus eſt.*
35 *Menſis ſummi Pontificis collationi præfixus ad conferenda beneficia vacantia in Curia, ad beneficia Galliæ reſtringendus eſt.*
36 *In beneficiis extra Galliam ſitis non habet locum illa menſis aſſignatio, de qua in cap. ſtatutum, de Præbend. in 6.*
37 *Beneficia dicuntur vacare in Curia, quando reſignatio facta eſt in Curia, vel privatio.*
38 *Limitatur in Gallia, dum agitur de beneficiis Regiæ nominationis.*
39 *Si Papa beneficium contulerit inhabili, non ideo in Gallia reſervatum.*
40 *Vacatio in Curia Legati non inducit reſervationē.*
41 *Vacantia per reſignationem coram Papa, dicuntur vacare in Curia, dum agitur de beneficiis quæ non ſunt Regiæ nominationis.*
42 *Reſervationes omnes ceſſant in beneficiis juris patronatus laicalis.*
43 *Non obſtante reſervatione in corpore juris clauſa, Ordinarius, ſede Pontificia vacante, poteſt conferre Eccleſias Parochiales.*
44 *Beneficia juris patronatus laicalis ſubjacent reſervationi, ſi non agatur de jure patronatus exſito ex fundatione, dotatione, aut conſtructione.*
45 *Reſervatio ceſſat quando eſt conſumpta. Et quid ad hoc requiratur.*
46 *Reſervatio per vacationem in Curia non habet locum in beneficiis regularibus.*
47 *Beneficia de Vrbe non vacant in Curia.*
48 *Si Papa beneficium contulerit tantum reſervatum, quod tamen non erat reſervatum, collatio nulla eſt.*

REſervatio in hac materia beneficiali nihil aliud eſt, quàm Eccleſiaſticæ beneficialis collationis, electionisve ab Ordinario per poteſtatem habentem ante vacationem facta evocatio. † Exemplum evocationis, ſeu reſervationis hujuſmodi habetur in cap. *eo tempore 45. de Election. in 6.* ubi Papa reſervat ſibi tum beneficium, non nominando perſonam ad cujus favorem fit evocatio, ſeu reſervatio: & *in cap. ſapiente 12. de offic. deleg.* † quando Papa reſervando ſibi tum beneficium, mandat ut illud cùm primùm vacare contigerit, per executores certæ perſonæ conferatur. † vel quando confert alicui canonicatum in tali Eccleſia, & mandat illi provideri de prima præbenda vacatura: *cap. dudum 13. de Præbend. in 6.*

Reſervationum prima diviſio hæc eſt, ut aliæ ſint quas ſummus Pontifex ſibi ipſi retinet; aliæ ſint quas ſummus Pontifex ſibi ipſi retinet; aliæ quas aliis concedit. † Secundi generis ſunt reſervationes, quas ſummus Pontifex Eminentiſſimis S. Romanæ Eccleſ. Cardinalibus tribuit ex privilegio ſpeciali, qui non obſtante reſignatione Epiſcopatus poſſint

possunt sibi reservare jus conferendi beneficia illius diœcesis, loco pensionis: ut dicit Loüet, & *ibi* Addit.
7 *litt. P, num.* 33. † cùm etiam ex speciali privilegio possint resignare cum reservatione omnium fructuum. Idem Loüet *litt. F, num.* 16. sed de hac reservatione, & Indultis Cardinalium, suo loco agemus.

8 Secunda divisio est in reservationem realem, & mentalem. Mentalis est, quando Papa mentaliter sibi reservat aliquod beneficium: juxta notata per Cassador. *decis. ult. num.* 8. *de conces. præbend.* † sed hæc
9 mentalis reservatio sublata est per Concil. Trident. *sess.* 24. *de Reform. cap.* 19. Erat autem mentalis reservatio, quando Papa reservabat beneficium in genere, vel in specie, per Bullam, vel per Breve, ut personæ gratæ provideret, quam non exprimebat, sed in mente retinebat: & hic reservatio non erat facta in favorem alicujus certæ personæ expressæ: unde mentalis dicebatur reservatio, quia persona cujus favore fiebat, erat in mente Papæ retenta: deinde verò quando beneficium vacabat, mandabat fieri provisionem sub data reservationis, vel ante, vel post, prout sibi placebat, in favorem personæ nominatæ.

10 Tertia divisio reservationum, ut aliquæ sint generales, factæ videlicet simpliciter absque expressione personæ; ut si Papa reservat sibi beneficia talis Diœcesis: aliæ verò speciales, veluti si Papa reservat sibi canonicatum talem vacaturum in tali Ecclesia, cùm primùm illum vacare contigerit, in favorem talis
11 personæ. † Et hæc specialis reservationis species hodie etiam sublata fuit per Concil. Trident. *d. sess.* 24. *cap.* 19. in illis verbis: *Nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura*; unde reservationes speciales recessisse ab Aula, testatur Paris. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 16. *n.* 17.
12 † Sed tamen aliquando specialiter reservantur beneficia, quæ sunt, seu sperantur vacatura per contractum matrimonii, seu per assecutionem alterius beneficii incompatibilis, juxta regulam Cancellariæ 57.
13 † quæ vult quod si reservetur beneficium per contractum matrimonii vacaturum, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec beneficium censeatur reservatum, nisi sequatur matrimonium: sed in beneficiis per promotionem, vel assecutionem vacaturis ponatur clausula, *Cùm beneficia hujusmodi præmisso vel alio quovis modo, &c. præterquam per obitum obtinentis, vacare contigerit, etiamsi vacent, &c.*

Aliqui tamen generales reservationes vocant illas quæ à jure communi introductæ sunt: speciales verò quæ per regulas Cancellariæ. Sed prima explicatio verior videtur, & naturæ reservationis magis conveniens.

14 Quarta divisio, ut aliquæ sint reservationes clausæ in corpore juris, aliæ non clausæ: Reservatio in corpore juris clausa, unica est, quæ continetur *in cap.* 2. *de conces. præbend. lib.* 6. nempe dum agitur de beneficiis vacantibus in Curia, vel apud Sedem; seu intra duas diætas, juxta locum ubi est Curia.

15 Pro terminorum intelligentia supponendum est, quod licèt quoad effectum non debeat fieri differentia inter beneficia vacantia in Curia, & vacantia apud Sedem; cùm utroque casu eadem reservatio locum habeat, ex Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 27. *n.* 14.
16 † Tamen inter utrumque vacationis genus hoc interest, quod beneficia Urbis non dicuntur vacare apud Sedem, nisi vacatio contingat per obitum Curialis, Curiam sequentis, vel occasione illius in eadem commorantis; non autem ratione originis, domicilii, aut
17 beneficii: *cap. præsenti, §. sanè, de Præbend. in* 6. † Quia domicilium in Urbe contractum non sufficit ad hoc; sed præterea requiritur curialitas, id est quod obtinens domicilium in Urbe, habeat animum curialitatis: nam qualitas hæc, à qualitate domicilii separabilis est, ut fusè per Rot. *decis.* 573. *per tot. part.* 4. *recent. tom.* 3. † Quamvis enim beneficia apud Sedem 18
vacantia, dicantur etiam vacare in Curia, non tamen ex eo sequitur quod vacantia in Curia, sive ratione obitus in ipsa, sive ratione alterius reservationis, dicantur vacare apud Sedem, si deficiat qualitas illa curialitatis, ut *in dicta decis.* 573. *part.* 4. *recent. tom.* 3. & in præcedenti facta super eodem negotio, quæ inseritur *decis.* 429. *part.* 5. *tom.* 2. *recentior.*

Et licèt istæ decisiones fuerint revocatæ, ut patet 19
decis. 9. *part.* 5. *recentior.* Tamen non sunt revocatæ quoad hanc conclusionem principalem: sed duntaxat super illa quæstione; utrùm curialitate semel probatâ, censeretur continuata usque ad mortem per eum, qui domicilium semper habuit Romæ: & fuit dictum, non obstantibus antea decisis, cum qui domicilium residentiale habuerat in Urbe, animum curialitatis deposuisse ex facti circunstantiis, & testium depositionibus, de quibus *in dicta decis.* 9. *facta coram Pirovano die* 30. *Martii anni* 1626.

Et ex his colligitur, quod licèt beneficia Proto- 20
notariorum sedis Apostolicæ sint reservata, ex Verall. *decis.* 404. *part.* 2. Seraph. *decis.* 1251. *n.* 18. Rot. *decis.* 707. *n.* 1. *part.* 1. *recent.* † Etiamsi non sint de nu- 21
mero participantium, imò quamvis solùm essent Protonotarii ad honores creati ab ipso Legato, ut apud Cocc. *dec.* 349. *n.* 1. & *in recent. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 172. *n.* 16. ubi quod Rota ita semper tenuit: Addit. ad Burat. *decis.* 706. *n.* 9. † Dummodò tamen constet de ac- 22
ceptatione Protonotariatus, saltem tacitâ, ut *in dict. decis.* 706. *n.* 11. & 12. † Et de Protonotariatus collâ- 23
tione constet, vel per litteras patentes, si agatur de provisione Protonotariatus facta per Papam; vel saltem per testes, si agatur de provisione facta per inferiorem à Papa, veluti Legatum sedis Apostolicæ. Ludov. *decis.* 471. *n.* 1. † Quod ego verum credo, quan- 24
do Legatus non solet habere registratores; nam quando omnes gratiæ solent registrari, non video quomodo Protonotarius possit probari per testes, contra probationem quæ fit per abnegationem, probando gratiam non fuisse registratam: ex notat. per Paris. *de resign. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 21. & Beltram. *ad dictam decis.* 471. *n.* 12. † nisi probaretur quod Legatus dis- 25
pensavit super resignatione, prout ego factum vidi per Illustrissimum bon. mem. Josephum Ferrerium Archiepiscopum Urbinatensem, tunc Vicelegatum, in favorem Illustrissimi quondam & Reverend. Domini Ægidi Georgii de Tonduti, piæ memoriæ fratris mei; nam constito de dispensatione registri, & probata amissione litterarum originalium, hoc casu posset admitti probatio per testes, & procedit doctrina Ludovis. *dicta decis.* 471. *num.* 1.

Licèt, inquam, beneficia Protonotariorum etiam 26
à Legato, vel (quod idem est) à Vicelegato creatorum sint reservata sedi Apostolicæ; hæc tamen non est reservatio juris communis respiciens beneficia in Curia, vel apud Sedem vacantia. Quia Curiales non solùm ad hunc effectum dicuntur illi qui in Curia commorantur occasione Curiæ, nempe ut inserviant Papæ, aut Cardinalibus, seu Officialibus Romanæ Curiæ. Gloss. *in cap.* 1. *in verb. Curialibus*, 51. *dist.* Rot. *decis.* 616. *num.* 2. *part.* 4. *divers.* † Itaque soli 27
Protonotarii, qui sunt de numero Participantium, dicuntur Officiales ad effectum istius reservationis ex vacatione in Curia, quos Sixtus V. *in sua constitutione* 12. *Incipiente*, Romanus Pontif. & *in alia incipiente* Laudabilis sedis, *fol.* 502. & 503. *Bullarii*, suos familiares Prælatosque domesticos declaravit, aliisque privilegiis decoravit.

28 Et præmiſſa adeo vera ſunt, ut in Gallia, ubi etiam omnes aliæ reſervationes ſunt ſublatæ, tamen beneficia vacantia in Curia, omnimodæ ſummi Pontificis collationi ſupponantur. Loüet *litt. R, num.47.*

29 † dummodò proviſio fiat intra menſem, aliàs proviſionis facultas redit ad Ordinarios collatores, ſi Papa intra illud tempus non providerit: *cap. Statutum 3. de*

30 *Præbend. in 6.* Maynard. *lib.8. cap.6.* † Quod tempus unius Menſis quamvis locum habeat in iſtis proviſionibus beneficiorum vacantium in Curia, tamen ſi agatur de aliis proviſionibus quas ſummus Pontifex facit jure devoluto, nullum ad hoc tempus ſummo Pontifici conſtitutum eſt: quia jus iſtud ſemel ad Papam devolutum, nunquam retrogreditur ad inferiores collatores. Maynard. *dicto lib.8. cap.6.*

31 Si tamen beneficium vacaret in Regalia (de qua vacatione poſtea agemus) hoc caſu non eſſe locum reſervationi illius beneficii, quamvis vacaret in Cu-

32 ria, cenſuit Addit. ad Loüet *litt. P, n.47.* † Quia, inquit, beneficiis vacantibus in Regalia, Rex ſolet providere cum plena poteſtate ſibi conceſſa per Concordata, & Bullam Leonis X. & aliàs etiam cum reſervatione penſionis, & admittere reſignationes in favorem, prout latiùs in dicta Addit. *ad dictum n.47.*

33 Vacare autem cenſentur beneficia in loco, ubi eſt perſona ultimi poſſeſſoris beneficii, quando agitur de vacatione quæ originem ducit à facto negativo; veluti quod quis non fuerit promotus intra annum: nam ſi perſona non promota fuerit, tempore inductæ vacationis in Curia; tunc beneficium cenſebitur vacare in Curia: ſi verò extra Curiam fuerit, non inducetur iſta vacatio cum privilegio reſervationis, propter vacationem in Curia contingentem. Rebuff. *in praxi, tit. de non promot. intr. ann. n.20.*

34 Nicol. Garc. *de benefic. part.5. cap.1. num.78.* † Si verò agatur de vacatione ducente originem ex aliquo facto poſitivo, veluti ex delicto conſiſtente in committendo: tunc beneficium dicitur vacare in loco, ubi talis actus geſtus fuit. Garc. *de benefic. d. part.5. cap.1. num.78. & 79.*

35 Notandum verò eſt, quod licèt antea dixerimus *num.29.* ſi ſummus Pontifex intra menſem hujuſmodi beneficia vacantia in Curia non contulerit, facultatem conferendi redire ad collatores ordinarios, locum obtinere quidem in beneficiis in Gallia ſitis; quia *Extravag. ad regimen, de Præbend. in communibus*, non obſervatur in Gallia, teſte Rebuff. *in prax. tit.*

36 *de reſervat. num.12. & 38.* † tamen in Gallia hoc non ita ſe habet: quia licèt tempus unius menſis Papæ fuerit aſſignatum *in dicto cap. ſtatutum 3. de Præbend. in 6.* ad fines providendi de beneficiis vacantibus in Curia, quo tempore elapſo poteſtas collationis redit ad collatores Ordinarios: tamen diſpoſitio *dicti cap. ſtatutum*, fuit correcta per *Extravagant. Pia ſollicitudinis*, quæ eſt prima *in tit. de Præbend. inter communes*, ut benè tuetur Gonzal. *gloſ.5. proœmiali, à num.* 148. qui ita in Romana Curia ſervari teſtatur *num.156. verſic. & maximè.* Nicol. Garc. *de benefic. part.5. cap.1. num.98.99. & 100.* ubi dicit quod *Extravag. Ad Regimen*, tollit omne dubium, cùm innovetur per omnes ſummos Pontifices, & per eam clarè derogetur diſpoſitioni *dicti cap. ſtatutum.*

37 Alia etiam notabilis differentia eſt inter beneficia vacantia per reſignationem coram Papa factam, ſita in Gallia, & ea quæ ſic vacant extra Galliam. Siquidem omnia beneficia per reſignationem in Curia factam vacantia, dicuntur de jure vacare in Curia; ibi ſiquidem dicitur vacare beneficium, ubi fit reſignatio: idemque de vacatione per privationem, aut aliis modis inducta, dicendum eſt. Franc. *in cap. præſenti, §. ſanè, num.4. de Præbend. in 6.* Gonzal. *gloſſ.13, num.42. & ſeq.* Garc. *de benefic. part.5. cap.1. num.73. & ſeq.* Rot. *deciſ.100. num.5. part.6. recent.* ubi de reſignatione facta coram Papa.

Sed in Gallia dum de Regia nominatione agitur (quia, non obſtantibus Concordatis, Papa ſibi reſervavit beneficia in Curia vacantia,) non admittitur proviſio Pontificia, ſi agatur de beneficiis Regiæ nominationis in Curia reſignatis, ſive coram Papa, ſive coram proprio Epiſcopo in Curia exiſtente: quia per Concordata, *in tit. de Reg. ad Præſ. nomination. §.1.* in illis verbis: *Per nos in Eccleſiis per obitum apud Sedem prædictam vacantibus, ſemper etiam nulla Regis præcedente nominatione, liberè provideri poſſit.* Igitur ſi Epiſcopatus, ſeu dignitas vacaret per reſignationem in Curia factam, non poſſet provideri ſine Regia nominatione: quia Papa ſolùm ſibi reſervavit vacationes per obitum, ut dicit Rebuff. *in Concordat. dict. §.1. in verb. per obitum, & conſil.38. num.18.*

Similiter hæc reſervatio in Gallia non admittitur; ut ſi Papa inhabili contulerit, ſemper beneficium in Curia vacare cenſeatur. Rebuff. *conſil. 38. num.1.* dicens hanc non eſſe reſervationem in corpore juris clauſam.

Cæterùm quæcumque de beneficiis vacantibus in Curia dicta ſunt, intelligi debent de vacantibus in Curia ſummi Pontificis, non autem de vacantibus in Curia Legati, vel Nuncii. Rebuff. *in Concordat. tit. form. mandat. Apoſtolic. in verb. extra Romanam Curiam, verſic. ideo beneficia vacantia in loco ubi eſt Legatus.* Gonzal. *gloſſ.13. §.1. num.14.*

Item quod diximus de vacantibus in Curia per reſignationem, ex Rebuffo, & ex Concordatis, propter illa verba, *Per obitum*, appoſita in illis; non debet trahi ad beneficia quæ non ſubſunt Regiæ nominationi, quæ etiam in Gallia ſunt reſervata, propter reſignationem, vel depoſitionem in Curia factam: de quibus exiſtimo intelligendum Anton. Pabor. *in tract. de benef. lib.1. tit.15. num.13.* Nam aliquin obſtarent verba Concordatorum, & doctrina Rebuff. *dict. conſil.38. num.18.* & ad Concordata *in dicto verb. Per Obitum.*

Ceſſant autem reſervationes omnes in beneficiis de juriſpatronatus laïcalis, ut dixi *lib.1. cap. num.4.* poſt Rot. *deciſ.541. in recentior. part.2. num.5.* Gonzal. *gloſſ.18. num.2.*

Secundò, ceſſant reſervationes etiam in corpore juris clauſæ, ſi agatur de Eccleſiis parochialibus vacantibus in Curia, ſede Pontificia vacante, necnon quoad illa quæ vacaverunt ante obitum Papæ, & de illis per Papam ante obitum non fuerit ordinatum. Et tali caſu Epiſcopus poteſt illa liberè conferre, & providere Eccleſias parochiales abſque aliquo reſervationis impedimento: text. eſt expreſſus *in cap. Apoſtolica 35. de Præbend. in 6.* quem exornat Gonzal. *ad reg. menſium, §.5. proœmiali, n.125. & multis ſeq.* Garc. *de benefic. part.5. cap.1. num.101. & 102.*

Tertiò, locum habent reſervationes in patronatis aliter quàm ex fundatione, dotatione, aut conſtructione competentibus. Unde ſi patronus jus præſentandi ex privilegio, vel præſcriptione, ſubditus erit quibuslum reſervationibus clauſis in corpore juris, ſed non aliis, ut benè probat Gonzal. *gloſſ.18. n.20. & 21.*

Quartò, reſervatio ceſſat ſi ſit conſumpta, [illegible] quod habuerit effectum per proviſionem ſummi Pontificis, licèt proviſus nondum apprehenderit poſſeſſionem beneficii reſervati, ut oſtendit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.278. num.28.*

Quintò, reſervatio etiam per vacationem in Co-

ria locum non habet in beneficiis regularibus. Barbos. *de Episcop. part. 3. allegat. 57. num. 29.*

47 Sextò, non habet locum reservatio clausa in corpore juris in beneficiis de Urbe. Barbos. *ibid. numero 32.*

48 Ultimò advertendum est, quod si Papa aut alius ad id potestatem habens, contulerit beneficium tanquam reservatum, cùm tamen reservatum non esset; talis collatio tanquam facta ex falsa causa non valet: quamvis conferens habuisset potestatem illud ex alia causa vera, & uti non reservatum conferendi. Roman. *consil. 335. num. 11. & 14.* Rot. *decis. 534. num. 1. part. 1. recent.*

§. 3.

De præcipuis Reservationum speciebus.

1 *Beneficia vacantia, sede Episcopali vacante, sunt reservata.*

2 *In Gallia, & Germania hæc reservatio locum non habet, propter Concordata.*

3 *Ecclesia quæ subsunt Regum & Principum præsentationi, non cadunt sub hac reservatione.*

4 *Beneficia simultaneæ collationis, sub reservatione ob sedem Episcopalem vacantem non continentur.*

5 *Reservatio Monasteriorum intelligitur de Consistorialibus in reg. Cancellariæ.*

6 *Reservatio, sede Episcopali vacante, cessat etiamsi collatio sit divisa per turnum inter Episcopum, & Capitulum.*

7 *Monasterii dignitates post Pontificalem, & principales in Collegiatis reservantur.*

8 *Prioratus, & Dignitates conventuales sunt reservatæ.*

9 *Intellige ut hoc procedat in beneficiis perpetuis, non in amovibilibus.*

10 *Familiarium Papæ & Cardinalium beneficia reservantur.*

11 *Familiaritas quomodo probetur.*

12 *Reservantur beneficia familiarium Cardinalium, etiam ante familiaritatem obtenta.*

13 *Collectorum, & subcollectorum beneficia sunt reservata.*

14 *Vacantia per obitum Cardinalium, & officialium Legatorum, Nunciorum, & similium, sunt sedi Apostolicæ reservata.*

15 *Conclavista reputantur quoad reservationem beneficiorum perinde ac si essent veri Officiales, & domestici Papæ.*

16 *Vacantia beneficia per privationem authoritate Apostolica factam, seu depositionem aut translationem, sunt reservationi supposita.*

17 *Electi aut postulati beneficia sunt reservata, si electio aut postulatio nulla fuerit declarata.*

18 *Per assumptionem ad Episcopatum, aut Monasteria, & similia, vacant beneficia, & sunt reservata.*

19 *Promotus ad Episcopatum, aut similes dignitates, non potest sua beneficia resignare.*

20 *Fallit in Episcopis, qui habent Episcopatus in partibus infidelium.*

21 *Beneficia vacantia per adeptionem aliorum, in vim provisionis Apostolicæ sunt reservata.*

22 *Vacantia per assecutionem duorum incompatibilium subjacent reservationi.*

23 *Qui sequuntur Curiam extra Romanam urbem, si possideant beneficia, subjacent reservationi.*

24 *Ostenditur varietas constitutionum juxta diversitatem temporum circa reservationem beneficiorum Curialium.*

25 *Dum Curia transfertur de loco ad locum, beneficia Curialium ubicumque decedentium sunt reservata.*

26 *Beneficia vacantia ob crimen hæreseos, reservantur.*

27 *Item reservantur beneficia obtenta in confidentiam.*

28 *Offendentium litigantes beneficia sunt quoque reservata.*

29 *Vacantia ob defectum non publicatæ resignationis sunt reservata.*

30 *Beneficia vacantia ob violationem sequestri reservantur.*

31 *Quis dicatur violare sequestrum.*

32 *Sequestri violatio inducitur per eum cui consignatio fructuum facta est, si illos alicui tertio remiserit.*

33 *Exercens actus beneficio competentes, velut prædicationem, in præjudicium sequestri, dicitur illud violare.*

34 *Sequestrum dicitur violari, etiam si factum fuerit in vim sententiæ de nullitate impugnatæ.*

35 *Putei* decisio 46. lib. 2. reicitur.

36 *Reservata sunt litigiosa beneficia.*

37 *Quæ requirantur ad hoc ut beneficium dicatur litigiosum, ad effectum reservationis, & utrum sufficiat lis in possessorio.*

38 *Causa si fuerit commissa* cum incidentibus, &c. *& cum clausula* quam, & quas, &c. *dicitur etiam lis pendere super petitorio.*

39 *Collatio facta ab Ordinario de beneficio litigioso nulla est.*

40 *Si Ordinarius attentaverit providendo de beneficio litigioso, locus erit sequestro ratione attentati.*

41 *Quando lis dicatur pendere. Remissivè.*

42 *Protonotariorum beneficia sunt reservata. Remissivè.*

43 *Beneficia collata contra formam Concilij Tridentini, vel sine concursu in casibus, in quibus adhiberi debet, nullus inferior præter sedem Apostolicam conferre potest.*

44 *Alij casus, in quibus locus est reservationi, à quibus Doctoribus enumerentur.*

45 *Plures sunt casus in quibus beneficia non cadunt sub reservatione, de quibus Rice. ibi citatus.*

46 *Episcopus, sede Papali vacante, potest liberè conferre beneficia reservata, etiamsi ignoaverit mortem summi Pontificis, neque hoc casu locus est regulæ de verisimili notitia.*

SI singulas reservationum species exponere ad longum vellemus, peculiaris tractatus conficiendus esset: paucis tamen præcipua reservationum capita in medium afferemus.

In primis igitur plures in regulis Cancellariæ continentur reservationes: & inter cæteras, reservatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac quæcumque beneficia cujuscumque qualitatis sint, quæ vacant de tempore vacationis Ecclesiarum, post obitum, amissionem, seu dimissionem Episcopatuum, vel aliarum dignitatum usque ad promotionem successorum ad easdem Ecclesias. † Qua tamen reservatione non ligantur Galli, & Germani, propter Concordata; servatis tamen modificationibus in illis comprehensis: ut dicit Cokier. *ad dictam regul. 2. num. 9.*

Neque sub illa regula comprehenduntur Ecclesiæ, quæ sunt ad præsentationem Regum, & aliorum Principum: ut idem Author tradit *num. 17.*

4 Iſta regula comprehendit beneficia ſpectantia ſimul ad collationem Epiſcopi,& Capituli,ſecundùm opinionem aliquorum; quæ tamen refellitur per Gabriel. *conſil.*197. *lib.*1. Sed hæc controverſia hodie ſublata eſt ex verbis dictæ regulæ, in qua expreſsè excipiuntur à reſervatione beneficia ſimultaneæ
5 collationis : ut notat Garſ. *part.*5. *cap.*1.*num.*229. † Dum autem reſervantur Monaſteria, intelligendum eſt de excedentibus valorem 200. florenorum, ſi ſint conſiſtorialia. Gonſal. *gloſſ.* 51. *num.*51.

6 Sed quid juris quando collatio eſt quidem ſimultanea inter Epiſcopum & Capitulum,tamen per turnos diviſa.; id eſt, quod una vice collatio pertineat ad Epiſcopum, alia verò ad Capitulum ? Super hac quæſtione Garſ. *loco citato*,*numero* 235. concludit ſede Epiſcopali vacante collationem ſpectare ad Capitulum ; ſive contingat vacatio in turno Capituli, ſive in turno Epiſcopi , & utroque caſu ceſſare reſervationem.

7 Secundò reſervantur Dignitates omnes majores poſt Pontificalem in Cathedralibus , Metropolitanis & Patriarchalibus Eccleſiis , necnon principales in Collegiatis , excedentes valorem decem florenorum: ut in *reg.*3. *Cancellariæ*. Ricc. *collect.*1670. *&* 2616.

8 Tertiò , per eandem regulam reſervantur Prioratus , Præpoſituræ , & aliæ dignitates conventuales, & Præceptoriales generales Ordinum quorumcun-
9 que, non tamen militiarum : † intelligendo tamen de beneficiis perpetuis , non autem temporalibus. & amovibilibus : quia Papa nunquam intendit mutare naturam beneficiorum , ut dicit Cokier. *ad dictam regul.*2. *num.*25. *& ſequent.*

10 Quartò , reſervantur beneficia familiarium , tam ſummi Pontificis tempore ſui Cardinalatus , quàm aliorum S.R.E. Cardinalium ; dummodò ſint continui commenſales : quamvis Cardinalis, in cujus familiaritate erant , deceſſerit , aut ipſi ab ea receſſe-
11 rint. † Pro cujus familiaritatis probatione , ſufficit probare quod quis ſemel ſteterit ſub illius Cardinalis imperio , illique ſervitia præſtiterit , prout alij familiares ; dummodò interveniat Mens & Dens, nempe quod quis habuerit intentionem & animum inſerviendi , & quod Cardinalis victum illi præſtiterit : ut fuit deciſum ſuper Archidiaconatu Avenionenſi vacante per obitum familiaris Eminentiſſimi Cardinalis de Joyeuſe , qui dum viveret obtinebat dictum Archidiaconatum , de quo Archiepiſcopus Avenionenſis proviſerat , quæ proviſio fuit declarata nulla , quia agebatur de beneficio familiaris Cardinalis , & per conſequens reſervato ; quem propterea Archiepiſcopus conferre non poterat , ut apud Burat. *deciſ.* 228. *per tot.* nec non *deciſ.*117. *&* 255. *per tot.* apud eundem , ubi tota familiaritatis materia explicatur.

12 Iſta reſervatio comprehendit beneficia familiarium Cardinalium, non ſolùm obtenta durante familiaritate,ſed etiam alia priùs acquiſita.Mareſcot.*lib.*2. *var. reſolut.cap.*94. *num.*13. Ludoviſ. *deciſ.*166.*n.*4.

13 Quintò, reſervata ſunt beneficia Collectorum , & Subcollectorum ſedis Apoſtolicæ, de quibus non eſt copioſiùs agendum ; cùm rarò inter nos,& nunquam in Gallia iſta reſervatio locum habere poſſit.

14 Sextò , reſervata ſunt beneficia vacantia per obitum Cardinalium, & Officialium ſedis Apoſtolicæ, Legatorum , Nuntiorum, Rectorum , aut Theſaurariorum ; ſi moriantur antequam ad Romanam Curiam redierint : per text in *extravagant. Ad regimen, de præbend.* quæ renovatur per omnes ſummos Pontifices , & eſt regula 1. Cancellariæ.

15 Inter Officiales autem numerantur etiam Conclaviſtæ,ex ſpeciali ſummi Pontificis privilegio, quamvis in effectu non ſint veri commenſales. Seraphin. *deciſ.*1251. *num.*1.

16 Septimò, reſervata ſunt beneficia vacantia per depoſitionem , privationem vel tranſlationem authoritate Apoſtolica factam , ut in *dicta Extravag. ad Regimen, poſt princip. verſic. nec poſt depoſitionem.* Pariſ. *lib.*2. *quæſt.* 16. *num.*27.

17 Octavò , reſervata ſunt beneficia illius qui fuit electus , vel poſtulatus, ſi poſtea electio vel poſtulatio fuerit caſſata , repulſa , vel renunciata , *dicta extravagant. Ad regimen*, §. *nec non ſi forſan*, & in *extravagant. ex debito* , §. *hujuſmodi* , *de election.inter communes* , *cap. Quanquam* 18. *de elect. in* 6. Quæ autem ſit differentia inter poſtulationem & electionem, diximus *lib.*1. *cap.*18.*num.*6. & inferiùs *cap.*4. §.6. *numero* 4. *& ſequent.*

18 Nonò , reſervata ſunt beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatum , Patriarchatum , Archiepiſcopatum , aut Monaſteriorum regimen ; ſiquidem beneficia illa ſtatim vacant ipſo jure poſt adeptionem poſſeſſionis & conſecrationem ſeu-tam ; vel poſtquam tempus ad petendam conſecrationem lapſum fuit. Barboſ. *de Epiſcop. part.*3. *allegat.*57. *numero* 66. *&* 67.

19 Nihilominus tamen ſervatur ex ſtilo Curiæ quod proviſus per Romanum Pontificem de hujuſmodi beneficiis , ſtatim ubi Epiſcopus ſeu Prælatus promotus eſt, privatur beneficiis ; illaque vacant, adeo ut non poſſit renunciare , etiam ante conſecrationem , niſi obtenta fuerit à ſummo Pontifice prorogatio, vel retentio. Barboſ. *dicta allegat.* 57.*num.*68. *&* 69. † Quod tamen limitat *num.*74. ut nonnulli ſeu in partibus infidelium : quia non ſtat per promotum quominus poſſeſſionem capiat , ex Gail. *de benefic. part.* 11. *cap.*6. *num.*24.

20 Decimò , reſervantur beneficia vacantia per obſ-cutionem pacificam quorumcunque aliorum beneficiorum authoritate Apoſtolica proviſorum ; dicta *extravag. Ad regimen, propè fin.verſic. Necnon etiam per aſſecutionem , de præbend. & in extravag. ex debito*, §. *hujuſmodi, de election. inter commun.*

21 Undecimò , reſervata ſunt beneficia vacantia per execrabilitatem , videlicet quando quis tenet eodem tempore duo beneficia incompatibilia ; quia utrumque vacat , & utriuſque proviſio ſibi Apoſtolicæ eſt reſervata , per text. *in extravag.execrabilis*, §. *qui verò deinceps, &* §. *Quæ omnia, de præbend. inter conſtitut. Ioannis XXII.* quæ renovatur per ſingulos Pontifices in prima regula Cancellariæ.

22 Duodecimò, reſervata ſunt beneficia curatain quovis loco decedentium , qui ſequuntur Curiam Romanam , quando tranſfertur de loco ad locum, etiamſi decederent in loco à Curia Romana remoto : idque in vim regulæ 5. Cancellariæ.

23 Pro cujus intelligentia notandum eſt, quod *cap.*2. *de præbend. in* 6. fuit facta reſervatio de omnibus beneficiis vacantibus in Curia , ſeu apud eadem. Deinde ſupervenit diſpoſitio text. in *cap. ſenti* 34. *eod. tit. de præbend. in* 6. quæ extendit dictam reſervationem *cap.*2. ad loca vicina, ſcilicet per duas dietas legales diſtantia à curia Romana. Ultimo loco ſupervenit *dicta extravagans, Ad regimen*, quæ extendit dictam reſervationem ad Curiam ſpegrinationis , infirmitatis , aut recreationis recedentes , qui antequam ad Curiam redierint, locis ab eadem Curia, non tamen ultra duas dietas remotis , deceſſerint ; dummodò illa loca non ſint proprium illorum domicilium.

25 Sed prædictis omnibus adjectus fuit iste duodecimus vacationis modus, per quem supradicta omnia ampliantur ad Curiales qui Curiam recedentem sequuntur, & in quocumque loco obierint: juxta dictam regulam 5. Cancellariæ.

26 Decimus tertius reservationis casus versatur circa beneficia vacantia propter crimen hæreseos; de quo Barbos. *dicta allegat. 57. num. 36.*

27 Decimoquartò, reservantur beneficia quæcumque recepta in confidentiam, quæ vacant ipso jure, & sunt Apostolicæ sedi reservata. Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 16. num. 28. & de confident. quæst. 7. num. 79.* qui ampliat *num. 81.* ut illa reservatio & vacatio ipso jure comprehendat beneficia non solùm in confidentiam recepta, sed etiam omnia alia obtenta; juxta Bullam Pij V. quæ incipit, *intolerable*, & est 78. inter ejus constitutiones, *versic. nec quisquam.*

28 Decimoquartò, reservata sunt beneficia offendentium litigantes in Romana Curia; quæ propter tale delictum vacant ipso jure; sive offenderint partes litigantes, sive Judices, Testes, vel Notarios: juxta Bullam Alexandr. nam, de qua Rot. *decis. 166. part. 2. & vers. & 639. part. 1. & in criminalibus* Farinac. *decis. 2. & 21.*

29 Decimosextò, reservata sunt beneficia vacantia ob non publicatam resignationem, juxta *constitut. 85. Gregorij XIII.* quæ inseritur apud Paris. *de resignat. benefic. lib. 11. in præfat. num. 5.* ita Barbos. *de Episcop. dicta allegat. 57. num. 46.*

30 Decimoseptimò, reservata sunt summo Pontifici beneficia vacantia propter violationem sequestri, appositi lite pendente in Curia Romana. *Clementin. unic. §. si quis autem, de sequestrat. possess.* Gonzal. *regul. 8. §. 7. Proœmial. numero 8.* Barbos. *dicta allegat. 57. numero 47.*

31 Sequestrum autem violare dicitur qui fructus beneficij sequestrati percipit post sequestrationem, quamvis sequester non acceptaverit illam. Rot. *decis. 274. part. 2. divers.* Ubi propterea concluditur, eum qui fructus sic percipit, incidere in pœnas dictæ Clementinæ; sufficit enim quod sequestrum parti fuerit intimatum, ad hoc ut pœnam illam incurrat percipiendo fructus. Crescent. *decis. 2. de sequest. poss. &*
32 *fruct.* † sicuti & violator sequestri dicitur ille, qui fructus quos in manibus sub sequestro habeat, alicui tertio consignaverit. Verall. *decis. 155. part. 3.*

33 Nec solùm per perceptionem fructuum, pendente sequestro incurritur pœna sequestri violati, sed etiam per exercitium actuum beneficio continentium: veluti per prædicationem verbi Dei; qui actus non potest fieri in illa Ecclesia in qua est beneficium, nisi nomine ipsius beneficij, quod non minus sequestratum intelligitur quàm fructus. Bellamer. *decis. 429.*

34 Prædicta ampliantur ut locum habeant, quamvis sententia, cujus vigore decernitur sequestrum, esset nulla, ut ex multis probat Marescot. *lib. 2. variar. resolut. cap. 77. num. 2. & sequent.*

35 Adeo ut non videatur subsistere Putei *decis. 46. lib. 2.* ubi fuit declaratum, non esse locum pœnæ dictæ Clement unic. ob sequestri violationem, quia sequestratio erat nulla, ex quo fuerat decreta vigore sententiæ latæ super attentatis, & sic non super petitorio, & possessorio, prout requiritur ex tenore *dictæ Clementinæ.* Quia adversùs illam decisionem adsunt plures aliæ, de quibus *ibidem* Marescot. qui *dicto cap. 77.* totam sequestri beneficialis materiam tractat.

36 Decimooctavò, reservantur Sedi Apostolicæ beneficia litigiosa: *cap. 1. & 2. ut lite pendente.* Seraphin. *decis. 290. numero 5.* Duran. *decis. 68. num. 6.* Rot. *decis. 312. numero 1. part. 2. recentior.*

Sed ad hoc ut beneficium dicatur litigiosum, oportet ut lis sit super peritorio; quia ad hunc effectum requiritur quod lis adsit super titulo, non autem super sola possessione: per text. *in dicto cap. 2. Ut lite pendente, lib. 6.* Cassador. *decis. 4. Ut lite pendente,* Ludovis. *decis. 35. n. 6. & 19.* ubi ampliatur ut locum habeat quod mox diximus (nempe quod non inducitur reservatio in lite super solo possessorio) quamvis tale possessorium haberet causam proprietatis admixtam. 37

Si tamen causa fuerit commissa *cum incidentibus* 38
& toto negotio principali, & cum clausula *Quam & Quas*, tunc beneficium efficitur litigiosum, quia istæ clausulæ respiciunt ipsum titulum, totamque causam comprehendunt, tam quoad petitorium, quàm quoad possessorium. Cavaler. *decis. 608. num. 5. & decis. 200. num. 5.* Rot. *decis. 342. num. 2. part. 1. recent.*

Ergo collatio beneficij litigiosi facta ab Ordina- 39
rio nulla est. Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 3. n. 1. & 2.* ubi quod etiam hoc procedit in resignatione. Seraphin. *dicta decis. 290.* Duran. *dicta decis. 68.*

Et si Ordinarius attentaverit providendo de be- 40
neficio litigioso, locus erit sequestro ratione attentati. Gonzal. *ad regul. 8. §. 7. proœmial. n. 119.* cum litis pendentia in se contineat inhibitionem Ordinario factam de providendo lite pendente. Duran. *dicta decis. 68. num. 6.* Seraphin. *dicta decis. 290. n. 5.* † Plura 41
quando lis pendere dicatur, tradit Rice. *collect. 2950.* Rot. *decis. 306. num. 1. part. 1. recent.*

Decimonono, reservata sunt beneficia Protono- 42
tariorum sedis Apostolicæ, etiamsi creati fuerint à Legato, D. Lud. Bellus *consil. 29. num. 8.* & diximus supr. *in §. 2. hujus cap. 20. & sequent.*

Vigesimò, reservata sunt beneficia collata contra 43
formam Concilij Tridentini, & nominatim in casibus in quibus requiritur concursus, ex eodem Concilio *sess. 24. cap. 18.* Barbos. *dicta allegat. 57. num. 43.* Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 16. num. 32.* & super hoc adest regula prima Cancellariæ *in fine*, his verbis: *& ea etiam beneficia omnia, de quibus Ordinarij & alij collatores contra Concilij Tridentini decreta disposuerunt, & disponent in futurum.*

Sunt & alij quidam casus, in quibus beneficia 44
sunt reservata, qui non sunt ita practicabiles, de quibus ad longum Barbos. *de Episcop. dicta allegat. 57.* Paris. *dicto lib. 2. quæst. 1.* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 51.* Gars. *de benefic. part. 5. cap. 1.*

Similiter sunt quædam beneficia, quæ non cadunt 45
sub reservatione, de quibus breviter agit Ricc. *in prax. Aur. cap. 236.* ubi ponit viginti quinque casus in quibus cessat beneficiorum reservatio.

Aliquos casus in quibus cessat reservatio, adduxi- 46
mus *in §. præcedenti, à n. 42.* † Et adde quod si Epis- 47
copus, sede Apostolica vacante, beneficia reservata contulerit; adeo valida est collatio, ut non sit locus regulæ *de verisimili notitia*: & sic sufficit quod verè tempore collationis per Episcopum, aut alium collatorem Ordinarium factæ, sedes Apostolica vacet; quamvis collator mortem summi Pontificis ignoraret. Gratian. *discept. forens. 18. num. 51. & 52.*

§. 4.

De summo Pontifice conferente jure devoluto: & de Devolutionibus.

1 *Devolutio quid sit.*
2 *Beneficia reservata sedi Apostolicæ non conferuntur tanquam devoluta.*
3 *Devolutio duplex est: & quæ dicatur devolutio juxta*

ta Lateranenſis ſtatuta Concilij.

4 *Si Collator Ordinarius non contulerit infra ſex menſes, ſit devolutio gradatim ad Superiorem: & quæ ſit praxis hujus devolutionis.*

5 *Quomodò fiat devolutio propter negligentiam Epiſcopi exempti.*

6 *Papa in quibus caſibus cenſeatur providere jure devoluto, juxta Lateranenſis ſtatuta Concilij.*

7 *Papa poteſt concurrere in collatione beneficiorum cum quolibet Ordinario, & quæ ſit differentia inter hanc collationem, & illam quæ fit jure devoluto.*

8 *In collatione quæ fit juxta Lateranenſe Concilium, provisus tenetur probare devolutionem per gradus diſtinctos ſingulorum collatorum inferiorum.*

9 *Collator ordinarius non dicitur negligens, ut jus devolvatur ad Superiorem, niſi elapſis ſex menſibus à die ſcientiæ computandis; & hoc caſu impetrans jure devoluto tenetur probare lapſum ſex menſium, & ſcientiam vacationis in collatore.*

10 *Scientiam veriſimilem in collatore ordinario ad effectum devolutionis quidam ſufficere exiſtimant; ſed tamen concluditur, requiri ſcientiæ probationem certam & concludentem.*

11 *Papa poteſt prævenire quemlibet Ordinarium in collatione beneficiorum, & non ſolùm Papa, ſed etiam Legatus.*

12 *Papa conferens jure devoluto, cenſetur voluiſſe uti jure præventionis.*

13 *Quando Papa providet jure devoluto, non datur de alio vacationis modo, non obſtante clauſula,* Et alio quovis modo.

14 *Quæ ſint probanda, quando Papa providet jure concurſus.*

15 *In quibus caſibus proviſio fieri poſſit jure devoluto, in præjudicium Patronorum.*

16 *Quando proviſio ſit jure concurſus per ſummum Pontificem, devolutio non eſt probanda per gradus, ſed ſufficit probare negligentiam.*

17 *In quibus caſibus fiat devolutio ad Superiorem, ad conferenda beneficia. Remiſſivè.*

18 *Quid ſit impetrare jure devoluto, & qui dicantur in Gallia devolutarij, aut certomodarij.*

19 *Devolutarij non admittuntur in Gallia, niſi data cautione, & poſt ſententiam: aliàs privantur omni poſſeſſionis commodo.*

1 DEvolutio eſt tranſitus juris conferendi ab una perſona ad aliam: ſic eam vocat Caſſador.
2 *deciſ. 8. de Præbend. num. 3.* † ubi propterea infert quod in beneficiis reſervatis per regulas Cancellariæ, ut in prima dignitate poſt Pontificalem, vel in dignitate principali in Eccleſia Collegiata, ſignatura non dat de devoluto: quia cùm ſint reſervata ſummo Pontifici, non poteſt intervenire negligentia alicujus inferioris, nec per conſequens tranſitus de una perſona ad aliam; & ſic deficit ſubſtantia devolutionis.

Unde cavendum eſt à Pariſ. qui *lib. 2. quæſt. 16.* beneficia devoluta enumerat inter reſervata: quia in contrarium eſt veritas per rationem jam dictam, ut optimè explicat Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 11. numero 60. & 61.*

3 Beneficium devolutum duobus modis poteſt impetrari: Primò tanquam devolutum ad ſedem Apoſtolicam, juxta ſtatuta Concilij Lateranenſis, de quibus eſt text. *in cap. 2. de conceſſ. præbend.* † ſi enim
4 collator ordinarius fuerit negligens in conferendo infra ſex menſes à die ſcientiæ vacationis computandos, jus conferendi devoluitur gradatim ad Superiorem: nam ſi Capitulo competat jus conferendi, illo negligente, jus devoluitur poſt ſex menſes ad Epiſcopum: & ſi Epiſcopus poſt alios ſex menſes negligens fuerit, devoluitur ad Metropolitanum, qui habet alios ſex menſes; & eo non conferente, devolvitur ad Patriarcham cui ſubeſt Archiepiſcopus: ſi autem non habet Superiorem, devoluitur ad Papam. † Quod ſi agatur de Epiſcopo exempto, devolutio propter illius negligentiam fit immediatè ad ipſum ſummum Pontificem, ut per DD. *in dicto cap. 2. de conceſſ. præbend.* † Et ſi Papa conferat hoc modo, nempe obſervata graduum diſtinctione, per quos fit devolutio; tunc dicitur providere ſecundùm Lateranenſis ſtatuta Concilij.

Licèt devolutionem à Metropolitano ad Papam immediatè fieri, non autem ad Patriarcham, ſeu ad Primatem, ex Generali Galliæ conſuetudine dixerat Rebuff. *in prax. part. 1. tit. de devolutionibus, numero 23.* niſi alia ſit conſuetudo, ut in Primatu Lugdunenſi, in quo ſit ſemper devolutio ad Primatem, ſeu Patriarcham de conſuetudine: ut teſtatur Rebuff. *in dict. tit. de devolut. num. 24.*

Secundo modo poteſt Papa conferre beneficia devoluta non ſervato illo ordine graduum inter collatores requiſito per Concilium Lateranenſe; ſed tanquam concurrens ex proprio jure & poteſtate cum quibuſlibet collatoribus ordinariis: & tunc non ſunt ſervanda iſta graduum intervalla, neque dicitur collatio fieri jure devoluto, ſed jure proprio, & confeſtim Papa conferre poteſt jure concurſus; cùm ipſe concurrat cum quolibet Ordinario, tanquam Ordinarius Ordinariorum: & in conferendo nemini facit injuriam. Ludovic. *deciſ. 111. numero 8.* Cokier *ad regul. 8. Cancellar. in prov. numero 14.* & hoc caſu Papa non dicitur providere juxta Lateranenſis ſtatuta Concilij.

Inter utrumque autem conferendi modum hæc eſt differentia, quia ſi Papa primo modo conferat, proviſus tenetur probare duo. Primò debet probare devolutionem factam fuiſſe gradatim de inferiore ad proximum Superiorem; cùm (ut dictum eſt) quilibet ex inferioribus collatoribus habeat ſex menſes ad conferendum, *dicto cap. 2. de conceſſ. præbend. cap. licet 3. de ſupplend. neglig. Prælat.*

Secundò tenetur probare lapſum, dicto tempore, ſex menſium, non à die vacationis; ſed à die ſcientiæ computandum: & ſic tenetur probare ſcientiam vacationis in collatore ordinario: quia ubi nulla poteſt imputari negligentia, antequam ſciverit beneficium eſſe vacans: *dicto cap. 3. de ſupplend. neglig. Prælator.* in illis verbis; *tempore ſcientiæ, non à vacatione, ſed à notitia computando*; & ibi Glo. docet *in verb. à notitia.* Mantic. *deciſ. 260. num. 2. & 3.* Addent. ad Burat. *deciſ. 18. numero 12.* in fi.

Utrùm autem ſufficiat ſcientia veriſimilis, an verò concludenter, & per certas, ac evidentes probationes verificari debeat, dubitatum fuit; & quod ſufficiat ſcientia veriſimilis, tenuit Rot. *deciſ. 111. numero 1. part. 4. diverſ.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſtione 24. numero 16.* Paſtor. *in tract. benefic. lib. 1. tit. 22. numero 4.* ubi dicit ſufficere etiam veram, vel præſumptam, quæ ex rumore, & fama publica elicitur.

Contrarium autem, nempe quod ſcientia probari debet certa, & per probationes concludentes, tenet Addit. ad Ludovic. *deciſ. 177. numero 9.* & ad Burat. *deciſ. 18. numero 10.* Rot. *part. 2. recentior. deciſ. 173. numero 1. & 186. ſub numero 2.*

Et hæc posterior sententia nihil magis placet, cùm agatur de auferendo jure collatotibus ordinariis competenti; ita tamen ut nolim omninò excludere probationes præsumptivas, quæ tales esse possent ut vim concludentis probationis haberent, & pro talibus judex apud quem probationes sunt arbitrariæ, illas habendas esse pro sua religione judicaret; veluti si ageretur de beneficio vacante per obitum alicujus personæ notabilis, cujus ignorantia in collatore ordinario probabilis non esset, aut in aliis casibus similibus.

11 Sed quæret aliquis, nonne potest summus Pontifex uti jure prævention is adversùs quoscumque collatores ordinarios, sicut & Legatus sedis Apostolicæ, ut nos copiosè ostendimus *lib. 1. cap. 7. num. 1. & per tot.* Quid igitur utilitatis afferet ista quæstio de jure devoluto.

12 Respondetur quod licèt summus Pontifex possit prævenire collatores ordinarios, tamen quando confert jure devoluto, censetur noluisse uti jure prævention is, ut notavit Rot. *decis. 186. n. 1. part. 2. recentior.* ideo hoc casu probanda sunt omnia incumbentia ad obtinendum jure devoluto, de quibus mox *n. 8. & 9.* actum fuit, ut dicitur *in dicta decis. 186.*

13 Unde in similibus provisionibus solet apponi clausula, *& detur devolutio dispositivè in litteris.* Apponitur etiam clausula, *Dummodò collatio devoluta sit.* Quæ duæ clausulæ faciunt, ut non intret alius vacationis modus, non obstante clausula, *& alio quovis modo,* quæ hoc casu inutilis est, & nihil operatur: ut per Addit. ad Burat. *decis. 938. num. 10.*

14 Secundò verò modo, si summus Pontifex conferat jure concursus, tunc non est opus probare scientiam, & devolutionem gradatim factam; sed satis erit probare negligentiam primi collatoris, vel etiam
15 Patroni, † qui intra tempus requisitum à jure non præsentavit: nam in defectum præsentationis, hujusmodi collatio devoluitur ad Superiorem, videlicet si Patronus laicus intra quatuor menses, Ecclesiasticus verò intra sex menses non præsentaverit, juxta text. *in cap. unic. de jurepatronat. in 6. & cap. cum propter, de jurepatronat. in decretalib. & cap. sicut, de supplend. neglig. Prælat.* Sicut enim collator habet semestre, *cap. nulla, de concess. præbenda,* ita & patronus Ecclesiasticus, qui reputatur tanquam collator; si verò jus patronatus sit commune, hoc est partim laicale, & partim clericale: tunc omnes Patroni habent sex menses ad præsentandum; quia clericale tanquam magis dignum, trahit ad se laicale, quod minus dignum est. Glossæ *in dict. cap. unic. de jurepatronat. in 6.* Et hoc procedit quamvis laicus haberet majorem partem in jurepatronatus: nam eo non obstante competeret in hoc jurepatronatus mixto tempus ad præsentandum intra sex menses. Lambertin. *de jurepatronat. lib. 2. part. 2. quæst. 1. artic. 1.* quod tempus currit patronis à die scientiæ vacationis. Seraphin. *decis. 380. num. 1.* maximè stante verisimili ig-
16 norantia. Rot. *decis. 421. part. 1. divers.* † Et hoc casu non est probanda devolutio per gradus; sed sufficit probare negligentiam Patroni: quia tali casu Papa, seu sedes Apostolica, non providet de beneficio tanquam devoluto ad sedem Apostolicam juxta Lateranensis statuta Concilii; sed providet de beneficio tanquam devoluto ad inferiores, propter negligentiam Patroni, cum quibus collatoribus inferioribus Papa concurrere potest, & sic cùm Papa provideat non tanquam de devoluto ad sedem Apostolicam, sed tanquam de devoluto ad collatores inferiores; sufficit probare negligentiam Patroni in præsentando, sicut dictum est de probanda negligentia aliorum collatorum, absque eo quod probetur per distinctos gradus. Garsi. *de benefic. part. 10 cap. 3. numero 30. & sequent.*

Quibus autem in casibus fiat devolutio ad Superiorem pro collatione beneficiorum, fusè exponit Rebuff. *in praxi, tit. de devolut.* ideo non est hic ampliùs insistendum. 17

Hoc solùm pro terminorum intelligentia notandum est, quod duplex est devolutionis, seu devolutariorum genus: Primum est de quo egimus hoc capite, nempe quando beneficium obtinetur jure devoluto, propter negligentiam Patroni, vel collatoris ordinarij: & hic modus non est odiosus. Secundum verò devolutionis genus est, quando fit impetratio beneficij propter incapacitatem, aut inhabilitatem possessoris; & tales impetrantes, maximè in Gallia, Devolutarij, vel Certomodarij nuncupantur: † Et hi non solent audiri, nisi data cautione 19 idonea, neque possunt obtinere sequestrationem fructuum; sed debent omninò expectare sententiam: & si antea se ingerant, privantur omni commodo possessionis. Rebuff. *in praxi, tit. de devolut. numero 106. & 107.* & de istis copiosiùs egimus suprà, *lib. 1. cap. 57.* 18

§. 5.

De Eminentissimis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus: & illorum Indultis.

1 *Beneficia Cardinalium quocumque in loco moriantur, & quocumque in loco vacent, semper censentur vacare in Curia.*

2 *Inferior Papâ Cardinalium beneficia conferre nullo modo potest.*

3 *Cardinalibus indultum conceditur, ut beneficia ad eorum collationem spectantia quocumque tempore conferre possint.*

4 *Indulta quædam sunt ordinaria, quædam extraordinaria.*

5 *Indultum faciens mentionem de collatoribus ordinariis, extenditur ad collatores ex privilegio, titulis beneficiorum quæsito.*

6 *Indultum Cardinalium non solum Episcopis collatoribus, sed etiam Abbatibus competit.*

7 *Indultum non suffragatur Cardinalibus collatoribus extraordinariis, veluti Legatis.*

8 *Indultum Cardinalium nihil aliud est, quàm remotio impedimenti reservationis, propter quod aliàs conferre non possent.*

9 *Cardinalis Episcopus conferens vigore indulti, remanet collator ordinarius, & provisus ab eo non dicitur provisus Apostolicus.*

10 *Indultum Cardinalis removet omnia obstacula, excepta duntaxat reservatione in corpore juris clausâ.*

11 *Quando Cardinalis providet vigore indulti, in casu in quo non posset jure ordinario conferre, provisus ab eo dicitur Apostolicus.*

12 *Litteræ Cardinalis Abbatis habent executionem paratam, quando habent privilegium Apostolicum, & mandantur executioni, non obstante appellatione.*

13 *Indultum Cardinalis non potest de jure non suffragari Capitulo habenti simultaneam collationem cum Episcopo Cardinali habente indultum hujusmodi.*

14 *Indultum Cardinalis non suffragatur quoad beneficia in libris Cameræ descripta, & taxata.*

15 *Indultum*

15 *Indultum Cardinalis non ſuffragatur quoad beneficia familiarium ſummi Pontificis.*

16 *Item nec locum habet in beneficiis vacantibus apud ſedem.*

17 *Item neceſſe eſt ut beneficia talia ſint, quæ in ipſorum indultis ſint comprehenſa.*

18 *Item neceſſe eſt quod collatio ſpectet ad Cardinales ſub qualitate Præſulum, & non alio modo.*

19 *Indultorum tenor ſemper inſpiciendus eſt.*

20 *Cardinales indultum habentes tenentur providere intra ſex menſes, aliàs collatio devolvitur ad Superiorem immediatum; quamvis vacatio contigiſſet in menſe Apoſtolico, & reſervato.*

21 *Quamvis Cardinalis diceret ſe providere vigore indulti; tamen dum providet in menſibus ordinariis, cenſetur proviſionem beneficij feciſſe jure ordinario.*

22 *Proviſi per Cardinalem vigore indulti, tenentur intra ſex menſes novas proviſiones à ſede Apoſtolica obtinere.*

23 *Si proviſi à Cardinalibus non obtinuerint novas proviſiones infra ſex menſes à ſede Apoſtolica, eorum beneficia vacant; non tamen alibi quàm coram ſede Apoſtolica impetrari poſſunt.*

24 *Cardinales ſine licentia à Romana Curia recedentes, amittunt privilegium indulti Pontificii.*

25 *Cardinales à Curia abſentes privantur privilegiis conceſſis generaliter omnibus Cardinalibus.*

26 *Papa concedendo alicui Cardinali facultatem commorandi in aliquo loco, cenſetur illi quoque licentiam recedendi à Romana Curia conceſſiſſe, & hoc caſu omnes pœnas Cardinalis effugit.*

27 *Indultum Cardinalis non comprehendit beneficia vacantia ante adeptionem poſſeſſionis dignitatis.*

28 *Si Epiſcopus non Cardinalis ſuccedat Cardinali, poteſt conferre beneficia vacantia tempore ſui anteceſſoris, etiamſi vacaverint in menſibus Apoſtolicis.*

29 *Intellige, niſi jam Papa de talibus beneficiis providiſſet.*

Quod tamen revocatur in dubium, numero 30. propter aliam reſervationem ex ſecunda regula Cancellariæ.

31 *Si vacatio contigerit pendente vita Cardinalis Epiſcopi, non videtur intrare reſervatio ſecundæ regulæ.*

32 *Contrarium verius videtur, quando Cardinalis vivens non providit; quia regula ſecunda reſpicit vacationes præſentes, & futuras tempore ſedis Epiſcopalis vacantis.*

33 *Cardinalis ex indulto ſedis Apoſtolicæ conferre poteſt beneficia Epiſcopatus, quem ultimo loco dimiſit.*

34 *Indultum non ſuffragatur Cardinali, quando beneficia ſunt duplici reſervatione affecta.*

35 *Duplex reſervatio ut impediat collationem Cardinalis, oportet ut ambæ reſervationes ſint coæquales, & perſonales: quod exemplo declaratur.*

36 *Papa non obſtante indulto poteſt prævenire collationem Cardinalis Epiſcopi, ſeu collatoris ordinarij.*

37 *Papa non poteſt prævenire Cardinalem indultarium, niſi facta expreſſa mentione indulti, & derogatione illius.*

38 *Sufficienter dicitur per Papam derogatum indulto Epiſcopi, ſeu collatoris Cardinalis, ſi in reſcripto adſit illa clauſula, non obſtantibus privilegiis talis Eccleſiæ, & illius Præſulis, etiam Cardinalis.*

39 *Si Papa conceſſerit coadjutoriam alicujus beneficij ſub indulto Cardinalis comprehenſi, talis conceſſio & coadjutoria nihil valent, niſi in reſcripto adſit expreſſa mentio, & derogatio indulti.*

40 *De indultis Cardinalium integrum tractatum edidit Germonius.*

41 *Controverſiæ, quæ circa indulta Cardinalium oriri poſſunt, magna ex parte decidentur ex verbis ipſius indulti, quæ ſemper attendenda & diligenter conſideranda ſunt.*

POſt ſummum Pontificem primo loco occurrunt Cardinales, quorum beneficia ſummo Pontifici ſemper ſunt reſervata, quia quocumque in loco ſint, tumvis à Romana Curia remoto, Cardinales remaneant, illorum beneficia ſemper cenſentur vacare in Curia, nec proinde ab alio quàm à ſummo Pontifice conferri poſſunt, adeo ut ex ſupervenienti Cardinalatus dignitate, qualitas ipſa beneficij immutatur: omnis enim reſervatio, maximè quæ in corpore juris clauſula eſt, qualis eſt iſta de qua agimus, manus Ordinarij ligat, ut collatio per eum aliter inferiorem facta, ipſo jure nulla ſit: ut in Cod. Fabriano, *lib. 1. tit. 2. definit. 21.* † Unde nec inferior aliquis collator Cardinalium beneficia conferre poteſt. Cod. Fabrian. *dicto tit. 2. definit. 16.*

Hoc etiam Cardinalibus ex ſpeciali ſummi Pontificis privilegio, & dignitatis ipſorum prærogativa conceſſum eſt, ut indultum habeant circa beneficiorum collationem, de quo Anaſtaſ. Germon. peculiarem edidit tractatum: Nos hic præcipuas duntaxat regis practicabiles circa indulta Cardinalium animadverſiones, paucis in medium afferemus.

Et ne in ambiguo noſtra verſetur tractatio, ſuppo-nendum in primis eſt, duo eſſe indultorum genera: quædam enim ſunt indulta ordinaria, quædam extraordinaria. Indultum ordinarium eſt, quod concedi ſolet Cardinalibus qui jure ordinario poſſunt conferre poſſunt, quando videlicet Cardinales obtinent aliquem Epiſcopatum, aut etiam Abbatiam, quamvis illam obtineant in Commendam, aut alio jure ordinario beneficia conferre poſſunt, aut privilegio, aut conſuetudine titulis beneficiorum legitimè acquiſita: juxta Seraph. *dec. 560. num. 8.* † Ubi dicitur, quod Breve facit mentionem de ordinariis collatoribus, non ſolùm debet intelligi de Ordinario nativo, veluti Epiſcopo, ſed etiam de quolibet collatore ordinario. Ludovis. à Sa dit. *ad decis. 99. num. 4.* † Ubi quod indultum ſolùm debet ſuffragari Cardinalibus Epiſcopis, etiam Abbatibus, & aliis collatoribus inferioribus. Ergo idem dicendum eſt in omnibus caſibus bus Cardinales ſunt collatores ordinarij, non ſi extraordinarii; † veluti ſi ad eos collatio ret, non tanquam ad Epiſcopos, vel Abbates tanquam ad Legatos: nam hoc ſecundo caſu tum illis non ſuffragatur, ut bene explicat gloſſ. 24. *num. 38. & ſequentib.*

Nam quia multis in caſibus, dicti Domini nales conſiderati tanquam collatores ordi pedierint conferre beneficia propter regulas cellariæ; ideo datur illis indultum, quod eſt quàm remotio impedimenti proveniens dictis regulis Cancellariæ: unde vocatur ordinarium, quia non tribuit Cardinalibus facultatem ad conferenda beneficia, ſed ſolùm vet impedimenta: † ita ut Cardinalis collator

narius conferens beneficia in mense alioquin non ordinario, seu reservato, dicatur conferre tanquam Ordinarius, neque provisus ab ipso dicatur provisus Apostolicus, sed beneficium collatum obtineat tanquam provisus ab Ordinario: quia ut dictum est, indultum nihil illi de novo tribuit; sed tantùm removet obstacula, ut fuit decisum in Rota *coram Orano, in Toletana Beneficij, 5. Aprilis 1593.* apud Marchesan. *tom. 1. fol. 381. decis. 52. numero 2.* & apud Burat. *decis. 622. numero 11.* † Ubi quod hujusmodi indulta tollunt obstacula omnium reservationum, excepta duntaxat reservatione clausa in corpore juris, ut notatur per Rot. *decis. 531. numero 17. & 23. part. 4. tom. 3.*

11 Si tamen indultum aliquid contineret quod Cardinalis non posset facere tanquam Episcopus, seu aliàs collator ordinarius; nec provisus ab eo diceretur provisus Apostolicus, quia tunc Cardinalis non conferret jure ordinario, sed in vim provisionis Pontificiæ: Quod Ego nuper dicebam in quadam causa, quæ nunc Romæ ventilatur, super provisione prioratus regularis, quem Eminentissimus quidam Cardinalis vigore sui indulti, & facultatis in ipso sibi concessæ dederat in commendam; dicebam enim istum provisum ab Eminentissimo Abbate esse provisum Apostolicum, & frui debere omnibus privilegiis & prærogativis quæ de jure competunt provisis Apostolico: juxta tradita per Rot. *decis. 530. num. 26. part. 4. recentior. tom. 3.* & per Illustrissimum Dominum Argelum in *tract. de acquirend. poss. ff. quæstion. 19. numero 70.* quod etiam ostendebant verba in indulto, de quo agebatur, apposita; in quo aderat illa clausula, *tam ordinaria authoritate, quàm præsenti Indulto uti valeas*: Unde huic provisо tanquam Apostolico Dixi dandam esse immissionem in possessionem prioratus, quem tanquam regularem Eminentissimus Dominus Cardinalis Abbas in commendam concesserat, adversùs provisum ab Episcopo Ordinario loci, in quo beneficium situm erat, prætendente illud non regulare, sed sæculare esse:

12 † Itaque non obstante appellatione per provisum ab Ordinario interposita, quæ non retardat executionem provisionis Apostolicæ, ex Seraphin. *decis. 1484. numero 2.* Cavaler. *decis. 11. num. 7.* Duran. *decis. 60. num. 48. repetita decis. 30. num. 42. part. 5. recentior.* Dominus Argel. *de legit. contradict. quæstion. 15. numero 194.* Gonzal. *ad regul. 18. gloss. 9. numero 220. & sequentibus*; & in effectu fuit cognitum Romæ, provisionem illam tanquam Apostolicam, & decretum de immittendo in favorem commendatarij, executioni demandandam esse, non obstante appellatione provisi ab Episcopo.

13 Circa quæ indulta Cardinalium fuit aliàs dubitatum, utrùm suffragari etiam possent Capitulo, quando habebat simultaneam collationem, vel electionem cum Cardinali Episcopo; & fuit judicatum pro affirmativa. Sed hodie omnis difficultas cessat propter constitutionem fel. rec. Urbani VIII. editam die 29. Decembris anni 1625. per quam declaratum fuit, quod licet Cardinales sint exempti à regula mensium; tamen cùm hoc privilegium sit ipsis intuitu Cardinalatus concessum, & per consequens non debeat aliis inferioribus collatoribus suffragari, nullum Capitulum, aut alii collatores cum eisdem Cardinalibus simultaneam collationem habentes, possunt sub prætextu talis facultatis participationem dicti privilegii prætendere. Imò quod dicti S. R. E. Cardinales Præsules, de omnibus & singulis beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet nuncupatis, & qualificatis, ad ipsorum etiam cum alio collationem, præsentationem, electionem, aut aliam similem, vel dissimilem dispensationem spectantibus, non tamen in libris Cameræ Apostolicæ descriptis, nec ex personis familiarium suæ Sanctitatis, vel Conclavistarum, aut occasione vacationis apud Sedem reservatis, vel affectis, soli per seipsos, aut alios ab ipsis deputandos, absque dictis Canonicis, Capitulo, aliisve, quamlibet dispositionem conjunctim vel divisim cum ejusdem Cardinalibus habentibus liberè provideant, dummodò aliàs sub illorum indultis comprehendantur. Quam constitutionem inserit Rebuff. *in not. ad* Rot. *decis. 520. part. 4. recent. tom. 3.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. quæst. 21. numero 126.*

Ex quibus patet concessam esse Eminentissimis Cardinalibus facultatem utendi suo indulto, exceptis casibus sequentibus.

Primò, ut Cardinalis suo indulto fruatur, ne- 14
cesse est, quod non agatur de beneficiis in libris Cameræ descriptis, quorum fructus in Camera Apostolica taxati reperiuntur.

Secundò, quod non agatur de beneficiis affectis, 15
seu reservatis, ex personis familiarium suæ Sanctitatis, vel Conclavistarum.

Tertiò, quod non agatur de beneficiis vacanti- 16
bus apud Sedem; quorum appellatione quæ beneficia contineantur, superiùs per nos fuit expositum.

Quartò, requiritur quod beneficia talia sint, quæ 17
in illorum indultis comprehendantur.

Quintò, quod agatur de beneficiis ad Cardina- 18
lium collationem spectantibus, sub qualitate Præsulum, nempe Episcoporum, Archiepiscoporum, aut simili; quod patet ex illis verbis: *Cardinales Præsules*, in illa constitutione appositis: nam si ad eos alia ratione spectat collatio, non erit locus indulto.

Est tamen verum quod aliquando indulta hujus- 19
modi sunt ampliora, quandoque verò strictiora; & ideo semper illorum tenor diligenter inspiciendus est: ut bene advertit Gonzal. *dicta gloss. 24. numero 73. & 74.*

Omninò tamen notandum est. Primò, quod di- 20
cti Eminentissimi Cardinales debent providere de beneficiis vacantibus intra spatium sex mensium, quod à jure præfigitur collatoribus ordinariis: quibus elapsis, jus conferendi ad proximum & immediatum Superiorem devolvitur, quamvis vacatio contigisset in mense Apostolico: quod fundatur in illa regula generali superiùs proposita, quod indultum Cardinalis solùm removet obstacula & impedimenta regularum Cancellariæ, & provisi in consequentiam indultorum, non dicuntur provisi Apostolici quoad ea, quæ ipsi Cardinales tanquam Episcopi conferre possunt: imò semper censentur providere authoritate ordinaria, non vigore indulti. Rot. *decis. 444. numero 64. part. 3. recent. tom. 2.* † Imò 21
etiamsi Cardinalis diceret se providere vigore indulti; tamen provisus ab eo diceretur provisus ab Ordinario quoad ea quæ à potestate ordinaria dependent: & ideò locus est dispositioni *cap. 2. de concess. præbend.* & devolutioni, si Cardinalis Præsul infrà sex menses non conferat eo modo quo superiùs exposuimus, dum de collatione jure devoluto facienda ageremus. Ratio est, quia per devolutionem beneficium non vacat novo vacationis modo; sed solùm eo modo, quo priùs vacabat. Ergo quamvis vacasset priùs in mense Apostolico, non ideo

minus devolutio, lapſis ſex menſibus, fit ad immediatum Superiorem Cardinalis, tanquam Epiſcopi; quia nunquam fuit reſervatum : imò à regula menſium reſervatoria expreſsè excipiuntur beneficia ſpectantia ad collationem Cardinalium, & per conſequens devolutio non fit ad Papam, ſed ad Superiorem Epiſcopi Cardinalis gradatim, & juxta ordinem, de quo ſuperiùs actum eſt, & de quo in *dicto cap.2. de conceſſ. præbend.* Garſ. *de benefic. part.5. c.1. numero* 631.

22 Secundo loco notandum eſt, quod proviſi à Cardinali in conſequentiam ſui indulti, tenentur intra ſex menſes à die factæ ſibi proviſionis computandos, novas proviſiones à ſede Apoſtolica impetrare; & jura Cameræ Apoſtolicæ, & aliis propterea debita perſoluere : & lapſo dicto tempore, ſi præmiſſa adimpleta non fuerint, proviſio irrita eſt; & benefi-
23 cia ſic collata vacant ipſo jure; † & poſſunt per alios à ſede Apoſtolica duntaxat, cui reſervata ſunt, liberè impetrari; dummodò ſic proviſi non docuerint de legitimo impedimento, ut notat Barboſ. *in tract. de Epiſcop. allegat.57. num.52.*

24 Tertiò notandum eſt, quod hujus indulti privilegium non competit Cardinalibus abſentibus à Romana Curia ſine licentia Papæ, quæ omninò requiritur, ut ipſi à Romana Curia recedere poſſint, ut notat Lotter. *de re beneficiar.lib.1.q.8.n.49. & lib.2. quæſt.27. num.84.* & quod Cardinales ſine licentia recedentes non fruantur indulto, decretum fuit conſiſtorialiter, per fel.rec. Paulum III. die 18. Februa-
25 rij 1547.de quo teſtatur Verall.*deciſ.86.part.2.*† ubi ſtatuitur Cardinales in Romana Curia non reſidentes,niſi expreſſa licentia ſummi Pontificis habita,privari omnibus indultis & privilegiis,quibus alij Cardinales gaudent & gaudere poſſunt; & quod talis reſidentia ſit apud Eccleſiam Metropolitanam, vel Cathedralem,in qua præſunt.

26 Verùm hoc non ita ſtrictè intelligendum eſt, ut præcisè neceſſarium ſit Cardinalem reſidere in propria Diœceſi, ad hoc ut fruatur indulto : quinimò ſufficit quod ſit in aliquo alio loco de licentia Papæ, quia Papa concedendo Cardinali facultatem commorandi in aliquo alio loco, videtur tacitè derogaſſe dictæ Conſtitutioni Pauli III. & tunc vel per ſe, vel per Vicarium legitimè conſtitutum beneficia conferre poteſt, atque ita judicatum teſtatur Verall. *dicta deciſ.* 86. *part.2.*

27 Quartò notandum eſt, quod indultum Cardinalis non comprehendit beneficia vacantia ante adeptionem poſſeſſionis Epiſcopatus, aut ſimilis dignitatis, factam per Cardinalem : quia cùm illa beneficia eſſent jam reſervata antequam Cardinalis poſſeſſionem apprehenderet, poſſeſſio de novo capta non poteſt tollere reſervationem jam formatam, niſi tamen indultum Cardinalis comprehenderet beneficia vacantia de præterito. Gonzal. *dicta gloſſ.24. numero* 108.

28 Quintò, è contra, ſi Epiſcopus non Cardinalis ſuccedat Epiſcopo Cardinali, ſive per obitum, ſive alio modo; talis Epiſcopus non Cardinalis conferet beneficia quæ tempore ſui anteceſſoris vacaverant, etiam in menſibus Apoſtolicis : quia collatio hujuſmodi beneficiorum ad eum devenit in eo ſtatu, in quo talia beneficia non erant alicui reſervationi
29 obnoxia. † Quod tamen intelligendum eſt, niſi Papa jam proviſiſſet per viam præventionis, ut fieri poteſt : ita decidit Gonzal. *dicta gloſſ. 24. numero* 109. *& multis ſequentibus.*

30 Sed huic ſententiæ contradicit Garſ. *de benefic. part.5. cap. 1. numero* 635. quia beneficia vacantia poſt obitum aut dimiſſionem, amiſſionem, aut tranſlationem Epiſcopatuum, aut dignitatum, ſunt ſedi Apoſtolicæ reſervata, juxta regulam 2. Cancellariæ; & propterea videtur concludendum, quod iſte Epiſcopus non Cardinalis non poſſit providere de iſtis beneficiis, quæ ſunt ſedi Apoſtolicæ reſervata novo reſervationis genere, quod non habuit originem adversùs Cardinalem; ſed potiùs poſt illius dimiſſionem, aut tranſlationem.

Hæc ratio procedit, & eſt veriſſima, ſi vacatio contigerit poſt ſedem Epiſcopalem vacantem per obitum Cardinalis; ſed non videtur concludere in duobus caſibus. Primò, ſi vacatio contigerit tempore quo adhuc Cardinalis vivebat, ſeu Epiſcopatum poſſidebat : ratio eſt, quia regula 2. Cancellariæ loquitur duntaxat de beneficiis vacantibus tempore quo ſedes Epiſcopalis non erat plena : ut patet ex verbis dictæ regulæ : *Quæ poſt illorum obitum, ſeu amiſſionem, &c. uſque ad promotionem ſucceſſoris, & adeptam ab eodem ſucceſſore pacificam poſſeſſionem vacant, & vacabunt.* Ergo cùm ſupponamus beneficia iſta vacaſſe ante obitum, aut dimiſſionem Cardinalis; ſequitur dictam reſervationem ſecundæ regulæ non impedire Epiſcopum ſucceſſorem quominus conferre poſſit : atque ita tenet Maſſobr. *in pract. concurſus*, qui Gonzalis ſententiam ampleſtitur *prælud.26. dub.4.*

Sed tamen adhuc ſubſiſtendum eſt : nam pro Garſiæ ſententia facere videntur verba dictæ regulæ ſecundæ, per quam non ſolùm reſervantur beneficia vacatura quandiu ſedes Epiſcopalis remanet ſine paſtore; ſed etiam beneficia tunc vacantia, ut patet ex illis verbis regulæ, *Quomodocumque vacent, & vacabunt in futurum* : atque ita firma remanet ratio quod iſta beneficia ſunt affecta novo genere reſervationis, non contra Cardinalem introducto, ſed contra ſedem vacantem : & per conſequens contra Epiſcopum ſucceſſorem non Cardinalem. Unde ſi casus occurreret, maturiùs eſſet cogitandum. Ego tamen pro nunc inclinarem in ſententiam Garſiæ, tum propter authoritatem ſedis Apoſtolicæ, tum propter rationes ſupra deductas.

Secundò, dicta ratio & concluſio ſuperius data habet locum habere duntaxat poſſet in ſuccedente Cardinalis per obitum; nam ſi Cardinalis ad ſimilem Epiſcopatum, aut ad alium tranſlatus eſt, ubi viveret, ex ſpeciali privilegio ipſemet poſſit conferre beneficia ſuæ Eccleſiæ, quam ultimo loco dimiſerat, ſeu cui ceſſerat : quia per conſtitutionem fel. rec. Urbani VIII. incipit *Licèt nullus*, decernit quod Cardinales Eccleſiarum Præſules indulto conferendi beneficia Eccleſiaſtica uti poſſunt, ratione duntaxat Eccleſiarum quibus præſunt, *vel quarum ultimo loco ceſſerunt*, quæ conſtitutio non extendenda ad alias Eccleſias præter illam, cui præfuerunt, vel præſunt tanquam Præſules, ut notavit Barboſ. *in deciſ. Apoſtolic. collect.31. num. 3. junctò numero 13.*

Sextò notandum eſt, Cardinales non poſſe ex ſuo indulto ratione beneficiorum quæ duplici reſervationi obnoxia ſunt, veluti ſi agerentur de beneficio quod eſſet poſſeſſum ab eo, qui ſimul eſſet Cardinalis Papæ, & Protonotarius : quia indulto Cardinalium non extenduntur ad beneficia reſervata duplici hac reſervatione : † cum hac tamen diſtinctione, ut hoc procedat ſi agatur de beneficio reſervatis duabus reſervationibus perſonalibus, vel coæqualibus : nam ſi ageretur de reſervatione

disparibus, quarum una esset realis, & alia personalis; una tamen sit aliâ inferior, veluti si quis esset familiaris Papæ simul & Cardinalis; tunc ista duplex reservatio inæqualis non impediret quominus Cardinalis vigore sui indulti conferre posset: ut notavit Ricc. *collectan. 2956. versic. nec etiam comprehendit*, dicens ita fuisse declaratum per DD. Verospium & Ubald. in *quadam Cesenaten. in eorum voto, anno 1615.*

36 Septimò notandum est, quod non obstante indulto summus Pontifex potest prævenire conferendo beneficia sub indulti reservatione comprehensa, quia per indultum non censetur sibi ligasse manus, quin ipse conferre possit præveniendo tanquam de reservato. Addit. ad Ludovis. *decis. 291. numero 13.*

37 Quod tamen intelligendum est, dummodò Papa expressè derogaverit indulto Cardinalis, faciendo de illo expressam mentionem: ut notavit Put. *decis. 488.* aliàs *decis. 500. lib. 2. & decis. 190. lib. 3.* idque propter privilegium Leonis, quo cavetur non censeri derogatum indultis Cardinalium per quascumque gratias à Papa concessas, nisi specialis mentio tituli, & denominationis Cardinalis facta fuisset; quamvis dicat majorem partem Dominorum inclinasse in eam sententiam, ut privilegium illud non extenderetur ad successores dicti Pontificis: quarequam in *dicta decis. 190. ante num. 1. versic. verum est*, dicatur in hac materia attendendà esse verba indulti; sed quidquid sit, non est dubitandum quin requiratur expressa derogatio indul-

38 torum Cardinalium: † quæ sufficienter facta dicitur, si in rescripto summi Pontificis adsit clausula, *Non obstantibus privilegiis talis Ecclesiæ, vel illius Præsulis, etiam Cardinalis*: quia dictio *etiam*, est ampliativa; & ideo dicitur sufficienter indulto Cardinalis hoc casu derogatum. Achill. de Grass. *decis. 7. de privileg.* Francis. Marc. *decis. 511. part. 1.* Ricc. *collectan. 2380. versic. item dicitur derogatum.*

39 Et non solùm in provisionibus beneficiorum per summum Pontificem factis necessaria est derogatio indulti Cardinalis collatoris, sed etiam in concessione coadjutoriæ per summum Pontificem facta, quæ sine ista derogatione concessa non suffragatur; est tamen valida Coadjutoria, si indulto fuerit derogatum. Rot. *decis. 10. part. 3. lib. 3. diverf.* † Multæ aliæ

40 quæstiones circa indulta Cardinalium in medium afferri possent; sed de his Anastas. Germonius in tractatu speciali, quem de indultis Cardinalium edidit, adeundus est, ex quo Massobr. *in praxi concurs.* non-

41 nulla notabilia collegit *pralud. 26. per tot.* † & multæ controversiæ, quæ circa hujusmodi indultorum vim & effectum oriri possent, decidantur ex verbis & clausulis in eisdem indultis appositis: ut superiùs ostendimus, & advertunt Gonzal. *dicta gloss. 24. numero 74.* & Gars. *dicta part. 5. cap. 1. numero 630.* qui etiam in dictis locis multa de istis indultis in medium afferunt.

§. 6.

De Legatis, & illorum potestate quoad beneficiorum collationem.

1 *Provisiones Legatorum habent privilegium provisionum Apostolicarum.*

2 *Clausula*, Expulsis quibusvis detentoribus, non tamen à Nobis provisis, *non excludit provisos à Legato.*

3 *Regula* de vero beneficii valore exprimendo, *locum etiam habet in provisionibus Legationis.*

4 *Verus valor non solum exprimendus, sed etiam probandus.*

5 *Regula* de annali *locum habet in provisionibus Legationis.*

6 *Legati provisiones non sunt aquè favorabiles, ac provisiones Ordinariorum; & jus Legatorum est veluti extraordinarium.*

7 *Collatio ligat manus Ordinarii, sicut reservatio Apostolica.*

8 *Regula* de verisimili notitia, *locum habet in collatione Legati, necnon in collatione Ordinarii.*

9 *In Romana Curia non attenditur regula* de verisimili notitia, *quando agitur de resignatione pura, propter clausulam*, sive per obitum, sive alio quovis modo.

10 *Si tamen provisio fiat principaliter per obitum, & non accessoriè ad resignationem, locus est regulæ* de verisimili notitia obitus, *etiam in provisionibus Curiæ Romanæ.*

11 *Quod de Romana Curia dictum est circa provisionem per obitum accessoriam, convenit etiam Legationi.*

12 *In beneficiis Galliæ non consistorialibus, verus valor non est exprimendus.*

13 *Quoad expressionem veri valoris beneficiorum status Avenionensis, diversimodè in Rota Romana fuit consideratum. Semper autem provinciæ consuetudo in hoc observanda est.*

14 *Probatio veri valoris beneficii fieri debet, etiam parte non opponente.*

15 *Falsa valoris, etiam in majori quantitate expressio, reddit gratiam nullam.*

16 *Verus valor in Legatione exprimendus est juxtà formam, & stilum consuetum: Exceptis beneficiis Galliæ.*

17 *In beneficiis consistorialibus, quorum collatio spectat ad Papam, Rege nominante, verus valor exprimitur juxta taxam, etiamsi minor sit vero valore.*

18 *Legatus aut Vicelegatus non possunt admittere resignationes in favorem, maximè quoad beneficia Galliæ.*

19 *Collatio facta in Legatione de Beneficiis vacantibus in Curia, non tribuit titulum, ne quidem coloratum.*

20 *Legatus aut Vicelegatus Avenionenses possunt conferre beneficia reservata, exceptis vacantibus in Curia.*

21 *Legatus non venit appellatione summi Pontificis; venit tamen appellatione sedis Apostolicæ: Et quando hoc verum sit.*

22 *Legatus potest creare Protonotarios extra provinciam suæ Legationis existentes. Et beneficia etiam extra Legationem existentia (quæ suæ collationis sunt) conferre.*

23 *Legatus non potest dispensare cum illegitimis ad beneficia curata.*

24 *Fallit in Legato Avenionensi, cujus facultates magnæ sunt.*

25 *Legatus sine speciali facultate potest dispensare super defectu Natalium ad Ecclesias Collegiatas.*

26 *Vicelegatus potest ex facultatibus dispensare super ætate: sed an possit post Concilium Tridentinum? revocatur in dubium.*

27 *Legatus potest etiam sine expressa derogatione conferre beneficia juris patronatus clericalis.*

28 *Legatus Avenionensis conferre potest beneficia*

quomodocumque reſervata; ſed alij Legati non conferunt Eccleſias Cathedrales, aut regulares, & alias quæ hîc recenſentur.

29 *Legatus Avenionenſis beneficia quantumvis litigioſa confert.*

30 *Legatus Avenionenſis beneficia reſervata litigioſa poteſt conferre per viam reſignationis, vel permutationis; ſimpliciter, vel cum reſervatione penſionis.*

31 *Legatus Avenionenſis poteſt admittere reſignationes cum conditione reſervationis penſionis.*

32 *De facultatibus Nunciorum ſedis Apoſtolicæ quoad collationem beneficiorum. Remiſſivè.*

33 *Vicelegati Avenionenſes ob juſtam cauſam abſentiæ poſſunt conſtituere Locumtenentem pro collatione beneficiorum.*

34 *De poteſtate Legati Avenionenſis in Gallia, & Delphinatu. Remiſſivè.*

35 *Auditores Vicelegati, vel Legati Avenionenſis nullam habent poteſtatem quoad collationem beneficiorum, nec cognitionem cauſarum beneficialium in prima inſtantia.*

36 *Auditores Vicelegati aſſumunt quandoque cognitionem cauſarum in prima inſtantia, quando partes non petunt illas remitti ad Ordinarios.*

37 *Litteræ citatoriæ extra Monarchiam decernendæ non ſunt ſub nomine Auditoris.*

1 QUamvis proviſiones Legati dicantur proviſiones Apoſtolicæ, & eodem privilegio executivo fruantur quo aliæ proviſiones à ſede Apoſtolicâ emanatæ: ut teſtatur Illuſtriſſimus Dominus Argellus in *ſuo tract. de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 20. *num.* 4. poſt Garſ. *de benefic. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 14. Quia proviſio Legatorum dicitur proviſio ſedis Apoſtolicæ. Garſ. *dicto cap.* 3. *numero* 11. Rot. *deciſ.* 206. *part.* 1. *diverſ. numero* 5. Et hujuſmodi litteræ, ſeu proviſiones à Legatis conceſſæ habent privilegium executivum per viam immiſſionis: Dominus Argel.

2 *ibid. n.* 5. † Ideo dum datur Breve de capienda poſſeſſione nomine Cameræ cum clauſula, *expulſis quibuſvis detentoribus, non tamen à ſede Apoſtolica proviſis*, non excluduntur proviſi à Legato. Idem D. Argel. *de legit. contradict. quæſt.* 15. *num.* 59. & 60. Et de ejus poteſtate in prævenciendo ordinarios collatores, diximus ſuprà *lib.* 1. *quæſt. benefic. cap.* 70. ſicut & de poteſtate ejuſdem in derogando juri optionis inter Canonicos, *ibid. cap.* 110. *num.* 12.

3 Secundò inde infertur, quod ſicut in proviſionibus Pontificiis, ita & in proviſionibus Legatorum locum habet regula *de vero valore beneficii impetrati exprimendo.* Gonzal. *ad regul. de valore, quæſt.* 2. Burat. *deciſ.* 162. *numero* 8. Ratio eſt, quia in proviſionibus Legatorum poſſet fieri fraus, ſi verus valor non exprimeretur in præjudicium annatæ, quæ ſoluitur etiam de proviſionibus factis in Legatione.

4 Creſcent. *deciſ.* 10. *de reſcript.* † Et non ſolùm verus valor in hujuſmodi proviſionibus Legatis exprimendus eſt, ſed etiam probandus. Burat. *dicta deciſ.* 162. *num.* 8. *& deciſ.* 390. *num.* 9.

5 Sicut etiam regula *de annali*, locum habet in proviſione Legati. Rebuff. *in prax. ad d. regul. gloſſ.* 8. *in fin.*

6 Non enim gratiæ Legati ſunt æquè favorabiles, ac conceſſiones Ordinariorum: *capit. Quamvis, de prabend. in* 6. Quia licèt Legatus dicatur Ordinarius, *capit.* 1. *& 2. de offic. Legat.* ejus tamen juriſdictio non eſt inducta modo ordinario, ſed quodam modo extraordinario quaſi ſuperinducta, & cùm præjudicet ordinariæ juriſdictioni. Gloſſ. *ſin. in Clement.* 2. *de offic. Ordinar.* Legatus enim non habet titulum in Eccleſia, ſed extra; cùm ejus poteſtas ſit ad nutum concedentis revocabilis: & per has rationes ita tenet. Rot. *deciſ.* 206. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 1. *diverſ.*

Tertiò collatio Legati de beneficio ita afficit collationem poſteriorem Ordinarii, ſicut reſervatio Apoſtolica cum decreto irritanti. Franciſc. Marc. *quæſt.* 86. *num.* 8. *part.* 2. per text. *in c. ſi a ſede, & c. ſi beneficia, de prabend. in* 6. *& ibi* Gloſſ. quam ſequuntur communiter Doctores.

Quod intelligendum eſt, ut procedat, dummodo collatio Legati non fuerit fraudulenta; nempe quod intervenerit tantùm tempus intra quod Legatus vocationis notitiam habere potuerit. Marc. *dicta q.* 86. *num.* 8. Quia cùm regula *de veriſimili notitia*, locum etiam habeat in collatore ordinario, ex eodem Marc. *quæſt.* 381. *part.* 1. *&* 495. *numero* 29. Riccius *in prax. aur. reſolut. cap.* 246. Petr. Gregor. *in ſyntagm. tut. rei benefic. c.* 32. *num.* 4. Adeo ut cavendum ſit ab eodem Riccio, qui contrarium tenet *collectan. appos. verſic. Tertiò*, multò magis locum habere debet in proviſionibus Legationis, quæ non ſunt adeò favorabiles, ac proviſiones Ordinariorum, ut ſuprà dictum eſt: unde & in Legato idem tenet Riccius *d. c.* 246.

In Curia tamen Romana non conſideratur illa regula *de veriſimili notitia*, quando reſignatio pura & ſimplex; & proviſiones continent clauſulas *ſive per obitum, ſive alio quovis modo*, ut dicunt Addens. ad Loüet. *litt. V, n.* 2. quia tunc proviſio conceditur à ſummo Pontifice in conſequentiam mandati ad reſignandum: ideo ſufficit quod intret reſignationem, ſeu expeditionem curſoris ad Urbem, & tempus datæ proviſionis, intereſſerit tempus beneficiens intra quod expediri potuerit gratia beneficialis. Nam clauſula, *& alias quovis modo vacet*, dicitur ceſſoria; ideò gratia principalis ſemper remanet valida, quamvis non intervenerit veriſimilis notitia obitus. † Aliud dicendum eſſet in ſimplici proviſione per obitum, quæ non fieret acceſſorii in conſequentiam reſignationis: tunc enim ſine ullâ dubitacus eſſet regulæ *de veriſimili notitia*: & in hac parte Legatus, & Ordinarius æquiparantur. Rebuff. *in praxi, in notis ad dictam regul. de veriſim. notitia*, Riccius *in princip.* † Quod autem de Curia Romana dictum eſt, eodem modo & in Legatione intelligi debet; cùm nulla major ratio in una quam in alio caſu aſſignari queat, ex iis quæ generaliter à prædicta concluſione ponit Gomeſ. *ad dictam regul. de veriſim. notit.* quæ locum etiam habet in proviſionibus Legationis: quia videlicet procurator venit ad Legationem, ſeu (quod hoc caſu idem eſt) ad Curiam, non venit ad impetrandum per obitum, ſed ad reſignandum: & ſic venit per alium modum vacationis. Unde ſi poſtea concedatur proviſio cum clauſula, quæ faciat valere collationem alio quovis modo; illa prodeſſe debet, cùm non ſit dolo: quia origo proviſionis inſpicienda eſt, & per eum, qui licèt aliqua deducat in contrarium, ficit quod iſta ſententia in Gallia recepta ſit quoad beneficia in Gallia ſita obſervanda.

Quartò, quæ de exprimendo vero valore dicii in proviſionibus Legationis dicta ſunt, habent locum in beneficiis Galliæ nó Conſiſtorialibus in quibus ſufficit etiam in Legatione expreſſo ris per non exceſſum 24. ducatorum auri de Cara ſecundùm communem æſtimationem. Rebuff.

forma Resignantur simplic. provis. in verb. cujus fructus, &c. & in Concordat. titul. de mandat. Apostol. §. statuimus. Joan. de Selv. *de benefic. part. 3.*
13 *cap. 12. numero 2.* † Imò & in Archidiaconatu Avenionensi ita fuit observatum apud Burat. *decis. 255. numero 14.* Quanquam in alia causa Canonicatus Cavallicen. Rota consideraverit quod fuerat expressus verus valor per non excessum 160. ducatorum, ut in *decis. 508. part. 4. recentior.* Sed hoc, quia expressio valoris Archidiaconatus erat vera in 24. ducatis, cùm tota præbenda consistat in distributionibus quotidianis: non sic erat in Canonicatu Cavallicensi. Et in Germania, & Hispania, ita fieri solere testatur Cokier *ad reg. Cancellariæ 61. num. 21.* Et hac in re provinciæ consuetudinem observandam esse testatur Rot. *decis. 202. num. 8. part. 4. recentior.*
14 Quintò, si verus valor in provisionibus Legationis non fuerit expressus, aut non probatus, gratia non suffragatur: quæ valoris probatio, etiam parte nihil opponente, facienda est. Marc. Anton.
15 *lib. 1. resolut. 39. numero 12.* † Imò si valor fuerit falsò expressus, quamvis major exprimatur, impetratio erit nulla. Idem Anton. *lib. 1. resolut. 78. numero 2.* adeo ut jus non abdicetur à resignante, si
16 falsa expressio facta fuerit. *Ibid. num. 4.* † Et ideò non est dubitandum, quin juxta regulam Cancellariæ 61. verus valor sit exprimendus, etiam in provisionibus Legationis, juxta formam & stilum consuetum; sed non in provisionibus quæ fiunt de beneficiis Galliæ in Legatione.
17 Sextò in hoc differunt provisiones Papæ, & Legati, quoad beneficia Galliæ; quia indistinctè in Legatione non debet quoad hujusmodi beneficia exprimi verus valor; sed in Curia Romana hoc non procedit indistinctè, sed tantùm in beneficiis non consistorialibus: sed consistorialia, quorum provisio spectat ad Papam, ad nominationem Regis, & quæ certam habent taxam in liberis Cameræ Apostolicæ, fieri debet expressio valoris, non quidem veri, sed taxati, quamvis beneficium majoris esset reditus. Rebuff. *in Concordat. tit. de mandat. Apost. §. statuimus, in verb. Ecclesias Cathedrales, in fin.* Quia taxa non exprimit verum valorem beneficii. Rot. *decis. 189. numero 6. part. 1. divers.* Monald. *consil. 31. num. 73.* Idem quod supra tradit Gomes. *ad regul. de valore, quæstione 10.*
18 Septimò quæritur, utrùm Legatus admittere possit resignationes in favorem, & super illis concedere provisiones. Quidam tenent affirmativam sententiam ea ratione, quia Legatus potest admittere resignationem, rejecta conditione. Franc. Marc. *part. 2. decis. 133.* Alij distingunt ut hujusmodi resignationes admittere possit Legatus, sed non collator ordinarius. Charond. *lib. 1. respons. 15.* Addent. ad Paris. *lib. 9. quæst. 9. num. 6.*
Contrarium verius est ex Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib. 3. cap. 15. numero 46. 48. & 54. & sequent.* Rot. *recentior. decis. 508. num. 2. part. 4.* ubi limitat nisi Legatus, aut Vicelegatus ad hoc haberet specialem facultatem: verùm quidquid sit de facultatibus Legationis, in qua non vidi practicatam hanc formam resignationis in favorem, certum est quod in Gallia non admitterentur provisiones Legationis in vim talium mandatorum conditionalium factæ; & ita semper observatur, præterquam quoad reservationes pensionum, ut postea dicemus, *hoc eodem §. numero 31.*
19 Octavò, non potest etiam Legatus, vel Vicelegatus conferre beneficia vacantia in Curia, uti soli summo Pontifici expressè reservata; adeo ut collatio facta in Legatione non tribuat aliquem titulum, ne quidem coloratum. Garf. *part. 5. cap. 3. numero 53. 54. & 55.*

Et quamvis Legato Avenionensi in suis facultatibus concessum sit, ut conferre possit quæcumque 20
beneficia etiam reservata; in fine tamen illius articuli facultatum Legationis adjiciuntur verba illa: *Extra tamen Romanam Curiam, etiam in quibuscumque mensibus vacantia:* Et tamen opus erat speciali derogatione quoad vacantia in Curia, ut Legato daretur facultas illa conferendi. Rot. *decis. 156. num. 2. part. 3. recent.*

Etenim cùm reservatio facta fuerit beneficiorum 21
in Curia summo Pontifici, non potest extendi ad Legatum, qui non venit appellatione Romani Pontificis. Barbos. *in c. quoad translationem 4. num. 5. de offic. Legat.* Gutierr. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 52. num. 6.* Gondisalvus *in tract. de Legat. quæst. 9. numero 9.* venit tamen Legatus appellatione sedis Apostolicæ, nisi verba proferantur taxativè, vel in materia soli summo Pontifici reservata: *cap. si Abbatem, & ibi* Gloss. *in verb. transeundi.* Franc. *num. 4.* & Geminian. *num. 5. de Elect. in 6.*

Nonò, Legatus potest creare Protonotarios se- 22
dis Apostolicæ (quorum beneficia sunt reservata, ut superiùs ostendimus) non solùm intra terminos suæ Legationis existentes, sed etiam extra illos, & in non subditum. Coccin. *decis. 349. part. 4. recentior. & decis. 69.* quia hic est actus voluntariæ jurisdictionis personam respiciens: ideo potest exerceri ubicumque, neque territorio terminatur. Unde etiam potest Legatus conferre beneficia suæ provinciæ unicuique, etiam existenti extra provinciam, ex quo collatio est voluntariæ jurisdictionis, Calderin. *consil. 3. qui filij sint legitimi, num. 3.* Rot. *dicta decis. 69. n. 3. in fin. part. 4. recentior.* Ludovis. *decis. 353. num. 5. & 6. & decis. 287. num. 11. in addit.*

Non tamen potest Legatus destinatus ad unam 23
provinciam, dispensare personam exteram alterius provinciæ, ad obtinenda beneficia in alia provincia sibi non decreta: quidquid in contrarium consuluerit Dec. *cons. 207.* quem *ibi* reprobant Addent. Et contra illud consilium fuit judicatum, ut per Rotam coram Ludovis. *dicta decis. 287. num. 9.*

Decimò, Legatus non potest dispensare cum illegitimis ad obtinenda beneficia curata. Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. super defectu natal. numero 45.* Nec similiter illos dispensare potest, ad obtinendos canonicatus in Ecclesia Cathedrali, qui quoad hoc pari passu ambulant cum curatis. Rot. *decis. 2. de fil. presbyt. in novis*, & apud Ludovis. *dicta decis. 287. numero 5. & 7.*

Sed tamen Legatus Avenionensis magnas facul- 24
tates habet. Primò quidem concessas Juliano de Ruvere Legato Avenionensi, qui postea fuit creatus summus Pontifex anno 1503. & tenuit Legationem Avenionensem ab anno 1476. ad illud tempus: ejusque facultates communicatæ aliis Legatis successoribus, ut notatur in *decis.* Rot. Roman. 508. *part. 4. recentior.* ubi fit mentio hujus concessionis factæ in favorem Eminentissimi Cardinalis Scipionis Burghesii, tunc Legati Avenionensis, & deputationis per ipsum factæ, ac per summum Pontificem confirmatæ in personam Eminentissimi Cardinalis de Bagni, tunc Archiepiscopi Petracensis, & Vicelegati.

In quibus quidem facultatibus summus Pontifex Sixtus IV. per suas patentes Litteras sub anno 1484. kalendis Maii, anno sui Pontificatus nono, concedit eidem Domino Legato potestatem dispensandi cum quibuscumque personis sæcularibus, vel regulari-

quorumcunque ordinum ſuper defectu natalium, ex quocunque coitu, ſeu alio vitio: ſed apertiùs in facultate conceſſa anno 1475. & 10. Kalend. Martii per eundem Sixtum IV. datur poteſtas eidem Domino Legato diſpenſandi ſuper defectu natalium, etiamſi de ſoluto & ſoluta, conjugato & ſoluta, ſoluto & conjugata, aut clerico etiam in quocumque ſacro aut preſbyteratus ordine, aut dignitate, etiam Epiſcopali conſtituto, ex ſoluta vel conjugata, ut ad ad quaſcumque dignitates, etiam Archiepiſcopales vel Abbatiales promoveri poſſint: necnon etiam pro ordinibus, & beneficiis, & quibuſcumque religioſis domibus, ut in eis recipi poſſint. Et de ſimili facultate Legatis, aut Nuntiis conceſſa agit Pyrr. Corrad. *in praxi diſpenſat. Apoſtolic. lib. 3. cap. 1. num. 36.* ubi formam hujus facultatis ponit: ſicut & Gambar. in *tract. de poteſt. Legati, lib. 7. num. 5.* Sed hæc quæ Legatis Avenionenſibus conceditur, amplior eſt, latiuſque patet; cùm etiam extendatur ad dignitates Archiepiſcopales, &c.

25 Super defectu verò natalium ad obtinenda beneficia, & Canonicatus ac præbendas Eccleſiæ Collegiatæ, poteſt ſine dubio Legatus derogare abſque ſpeciali facultate; cùm etiam Epiſcopus id facere poſſit. Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 5. num. 58.* & poſt eum Corrad. *in dicto tract. de diſpenſ. Apoſtol. lib. 4. c. 3. numero 12.*

26 Undecimò, quamvis ex facultatibus Legationis poſſit Legatus Avenionenſis diſpenſare ſuper ætate, ut ejus defectu non obſtante quis poſſit promoveri ad ordines, & obtinere quæcumque beneficia, etiam curata; non tamen exiſtimo poſſe hodie illum dicta facultate uti, propter factam poſtea Concilii Tridentini conſtitutionem ſuper beneficiis ſimplicibus ante 14. ætatis annum non obtinendis, *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* & de habentibus curam animarum ante 25. ætatis annum *ſeſſ. 24. cap. 12.* cui quidem Conciliari conſtitutioni Legatus derogare non poteſt. Gloſſ. *in c. cùm dilecti, in verb. in ætate, de elect.* Abb. *in cap. dilecto, num. 5. de Præbend.* Corrad. *in praxi diſpenſat. lib. 5. c. 5. num. 9.* Sed tamen ſummè notandum eſt, quod Rota Romana admiſit in proviſionibus factis per Vicelegatum Avenionenſem, derogationem etiam tacitam Concilii Tridentini: ut apud Burat. *deciſ. 463. numero 4.* & *ibi* per Addent. Ideo ſuper hoc maturiùs cogitandum.

27 Duodecimò, Legatus conferre poteſt beneficia juriſpatronatus clericalis, ſeu Eccleſiaſtici: *capit. dilectus, de offic. Legat. capit. cùm dilectus, de jurepatronat.* Rebuff. *in praxi, in 3. part. ſignat. in verb. necnon juriſpatronatus.* Gigas *de penſionibus, quæſt. 24. numero 1.* Quod ampliatur, ut procedat etiam nulla facta mentione, aut derogatione dicti juriſpatronatus, *dict. cap. cùm dilectus*, Covarr. *pract. quæſt. cap. 36. numero 2.*

28 Decimotertiò: Quamvis Legati non poſſint conferre Eccleſias Cathedrales, aut Regulares, aut Collegiatas, ſeu ipſarum Collegiatarum dignitates majores poſt Pontificalem electivas, *c. deliberatione, de offic. Legat. in 6.* Garſ. *de benefic. part. 5. c. 2. n. 52.* ſicuti nec conferre poteſt beneficia ſummo Pontifici reſervata: Item *num. 53.*

Tamen Legati Avenionenſes habent facultatem conferendi, prout conferunt omnia beneficia reſervata; cùm illis Papa conceſſerit facultatem conferendi quæcumque beneficia ſæcularia, vel regularia, dignitates etiam in Metropolitanis Eccleſiis, & poſt Pontificalem majores, cum cura, & ſine cura, quantumvis affecta vel reſervata, in titulum, vel commendam; & de ordine in ordinem transferendi, & de Monaſterio in Monaſteriorum, de Eccleſia ad Eccleſiam, de loco ad locum; & ſic tranſlatos in Monaſteriis, ſeu regularibus locis, ad quæ tranſlati fuerint, recipi faciendi. Excipiuntur tamen beneficia vacantia in Curia, ut ſupra diximus, *num. 20.* necnon vacantia per promotionem ad Epiſcopatus, & Monaſteria conſiſtorialia.

Decimoquartò, quamvis diſputetur utrùm Legatus beneficia litigioſa conferre poſſit, ut apud Garſ. *dicta part. 5. c. 3. n. 56. & ſequentib.* Tamen omnis dubitatio ceſſat in Legato Avenionis, cui data fuit facultas omnes & quaſcumque beneficiorum reſignationes admittendi, etiam reſervatorum, vel litigioſorum; & illa conferendi † etiam ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, etiam cum reſervatione penſionis: ut ex Bulla Sixti ſub Datum IV. Kalend. Maii 1484. Anno ejus Pontificatus nono.

Hinc etiam colligitur limitatio eorum quæ diximus ſupra *n. 9.* nempe reſignationem conditionatam coram Legato fieri non poſſe; quia hoc non habet locum in Legato Avenionenſi, quoad reſignationes factas cùm reſervatione penſionis; nam illas ſic recipere, & admittere ac conferre poteſt vigore conceſſæ ſibi à ſummo Pontifice poteſtatis: quod etiam approbavit Rot. in *dicta deciſ. Cavalicens. ſed. part. 4. recentior.* confirmata *deciſ. 109. part. 4. rec.*

Plurima alia conceſſa ſunt Legatis Avenionenſibus jura, & facultates, quas ſi ad longum referre voluimus, brevis compendii modum præter inſtitutum noſtrum excederemus.

Agendum nunc eſſet de facultatibus Nuntii quoad collationem beneficiorum: ſed quia hoc non practicatur apud nos, ideo ſufficiet adire Garſ. de hac tractantem *part. 5. cap. 3. §. 1. à numero 80.* Rot. collectan. 1667.

Item videndum eſt quid dicendum de Subſtituto, ſeu Locumtenente Vicelegati, utrùm videlicet beneficia in abſentia illius conferre poſſit: quæ re Bertrand. *conſil. 117. per tot. part. 1. vol.* concludit Vicelegatos Avenionenſes poſſe deputare locumtenentes pro collatione beneficiorum ex cauſa abſentiæ, vel juſti impedimenti: prout videmus obſervatum tempore Illuſtriſſimi bon. mem. Domini Guillelmi Du Noiſet, necnon aliorum Vicelegatorum. † Videri etiam poteſt [illegible] quæſtionem quod fusè circa facultates Legatorum, aut Vicelegationis in Gallia recipientia, tractat Dom. Lud. Bell. *conſil. 63. per tot.* & de ejusdem Legati poteſtate in Delphinatu quoad collationem beneficiorum, Cravet. *conſ. 177. n. 1. & conſil. 93. n. 1.*

Auditores autem Vicelegati nullam habent poteſtatem circa beneficia, non ſolùm quoad collationem, ſed nec quoad cauſarum, præſertim beneficialium deciſionem: ex notatis per Franc. Marc. *deciſ. 348. part. 1.* quia non poſſunt cauſas decidere ſine ſpeciali commiſſione.

Sed tamen ipſe hoc limitat, niſi uſus ſit in contrarium, prout revera talis eſt quoad cauſas in prima inſtantia introductas, quarum cognitionem ibi deſcribunt Auditores, quando non petitur remitti ad Ordinarios: juxta *c. omnes cauſa 20. ſeſſ. 24. de reformat. in Concilio Tridentino.*

Sed in cauſa Appellationis non ſolent Auditores Legationis procedere ſine ſpeciali commiſſione. Unde nec ſolent Auditores decernere literas citatorias extra Monarchiam, ſed eæ fiunt ſub nomine Legati, vel Vicelegati: ex notatis per eundem Franc. Marc. *dict. quæſt. 348. numero 5. verſic. verumtamen part. 1.* Et nos ita ſemper vidimus obſervari.

§.

§. 7.

De Episcopis.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam in collatione omnium beneficiorum sæcularium suæ diœcesis.*

2 *In collatore non ordinario, seu proviso ab ipso, leviores requiruntur probationes, si contendat cum proviso Apostolico : plenæ verò si cum ipso Episcopo, vel proviso ab eo. Et quæ sit diversitatis ratio.*

3 *Prohibitio facta Episcopis de conferendo beneficia coram ipso resignata suis consanguineis, vel familiaribus, de quibus familiaribus intelligatur.*

4 *Episcopus conferre potest suis nepotibus, aut familiaribus beneficia vacantia per dimissionem clericatus.*

5 *Beneficia vacantia per resignationem propter adeptionem incompatibilis, Episcopum proprio nepoti conferre posse, censuit Ricc. Sed ejus opinio reiicitur.*

6 *Episcopus ante adeptam suæ dignitatis possessionem non potest beneficia conferre, & talis proviso nulla est ipso jure.*

7 *Episcopus extra diœcesim existens beneficia suæ collationis conferre non prohibetur.*

8 *Episcopus post adeptam possessionem beneficia propria non potest resignare. Idem si per eum steterit quominus possessionem adeptus fuerit.*

9 *Post mandatum factum per Episcopum ad resignandum suum Episcopatum, jus habet beneficia conferendi ante admissam resignationem : & quæ sit hac in re differentia inter resignationem puram, & conditionalem.*

10 *Episcopus non potest canonicatui in sua Ecclesia onus perpetuum Organistæ adjicere.*

11 *Episcopus non potest mutare naturam beneficii.*

12 *In Gallia appellatur tanquam ab abusu, si Episcopus deroget fundationi, & primæ institutioni beneficii.*

13 *Collatio facta cum onere pecuniæ æstimabili, simoniaca est.*

14 *Constitutio Episcopi, vel Capituli tendens ad exonerationem pecuniariam ipsorum, nulla est, & suspecta.*

EPiscopus, secundùm juris communis dispositionem, fundatam habet intentionem suam in collatione omnium beneficiorum existentium in sua Diœcesi. Et è contra, qui Ordinarius non est alicujus diœcesis, si prætendat sibi in ea competere jus conferendi beneficia, tenetur suam intentionem probare : quia habet contra se juris præsumptionem, *can. omnes Basilicæ, 16. quæst. 7.* quæ præsumptio non solùm fundatur in Episcopi authoritate, sed etiam in beneficii libertate. Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 3. definit. 11.* † Sed hoc intelligendum est de collatore non ordinario concurrente cum ipso Ordinario ; vel de proviso ab ipso qui non est Ordinarius, contendente cum proviso ab Episcopo loci Ordinario, ut tunc plenè jus conferendi probandum sit : non item si concurrant provisus ab alio quàm ab Ordinario ex una parte, & provisus Apostolicus ex alia ; hoc enim secundo casu leviores & minùs plenæ sufficiunt probationes : non quod Episcopi authoritas major sit, aut favorabilior authoritate summi Pontificis ; sed quia Pontificia potestas alterius cujuslibet collatoris ordinarii concursum admittit ; Ordinarii verò potestas nullum alium admittere solet, nisi summum Pontificem, qui est Ordinarius Ordinariorum : ita Cod. Fabrian. *lib. 1. tit. 3. definit. 12.* post Cassador. *decis. 1. de probationibus.* Adeo ut primo casu non sufficiat probatio juris conferendi per famam, sufficiat tamen in secundo.

Secundò notandum est, Episcopum non posse beneficia coram ipso resignata suis nepotibus, vel consanguineis, aut familiaribus, aut consanguineis resignantis conferre ; exceptis tamen beneficiis quæ sunt de jurepatronatus, ut fusiùs per nos fuit explicatum *lib. 1. cap. 33.* Quod tamen de jurepatronatus laicali intelligit Ricc. *in decis. Cur. Neapolit. lib. 3. decis. 81.* Licèt Quaranta *ibid.* per nos citatus *in versic. ad majorem, fol. mihi 115. sub verb. beneficiorum resignationes*, loquatur in genere de beneficiis jurispatronatus.

Et iis quæ per nos dicta sunt *præfato cap. 33.* addendum est, illam constitutionem prohibentem collationem faciendam Episcopi familiaribus, intelligendam esse de illis familiaribus qui actu deserviunt Episcopo, & continuam exercent commensalitatem in domo. Paris. *de resignat. lib. 5. quæst. 6. num. 91.* Plura ultra citatos *dict. cap. 33. num. 9. fol. 43.* tradit Paris. *in loco mox citato.* Marius Anton. *lib. 1. resolutione ultima, casu 34.* Fusch. *de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 23.*

Quibus etiam addo ad limitationem *dict. cap. 33.* quod Bulla Pij V. prohibens admissionem hujusmodi resignationum, ad effectum beneficia conferendi præfatis personis, nec pœna in ea contenta locum habent, si quis clericalem statum dimittens, beneficii per consequens incapacem se reddiderit, cùm hæc non sit vacatio per resignationem, de qua loquitur Bulla, ut tenet Ricc. *in decis. Cur. Neapolit. part. 3. allegat. 307.*

Sicuti nec locum habet ex eodem authore *eadem parte, decis. 308.* quando beneficium vacat per adeptionem alterius beneficii incompatibilis : tunc enim Episcopus liberè suo consanguineo beneficia resignata conferre potest.

Sed ego non video quomodo decisio ista procedere possit, cùm beneficia per adeptionem incompatibilis vacantia non possint resignari ; sed debeant simpliciter dimitti, ut per Gars. *de benefic. part. 11. cap. 5. num. 58.* Et talis dimissio ex constitutione Clementis VIII. non possit fieri coram Ordinario ; sed illa beneficia sint reservata sedi Apostolicæ, ut *ibid. num. 60.* quam constitutionem ampliavit Paul. V. ut *ibid. numero 64.* Ergo impossibile est huic casui applicari decisionem prædictam ; cùm resignatio non possit fieri ad effectum, ut ab Episcopo collatore ordinario provideatur.

Tertiò, quod dictum est, beneficiorum collationem spectare ad Episcopum, intelligendum est ut procedat in Episcopo qui est in possessione, & exercitio suæ dignitatis ; alioquin promotus ab eo qui Episcopatus possessionem non acceperat, vel ab eodem provisus, non est capax beneficii : & provisio est ipso jure nulla. Bald. in *l. si tutor, Cod. in quibus caus. restit. non est necess. num. 3.* dicens quod paria sunt non esse, vel esse & non habere administrationem. Boër. *decis. 171. num. 26.* Tornet. in *sua recollect. Arrest. lit. B, numero 46.*

Post adeptam verò possessionem, beneficia suæ Diœceseos, quamvis extra illam reperiatur, conferre potest, cùm sit actus voluntariæ jurisdictionis. Joan. de Selu. in *tract. de benefic. part. 3. quæst. 40. & 63.* Covarr. *lib. 3. variar. resol. cap. 20.* Et præsentatio fieri potest Episcopo extra Diœcesim existenti per patronum Gonzal. ad *reg. 8. gloss. 62. num. 6.*

Quartò, post adeptam Episcopatus possessionem, licèt

licèt Epiſcopus beneficia ſuæ Diœceſeos conferre poſſit; non tamen poteſt propria beneficia reſignare, quia vacant per promotionem ad Epiſcopatum, à die videlicet adeptæ poſſeſſionis ipſius Epiſcopatus. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 296. *num.* 35. & 223. *num.* 32. quemadmodum etiam penſiones eo modo extinguntur: ut diximus ſuprà, *cap.* 1. §. 4. *num.* 102. & 103.

Imò ſi promotus ad Epiſcopatum non faciat ſe conſecrari intra tempus trium menſium, vel non doceat de impedimento propter quod poſſeſſionem Epiſcopatus non fuerit conſequutus, perinde eſt ac ſi poſſeſſionem adeptus fuiſſet: adeò ut ejus beneficia, & penſiones ex tunc vacare cenſeantur; cum per eum ſteterit quominus poſſeſſionem caperet. Verall. *deciſ.* 401. *part.* 2. Gratian. *dicto cap.* 223. *num.* 33.

9 Quintò, poſt mandatum factum ad reſignandum Epiſcopatum, non impeditur Epiſcopus beneficia conferre ante admiſſam reſignationem, & notitiam ipſius: niſi reſignatio eſſet pura & ſimplex: ſiquidem in reſignatione conditionali, donec admiſſa fuerit, Epiſcopus non perdit titulum, neque poſſeſſionem ſui Epiſcopatus: quare uſque ad diem notificationis admiſſæ reſignationis, interim fructus percipit, inter quos annumeratur beneficiorum collatio: quos tamen percipere non poteſt poſt factam puram reſignationem: quia cenſetur ex tunc mortuus civiliter in illo Epiſcopatu. Imò ſi fructus perceperit, tenetur ad illorum reſtitutionem. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 127. *num.* 34. & *cap.* 159. *num.* 24. & 25. Anton. de Marin. *quotid. reſol. cap.* 103. *num.* 7. Quod tamen intelligit locum habere, etiam in reſignatione ſimplici, quando ante illius admiſſionem, & ante conſenſum præſtitum coram ſummo Pontifice, & ſic re integrâ, Epiſcopus pœnitentia ductus reſignationem revocavit: ex Put. *deciſ.* 105. *lib.* 3.

10 Sed hîc opportunè tractari poteſt de quæſtione quam aliàs quidam Epiſcopus propoſuit; videlicet utrùm ipſe poſſet ſaltem per viam ſtatuti perpetui, & cum conſenſu Capituli imponere onus Organiſtæ canonicatui, vel beneficio in Eccleſia Collegiata erecto; ita ut quicumque canonicatum illum obtineret, ſeu beneficium, teneretur exercere dictum onus organiſtæ? Cui dubio Ego Reſpondi an-
11 no 1631. Epiſcopum id facere non poſſe: † Tum in vim Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* ubi habetur, Epiſcopum non poſſe derogare qualitatibus beneficii: Tum etiam ex diſpoſitione juris communis in *Clement. quia contingit, de religioſ. domib.*
12 & *cap. ſignificatum*, *in fin. de præbend.* † & in Gallia appellatur tanquam ab abuſu ab omnibus clauſulis derogatoriis in præjudicium fundationis appoſitis. Theveneau *ad Ordinat. Reg. lib.* 1. *tit.* 12. *art.* 1. & cavetur ordinatione Aurelianenſi Caroli IX.
13 *art.* 21. † Imò collatio ſub illo onere facta, videtur ſimoniaca; cùm imponatur per eam beneficio onus, quod eſt pecuniâ æſtimabile: ut de collatione facta cum onere legendi Theologiam, tradit Moneta *de commut. ultim. vol. cap.* 11. *num.* 320. 345. & 346. & probatur *ex deciſ. crimin.* 137. *poſt conſil.* Farinac. ubi optimè explicatur text. *in dicto cap. ſignificatum*, *de præbend.*

14 Quod maximè procedit, quia illud onus impoſitum canonicatui tendit ad exonerationem capitularium, qui tenebantur ad ſolutionem mercedis unius Organiſtæ: unde magis ſuſpecta eſt, & nulla dicta Epiſcopalis conſtitutio, ex notatis per Garc. *de benefic. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 87.

§. 8.

De Menſibus Epiſcopalibus, & de Alternativa.

1 *Epiſcopis aſſignantur quatuor menſes per regulas Cancellariæ ad conferendum beneficia, nempe Martius, Junius, September, & December.*

2 *Beneficia vacantia in aliis octo menſibus ſunt ſibi Apoſtolicæ reſervata.*

3 *Beneficia vacantia in curia, ne quidem in dictis quatuor menſibus per Ordinarios conferri poſſunt.*

4 *Vacantia per reſignationem Epiſcopus ſingulis anni menſibus conferre poteſt: quia regula menſium illo caſu locum non habet.*

5 *Beneficia comprehenſa in Concordatis non ſubjacent regulæ menſium.*

6 *Reſervatio beneficiorum vacantium in Curia non cenſetur ſublata per generalem reſervationum ſublationem.*

7 *Beneficia quæ ſunt de collatione Cardinalium, non ſupponuntur regulæ menſium.*

8 *Cardinales abſentes à Curia non habent jus collationis beneficiorum dependentium à titulis ſui Cardinalatus, & quæ illa ſint.*

9 *Si Cardinalis Epiſcopus fuerit negligens in conferendo intra ſex menſes, Papa non confert per devoluto.*

10 *Menſis quo vacatio contingit, ſimpliciter & affirmativè exprimi debet pro validitate collationum, & impetrationum coram ſummo Pontifice factarum.*

11 *Fallit in beneficiis vacantibus per reſignationem.*

12 *Fallit ſecundò in beneficiis quæ alio modo ſunt reſervata, quàm per reſervationem regulæ Menſium; tunc enim menſis vacationis exprimi non debet.*

13 *Tertiò non debet etiam exprimi menſis in beneficiis juriſpatronatus laicalis.*

14 *Quartò non debet exprimi in gratia petente tollere, ſi in prima gratia fuit expreſſus.*

15 *Quintò non debet exprimi in conceſſione dignitatis; debet tamen exprimi in parte, in Neutri.*

16 *Fallit ſextò in collationibus Ordinariorum, in quibus menſis exprimi non debet.*

17 *Menſis expreſſio neceſſaria eſt in proviſionibus factis per Legatum, vel Nuncium.*

18 *Septimò fallit in proviſionibus factis per jus devoluto, in quibus menſis expreſſus non eſt neceſſaria.*

19 *Fallit octavò in inſtitutionibus factis ad præſentationem; ſed hæc limitatio coincidit cum tertia.*

20 *Menſis à quo tempore incipiat, nempe à media nocte, computando à prima hora ex duodecim horologii.*

21 *Quid juris in locis ubi nullum eſt horologium vel non fuit auditum.*

22 *Eſt in arbitrio Epiſcopi, utrùm malit ſex menſibus, an verò ſex alternatis ſub conditionibus ad alternativam requiſitis.*

23 *Pendet à voluntate Epiſcoporum aut aliorum Prælatorum acceptare, vel non acceptare alternativam.*

24 *Acceptatio Alternativæ quomodo fieri debeat, & quæ ad illam requirantur, ut ſit valida.*

25 *Jus alternativæ non competit inferioribus collatoribus, quibus jus conferendi quæsitum est ex privilegio, vel consuetudine.*

26 *Capitulum, sede vacante, non potest gaudere Alternativa.*

27 *Episcopi non gaudent alternativa, nisi verè & realiter resideant in sua diœcesi, etiamsi ex justa causa recesserint.*

28 *Usus Alternativæ utrùm statim incipiat post illius acceptationem, an verò finito mense.*

29 *Mensis Aprilis & Octobris semel facti Apostolici propter absentiam Episcopi, utrùm redeunte Episcopo fiant ordinarii.*

30 *Quid dicendum sit de mensibus Februarii, & Augusti.*

31 *Junius & December nunquam sunt menses Apostolici, quamvis Episcopus non resideat.*

32 *Collatio facta in mense ordinario Alternativæ ab Episcopo tunc residente, non rescinditur, quamvis Episcopus in aliqua mensis parte recedat.*

33 *Episcopus non gaudet Alternativa quoad beneficia qua non sunt liberæ collationis; & quænam illa sint.*

34 *Si beneficia pertineant per turnum ad Episcopum, & Capitulum, Episcopus adveniente turno suo gaudet Alternativa.*

35 *Turnus in materia Alternativæ, quando collatio spectat per turnum ad Episcopum, & Capitulum; non consumitur per provisiones Apostolicas.*

36 *Sed tamen per illas provisiones factas cum derogatione juris patronatus, turnus dicitur consummatus.*

37 *Turnus non dicitur consumptus per provisiones non sortitas effectum.*

38 *In Gallia tamen aliud deciditur, nempe solas beneficii collati litteras Graduato turnum facere.*

39 *Turnorum materia ubi explicetur. Remissivè.*

40 *Collatio non minus libera dicitur ad effectum Alternativæ, quamvis beneficium sit conferendum per concursum.*

41 *Si Episcopus se ingerat in collatione beneficiorum reservatorum, ipso jure perdit Alternativam; sed retinet alios quatuor menses.*

42 *Episcopus post acceptatam Alternativam, utrùm illi possit renunciare.*

1 PRo intelligentia Alternativæ supponendum est, quod per regulam 8. Cancellariæ, quæ nunc est nona, assignantur Episcopis & collatoribus ordinariis quatuor menses, ut intra terminum illorum conferre possint beneficia ad illorum collationem spectantia: nempe menses Martii, Junii, Septembris, & Decembris: † illa verò quæ vacant in aliis octo mensibus, nempe Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris, sunt sedi Apostolicæ reservata; siquidem ante illam regulam Episcopi & alii collatores ordinarii poterant in quibuscumque mensibus conferre beneficia ad ipsorum collationem spectantia: hodie verò conferre non possunt, nisi in quatuor mensibus supradictis.

2

3 Excipiuntur tamen à prædicta regula beneficia vacantia in Curia: quia illa quocumque mense vacaverint, summus Pontifex privativè confert; nec ullus ordinarius collator circa illorum provisionem se immiscere potest: quod manifestè probatur ex verbis illius regulæ, *Extra Romanam Curiam.*

Secundò excipiuntur à prædicta regula beneficia vacantia per resignationem, in quibus non habet locum illa mensium distinctio; sed semper, & in quolibet mense potest collator ordinarius providere de beneficiis resignatis: ut patet ex verbis dictæ regulæ, ibi: *alias quam per resignationem.* 4

Tertiò excipiuntur beneficia comprehensa in Concordatis cum sede Apostolica initis, & acceptatis, qualia sunt beneficia sita in Gallia, ubi per Concordata, & per Bullam Leonis X. *sub titulo de reservat. sublat.* omnes reservationes sublatæ sunt, exceptâ reservatione beneficiorum vacantium in Curia, quæ (ut suprà dictum est suo loco) est reservatio clausa in corpore juris: † Ideò per generalem abrogationem omnium reservationum factam in dictis Concordatis, non censetur sublata reservatio beneficiorum vacantium in Curia, ut notavit Rebuff. *in Concordat. ad dictum titulum de reservat. sublat. §. 1. versic. & licet non excipiantur.* Huic tamen regulæ mensium supponuntur beneficia Britanniæ. Tournet. *litt. B, num. 78.* 5 6

Quartò excipiuntur beneficia quæ S.R.E. Cardinalium collationi supponuntur, quando Cardinales ratione Episcopatus, Archiepiscopatus, Abbatiæ, aut similis beneficii per eos possessi, jus collationis habent; cui summus Pontifex per illam reservationem præjudicare non intendit. Riec. *collectan. 2829. & 2956.* Ludovis. *decis. 99.* † Quamvis hoc jus collationis non censeatur concessum Cardinalibus à Curia absentibus, ratione beneficiorum à titulis sui Cardinalatus dependentium, quorum collatio spectat ad Cardinales quandiu in Romana Curia sunt præsentes, qui vocantur Cardinales titulares de Urbe, & habent titulos suis Cardinalatibus annexos, & optantur per sex antiquiores Cardinales Presbyteros, qui in Urbe tempore vacationis reperiuntur; nempe Ostiensis, Portuensis, Prænestinus, Tusculanus, Sabinensis, & Albanensis: quia verba illa regulæ quæ excipiunt Cardinales, ibi, *non tamen S.R.E. Cardinalium*, non extenduntur ad dictos Cardinales titulares à Curia absentes: quia obstat illis reservatio regulæ septimæ, in qua Papa reservat beneficia Cardinalium absentium à Curia Romana, dependentia tamen à titulis Cardinalium, ac Diaconiarum ipsorum, ut explicat Cokier *ad regul. 8. Cancellar. gloss. 10. num. 5.* 7 8

Et ex his infertur, quod si Cardinalis Episcopus fuerit negligens in conferendo intra sex menses, Papa non confert jure devoluto; sed jus istud devolvitur ad proximè immediatum Superiorem: juxta formam *cap. 2. de concess. prabend.* de qua nos superiùs *hoc cap. §. 4. num. 8.* Ratio est, quia hoc beneficium, ratione cujus Cardinalis Episcopus fuit negligens in conferendo, nunquam fuit reservatum; & per consequens devolutio fit eodem modo, quo fieret si Episcopus non esset Cardinalis, ut notavit Cokier *loco citato.* 9

Secundò principaliter supponendum est, quod pro validitate collationum quæ fiunt à summo Pontifice, vel Legato, necesse est ut exprimatur simpliciter & affirmativè mensis, quo vacatio contigit; idque ad evitandas fraudes, quæ fieri possent in præjudicium Ordinariorum, aliàs gratia esset nulla. Quod intelligendum est, quando beneficium vacat *in* mense reservato: nam si vacaret in mense ordinario, non esset necessaria mensis expressio, ut decidit Rot. *decis. 79. num. 3. part. 4. recentior.* 10

Verùm ista regula nonnullas recipit limitationes, & restrictiones seu interpretationes. Et primò quidem, ut non procedat in beneficiis vacantibus per re- 11

signationem

ſignationem, ſive in Curia, ſive extra Curiam factis: quia hujuſmodi beneficia reſignata non ſubjacent huic regulæ: ut mox diximus *num.* 4. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.*14. *num.* 1. Rot. *deciſ.*724. *num.*1. *part.*3. *lib.*3.

12 Secundò dicta regula non habet locum in beneficiis, quæ alio modo ſunt reſervata, ſeu alio reſervationis genere quàm vigore regulæ menſium; cùm certum ſit de beneficiis aliter reſervatis Ordinarium ſe intromittere non poſſe: & in quocumque menſe vacatio contingat, illa ſemper ſummo Pontifici eſſe reſervata; & ſic non poteſt in illis conſiderari aliquod intereſſe collatoris ordinarii: ut benè comprobat Put. *deciſ.*25. *lib.*3.

13 Tertiò non procedit in beneficiis juriſpatronatus laïcalis: quia ſicut in illis non habet locum regula menſium, ita nec obligatio exprimendi menſem, quæ eſt acceſſoria ad dictam regulam. Mantic. *deciſ.*278. *num.*2.

14 Quartò neque menſis expreſſio fieri debet in gratia reformatoria, quam vocant *Perinde valere*, ſi in prima & principali gratia menſis expreſſus fuerit: ſi enim non fuerit expreſſus in prima, exprimi debet in ſecunda: quia licèt eadem ſolemnitas requiratur in ſecunda, quæ in prima, ut dicit Joan. Bapt. Ferret. *conſil.*53. *num.*12. poſt Gemin. *conſil.* 128. tamen in ſecunda ſupplicatione reformatoria, inſeri ſemper ſolet totus tenor primæ gratiæ: atque ideo ſufficienter dicitur expreſſio menſis facta, propter præinſertum tenorem primæ in ſecunda, ut docet Mohedan. *deciſ.*5. *de reſcript.*

In nova tamen proviſione per obitum, ſi reſignans mortuus fuerit intra viginti dies, menſis omninò exprimendus eſt: teſte Put. *deciſ.*165. *lib.*2. quod in Gallia non obtinet locum, ut ſuperius oſtendimus *Sup. eodem* §. *num.*5. Imò ſi reſignans obierit poſt tempus congruum ab expeditione curſoris, proviſio per obitum dicitur fieri incidenter, uti dependens ab ipſa reſignatione: & præterea quia regula menſium in Gallia locum non habet.

15 Quintò non eſt exprimendus menſis in conceſſione ſubrogationis; cùm regula loquatur de beneficiis vacantibus, ſubrogatio verò ſupponat beneficium non vacare; alioquin non eſſet ſubrogatio, quæ ſupponit jus præexiſtens; ſed eſſet nova conceſſio. Put. *deciſ.* 433. *in correct.* ut benè adversùs ſententiam Gonzal. comprobat Garc. *de benefic. part.*5. *c.*1. *n.*671.

Aliud eſt in gratia *ſi Neutri*, quæ ſupponit nullum jus adverſario competere: & per conſequens tendit ad beneficium, tanquam verè & actualiter vacans. Quapropter locus eſt hoc caſu huic regulæ, & menſis expreſſio fieri debet, quia regula loquitur de impetratione beneficiorum vacantium. Gonzal. *dicta gloſſ.*32. *num.*24.

16 Sextò, expreſſio menſis fieri non debet in proviſionibus, quæ fiunt per collatores ordinarios; ſed ſolùm in proviſionibus Apoſtolicis: quia regula mandat expreſſionem menſis fieri ad evitandas fraudes, quæ fieri poſſent in præjudicium Ordinariorum: quæ ratio ceſſat, dum proviſio fit ab ipſis Ordinariis. Item quia Epiſcopi, & alii inferiores collatores, utplurimùm habent notitiam temporis vacationis. Ricc. *collect.*1141. *in fin. verſic. limita ſecundò.*

17 In proviſionibus verò factis per Legatum vel per Nuntium neceſſaria eſt expreſſio menſis; quia in illis eadem viget ratio præjudicii Ordinariorum, quæ in Papa. Garc. *dicta part.* 5. *cap.* 3. *num.*138. & de Nuntio tradit Seraph. *deciſ.*285. *num.*8. quia Nuncii & Legati ſignant gratias beneficiorum eodem modo quo Papa; ut *ibid.* per Seraphinum.

Septimò limita, ut non procedat in proviſionibus quæ fiunt per Papam jure devoluto: quia tunc nullum fit præjudicium Ordinario, quem conferre non poſſe certum eſt; cùm jus conferendi amiſerit propter ſuam negligentiam: & per hanc rationem concludit Gonzal. *dicta gloſſ.*32. *num.*62.

Octavò, non procedit regula in inſtitutionibus factis ad præſentationem: quia inſtitutio eſt juſtitiæ, & non gratiæ. Abb. *in cap. authoritate, & in cap. ex ſequentibus, de inſtit.* Ideo verba regulæ non conveniunt, quando agitur de inſtitutione, & præſentatione; cùm loquatur de gratiis Apoſtolicis: inſtitutio autem gratia non eſt. Seraphin. *dicta deciſ.* 285. *num.*1. *junctò num.*5. quæ decisio, ſi vera eſt, procedit etiam in inſtitutione facta ad præſentationem Patroni Clerici; niſi dicamus illam contineri ſub nomine gratiæ, ex eo quod Papa admittit præſentationem Patroni clerici, cui derogare poterat; & non derogando, videtur gratiam facere.

Menſis autem iſte incipit à media nocte præcedenti, dum pulſatur primus ictus horologii ex duodecim mediæ noctis; & finitur in media nocte ſequenti ultimum diem menſis, dum ſimiliter pulſatur prima hora ex duodecim ictibus horologii: ut advertit Garc. *de benefic. dicta part.*5. *cap.*1. *num.*50. Sanch. *de matrimon. lib.*2. *diſp.*41. *num.*40. † Etiam nullum eſt horologium, vel non fuit auditum; recurrendum eſt ad judicia hominum, vel ad conjecturas probabiles. Garc. *ibid. num.*526.

Tertiò, principaliter ſupponendum eſt, quod ſummus Pontifex pro majori gratificatione Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Patriarcharum, quibus jus ordinariæ collationis competit, voluit uti in illorum poteſtate, non ſolùm habere illos quatuor menſes Martii, Junii, Septembris, & Decembris; ſed alternativè ſex menſes: ita ut primus ſit Pontifici ſit reſervatus, nempe Januarius, immo quem Ordinarius conferre nullo modo poſſit: ſecundo verò menſe, nempe Februario, licitum ſit Ordinario conferre: tertius menſis ad Pontificium collationem, quartus ad Ordinarium ſpectet. Sic alternatim ſemper computando, ut Januarius, Martius, Majus, Julius, September & November ſint reſervati; alii verò ſex menſes, nulla reſervatione affecti; nempe Februarius, Aprilis, Junius, Auguſtus, October, & December qui ſpectant ad Ordinarium, & quibus durantibus datur illi facultas conferendi, dummodò concurrant conditiones infrà ſcriptæ.

Primò, quod ſit in electione Epiſcoporum, Archiepiſcoporum & Patriarcharum acceptare vel non acceptare Alternativam: quâ acceptatâ, poſſident ſex menſibus: quod ſi nolint illam acceptare, poſſident ſolùm quatuor menſibus prædictis.

Secundò, iſta acceptatio, ad hoc ut ſufficiat, debet per patentes litteras propria manu Ordinarii cujuſque civitate & diœceſi datas, & ad Domum Urbis tranſmiſſas, atque ab eo recognitas; & dictam tranſmiſſionem, receptionem & recognitionem Alternativâ frui non poteſt: & ſic tantùm habet quatuor menſes in tali caſu.

Tertiò jus iſtud Alternativæ non poteſt competere Capitulo, nec Archidiaconis aut aliis inferioribus collatoribus, quibus jus conferendi competit ex privilegio, ſtatuto, vel conſuetudine: quod probatur verbis regulæ, & dictionibus taxativis in illa poſitis, *& ipſis dumtaxat.* † Imò nec ipſum Capitulum ſede vacante, gaudere poteſt Alternativa, ut notat Oſkier *ad dictam regulam* 8. *Cancellaria* 1. *gloſſ.*15. Quam

27 Quartò, ad hoc ut Episcopi & similes gaudeant privilegio Alternativæ, requiritur quod verè, realiter, & non fictè, etiam sub prætextu absentiæ justæ & probabilis, resideant actualiter in sua diœcesi: nam si recesserint etiam ex justa causa, & ad modicum tempus, privantur privilegio Alternativæ. Cokier *ad dictam regulam* 8. *glos.* 15. *num.* 3. & 4.

Quod ut melius intelligatur, notandæ sunt aliquæ regulæ, quas super residentia collatorum ad effectum Alternativæ, ponit Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 53. *num.* 38. & *seq.*

28 Prima, Episcopus non gaudet Alternativa, non probatâ residentiâ, neque habetur pro residente, si utplurimùm in alio loco solet habitare extra diœcesim, etiamsi in illo remaneret propter officium Inquisitoris sanctæ fidei; quamvis aliquando in certis temporibus visitaret suam diœcesim: quia talis visitatio non constituit veram residentiam, quæ fiat cum animo perpetuò ibi remanendi, ut dicitur apud Ludovis. *decis.* 70. adeo ut provisus ab Ordinario vigore Alternativæ, licèt sit in possessione, teneatur nihilominus probare non solùm acceptationem Alternativæ; sed etiam hanc qualitatem residentiæ. Addit. ad Ludovis. *decis.* 94. *num.* 11.

Sed illa acceptatio Alternativæ si facta fuerit in medio mensis, quamvis Episcopus toto illo mense residentiam fecerit in diœcesi, non facit ut propterea mensis ille computetur in Alternativa: quia regula loquitur de mense integrali, & non de singulis illius diebus: per text. *in l. eum qui ades, ff. de usucapion.* Et ideo quamvis Alternativa fuerit recepta in Dataria in aliquo mense Apostolico, non incipit illius usus nisi toto mense peracto, ut copiosè explicat Rot. *decis.* 144. *per tot. part.* 2. *recent.* sequitur Rub. *in singular. ad decis. Rotæ, circa decis. Blanchetti, in Faventin. Canonicatus*, 16. *Decembris* 1585.

Si verò Alternativa recepta fuerit in Dataria in aliquo mense ordinario, veluti Martio, qui per acceptationem Alternativæ sit reservatus; tunc statim illius privilegium incipit, non expectato fine mensis, ut per Barbos. *ibid.* Rot. *decis.* 349. *num.* 1. *part.* 3. *recentior.*

29 Secunda regula: menses Aprilis, & Octobris semel facti Apostolici propter absentiam Ordinarii, remanent Apostolici usque ad finem mensis; quamvis postea Ordinarius redeat ad residentiam.

30 Tertia regula: menses Februarii, & Augusti, licèt semel propter absentiam Ordinarii facti fuerint Apostolici, desinent esse Apostolici ab illa die qua ordinarius ad suam residentiam revertitur animo ibi perpetuò remanendi. Barbos. *loco citato.*

31 Quarta regula: menses Junii, & Decembris nunquam sunt Apostolici; sed semper pertinent ad Ordinarium, quamvis ipse nunquam resideat, ut bene probatur ex Martin. Andr. *decis. Rotæ* 110. inter impressas sub ejus nomine: ex cujus dictis colligitur

32 Quinta regula: quod si collatio legitimè facta fuerit ab Episcopo habente jus Alternativæ in aliquo mense ordinario ipsius alternativæ, si postea residere desinat intra eundem mensem, non propterea revocatur collatio per eum legitimè facta, ut habetur *in dicta decis.* 110. *n.* 24. quia quod legitimè factum est, ex causa supervenienti non vitiatur.

33 Quartò principaliter supponendum est, quod dicta regula mensium, quoad istam secundam partem, non procedit; nec Episcopus gaudere potest Alternativa, quando agitur de beneficiis quæ non sunt liberæ collationis: talia autem dicuntur quando non solus Episcopus, sed ipse simul cum alio conferre tenetur: quia in istis beneficiis simultaneæ collationis cessat regula.

Si tamen Episcopus & Capitulum, aut alius qui 34
insimul cum Episcopo conferre debet, dividerent inter se per turnum jus & exercitium conferendi hujusmodi beneficia simultaneæ collationis: tunc Episcopus in suo turno gauderet Alternativa; cùm collatio in suo turno Episcopo remaneat liberæ collationis. Seraphin. *decis.* 1296. *num.* 8. Rot. *decis.* 232. *num.* 4. *part.* 1. *recentior.* Quod intellige juxta traditâ per Addent. ad Ludovis. *decis.* 95. *num.* 7. ut non procedat, quando Papa divisionem istam per turnum confirmasset cum clausula, *salvis affectionibus & reservationibus, & sine illarum præjudicio*: tunc enim, licèt Episcopus liberam habeat collationem in suo turno; non tamen ideo gaudet Alternativa. Rot. *decis.* 683. *num.* 6. *part.* 3. *recent. & decis.* 100. *n.* 8. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

In hac autem turnorum materia advertendum est, 35
quod dum agitur de Alternativa, turnus non est consumptus in ipsius Episcopi præjudicium per provisiones Apostolicas, quando jus conferendi spectat alternis vicibus inter Episcopum, & Capitulum, ut notat Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 45. §. 1. *n.* 31.

Sed dum agitur de duobus Patronis, inter quos 36
jus præsentandi alternatim per turnum divisum est; ordo inter duos illos Patronos competens dicitur consumptus per provisionem à summo Pontifice factam, cum derogatione juris patronatus: ita ut ille, qui pro illa vice præsentare debebat, perinde sit ac si præsentaret. Unde in proximè tunc sequenti præsentatione, seu vacatione, non ille, sed alter compatronus turnum ingredietur, & jus præsentandi illi competet. Donat. Anton. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 228. post Roch. de Curt. *in tract. jurispatron. in verb. jus in* 6. *quæst. num.* 11. Lambertin. *in eodem tract. in* 3. *part. lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 16.

Si tamen provisiones non fuerint sortitæ effectum, 37
non dicitur turnus consumptus; nec jus ab habente potestatem conferendi vel præsentandi in illo turno numerari potest: quia perinde est ac si nulla facta esset collatio, vel præsentatio. Gonzal. *dicta glos.* 45. §. 3. *num.* 4.

Attamen in Gallia, solas beneficii Graduato col- 38
lati litteras turnum facere, decisum fuit apud Tournet *in recollect. Arrestorum benefic. litt. B, num.* 31. † 39
ubi plura de hoc barbaro *Turni* nomine. Et fusè de tota hac turnorum materia, Gonzal. *dict. glos.* 45. §. 3.

Non impeditur etiam collationis libertas, quam- 40
vis beneficium sit parochiale, & ea ratione collatio non videatur libera; cùm illud digniori, & magis idoneo sit conferendum per concursum. Ricc. *collectan.* 1374. *versic. Quartò*, ubi sic in Rota decisum fuisse testatur; nempe quod propter concursum non impeditur libertas collationis.

Quintò principaliter notandum est, quod si Epis- 41
copus in collatione beneficiorum per regulam mensium, ut dictum est, reservatorum sese intromiserit; dictæ Alternativæ usu & privilegio ipso jure privatus existit. Sed hoc casu semper suos quatuor menses retinebit, quos cessante Alternativâ habiturus erat tanquam Ordinarius; nempe Martii, Junii, Septembris, & Decembris, ad quos statim restituitur: & Papa ad reliquos octo menses, prout priùs fiebat, ante acceptationem Alternativæ, ut DD. in explicatione dictæ regulæ communiter tenent.

Sextò principaliter notandum est, quod Episcopus 42
aut similes personæ post acceptatam Alternativam pœnitere quidem possunt re integra, nempe antequam Datarius litteras patentes super illius acceptatione

tione receperit, ſi intimatio illius revocationis legitimè, & congruo tempore facta fuerit: Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*191. *n.*24.25. alioquin ſi ſemel acceptatio Alternativæ fuerit approbata, non poteſt Epiſcopus variare, & ab illa acceptatione recedere. Monald. *conſil.*105.*n.*12. Caſſad. *de præbend. deciſ.*8. *num.*5. Rot. *deciſ.*289.*part.*3.*recentior.* Quia acceptatio illa Alternativæ habet vim cujuſdam contractus inter Papam, & Ordinarium collatorem.

§. 9.

De Abbatibus, Abbatiſſis, & Canoniſſis.

1 *Abbates, & alii Prælati inferiores non habent regulariter poteſtatem conferendi beneficia.*

2 *Epiſcopi habuerunt à Papa poteſtatem conferendi ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio.*

3 *Abbates, & alii Prælati inferiores poſſunt conſuetudine, præſcriptione, vel privilegio acquirere jus conferendi beneficia Eccleſiaſtica.*

4 *Non ſolum jus conferendi præſcribi poteſt per Prælatos inferiores, ſed etiam jus authorizandi quoad adminiſtrationem Parochiæ ſeu curæ animarum, ex veriori ſententia, & n.*11.

5 *Jura Epiſcopis competentia, in triplici ſunt differentia.*

6 *Quænam ſint, & in quibus conſiſtant jura Epiſcopis ratione ordinis competentia.*

7 *In quibus conſiſtant jura juriſdictionalia Epiſcopi.*

8 *Jura quænam ſint quæ competunt Epiſcopis ſimpliciter ratione dignitatis Epiſcopalis.*

9 *Prælati inferiores præſcribere poſſunt jura Epiſcopalia, quæ non ſunt ordinis.*

10 *Ampliatur, ut etiam ſimplex clericus illa jura quæ non ſunt ordinis, præſcribere poſſit.*

12 *Abbates, & Prælati regulares, poſſunt præſcriptione ſibi acquirere territorium ſeparatum à diœceſi Epiſcopi.*

13 *Abbates, ſeu Prælati regulares qui jus ſeparati territorii præſcriptione acquiſiverunt, habent jus conferendi beneficia.*

14 *Prælati inferiores qui juriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem, ſi habuerint jus congregandi Synodum, & eligendi Examinatores juxta Concilium, poſſunt indicere concurſum in Parochialibus.*

15 *Quæ requirantur ad hoc ut Prælatus inferior poſſit concurſum indicere.*

16 *Epiſcopus manutenendus eſt in quaſi poſſeſſione deputandi Examinatores ad concurſum, etiam in locis nullius diœceſis, ubi Prælati inferiores habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem; niſi doceatur de jure faciendi concurſum illis competenti.*

17 *Epiſcopo non datur manutentio, imò datur Abbati in quaſi poſſeſſione conferendi capellanias amovibiles à monaſterio dependentes, ſeu unitas.*

18 *Vicarii perpetui in Eccleſiis unitis deputandi ſunt ad illorum nominationem, quorum beneficiis ſeu Eccleſiis facta fuit unio, cum approbatione tamen Ordinarii.*

19 *Quando Eccleſia fuit unita Monaſterio pleno jure, tunc Abbas habet jus conferendi etiam quoad inſtitutionem authorizabilem ad curam exercendam: & quomodo.*

20 *Abbates qui jus præſcripſerunt conferendi, non tamen poſſunt admittere reſignationes.*

21 *Abbates exempti poſſunt admittere reſignationes beneficiorum.*

22 *Jus admittendi reſignationes competit Abbatibus, vel Prælatis inferioribus habentibus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Idem de permutationibus dicendum eſt.*

23 *Abbas habens juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, omnia jura Epiſcopis competentia exercere poteſt, exceptis iis quæ ſunt ordinis; cum habeat territorium à Diœceſi ſeparatum.*

24 *In beneficiis regularibus quæ ſuum habent Superiorem, Epiſcopus non habet intentionem fundatam quoad illorum collationem. Intellige num.*29.

25 *Abbas unà cum conventu beneficia unita confert poteſt.*

26 *Ampliatur hoc ut procedat tam in beneficiis electivis, quàm collativis.*

27 *Limitatur niſi adſit conſuetudo, vel privilegium in contrarium.*

28 *Limitatur ſecundo ut hoc verum ſit in beneficiis conventualibus; nam non conventualia conferuntur per Superiores non conventuales ſine conventu, quando jus conferendi præſcripſerunt.*

29 *Collatio beneficiorum pertinet ad Epiſcopum in Monaſteriis non exemptis.*

30 *Abbas in Monaſteriis obedientiariis poteſt electum à Capitulo rejicere, & confirmationem illius recuſare, ac electum & admiſſum revocare.*

31 *Simultanea conventus cum Abbate collatio excluditur per collationes antecedentes à ſolo Abbate pleno jure factas: & in hoc multum juvat ultimus ſtatus.*

32 *Beneficia inferiora conferri poſſunt per Prælatos ſine Capitulo.*

33 *Abbas providet de beneficiis quæ vacant in Membrum, vel Grangia Abbatiæ.*

34 *Abbas, qui Monachos habet obedientiarios, non poteſt illos cogere ad accipienda beneficia extra Monaſterii ejuſdem ordinis.*

35 *Monachus de jure prohibetur beneficia extra Monaſterii adipiſci.*

36 *Vtrùm Abbas poſſit cogere Monachum acceptandum beneficium. Remiſſivè.*

37 *Monachi obedientiarii, quorum beneficia ſunt amovibilia, non poſſunt conqueri ſi beneficium habuerit penſione oneratum; cum ipſi præpoſitum habere non poſſint.*

38 *Monachi peculium habere poſſunt ex permiſſione Superiorum.*

39 *Mortuo religioſo non ſuccedunt ejus conſanguinei, ſed ejus Abbas jure ſpolii.*

40 *Abbas non poteſt poſſidere prioratum ab ſua Abbatia dependentem: Monachus verò ex dispenſatione Apoſtolica poteſt duos prioratus ab eadem Abbatia dependentes aſſequi.*

41 *Abbatiſſa poteſt eſſe capax collationis beneficiorum, etiamſi curam habeant animarum examen; ſed in parochialibus concurſus fiat coram Epiſcopo.*

42 *Abbatiæ in Gallia ſunt ſuppoſitæ Regiæ nominationi, exceptis tamen temporalibus, quæ ſunt Abbatiæ Montis Caſſini, & Sancti Honorati Lerins.*

43 *Quoad Regiam Abbatiarum nominationem conſuetudo ſervanda eſt.*

44 *Abbas*

44 *Abbatissa electa habens Regiam nominationem posteriorem, præferenda est anteriùs nominatæ habenti minorem vocum partem.*

45 *Canonissæ quæ sunt in quibusdam locis, non sunt verè Moniales: quia non emittunt vota substantialia religionis.*

46 *Canonissæ possunt habere collationem simultaneam cum Abbatissa, officiorum, & beneficiorum.*

47 *Canonissarum præbendæ non sunt beneficia, & sunt verè temporales.*

48 *Canonissæ pro tempore quo manent in Monasterio, tenentur ad obedientiam erga Abbatissam.*

TOtam Abbatum & Abbatissarum materiam hîc tractare nostri non est instituti, de quibus adsunt tractatus speciales, præsertim per Tamburin. editi: & de Abbatibus plura habet Vrsel. *lib.1. commun. concluſ. in verb. Abbas, concluſ.1.* & de electione Abbatum *concluſ.2.* plura etiam Donat. Antonin. de Matin. *quotidianar. concluſ. reſolut.1. per tot.* sicuti & de Abbatissis & illarum electione, idem Vrsel. *concluſ.3.* sed solùm de Abbatibus agendum est in ordine ad collationem beneficiorum, aut illorum obtentionem.

1 Primò igitur advertendum est, Abbates & Prælatos inferiores regulariter non habere jus conferendi beneficia; sed jus illud propriè ad Episcopos, non autem ad Prælatos inferiores spectare: *c.2.& 3. de inſtitut.* Gonzal. *ad regul.8. Cancellar. §.1. præmial. n.21.* † quam potestatem etiam Episcopi habuerunt à Papa ab initio nascentis Ecclesiæ. Gloss. *in c. quanquam 18. circa med.* & *ibi DD. de election.* & ad hoc facit Concil. Tridentin. *sess.14. n.13.* in illis verbis: *nisi Episcopo loci Ordinario, ad quem proviſio seu inſtitutio ipsius beneficii, ceſſante privilegio, jure pertineret.*

3 Possunt tamen Abbates, & alii inferiores acquirere jus instituendi, & beneficia conferendi ex privilegio, consuetudine, vel præscriptione immemoriali, *c.2.& 3. de inſtitut.* Lambertin. *de jurepatron. lib.2.*

4 *part.3. q.1. artic.10. fol. mihi 208. verſ.* † Vbi tamen aliud dicendum asserit quoad institutionem authorizabilem, per quam tribuitur potestas exercendi curam secundùm opinionem aliquorum, quam tamen ipse reprobat dicens quòd etiam per simplicem clericum præscribi potest jus instituendi, imò & ipsa institutio authorizabilis, per quam conceditur alicui facultas exercendi curam animarum: quia clericus est persona habilis, & potest acquirere hujusmodi jura particularia.

5 Super quo tamen notandum est, quod jura Episcopalia in triplici sunt differentia. Quædam competunt Episcopo ratione ordinis; quædam verò ratione juris dictionis; alia denique competunt ratione simpli-

6 cis Episcopalis dignitatis. † Competentia Episcopo ratione ordinis, sunt illa quæ enumerantur per Gloss. finalem, *in c. transmiſſam, de election.* per text. *in c. quanto, de conſuetudine*, scilicet Clericos ordinare, illos deponere, Chrisma & alia olea conficere, Ecclesias & Altaria consecrare, Virgines benedicere, & alia de quibus Anton. de Butr. *conſ.19. column.5.* ubi singulos casus explicat.

7 Iura verò competentia Episcopo ratione jurisdictionis sunt, judicare, excommunicare, corrigere, beneficia conferre, præsentatos instituere, electos confirmare, & similia quæ enumerantur per Gloss. *in d. c. transmiſſam, de election.* & per text. in *c. conquerente, de offic. Ordinar.*

8 Competentia denique Episcopo ratione simplicis dignitatis Episcopalis sunt, veluti publicas pœnitentias injungere, indulgentias, illarúmque literas concedere: de quibus in *c. accedentib. 12. de exceſ. Prælat.*

Hoc præsuppositio dicendum, quod ea quæ sunt 9 ordinis, nullo modo præscribi possunt; sed ea quæ sunt jurisdictionis, vel simplicis dignitatis Episcopalis possunt præscribi per Abbatem, vel alium Prælatum inferiorem, *dicto c. accedentibus 12. & ibi* Abb. † 10 & non solùm per Prælatum, sed etiam per simplicem Clericum: ut notat Lambertin. *de jurepatronat.* qui id fusè comprobat *lib.1. part.1. q.9. artic.3. n.18. & multis ſequentib.*

Vnde etiá Abbas, vel Prælatus regularis præscribere potest hujusmodi jura Episcopalia, exceptis iis quæ sunt ordinis; veluti jus cognoscendi de causis matrimonialibus, quæ respiciunt Episcopalem dignitatem: ut habetur in *d. c. accedentib.* cum *ibi* notat. per DD.

Et per consequens Abbas seu Prælatus regularis po- 11 test præscribere adversùs Episcopum, non solùm jus conferendi beneficia, sed etiam instituendi in illis per institutionem authorizabilem, ut notat Balb. *in tract. de præſcript. 5. part. principal. part.1. quæſt.11. n.9.*

Et sicut potest Abbas præscribere adversùs Episco- 12 pum jus conferendi, & approbandi ad exercitium curæ animarum: ita potest sibi acquirere præscriptione, privilegio vel consuetudine jus habendi territorium separatù cum jurisdictione Episcopi: ut fusè ostendimus *lib.1. c.60.* † Et hoc casu Abbas qui hujusmodi 13 jus acquisivit, habet jus conferendi beneficia, & curatos approbandi. Barbos. *de jur. Eccleſ. univerſ. lib.1. c. 17. n.102.* & *in tract. de poteſt. Epiſ. part.3. allegat.69. n.4.* ubi quòd hujusmodi Abbates possunt admittere beneficiorũ resignationes, † non solùm conferre po- 14 test beneficia, sed etiam indicere concursum in Ecclesiis parochialibus, dummodò habeat jus congregandi Synodum, & eligendi Examinatores juxta formã dicti Concilii: ut determinavit sacra Congreg. teste Ric. *in prax. rer. for. Eccl. dec.424.* † ad hoc enim 15 ut inferior collator possit facere concursũ juxta formã Cõcilii *ſeſſ.24. de ref. c.18.* tria copulativè requiruntur.

Primò quod locus, in quo Ecclesia sita est, sit nullius Diœcesis, & immediatè subditus Sedi Apostolicæ. Secundò quod collator habeat in eo omnimodam & quasi Episcopalem jurisdictionem. Tertiò quòd habeat jus congregandi Synodum, & sit solitus congregare; & si Abbas, aut Prælatus regularis alio modo provideat in casibus in quibus locus est concursui, proviſio nulla erit. Mantic. *deciſ.228. num.5.* † 16 Vnde Episcopo danda est manutentio in quasi possessione deputandi Examinatores, etiam pro collatione parochialis loci vicini, qui dicitur esse nullius diœcesis (quod explicatum fuit *dicto c.60. lib.1.*) donec Abbas docuerit sibi competere jus faciendi concursum. Mantic. *dicta deciſ.228. n.6.*

Sicut è converso, Abbati danda est manutentio 17 adversùs Episcopum in quasi possessione deputandi Capellanum amovibilem in Ecclesia, tanquam Monasterio unita; licèt præsumptio juris sit Ecclesias essse liberas. Marescot. *lib.1. var reſolut. c.11. n.44.* Ludovis. *deciſ.370. n.1.* & per totam decisionem.

Episcopus quoque manutenendus non est, proba- 18 tâ quasi possessione liberè conferendi per concursum Vicariam perpetuam Capitulo unitam (cum facultate Vicarium nominandi) nullâ expectatâ electione vel nominatione, quia constitutio Pii V. expressè resistit, quæ est 47. inter ejusdem constitutiones, in §. 4. incipiente *Volumus*, ubi mandatur Vicarios eligi & deputari perpetuos, ad electionem & nominationem illorum, quorum Ecclesiis factæ sunt uniones, cum approbatione tamen Ordinarii, & prævio examine. Rot. apud. Post. *deciſ.186. n.3.*

Secundo loco advertendũ est, quòd quando Eccle- 19 sia fuit unira pleno jure Monasterio, censetur eo ip-

ſo conceſſum jus Abbati ſeu Prælato illius Monaſterii conferendi ipſam,& Rectorem inſtituendi ſtatim quoad authorizabilem inſtitutionem ad curam animarum exercendam:ita tamen quod hæc faciant tanquam gerentes vicem Epiſcopi,vel Papæ. Emanuel Roderic.*lib.*1. *quæſt.regular.*36.*artic.*1.

20 Tertiò ſtaduendum eſt,quod Abbates ſeu Prælati inferiores,ſi exempti non ſint,beneficiorum reſignationes admittere & recipere non poſſunt, etiam dato quod conferre poſſint : quia non ſequitur quòd ex eo quòd quis habet jus conferendi, vel inſtituendi, habeat propterea jus reſignationes recipiendi. Cardinal.*in Clementin.*1.*num.*18.*de renunciation.*ubi tamen dicit quòd ſi ad Abbatem ſpectat præſentatio , & ad Epiſcopum inſtitutio, omninò in reſignatione debet intervenire conſenſus Abbatis,cui competit jus præſentandi.

21 Si verò agatur de Abbate exempto,ad eum ſpectat admittere reſignationes : quia tales Abbates habent Eccleſias ſibi pleno jure ſubjectas , & in illis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem , unde poſſunt recipere reſignationes : Pariſ.*de reſig.benef.lib.*7.*qu.*15.*n.*3.

22 † quia hoc jus admittendi reſignationes competit etiam inferioribus habentibus illam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem : ut per eundem Pariſ.*num.*7.ergo multò magis Epiſcopis , qui pro ſe habent juris aſſiſtentiam. Et ſicut iſti Abbates exempti poſſunt recipere reſignationes; ita & illis licitum eſt admittere permutationes.Abb.*in c. quæſitum,n.*4.*de rer.permut.*

23 Et generaliter Abbati habenti juriſdictionem quaſi Epiſcopalem ea omnia competunt , quæ poſſunt competere Epiſcopo in ſuo territorio , exceptis iis quæ ſunt ordinis.Gloſſ.*in Clement.*1.*in verb.Diœceſanis,de for.competent.* & *in c.Ordinariis*,& *ibi* Gemin. *de offic.Ordinar.in.*6. Seraph.*deciſ.*1386.*n.*3.& perinde eſt ac ſi territorium Abbatis eſſet extra diœceſim Epiſcopi in omnibus & per omnia. Seraph. *deciſ.* 1278.*n.*4.

24 Et in ſimili deciſum fuit in Cod.Fabr.Epiſcopum non habere intentionem ſuam fundatam ratione beneficiorum regularium quæ ſuum habent Superiorem , niſi in eum caſum quo Superior ille fuerit negligens in providendo : quia tunc jure devoluti collatio devoluitur ad Epiſcopum,ut dicit Cod.Fabrian. *lib.*1.*tit.*2. *defin.*65. Quod intelligendum eſt juxta notata *hoc lib.c.*3.§.4. & infrà *n.*29.

25 Quartò ſupponendum eſt, quod ſi agatur de beneficiis unitis monaſteriis , & domibus regularibus, & ab illis dependentibus,collatio fieri debet ab Abbate inſimul cum conventu, aut de conſenſu illius : per text. *in capit.ea noſcitur, de his quæ fiunt à Prælatis.*Franc.Marc. *quæſt.*1235. *num.*2. † quod procedit

26 non ſolùm quando agitur de beneficiis electivis , in quibus nullum eſt dubium quin electio debeat fieri congregato Capitulo ; verùm etiam ſi agatur de beneficiis collativis , videlicet quæ ſine electione conferri conſueverunt , ut teſtatur Sanch.*in præcept.De-*

27 *calog.lib.*7.*c.*19.*n.*108.† quod intelligendum eſt ceſſante conſuetudine, vel privilegio in contrarium , ut notavit Abb.in *dicto c.ea noſcitur,colum.*1.*verſic.nota quod in præſentationibus*,Lezan.*in ſumma regul.lib.*2. *cap.*18.*n.*7.

28 Item intelligendum eſt hoc procedere in beneficiis conventualibus Monaſteriorum exemptorum , quia hæc conferuntur per Prælatum ſimul , & conventum : *c.final.de regular.in* 6. ſi verò conuentalia non ſint, collatio ſpectat ad Abbates,ſeu Priores, Magiſtros,alióſque Prælatos regulares,qui hoc jus acquiſiverunt contra Epiſcopos, per text. *in Clement. unic. de ſupplend.neglig.Prælat.*Io.de Selu.*de benef.part.*2. *quæſt.*22.*n.*45.*& ſequent.*Gonzal.*ad regul.*8.*gloſſ.*13. *n.*20. *&* 21.

In beneficiis autem non exemptis collatio pertinet ad Epiſcopum. Gonzal. *ibid. n.*22.atque ita intelligi debent quæ nos ſuprà diximus,*num.*24.de Epiſcopo habente ſuam intentionem fundatam adversùs Superiores regulares , quia illud locum habet in non exemptis.

Sed tamen non obſtante electione Abbas poteſt electum reiicere,& ejus electionem non admittere : quia cùm religioſi ſint obedientiarii Abbatis,à nutu & libera illius voluntate pendet,non ſolùm Priorem per eos electum non confirmare , & ejus electionem non admittere. Gloſſ.*in cap.quàm ſit,in verb.obtinere, in fine,*& *in verb.facultatem,*& Franc.*in c.ſireligiosi, ad fin. verſic. ſed certè videtur quod,de election.in* 6. Rot.*deciſ.*329.*n.*1.*verſic.Ideóque dictus Abbas,part.* 4.*recent.* ſed etiam jam electum & admiſſum ad ſui nutum removere : ut fuit deciſum *part.*1.*diverſ.de-ciſ.*778.*n.*1.quod intellige juxta ea quæ ſuperiùs per nos dicta ſunt,*c.primo*,§.6. ubi fusè.

Cæterùm ſimulanea Abbatis cum conventu collatio excluditur , ſi conſtet de ultima collatione effectuata per poſſeſſionem ſubſequutam, factam per ſolum Abbatem, cum expreſſa narrativa , quod omnimoda diſpoſitio dicti beneficii ad Abbatem ipſum pleno jure ſpectat : per quæ verba excluditur ſimultanea conventus collatio. Gloſſ.in *cap.cùm in illis*,§. *ſi verò, in verb. cum alio,in fin.de prabend.in* 6.& in *Clementin.*1. *in verb. omnimodam, de for. competent.* Rot.*deciſ.*30.*n.*4.*&* 5.*part.*3.*recent.*Duran.*deciſ.*318. *n.*5.*&* 6. ubi dicit quod hoc caſu , cùm non agatur principaliter de pertinentia collationis , ſed illa deducatur incidenter ad effectum validitatis collationis,debet attendi ultimus ſtatus collationis factæ per Abbatem,tanquam de beneficio ad ejus liberam collationem ſpectante.

Multò autem magis excluderetur ſimultanea collatio , ſi agatur de beneficiis inferioribus quæ ponunt conferri per Prælatum , ſine conſilio vel conſenſu Capituli, quidquid ſit de majoribus beneficiis,ut poſt Abbat.tradit Rot. *deciſ.*683.*n.*2.3.*&* 4.*part.*3.*recent.*

Quintò ſupponendum eſt,quod quando agitur de beneficio quod dicitur membrum, ſeu Grangia abbatiæ, tunc inſtitutio ad Abbatem ſpectat : *per text. c.in Lateranenſi* 31.§.*nos autem,de prabend.*quod Duran.*deciſ.*71.*n.*8.

Sextò notandum eſt, quod licèt Abbas, ſeu alius Prælatus regularis religioſos habeat ſub ſua obedientia; tamen non poteſt illos cogere ad acceptanda beneficia alterius Monaſterii ejuſdem ordinis.Sanch. *in præcept. decalog. lib.*6.*cap.*1. *num.*51. Quod ampliatur ut procedat , quamvis utrumque beneficium ex Pontificia diſpenſatione liceret obtinere : quia id non eſt ſecundùm regulam , immò eſt interdictum, per text.*in cap.cùm ſingula* 32.§. *prohibemus, de prabend.in* 6.† ubi dicitur quod Prioratus, Eccleſia, ad miniſtratio,vel officia unius monaſterii conſueta gubernari per Monachos ejuſdem Monaſterii, non debent committi Monachis alterius Monaſterii : alioquin qui ſic commiſerint, & commiſſa non removerint , ea vice ſunt privandi poteſtate ordinandi, ac recipientes & eligentes ſunt ipſo jure ineligibiles. Cùm ergo iſtud prohibitum ſit à jure , neque concernat pertinentia ad ejus monaſterium, immò aliquod illi non ſubiicitur ; concludendum eſt Monachum ad talis beneficii acceptationem per Abbatem cogi non poſſe. † An autem, & quomodò religioſus compelli poſſit ab Abbate ad acceptanda beneficia, fusiùs explicat Sanch. *dicto n.*51.

Septimò

37 Septimò notandum est, quod quando agitur de Monachis obedientiariis, quorum Beneficia sunt amovibilia ad nutum Abbatis; tales religiosi habent nudam administrationem fructuum: & si super beneficiis regularibus & manualibus per eos possessis imposita fuerit pensio, nihil possunt opponere adversùs huiusmodi pensiones; cùm proprium habere non possint, ut bene probat Gratian. *discept. forens. cap.* 38 617. *num.* 29. *& sequent.* † Si verò agatur de religiosis, qui non adeo strictam vovent paupertatem; hi poterunt disponere de fructibus suorum beneficiorum in vita, eodem modo quo clerici sæculares; cùm non repugnet voto paupertatis habere peculium ex permissu Superioris. Rot. *decis.* 772. *num.* 4. *part.* 1. *di-* 39 *vers.* Loüet & *ibi* Addent. *litt. R, n.* 42. † Sed religioso mortuo excluduntur eius affines, & locus est spolio in favorem Abbatis, vel conventus. Addit. ad Loüet *dicta litter. R, num.* 42.

40 Octavò notandum est, quod Abbas non potest obtinere provisionem prioratus dependentis ab eius Abbatia; potest tamen ex dispensatione Apostolica Monachus obtinere duos prioratus ab eadem Abbatia dependentes. Loüet. *litt. B, num.* 8. Chopin. *lib.* 1. *Monastic. tit. ult. num.* 24. *in princip.*

41 Nonò, quod attinet ad Abbatissas, verum est quod possunt esse capaces conferendi beneficia, etiam si sint curata; in curatis tamen exigitur concursus à Concilio Tridentino requisitus: sed examen fieri debet coram Ordinario, ad quem spectat eligere digniorem. Marc. Ant. *lib.* 1. *resol.* 63. Ricc. *collectan.* 1675.

42 Decimò advertendum est, quod licèt Abbatiæ sæculares in Gallia sint sub Regia nominatione, ut notat Peleus *lib.* 1. *action. forens. cap.* 18. tamen Abbatiæ regulares sunt extra nominationem Regiam, quando sunt temporales; quales sunt Abbatiæ dependètes à Monte Cassino, sicut Abbatia Sancti Honorati de Lerins, quæ non supponuntur Regiæ nominationi, quia sunt quinquennales. Rebuff. *in Concordat. §. fin. de Reg. ad Prælatur. nominat. in verb.* 43 *Prælatum.* Peleus *lib.* 1. *action. forens. cap.* 9. † in om-
44 nibus tamen servanda est consuetudo: ut dicit idem Peleus *lib.* 1. *action. forens. cap.* 13. ubi ostendit, † Abbatissam electam à majori parte monialium, habentem Regiam nominationem, quamtumvis posteriorem, præferendam esse electæ à minori parte; quamvis habeat pro se Regiam nominationem tempore anteriorem.

45 Undecimò notandum est, quod licèt aliquæ in jure reperiantur Canonissæ; tamen illæ non sunt religiosæ, sed omninò sæculares: quia quandoque exeunt, & exire possunt de monasterio, imò & matrimonium contrahere: unde impropriè Moniales, & Canonissæ nuncupantur. Gloss. *in cap. dilecta, in verb. Canonissas, de majorit. & obedient.* & in *cap. indemnitatibus, §. supradicta, in verb. provinciarum, de election. in* 6. & *ubique* Doctores.

46 Possunt tamen istæ Canonissæ habere collationem beneficiorum, & officiorum insimul cum Abbatissa,
47 Burat. *decis.* 821. *num.* 6. † Sed præbendæ ipsarum non sunt beneficia, neque beneficiorum appellatione continentur; cùm sint merè temporales, & nihil habeant spiritualitatis, adeo ut super talibus præbendis non possit committi simonia. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 15. post Verall. *decis.* 356. *n.* 6. *p.* 2.
48 Addent. ad Burat. *decis.* 827. *n.* 9. † Et istæ Canonissæ pro tempore quo permanent in monasterio, tenentur recognoscere Abbatissam uti Superiorem, illique obedientiam præstare; & videntur quodammodo Oblatæ. Addit. ad Burat. *decis.* 840. *num.* 5. & 6.

§. 10.

De Prioratibus simplicibus, conventualibus, semiconventualibus, & claustralibus.

1 *Beneficiorum regularium divisio in simplicia, & duplicia.*
2 *Beneficia regularia duplicia quæ dicantur.*
3 *Prioratus alii sunt conventuales, alii claustrales; & qui dicantur conventuales.*
4 *Priores conventuales habent curam & administrationem conventus, tam quoad spiritualia, quàm quoad temporalia.*
5 *Priores conventuales sunt constituti in dignitate Ecclesiastica; & ideò sunt capaces delegationis Apostolicæ.*
6 *Prioratus Conuentuales non sunt collativi, sed electivi.*
7 *Prioratus simplex est qui nullàm habet administrationem: & num.* 1.
8 *Priores claustrales possunt etiam quandoque per electionem assumi.*
9 *Priores claustrales habent supra se Abbatem in eodem monasterio degentem.*
10 *Vnde processerit origo Prioratuum ab Abbatiâ dependentium.*
11 *Prioratus qui sint semiconventuales, & qua de causa sic nuncupentur.*
12 *Prioratus obedientiarii quare sic nuncupati.*
13 *Prioratus amovibiles sunt, quando Monachi ab Abbate alicui ruri seu grangiæ Monasterii præficiuntur; & isti vocem habent in electionibus Monasterii, quia sunt veri Monachi.*
14 *Prioratus claustrales sunt ad libitum revocabiles, malitiâ Abbatis cessante.*
15 *Priores conventuales non possunt ad nutum Abbatis revocari: quia non Abbas solus, sed conventus illorum habet electionem.*
16 *Prioratus sæculares qui sint, & quare sic nuncupentur.*
17 *In prioratibus verè electivis, qui post se confirmationem Superioris requirunt, Rex habet nominationem iuxta formam Concordatorum.*
18 *Rex non nominat nisi in prioratibus in quibus proceditur ad electionem, servatâ formâ* cap. quia propter, de election.
19 *In prioratibus claustralibus Ecclesia non dicitur viduata per obitum Prioris: ideo non est necessaria forma dicti cap. quia propter. Vnde Rex illorum non habet nominationem.*

BEneficia regularia quædam sunt simplicia, alia non: simplicia sunt quibus simplex munus & onus monachale impositum est, veluti Prioratus simplex, Monachatus, & Canonicatus regularis: *cap. quod Dei timorem, & cap. final. de stat. Monach. Clementin. ne in agro, de statu monachor.* Gloss. *in Clementin. Dispendiosam, in verb. in beneficiis, de inde.* 1

Duplicia verò beneficia regularia sunt ea, quibus duplex onus impositum est; nempe tam circa personas, quàm circa bona Monasterii: *cap. quanto, in fin. de offic. Ordinar. cap. cùm ad Monasterium, cap. in singulis, de statu Monach.* cuiusmodi sunt Abbatiæ, de quibus in §. *præcedenti* actum est; & prioratus. 2

Prioratus in duplici sunt differentia: aliqui enim sunt Conventuales, alii verò Claustrales. Conventuales Priores illi dicuntur qui præsunt monasteriis, & in illis degunt, nullos supra se habentes in illis Monasteriis Abbates qui ibi degant; & isti sunt loco Abbatis. Panorm. *in c. cùm illorum, n.* 13. *de sent. excom-* 3

munic. probatur in *cap. niſi eſſent, de præbend.* & in
4 *Clementin. ne in agro, de ſtatu Monach. in §. cæterum.*† Et iſti curam habent & adminiſtrationem conuentus tam quoad ſpiritualia, quàm quoad bonorum temporalium adminiſtrationem: *dicto cap. niſi eſſent*, &
5 *dicto §. cæterum*, Gonzal. *gloſſ. 8. n. 113.*† Et iſti Priores conuentuales dicuntur in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti: vnde ſunt capaces delegationis cauſarum ſibi à ſummo Pontifice faciendæ, ſecundùm formam *cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.* vt probatur in *Clementin. 2.* & *ibi* Gloſ. *in verb. conventualem, circa fin. de reſcript.*

6 Et huiuſmodi Prioratus Conuentuales non ſunt collatiui, ſed electiui, ex *dicta Clementin. 2. de reſcript.* Burat. *deciſ. 492. num. 2.* vbi fuit deciſum quod prioratus Sancti Donati non poteſt eſſe conuentualis, quia eſt collatiuus, & non electiuus; cùm ſoleat conferri per Illuſtriſſimum Epiſcopum Carpentoractenſem ad præſentationem Prioris Beatæ Mariæ de Greſo in Diœceſi Carpentoractenſi: quod probatur per text. *in dicta Clementin. 2.* & alia iura *ibid.* alle-
7 gata. † Ex quo infertur *ibidem*, quod ille eſt prioratus ſimplex, cùm nullam habeat adminiſtrationem.

8 Notandum tamen eſt, non eſſe neceſſariam conſequentiam, vt Prior conuentualis dicatur ex eo quod conſueuerit per electionem aſſumi: quia hoc etiam clauſtralibus Prioribus conuenire poteſt. Vital. *in Clement. 2. n. 11. & 17. de reſcript.* & de clauſtrali per electionem aſſumpto loquitur Abb. *in cap. 2. num. 8. in fin. & num. ſequent. de ſtatu Monach.* & ita concludit Rot. *deciſ. 112. num. 4. part. 4. recentior.*

9 Clauſtrales autem dicuntur illi Priores, qui monaſterio quidem præficiuntur, ſicut & conuentuales; ſed habent ſupra ſe Abbatem in eodem Monaſterio, cui Abbati ſuppoſiti ſunt; & ſolùm habent iuriſdictionem circa ea quæ ad clauſtrum & regulam Monachorum ſpectant, de quibus agitur in *dicto cap. cùm ad monaſterium, verſic. Prior, de ſtatu Monach.* Gonzal. *ad regul. 8. dicta gloſſ. 8. n. 114. & 115.* Rot. *dicta deciſ. 112. n. 3.* & *deciſ. 329. num. 1. in fin.* & *num. 6. part. 4. recentior.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 3. diſput. 9. quæſt. 3. num. 16. & ſequent.*

10 Horum prioratuum origo ex eo proceſſit, quod cùm olim Monaſteria rura, ſeu grangias haberent à Monaſterio ipſo remotas, ad dictas grangias aliqui mittebantur Monachi vt fructuum curam haberent ad vtilitatem Monaſterij. Quibus in locis, ad hoc vt commodiùs orationi incumbere poſſent, primùm cœptæ ſunt ædificari capellæ, & inde Prior nuncu-
11 patus fuit qui illius curam habebat: † hinc Priores ſimplices orti ſunt, qui ſemper ab aliqua domo regulari dependent; quorum Priores aliqui ſocios non habent, alij vnum, alij duo, qui ſemiconuentuales nuncupantur; & hæc iuxta numerum Monachorum ibi reſidentium: vt explicat Loyſeau *in tract. des Offices, lib. 5. cap. 6. num. 16.*

12 Prioratus obedientiarij illi ſunt, qui quamuis conuentuales ſint; tamen ab Abbatibus præponuntur & ad nutum inſtitui vel deſtitui poſſunt: *dicto cap.*
13 *cum ad monaſterium, §. tales, de ſtatu Monach.* † Et huius generis ſunt etiam illi, qui alicui tuti ſeu grangiæ tanquam ſimplices Monachi & ad nutum amouibiles præponuntur: & hi ſunt veri monachi, & electionibus ac capitulis poſſunt intervenire. Abb. *conſil. 25. Quamvis, verſic. & ex iis, lib. 2.*

14 Priores clauſtrales ſunt etiam ad nutum revocabiles ceſſante malitiâ, ſed non ita de conventualibus di-
15 cendum eſt: † Quia cùm eligantur à conventu, non poſſunt ſine eo deſtitui. Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 23. num. 11. & 16.*

Sed & ſæculares dicuntur Prioratus, quando quis ſæcularibus vel ſæcularizatis Eccleſiis præficitur; vel ad regendas certas Eccleſias regulares aſſumitur, quibus plebes aliquæ ſubjectæ ſunt: per text. *in cap. 1. de capell. monach.*

An autem, & quando prioratus Regiæ nominatio. 17
ni ſubſint; explicatur in *Concordat. in tit. de reg. ad prælat. nominat. faciend.* ubi dicitur quod monaſteriis, vel priotatibus conventualibus verè electivis, in quibus proceditur per electionem, & poſt eam expectant confirmationem Superioris, conventus non poſſit procedere ad electionem ſeu poſtulationem Abbatis ſeu Prioris; ſed Rex idoneum religioſum nominet, &c.† Vnde Rex non nominat niſi in prioratibus conventualibus, in quibus proceditur ad electionem ſervatâ formâ *cap. quia propter, de elect.* non autem in prioratibus clauſtralibus, in quibus non fit proviſio ſervatâ formâ electionis in *dicto cap. quia propter.*† Et per eorum vacationem Eccleſia non dicitur viduata paſtore; cùm ſemper adſit Superior, vel Abbas, qui verus eſt illius Eccleſiæ Paſtor & Prælatus. Hanc tamen Regiam nominationem ceſſare in Monaſteriis reformatorum alibi oſtendimus.

§. II.

De dignitatibus Eccleſiarum ſæcularium Collegiatarum.

1 *Prælati Eccleſiarum Collegiatarum non habent vocem in capitulo, niſi ſint Canonici.*
2 *Prælatis collegiatarum competere poteſt jus datæ vocis in Capitulo, etiamſi non ſint Canonici, ex conſuetudine, vel ſtatuto.*
3 *Canonicus præſumitur qui vocem habet in Capitulo.*
4 *Præpoſitura de jure communi dignitas non eſt.*
5 *Dignitatem Eccleſiaſticam non habet quis præ-*
tione collegii, vel alterius prærogativa dignitatem tribuentis.
6 *Prioratus rurales dicuntur qui ſunt ſine Collegio, & cura.*
Prioratus rurales non ſunt dignitates, ibid.
7 *Præpoſitura dignitas eſt quando iuriſdictionem habet, vel inter dignitates ex communi opinione numeratur.*
8 *Ex quibus colligi poſſit Præpoſituram eſſe primam dignitatem poſt Pontificalem.*
9 *Præpoſitus Eccleſiæ Avenionenſis obtinet primam dignitatem poſt Pontificalem.*
10 *Ex quibus probetur alicui competere præeminentiam inter dignitates alicuius Eccleſiæ.*
11 *Archidiaconatus de iure prima dignitas eſt poſt Pontificalem.*
12 *Quænam ſit prima dignitas, arguitur ex communi exiſtimatione communi, & ex conſuetudine provinciæ, vel Eccleſiæ.*
13 *Vtilitas quæſtionis quæ ſit prima dignitas, conſiſtit in reſervatione dictæ primæ dignitatis poſt Pontificalem.*
14 *Archidiaconatus Avenionenſis non eſt reſervatus uti prima dignitas.*
15 *Archidiaconus debet eſſe doctor in Theologia, vel Licentiatus ſaltem in iure Canonico.*
16 *Limita ut procedat in Archidiaconis habentibus curam vel iuriſdictionem.*
17 *Hodie pauci ſunt Archidiaconi in quibus Diœceſis exigatur.*
18 *Ætas 25. annorum requiritur ad obtinendum Archi*

chidiaconatum, quando illi competit cura, vel jurisdictio; aliàs sufficiunt 22. anni.

19 *Ordo requisitus ad obtinendum Archidiaconatum est Diaconatus.*

20 *Decanatus non est dignitas nisi habeat jurisdictionem, aut publicè pro dignitate habeatur.*

21 *Decanatus dignitas est in Ecclesiis in quibus nullus est Archipresbyter, nec Archidiaconus.*

22 *Primicerius unde dicatur, & quare sic nominetur.*

23 *Præcentor seu Primicerius, utrùm habeat dignitatem, vel personatum.*

24 *Thesaurarius de jure communi potiùs habet officium, quàm dignitatem.*

25 *De consuetudine plurium Ecclesiarum Thesaurarius habet dignitatem.*

26 *Pœnitentiarius debet esse Doctor, & ætatis 40. annorum. Limitatur n.27.*

28 *Pœnitentiarius dum confessiones audit, habetur pro præsenti in choro.*

29 *Provisio Pœnitentiaria, postquam illa fuit semel erecta, spectat ad sedem Apostolicam, si vacaverit in mense Apostolico, aut aliàs reservato.*

30 *Papa providet de Pœnitentiaria illos qui non sunt Doctores, vel minores sunt quadraginta annis, si ex attestationibus ipsi constiterit illos esse idoneos.*

31 *Pœnitentiarius non indiget nova licentia Ordinarij ad audiendas confessiones; sed statim dum institutus est, illas audire potest.*

32 *Pœnitentiaria an sit dignitas, vel personatus.*

33 *Ex quibus probetur aliquem obtinere personatum, vel dignitatem.*

1 PRimo loco notandum, est Prælatos inferiores Ecclesiarum Collegiatarum aliásque similes dignitates nisi simul Canonici sint, non habere vocem in Capitulo quæ solùm competit ratione Canonicatus.
2 Geminian.& Franc.*in c.fin.num.5.de prabend.in 6.* † Quod limitatur *ibidem*, nisi adsit statutum vel consuetudo in contrarium, quibus illis tribuatur jus vocis in Capitulo dandæ. Gonzal.*ad regul.8.gloss 45.in*
3 *princip.n.56.* † Vnde Rot.apud Seraphin. *decis.474.* infert Archipresbyterum esse canonicum in casu illo: quia constabat illum habere vocem in Capitulo, quæ non competit regulariter sine canonicatu.

4 Secundò deveniendo ad singulas species: Dico, quod Præpositura ex se dignitas non est, nisi sit prima in Ecclesia Cathedrali, Collegiata, vel conven-
5 tuali. Federic.de Sen.*consil.132.num.1.& 2.* † ubi dicitur Decanos, Archipresbyteros & similes non habere dignitatem, nisi habeant illam ratione Clericorum, Collegiorum, vel Capellarum, vel alterius præ-
6 rogativæ hanc dignitatem tribuentis. † Unde infert ad Prioratus rurales qui sunt sine Collegio & cura, nec habent aliquod exercitium jurisdictionis, ut non veniant sub nomine dignitatum Ecclesiasticarum.
7 Aretin.*consil.23.n.7.* ejusdem est sententriæ † dicens, quod si Præpositura, de consuetudine habet jurisdictionem, vel de consuetudine solet uti dignitas reputari; tunc fatendum est illam esse dignitatem: sed tamen quod apta est ut sit, vel non sit dignitas, secundùm quod habet, vel non habet qualitates prædictas; cùm in jure aliquando vocetur dignitas, etiamsi non habeat administrationem; & quandoque officium, ut in *capit. Dudum 1.de election.* Aliquando simpliciter Præpositura, absque alia adjectione: ut
8 *in cap.cùm olim,de re judic.* † An autem Præpositura, quando est dignitas, sit major post Pontificalem, dependet ex consuetudine Ecclesiæ & aliis de quibus *ibidem* Aretin.

In Ecclesia nostra Metropolitana Avenionensi, 9
Dominus Præpositus non solùm inter dignitates numeratur; verùm etiam sine ulla controversia prima est post Pontificalem: † sed si occurreret casus in 10
quo dubitaretur de præeminentia Præpositi super Archidiaconos, & alias dignitates, semper attendenda esset consuetudo Ecclesiæ, & alia de quibus per Rotam *in novis, decis.4.de elect.* ubi fusè. Et præmissa omnia confirmantur per Rotam *decis.365.n.5.part.4. recent.*

Secundo loco occurrit Archidiaconatus, qui se- 11
cundùm juris communis regulas prima dignitas est in Ecclesiis Cathedralibus: text.est *in cap.1.* ibi, *post Episcopum, de Offic.Archidiac.* Vnde præcedit Archipresbyterum, Præcentorem, & alios in voce, loco, & 12
administratione. Tusch.*litt. A, conclus.482.num.6.* † Sed in hoc consuetudo cujuslibet Ecclesiæ est attendenda, ut mox dictum est, & tradit Boër.*decis.286. num.8.* Ludovis. *decis.482.num.3.* qui dicunt attendendam esse communem hominum existimationem, ut sciatur quænam sit prima dignitas post Pontificalem. Sed quòd attendenda sit cujuslibet Ecclesiæ consuetudo, tradunt Addent.ad Burat. *decis.483. in fin.*& Mantic.*decis.175.n.3.* ubi dicit in hoc attendendam esse consuetudinem provinciæ, vel Ecclesiæ de qua agitur. † Multùm autem interest scire quænam 13
sit prima dignitas post Pontificalem, propter reservationē de qua suprà *hoc libro, c.3.§.3.n.7.* † Et quoad 14
Archidiaconatum Avenionensem, nunquam fuit prætensum, quòd esset prima dignitas: quia si hoc fuisset, non fuisset disputatum de illius reservatione ex capite familiaritatis Cardinalis, prout fuit aliàs disputatum apud Burat. *decis.117.228. & 255.*

Archidiaconus debet esse Doctor, ex Concil.Tri- 15
dent.*sess.24.c.12.* videlicèt in Theologia, seu Doctor aut Licentiatus in Iure Canonico. Rice, *collect.1661.* 16
† Sed hoc debet intelligi de illis Archidiaconis qui vel curam animarum, vel jurisdictionem habent. Barbos.*de canonic.& dignit.cap.5.n.5.* † ubi dicit talem 17
qualitatem hodie vix requiri, cùm pauci reperiantur Archidiaconi qui curam animarum, vel jurisdictionem habeant. † Similiter si Archidiaconatui annexa 18
sit animarum cura, requititur ad illum obtinendum ætas viginti quinque annorum; sin minus sufficiunt viginti duo completi. Idem Barbos.*ad dictum Concil. Tridentin.loc.cit.n.7.*

Quoad ordinem requisitum ad obtinendum Ar- 19
chidiaconatum, adeundus est Rebuff.*in praxi, tit. requisita ad collat. bon.n.30.* ubi dicit requiri in Archidianono ordinem Diaconatus, per text.*in c.1. de ætat.& ordine præficiend.*

Tertio loco occurit Decanatus, qui similiter non 20
est nomen dignitatis, nisi habeat jurisdictionem, aut nisi pro dignitate habeatur in Ecclesia. Tusch.*litt.D, conclus.41.n.22.* Pacian.*de probat.lib.2.c.27.n.76.* ubi sic contrarias Rotæ decisiones ad concordiam reducit. † Imò Decanatum esse dignitatem in Ecclesia, 21
in qua nullus est Archipresbyter, neque Archidiaconus; & ideo habere præeminentiam & assistentiam juris communis, decidit Rot. *decis.533.n.4.5. & 6. part.2.recentior.* atque ita apud nos observatur: veluti in Ecclesia Collegiata sancti Agricolà, in qua Decanus primam obtinet dignitatem.

Quartò Primicerius, sic nuncupatus quia primus 22
est in Choro, & in cantu: *can. perlectis, versic. ad Primicerium, 25. distinction.* qui aliàs Præcentor, seu caput Chori nuncupatur: ut patet in *cap. cùm olim 6. de consuetud.* ubi Innocent.3. in Ecclesia Londinensi, *de Londres*, mandat institui Præcentorem qui in sessionibus, processionibus & aliis illam habere-

in Eccleſia dignitatem, quam habent alii præcentores in aliis Eccleſiis Anglicanis:† ſed iſte regulariter officium potiùs habere dicitur, quàm dignitatem; niſi communi opinione pro dignitate haberi ſolitus ſit. Alexand. *conſ.*77. *In cauſa, numero* 5. *verſic. & ad iſtud oſtendendum, vol.*2. Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.* 27. *numero* 47. Habet tamen perſonatum, ex infrà dicendis.

24 Quintò, Theſaurarius, licèt de jure communi dicatur potiùs habere officium, quàm dignitatem; Rebuff. *in prax. part.*1. *tit. ſaculare benefic. quotuplex,*

25 *num.*9. † tamen de conſuetudine, & ex ſtatutis plurium Eccleſiarum Cathedralium, Theſaurarius inter dignitates Eccleſiæ numeratur: ut teſtatur Barboſ. *in pluribus locis*, & nominatim in *tract. de Canonic. cap.*4. *num.*34. & 35. Burat. *deciſ.*473. *num.*5.

Sextò, de præbenda Præceptoriali, & Theologali ſuperiùs actum eſt: de qua etiam aliquid Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſ. lib.*1. *cap.*29. ſicuti & de Prioribus ſuperiùs egimus.

26 Septimò occurrit Pœnitentiarius, de quo in Concil. Tridentin. *ſeſſ.*24. *de reformat. cap.*8. *verſic. Pœnitentiarius*, qui omninò debet eſſe Doctor in Theologia, vel in Iure Canonico; & debet eſſe ætatis quadraginta annorum; ſeu aliàs quando aptior pro

27 loci qualitate non reperitur: † & ideo iſta qualitas ætatis dependet ab arbitrio Epiſcopi, qui videre debet utrùm proviſus de pœnitentiaria ſit talis, quo nullus aptior pro loci qualitate reperiatur, ut notat inter cæteros Campanil. *in diverſ. jur. Canonic. rubr.*

28 7. *cap.*6. *num.*27. † Qui Pœnitentiarius dum confeſſiones in Eccleſia audit, interim præſens in Choro cenſetur; neque poteſt recuſare confeſſiones audire, ut *ibi* per Campanil.

29 Quod autem dictum eſt de electione perſonæ Pœnitentiarii per Epiſcopum facienda, non procedit quando Pœnitentiaria ſemel fuit erecta: quia tunc ſi vacaverit in menſe Apoſtolico, aut adſit alia reſervatio, conferri debet per ſummum Pontificem, ſeu ſedem Apoſtolicam: ut notat Gonzal. *gloſſ.*9. §. 2.

30 *num.*84. Ceval. *comm. quæſt.*897. *num.*488. † Et ideo nonnunquam ſummus Pontifex etiam de Pœnitentiaria providet in favorem non habentium dictam ætatem, ſi alioquin ad id munus idonei ſint. Similiter providet etiam ſummus Pontifex de Pœnitentiaria illum qui non eſt Doctor, nec licentiatus, quando ex atteſtationibus Ordinarii, Capituli, & Academiæ conſtat illum eſſe doctum & habilem ad illud munus exercendum. Barboſ. *in deciſ. Apoſtol. collect.*581. *num.*23.

31 Pœnitentiarius autem ſtatim ubi inſtitutus eſt, poteſtatem habet audiendi confeſſiones omnium pœnitentium totius diœceſis, & juriſdictionem ad abſolvendum à peccatis, & eſt veluti Parochus totius diœceſis; neque tenetur obtinere novam licentiam ab Epiſcopo, ſeu Archiepiſcopo. Vgolin. *de Epiſcop. part.*2. *cap.*33. *num.*3. ubi dicit concedendam eſſe Pœnitentiario facultatem abſolvendi à caſibus reſervatis, quod tamen facere non poſſet ex ſola ſui officii authoritate.

32 An autem Pœnitentiaria ſit dignitas, vel officium, non eſt diſputandum, cùm ſit ſimplex officium; niſi tamen ſtatuto vel conſuetudine aliud introductum eſſet: quia generaliter omne onus, vel cura ſpiritualis officium in Eccleſia nuncupatur. Pacian. *de probat. dicto lib.*2. *cap.*27. *numero* 37. Si tamen officio ſit annexa dignitas, tunc officium dicitur habere dignitatem, *l. honor, in princip. ff. de munerib. & ho-*

33 *norib.* DD. in *cap.*1. *de conſuetud. in* 6. † Sed tamen Pœnitentiaria non eſt ſimplex officium, immò potiùs Perſonatus, quando habet locum honorabiliorem in Capitulo, & proceſſionibus; quæ ſola præeminentia non conſtituit aliquem in dignitate. Barboſ. *de Canonic. cap.*4. *num.*29. Non habebitur itaque Pœnitentiarius pro dignitate, ſed quandoque inter Perſonatus cenſebitur, quandoque verò, nempe ſi nullam in Choro, Capitulo, & proceſſionibus prærogativam habeat, erit ſimplex officium; & præcedet alios ſecundùm ordinem ſuæ receptionis duntaxat: ſi tamen communi exiſtimatione pro dignitate habeatur, inter dignitates cenſebitur, ex ſupradictis.

§. 12.

De Canonicis, & Hebdomadariis.

1 *In Canonicatibus Eccleſiæ Collegiatæ, ſufficit ætas annorum quatuordecim.*

2 *Nec requiruntur* 14. *anni completi, ſed ſufficiunt inchoati.*

3 *In Cathedralis Eccleſiæ Canonicatibus, requiritur ætas* 22. *annorum; ſufficit tamen illos attigiſſe.*

4 *In dignitatibus Eccleſiarum Collegiatarum eadem ætas requiritur quæ in canonicatibus Cathedralium.*

5 *Sed hæc eſt differentia, quod in dignitatibus Cathedralium ætas* 22. *annorum debet eſſe completa.*

6 *In dignitate majori poſt Pontificalem requiritur ætas* 25. *annorum.*

7 *Canonicatus non ſunt contenti ætate* 22. *annorum, quando curam animarum principaliter annexam habent; ſecus ſi acceſſoriè.*

8 *Si canonicatus certum ordinem annexum habeat, ætas ad ordinem illum requiſita requiritur etiam ad obtinendum canonicatum.*

9 *Quæ ætas requiratur ad canonicatum, cui Sacerdotalis ordo, Diaconalis, vel Subdiaconalis annexus eſt.*

10 *Quando ſacerdotii qualitas requiritur ex diſpoſitione legis, ſufficit quod tempore collationis ſit habitu ſacerdos, ideſt capax ſacrificii, & in tali ætate, ut intra annum promoveri poſſit.*

11 *Quando qualitas ſacerdotii exigitur ex diſpoſitione hominis, inſpicienda ſunt verba fundantis, & ibi hoc explicatur.*

12 *In Gallia tempus, quod datur unius anni ad ſuſcipiendum ſacerdotium, non numeratur niſi à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis.*

13 *Si canonicatus habeat annexum præſbyteratus ordinem, iſta qualitas omnino in impetrante exprimenda eſt; aliàs gratia eſt nulla.*

14 *Canonicatus eſt beneficium ſimplex, & ad ejus affectionem ſufficit prima tonſura, niſi aliud ſtatuto caveatur.*

15 *Canonicatus eſt beneficium requirens reſidentiam.*

16 *Sacerdotalis ordo variis modis canonicatui annexus eſſe poteſt: & quis ſit triplicis annexionis effectus.*

17 *Poteſt fieri ut Canonicus privetur fructibus, non ad Ordines fuerit promotus, ſed non ideo canonicatu privandus ſit.*

18 *Quænam litteratura requiratur ad obtinendum canonicatus.*

19 *Hebdomadarii non ſunt verè Canonici, nec poſſunt habere inſignia canonicatus ſine authoritate Apoſtolica, nec excuſantur aſſociando Epiſcopum.*

20 Cano

20 *Canonicis Ecclesiæ Metropolitanæ Auenionensis celebrantibus tenentur hebdomadarij assistentiam facere.*

21 *Choristæ, seu Chorarij, non sunt de Capitulo, nec faciunt Collegium.*

22 *Hebdomadarij non possunt in suis prouisionibus obtinere quod recipiantur in fratrem.*

23 *Nomen receptionis in fratrem est quidem ventosum in Canonicis supernumerariis, sed non in receptis intra numerum.*

24 *Clausula cum plenitudine iuris canonicalis, quid operetur.*

25 *Virum derogatio generalis statutorum Capituli quæ in prouisionibus solet apponi, comprehendat caput illorum qui redduntur per statutum inhabiles ad dandam vocem in Capitulo.*

26 *Canonicus qui in suis prouisionibus habet clausulas derogantes statutis Capituli, si aliquem statuti articulum juraverit, non censetur admissus juxta formam suarum prouisionum, quibus quoad hanc censetur renunciasse; sed juxta formam illius statuti quod juravit.*

27 *Iuramentum præstitum per Canonicum super statutis Capituli, censetur præstitum saluo honore litterarum.*

28 *Intellige nisi tempore præstiti juramenti lecta fuerint, aut specificata certa statuta, seu statuti capita; tunc enim jurans videtur renunciasse gratiæ, & tenetur ad obseruantiam illius statuti.*

29 *Canonici hebdomadarii non sunt simpliciter Canonici, sed secundum quid, quando non habent vocem in Capitulo.*

DE Canonicis & canonicatibus superfluum esset multa in medium adducere; cùm de iis integrum & vtilissimum tractatum fecerit omnibus Iurisconsultis commendatissimus Augustin. Barbos. Doctor Lusitanus, de quibus etiam multa differit Aloisi. Ricc. *collect.* 2444. Pauca tamen magisque necessaria exponere non erit inutile.

1 In primis ergo notandum est, quod ad canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ sufficit ætas quatuordecim annorum inceptorum, quamuis ageretur de Ecclesia Collegiata insigni. Nicol. Gars. *de benefic. part. 7. cap. 4. num. 39.* quia super istis canonicatibus Concilium Tridentinum nihil innouauit: vt testatur Barbos. *in decis. Apostol. collect. 15. numero 10.* vbi alios

2 plures allegat: † & sufficit ætas quatuordecim annorum inceptorum; nec requiritur quod sint completi. Idem *dict. collectan. 15. numer. 6. & de Episcop. Part. 3. allegat. 60. num. 76.* Ricc. *collect. 860.* Gratian. *discept. 497. num. 17.*

3 In Ecclesiæ Cathedralis Canonicatibus, quamuis in ea non fuisset facta distributio sacrorum ordinum, requiritur ætas 22. annorum; non tamen exigitur quod sint completi, sed sufficit illos attigisse: cùm satis sit quòd intra tempus à iure definitum, hoc est infra annum, ad sacrum Subdiaconatus ordinem promoueri possit. Idem *loco cit. num. 11. & in tract. de Canonic. cap. 13. num. 10.*

4 In dignitatibus Ecclesiarum Collegiatarum eadem requiritur ætas, quæ in Canonicatibus Cathedralium, ex declaratione sacræ Congregat. Interpret. Concil. Tridentin. referente Nicol. Gars. *de benefic. dicta part. 7. cap. 4. num. 59.* Barbos. *dict. collect. 15. n. 12.* Excepta prima dignitate Collegiatæ, quæ cùm regulariter habeat curam iurisdictionalem, exigit 25. annos inceptos. Gars. *part. 7. cap. 4. n. 65.*

Sed tamen in dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium ætas 22. annorum debet esse completa. Gars. *dicta part. 7. cap. 4. num. 70.* Hieron. Roder. *quæst. regul. resol. 23. num. 3.* Dixi *lib. 1. cap. 99. n. 2.* 5

In dignitate maiori post Pontificalem requiritur ætas 25. annorum: quia semper habet curam animarum, saltem iurisdictionalem. Dixi *cap. 99. n. 1. lib. 1.* 6

Supradicta intellige, nisi tales canonicatus qui minorem 25. annorum ætatem exigunt, habeant curam animarum annexam; tunc enim duo casus distinguendi sunt: nam si annexam habeant accessoriè, nihil quoad ætatem immutandum est: sed si annexio curæ facta sit æquè principaliter; tunc requiritur annus vigesimus quintus inceptus, vt intra annum ad sacrum Presbyteratus ordinem prouisus promoueri queat. Barbos. *dict. collect. 15. num. 17. & de potest. Parochi cap. 2. num. 7.* 7

Secundò supradicta limitantur, vt locum non habeant in illis canonicatibus quibus sacer ordo annexus est. Quia prouisus debet illum ordinem habere, aut saltem in ea ætate esse, vt intra annum ad talem ordinem promoueri possit. Ric. *in prax. aur. cap. 238.* 8

Ideo si canonicatui sit annexus ordo sacerdotalis, requiruntur viginti quinque anni inceptæ: si Subdiaconatus, oportet habere annos 21. completos, & ingressum esse annum 22. si Diaconatus, debet compleuisse 22. annos, & attigisse vigesimum tertium. Gars. *dicta part. 7. cap. 4. num. 22.* 9

Dum autem diximus sufficere annum vigesimum quintum esse inceptum, quando canonicatui sacer ordo annexus est, non ita simpliciter intelligendum est, sed cum hac distinctione: Aut enim sacerdotij qualitas exigitur ex legis dispositione, aut ex dispositione hominis: si ex dispositione legis, sufficit quod Canonicus sit sacerdos aptitudine. hoc est, vt sit in tali ætate, vt intra annum ad sacerdotium promoveri possit: *cap. 2. de Institut. in 6. cap. si pro clericis, de præbend. eod. lib.* 10

Sed si ex dispositione hominis, videndum est utrùm qualitas sacerdotii relata fuerit ad verbum deputationis, seu præsentationis, veluti si dictum fuerit quod instituatur sacerdos; an non fuerit ad illud verbum relata: si relata fuerit ad verbum institutionis seu collationis canonicatus, requiritur sacerdotium actuale tempore illo, nec sufficit quod promoueatur intra annum: si verò non fuerit qualitas illa relata ad illud verbum, sufficit sacerdotium habituale, dummodò assumatur intra annum, nec debet adesse tempore prouisionis, seu collationis. Rot. *decis. 496. num. 4. & 5. part. 1. recent.* & diximus sup. *lib. 1. cap. 118.* 11

Et prædicta distinctio seruatur etiam in Gallia, sed tempus numeratur à die adeptæ pacificæ possessionis. Louët & *ibi* Addent. *lit. B, num. 4.* 12

Et in hoc casu notandum est diligenter quod si canonicatus habeat annexum sacrum Presbyteratus ordinem, ista qualitas in impetratione omninò est exprimenda; aliàs gratia est nulla. Felin. *in cap. in nostra 32. in 25 corollar. de Rescript.* Mat. Antonin. *lib. 1. resol. 4. num. 4.* 13

Non censetur autem in dubio canonicatus sacerdotalis, nec vllum de iure habet sacrum ordinem annexum, nisi statuto Ecclesiæ vel consuetudine aliter introductum sit. Rot. *decis. 421. part. 1. recent.* sed canonicatus est beneficium simplex, & solam primam tonsuram requirit, cessante consuetudine in contrarium. Gratian. *discept. cap. 591. numer. 3. & sequentib.* † Requirit nihilominus residentiam Canonici, tam ex dispositione Concilij Tridentini, *sess. 24.* 14 15

cap.12. §.præterea, quàm ex Bulla Pii V. quæ incipit *Cupientes*, quæ eſt 60. inter ejus conſtitutiones. Monald. *conſ.48. num.2.*

16 Præterea dum agitur de qualitate ſacerdotii in Canonico certis caſibus requiſita, alia quoque conſideratio adhiberi debet: nam tribus modis ſacerdotalis ordo Canonicatui annexus dici poteſt. Primò, quia per ſtatutum, aut primam inſtitutionem ſeu fundationem, aut privilegium ſeu conſuetudinem non poteſt conferri niſi actualiter ſacerdotium habenti. Secundò, quando obtinens canonicatum tenetur actu fieri ſacerdos, nec requiritur quod ſit talis tempore proviſionis; ſed ſi poſtea intra annum non promoveatur ad ſacerdotium, privatur canonicatu: & de duobus iſtis primis modis ſuprà eſt actum *numeris præcedentibus*. Tertiò, quando tenetur quidem fieri ſacerdos ex eo quòd ſi non fiat, non privatur quidem canonicatu, ſed dumtaxat fructibus illius.

17 In tertio modo non oportet quòd ſit in illa ætate, ut poſſit intra annum promoveri; ſed antequam ad ſacerdotium pervenerit, privatur fructibus canonicatus; non autem ipſo canonicatu: ita diſtinguunt DD. & nominatim Geminian. *in cap.ei cui, num.12. de Præbend. in 6.*

18 Denique omiſſis multis aliis quæ hîc dici poſſent advertendum eſt, quoad litteraturam magnam eſſe differentiam inter beneficia ſimplicia, & ſimplices canonicatus, & canonicatus Eccleſiarum Cathedralium: nam licèt in canonicatibus Collegiatarum ſola Grammaticalis ſcientia ſufficiat; tamen in Cathedralibus ulterior exigitur, majórque capacitas; cùm iſti Canonici Cathedralis Eccleſiæ Epiſcopum conſilio adjuvare debeant. Lotter. *de re benefic. lib.2. quæſt.50. num.53.* Gonzal. ad *regul.8. gloſſ.4. num.69. & 70.*

19 Deveniendo nunc ad Hebdomadarios, certum eſt illos non venire appellatione Canonicorum, neque poſſe habere canonicatus inſignia ſine authoritate Apoſtolica, nec excuſari dum comitantur Epiſcopum, aut illi inſerviunt: ut oſtendimus *lib.1. cap.102.*

20 *num.35.* & tradit Ricc. *collect.2686.* † Vnde cùm aliàs Hebdomadarii recuſarent facere aſſiſtentiam Canonicis Eccleſiæ Metropolitanæ præſentis civitatis Avenionenſis celebrantibus, ſacra Rituum Congregatio ipſos ad id teneri declaravit juxta ſtatutum prædictæ Eccleſiæ: ut patet ex declaratione deſuper facta die 24. Martii 1602. quam refert Barboſ. *in de-*

21 *ciſ. Apoſt.deciſ.404. num.5.* † Sicut dicitur de Choriſtis, qui Collegium faciunt, nec ſunt de Capitulo; imò potiùs illi ſubiiciuntur. Franc. Marc. *quæſt.207. part.1. & 669. part.2.*

22 Et cùm aliàs quidam Hebdomadarii ejuſdem Eccleſiæ Metropolitanæ præſentis civitatis in ſuis proviſionibus curaviſſent apponi clauſulam, *quòd reciperentur in fratrem, & cum plenitudine iuris Canonici*: Capitulum dictæ Eccleſiæ pro quo Ego conſului, habuit juſtam cauſam ſe opponendi receptioni illorum ſub dicta clauſula: nam licèt receptio in fratrem videatur continere nomen ventoſum, & ſine fructu; ut dicit Lotter. *de re benefic. lib.1. quæſt.19.*

23 *num.4.* † tamen illud verum eſt quando agitur de Eccleſia non numerata, aut de Canonico recepto ultra numerum; non autem quando Canonicus recipitur intra numerum, ut habeat vocem in Capitulo, & locum in Choro, unà cum præbenda canonicali: prout diſtinguit Lotter. *loco citato.*

24 Sed majoris eſt conſiderationis alia clauſula, *cum plenitudine iuris canonicalis*, de qua idem Lotter. *dict. quæſt.20. num.48.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.867. numero 6. & ſequent.* & ſine dubio per talem clauſulam fieret præjudicium Capitulo, propter de rogationes quæ opponi ſolent in fine proviſionum, dum derogatur omnibus ſtatutis Capituli, & nominatim ſtatuto inhabilitanti doctos Hebdomadarios ad vocem Capitularem: cui rationi licèt reſponderi poſſit, tum ex iis quæ poſtea ſubjungit *ibidem* Gratianus; tum ex aliis quæ brevitatis cauſa omittuntur: tamen cautius eſſe judicavimus, ad tollendam omnem dubitationem quæ in futurum oriri poſſet, ſi Capitulum in tempore occurreret ad impediendum præjudicium, quod ſibi ex tali clauſula inferri poſſet. † Diſputant enim DD. utrùm derogatio generalis facta ſtatutis, comprehendat caput illorum qui redduntur inhabiles ad vocem in Capitulo: & quidem Felin. *in cap.conſtitutus, de Reſcript. num.25.* in eam videtur inclinare ſententiam, ut ſtatutum illud in generali derogatione minimè comprehendatur: qua de re agit etiam Abb. *in cap.cùm M. num.12. de conſtitut.* Barboſ. *de Canonic. cap.3. num.14.* Monoch. *conſ.1179. num.22. & 23.* ubi dicit dictam clauſulam, *cum plenitudine iuris Canonicalis*, comprehendere ſolere honores, præeminentias, & prærogativas quæ cæteris Canonicis competunt.

Verum quidem eſſe diximus, quod ſi Hebdomadarius in ſua receptione promiſiſſet cum juramento obſervare ſtatutum illud particulare, per quod ipſe redditur inhabilis ad vocem in Capitulo, & ad jura ac præeminentias Canonicales; tunc non cenſeretur receptus juxta tenorem litterarum; imò illis quoad hoc renuntiare cenſeretur, ut determinat Gratian. *diſcept. forenſ.cap.482. numero 18. & 19.* ubi decidit, † quod licèt juramentum Canonici in ſua receptione præſtitutum debeat intelligi ſalvo honore litterarum, propter quas recipitur; vnde ſi in eis contenetur quòd non teneatur ordinari, non tenebitur etiamſi ſtatuta per eum jurata aliud velint: quia tam ipſe proviſus, quàm recipientes ipſum intelligentur ſe limitaſſe ſecundùm litteras, ex Felin. *in cap. cum venerabilis 6. column.8. poſt med. numero 24. de Exception.* † Tamen ſi tempore quo juravit fuerint lecta aut ſpecificata talia, ſtatuta ſtante ipſa ſpecificatione videtur jurans renunciaſſe gratiæ, & ea non obſtante tenetur ad præciſam obſervantiam dicti quoad illum articulum.

Multò minùs opponi poteſt in proviſionibus Hebdomadariorum clauſula *vocis in capitulo*, cùm ad hoc per ſtatutum Eccleſiæ reddantur inhabiles: & ideò quamuis Canonici nominari ſoleant, non tamen ſunt verè Canonici, neque ſimpliciter, ſecundùm quid: & ideo non habent vocem in Capitulo, quæ non competit niſi illis qui ſunt verè Canonici, ut ſuperiùs diximus, & ultra citatos tenet Seraphin. *deciſ.1495. num.2.* & ſic non poſſunt nominari Canonici ſine adjuncto; ſed tantùm Canonici Hebdomadarii.

§. 13.

De Rege, & Jure Regaliæ.

1 *Iure Regaliæ Rex Chriſtianiſſimus, ſede Epiſcopali vacante, deputat Oeconomos, & conſervatores officia.*

2 *Regalia durat, & Oeconomatus, donec Epiſcopus fidelitatis iuramentum præſtiterit perſonaliter, & litteras obtinuerit pro relaxatione bonorum temporalium Eccleſiæ.*

3 *Bona Eccleſiæ, ſede Epiſcopali vacante, futuro ſucceſſori reſervari debent.*

4 *Conſue-*

4 *Consuetudo non valet quòd temporalia Ecclesiæ non reserventur successori in Prælatura.*
5 *Emolumenta sigilli & jurisdictionis reservanda sunt successori in Episcopatu.*
6 *Oeconomi deputatio, sede Episcopali vacante, spectat ad Capitulum.*
7 *Ius Regaliæ competens Regi Galliæ fundatur in immemoriali consuetudine.*
8 *Quæ sit praxis in Gallia dum Rex ad manus suas reducit temporalitatem Ecclesiarum.*
9 *Collatio beneficiorum potest pertinere ad Regem ex immemoriali consuetudine per summum Pontificem tolerata.*
10 *Ius Regaliæ aperitur tam per mortem, quàm per Episcopi translationem.*
11 *Translatio Episcopi non aperit Regaliam ante consensum ab Episcopo præstitum translationi.*
12 *Regalia aperitur quocumque genere vacationis sedes vacet.*
13 *In Regalia non est locus regulæ* de verisimili notitia.
14 *Rex conferens jure Regaliæ derogare solet regulis Cancellariæ.*
15 *Ignorantia obitus Prælati, vel illius cujus beneficium vacat, non annullat provisionem factam jure Regaliæ.*
16 *Regalia aperitur per resignationem, & in ea non habet locum regula* de infirmis resignantibus.
17 *Propter rebellionem Prælati, Regaliæ locus est. Item & propter permutationem Prælaturæ.*
18 *Regalia aperitur per promotionem ad Cardinalatum à die declarationis, seu publicationis factæ per Papam.*
19 *Rex providens jure Regaliarum derogat juripatronatus Ecclesiastico.*
20 *Rex jure Regaliæ admittit resignationes in favorem, vel ex causa permutationis.*
21 *Finitur jus Regaliæ post captam personaliter possessionem, quæ capi non potest per procuratorem, ad faciendum claudi Regaliam, nisi adsit legitimum impedimentum.*
22 *Diligentiæ de capiendo possessionem Prælaturæ, non faciunt cessare ius Regaliæ; sed debent sortiri effectum, aliàs non clauditur Regalia.*
23 *Regalia non clauditur nisi ultra adeptionem possessionis actualis exhibeantur Bullæ Pontificiæ Episcopi successoris.*
24 *Rex conferens iure Regaliæ, confert pleno iure; & contra eum nulla datur præventio.*
25 *Provisus iure Regaliæ litigat saisitus, neque sequestro locus est.*
26 *Non intrat devolutio post semestre adversùs Regaliam.*
27 *Litteræ prouisionum factarum iure Regaliæ, non subjiciuntur apicibus iuris; sed in eis proceditur ex æquitate.*
28 *Si Regalista provisiones suas in arca retinuerit, utrum cesset effectus iuris Regaliæ.*
29 *Rex succedens iure Regaliæ, seu eius Oeconomus pro temporalium administratione deputatus, tenetur stare locationi factæ per Prælatum defunctum.*
30 *In provisione præbendæ Theologalis non est locus Regaliæ.*
31 *In beneficiis Britanniæ utrùm locus sit iuri Regaliæ.*
32 *Item utrùm Regalia locum habeat in beneficiis Provinciarum Regno Galliæ de novo unitarum. Remissivè.*
33 *In beneficiis litigiosis non cessat Regalia, & quomodò hoc intelligatur.*
34 *Quomodò differat nominatio Regia, & collatio facta per Regem iure Regaliæ.*
35 *Ex nominatione Regis ius in re produci iudicatur in Gallia.*
36 *Nominatus à Rege statim administrat in Gallia temporalia beneficii bona; sed nullo modo potest exercere spiritualia, nisi post collationem summi Pontificis, & Bullarum expeditionem: ideò antea non potest propriè dici quòd habeat ius in re.*
37 *Regia nominatio, aut mandata Apostolica non fortiuntur effectum in Gallia in beneficiis vacaturis per resignationem, aut per permutationem non fraudulentam.*
38 *Regiæ nominationi locus non est in beneficiis amovibilibus, nec in prioratibus ab Ordine Melitensi dependentibus.*

EX antiqua Regni consuetudine Rex Galliæ, vel Oeconomus ab eo deputatus confert beneficia, sede Episcopali vacante, jure Regaliæ nuncupato; quo Rex beneficia, sede Episcopali, Archiepiscopali, similive vacante, beneficia illius Diœcesis confert, & pro bonis Ecclesiæ temporalibus custodem seu Oeconomum deputat: quod fuisse usurpatum dicit Cujac. *lib.3. de feud. tit.1.* † Et durat Regalia, nec- 2
non Oeconomus pro rebus temporalibus beneficii, donec Episcopus juramentum fidelitatis personaliter præstiterit, & à Rege literas obtinuerit pro liberatione bonorum temporalium Episcopatus, illasque in Camera Computorum verificari curaverit: quia statim, sede vacante, dignitates Ecclesiæ reducuntur ad manus Regis, etiam quoad temporalitatem, † quamuis aliàs bona & fructus Ecclesiæ de- 3
beant futuro successori reservari, *capit. cùm vos, de offic. Ordinar.* † Non obstantibus statutis, consuetu- 4
dinibus, aut privilegiis; tam in Ecclesiis Cathedralibus, quàm in Collegiatis, *capit. Quia sæpe, de Election.in 6. & c.Statutum, eod.tit* † ubi dicitur quod 5
etiam emolumentum sigilli & jurisdictionis debet futuro successori reservari; † quamuis etiam, sede 6
vacante, spectet ad Capitulum apponere custodem seu Oeconomum; cùm succedat in jurisdictione. Innocent. *in cap. Vt nostrum, Vt Ecclesiast. benefic. &c.* & Geminian. *in capit. Cupientes, §. ad hæc, de elect. in 6.* Barbos. *de iur. Eccles. univers. lib.1. capit.32. numer.27.*

Tamen stante antiqua & immemoriali consuetu- 7
dine; Rex Galliæ, sede Episcopali vacante, habet administrationem bonorum Ecclesiæ, & illa reducit ad manus suas. Franc. Marc. *decis.44.numer.8.part.2.* † & statim habitâ notitiâ sedis vacantis, Procurator 8
Regius generalis porrigit supplicem libellum Curiæ, narrando inconvenientia & pericula quæ possent subsequi sede vacante, propter violentias & intrusiones aliquorum, quæ possent fieri de castris, territoriis, & locis temporalibus, quæ moventur de feudo & homagio Regis: super quo datur Commissio alicui ex Dominis Curiæ, qui procedit ad reductionem temporalitatis ad manus Regias; & proceditur juxta formam & praxim, de qua Franc. Marc. *quæst. 98.part.1.& 560.part.2.*

Et ex eodem jure Rex, sede vacante, confert om- 9
nia beneficia sui Regni: quod fieri posse stante longissimi & immemorialis temporis consuetudine per

summum

ſummum Pontificem non ignorata, teſtatur Carol. Tap. *deciſ. Regni Sicil.* 18. *num.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 296. *num.* 50. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 42. Selu. *de benefic. lib.* 2. *quæſt.* 23. *per tot.*

10 Jus autem Regaliæ aperitur ad favorem proviſi à Rege non ſolùm per mortem, ſed etiam per tranſlationem Epiſcopi ad alium Epiſcopatum; non tamen ante præſtitum conſenſum tranſlati: † quia ſicut in conjugio ſpirituali contrahendo requiritur conſenſus promoti; ita & fortiùs in diſſolvendo: cùm illud difficiliùs diſſolvatur, quàm contrahatur: *c. Inter corporalia: & c. final. de tranſlat. Prælat.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 296. *n.* 51.

12 Et generaliter Regalia aperitur per vacationem Epiſcopatuum, Archiepiſcopatuum, & ſimilium Prælaturarum, quocumque vacationis genere illas va-
13 care contigerit. † Et ſi beneficia vacaverint per obitum, iſto caſu locus non eſt regulæ Cancellariæ *de*
14 *veriſimili notitia.* Charond. *lib.* 1. *reſponſ.* 6. † ſicut nec aliis regulis Cancellariæ, quibus Rex derogare ſolet dum confert jure Regaliæ. Idem Charond. *aux obſervations du droict François, in verb. Regale,*
15 *verſic. & que le Roy.* † Vnde nec impeditur Regalia quamuis mortem Rex ignoraverit, ſive de Prælato per cujus obitum ſedes vacat loquamur, ſine de eo cujus mors collationi beneficii locum dedit, teſte Bleyn. *in tit. de Annat. deport. & jur. regal. num.* 42.
16 *in gloſſ. D. fol.* 133. † Similiter aperitur Regalia per reſignationem Prælaturæ, nec impeditur per regu-lam *de viginti diebus*, ſeu *de infirmis reſignantibus*; ídque ſive de Prælatis, ſive de dependentibus ab ipſis beneficiis agatur. Forget. in *tract. de jur. Regal. num.*
17 37. ubi ſic judicatum teſtatur. † Item propter delictum Prælati, veluti propter rebellionem. Forget. *num.* 16. & propter permutationem Epiſcopatus, ſeu
18 Prælaturæ. Bleyn. *dict. num.* 42. *in gloſſ. F.* † Item aperitur Regalia per promotionem ad Cardinalatum, à die declarationis factæ per ſummum Pontificem: prout judicatum refert Peleus *lib.* 1. *action. forenſ.* 22. *in fin.*

19 Item Rex providens jure Regaliorum, derogat juripatronatus Eccleſiaſtico. Loüet *litt. R, num.* 47. & *ibi* addent. *& litt. P. num.* 45. *& ibi* Gloſſ. *B.*
20 † ubi quod Rex ſic providens fungitur vice ſummi Pontificis, & admittit reſignationes in favorem, vel ex cauſa permutationis beneficii vacantis in Regalia, etiam reſervatâ penſione, ut in dicta *Litt. R, numer.* 47.

21 Regaliæ jus finitur per præſtationem juramenti fidelitatis Regi factam per Prælatum novum, & captam poſſeſſionem per ipſum perſonaliter, & non per procuratorem, ceſſante impedimento legitimo:
22 † taliſque poſſeſſio debet eſſe realis, & actualis, ita ut nec ſufficiant diligentiæ de capienda poſſeſſione; ſed continuò duret Regalia uſque ad tempus quo diligentiæ ſortitæ erunt effectum. Forget. *loc. cit. nu-*
23 *mer.* 8. *&* 9. † Neque per ſolam adeptionem realis & actualis poſſeſſionis, ac juramenti præſtationem clauditur Regalia; ſed præterea oportet ut interveniat exhibitio Bullarum Pontificiarum, necnon Literæ Regiæ in Camera Computorum regiſtratæ, cum præcepto de relaxando novo proviſo reditus, & jura Prælaturæ. Forg. *loc. cit. n.* 8. Bleyn. *loc. cit. n.* 45. *gloſſ. L*, Pel. *lib.* 1. *action.* 16.

24 Effectus collationis factæ jure regaliæ hic eſt, ut contra Regem nulla detur præventio; ſed Rex con-
25 ferat pleno jure. Peleus *lib.* 1. *action.* 20. † Item proviſus jure Regaliæ litigat ſaiſitus, neque locus eſt ſe-
26 queſtro. Papon. *lib.* 2. *tit.* 3. *arreſt.* 4. † & non ſubjicitur jus iſtud devolutioni etiam poſt ſemeſtre, † ſi literæ collationis validæ ſunt, licèt in eis forma juris non fuerit ſervata; veluti ſi nomen, aut qualitas beneficii, verúſque illius valor non fuerit expreſſus; dummodò de beneficii corpore conſtet. Paſtor. *tract. de benefic. lib.* 1. *tit.* 13. *numero* 3. † Ceſſat autem effectus collationis jure Regaliæ factæ, ſi Regalitas ſi proviſiones ſuas in arca retinuerit, illáſque latem intra triennium non produxerit. Quod tamen non indiſtinctè admittitur, ut tradit Peleus *libro* prim. *action.* 18.

Item Rex ſuccedens jure Regaliæ, ſeu Oecono-mus à Rege deputatus, tenetur ſtare locationi factæ per Prælatum, nec illius colonos & conductores removere poteſt. Tournet *in ſua recollect. Areſt. benefic. lit. B. n.* 8.

Regaliæ locus non eſt in proviſione præbendæ Theologalis. Loüet. *lit. P. n.* 46. † Vtrùm habeat locum in beneficiis Britanniæ? Pel. *lib.* 1. *action. foren.* † Quid in provinciis Regno unitis de novo? diſpon. Loüet. *litt. R. n.* 58. † In beneficiis autem litigiosis non ceſſat Regalia, imò illi locus eſt, nempe ſi lis ſit adhuc indeciſa tempore quo Regalia aperitur, vel ſi is qui recredentiam beneficii obtinuerat, fuerit per ſententiam ejectus tempore Regaliæ apertæ, Regaliſta admittendus eſt: ut copioſiùs explicat Charond. *aux obſervat. du droict franc. in verb. Regale, verſic. La regale a lieu.*

Quod autem attinet ad Regiam nominationem, hæc longè differt à proviſione quæ fit jure Regaliæ: nam in illa Rex nominat, & Papa providet; in jure verò Regaliæ, Rex ipſe providet. Ex proviſione re Regaliæ facta oritur jus in re, † ex nominatione verò Regis, dubitari poteſt utrùm jus ad rem dumtaxat, an verò jus etiam in re oriatur: in Gallia judicatur quod oritur etiam jus in re, † quia nominatus à Rege ſolet adminiſtrare temporalia ſui beneficii, ſaltim poſt nominationem; ſed tamen quoad ſpiritualia non admittitur, neque ullo modo adminiſtrare poteſt, niſi priùs confectis Bullis: & ſic impropriè dicitur habere jus in re, ex notat. per Addent. per Loüet. *Litt. O, n.* 2. *gloſſ. A.*

Dictáque Regis nominatio, ſicut & nominatio Apoſtolica, effectum ſortiri non poſſunt in Gallia quoad beneficia vacatura per reſignationem aut permutationem; dummodò permutatio ſimplex ſit in fraudem. Loüet. *Litt. P. num.* 6. & *ibi Gl.* † Nec Regiæ nominationi locus eſt in beneficiis amovibilibus. Peleus *lib.* 1. *action.* 11. nec in prioribus ab ordine Melitenſi dependentibus. Idem in 2. *cap.* 1.

§. 14.

De Rotæ Romanæ auditoribus, quoad beneficiorum collationem.

1 *Commiſſarius à ſummo Pontifice deputatus ad cognoſcendum de aliqua cauſa beneficiali, non clauſula* quod ordinet Eccleſiam de perſona idonea: *non tamen poteſt præſentatum inſtituere, vel beneficium conferre.*

2 *Delegatus non debet in ſententia dicere, quod confert beneficium; ſed dumtaxat quod tale beneficium conferri debet.*

3 *In Auditoribus Rotæ Romanæ ſpeciali jure introductum eſt, ut ſi alicui ex litigantibus beneficium deberi judicaverint, illud ipſi conferre poſſint.*

4 Clementin. Auditor, de Reſcript. *loquitur dum-*

taxat de judicibus in Romana Curia deputatis : & ideo non corrigit textum in cap. super eo, de offic.& potest.Iudic. delegat.

5 *Auditor Cameræ non habet potestatem conferendi beneficia, quam habent Auditores Rotæ Romanæ.*

6 *Quamuis Papa in litteris speciales deputaverit executores ; potest nihilominus Rotæ auditor de beneficio, quod ipse collitiganti adjudicandum censuerit, provisiones facere.*

7 *Ampliatur ut procedat, etiamsi Papa dederit Episcopo commissionem* in forma Dignum, *ut nihilominus Rotæ Auditor conferre possit.*

8 *Beneficia vacantia per violationem sequestri sunt Pontifici reservata ; & tamen si sequestrum fuerit ordinatum in Rota in secunda instantia, cùm beneficium violantis sequestrum vacet, Rota potest illud collitiganti conferre.*

9 *Si beneficium vacaverit in mense reservato ob regulam* Mensium, *non potest Rotæ Auditor illud conferre, & reservatio illum ligat ; quia succedit in locum collatoris ordinarij.*

10 *In praxi servatur quibusdam in locis, quod Iudices à Nuncio delegati solent etiam conferre beneficia illis, quibus melius jus super illis competere judicant.*

1 COnstitutum est in *cap. super eo 15. de offic. delegat.* quod judex delegatus ad cognoscendum super jure præsentandi, de quo inter duos erat contentio, non potest unum ex præsentatis instituere ; etiamsi in ejus commissione adesset clausula, *Quod si constiterit ad alterutram partium præsentationem pertinere, ordinet Ecclesiam de persona idonea* : quia hoc non obstante non potest inconsulto Episcopo instituere præsentatum à Patrono. Quod etiam refert Barbos. *in cap. Pastoralis 19. n. 5. de privileg.* Paris.

2 *de resignat. lib. 7. quæst. 22. num. 5.* † Non potest igitur delegatus instituere, sed debet in sua sententia dicere, & ordinare talem de tali beneficio esse investiendum, & instituendum : ut dicit Mantic. *decis. 231. num. 3.* Quod copiosè explicat Abb. *in dicto cap. super eo,* & post ipsum Ioan. de Selu. *de benefic. part. 2. quæst. 13. per tot.*

3 Sed tamen in Rotæ Romanæ Auditoribus speciali jure statutum est, ut ad evitandos circuitus possint sine alia commissione providere de beneficio, quod alicui fore debitum pronunciant : per text. in *Clementin. Auditor, de Rescript.*

4 † Vnde cùm Clementina loquatur de Auditoribus in Romana Curia deputatis, non corrigitur per eam text. in *d. cap. super eo,* qui loquitur de Auditoribus extra Romanam Curiam deputatis, ut dicit Gloss. *in dict. Clement. Auditor, in verb. in Romana Curia.*

5 † Sed hoc non est extendendum ad Auditorem Cameræ : quia hic in beneficialibus nullam habet jurisdictionem, nisi specialiter illi detur, atque ita servat Signatura, teste Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 23. num. 14. & 15.*

6 Dictaque facultas beneficia conferendi competit Rotæ Romanæ Auditoribus, etiamsi Papa in litteris specialem deputasset executorem : quia cùm ad Papam collatio pertineat, nihil interest per quem fiat hujusmodi provisio. Gloss. fin. *in eadem Clementin.* & facultas executoris à Papa deputati est totaliter translata ad Auditorem, propter litem coram eo pendentem. Et in omnem eventum facultas executori non censeretur data privativè, sed cumulativè : & sic admittenda esset etiam hoc casu provisio facta per Auditorem Rot. *in Legionens. Canonicatus, 25. Octobris, 1574. coram Aldobrand.* apud Marchesan. *de commiss. lib. 1. fol. 366. num. 30.* † Et juxta præ- 7
dictam decisionem fuit aliàs judicatum, quod Auditor conferre potest beneficia super quibus lis pendet in Rota, quamuis gratiæ executio sit directa Ordinario *in forma Dignum* : ut apud Seraphin. *decis. 833.* Cæs. de Graff. *decis. 14. num. 9. de Prabend.*

Vnde quamuis beneficia vacantia per violatio- 8
nem sequestri, lite pendente in Curia Romana, sint sedi Apostolicæ reservata, ut diximus *hoc cap. 3. §. 3. numero 30.* Tamen si sequestri violatio contigerit lite pendente in Rota per appellationem ; tunc ut evitetur circuitus, poterit Auditor in odium violantis sequestrum beneficium conferre collitiganti. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 57. num. 47.*

Prædicta tamen locum non habent quando be- 9
neficium non esset occasione litis sedi Apostolicæ reservatum ; sed ob regulam *Mensium & Alternativæ,* inducta esset reservatio : ut explicat & comprobat Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 31. num. 51.* ubi dicit quod vacante quadam Ecclesia parochiali in mense reservato, Ordinarius concursum indixit ; & is qui ab eo magis dignus repertus fuit, obtinuit provisiones à sede Apostolica, juxta formam Concil. Tridentin. *sess. 24. cap. 18.* Alius autem appellavit ab irrationabili electione Episcopi, & causam suæ appellationis in Rota Romana committi curavit ; ubi fuit declaratum Ordinarii electionem fuisse irrationabilem ; tandémque concludit, stante reservatione, Rotæ Auditorem non potuisse de illo beneficio providere, sed necessariam esse provisionem Apostolicam : cùm Rotæ Auditor succedat in locum Ordinarii, cujus manus ligatæ sunt per reservationem.

Vltimò circa hanc materiam advertendum est, 10
quod si Riccio credimus, servatur in praxi quod delegati à Nuntio in causis capellaniarum, & beneficiorum jurispatronatus, in causis appellationum solent institutionem & collationem facere. Quam praxim dicit videri posse sustineri ex clausulis generalibus, quæ in commissionibus apponi consueverunt ; ut per eundem Ricc. *collect. 1598.*

§. 15.

De Curia Parlamenti Parisiensis.

1 *Indultum extraordinarium quod dicatur, & quomodò definiatur.*

2 *Indulti nomen sumitur etiam passivè pro iis quibus indultum est, ut beneficia illis ex privilegio conferri debeant.*

3 *Indultum Curiæ Parlamenti Parisiensis in quo consistat, & quibus personis suffragetur.*

4 *Sub quibus modificationibus Paulus III. Pont. Max. indulta Curiæ Parisiensis approbaverit.*

5 *Indultum ut suffragetur indultariis Curiæ Parlamenti, quæ conditiones requirantur.*

6 *Infra quod tempus indultarii teneantur facere suas requisitiones coram collatoribus ordinariis, pro beneficiis vacantibus.*

7 *Indultarii Curiæ, an possint compositionem facere pro suis indultis.*

8 *Subrogati in locum Dominorum curiæ Parlamenti Parisiensis ad quid teneantur, ut indulto, & subrogatione frui possint.*

9 *Indultarii Curiæ tenentur ad residentiam Parochialium Ecclesiarum illis vigore indulti collatarum.*

10 *Indulti*

10 *Indultarii tenentur ad regiſtrationem ſuarum litterarum.*

11 *Regiſtratio intra duos dies ſaltem ante obitum reſignantis, aut permutantis, ex Edicto Ludovici XIII. fieri debet.*

12 *Sed ex Edicto Ludovici XIV. hoc correctum fuit.*

13 *Indultarii Curiæ Parlamenti ſunt præferendi Graduatis.*

14 *Indultum Curiæ Parlamenti potentius eſt indulto Cardinalium, qui vigore ſui indulti conferunt tanquam Ordinarii collatores.*

15 *Cardinales ſunt in Gallia obnoxii Regiæ Senatorum nominationi.*

16 *Primaria Regis preces ſub prætextu jucundi ad coronam adventus non ſunt admittendæ, ut Ordinarii nominatis à Rege conferre teneantur.*

DIximus ſuperiùs §. 5. *hujuſce capitis*, duo eſſe indultorum genera: quædam videlicet ordinaria, quædam extraordinaria: & de ordinariis quidem *ibid.* copiosè actum eſt: ſequitur ut de extraordinariis hoc loco diſſeramus. † Indulta extraordinaria illa ſunt quæ conceduntur illis, qui ex jure proprio tanquam Ordinarii collatores jus conferendi non habent: & ſic ab Anaſtaſ. Germon. definiuntur, ut ſint quædam conceſſio Cardinalibus, aut Epiſcopis, ſeu Principalibus facta conferendi beneficia, aut ad ea nominandi ſeu præſentandi, ſuper quibus nullum jus, nullámque poteſtatem ordinariam ipſi habent. 1

Sumitur etiam apud Gallos indultum paſſivè, ut indultarii dicantur illi quibus jus eſt petendi beneficii collationem, excluſis aliis quibuſcunque. 2

Hjuſmodi eſt indultum quod Dominis de Curia Parlamenti Pariſienſis ſummum Pontificem Eugegium IV. conceſſiſſe dicitur ſub die 18. Martii, anno 1434. Et hujus indulti vigore Domini Præſides, Conſiliarii & Graffarii civiles ac criminales, ac præſentationum, necnon quatuor Notarii & Secretarii Curiæ Parlamenti, uti ſolent prælatione aduersùs omnes alios mandatarios, & gratias expectativas, ad hoc ut per Regem nominentur, & in conſequentiam hujus nominationis illis poſtea per Prælatos provideatur, & alios jus conferendi habentes de beneficiis vacantibus, & illorum collationi ſuppoſitis. Indultum tamen iſtud Eugenii, non loquitur niſi de Cancellario, Præſidentibus, & Conſiliariis Curiæ Parlamenti Pariſienſis, cum facultate ipſis quantumuis laicis conceſſa, loco ſui, nominandi parentes, familiares & alios de ejuſdem Parlamenti corpore & gremio exiſtentes, & aliàs prout in dicta Bulla Eugenii continetur; cujus mentio & confirmatio facta fuit per Paulum III. ad inſtantiam Franciſci I. Galliarum Regis ſub die 19. Iunii, anno 1538. Quæ Bulla inſeritur ad longum apud Fontanon *tom. 4. tit. 14. fol.* 487. & apud Chopin. *de ſacr. polit. lib. 1. tit. 5. nu-* 3

mero 16. fol. 97. † Quæ Pauli III. confirmatio facta 4
fuit ſub duabus modificationibus in ejus Bulla adjectis. Prima, quòd mandatarii Apoſtolici præferrentur Indultariis curiæ Parlamenti. Secunda, quòd iſti indultarii non cogerentur acceptare beneficia, quæ minoris eſſent valoris ſeu reditus quàm ducentarum librarum Turonenſium annuarum.

Hodie indultum iſtud cum ſequentibus qualitatibus ſolet in Gallia practicari. Primò quidem, quòd Præſides, Conſiliarii & alii ex dicta curia Parlamenti Pariſienſis, & qui alios ſubrogaverunt vigore litterarum Regiarum, & in quos jus ſuum tranſtulerunt, tenebuntur expectare vacationem primò advenientem; dummodo beneficium habeat qualitates ex indulto requiſitas: nempe quod non ſit minoris reditus quàm 200. librarum Turonenſium annuarum. 5

Secundò, quoad beneficia nondum vacantia, illi 6
Indultarii tenentur ſuas requiſitiones facere coram collatoribus ordinariis infra ſex menſes à die vacationis computandos; quibus elapſis, ad hujuſmodi requiſitionem vigore indulti faciendam non amplius admitti poſſunt.

Tertiò, quòd non poſſunt indultarii, ſeu in ſo- 7
cum ipſorum ſubrogati, aliquam compoſitionem aut concordiam ſeu tranſactionem facere pro dictis indultis: & caſu quo id fecerint, talis concordia locum obtinebit repletionis, hoc eſt computabitur in reditu ſufficienti indultarii, perinde ac ſi beneficium illi collatum fuiſſet.

Quartò, quòd ſubrogati in locum Dominorum 8
de Curia Parlamenti tenebuntur litteras ſuæ nominationis inſinuari facere in Graffariatu loci, ubi beneficium ſuper quo facta fuit nominatio ſitum eſt, in libro inſinuationum Eccleſiſticarum; idque infra duos menſes poſt ſignificationem dictarum litterarum, & ſe ſiſtere coram Ordinario Epiſcopo loci in quo beneficium ſitum eſt, & coram eo examen ſubire, & ſuæ capacitatis atteſtationem obtinere.

Quintò, quòd indultarii qui vigore ſui indulti ob- 9
tinent ſibi de dignitatibus provideri, præbendis, vel beneficiis curam animarum habentibus, tenebuntur reſidere, nec aliquam diſpenſationem reſidentiæ pretendere poterunt ſub prætextu ſuorum officiorum.

Sextò, quòd litteræ nominationum quæ fient vi- 10
gore hujuſce indulti regiſtrabuntur in Graffariatu Parlamenti, ad hoc ut recurſus ad illud regiſtrum haberi poſſit, dum opus erit, ſuper quibus omnibus videri poterit ordinatio Henrici IV. ſub die 9. Decembris anni 1606.

Addi poteſt prædictis Ordinatio Ludovici XIII. 11
facta anno 1637. & menſe Novembris, *artic.* 19. ſecundùm cujus indulti tenorem, indultarii omnes tam Graduati, quàm alii privantur effectu ſui indulti, ſi provisiones factæ per collàtores ordinarios, durante Vicarios, ſive per demiſſionem, ſive per reſignationem, aut permutationem; necnon provisiones per eoſdem Ordinarios aut illorum Vicarios factæ durante regiſtratæ, vulgò *contreroollées*, per duos menſes integros ante obitum reſignantis, aut permutantis.

Sed per declarationem factam per Regnantem 12
vicum nunc regnantem ſub die 10. Septembris anni 1646. *artic.* 13. ſolùm requiritur, quod ſimilia mandata ad reſignandum vel permutandum ſint data in vita reſignantis, vel permutantis; & regiſtrata in libro inſinuationum Eccleſiaſticarum ante obitum ipſius reſignantis, ſeu permutantis.

His ita ſuppoſitis dubitatum fuit, utrùm Indul- 13
tarii Curiæ Parlamenti prædicti præferendi ſint Graduatis; quorum indultum videtur favorabilius, & per conſequens potentius.

Sed contrarium judicatur, nempe Indultarios Cu- 14
riæ dicti Parlamenti potiores eſſe, & præferendos Graduatis, ſive ſimplices ſint Graduati, ſive etiam Nominati: ut notat Frerot *en la conference des Ordonnances Royaux, lib. 1. tit. 6. §. 12.* Louet *in recueil d'Arreſt. litt. B, num.* 14.

Iudicatur etiam hoc indultum Curiæ Parlamenti 15
potentius eſſe indultis Cardinalium, eâ ratione quòd Cardinales quibus indultum conceſſum eſt, coram runt tanquam Ordinarii collatores; & hi ob- utuntur majori privilegio: cùm ſummi Pontifices indultum ſolùm removeat obſtacula regularum Cancellariæ, & alia quæ illos impedirent conferre tanquam

tanquam Ordinarios. Sed bene advertit Theven. *ad ordinat. Reg. lib.1. tit.24. artic.1.* hæc omnia potiùs ex voluntate potentiorum introducta fuisse,quàm ex juris dispositione.

15 Quamobrem sic judicatum fuisse testatur Chopin.*de sacr.polit.lib.1.tit.5.num.17.&* 18.ipsos etiam S.R.E. Cardinales obnoxios esse Regiæ Senatorum nominationi, eíque postponi debere Scholasticos, qui ab Academia beneficiarii designantur.

16 Sunt & alia indulta favore cantorum capellæ Regiæ introducta, quorum origo desumitur à litteris quibusdam patentibus anni 1577.per Henricum III. factis die 9. Maii, de qua Chopin. *lib.2. de Doman. tit.13. num.11.* Quæ nonnulli etiam ad quascumque alias personas extendere voluerunt, ut Ordinarii ad primarias Regis preces, post ejus ad coronam adventum, primam præbendam vel canonicatum per obitum vacaturum in Ecclesia Cathedrali personæ idoneæ conferre tenerentur. Sed hoc meritò explosum est, tanquam nulla lege aut constitutione firmatum, ut optimè explicat Iulian.Brodeau *in suis egregiis annotat. ad* Loüet. *litt.P, num.6.versic. Et n'y a aucune apparence.* Necnon Joan. de Borbonave *in suo tract. de l'estat des Cours Ecclesiastiques,c.1.num.28.* Atque ita solemni Senatus decreto fuit judicatum congregatis classibus die 7. Ianvarii anni 1616. pro quadam Ecclesiæ Constantiensis præbenda,ut ambo præfati Doctores attestantur.

CAPVT IV.

De acquisitione beneficiorum, & variis modis illa acquirendi.

§. I.

De Bulla, & Brevi, & literis Apostolicis.

1 *Breve unde sic nuncupetur, & quomodò soleat expediri.*

2 *Bulla in quo differat à Brevi, & in qua forma concedatur.*

3 *Bullæ fides non est adhibenda,nisi sit omni ex parte perfecta.*

4 *Brevium Apostolicorum,& Bullarum utrùm eadem sit vis.*

5 *Expeditionarii tenentur fideliter procedere, aliàs ratione doli possunt conveniri.*

6 *Fides magna datur in Gallia Expeditionariis, & ex eorum certificatione capta possessio vim habet præventionis.*

7 *Litteræ Legati, vel Vicelegati, sunt Apostolicæ; & habent eandem prærogativam.*

8 *Litteræ Apostolicæ paratam habent executionem ad instar testamenti.*

9 *Litteris Apostolicis non datur parata executio adversùs provisum ab Ordinario existentem in possessione.*

10 *Item non habent executionem adversùs alium provisum Apostolicum possidentem.*

11 *Quando deducitur exceptio probata, vel incontinenti probanda contra litteras Apostolicas, cessat via executiva.*

12 *Clausula* vocatis vocandis, *impedit paratam litterarum executionem, & facis decretum executoris applicabile.*

13 *Litteræ Apostolicæ non possunt mandari executioni, nisi potiùs citato possessore, quamvis ille esset intrusus.*

14 *Si executor mittat in possessionem provisum, non citato possessore, datur ab ejus processuris appellatio suspensiva.*

15 *Ampliatur ut procedat, quamvis in litteris non adesset illa clausula* ; vocato, &c. *semper enim possessor citandus est.*

16 *Justificatio litterarum Apostolicarum debet præcedere executionem, & fieri parte citata, si adsit contradictor legitimus.*

17 *Justificari debent omnia narrata ante executionem litterarum.*

18 *Si duo vacationis modi fuerint alternativè positi, sufficit unum justificare.*

19 *Narrativa probanda est, quamvis consisteret in negativa.*

20 *Quibus modis negativa probari possit.*

21 *Negativa clericatus, publicationis, & similes probari possunt per confessionem partis.*

22 *Quando nullus adest contradictor,non est opus probatione indiciali narrativæ ; sed sufficit quod ante executionem litterarum Apostolicarum ; executor se informet extrajudicialiter de veritate ipsius.*

PRæcipuas ac nobiliores observationes circa Bullarum ac Brevium expeditionem hîc afferemus ; cùm in brevi compendio omnia nequeant singulariter explicari.

In primis igitur notandum est, expeditiones Romanæ Curiæ fieri quandoque per Breve, aliquando per Bullas. Breve sic nuncupatur,quòd brevibus verbis fiat, & expeditiones fiunt per Breve à solis Secretariis, & per Papam signantur in cera rubea sub annulo Piscatoris : ut notat Staphil. *de litter. grat. in tit. de litter. Apost. in forma Brevis, num.3. & 4.* Rebuff. *in praxi,part.3.tit.de Brevi Apostol. num.15. & sequentib.* 1

Bullæ dicuntur scriptura in membrana descripta plumbo funibus pendente, jure munita ; salutationem cum narratione, ac Papæ concessionem, aliáque necessaria continens : & si contineat gratiam, solet appendi chordis sericis ; si justitiam contineat, seu si sit executoria, chordis canapis, quibus plumbum seu sigillum appensum est : ita Rebuff. *in prax. part.1. tit. Bullæ novæ, ac simpl. provis. declarat. num.11. & sequent.* † Cui quidem Bullæ, nisi sit omni ex parte perfecta, non est fides adhibenda, ut explicat Mascard. *de probat. conclusion.243.* 2 3

Brevium Apostolicorum, & Bullarum eadem est virtus, & efficacia : ut notat Gonzal. *ad regul.8. gloss.59.num.16.* Put. *decis.149. num.1.lib.1.* Quamvis litteris Apostolicis sub plumbo majorem dari fidem, quàm Brevibus, dixerit Gomes. apud Gonzal. *dicta gloss.59. num.6.* 4

Expeditionarii qui beneficialium literarum expeditioni operam dant ; tenentur fideliter procedere : aliàs ratione doli & fraudis tenentur erga partem læsam. Tournet. *litt.B,num.25.* qui de Expeditionariorum salario agit, *num.26.* † Horum tanta fides est in Gallia, ut sub simplici Expeditionarii attestatione possessionem beneficii provisus capere possit, talísque possessio producat effectum præventionis. Addit. de Loüet *litter.V,num.2.* 5 6

Appellatione autem litterarum Apostolicarum continentur, eandémque prærogativam habent provisiones factæ à Legatis, seu Vicelegatis : ut notavit 7

Illuſtriſſimus Dominus Argel. *in tractat. de acquirend. poſſeſſ. quæſt. 20. artic. 1. num. 2.* poſt Rot. *deciſ. 106. part. 1. num. 5. diverſ.* Garſ. *de benefic. 5. part. cap. 3. n. 14.*

8 Iſtæ litteræ paratam habent executionem ad inſtar remedii *l. final. Cod. de edict. Diu. Adrian.* Mohedan. *deciſ. 13. ut lite pendent.* Rot. *deciſ. 338. num. 17. & 699. num. 17. part. 2. recent.*

9 Non tamen habent executionem paratam adversùs proviſum ab Ordinario, exiſtentem in poſſeſſione: quia iſte dicitur legitimus contradictor ad impediendum ne procedatur executivè vigore literarum Apoſtolicarum, *cap. ſi à ſede, de prabend. in 6.* Dominus Argellus *de legit. contradict. quæſt. 15. num. 103.*

10 Secundò, litteræ Apoſtolicæ non habent executionem paratam contra alium proviſum Apoſtolicum exiſtentem in poſſeſſione. Burat. *deciſ. 842. num. 1.* †

11 Tertiò, non mandantur executioni litteræ Apoſtolicæ, quando ex parte opponentis deducitur exceptio probata, vel incontinenti probanda, per quam jus actoris probabiliter excludatur. Menoch. *remed. 6. adipiſc. poſſeſſ. num. 48.*

12 Quartò dum in eis adeſt clauſula *vocatis vocandis*, quæ facit ut ordinario judicio, & non executivè procedendum ſit; & detur appellatio à decreto executoris cum illa clauſula deputati. Seraphin. *deciſ. 1045.* ubi dicit omnia geſta poſt talem appellationem eſſe attentata.

13 Quintò executor litterarum Apoſtolicarum non poteſt mittere in poſſeſſionem proviſum, niſi priùs citato poſſeſſore, quamvis ille eſſet intruſus: per

14 text. *in cap. licèt Epiſcopus, de prabend. in 6.* † & ſi executor procedat non vocato poſſeſſore, datur appellatio quoad utrumque effectum. Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 9. in annotat. n. 227.* Quoties enim poſſeſſio non eſt vacans, judex aut executor tenetur citare poſſeſſorem, & judicis partes aſſumere: aliàs datur appellatio tam devolutiva, quàm ſuſpenſiva. Garſ. *de benefic.*

15 *part. 6. cap. 2. n. 143. & 159.* † Et hoc procedit quamvis in literis non adſit clauſula *vacato*, &c. Pariſ. *de reſignat. lib. 11. q. 10. n. 33.* Et ita aliàs obtinui in poſſeſſorio pro R. D. Ioanne Stequa, anno 1624. ſuper quodem canonicatu Sancti Petri hujus Civitatis; quamvis in petitorjo dixerim eum non eſſe fundatum.

16 Sextò, literæ Apoſtolicæ non mandantur executioni, niſi priùs fuerint juſtificatæ. Quod cum hac diſtinctione intelligendum eſt: nam ſi adeſt legitimus contradictor, gratia debet omninò, & formiter juſtificari, parte citatâ. Mohedan. *de renunciat. deciſ. 35. per tot.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 12. de probat. num. 1.*

17 & 4. Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 9. in annotat. num. 228.* †

18 Et tota narrativa probari debet; † niſi alternativè propoſiti fuiſſent duo vacationis modi: tunc enim alterum probare ſufficit. Seraphin. *deciſ. 911. num. 7. verſic. Quare concluſum.* Marcheſan. *de commiſſionib. part. 1. in deciſ. inſerta fol. 478. deciſ. 57. num. 2. & 3.* Rot. *recent. deciſ. 379. num. 5. part. 1.* ubi tamen hoc limitat, ut non procedat quando deinde conſtat quod gratia eſt reſtricta ad unam tantùm partem alternativæ.

19 Et quod plus eſt, narrativa juſtificari debet, quamvis conſiſteret in negativa, quæ tamen ex ſe improbabilis eſt. Ludoviſ. *deciſ. 242.* & *ibi* Addent. †

20 Dantur enim modi negativam probandi, veluti ex confeſſione partis. Pacian. *de probat. lib. 1. capit. 38.*

21 *n. 2.* † veluti probatio negativæ clericatus ſit ex eo, quod quis dixit ſe non eſſe clericum. Boër. *deciſ. 171. num. 18.* Eodem modo probatur negativa non factæ publicationis, ſcilicet ſi pars confeſſa fuerit publicationem factam non eſſe. Ludoviſ. *deciſ. 210. num. 4.* Quarant. *in ſumma Bullar. in verb. Benefic. reſigna-*

tor, publicatio, num. 18. Reliqua de probanda negativa videri poterunt apud Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 38. & ſequentibus, uſque ad 55.*

Si verò nullus adeſt contradictor legitimus, ſufficit quod judex extrajudicialiter ſe informet ſuper juſtificatione. Addent. ad Burat. *deciſ. 842. n. 10.* 22

Reliqua quæ concernunt executionem literarum Apoſtolicarum, fusè exponuntur per Illuſtriſſimum Dominum Archiepiſcopum Angelum *in tract. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 19. artic. 1. & ſequentib.* 23

§. 2.

De Executoribus literarum beneficialium in forma gratioſa, & in forma dignum.

1 *Executorem deputatum eſſe in forma gratioſa quomodò cognoſcatur, & quæ ſit hujus commiſſionis forma.*

2 *Quomodo commiſſio data cenſeatur executori in forma dignum, & quæ ſit hujus commiſſionis praxis.*

3 *Quænam ſit commiſſio* in forma dignum noviſſima.

4 *Executor* in forma dignum *quomodo ad ſuæ commiſſionis executionem procedere debeat.*

5 *In Gallia commiſſarii* in forma dignum, *non cognoſcunt de veritate narratorum, ſed ſolùm de idoneitate proviſi.*

6 *Quando executor recuſat providere, ad quem recurrendum ſit in Gallia iuxta ſtilum Curiæ Toloſanæ, diverſum à ſtilo Curiæ Parlamenti Pariſienſis.*

7 *Gratia* in forma dignum, *non tribuit ius in re, ſed tantùm ad rem: & continet tantum mandatum de providendo.*

8 *Hæc gratia* in forma dignum, *non eſt conditionalis, ſed ſolùm per eam ſuſpenditur executio.*

9 *Gratia conceſſa per hæc verba.* Quatenus ſit idoneus, *non redditur conditionalis; ſed ſi dictum fuerit*, ſi tibi conſtiterit illum eſſe idoneum.

10 *Per proviſionem factam* in forma dignum, *executio non eſt conſumpta, donec executio perfecta fuerit.*

11 *Si executor* in forma dignum *proviſum minùs declaraverit, cùm tamen non eſſet, omnia dicitur adimpleta.*

12 *Si commiſſio* in forma dignum *data fuerit tam, Epiſcopus non poteſt in ea ſe intromittere.*

13 *Eodem modo ſi commiſſio fuerit data Epiſcopo, Vicarius non poteſt cognoſcere de idoneitate proviſi.*

14 *Epiſcopus non poteſt delegare Vicario executionem* in forma dignum, *donec commiſſio ipſi Epiſcopo fuerit præſentata.*

15 *Gratia* in forma dignum *non expirat morte Papæ vel alterius illam concedentis, veluti Legati; ſed eo non obſtante procedi poteſt ad illius executionem, ex veriori ſententia.*

16 *Gratia* in forma dignum, *non dicitur facta, ſed facta.*

17 *Diſpenſationes non expirant morte Papæ illarum commiſſionem & executionem committentis, etiam re integrâ.*

18 *Ordinarii quibus commiſſiones ad diſpenſationes datæ ſunt, mortuo committente, etiamſi res integra, imò etiam ſede Pontificia vacante, procedere poſſunt ad diſpenſationem vigore commiſſionis ſibi datæ.*

Execu-

EXecutores pro literis Apostolicis super beneficiis vacantibus, dantur duobus modis. Primò in forma gratiosa, videlicet quando collatio sit immediatè à Papa, vel Legato, nec alteri committitur facienda: quæ literæ in forma gratiosa, secundùm stilum Curiæ Romanæ expeditæ, habent chordas sericas rubei croceique coloris, & tales executores dantur ad partis petitionem personis in dignitate Ecclesiastica constitutis idque sub alia Bulla separata, quæ dicitur executoria, & habet chordas canabis: si tamen executio fiat per Cameram, & non per Cancellariam, tunc in eadem Bulla possunt poni gratiosa, & executoria.

2 Alio modo dantur executores non in forma gratiosa, sed in forma *Dignum*, quando videlicet collatio seu provisio non fit immediatè à Papa, sed ab ipso mandatur fieri provisionem, quatenùs provisus sit idoneus repertus: & tunc expediuntur duæ Bullæ ambæ cum chorda canapis, & executio dirigitur ad
3 Ordinarium, seu ad ejus Officialem. † Et hæc dicitur commissio *in forma dignum novissima*, de qua fit mentio in constitutione Pii V. apud Paris. *de resign. lib. 8. quæst. 7. post n. 196.*

4 Præsentatis Episcopo literis *in forma dignum*, duas ipse facere debet inspectiones. Primò quidem debet videre utrùm narrata in impetratione sint vera, secundò examinare utrùm provisus sit ad beneficium idoneus. Quibus duobus, verificatis debet beneficium illi qui in literis nominatus est, non propriâ, sed Apostolicâ authoritate conferre: ut dicit Paris. *dicto lib. 8. quæst. 7. n. 198.*

5 Sed tamen in Gallia non solent Ordinarii de veritate narratorum cognoscere, sed dumtaxat de capacitate & idoneitate impetrantis, facto diligenti examine & inquisitione; cùm tales executores in Gallia nullam habeant jurisdictionem, nec causæ cognitionem.

6 Quod si Ordinarius cui data est commissio exequi recuset, in arbitrio est impetrantis utrùm malit ad Metropolitanum recurrere, aut eo relicto, unum ex vicinioribus Episcopis adire; sive sint Suffraganei ejusdem Metropolitani, sive non. Quia non refert ex qua provincia fuerit executor, dummodò sit unus ex vicinioribus, prout in Senatu Tholosano observatur & judicatur. Sed Parisiis alio modo Curia judicare solet: nam ad Metropolitanum recurrendum existimat, non autem ad Episcopum viciniorem, teste Addit. ad Paris. *lib. 8. quæst. 7. ad n. 198.*

7 Hæc gratia *in forma dignum*, non tribuit jus in re, sed ad rem: quia solùm continet mandatum de providendo, quatenus impetrans fuerit repertus idoneus. Rot. *decis. 560. n. 3. & 590. n. 3. part. 2. recentior.*

8 † Non tamen propterea gratia sic concessa dici debet conditionalis: quia solùm suspenditur per eam executio, donec provisus repertus fuerit idoneus. Rot. *decis. 523. n. 2. & 3. part. 2. recent.* quidquid in contrarium videatur decisum in Rot. *decis. 711. n. 2. part. 1. recent.* Quia veritas est, quod non est conditionalis quoad substantiam, sed dumtaxat quoad executionem: ut dicit & probat Barbos. *de clausul. capit. 66.*

9 *num. 1.* ubi bene explicat. † Nihilominus tamen videnda sunt verba gratiæ, quomodo sint concepta; siquidem clausula *Quatenus sit idoneus*, non reddit gratiam conditionalem: quia respicit qualitatem præsentis temporis, quæ non potest facere conditionem: ut in *dicto numero 1.* sed si apposita fuerit clausula, *si tibi constiterit illum esse idoneum*, tunc gratia est conditionalis; cùm necessaria sit hoc casu causæ cognitio, & ideo non impletâ conditione, beneficium non remanet affectum: per text. *in Clement. unic. de concess. præb.* & *ibi* Cardin. *numero 11.* Ancharan. *n. 17.*

Non tamen dicitur consumpta vacatio per provi- 10
sionem factam *in forma dignum*, nisi priùs illa fuerit executioni demandata. Rot. *decis. 498. num. 2. part. 2. recent.* quamvis Rot. *decis. 635. numro 10. part. 3. recent.* & Gars. *part. 2. capit. 1. num. 145.* dixerint post admissam resignationem & consensum præstitum, beneficium vacare per obitum resignatarii: quamvis resignatio facta sit *in forma dignum*, dummodò resignatarius fuerit in rei veritate idoneus. Sed Ego in beneficiis Galliæ contrarium practicatum audivi, nec casu eveniente privatus fuit resignans jure suo, prout Ego consului in quodam canonicatu Villænovæ secus Avenionem, & consilium meum fuit per viros doctos in civitate Parisiensi approbatum, & resignans retinuit semper possessionem canonicatus, non obstante obitu resignatarii ante captam possessionem, ut alibi dixi. Est tamen verum, quod in casu illo concurrebat alia ratio admodùm relevans: quia videlicet non constabat resignatarium acceptasse collationem, seu resignationem ad sui favorem factam.

Quod si executor deputatus *in forma dignum*, pro- 11
visum idoneum declaraverit, quamvis revera talis non esset; conditio *si sit idoneus*, dicitur adimpleta. Gars. *de benefic. part. 6. c. 2. n. 270.* Staphil. *de litter. grat. tit. quib. mod. expirent litt. ad benefic. § sextò principaliter, n. 1. & 2.*

Si commissio hæc data fuerit Vicario, seu Officia- 12
li Episcopi, non potest Episcopus de illa se intromittere, & processuræ coram eo factæ hoc casu nequidem titulum præberent coloratum, nec ita provisus posset juvari regulâ *de triennali*: ut contra Navarr. tenet Gars. *de benefic. part. 6. c. 2. n. 20. & 21.* faciunt tradita per Sanch. *de matrimon. lib. 8. disput. 27. numer. 30.*

Et è converso non potest Vicarius se intromittere 13
si commissio data esset Episcopo, nisi mediante delegatione sibi per Episcopum factâ post præsentatam sibi commissionem, & non ante: † quia nondum 14
præsentatâ sibi commissione, non habet jurisdictionem actu, nec habitu; & per consequens quod non habet, alteri delegare non potest. Gars. *ibid. n. 22. & 23.*

Gratiam autem *in forma dignum*, re integrâ, morte Papæ illam concedentis expirare consuêre plurimi: ut per Ricc. *collect. 1587.* Sed tamen contrarium verius est, nempe per mortem illam concedentis non expirare: ut *ibidem* Riccius probat. † Et ratio est, 16
quia gratia ista dicitur facta, & non facienda, & ut suprà diximus *num. 16.* per eam datur jus ad rem, licèt non in re: & sic intrat dispositio text. *in capit. si super gratia, de offic. delegat. in 6.* † Vnde eadem ra- 17
tione concludendum est, dispensationes quæ conceduntur committendo in partibus ordinariis, ut dispensent, constito sibi de veritate narratorum, non expirare morte Papæ concedentis re integrâ. Ricc. *ibid. verfic. ex quibus omnibus.* † Et ideò Ordinarii possunt 18
procedere ad executionem talium dispensationum, etiam sede Apostolicâ vacante. Sanch. *de matrimon. lib. 8. disput. 30. num. 11.* Gars. *de benefic. part. 6. capit. 2. num. 312.* Eodem ergo modo procedere possunt ad executionem commissionis *in forma dignum*. Gars. *loc. cit. n. 300.*

§. 3.

De gratia si Neutri, si Nulli, si Alteri.

1 *Gratia* si neutri, *duo requirit, nempe beneficii vacationem, & quod neutri litigantium jus competat.*

2 *Quæ ſit differentia inter has tres clauſulas*, ſi neutri, ſi nulli, ſi alteri.

3 *In gratia* ſi neutri, *requiritur vacatio beneficii de præſenti.*

4 *Limitatur, niſi in hac gratia apponantur verba futurum tempus reſpicientia, vel clauſula*, & aliàs quovis modo : *tunc enim ſufficit ad hanc gratiam futura vacatio.*

5 *Sicut piſcis non poteſt eſſe ſine aqua, ſic gratia* ſi neutri, *ſine lite præexiſtenti.*

6 *Gratia* ſi neutri *eſt nova proviſio, & in ea fieri debent omnes expreſſiones, ſicut in beneficiorum proviſionibus.*

7 *Gratia* ſi neutri *non purgat vitia præterita.*

8 *Lis quando dicatur finita ad hoc ut non ſit locus gratiæ* ſi neutri.

9 *Quando præſentatus à majori parte Patronorum impetrat gratiam* ſi neutri, *non debet annullari præſentatio facta à majori parte Patronorum.*

10 *Non debet fieri derogatio juriſpatronatus, quando præſentatus à majori parte obtinet gratiam* ſi neutri.

11 *Si Patroni præſentaverint, ſed nulliter, non eſt opus in gratia* ſi neutri, *apponere derogationem juriſpatronatus.*

12 *Gratia* ſi neutri *facit, ut poſſeſſor non poſſit excludere actorem per non tus ipſius.*

13 *Titulus anterior niſi fuerit validus & juſtificatus, non facit ceſſare gratiam* ſi neutri.

14 *Gratia* ſi neutri, *quæ datur acceſſoriè ad gratiam principalem, cenſetur data ſub eadem narrativa.*

15 *In gratia* ſi neutri *debet fieri mentio proviſionis adverſarii, & annalis poſſeſſionis ipſius, aliàs gratia eſt nulla.*

16 *Suſtinetur gratia* ſi neutri, *ſi conſtet Papam illam conceſſurum fuiſſe, etiam non narrata proviſione, & poſſeſſione annali adverſarii.*

17 *Lis de facto ſufficit ad validitatem gratiæ* ſi neutri.

18 *Gratia* ſi neutri, *non valet ſi narratum fuerit beneficium vacare per reſignationem, & reſignatio non fuerit publicata : quia tunc non vacat illo modo ; ſed vacat ob non publicationem.*

1 CLauſula, ſeu gratia *ſi neutri*, duo neceſſariò requirit: primò quod beneficium vacet: ſecundò quod nulli litigantium jus competat. Et ideo jus hujus gratiæ pendet à futuro eventu. Rot. *deciſ.* 726. *n.* 1. & 3. & *deciſ.* 10. *n.* 5. *deciſ.* 105. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* Non enim hanc gratiam ſuffragari, niſi adſit vacatio, de ciſum fuit per Rotam *in recentior. locis cit. & alibi paſſim.* Patiſ. *de reſign. benefic. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 26. veluti ſi reſignatio facta fuerit nulliter in favorem certæ perſonæ. Idem Patiſ. *lib.* 1. *q.* 3. *num.* 64. Eſt enim gratia conditionalis, hoc eſt, ſub illa conditione conceſſa, quatenus beneficium ſit vacans. Patiſ. *dicto lib.* 1. *q.* 3. *num.* 105.

2 Sed notandum eſt ſecundo loco, magnam eſſe differentiam inter has tres formulas, *ſi Neutri, ſi Nulli, & ſi Alteri* : ſiquidem gratia *ſi neutri*, locum habet quando neutri duorum collitigantium jus competit in beneficio : gratia verò *ſi nulli* dicitur, quando ſunt tres vel plures ſuper eodem beneficio litigantes, & nullus ex eis jus habet : Gratia verò *ſi alteri* datur, quando unus ex collitigantibus obtinuit tres ſententias conformes, quibus beneficium fuit illi adjudicatum; & tamen jus non habet in illo beneficio, quia nova ſupervenit cauſa poſt ſententiam quæ ignominiam à collitigante condemnato, veluti propter hæreſim, aut ſimoniam : tunc enim ſi talis cauſa probetur, impetrans obtinebit vigore clauſulæ *ſi alteri* : ita explicat Barboſ. *de clauſul. c.* 164. *n.* 2. & 3.

Tertiò notandum eſt, quod ita requiritur vacatio in beneficio impetrato vigore gratiæ *ſi neutri*, ut illa neceſſaria ſit de tempore datæ, neque ſufficiat vacatio poſtea ſuperveniens. Mohedan. *deciſ.* 33. *de prebend.* Rot. *deciſ.* 824. *lib.* 3. *part.* 3. *diverſ.*

Quod tamen limitatur duobus modis. Primò, niſi in tali proviſione apponantur verba reſpicientia tempus futurum : ſecundo, quando apponitur clauſula, *& aliàs quovis modo* : quia tunc gratia refertur etiam ad vacationem poſtea ſupervenientem. Gomeſ. *ad regul. de republicand. reſignat. q.* 16. *in fine.*

Quartò, hæc gratia non ſolùm ſupponit vacationem, & non jus, ut ſuprà expoſitum eſt, ſed etiam requirit omninò litem præexiſtentem : & ſicut piſcis non poteſt eſſe ſine aqua, nec gratia *ſi neutri* ſine lite. Barboſ. *de clauſul. c.* 174. *n.* 7.

Quintò, hæc gratia habet vim novæ proviſionis. Patiſ. *de reſignat. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 104. & *lib.* 10. *quæſt.* 2. 101. & 102. ideo in hac gratia eædem expreſſiones fieri debent, quæ fierent in aliis gratiis beneficialibus. Gomeſ. *ad regul. de Annal. quæſt.* 28. *verſ. præterea.*

Vnde gratia iſta non purgat vitia præterita, nec in illis aliquid diſponit, prout eſt de natura novæ proviſionis. Patiſ. *de reſignat. dict. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 101. & 102.

Sextò, cùm lis neceſſariò præexiſtere debeat ut obtinendam hanc gratiam; videndum eſt an, & quomodo lis dicatur finita ad effectum excluſionis in jus gratiæ: & reſpondendum eſt, ad hoc ut lis dicatur finita per ſententiam, & rem judicatam, inſpiciendum eſſe utrùm ille, in cujus favorem lata fuit ſententia, fuerit in poſſeſſione tempore prolationis ſententiæ : nam ſi adverſarius poſt ſententiam attentando apprehenderit poſſeſſionem, lis non dicitur extincta : ad hunc ergo effectum extinctionis litis, requiritur quod nulla ampliùs adſit lis juris vera, ſive de facto : hæc ex Mantic. *deciſion.* 99. *num.* 3. & 4.

Septimò in hac gratia ſeu reſcripto *ſi neutri*, quando agitur de duobus præſentatis à diverſis partibus, & ille qui à majori parte eſt præſentatus, alius ille impetrare ; non debet annullari alia præſentatio facta à minori parte Patronorum : quia ex quo præſentant ut ſinguli, valet præſentatio cujuſlibet. Rebuff. *in prax. in tit. de reſcript. ſi neutri, num.* 31. † qui ſubdit hoc caſu non eſſe opus derogatione juriſpatronatus : quia omnes præſentaverunt & functi ſunt officio ſuo, licèt diverſos præſentaverint : & in hoc reſcripto derogari poteſt patronatus laicali, ut per Rebuff. *ibid. numero* 5. Ratio eſt, quia jam Patroni conſenſerunt in illa vocatione. † Eodem modo, quando Patroni præſentaverunt, ſed nulliter ; non eſt opus derogatione juriſpatronatus : quia Patroni jam functi ſunt officio ſuo. Rebuff. *in prax. in* 3. *part. ſignatur. numer.* 19.

Octavò, hujus gratiæ effectus eſt, ut poſſeſſor non poſſit actorem excludere ob non jus ipſius. Garſ. *de benefic. part.* 6. *capit.* 2. *num.* 215. quia in tali gratia conſtat de jure actoris; cùm illius ſatis appareat eo ipſo quòd non conſtat de juſtificata rei proviſione. Garſ. *loco citato, n.* 216. *in fin.* Et ſic

dicit quod licèt opponatur adversùs impetrantem gratiam *si neutri*,de titulo anteriori ; non tamen cessat effectus hujus gratiæ, nisi titulus ille anterior deceatur validus & justificatus.

14 Nonò advertendum est,quod duobus modis gratia *si neutri* impetratur. Primo quidem accessoriè ad aliam gratiam principalem. Secundo per se & principaliter,ac independenter ab alia gratia.Si detur accessoriè, censetur concessa sub eadem narrativa sub qua concessa est gratia principalis,& venit justificanda , quia sumit vires ex corpore gratiæ principalis. Seraphin. *decis.*1470. *num. ult.*

15 Decimò , gratia *si neutri* nulla est,si in ea non fiat mentio provisionis adversarii ; sicut etiam quando non fuit expressum, adversarium beneficium contentiosum per spatium unius anni pacificè possedisse. Rot. *decis.*105.*num.*1.*part.*2.*recentior.*

16 Sed tamen si ex conjecturis colligatur summum Pontificem , etiam illis non narratis , fuisse concessurum gratiam ; provisio sustinebitur : quia , aut is contra quem impetratur , habet provisionem validam;& hoc casu non est agendum de gratia *si neutri*, quæ supponit adversario jus nullum competere : aut provisionem habet inualiam ; & hoc casu necesse non est fieri de ea , in impetratione hujus gratiæ , mentionem. Rot. *decis.*105.*num.*3. *part.*2.*recentior.*

17 Vndecimò, ad validitatem hujus gratiæ, litis quidem requiritur præexistentia (ut supradictum est) sed sufficit adesse litem & controversiam de facto, licèt non adsit lis juridica , & vera. Mantic. *dicta decis.*99. *num.*4. Ludovis. *decis.*84. *num.*1. *ubi* Addit. Si tamen adesset defectus jurisdictionis in Iudice , tunc non posset prætendi adesse litem etiam de facto. Addit.ad Ludovis.*decis.*94.*num.*10.*versic.si tamen adesset.*

18 Vltimò ut cætera omittamus,ista gratia *si neutri*, non dicitur justificata , si fuerit expressum , beneficium vacare per resignationem ; & tamen resignatio non fuit publica : quia tunc beneficium non vacat per resignationem , sed tantùm ob non publicationem ; & eo modo debebat impetrari, quia debet specialiter exprimi modus vetus vacationis ; quamuis resignatio facta fuerit in manibus collatoris inferioris : & dum exprimitur vacare per resignationem , debet intelligi de resignatione valida , qualis non est illa quæ non fuit publicata. Mantic. *decis.*347. *per tot.*

§. 4.

De Rescripto , Perinde valere.

1 *In quo consistat substantia rescripti* Perinde valere.

2 *Quomodo differant inter se rescriptum* Perinde valere,*& nova provisio.*

3 *Gratia* perinde valere *insufflat spiritum priori gratiæ demortuæ.*

4 *Gratia* perinde valere,*nihil prodest, quando prima gratia continet nullitatem , veluti si sit subreptitia.*

5 *In gratia* perinde valere,*omnes defectus prioris gratiæ in specie sunt exprimendi, alias non sanantur.*

6 *Quando* perinde valere *continet aliquem defectum, debet obtineri aliud* perinde valere , super primo perinde valere.

7 *Gratia* perinde valere, *non potest nocere tertio cui intermedio tempore jus fuit quæsitum.*

8 *Papa nunquam censetur derogare iuri tertio quæsito : quod maximè in beneficiis sitis in Gallia observatur.*

9 *Si obtineatur rescriptum* perinde valere *super gratia coadiutoriæ propter aliquem illius defectum , non exigitur in hac secunda novus coadiuti consensus.*

10 *Gratia* perinde valere , *seu revalidatoria, non est omninò nova gratia , sed est veluti quædam appendix primæ.*

REscriptum *Perinde valere* impetratur , quando quis obtinuit à Papa gratiam , seu provisionem alicujus beneficii , quam dubitat aliqua ratione esse invalidam , seu impugnari posse ; tunc recurritur ad eundem ad Papam obtinendam gratiam , ad hoc ut provisio prima æquè valida sit , ac si primò omnia requisita interveniissent. † Differt à nova provisione quæ datur , quando prima gratia fuisset obtenta ab alio quàm à summo Pontifice; sed *perinde valere* datur quando ipsemet Papa primam gratiam concessit. Rebuff.*in praxi,part.*2.*capit.*1.*de rescript.Etiam, & Perinde valere , num.*3. *&* 6. Hæc itaque gratia fulcit priorem concessionem corruentem , & moribundæ insufflat spiritum vitæ : ut dicit Corrad. *in prax. dispensat. lib.*8. *cap.*5. *num.*40. 1 2 3

Intellige ut hoc verum sit , quando principalis gratia modum est collapsa : nam si ipsa nullitatis aut subreptionis vitium haberet , aut causæ defectum pateretur ; sanè sicut prima & principalis gratia nulla est , ita & corrueret ista accessoria : quia sublato principali rescripto , tolluntur omnes clausulæ , & concessiones accessoriæ : ita Marius Antonin. *lib.*1.*var.resolut. capit.*105.*numero* 7. ex doctrina Paris. *de resignat. lib.*1. *quæstion.*11. *numero* 46. † Et ideo necesse est omnes defectus exprimi in hac gratia , qui intervenerunt in prima : alioquin non sanantur per hanc secundam , nisi quatenus expressi fuerint in ea. Corrad. *loco citato , numero* 43. † ideo in hac expressione si adsit aliquis defectus , obtineri debet *perinde valere, super alio perinde valere. Ibidem num.*44. 4 5 6

Sed notandum est, istud *perinde valere*,non nocere tertio impetranti : quia fictio retrotractiva nunquam operatur in præjudicium tertii , cui intermedio tempore jus fuit quæsitum , ut ostendi *in meis quæstion. civilib quæst.*58. *num.*9. Et quamuis Lotter. *de re benefic. lib.*2. *quæst.*54. *num* 62. subtiliter argumentetur in contrarium;tamen hæc vera est & indubitata sententia : † quia Papa nunquam solet , aut vult derogare juri tertio quæsito. Marc. *de clausul. part.*1. *cap.*321. *num.*3. Antonin. *dicta resolut.*105. *num.*5.*part.*1. plures allegat Barbos.*claus.*100.*num.*6. Rebuff.*d.cap.*1.*de rescript. Etiam, & Perinde valere, num.*27.Bouchel.*in summ.beneficiar.in verb.Rescript.* dum agit de hac gratia , *versic. au reste.* Hoc itaque observandum est ubique , & maximè in Gallia, juxta DD. prædictos. 7 8

Sed pulchrum est dubium , utrùm coadjutoriæ gratiâ exittente defectuosâ , vel nullâ , requiratur novus consensus coadjuti ad obtinendam gratiam *perinde valere.* † Resolutio est , non requiri in ista gratia revalidatoria novum consensum : quia præsumitur durare cùm semel fuerit præstitus, nisi contrarium probetur : tum quia si per primum actum non satisfit menti disponentis , intelligitur de secundo : tum etiam quia gratia revalidatoria non est res toraliter nova,sed quoddam adjunctum primæ. Rot.*decis.*266.*num.*3.*part.*3.*recentior.* 9 10

§. 5.

De ſubrogandis collitigantibus.

1 *Subrogatio duplex eſt; una gratioſa, alia rigoroſa: & quid ſit gratioſa.*
2 *Subrogatio rigoroſa quid ſit, & in quo differat à gratioſa.*
3 *Lis calumnioſa utrùm ſit ſufficiens ad ſubrogationem, quando calumnia eſt evidens.*
4 *Lis nulliter proſequuta non eſt ſufficiens ſubrogationis fundamentum.*
5 *Subrogatio utrùm detur impetranti per privationem, & ſub quibus clauſulis.*
6 *Lis ſuper poſſeſſorio non præbet cauſam ſufficientem ad ſubrogationem.*
7 *Subrogato gratioſè an concedenda ſit immiſſio in poſſeſſionem.*
8 *Nihil intereſt utrùm ſubrogatio concedatur ad partes, vel cum gratia principali.*

DE ſubrogatione nonnulla diximus *lib.1. quæſt. benefic.capit.28.* quæ hîc non repetimus.

1 Paucis dicendum eſt, duplicem eſſe ſubrogationem, quarum una gratioſa, alia rigoroſa nuncupatur. In gratioſa, tria ſunt probanda: primò, obitus defuncti in poſſeſſione: ſecundò, Clericatus impetrantis: tertiò quod beneficium ſit reſervatum, aut litigioſum Rot. *in recentior. part.1. deciſ.154. numer.1.321. num.1.629.num.1.& 700.in princip.*

2 Subrogatio verò rigoroſa dicitur, quando Papa non dicit *ſubrogamus*, ſed utitur hæc clauſula, *ſubrogari mandamus*: & hæc requirit miniſterium judicis, qui partes audiat. Et non ſolùm dicta tria requiſita ſubrogationis gratioſæ ſunt juſtificanda; ſed etiam jura partium ſunt diſcutienda, & examinanda. Rot. *deciſ.378.num.1.& 2.& 429.num.1.& 2.eadem part.1. recentior.*

3 Subrogatio autem non datur quando lis eſt calumnioſa, Rot. *deciſ.342.num.7.part.1.recentior.* Intellige quando dicta calumnia eſt evidens; nam ceſſante evidenti calumniâ, locus eſt ſubrogationi. Rot. *deciſ.261.num 5.part.2.recentior.*

4 Similiter quando in litis proſequutione adeſt nullitas, non eſt locus ſubrogationi. Rot. *deciſ.261. num.2. & 3.part.2.recentior.* Calumnia tamen aut nullitas debet eſſe evidens: ſi enim ſit aliquis color excluſivus nullitatis aut calumniæ, non impeditur. ſubrogatio: pro qua obtinenda ſufficit non conſtare evidenter de non jure, & prætenſione omninò diſcolorata. Ludoviſ. & *ibi* Addent. *deciſ.426.num.11.* Rot. *deciſ.167.num.20.part.4.recentior.num.3.*

5 Impetranti autem per privationem non conceditur ſubrogatio, niſi poſt latam unam ſententiam privationis. Gomeſ. *ad regul.de ſubrogand.collitig.quæſt. 7.numer.4. in fin. verſic. limitantur tamen.* Et multò magis conceditur quando latæ ſunt duæ ſententiæ. Ludoviſ. *deciſ.426.in fin.* Ideo ſolet in ſupplicatione apponi, quando petitur ſubrogatio impetranti per privationem, hæc clauſula: *Et cum decreto quòd ſi privandus metu privationis poſt accuſationem, & inſcriptionem beneficium hujuſmodi in alterius quàm oratoris favorem reſignaverit, Iudices nihilominus ad executionem literarum privationis procedere poſſint, perinde ac ſi reſignatio hujuſmodi minimè facta fuiſſet.* Et Referendarii ſolent addere *poſt primam vacationis ſententiam.* Super quibus videri poterit Coxier *ad regulam.28. numero 53.* Ted ob clauſulam *quovis modo*, datur ſubrogatio, etiamſi beneficium vacet per privationem. Seraphin. *deciſ.1055. num.5.*

Sed lis ad effectum ſubrogationis debet eſſe ſuper titulo, non autem ſuper poſſeſſorio; quia per eam non inducitur vera litiſpendentia: Et ideo non impeditur quo minus Ordinarius alteri conferre poſſit. Cod. Fabrian. *libro 1.tit.2. de ſacroſ. Eccleſ. deciſ. 70. numero 5.* quæ tamen doctrina intelligenda eſt ut procedat, ſi ſimpliciter ſummo Pontifici narratum fuerit adeſſe litem; ſi enim narrata fuerit lis in poſſeſſorio, ſufficit illam verificare prout narrata fuit: & intrat ſubrogatio data lite in poſſeſſorio tantùm. Seraphin. *deciſ.990.num.7.in princip.* Addit. ad Bonac. *deciſ.927. num.30.*

Effectus gratioſæ ſubrogationis eſt, ut ſic ſubro- 7
gato detur immiſſio in poſſeſſionem defuncti non controverſam, etiam vigore clauſularum generalium, ex quibus derogatio ortum habet. Rot. *deciſ. 570.n.1.part.1.recentior. & deciſ.401.n.1.& 2.part.2. recentior.* probatis tamen dictis tribus requiſitis, nempe obitu defuncti in poſſeſſione, clericatu impetrantis, & reſervatione; quam reſervationem tenetur ſemper probare ſubrogatus, dum petit ſe immitti in poſſeſſionem vigore ſubrogationis, tradit Illuſtriſſimus Dominus Argellus *de legitim. cõtradict. q.17.n.10.* ubi dicit hoc ex infinitis deciſionibus probari, 8 Nec
que refert ſive ſubrogatio ſit expedita cum gratia principali, ſive ſeparatim ab ipſa, quia ſemper concedenda eſt immiſſio ſubrogato gratioſè, abſque alia narratorum juſtificatione, probatis prædictis tribus requiſitis, ut in *dicta deciſ.401.num.3.part.2.recentior.*

§. 6.

De Electione, Nominatione, Confirmatione, & Tranſlatione.

1 *Electio quid ſit, & quid confirmatio.*
2 *Quando electio ſola vim confirmationis obtinet.*
3 *Collativa beneficia quæ ſint, & quæ electiva.*
4 *Poſtulatio quid ſit, & quod à maiori parte Capituli fieri debeat.*
5 *Poſtulatus exercere non poteſt ante admiſſionem à ſuperiore poſtulationem; alioquin poſtulatio eo modo poſtulationis, & poſtulantes incapaces pro illa vice privantur.*
6 *Qui poteſt eligi poteſt poſtulari, ſed non contra.*
7 *In electione poſt publicatum ſcrutinium votum licet; ſed in poſtulatione ſecùs, donec Superior fuerit præſentata.*
8 *Electio ante confirmationem, & præſentatio ad inſtitutionẽ quæritur ius ad rem; ſed non ius in re.*
9 *Poſtulato nullum omninò ius acquiritur ante deliberatam Superioris voluntatem.*
10 *Tranſlatio quid ſit.*
11 *Epiſcopus de Eccleſia ad Eccleſiam ſine ſumm. Pontificis authoritate transferri non poteſt.*
12 *Epiſcopus ſi ſe propria authoritate tranſferat de Eccleſia ad Eccleſiam, ab utraque deponitur.*
13 *Epiſcopus poſt conſenſum tranſlationi præſtitum utrium amittat poſſeſſionem primi Epiſcopatus, donec fuerit in poſſeſſione ſecundi.*
14 *Capitulum poteſt deputare Vicarium Capitularem ſtatim ubi Epiſcopus ſua tranſlationi conſentit ſit; etiamſi nondum adeptus ſit poſſeſſionem Epiſcopatus, ad quem tranſlatus eſt.*
15 *Conſenſus Epiſcopi ſuæ tranſlationi præſtitus probatur conjecturis.* 16 In

16 *In Gallia non vacat possessio Episcopatus donec litteræ secundi Episcopatus fuerint factæ, & Capitulo præsentatæ : & n.19.*

17 *Si tamen Episcopus distulerit sive impedimento, litteræ habebuntur pro præsentatis.*

18 *In Gallia quod dicatur ligitimum impedimentum, ut Episcopus litteras suæ translationis præsentet.*

20 *In Hispania etiam Episcopus ante præsentatas suæ translationis litteras, non amittit possessionem primi Episcopatus.*

21 *Nominatio quædam est solemnis, quædam minus solemnis, & qua sit illarum efficacia.*

22 *Electio non potest fieri nisi per scrutinium secretum.*

23 *Octodecim requisita ad validitatem electionis. Remissivè.*

24 *Electio postquam semel fuit confirmata, non potest amplius de eius validitate dubitari.*

25 *Intellige ut hoc procedat adversùs eligentes, non autem in præjudicium tertii, qui electioni non intervenit.*

26 *Non admittitur tertius impugnans electionem ex certa scientia à summo Pontifice confirmatam.*

27 *In electione testes non sunt adhibendi.*

28 *Scriptura privata libri capitularis probat electionem.*

29 *Attestatio Capituli sufficienter probat electionem.*

30 *Publicatio electionis sufficit quod fiat per unum ex capitularibus.*

31 *Potest quis seipsum eligere quando electio spectat plures.*

32 *Electus in absentia debet electionem acceptare intra tres menses.*

33 *Electio antequam fuerit acceptata tribuit tantùm jus ad rem : ideò tertius potest interim impetrare.*

34 *Collatio beneficii ante acceptationem tribuit jus ad rem, non in re.*

ELectionis materia amplissima est; sed paucis quædam notabilia magisque scitu necessaria exponemus.

1 In primis supponendum est diversos esse terminos Electionis, Confirmationis, Postulationis, Translationis, & Nominationis. Electio est alicujus personæ ad Prælationem facta vocatio, concordibus Electorum sufftagiis, seu majoris partis ipsorum legiti-
2 mè congregatorum, & servatâ juris formâ † Confirmatio est Electionis per Superiorem ad id potestatem habentem approbatio : quandoque tamen Electio vim habet confirmationis, nempe quando Capitulum eligit simul & confert, nullâ aliâ Superioris expectatâ approbatione. Tusch. *Litt. E, conclus.* 90. *n.* 3.
3 & 4. † unde aliqua dicuntur beneficia Electiva collativa, alia electiva confirmativa. Primi generis sunt ea in quibus nulla Superioris exigitur approbatio; sed electio vim confirmationis habet. Secundi generis sunt in quibus approbatio Superioris exigitur : quod copiosius explicavimus *lib.* 1. *quæst. benefic.* 20. *n.* 6. *& seqq.*

4 Postulatio est illius quem eligentes ob aliquem defectum eligere non possunt, apud summum Pontificem ex ejus mera indulgentia requisito, quæ debet fieri à majori parte Capituli; aliàs Superior potest postulationem reiicere, & reiiciendo nemini facit in-
5 juriam : *c. postulationem, de postulat. Pralat.* † neque potest postulatus exercere aut administrare ante admissam à Superiore postulationem. Roman. *consil.* 330. *num.* 20. 21. *& sequent.* alioquin & postulatus omni commodo postulationis privatur, & postulantes facultate postulandi, vel eligendi : & fit pro illa vice devolutio ad Papam & sedem Apostolicam. Ro- 6
man. *ibid.* & Tusch. *litt. P, conclus.* 459 † Postulatio nititur gratiæ, electio verò justitiæ : & qui potest eligi, potest & postulari; sed non è contra. Tusch. *litt. E, conclus.* 59. *num.* 11. *&* 12. Exemplum postulationis adduximus *lib.* 1. *quæst. benef. cap.* 18. *num.* 5. *&* 6.

In Electione non licet variare publicato scrutinio; 7
sed collatio facienda est, & electio celebranda : *cap. publicato* 58. *de Election.* In postulatione verò licet variare, & ab ea recedere, donec fuerit Superiori præsentata : DD. in *dicto cap. publicato,* † quia electo 8
ante confirmationem, sicut & præsentato ante institutionem quæritur jus ad rem; licèt non quæratur jus in re : *capit. qualiter* 17. *de elect. capit. avaritiæ* 5. *eod. tit. in* 6. *Extravag. iniunctæ, de Elect. in communib.* Ioann. Escob. *in tract. de nobilit. prob. quæst.* 7. *n.* 29. 34. *& sequent.* Sed per postulationem nullum jus ac- 9
quiritur postulato, ante declaratam Superiotis voluntatem : *cap. penult. de postulat. prælat.* Rebuff. *in Concordat. tit. de Reg. nominat. §.* 1. *in verb. postulationem.*

Translatio est alicujus personæ de una Ecclesia ad 10
aliam canonica trànsmutatio. Hostiens. *in sum. tit. de translat. Episcop. in princip.* Episcopus de Ecclesia 11
ad Ecclesiam sine Papæ authoritate transferri non potest : *c.* 1. ibi, *Translationes Episcoporum, de translat. Episcop.* † Et si Episcopus propria authoritate de una 12
ad aliam Ecclesiam se transferat, ab utraque deponitur : *c. quanto. de translat. Episcop. can. si quis Episcopus,* 7. *quæst.* 1.

Sed dubitatum nuper fuit utrùm Episcopus trans- 13
latus post acceptatam translationem, seu consensum illi præstitum, amiserit jus & possessionem primi Episcopatus; an verò expectandum sit donec acquisiverit possessionem secundi Episcopatus ad quem translatus fuit. Hæc quæstio diversimodè soluitur secundùm diversitatem regionum & tribunalium in quibus decidenda proponetur. Nam in Vrbe, & tribunalibus Vrbis, decisio certa est, quod etiam nondum captâ possessione secundi Episcopatus, translatus amittit jura primi à cujus vinculo fuit absolutus : sic enim per sacram Episcoporum Congregationem fuit decisum 14. Decembris 1624 † Et ideo posse Ca- 14
pitulum primæ Ecclesiæ deputare Vicarium, si translatio facta fuerit de ipsius translati consensu, etiam ante adeptam secundæ Ecclesiæ possessionem : ut testatur Barbos. *de iur. Eccles. univers. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 37. Rot. *decis.* 475, *n.* 6. *in fin. part.* 1. *recentior.* † ut *ibidem* 15
Rot. bene probat dicens, consensum probari hoc casu sufficienter ex conjecturis, veluti si soluta fuerit Annata, aut pro consequendo secundo Episcopatu notabiles factæ fuerint expensæ : Idem tenet Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 12. *n.* 21.

Si verò hujus negotii decisio fiat in Tribunalibus 16
Galliæ, contraria opinio prævalebit; nempe non vacare primam Ecclesiam Episcopi translati, donec capta fuerit possessio secundæ, & litteræ Capitulo præsentatæ : per text expressum *in dicto cap. Injunctæ, de Elect.* ibi *Nullique eos ante dictarum litterarum Apostolicarum ostensionem recipiant : & in versic. sequent.* ibi, *si forsan contrà præsumptum fuerit, irritum habeatur.* † Et si Episcopus nullum habuerit 17
legitimum impedimentum præsentandi litteras suæ translationis, habebuntur pro præsentatis, si per ipsum steterit quominus præsententur. Rot. *dicta decis.* 475. *numer.* 14. *& num.* 17. *in fin.* † Legitimum 18

autem impedimentum dicitur in Gallia, ſi proviſus nondum fuerit admiſſus ad juramentum fidelitatis per Regem; prout fuit judicatum in Senatu Pariſienſi die 6. Iulii 1628. ſuper tranſlatione Domini de Nyron Andegaven. Epiſcopi ad Archiepiſcopatum Lugdunenſem: ut refert Tornet *in ſua recollect. Arreſt. Litt. R. num.* 82. † Non vacat igitur prima Eccleſia, niſi prius Bullæ tranſlationis fuerint Capitulo Eccleſiæ, ad quam fit tranſlatio, præſentatæ; prout hoc anno cuidam Epiſcopo in Gallia tranſlato Reſpondi ex doctrina Abbat. *in capit. In noſtra, num.* 11. *de Reſcript.* Pavinius *de offic. & poteſt. capit. ſede vacant. prælud.* 7. *num.* 14. Pariſ. *de reſignat. lib.* 7. *quæſtion.* 21. *num.* 14. *& quæſt.* 23. *num.* 47. Rebuff. *in prax. in tit. de ſimoniac. reſignat. num.* 31. *&* 40. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar.* §. 15. *gloſſ.* 2. *num.* 83. *& ſequent.* 19

Et notandum eſt quod illa conſtitutio *Injuncta*, loquitur in Electo promoto, confirmato, vel conſecrato in Curia ſummi Pontificis: ut advertit Additio marginalis ad Ioan. de Selu. *de benefic. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 1. ubi Ioan. de Selua *in fine dicti n.* 1. notanter dicit neceſſariò requiri quod tranſlatus priùs inducatur in poſſeſſionem: quod & voluit Rebuff. *in Concordat. tit. de Reg. ad prælat. nominat.* §. *Monaſteriis, in verb. vacantibus, verſic. ſexto etiam.* Et ita fuit etiam judicatum nuper in tranſlatione quorundam Epiſcoporum.

20 Quod nemini mirum eſſe debet: quia etiam in Hiſpania, ubi minor eſt Regis circa nominationem ad Epiſcopatus poteſtas, Epiſcopi tranſlati miniſtrant in primo Epiſcopatu, & in ejus poſſeſſione permanent, donec ſecundi aſſequantur poſſeſſionem; ita tamen ut fructus iſtius ſecundi Epiſcopatus percipiant ante poſſeſſionem: ſicque obſervatum fuiſſe in Eccleſia Gienenſi, Burgenſi, Lucenſi, & Segobienſi, teſtatur Nicol. Garſ. *de benefic. part.* 11. *capit.* 6. *numer.* 41.

21 Nominatio triplex eſt. Primò, quædam eſt nominatio minus ſolemnis, quæ fit dum aliquis proponitur eligendus, ut de eo tanquam probo & digno fiat ſcrutinium: & per hanc nullum jus acquiritur nominato: unde Collegium ſeu Capitulum poteſt, nonobſtante hujuſmodi nominatione, ad alterius electionem tranſire: & de hac loquitur text. *in c. quod ſicut,* §. *ſuper eo, de elect.* Secundum nominationis genus eſt, quando capitulantes aliquem eligendum in ſcrutinio electionis nominarunt: & cùm hæc nominatio ſit verbalis, per eam non acquiritur jus nominato: ſed ille qui nominavit, non poteſt alium nominare, & à ſua nominatione recedere, ſaltem publicato ſcrutinio: *c. publicato, de elect.* Franc. Marc. *deciſ.* 925. *n.* 2. *part.* 1. Tertiò, eſt nominatio ſolemnis, quando duo vel plures nominantur Principi, & petitur ut ex his eligat unum: & ex hac nominatione nullum etiam jus quæritur nominatis; ſed poſt præſentatam Superiori nominationem variare non poſſunt. Abb. *in dicto c. quod ſicut,* §. *ſuper eo, de elect. n.* 1. & de hac variatione agit Coſt. *de re integr. diſtinct.* 107. *n.* 2.

22 His ita ſuppoſitis, Dico Electionem, ſeu vocis dationem non niſi ſecretò, & viva voce, vel per ſchedulas ſecretas juxta diverſitatem ſtatutorum vel conſtitutionum faciendam eſſe: *cap. Quia propter, de elect.* Cod. Fabrian. *lib.* 1. *tit.* 3. *definit.* 40.

23 In ſumma, debent intervenire octodecim requiſita, de quibus in *dicto capit. Quia propter*, ex quibus ſi unum deficiat, electio defectu formæ vitiatur: quæ requiſita ſingulariter explicat Lezana *in ſum. regul.*
24 *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 27. † Et electio ſi ſemel fuerit confirmata, quamvis in ea aliquis defectus interveniſſet, non eſſent audiendi opponentes; ſed ipſa valida & legitima remaneret: *l. penult.* §. *fin. ff. de Decurionib. can. nulli,* 54. *diſtinct.* Paſcal. *de patr. poteſt. part.* 4. *n.* 7. Navarius *in allegat. inſerta* apud Ricc. *collect.* 379. *col.* 1.

Intellige ut hoc procedat reſpectu illorum qui 25
electioni intervenerunt, & confirmationi acquieverunt; non tamen reſpectu tertii, qui non impeditur electionem & confirmationem impugnare: ut notat Franc. Marc. *deciſ.* 50. *num.* 7. *part.* 2. quaſi ſicut electio eſt nulla; ita & confirmatio ruinoſo innixa fundamento. † Si tamen Papa ex certa ſcientia electionem 26
nullam confirmaſſet; non eſſet amplius locus reclamandi adversùs electionem. Idem *dicta deciſ.* 50. *numer.* 8. *&* 9. *part.* 2. *& deciſ.* 927. *num.* 6. *& ſequentib. part.* 1.

In Electione Capitulari teſtes non ſunt neceſſarii; 27
imò aliqui DD. exiſtimant conſultius eſſe, ſi non adhibeantur. Ancharan. *in dicto capit. Quia propter, de elect. in* 2. *colum. verſic. ultra Tabellionem vero.*

Imò ſufficit Electionis probatio facta per ſcrip- 28
turam privatam in libro Capituli factam. Franc. Marc. *deciſ.* 1203. *in fin. part.* 1.

Ipſum verò Capitulum teſtificari poteſt Electio- 29
nem factam, vel non factam eſſe. Ancharan. *in c. nonolim, n.* 7. *in* 9. *notabil. de dol. & contumac.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 592. *n.* 2.

Publicatio Electionis ſufficit quod fiat per unum 30
ex capitularibus, quia præſumitur habere mandatum ab aliis præſentibus. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *queſt. n. num.* 61.

Vtrùm autem quis ſeipſum eligere poſſit reſpon- 31
detur affirmativè, quando electio ſpectat ad plures. Mar. Antonin. *lib.* 1. *reſolut.* 51.

Si Electus ſit abſens à loco in quo fit electio, debet 32
illa ipſi intimari, talique electo datur ſpatium unius menſis ad acceptandam electionem, & trium menſium ad obtinendam confirmationem: *c. quam ſit* 6. *de elect. in* 6. Tuſc. *litt. E, concluſ.* 61. *n.* 6. *& tom.* 7. *tract. de jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 146.

Sed ſi ante ejus acceptationem tertius quidam 33
proviſiones obtinuerit à Papa, iſte præferendus eſt Electo: quia poſterior illius acceptatio non retrahitur in præjudicium tertii: & electio tamen fuerit acceptata, tribuit jus ad rem, non autem jus in re. Cod. Fabr. *lib.* 1. *tit.* 2. *definit.* 19. † Sicut do- 34
latio beneficii facta alicui, antequam acceptata non tribuit jus in re; ſed tantùm jus ad rem. Ricc. *in obſerv. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. part.* 2. *deciſ.* 41. *num.* 1.

§. 7.

De Reſignatione.

1 *Dimiſſio beneficii quid ſit, & quomodo differat à reſignatione.*

2 *Qui beneficium incompatibile aſſequitur, non poteſt reſignare primum; ſed dimittere illud tenetur.*

3 *Reſignatio ſimplex ſtatim jus abdicat à reſignante, ſed conditionalis non niſi adimpleta conditione.*

4 *Vtrùm, reſignatario mortuo ante approbationem Epiſcopi, jus à reſignante abdicetur.*

5 *Reſignatario datur manutentio, ſi de ejus provisione diſputetur poſtquam in poſſeſſionem immiſſus fuit.*

6 *Intellige ſi per reſignantem, aut ejus procuratorem conſenſus legitimè fuerit præſtitus.*

7 Pa-

7 *Per resignationem beneficii existentis de jurepatronatus laicali, non abdicatur ius à resignante donec Patronus consenserit.*

8 *Consensus præstitus à procuratore non habente legitimum mandatum, non abdicat ius à resignante; vel si ipse excedat fines mandati.*

9 *Resignanti datur actio spolii adversùs resignatarium, qui adeptus est possessionem in vim mandati nullitatem continentis.*

10 *Si consensus resignationi præstitus sit nulliter, fructus interim spectant ad resignantem.*

11 *Et hoc etiam casu, moriente resignante, beneficium vacat per illius obitum.*

12 *Per resignationem simoniacam ius non abdicari à resignante, sed iterum illum resignare posse, quidam existimant; licèt secus sit in collatione simoniaca.*

13 *Contrarium verius est, nempe resignationem simoniacam ita præiudicare resignanti, ut tertius beneficium impetrare possit.*

14 *Resignatarius ante collationem pœnitere potest, nec hoc casu resignans indiget nova possessione.*

15 *Resignatio in Gallia nulla est, si facta fuerit in vim mandati excedentis annum.*

16 *Mandatum debet esse speciale ad certum beneficium, nec sufficit generale.*

17 *Resignatio imperfecta remanet, si non sequatur acceptatio resignatarii.*

18 *Si Resignatarius moriatur ante acceptationem, beneficium non vacat per obitum resignatarii.*

19 *Si resignans mortuus fuerit in mense reservato, & postea resignatarius moriatur ante acceptationem, semper durat reservatio.*

20 *Plures de resignationibus, eiúsque requisitis quæstiones. Remissivè.*

21 *Pensio super beneficio tertii difficilè reservari potest.*

22 *Pensio, vel pactum, aut conventio in favorem tertii, qui non est in lite, simoniaca est, nisi legitimè à Superiore approbetur.*

23 *Facultas concessa Magno Magistro Ordinis Hierosolymitani admittendi resignationes cum reservatione pensionis, non extenditur ad admittendas pensiones in favorem tertii.*

24 *Vicelegatus Avenionensis amplam habet facultatem quoad resignationes admittendas cum reservatione pensionis.*

25 *In resignatione necesse est, ut resignans in infirmitate constitutus superveniat per viginti dies à die consensus præstiti numerandos: quod exemplis exponitur.*

26 *Consensus præstari debet in loco ubi fit resignatio: ideo non sufficit ad numerationem viginti dierum inchoandam, consensus per procuratoris constitutionem præstitus.*

27 *In numero viginti dierum regulæ de infirmis, dies ipse præstiti consensus computari debet.*

28 *Papa & Legatus, quoad beneficia Galliæ, solent huic regulæ de* infirmis resignantibus *derogare.*

29 *In Gallia semper debet Superior potestatem habens derogare Regulæ* de infirmis resignantibus, *ex mente Rebuffi.*

30 *Quomodò procedatur in Gallia, si recusetur derogatio regulæ* de infirmis resignantibus.

PAuca de hac ampliſſima materia in medium afferemus: cætera partim ad copioſum Pariſii *de Resignationibus* tractatum remittentes; partim ad ea quæ paſſim hìc, & in *primo quæſt. benefic. libro* diximus.

Definitur Reſignatio, ut ſit ſpontanea & libera 1
beneficii obtenti facta coram Superiore dimiſſio. Circa quam definitionem advertendum, dimiſſionis nomen duobus modis ſumi poſſe. Primò in genere, adeo ut reſignationem ex cauſa permutationis, aut in favorem alterius factam comprehendere poſſit. Secundò ſtrictè, & in ſpecie; quando quis dimittit aut deſertit ſimpliciter beneficium: & hoc modo capitur in decreto, quod in proviſionibus beneficiorum incompatibilium per ſummum Pontificem apponi conſuevit, hoc modo: *Et cum decreto quod dictus Orator infra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis ſecundi, ſeu qua per ipſum ſteterit quominus illam aſſequatur; primum dimittere, ſeu iuri competenti cedere in manibus Romani Pontificis tantùm teneatur, &c.* † Quia qui incompatibile beneficium adeptus 2
eſt, & per duos menſes vigore illius decreti illud retinet, non poteſt reſignare; ſed tenetur putè & ſimpliciter illud dimittere in manibus ſummi Pontificis: non autem in favorem alicujus, nec etiam ex cauſa permutationis. Barboſ. *de Epiſcop. part. 3. allegar. 57. num. 78.* Nicol. Garſ. *de benefic. part. 11. cap. 5. num. 61.*

Reſignatio duplex eſt; una pura, alia conditio- 3
nalis. Reſignatione pura & ſimplici per Superiorem admiſsâ, reſignans omni jure privatur; ſed ſi facta fuerit in favorem, requiritur acceptatio illius cui facta eſt reſignatio. Pariſ. *de reſignat. lib. 10. quæſt. 8. num. 1.* Et quod reſignatarius beneficii poſſeſſionem adeptus ſit; alioquin deficiente conditione, deficit & reſignatio. Petr. Gregor. *in inſtitut. rei benefic. c. 28. num. 9.* Rebuff. *in praxi, tit. de reſignattione condit. num. 18.* Pariſ. *lib. 1. cap. 4. num. 74. & cap. 5. n. 37.* Barboſ. *de iur. Eccl. lib. 3. capite 15. num. 75.* Poſt. *de manutent. obſervat. 57. numero 16. & ſequentibus.*

Et propterea non eſt admittenda ſententia Fabri 4
in Cod. *lib. 1. tit. 2. definit. 57.* Videatur Loüet. & *ibi* Addent. *lit. B, num. 13.* † ubi oſtendit quid dicendum ſit, ſi reſignatarius moriatur antequam Ordinarius ſuum *Viſa* interpoſuerit. Maynard. *lib. 1. c. 62. & lib. 8. cap. 3. & 5.* Peleus *lib. 1. actione 30.* Cod. Fabr. *lib. 1. tit. 2. definit. 3. & 84.*

Sed tamen ſi reſignatio prætendatur nulla, poſt- 5
quam reſignatarius immiſſus fuit in poſſeſſionem vigore reſignationis, interim lite pendente danda eſt manutentio reſignatario; cùm etiam ex actu nullo poſſeſſio acquiratur; quandò deventum fuit ad executionem facti: *l. 1. §. ſi uxori, & ibi* DD. *de acquir. poſſeſſ.* Rot. *deciſ. 92. part. 1. recent.*

Quod intelligendum eſt ut locum habeat, quando 6
poſſeſſio capta fuit vigore conſenſus præſtiti per reſignantem; ſecùs ſi illius deficiat conſenſus, veluti quando præſtitus fuit per procuratorem, cuius mandatum expiraverat: tunc enim datur reſignanti actio ſpolii contra reſignatarium; quamvis poſſeſſionem adeptus fuerit. Rot. *deciſ. 423. part. 1. recentior.*

Reſignatio quoque, ſi Patrono contempto facta 7
fuerit, nec illi conſenſum Patronus adhibere voluerit, & agatur de iurepatronatus laïcali, nulla prorſus eſt, nec per eam jus abdicatur à reſignante. Rot. *deciſ. 4. num. 2. part. 2. recentior.* † Idem dicendum 8
eſt, ſi reſignatio facta fuerit à procuratore excedente fines mandati. Rot. *deciſ. 293. num. 1. eadem part. 2.* Maximè ſi in mandato adſit clauſula, *& non alias, &c.* Rot. *eadem part. 2. deciſ. 286. num. 2. & 276. num. 2.* † 9
& hoc caſu datur actio ſpolii reſignanti, *eadem part. 2. deciſ.*

10 *deciſ.542.num.5.* † & fructus pertinent ad reſignantem, non obſtante reſignatione, quæ nullitatis vitio
11 laborat.*deciſ.278.num.7. eadem part.2.* † Et ſi is qui reſignavit moreretur interim, hoc caſu beneficium non vacabit per reſignationem; ſed per obitum. Burat.*deciſ.856.num.1.* Barboſ.*de Epiſcopis,part.2. allegat.19.num.34.* Ludoviſ.*deciſ.441.num.9.*

12 Si autem reſignatio ſit ſimoniaca, dubitari poteſt utrùm per eam jus abdicetur à reſignante? Et videtur quod non, quia reſignatio eſt hoc caſu nulla ipſo jure; & per conſequens non abdicatur per eam jus à reſignante: ſequitur ergo ipſum poſſe iterùm reſignare: ita tenet Rebuff. *in prax part.3.cap.1. de mod. amittend. benefic. num.35. & 36.* Quamus aliud eſſe dicat in collatione ſimoniaca: quia per collationem jus quæritur: ergo collatio facta ſimoniaco nulla eſt: ut per eum, *num.* 37.

13 Contrarium, nempe reſignationem ſimoniacè factam tenere in ipſius reſignantis præjudicium, nec illi dari regreſſum; imò beneficium uti vacans à tertio impetrari poſſe, rejectâ Rebuffi ſententiâ, cenſuit Addit. ad Philip. Dec.*conſil.*118. Addit. ad Louet, *Litt. B, num.*13. *colum.*8. *verſic. ce qui a meſme lieu,* Boër.*deciſ.*117.*num.*4.

14 Quod ſi reſignatarius re integra à reſignatione ſibi facta receſſerit, antequam alteri facta fuerit collatio, poteſt pœnitere, quia actus remanet imperfectus, & reſignans in eodem ſtatu ſemper manet. Boër.*deciſ.*350.*num.*5. nec reſignans admittit jus ſuæ antianitatis, cùm nova non indigeat poſſeſſione. Tournet.*Litt.B, num.*15. Papon.*lib.*2.*tit.*8.*num.*17.

15 Rurſus nulla eſt ipſo jure reſignatio in Gallia, ſi facta fuerit per procuratorem poſt annum à die datæ ſui mandati: quia præſumitur ex diuturnitate temporis citata mandati revocatio. Papon.*lib.*2.*tit.*8. *arreſt.*1. & de hoc adeſt expreſſa Regis conſtitutio, adeò ut nec in poſſeſſorio habenda ſit ratio proviſio-
16 num in vim talium mandatorum factarum. † Sicuti nec earum quæ, fiunt in vim mandatorum generalium; niſi certa beneficia in ſpecie fuerint deſignata. *Confer.des Ordonnanc. lib.*1.*tit.*3.§.19.

17 Item pro nihilo habenda eſt reſignatio, ſi reſignatarius beneficium reſignatum non acceptaverit, quia ante acceptationem jus apud reſignantem remanet.
18 Pariſ. *lib.*1. *quæſt.*8. *num.*5. *& ſequent.* † Vnde ſi reſignatarius moriatur ante acceptationem reſignationis, beneficium non vacat per ejus obitum; ſed tantùm illius vacatio induci poteſt ex perſona reſignantis, à quo jus non eſt abdicatum donec reſignatarius acceptaverit. Gonzal. *ad regul.*8. *gloſſ.*15.
19 §.2. *numero* 6. † Vnde ſi reſignans mortuus fuerit in menſe reſervato, & poſtea reſignatarius moriatur ante acceptationem; ſemper durat reſervatio, quia beneficium vacat ex perſona reſignantis: ut *ibid.* Gonzal. notat: & per conſequens ſi vivo reſignante reſignatarius ante acceptationem moriatur, reſignans in ſuo jure & poſſeſſione manet, non obſtante reſignatione (loquor de reſignatione in favorem: nam in pura aliud ſupra concluſum fuit) ita in hoc caſu & pluribus aliis ſimilibus concludit Barboſ. *de*
20 *jur. Eccleſ.univerſ.lib.*3.*cap.*15.*num.*76. † qui plures caſus ſimiles affert, & breviter *illo capite, à num.*114. oſtendit quæ requirantur ad validitatem reſignationis, & qui ſint reſignationis effectus, *à num.*148. & quæ beneficia poſſint reſignari *à num.*125. Ideo ſuperfluum eſſet illa repetere quæ per eum ſoleter, & benè dicta ſunt.

21 Supereſt igitur ut nonnulla dicamus de reſignatione triangulari, vel cum reſervatione penſionis in favorem tertii. Sanè penſionem ſuper beneficio tertii non facilè admitti ad evitandas fraudes, cenſuit Pariſ. *lib.*6. *quæſt.*2. *numero* 23. † Imò pacta, re-
ſervationes penſionis, & aliæ conventiones quæ fiunt ad utilitatem tertii qui non eſt in lite, ſunt ſem-
per improbæ & ſimoniacæ: *cap.cum pridem,de pact.* *cap. conſtitutus. cap. ſuper eo,de tranſact.* Covarruv. *lib.*1. *var.reſolut.cap.*5.*num.*6. Gatſ.*de benefic.part.*2. *cap.*5. *num.*345. Vndæ nullæ ſunt & invalidæ reſignationes continentes pacta ad favorem tertii: ut per DD. ſupra citatos, & poſt eos Rot.*deciſ.*94.*n.*1. *& 8. part.*6.*recentior.* Lotter.*de re beneficiar.lib.*3. *quæſt.*29.*num.*184.

Quod adeo verum eſt, ut quamvis magnus Magiſter Hieroſolymitanus ex ſummorum Pontificum
22 conceſſione habeat facultatem admittendi beneficiorum reſignationes, illaque reſignantibus in titulum, ſive commendam, omnes illorum fructus, ſive illorum partes, aut ſuper illis quaſcumque annuas penſiones, etiam quæ tranſirent ad ſucceſſores, reſervandi & aſſignandi; tamen judicatum fuit illam facultatem non extendi ad reſervationem penſionis in favorem tertii, etiam pro bono pacis & concordiæ: prout fuit reſolutum in Rot. *deciſ.*386.*part.*5.*rec.* *& part.*6.*deciſ.*94. *&* 345.

Legatus tamen Avenionenſis habet facultates ampliores, cùm illi ſummus Pontifex conceſſerit facultatem admittendi reſignationes beneficiorum, & illa conferendi; cui facultati ſubiiciuntur hæc verba: *Necnon reſignantibus, ſeu cedentibus, & aliis quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis, ut ſe commodius ſuſtentare valeant; aut alia quavis de cauſa, ob quam hoc expedire videbitur, ſuper eorundem beneficiorum reſignatorum, aut aliorum quorumlibet, quæ forte pro ipſis, quibus beneficia hujuſmodi conferentur, obtinuerunt, aut quorumcunque aliorum beneficiorum, etiam ſi in manibus tuis non reſignentur; fructibus, redditibus, & proventibus, penſiones annuas, de quibus tibi videbitur, & partes ipſa concordes fuerint, ipſis cedentibus ſeu reſignantibus, aut aliis quibuſvis perſonis, reſervandi concedimus facultatem.*

Vltimo loco videndum eſſet quomodo regulæ Cancellariæ *de infirmis reſignantibus, & de publicatione reſignationis,* locus ſit; cùm hoc ſcitu omnino ſit neceſſarium in materia reſignationum: ita quo de dicta regula aliquid diximus *lib.*1. *capit.*2. *num.* 25. *& capit.*109. *a numero* 10. & de publicatione reſignationis *cap.*13. *num.*14. *& cap.*27. *numero* 6. & *capit.*85. *num.*11. Ideo non eſt in hoc diutiùs inſtendum.

Solùm in praxi quoad regulam *de infirmis* ſcien-
dum omninò eſt, quòd viginti dies numerari & computari debent à die conſenſus præſtiti, veluti ſi reſignaverit die 1. Ianvarii, tunc conſetur die 21. exiſſe viginti dies; ſed ſi conſenſus fuerit die 3. præſtitus, tunc die 21. Ianvarii numerabuntur duntaxat 18. dies. † Neque ſufficit conſenſus præſtitus ex conſtitutionem procuratoris, ſed debet præſtari in loco ubi fit reſignatio: ita Rebuff. *in prax. ad Regul. de infirm. reſignant. gloſſ.*10. *num.*1. *&* 2. Ita deciditur magna quæſtio, de qua Boër. *deciſ.*94. *num.*3. ubi tractat utrùm viginti dies debeant numerari à die reſignationis: quia verba regulæ ſunt clara quoad hanc quæſtionem, ibi: *reſignaverit & poſtea in infirmitate deceſſerit.*

Dies autem, in qua præſtitus fuit conſenſus, non putari debet in numero viginti dierum, ex Gratian. *diſcept.*161. *num.*24. *&* 26. poſt Boër. *deciſ.*348. *num.* *colum.*2. *ad med. verſic. & idem habetur in regu-*

Item

28 Hujus regulæ *de viginti diebus*, praxis rarò accidit in Gallia ; nam si collatio facta fuerit ab Ordinario, hodie observatur regulam in istis Ordinarii collationibus locum non habere : ut dixi *lib.* 1. *capit.* 109. *num.* 13. Si verò de collatione summi Pontificis, vel Legationis agatur, semper solet huic regulæ derogari, teste Cokier, *ad regul.* 18. *num.* 34. Imò Rebuff. censuit non posse Legatum recusare derogationem hujus regulæ quoad beneficia sita in Gallia : ut per eum *in tract. Nominat. quæst.* 17. *num.* 70. † Item *consil.* 25. *à num.* 8. *usque ad finem consilii*, ubi dat modum procedendi quando Legatus recusat huic regulæ derogare super beneficiis in Gallia sitis. Idem notat Addit. ad Paris. *de resignat. lib.* 12. *q.* 14. *ad n.* 2.

29

30

§. 8.

De Permutatione.

1 *Permutatio quid sit.*

2 *Permutatio fieri non potest nisi permutantes habeant jus in re.*

3 *Non est necesse ad permutationem, ut permutantes adepti fuerint possessionem beneficiorum permutandorum, dummodò titulum habeant.*

4 *Qui beneficium habet cum titulo, non potest permutare cum eo qui non habet titulum.*

5 *Nominatus, vel electus ante confirmationem, & similes habentes jus ad rem dumtaxat, non possunt permutare.*

6 *Jus ad rem an resignari possit.*

7 *Præsentatus ante institutionem, & electus ante confirmationem, non habent jus in re, sed tantùm ad rem.*

8 *Præsentatus à Patrono Ecclesiastico, habet jus in re ex sententia aliquorum : quæ tamen reprobatur.*

9 *Jus ad rem permutari potest coram summo Pontifice.*

10 *Permutatio sine authoritate Superioris facta, reputatur simoniaca, sed hæc est simonia interpretativa.*

11 *Authoritas in permutatione exigitur illius Episcopi, in cujus diœcesi sita sunt beneficia permutata. Et quid si sint in diversis diœcesibus.*

12 *In Gallia exteri sunt incapaces beneficiorum, nisi a Rege fuerint admissi ex gratia speciali.*

13 *Exteri non sunt in Gallia capaces permutationis beneficii.*

14 *In permutatione beneficiorum reservatorum requiritur sedis Apostolicæ authoritas.*

15 *Ampliatur ut procedat etiamsi unum ex duobus beneficiis permutatis esset reservatum, & aliud non reservatum.*

16 *Episcopus Clericum suæ Diœceseos ab una Ecclesia ad aliam suæ Diœceseos invitum pro utilitate Ecclesiæ transferre potest.*

17 *Intellige ut hoc procedat, quando utilitati Ecclesiæ alio remedio succurri non potest.*

18 *In permutatione debet intervenire consensus illorum, ad quos electio, collatio, vel præsentatio pertinet.*

19 *Permutatio spretis Patronis laicalis facta, non est ipso jure nulla ; sed annullari potest, si Patroni contemptum prosequantur.*

20 *Ampliatur ut procedat in permutationibus factis in Romana curia.*

21 *Permutantis beneficium contempto scienter Patrono vacat.*

22 *Patronus ex veriori sententia cogi non potest ad consentiendum permutationi, nisi ageretur de evidenti Ecclesiæ utilitate.*

23 *Patronus non potest impugnare permutationem ipso spreto factam, si lapsum fuerit tempus illi assignatum ad præsentandum.*

24 *Si Patronus ante permutationem se opposuerit, multò magis redditur nulla permutatio, eo non consentiente facta.*

25 *Permutatio debet fieri unius beneficii cum alio beneficio, non autem cum alia re spirituali, veluti cum decimis,*

26 *Permutatio beneficii fieri non potest cum Capellâ nondum in titulum beneficii erecta ; nec cum Hospitali, aut Præstimonio, quando non sunt beneficia.*

27 *Permutationes Episcopus sine justa causa admittere non potest.*

28 *Credendum non est Episcopo asserenti se permutationem ex justa causa admisisse.*

29 *Justa causa admittendæ resignationis peti potest non solùm ex utilitate Ecclesiæ, sed etiam personarum.*

30 *Si unus ex permutantibus moriatur intra viginti dies à tempore præstiti consensus, & non fuerit regulæ derogatum ; beneficium illius permutatum alteri conferri potest, sive permutatio sit æqualis, sive inæqualis.*

31 *Regula* de Publicand. resignationib. *observanda quoque est in permutationibus.*

PErmutatio est unius juris beneficii cum altero, ex causa, & de consensu Superioris reciproca præstatio. Ex qua descriptione sequentia notabilia colliguntur. 1

Primò, quod ad validitatem permutationis requiritur, quod permutantes habeant jus in re super beneficiis compermutatis ; nec sufficit quod habeant jus ad rem : *cap. cùm universorum, de rerum permutat.* Paris. *lib.* 2. *de resignat. benefic. quæst.* 21. & 23. Gars. *de benefic. part.* 11. *c.* 4. *n.* 17. 2

Non tamen necesse est, ut permutans fuerit adeptus possessionem beneficii quod permutare intendit ; sed sufficit quod jus & titulum habeat. Ancharan. *in c. ult. n.* 10. *de rerum permutat.* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 25. *tit.* 9. *n.* 9. 3

Unde qui habet beneficium cum titulo, non potest permutare cum eo qui habet aliud beneficium sine titulo ; & talis permutatio nulla est. Mantic. *dict. lib.* 25. *tit.* 9. *n.* 4. 4

Item nominatus ad aliquod beneficium, aut præsentatus vel admissus ad parochialem per concursum, vel electus ante confirmationem, qui omnes dicuntur habere jus ad rem, non possunt permutare beneficium cum alio, quod possidetur ab eo qui in illo jus formatum & veram possessionem obtinet : per text. *in c.* 1. *de rer. permutat. l.* 6. Zerol. *in verb. Renunciatio, §.* 1. *part.* 2. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 2. *quæst.* 21. & 23. † ubi multa de jure ad rem, quod resignari posse simpliciter asserit, sed non in favorem ; quamvis Addit. ad Paris. *ibidem*, se practicasse contrarium testetur. 5 6

Quod autem præsentatus ante institutionem, & electus ante confirmationem habeant jus ad rem ; non in re, probatur *in capit. qualiter* 17. *de election. capit. Avaritiæ* 5. *eod. tit. in* 6. & *extravag. injunctæ, de election. in communib.* † sed advertendum est, hoc procedere in eo qui præsentatus est à Patrono laico, qui potest variare ; sed non in eo qui præsentatus est à Patrono Ecclesiastico, qui variare nequit : unde 7 8

præsentatum

præſentatum ab Eccleſiaſtico, jus habere in re, cenſuit Barboſ. *de Epiſcop. part.3. allegat.72. num.154.* ubi etiam dicit, quod per electionem ſtatim acquiratur jus in re, quod eſt contrarium iis quæ mox dicta ſunt. Sed veritas eſt, quod per electionem non tribuitur jus in re, ſed tantùm ad rem. Zerol. *in prax. part.1. in verb. ius ad rem, §.1.* Gonzal. *gloſſ.5. §.2. num.1.* Gaſp. *de benefic. part.4. cap.3. num.3. & 8.* idem Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.1. capit.19. num.22. & lib.3. capit.15. num.29.* Ideo videtur quod nec etiam Patroni Eccleſiaſtici præſentatio jus in re tribuat: tum quia ratio illa qua æquiparantur electio, & præſentatio, non ſubſiſtit: tum etiam, quia nec per electionem jus in re tribuitur: tum & denique, quia licet Patronus Eccleſiaſticus non poſſit poſt factam ſemel præſentationem variare, tamen jus ab eo obtentum incertius eſt, & inſtabilius jure obtento à Patrono laico: quia huic non poteſt derogari, illi verò facillimè derogatur: ideo non videtur verum, quod jus in re quæratur per præſentationem Patroni Eccleſiaſtici. Quod etiam conſideravit Ioan. Eſcobar *in tract. de purit. & nobilit. quæſtion.7. numero 50.*

9 Iſti igitur omnes qui dumtaxat habent jus ad rem, non jus in re, prohibentur permutare, vel reſignare. Boër. *deciſ.205.n.4.* niſi reſignatio, aut permutatio fieret coram Papa ex certa ſcientia diſponente. Pariſ. *de reſignat. lib.2.quæſt.10. num.5. & dict. quæſtion.43.*

10 Secundò, ad validitatem permutationis requiritur authoritas Superioris, & permutatio aliter facta reputatur ſimoniaca, *cap. quæſitum,* & *ibi* Abb. *num.3. de rer. permutat.* Quanquam hæc ſit impropriè ſimonia: quia non datur temporale pro ſpirituali. Eſt ergo interpretativa ſimonia: de qua nos alibi diximus.

11 Ille autem Epiſcopus authoritatem interponere debet, ad quem ſpectat collatio beneficii, ſeu confirmatio electi, aut inſtitutio præſentati, *dict.c.1. de rer. permutat. in 6. Clementin.1. eod.tit.*

Quod ſi beneficia ſita ſint in diverſis Diœceſibus, quilibet Epiſcopus debet conferre beneficium quod ad ſuam pertinet collationem; vel unus ex Epiſcopis alteri debet committere. Gloſſ. *in dict. cap.1. de rer. permutat.* vel ambo debent ſimul convenire ad faciendam collationem, & recipiendam renunciationem. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.25. tit.8.num.9.*

12 Sed dubitari poteſt quid dicendum ſit, ſi unus ex permutantibus ſit alienigena, & per conſequens beneficium in Gallia ſitum per permutationem aſſequi velit; cùm certum ſit, alienigenas in Gallia beneficiorum ibi ſitorum non eſſe capaces. Alienigenæ ſiquidem, Albini quaſi, Alibi nati nuncupantur, unde proceſſit jus illud quod vocatur *Le droict d'Aubeine.* Tornet. *in ſua recollect. Arreſt.litt.B,n.4.* Selv. *de benefic. part.2. quæſt. ultim.*

13 Reſpondetur permutationem iſtam non poſſe ſubſiſtere, niſi ex ſpeciali Regis indulgentia. Rebuff. *in prax. tit. de reſcript. mixt. num.7.* Abb. *in cap. bonæ 2. de poſtulat. Prælat. num.16.* ubi dicit potiùs Eccleſiæ præficiendos eſſe illos, qui aliquo in loco vitam egerunt, & extraneis præferendos: quod tamen malè extra Galliam obſervatur, certis quibuſdam locis exceptis.

14 Quod autem dictum eſt, requiri authoritatem Epiſcopi ad validitatem collationis, non habet locum in beneficiis reſervatis, in quibus authorizatio non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad ſedem Apoſtolicam: *capit. dudum, & capit. execrabilis, in Extravagant. ſub tit. de Prabend.* Plures citat Cokier. *in tract. de permutat. benefic. lib.2. c.2. n.2.*

Quod ampliatur etiam ut ex duobus beneficiis permutatis unum ſit reſervatum, & aliud non reſervatum: quia quoad reſervatum non valet collatio Ordinarii, & beneficium vacat: quia reſignatio eſt valida; ſed non collatio: ideo ſecutâ beneficii evictione non reſervati, ille qui reſignavit reſervatum, non poteſt ad illud redire: quia non debet confertri per alium quàm per Papam. Card. Tuſch. *litt.P, concluſ. 307. num.3.* Mantic. *de tacit. convent. lib.25. tit.12. num.9.* Cokier *de permutat. benefic. lib.2. cap.1. numero 9.*

Sed quæri poteſt, utrùm etiam ad hoc extendatur authoritas Epiſcopi, ut cogere poſſit clericum ſibi ſubditum ad permutandum ſuum beneficium, ad hoc ut transferatur ad aliam Eccleſiam ſuæ diœceſeos? Reſpondendū eſt affirmativè, & id poſſe Epiſcopum, etiam repugnante beneficii poſſeſſore, illum de Eccleſia ad Eccleſiam transferendo; ita tamen, ut illi cambium ſaltem æquale alterius beneficii, Prælaturæ, vel dignitatis aſſignetur, dummodò agatur de bono & utilitate Eccleſiæ. Mantic. *de tacit. convent. lib.25. tit.8.n.17. & ſequent.*† ſed non quælibet utilitas, aut neceſſitas Eccleſiæ hoc caſu requiritur; ſed ea debet eſſe talis, ut non poſſit illi per dationem coadjutoris, aut alio modo ſubveniri: & quod neceſſitas ſit magna, veluti ad evitandum magnum ſcandalum, vel deſtructionem Eccleſiæ, ut poſt Federic. de Sen. *in tract. de permutat. benefic. quæſt.23.* traditt *ibid.* Mantic. *n.19.*

Tertiò requiritur in permutatione conſenſus illorum, ad quos collatio ſeu electio aut præſentatio pertinet: quia licèt Epiſcopus totum debeat expedire, tamen iſtorum intereſt fieri, vel non fieri permutationem. Gloſſ. *in c. unic. in verb. collationem, de rer. permut. lib.6.* Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.3.c.15.n.18.*

Vnde dubitari poteſt, utrùm permutatio poſſit fieri ſpretis Patronis; aut ſi ipſi nolint conſentire, ſufficiat requiſitio ipſis facta, vel alio remedio locum poſſit adversùs Patronos permutationi conſentium præſtare recuſantes.

In hac quæſtione concludendum Primò eſt, propermutationem factam de beneficio juriſpatronatus calis, ſpreto Patrono, quamvis non ſit nulla ipſo jure poſſe tamen annullari, ſi Patronus contempſuum proſequatur intra tempus ſibi datum præſentandum. Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſ. in tract. iuriſpatronatus, deciſ.171.n.105.* Cokier *de permut. benefic. lib.1. c.19. n.1. & ſequent.*† Quod ampliatur ad permutationes expeditas in Romana Curia, ut per Ricc. *collectan.2716.*

Ideo ſi permutans habuerit ſcientiam juriſpatronatus, & contempto Patrono permutaverit, beneficium vacat: quia in caſibus in quibus jus non dicatur à reſignante, inducitur vacatio propter ſcientiam; licèt aliàs renuncians beneficio, ſeu illud permutans nulliter, jus à ſe non abdicet, ſi id ignorans fecerit. Pariſ. *lib.1. de reſignat. quæſt.3.n.71. & n.11.* Gratian *diſcept. forenſ. c.835. n.10. & ſequentibus.* Rebuff. *conſil.192. num.5.* dicens clauſulam, *non aliter, nec alio modo,* non operari quando adeſt culpa reſignantis.

Secundò concludendum eſt, quod licèt magna ſit inter DD. controverſia, utrùm permutatio fieri poſſit invito Patrono, ſi ipſe poſtquam fuerit requiſitus recuſet ſine juſta cauſa conſentire, ut per Rebuff. *in 3. part. Signat. in verb. necnon iuriſpatronatus, n. 40. & in tit. de permutat. num.22.* Gaſp. *de benefic. part.1 1. cap.3. num.17.* qui dicunt ſufficere quod

Patronus

Patronus requiratur, & eo fine justa causa consentire recusante, posse procedi ad expeditionem permutationis. Peleus *lib. 1. act. forens. 41.*

Tamen pro vera resolutione dicendum est, non posse cogi Patronum invitum ad consentiendum permutationi beneficii de suo patronatu existentis, nisi quando agitur de magna utilitate Ecclesiæ. Rot. *in Barcinonensi beneficii, 1628. coram Durano, decis. numero 12.* prout intelligit Gars. *de benefic. part. 11. cap. 3. numero 28.* Rot. *decis. 190. numero 11. part. 5. recentior.* Et causa utilitatis, aut necessitatis Ecclesiæ non præsumitur, sed probanda est ab allegante. Rot. *eadem part. 5. decis. 152. numero 14.* Idem comprobat Cokier *de permutat. benefic. lib. 1. cap. 19. n. 10.* qui aliud esse dicit, quando permutatio fit ad utilitatem personarum; tunc enim non potest fieri invitis & reluctantibus Patronis. Idem *num. 12. versic. permutatio.*

23 Si tamen post permutationem factam, lapsum esset tempus à lege assignatum Patrono ad præsentandum, non esset ampliùs admittendus ad impugnationem permutationis factæ ipso contempto. Cokier *ibid. num. 13. in fin.*

24 Et prædicta resolutio multò magis locum habet, quando Patronus antequàm procedatur ad permutationem sese opposuit, & postquam fuit requisitus, ante factam collationem contradixit in actis; tunc non valet permutatio in ejus præjudicium facta, & collatio Ordinarii subsecuta, nisi fuerit ex adverso probata causa magnæ utilitatis, aut necessitatis Ecclesiæ. Rot. *dicta decis. 152. num. 9. versic. sed quando Patronus, & numeris seqq.*

25 Quartò ad utilitatem permutationis requiritur, quod fiat de beneficio cum alio beneficio, non autem cum alia re spirituali, veluti de beneficio cum decimis: hæc enim permutatio non esset valida. DD. *in cap. final. de rer. permutat.* Re-
26 buff. *in prax. part. 3. de permutat. numero 24.* † Sicuti nec potest fieri permutatio de beneficio cum capella non erecta in titulum beneficii, seu legato aut fundatione simplici. Charond. *lib. 1. respons. 41.* Papon. *lib. 1. tit. 7. arrest. 1.* Mantic. *de tacit. convent. libro 25. tit. 9. numero 43.* Sanch. *in consil. moralib. lib. 2. cap. 3. dubitat. 37. numero 18.* ubi de permutatione beneficii cum hospitali, vel præstimonio, quando non sunt beneficia. Barbos. *juris Eccles. lib. 3. cap. 15. num. 179.* ubi de permutatione beneficii cum pensione prohibita.

27 Quintò permutatio coram Ordinario fieri non
28 potest, nisi justâ subsistente causâ, *cap. quæsitum, de rer. permutat.* Duran. *decis. 163. numero 6.* † qui
29 dicit non esse credendum Episcopo attestanti justam causam interveniss. Barbos. *loc. cit. numero 172.* † qui causam sufficientem peti posse testatur, non solùm ex utilitate Ecclesiæ, sed etiam ex utilitate personarum. Rationem reddit Ricc. *decis. 37. Cur. Archiepiscop. Neapolit. numero 5. part. 1.* quia ex utilitate personarum resultat utilitas Ecclesiæ, quia meliùs Deo inservitur, quæ ratio utrùm sit concludens, penes lectorem judicium esto. Conclusio tamen vera est.

30 Sextò pro validitate permutationis requiritur, quod permutantes vixerint spatio viginti dierum, quia regula *de infirmis*, includit etiam causam permutationis. Itaque si resignans ex causa permutationis moriatur intra viginti dies præstiti consensus, & non fuerit huic regulæ derogatum, beneficium illius permutatum, alteri poterit licitè conferri: sive permutatio æqualis fuerit, sive inæqualis. Cokier *de permutat. benefic. lib. 1. cap. 5. num. 2.*

Septimò requiritur publicatio permutationis, juxta Bullam Gregorii XIII. quæ etiam locum habet in permutationibus. Barbos. *dicto libro 3. capit. 15. num. 186.*

§. 9.

De Iure præsentandi, & Iurepatronatus.

1 *Ius præsentandi, & Iuspatronatus differunt, quia aliqui possunt præsentare, qui tamen non sunt Patroni.*

2 *Sequester castri vel villa à beneficio dependentis potest esse laicus, sed sequester beneficii debet omnino esse clericus.*

3 *Per sequestrum voluntarium partes possessionem amittunt; non tamen per necessarium, de mandato scilicet jus dicentis factum.*

4 *Sequestrum dicitur necessarium, & judiciale, quod mandante Iudice factum est, licèt postea partes illi acquieverint.*

5 *Ius præsentandi utrum transeat ad curatorem hæreditatis jacentis, tutorem, usufructuarium, & fideicommissarium.*

6 *Ius præsentandi non transit ad creditorem immissum in possessionem vigore Salviani interdicti, quamvis in bonis, in quibus immissus est, adsit aliqua capella de jure patronatus.*

7 *Præsentatus ab eo qui est in quasi possessione præsentandi, præfertur præsentato à vero Patrono.*

8 *Factâ & subsistente præsentatione illius, qui est in quasi possessione, præservatur jus veri Patroni pro futuris vacationibus.*

9 *Sola præsentandi quasi possessio sufficit, quando constat de existentia juris patronatus, & dubitatur dumtaxat de pertinentia illius, id est ad quem ex duobus pertineat: sed si existentia juris patronatus esset dubia, non sufficeret sola quasi possessio, excepto iurepatronatus Regio.*

10 *Si sit controversia de existentia iuris patronatus, eadem probationes requiruntur in possessorio, & manutentione, quæ in petitorio.*

11 *Qui est in quasi possessione præsentandi excluditur, si notorius sit proprietatis defectus: & quando dicatur notorius.*

12 *Iuspatronatus acquiritur constructione Ecclesiæ, dotatione, & territorii concessione.*

13 *Ampliatur ut procedat, licèt construens, dotans, vel terram concedens, nihil sibi expressè reservaverit, dummodò illi non renunciaverit.*

14 *Utrum hæres qui coactè construxit, vel dotavit, sibi acquirat iuspatronatus.*

15 *Ad acquisitionem iurispatronatus intervenire debet consensus Episcopi.*

16 *Vicarius Capituli, sede Vacante authorizare potest iuspatronatus.*

17 *Episcopi consensus necessarius est in translatione iurispatronatus facta à laico in laicum; secus si ad Ecclesiam.*

18 *Vicarius Episcopi, illo absente, & in remotis regionibus agente, multa sine speciali mandato facere potest, quæ hìc enumerantur.*

19 *Vicarius, Episcopo in remotis agente, non potest iurispatronatus translationem in laicum factam authorizare.*

20 *Vicarius, Epiſcopo in remotis agente, poteſt ea ſolùm facere quæ ſunt inſtitia, non quæ gratia, ſine ſpeciali mandato.*

21 *Tempus ad præſentandum Patrono laico conceſſum, eſt quatuor menſium: in clericali verò iure-patronatus, vel mixto, ſex menſium.*

22 *Tempus datum Patronis ad præſentandum, non currit niſi à die ſcientiæ vacationis.*

23 *Si iuſpatronatus fuerit litigioſum inter Patronos, Epiſcopus lapſo quadrimeſtri, vel ſemeſtri, provideat, ſi eo tempore lis non ſit finita.*

24 *Si lis ſit inter præſentatos, & non controvertatur ius vel poſſeſſio præſentandi, Epiſcopus lapſo quadrimeſtri, vel ſemeſtri, non providet de beneficio donec lis ſit finita.*

25 *Si Procurator iuriſdictionalis Epiſcopi litem moveat contra Patronos, non poteſt Epiſcopus conferre ſine Patrono, donec lis fuerit terminata.*

26 *Epiſcopus poteſt, ſi velit, tempus à iure conceſſum Patronis ad præſentandum ampliare; non tamen poteſt illud minuere.*

27 *Patronis novum quadrimeſtre datur ſi præſentatus acceptare noluerit, aut mortuus fuerit, ceſſante fraude.*

28 *Lapſo tempore Patronis ad præſentandum conceſſo, Epiſcopus poteſt gratiosè admittere præſentatum.*

29 *Epiſcopus præſentatum à Patrono lite pendente gratiosè admittere poteſt.*

30 *Quamvis Patronus ſeipſum præſentare nequeat, poteſt tamen per viam ſupplicationis ab Epiſcopo provideri.*

31 *Voces quomodò computanda ſint, quando ſunt plures hæredes ex diſparibus portionibus inſtituti.*

32 *Quando ſunt plures donatarii, vel legarii iuriſpatronatus, voces æqualiter & in capita computantur: vox tamen illius qui maiorem habet bonorum portionem, ſi cætera ſint paria, prævalere debet.*

33 *Papa derogare ſolet iuripatronatus laicali, quoad beneficia vacantia in Curia.*

34 *Papa derogare ſolet iuripatronatus mixto, hoc eſt partim laicali, partim clericali.*

35 *Iuripatronatus ex privilegio vel conſuetudine quæſito Papa in totum derogare ſolet.*

36 *In beneficiis quæ litigioſa ſunt in Curia Romana, Papa ſolet iuripatronatus laicali derogare.*

37 *Iuripatronatus laicali pro medietate Papa derogare ſolet: quod tamen quomodo in praxi intelligendum ſit, ibidem explicatur.*

38 *Papa derogat iuripatronatus laicali, quando Orator unus eſt ex Patronis.*

39 *Promoto ad Epiſcopatum Papa, concedere ſolet retentionem beneficiorum iuriſpatronatus, alioquin vacantium cum derogatione.*

40 *In Gallia non admittuntur derogationes iuriſpatronatus laicalis, niſi aliquando pro bono pacis.*

41 *Plures alii caſus ſunt, in quibus Papa derogat iuripatronatus laicali, vel etiam conferre ſolet beneficia patronata, etiam ſine expreſſa derogatione iuriſpatronatus. Remiſſivè.*

1 Differunt inter ſe juſpatronatus, & jus præſentandi: multi enim poſſunt præſentare, qui non habet njuſpatronatus, veluti ſequeſter, qui licèt non ſit Patronus, tamen præſentare poteſt: ex notat. per Poſt. *in tract. de manutent. obſervat. 52. num. 9.* † Cum hac tamen diſtinctione, vt ſi ſequeſter fuerit laicus deputatus pro Caſtro, villa, vel bonorum univerſitate ſequeſtrata, in qua adſit juſpatronatus inde dependens, ſi pendente tempore ſequeſtrationis contigerit vacatio alicujus beneficii ab illo jure-patronatus dependentis, ſequeſtratarius poterit præſentare: ſed ſi agatur de eo qui deputatus eſt ſequeſter beneficii, cui annexum eſt jus præſentandi; tunc neceſſe eſt ut ſequeſter ſit clericus. Gloſſ. *in Clement. 1. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. in verb. idoneam.* Franc. Marc. *deciſ. 464. num. 2. part. 1.*

Præterea hoc intelligendum eſt de ſequeſtro voluntario, quod fit de conſenſu partium: quia per tale ſequeſtrum partes privantur poſſeſſione, ſecus ſi eſſet neceſſarium factum à judice, partibus invitis: tunc enim partes non privantur ſua poſſeſſione; ſed illud cenſetur tantùm factum cauſa cuſtodiæ. Rot. *dicis. 516. n. 2. part. 1. recentior.* Mantic. *deciſ. 252.*

Quod procedit etiamſi poſt decretum ſequeſtrationis partes illi acquieverint: quia non ideo minùs ſequeſtrum debet dici neceſſarium, & factum tantùm taxat cauſâ cuſtodiæ, quia inſpici debet cauſa originalis, nempe decretum & authoritas Judicis; cujus intentio fuit ut partes non privarentur ſua poſſeſſione. Addit. ad Ludoviſ. *deciſ. 9. numero 12.* apud quem aliæ limitationes afferuntur. Et iſtam diſtinctionem inter ſequeſtrum voluntarium, & neceſſarium, ad effectum præſentationis, tradit Ricc. *collectan. 1645.* & Barboſ. *Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 12. num. 234.* † In quo etiam cap. *à num. 230.* expenditur utrùm jus præſentandi tranſeat ad curatorem hæreditatis jacentis, aut tutorem, vel uſufructuarium univerſitatis bonorum? Et concludit affirmativè, non tamen vult tranſire in fideicommiſſium univerſalem, ſed remanere apud hæredem, oſtenſat idem *num. 232.*

Sed circa hanc juris præſentandi materiam fuit aliàs dubitatum, utrùm illud competeret creditori qui vigore Salviani interdicti obtinuerat ſe immitti in poſſeſſionem cujuſdam prædii, in cujus medio debitor conſtrui fecerat & fundaverat quandam capellam? Ego negativè Reſpondi. Quia licèt alias jus patronatus annexum univerſitati bonorum tantùm cum ipſa univerſitate; tamen per pignoris nexum facultas præſentandi non tranſit in ipſum creditorem, qui vigore ſalviani interdicti, immiſſus tantùm taxat fuit in poſſeſſionem prædii, ut percipiendo fructus in commodo pecuniario conſiſtentes, quatenus fortem principalem juxta naturam Salviani interdicti erant imputabiles, juxta *l. 1. & 2. Cod. de pignoratit. action.* Vnde cùm facultas præſentandi, licèt in fructu, non tamen eſt pretio æſtimabilis, nec imputabilis in ſortem principalem: ſequitur ipſum præſentandi remanere penes debitorem, ex notat. per Barboſ. *lib. 1. Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. capit. 12. num. 237.*

Præterea, quamvis aliquis non ſit verus Patronus, ſi tamen ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi, præſentatur ab eo præſentatus illi quem verus Patronus (qui non eſt in quaſi poſſeſſione) præſentaverit, *cap. ſuper quibusdam, & ibi* Abb. *n. 3. de iurepatron.* Mantic. *deciſ. 609. n. 9.* Lotter. *de re benefic. num. 6.* Cavaler. *deciſ. 609. n. 9.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 34. n. 26.* † valet autem inſtitutio facta ab illius præſentationem, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, etiamſi poſtea conſter de bono jure Patroni: quia non propterea revocatur inſtitutio

jam facta, sed juri veri Patroni præservantur ad proximè futuram tunc vacationem. Rot. *decis.* 174. *num.* 2. & 362. *num.* 2. *part.* 5. *recent.* Addit. ad Burat. *decis.* 776. *num.* 12.

Quod intellige, quando constat de jurepatronatus, & solùm est quæstio de pertinentia illius, id est ad quem ex contendentibus jus patronatus, vel præsentandi pertineat: si enim revocaretur in dubium existentia juris patronatus, & Ordinarius, aut alius contenderet Ecclesiam esse liberam; tunc sola quasi possessio præsentandi non esset sufficiens ad probationem juris patronatus: imò nec sufficeret ad manutentionem, nisi ageretur de jure patronatus Regio. Rot. apud Marchesan. *part.* 1. *fol.* 1054. & *part.* 2. *fol.* 488. *num.* 2. Cavaler. *decis.* 609. *num.* 5. Idque vigore
10 Concilii Tridentin. *sess.* 24. *cap.* 9. † adeo ut eædem probationes requirantur in possessorio, quæ requirerentur in petitorio, ut per Eminentissimos Cardinales Concilii interpretes decisum fuisse testatur Posthius. *de manutent. observat.* 32. *n.* 27.

11 Item supradicta limitantur, ut non procedant, quando constat notoriè de non jure possessoris; tunc enim totius proprietatis defectus facit cessare causam possessorii, illámque absorbet, dummodo de jure veri Patroni constet per confessionem partis, vel per rem judicatam. Addit. ad Burat. *decis.* 776. *num.* 15. & 16.

His ita suppositis circa jus præsentandi, nonnulla, eáque præcipua quæ ad juris patronatus praxim sunt necessaria, compendiosè exponenda supersunt.

12 Primò, quomodò constituatur seu acquiratur jus patronatus, quod fit pluribus modis. Primò constructione Ecclesiæ: *can. monasterium*, 16. *quæst.* 7. Secundò, dotatione: *cap. filiis vel nepotibus, eadem caus.* 16. *quæst.* 7. Tertiò, territorii ad Ecclesiam ædificandam datione:
13 *can. Abbatem*, 18. *quæst.* 2. † Et acquiritur quamvis expressè non fuerit reservatum: *can. significavit*, & *ibi* DD. omnes, *de Testib.* Addit. ad Burat. *decis.* 1. *num.* 14. dummodo fundans, vel dotans, aut construens, juspatronatus expressè non remiserit. Rot. *decis.* 167. *n.* 4. *part.* 2. *divers.*

14 Limitatur nisi talis fundatio, constructio vel dotatio per aliquem facta esset coactè, & non voluntariè. Ludovis. & *ibi* Addent. *decis.* 397. *numero* 5. Exemplum afferri potest in hærede qui gravatus fuit construere capellam, quia si non sponte, sed coactè illud fecerit, non consequitur juspatronatus. Rot. *dicta decis.* 167. *num.* 6. *part.* 2. *divers.* ad quod vide Lambertin. *de jurepatronat. lib.* 1. *part.* 1. *quæstion.* 4. *artic.* 7.

15 Intellige secundò prædicta, dummodo interveniat expressus Episcopi consensus, ut fusè explicat
16 Tusch. *Litt. I, conclus.* 600. *numero* 1. † sufficit tamen sede vacante consensus Vicarii Capitularis, ut per Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 88.

17 Quando verò juspatronatus semel in esse deductum fuit, acquiri potest per laicum multis modis, & nominatim titulo donationis, vel legati, dummodò Episcopi authoritas interveniat, ut dixi *lib.* 1. *c.* 54. nisi translatio fieret in Ecclesiam, quia tunc Episcopi consensus non esset necessarius, ut dictum est *eod. cap.* 54. *num.* 14.

18 Sed Vicarius, absente seu in remotis agente Episcopo, licèt multa facere possit, quæ non posset ipso præsente sine speciali mandato, veluti insinuationes in Gallia recipere: Rebuff. *de nominat. num.* 100. Dimissorias concedere. Barbos. *de Episcop. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. & *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 21. Ricc. *in prax. aur. resolut.* 18. Item in Suffraganeos jurisdictionem exercere: Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæstion.* 58. *numero* 3. Item consentire collationi, non tamen electioni: Idem *lib.* 2. *quæst.* 71. *num.* 22. & 23. statutis capitularibus consensum adhibere: Idem *lib.* 2. *quæst.* 200. *num.* 4. & licentiam Ordines assumendi concedere. Abb. *consil.* 88. *versic. venio ad quartum, lib.* 1.

Non tamen etiam, in remotis & extra montes 19
existente Episcopo, potest donationem juris patronatus, aut ejus erectionem in favorem laici authorizare. Ioan. Bapt. Ferret. *consil.* 327. *lib.* 2. † Potest 20
enim ea tantùm facere quæ sunt justitiæ, aut necessitatis, non ea quæ sunt gratiæ sine speciali mandato: ut per Pichard. apud Menoch. *consil.* 75. Gratian. in terminis, *discept. forens. cap.* 303. *per tot.*

Secundò principaliter videndum est de tempore 21
dato Patronis ad præsentandum, quod in jurepatronatus Ecclesiastico diximus esse sex mensium, in laici verò quatuor: *cap. unic. de jurepatronat. in* 6. Idem dicendum est de jurepatronatus mixto, quod partim clericale, partim laicale est, in quo etiam locum habet quod dictum est de clericali, quia in mixto dantur sex menses, quamvis præsentantium major pars essent laici, quia juspatronatus clericale trahit ad se laicale, tanquam minus dignum. Lambertin. *de jurepatronat. lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 3.

Quod tempus non currit Patronis, nisi à die 22
scientiæ vacationis: *cap. licèt, de supplend. neglig. Prælat. cap. quia diversitatem, de conces. præbend.* Burat. *decis.* 459. *numero* 7. Ideo qui obtinet beneficium jure devoluto propter negligentiam Patronorum, tenetur probare veram scientiam ipsorum, tanquam fundamentum suæ gratiæ. Mantic. *decis.* 260. *num.* 1. Rot. *decis.* 221. *numero* 9. & 10. *part.* 7. *recent.* Vbi id maximè procedere dicitur, quando mors possessoris beneficii Patronati advenit in partibus remotis.

Tertiò hoc constituendum est, quod si juspatro- 23
natus sit litigiosum, & tempore litis contingat vacatio, si lis non fuerit finita inter Patronos laicos intra quadrimestre, jus conferendi devolvitur ad Superiorem: vel intra semestre, si de Patronis Ecclesiasticis agatur: *cap. eam te, de iurepatronat.* † Quod est intelligendum, si lis sit super præten- 24
sione juris patronatus, vel de competentia juris præsentandi inter Patronos, seu de quasi possessione hujus juris: nam si disputetur tantùm de vocibus, ut quia quilibet prætendat se habere plures voces; tunc nullum currit tempus Patronis qui functi sunt officio suo, & pertinet ad Episcopum controversiam illam decidere, unde non currit tempus Patronis ad præsentandum. Idem si disputetur de forma & validitate præsentationis, vel si inter duos præsentatos lis vertatur, quænam ex duabus præsentationibus sit melior, vel aliàs inter duos præsentatos sit controversia, quia text. *in cap. eam te* 22. *de iurepatronat.* quo cavetur Episcopum lite existente super jurepatronatus, posse conferre post sex menses, si intra illud tempus lis non fuerit finita, cùm sit exorbitans, & loquatur de lite inter Patronos existente, non est extendendus ad litem, quæ tractatur inter præsentatos. Rot. *decis.* 586. *num.* 7. *part.* 4. *divers.*

Similiter si sit controversia non inter Patronos 25
inter se, sed procurator mensæ Episcopalis se opponat, aut aliàs deducat in controversiam jus Patronorum lite pendente, tempus non currit Patronis, sed Episcopus potest Oeconomum deputare, lite pendente. Zerol. *in prax. Episcop. part.* 1. *in verb. iuspatronatus*, §. 5. ubi concludit ad hoc ut Episcopus,

lapſo quadrimeſtri vel ſemeſtri, de beneficio providere poſſit; requiri quod lis ventiletur inter ipſos Patronos ſuper jure Patronatus, vel præſentandi.

In ſumma ſi quis totam materiam per plures caſus diſtinctam videre deſideret, adeat Zabarellam *in Clemen. plures, §. quibus, de jurepatron.* Lambertin. *de jurepatron. lib. 2. part. 2. quæſt. 1. principal. artic. 9.* ex quibus deſumptæ ſunt doctrinæ, Vivian. *lib. 7. c. 3.* & Barboſ. *de Epiſc. part. 3. allegat. 72. n. 140.* Sanch. *in oper. moral. lib. 2. c. 3. dubitat. 60.*

26 Sed circa præmiſſa notandum eſt in praxi, quod Epiſcopus poteſt, ſi velit, patrono prorogare tempus ad præſentandum; non tamen poteſt illud abbreviare. Ricc. *collect. 119.* Vgolin. *de Epiſcop. part. 2. c. 51. §. 1. n 4. verſic. Tertio.* Pariſ. *de reſignat. lib. 7. quæſt. ult. n. ult.*

27 Item quod ſi præſentatus noluerit conſentire præſentationi, vel ſi poſt acceptatam præſentationem illi renunciaverit, vel ſi mortuus fuerit, renovandum & iterum inchoandum eſt tempus quadrimeſtre, & reſpectivè ſemeſtre; ut intra illud Patronus præſentare poſſit, neque computandum eſt in novo hoc tempore illud quod de antiquo effluxit: *argum. c. ſi electio, de Elect. in 6.* quod *ibi* DD. & Gloſſ. *in verb. integrum*, extendunt ad præſentationem. Quod intlige, niſi intervenerit fraus. Rot. *in novis, tit. de jurepatronat. deciſ. 8.* Lambertin. *de jurepatronat. lib. 2. part. 2. quæſt. 1. art. 17.*

28 Item quod non obſtante lapſu temporis ad præſentandum, Epiſcopus poteſt gratioſè agendo cum Patrono, illum admittere ad præſentandum. Lambertin. *lib. 2. part. 2. quæſt. 1. art. 27.* Vivian. *de jurepatron. part. 2. lib. 7. c. 6.*

29 Præterea, quamvis lite pendente Patronus præſentare non poſſit, niſi eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi; tamen poſſet hoc facere per viam ſupplicationis, & poſſet Epiſcopus gratificari & inſtituere nominatum ab illo: ut decidit Rot. *in Regienſi Juriſpatronatus, die 5. Martii 1625. in recent. part. 4.*

30 *tom. 3. deciſ. 599. num. 12.* Quod fundatur in doctrina Panormitan. *in c. per noſtras 26. de jurepatronat.* Vbi quod licèt Patronus ſeipſum præſentare non poſſit; tamen beneficium obtinere poteſt ab Epiſcopo per viam ſupplicationis, ut etiam notat Lambertin. *lib. 2. part. 1. quæſt. 8. artic. 3. n. 3.*

31 Quartò tractandum eſſet de forma & praxi computandi voces in jurepatronatus; ſed de hoc ſuperiùs actum fuit *lib. 1. cap. 32.* maximè à *num. 26.* Ideo videri poterunt quæ nos *ibidem* diximus. Hoc unum addendo, quod cùm de pluribus hæredibus præſentantibus loquuti ſumus, ita intelligendum eſt, ut non attendatur pro qua parte quis fuerit hæres; ſed omnes hæredes, etiam ex diſparibus portionibus inſtituti habent unam vocem, ita ut ſi duo ex quarta parte, unus ex dimidia ſit hæres inſtitutus, duorum vox tertio qui pro medietate hæres eſt, prævaleat: ut notat Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 6. num. 37.* dicens juſpatronatus non tranſire ad hæredes uti hæredes, ſed

32 quia hæredes. † Et quod de pluribus hæredibus dictum eſt, locum etiam habet in pluribus aliis, juſpatronatus titulo donationis, aut cum emptione univerſitatis acquirentibus: ut notat Sanch. *lib. 2. conſil. moral. capit. 3. diſput. 98. num. 7.* qui tamen ſubdit *num. 8.* quod ſi vota eſſent æqualia, vox illius qui majorem habet hæreditatis portionem præponderaret.

33 Vltimò in hac copioſa materia ſupereſt ut videamus quomodò & quando derogari poſſit juripatronatus. Paucis concludendum eſt, Papam ſine dubio poſſe juripatronatus tam Eccleſiaſtico quàm ſæculari derogare; ſed ſuper ſeculari non ita facilè, nec in Gallia iſtam derogationem admitti. Cauſæ autem quibus Pontifex ad derogandum moveri ſolet, ſunt hæ: Primò, quando beneficium juriſpatronatus vacat in Curia; quia licèt ex tali vacatione oriatur reſervatio clauſa in corpore juris, ex *c. 2. de præbend. in 6.* quæ non comprehendit beneficia juriſpatronatus laicalis, ut ſupra diximus ex Gloſſ. *in dicto c. 2.* & *ibid.* Franc. Geminian. & alii; tamen in caſu talis vacationis cenſetur fundator ſe voluiſſe conformare conſuetudini, & ſic voluiſſe ut nemo ſe ingereret, dum Papa beneficia ſic vacantia in Curia conferre vult: ita Vivian. *de jurepatronat. part. 3. lib. 14. c. 4.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. q. 8. n. 98. & 99.*

Si tamen ageretur de jurepatronatus Regum, Papa illi non derogaret, etiamſi beneficia vel dignitates vacarent in Curia. Pariſ. *de reſignat. lib. 2. quæſt. 3. num. 47.*

Secundò, Papa movetur ad derogandum quando agitur de jurepatronatus mixto; hoc eſt partim clericali, partim laicali: ut per Vivian. *dict. cap. 4.* Pariſ. *dict. quæſt. 4. num. 49.*

Tertiò, quando agitur de jurepatronatus ex privilegio, vel conſuetudine; tunc enim Papa derogat in totum. Pariſ. *num. 51.* Caſſador. *deciſ. 4. de probat. in deciſ. 4. & ultim. de jurepatron.* Lambertin. *de jurepatronat. lib. 2. par. 3. q. 9. art. 25.*

Quartò, quando beneficium erat litigioſum in Curia Romana. Covarr. *pract. quæſt. capit. 36. numero 7. & 8.*

Quintò, derogatur juripatronatus pro medietate; quod tamen ſano modo intelligendum eſt. Nam derogari juripatronatus pro medietate, nihil aliud eſt quàm reducere conſenſus per plures Patronos præſtitos ad medietatem: unde ſi præſentatio ad unum ſpectet pro medietate, hoc caſu non ſuffragatur derogatio per Pactam facta hoc modo, nempe pro medietate: oportet igitur hoc caſu quod præſentatus ut habeat voces, quæ cum iſta medietate faciant majorem partem: ut explicat Pariſ. *dicto lib. 2. quæſt. 4. numero 54. & ſequent.*

Sextò derogatur per Papam juripatronatus laicis, quando orator unus eſt ex Patronis. Pariſ. *ibidem num. 57.*

Septimò, in retentione beneficiorum promotis ad Epiſcopatum. Ratio eſt, quia conceditur tanta perſonæ jam à Patrono approbatæ. Pariſ. *num. 58.* Lotter. *lib. 2. quæſt. 8. num. 105.*

In Gallia non ita facilè juripatronatus laicale derogatur, nec etiam pro medietate: ut diximus *lib. 1. cap. 32. num. 27.* licèt quandoque id fiat pro bono pacis. Paſtor *lib. 1. cap. 19. de jurepatronat. num. 3.* † ubi etiam nonnullos affert caſus, in quibus admittitur hæc derogatio. Rebuff. *in prax. in 3. part. Signaturæ, in verb. necnon juriſpatronatus, numero 15. & 36.* qui *ibid. à num. 10.* ponit plures caſus in quibus valet proviſio, etiam ſine derogatione juripatronatus.

§. 10.

De collatione beneficiorum per concurſum.

1 *In beneficiis vacantibus per obitum, vel reſignationem, etiam in Curia, requiritur quod provideatur fiat per concurſum.*

2 *Concurſus non adhibetur, nec eſt neceſſarius in reſignationibus factis in favorem; ſed ſolum ſimplex examen ſufficit, & dantur proviſiones in forma dignum.*

3 In

3 *In Parochialibus quæ sunt de jurepatronatus laicorum, concursus non exigitur.*
4 *In beneficiis regularibus concursus non est adhibendus.*
5 *Item nec quando Papa concedit Parochialem in* forma dignum.
6 *Nec in dignitatibus curam animarum actu habentibus.*
7 *Nec in Beneficiis iurispatronatus mixti ex Clericali & laicali.*
8 *Nec in Parochialibus unitis Canonicatui.*
9 *Nec in permutatione quæ fit inter duos Parochos jam examinatos, & approbatos ad Parochialem.*
10 *In Vicariis Parochialium unitarum Capitulis, vel aliis locis piis.*
11 *In Parochialibus unitis Capitulis providetur ad nominationem eorum, quibus Parochiales sunt unitæ, prævio tamen examine & approbatione Episcopi.*
12 *Si duo adsint præsentati à Patronis ad Parochialem Ecclesiam habentes voces æquales, debet inter illos duos fieri concursus, & institui ille qui inter ipsos duos in concursu magis idoneus reperietur.*
13 *Si præsentati à Patronis habeant vota inæqualia, ille præferendus erit qui vocum pluralitatem pro se habebit.*
14 *De forma observanda in instituendo concursu in Ecclesiis Parochialibus. Remissivè.*

1 NOnnulla de concursu, & examine in ipso faciendo, diximus *lib. 1. cap. 59.* nunc pauca adjungemus.

Primò, quamvis concursus omninò necessarius sit regulariter in Ecclesiis Parochialibus vacantibus, sive per obitum, sive per resignationem etiam in Curia factam, vel quacumque alia ratione ad quemcumque collatio pertineat: ex Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 18.* & constitutione 32. Pii V. quæ incipit *In conferendis.*

2 Dixi per resignationem, intelligendo de resignatione pura; si enim facta fuerit in favorem, & admissa Parochialis beneficii resignatio, solùm inquiritur utrùm provisus sit idoneus, nullo adhibito concursu, sive resignatarius sit præsens in Curia, sive non: & tunc solet dari provisio in *forma dignum.* Gonzal. *ad regul. 8. glossa 6. num. 121.* dicens ita per Sacr. Congregat. fuisse declaratum.

3 Tamen multi sunt casus in quibus concursus non debet adhiberi, veluti si agatur de beneficiis jurispatronatus Laicorum. Paris. *de resignat. lib. 8. quæst. 9. num. 111.* Quod ampliatur ut locum habeat, & non sit necessarius concursus, quando agitur de jurepatronatus quod ab origine erat totum laicale; sed deinde pro duabus tertiis per donationem à laico factam, fuit effectum clericale: ut decisum à sacra Congregatione testatur Barbos. *in decis. Apostol. collect. 201. num. 9.*

4 Item concursus non est adhibendus in beneficiis regularium; sed solùm examen super idoneitate: ita decidit Sacra Congregatio, ex Gonzal. *glossa 6. num. 162.*

5 Nec quando Papa confert Parochiales *in forma dignum*: quia tunc sufficit simplex examen. Vgolin. *de Episc. par. 2. cap. 50. §. 3. num. 3. versic. Sextò.*

6 Nec beneficia curam animarum habentia, quæ sunt verè dignitates. Gars. *de benefic. part. 9. capit. 2. num. 195.*

7 Nec beneficia, quæ sunt jurispatronatus mixti; idest partim laicalis, partim Ecclesiastici. Barbos. *de offic. Paroch. cap. 2. num. 30.*

8 Nec in Ecclesia Parochiali, quæ est unita Canonicatui: quia nec ipse Canonicatus exercetur per concursum. Vgolin. *ibid. num. 3. versic. Nonò.*

9 Non fit etiam concursus in permutatione quæ fit de duabus Parochiis; cùm uterque Parochus fuerit ad exercitium curæ jam approbatus. Limitatur tamen si quis simplex beneficium cum alio curam animarum habente permutaret. Nam hoc casu qui beneficium curatum adipisci volet, examinabitur; non qui simplex. Vgolin. *ibid. versic. Septimò.*

10 Non exigitur quoque concursus in Vicariis Parochialium unitarum Capitulis, vel aliis locis piis, juxta Bullam Pii V. †

11 sed tali casu providetur ad nominationem & præsentationem eorum, quorum Beneficiis vel dignitatibus, seu Capitulis beneficia sunt unita, prævio examine & approbatione Episcopi. Rot. *decis. 16. n. 12. part. 6. recent.* Burat. *decis. 214. n. 1.* Rot. *decis. 102. num. 1. & 9. part. 1. recent.* Cavaler. *decis. 595. num. 4. & 599. num. 1.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 6. num. 34. & 35.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. quæst. 31. num. 1.* Et illa Pii V. constitutio posterior est Concilio Tridentino, & habet vim Legis. Rot. apud Gars. *de benefic. part. 9. cap. 2. num. 309.*

12 Sed tamen notandum est, quod etiamsi ageretur de beneficio curam animarum habente, quod esset de jurepatronatus laicali, provideri deberet per concursum inter duos præsentatos habentes vota æqualia, ad sciendum quis ex duobus sit magis idoneus: †

13 sed si vota essent inæqualia, instituendus esset is, qui plures haberet voces, dummodo esset sub simplici examine repertus idoneus: sic decisum refert in Curia Archiepisc. Neapolit. Ricc. *collect. 3163.*

14 De forma observanda in concursu, non est amplius hic agendum; cùm ea sufficienter exponatur apud Barbos. *de offic. & potest. Paroch. cap. 2. à num. 37.*

CAPVT V.

De amissione beneficiorum. Et de variis modis quibus beneficia amittuntur.

§. 1.

De Simonia, Confidentia, Assassinio, Homicidio, Concubinatu, & aliis delictis.

1 *Propter simoniam beneficium impetrari potest ante sententiam.*
2 *Quo remedio impetratio fieri possit ante sententiam in non vacantibus ipso iure.*
3 *In iurepatronatus simonia committitur, sed improprie.*
4 *Simonia in iure patronatus non inducit privationem illius, nisi per sententiam, non autem ipso iure. Quod intelligendum est si simonia committatur circa iuspatronatus, non circa beneficium; hoc enim secundo casu privatio incurritur ipso iure, num. 5. & 6.*
7 *Simoniam non committi in venditione prabendæ, quomodò verum sit.*
8 *Simonia quomodo probetur. Et an socius criminis & muneris, in testem admitti possit ad probationem simoniæ, num. 9.*

10 *Confeſſio reſignantis poſt reſignationem non probat ſimoniam in præjudicium reſignatarii.*
11 *Quomodò admitti, vel reiici poſſint conjecturæ pro probatione ſimoniæ.*
12 *Confidentia inducit beneficii privationem ipſo jure, etiam in Gallia: & num.14.*
13 *Confidentia agendo debet concludenter probari, ſecus excipiendo.*
15 *Decem annis purgatur in Gallia vitium confidentiæ.*
16 *Fallit ſi ſit delictum continuatum, tunc enim ſemper durat.*
17 *De Aſſaſſinio.*
18 *De Homicidio.*
19 *De Concubinatu.*
20 *De Adulterio.*
21 *De occultantibus corpus defuncti.*
22 *De ſimplici percuſſione, an & quando inducat privationis pœnam ipſo jure, vel per ſententiam; an non? Remiſsivè.*
23 *Clericus non debet privari beneficio propter delictum, quando fuit ad illius titulum promotus. Fallit in clerico propter concubinatum ſuſpenſo, num.24.*
25 *Scandaloſi prævia monitione beneficiis ſunt privandi.*
26 *Aleatori publico collatio facta, nulla eſt ipſo jure.*

DE ſimoniæ probatione, & ad illam requiſitis egimus *lib.1. cap.27.* Item de diſtinctione ſimoniæ in veram & interpretativam, *eod.lib. cap.69. numero 24. & cap.97. num.16. & ſequentibus.* Et de ſimonia in beneficiis plura tradit Sanch. *in conſil. moralib. lib.2. capit.3. à num.1. ad 48. & à num.101. ad 123.*

1 Paucis dico beneficium vacans per ſimoniam impetrari poſſe etiam ante declarationem privationis,
2 quia vacat ipſo jure. † Imò in non vacantibus ipſo jure fieri poſſe impetrationem ante ſententiam, cum clauſula, *ſi conſtiterit*: quando crimen tale eſt ex quo veniat imponenda pœna privationis, vel depoſitionis, tradit Rebuff. *conſ.59. numero 4. & 5.* ubi dicit ſic obſervari in practica, quando agitur de ſimoniaco, ut facto ad plenum narrato apponatur clauſula ſequens: *ſi vocatis vocandis reperias dictam Eccleſiam vacare, conferre procures Tali*: de quo etiam per nos *dicto cap.27. num.15.*

3 Propriè autem ſimonia committitur in ordine, vel beneficio: unde in Iurepatronatus propriè ſimonia non committitur, ſed impropriè: & hac ratione pactum initum inter Patronum, & præſentatum, vt iſte filio vel nepoti præſentantis, aut alteri tertio renunciet, ſimoniacum dici poteſt, *cap.final. de pact.* quia licèt jus patronatus non ſit propriè ſpirituale, eſt tamen ſpirituali annexum, *cap. præterea, de tranſ-*
4 *act. cap. de jure, de jurepatronat. cum ſimilibus.* † Sed quia hæc non eſt propriè ſimonia; ideo ſimoniacus in jurepatronatus non incurrit pœnam excommunicationis, nec privationem juriſpatronatus ipſo jure; ſed tantùm poſt ſententiam declaratoriam. Sanch. *in conſil. moralib. lib.2. cap.3. dubit.82. num.6. & 8.*

5 Quod tamen cautè intelligendum eſt, nimirum ut procedat quando ſimonia conſiſtit dumtaxat circa ipſum juſpatronatus; veluti ſi juſpatronatus vendatur, vel pro eo aliquid temporale detur; ſecus eſt ſi ſimonia committatur circa ipſum beneficium, quod eſt de jurepatronatus; veluti ſi Patronus præſentaret ad beneficium ſub pecuniæ, vel alterius rei temporalis promiſſione: tunc enim ſimonia eſſet circa beneficium, non autem circa jus patronatus: & ſic oriretur ipſo jure pœna privationis. Sanch. *lib.1 conſil. moral. cap.3. dubitat.107. n.5. verſic. ubi dicit ſecus eſſe.* † Et quod non incurratur pœna excommunicationis ipſo jure, quando ſimonia verſatur dumtaxat circa juſpatronatus, etiam poſt Concil. Tridentinum, benè probat Sanch. *dicto cap.3. dubitat.81.*

Similiter ſimoniam non committi in venditione præbendæ, tradit Veral. *deciſ.237. part.3.* Quod intelligendum eſt, quando præbenda venditur tanquam commoditas fructuum, quia hoc caſu eſt remerè temporalis: ſecus ſi vendatur tanquam ſpiritualis, vel annexa ſpirituali. Ricc. *collect.2232. verſic. ſimonia committitur.*

De probatione ſimoniæ diximus *prædicto cap.15.* & de conjecturis ex quibus illa probatur agit Ricc. *in deciſ. Archiep. part.3. deciſ.114.* Tales autem ſunt, publica vox, & fama, mutuum pecuniæ eodem tempore factum, confeſſio clerici reſignantis, quamvis ſit ſocius criminis, quæ licèt non probet; tamen facit adminiculum, ut *ibi* per eum. † Quamvis de ſocio criminis hoc non ita ſimpliciter admittendum ſit, docet idem Ricc. *collect.1715.* quando non eſt ſocius criminis & muneris, id eſt prætitit operam gratiam; ſi ſit ſocius criminis & muneris, quia videlicet emolumentum inde fuerit aſſecutus, admittitur in teſtem: per text. *in cap.1. de teſtib. in 6.* Verall. *deciſ. 244. part.3.*

Quod autem de confeſſione dictum eſt, intelligi debet ut procedat, dummodo confeſſio facta ſit ante reſignationem: nam ſi reſignans confeſſionem emolliteret poſt reſignationem, non noceret reſignatario. Cavaler. *deciſ.352. num.6.*

Sed advertendum, eſt quod omnes illæ conjecturæ rejectæ fuerunt ſuper eodem negotio apud Mar. Antonin. *lib.3. cap.34.* qui omninò videndus eſt pro reſolutione eorum quæ tradit Ricc. *dicta deciſ.114. libro 3.*

Confidentia quoque privationem beneficium ipſo jure inducit, etiam in Gallia, ut diximus *lib.1. cap.89. num.17.* Qua de re Louet *litt.B, num.9.* Peleus *lib.1. action. forenſ. cap.50.* Adeo ut nec per tranſactionem purgari poſſit. Loüet *litt. B, num.10.*

Hæc etiam plenè probanda eſt, & concludenter quando agitur de privatione beneficii; ſecus ſi ageretur de excludendo à beneficio eum qui minus illud adeptus fuit: quoniam tunc ſufficiunt leves probationes. Ricc. *collect.1714.* poſt Seraph. *deciſ.96. num.3. verſic. neque hîc agitur.* Mantic. *deciſ.21.* Plura de probatione Confidentiæ Ricc. *collect. 2324.* & ex quibus conjecturis arguatur, Menoch. *de arbitr. caſ.566.*

Quod autem confidentia privet ipſo jure, etiam ante ſententiam declaratoriam, indubitatum eſt; docet Pariſ. *de confident. quæſt.85. num.16. & 17.* per ſimoniam oritur privatio ipſo jure. Petr. Greg. *de benefic. cap.26. num.1. & 2.*

Et quamvis hujuſmodi delicta ſpatio decem annorum purgari in Gallia voluerit Bleyn. *de purg. cap. ult. in gloſſ.5. num.57.*

Tamen hoc non habet locum quando agitur de delicto continuato, & tractum temporis habente; quia cùm ſemper duret delictum ſucceſſivum, non lapſu temporis tegi poteſt. Charond. *lib.1. Reſponſ.47. in fin.*

De Aſſaſſinio actum eſt *lib.1. cap.27. num.4. & ſequent. & cap.97. num.23. & 24.*

De Homicidio *eod. lib. cap.27. num.9. & cap.* De *num.26.*

19 De Concubinatu publico, vel non publico, actum est *c.97. n.1. & sequent.*

20 De Adulterio, *c.97.n.14. & 15.*

21 De occultantibus corpus beneficiarii defuncti, *eod. c.97. n.18.*

22 De simplici percussione, & vulnere illato cum effusione sanguinis, *eodem c.97. n.25.*

23 Hoc autem generaliter in supradictis omnibus casibus notandum est, quod clericus privari non debet beneficio, quamvis commiserit delictum privatione dignum, si ad illius beneficii titulum fuerit ordinatus, & aliunde non habeat unde vivere possit. Ricc.

24 *decis.Cur. Archiep.185.part.1.*† qui tamen hoc limitat in Clerico propter concubinatum suspenso, cui succurri non debet nisi in articulo mortis, vel alia extremissima necessitate, ut *ibi* per eum. Donat. Anton. de Marin. *lib.1.resolut.c.37.n.ult.*

25 Scandalosi quoque & turpiter viventes sunt privandi beneficiis, non tamen nisi prævia nominatione. Gratian. *discept.991.num.16.* ex Concilio Tridentino *sess.21. c.6.de reformat.* ubi dicitur quod tales sic viventes, postquam præmoniti fuerint per Episcopos, coërcendi & castigandi sunt: & si adhuc incorrigibiles fuerint, privandi sunt beneficiis juxta sacrorum canonum constitutionem, quacumque appellatione & exemptione remota.

26 Aleatori autem publico beneficium conferri non potest. Ricc. *in prax.aur.resolut.119.& collect.2772.* Quia cùm talis sit infamis, nulla est ipso jure: si tamen sit aleator occultus, collatio non est ipso jure nulla, sed irritari debet: ita ut nec sub prætextu consuetudinis excusandus sit. Rot. *decis.426.n.2.& sequentib.part.1.divers.* ubi etiam explicatur quando licitus sit clerico ludus modicæ quantitatis, recreationis causâ.

§. 2.

De Irregularitate.

1 *Laicus qui irregularitatem incurrit, si velit postea factus clericus impetrare beneficium, tenetur obtinere dispensationem super irregularitate incursa tempore status laicalis.*

2 *Clausula*, cum absolutione à censuris, *non comprehendit irregularitatem: & vide §. sequenti, num.10.*

3 *Irregularis efficitur qui exercet ordinem, quem non habet.*

4 *Item exercendo Pontificalia post suspensionem.*

5 *Item sententiam sanguinis pronunciando, aut illi auxilium præstando; non tamen per solam præsentiam tempore executionis capitalis, & numero 7.*

6 *Nec incurritur irregularitas per prolationem sententiæ super tortura, nisi ex ea mutilatio membri, aut sanguinis effusio oriatur.*

8 *Condemnatus in perpetuum ad triremes, utrùm ex eo sit privatus beneficiis non requirentibus residentiam, si de hoc nihil in sententia dictum fuerit.*

9 *Promotus ad sacerdotium ante 25. ætatis suæ annum, fit irregularis. Maximè stante constitutione Pii V. quæ pœnam suspensionis indicit, numero 10.*

11 *Collatio facta illi qui in ordine Presbyteratus ante 25. suæ ætatis annum ministravit, nulla est ipso jure.*

12 *Limitatur tamen, ut non procedat in eo qui est in probabili ignorantia.*

13 *Crassa & vincibilis ignorantia sufficit in ministrante in sacerdotio ante 25. annos, ad evitandam irregularitatem.*

14 *Iuris ignorantia excusat ministrantem in sacerdotio ante legitimam ætatem, ut non incurrat suspensionem.*

15 *Qui malè promotus fuit ante legitimam ætatem, habens probabilem ignorantiam, non desistens habitâ scientiâ suæ ætatis, peccat mortaliter, sed non est irregularis.*

16 *Episcopus dispensare potest, si irregularitas contracta per celebrantem ante legitimam ætatem sit occulta.*

17 *Si quis publicè per plures annos, quantumuis inhabilis celebravit, præsumitur dispensationem obtinuisse.*

18 *Dispensatio Episcopi super irregularitate occulta non suffragatur quoad forum exterius, si postea negotium in judicium deducatur.*

19 *Super irregularitate in judicium deducta solus Papa, seu Sedes Apostolica dispensare potest.*

DE irregularitate egimus *lib.1.c.94.* Item & *c.97. num.10.*

Quibus addo quod etiamsi quis incurrat irre- 1
gularitatem, veluti proferendo sententiam sanguinis, aut alia ratione antequam beneficium impetraret, necessariò tenetur obtinere specialem dispensationem ab irregularitate jam incursa: nec sufficit clausula illa generalis, *cum absolutione*, licèt de tempore incursæ irregularitatis esset laicus: & in hoc advertere debent impetrantes beneficia, si dum essent in statu laicali, incurrerunt irregularitatem. Rot. *part.2.recent.decis.44.*† Quia clausula illa, *cum absolu-* 2
tione à censuris, non comprehendit irregularitatem.

Irregularitas autem pluribus modis incurritur, de 3
quibus copiosè Farinac. *in fragment. litt. I, à numero 403.*

Exemplum in eo qui exercet ordinem quem non habet, *cap.1. de cleric. non promot.ministr.* Vgolin. *de irregularit.cap.37.per tot.* B. Antonin. *de irregularit. capit.1.num.2.& 3.* Maceratens. *lib.3.resolut.16.in secundo casu.*

Item incurritur celebrando, & Pontificalia exer- 4
cendo, postquam ab illis quis suspensus fuit. Ricc. *collect.2673.*

Item sententiam sanguinis pronunciando, aut illi 5
consilium, auxilium, aut assistentiam dando: nam Clerici id facientes, propter talem irregularitatem beneficiorum suorum privationem incurrunt: *cap. ex literis, de excess. Prælat. cap. Clericis, ne Cleric. vel Monachi secul. neg.se immisc. can. si quis viduam 50. distinct.* & ita judicatum fuisse refert Tornet *lit.B, n.59.* † Vbi concludit, non incurri irregularitatem 6
per eum qui sententiam torturæ pronunciat, nisi talis & tam aspera esset tortura, ut ex ea membri mutilatio aut effusio sanguinis sequeretur.

Eadémque ratione non prohibetur clericis, ut sen- 7
tentiæ capitalis executioni sint præsentes, dummodo nullam habeant jurisdictionem, & nihil cooperentur: Bonacin. *de censur. disput.7 quæst.4.punct.1.n.16.* Plura hac de re Farinac. *in fragment. in verb. Clericus, num.369. & sequentib.*

Sed quid dicendum de eo qui condemnatus est ad 8
Triremes in perpetuum, an sit ipso jure privatus suis beneficiis, in quibus non requiritur residentia? Distinguendum est: Aut enim fuit condemnatus pro crimine, pro quo non incurritur pœna privationis ipso jure, veluti pro simplici homicidio non qualificato: & tunc nisi in condemnatione adjecta fuerit

pœna privationis beneficii, per condemnationem ad triremes non privatur beneficiis. Aut verò propter delictum pro quo quis condemnatur ad triremes, incurritur pœna privationis ipſo jure, veluti ſi agatur de eo qui litteras Apoſtolicas falſificavit, aut alio ſimili delicto pœnam privationis ipſo jure inferente: & tunc licèt in ſententia condemnatoria nihil fuerit dictum de privatione beneficii, tamen privatio abſque alia expreſſione cenſetur indicta, & declarata per quandam neceſſariam conſequentiam. Ita Novar. *apud Ricc. in deciſ. Cur. Archiep. Neapol. part. 2. deciſ. 95.*

9 Aliud exemplum irregularitatis eſſe poteſt in eo, qui ante 25. ſuæ ætatis annum ad ſacrum Presbyteratus ordinem promotus eſt, contra Concilii Trident. conſtitutionem *ſeſſ. 23. c. 12. & Clemen. fin. de ætat. & qualit. & ordine præficiend.* ſiquidem ſecundùm juris communis diſpoſitionem, iſte ſuſpenſus manet ante ætatem legitimam dumtaxat. Rubuff. *in prax. tit. de Cleric. ad ordin. malè promot. gloſſ. 2. n. 18.* Et hæc ſuſpenſio de jure communi non inducebat irregularitatem ipſo jure, adversùs miniſtrantes in ordine illo ſic malè collato. Franc. *in c. eos, n. 5. de temporib. ordinat. in 6.* Covarruv. *in Clementin. ſi furioſus, §. 1. n. 4. partis 1. de homicid.*

10 Ex conſtituone verò Pii II. incipiente, *Cùm ex ſacrorum*, tales ante legitimam ætatem ſacros ordines ſuſcipientes declarantur ipſo jure ſuſpenſi; & præterea declarantur irregulares, ſi pendente ſuſpenſione in ordine, à quo ſuſpenſi ſunt, miniſtrare præſumpſerint.

11 Ideo collatio beneficii facta tali ſic miniſtranti ante legitimam ætatem, eſt ipſo jure nulla. Verall. *deciſ. 238. num. 4. part. 2.* Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. numero 226.*

12 Quod tamen limitandum eſt ut non procedat, quando ſic promotus & miniſtrans ante legitimam ætatem fecit hoc ex probabili ignorantia: quia conſtitutio Pii II. ſolùm emanavit adversùs eos qui ante legitimam ætatem ſacros ordines ſuſcipere, & in eis miniſtrare *temerè* præſumpſerint. Barboſ. *de Epiſcop. allegat. 16. n. 17. & ſequent.* Scorr. *in conſtit. ſumm. Pontif. theor. mat. 108. in Epitom. 39 verſic. excipiuntur.* Cavaler. *deciſ. 1. n. 1. 2. & 3.* repetita *deciſ. 200. part. 2. recent.* Idem Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. c. 11. n. 10. & c. vel non eſt compos 14. n. 8. de tempor. ordinat.*

13 † Imò ad evitandam irregularitatem hanc, ſufficit craſſa & vincibilis ignorantia, ex Dian. *part. 3. tract. 4. reſolut. 192.* Avila *de cenſur. part. 3. diſput. 5. dubitat. 7.* ubi id procedere vult, dummodo abſit dolus & ignorantia affectata: ut in *dicta dubitat. 7. verſ. pro intelligentia.* Bonacin. *de ſuſpenſ. diſput. 5. n. 2. verſic. ex*

14 *quo patet.* † Et quod plus eſt, juris ignorantiam illum excuſare qui ignorabat induci pœnam ſuſpenſionis ipſo jure, tenet Quarant. *in ſumm. Bull. in verb. Ordo in 1. limitat. verſic. notandum*, ibi, *ſecundo modo accidere poteſt. fol. mihi* 487. Covarr. *in dicta Clementin. ſi furioſus, part. 1. §. 1. n. 4. verſic. Is verò qui bona fide.*

15 Adeo ut ſuperveniente ſcientiâ ſic promotus celebrare non impediatur, nec irregularitatem incurrat; ſed tamen peccati mortalis reus fiat, ſi non fuerit diſpenſatus. Diana *dicta part. 3. tract. 4. reſolut. 182.* quamvis aliqui exiſtiment illum nullo modo peccare: ut *ib id.* oſtenditur.

16 Sed ſi impedimentum ſit occultum, Epiſcopus diſpenſare ſuper eo poteſt in vim Conc. Trident. *ſeſſ. 24. capit. 6.* Bonacin. *de ſuſpenſ. diſput. 3. punct. 5. num. 2. verſic. Tertiò.* Ricc. *in prax. aur. variar. reſolut. cap. 105.* idque quamvis celebratio ſit publica. Ricc. *dicto ca-*

17 *pit. 105. n. 2.* † Quæ diſpenſatio præſumitur, ſi talis ſic promotus publicè per plures annos celebraverit, & pro Sacerdote ſe geſſerit, niſi graviores in contrarium adſint conjecturæ. Cavaler. *dicta deciſ. 1. num. 6.* Ancharan. *conſil. 117.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 47. n. 97.* † Sed tamen notandum eſt hanc Epiſcopi diſpenſationem non prodeſſe, ſi poſtea res deducatur ad controverſiam fori exterioris; cùm tantum hoc caſu remaneat valida quoad forum conſcientiæ. Gratian. *de benefic. part. 7. c. 11. n. 52.*

Sed ſi irregularitas deducta eſſet ad forum con- 18
tentioſum, ſolus Papa ſuper ea diſpenſare poſſet, aut is qui à Papa diſpenſandi facultatem habet. Gratian. *diſcept. forenſ. 837. n. 13. & 14.*

§. 3.

De excommunicatis, & inſordeſcentibus in excommunicatione.

1 *Collatio beneficii facta excommunicato eſt ipſo jure nulla.*

2 *Abſolutio ab excommunicatione poſtea ſuperveniens, non convalidat collationem beneficii factam excommunicato.*

3 *Habilitas & capacitas debet adeſſe tempore collationis, nec ſufficit ſi poſtea ſuperveniat.*

4 *In Graduatis capacitas inſpicitur tempore collationis.*

5 *Explicatur Maynard.* lib. 1. c. 55.

6 *Clauſula*, Téque abſoventes, *validam reddit collationem factam excommunicato.*

7 *Clauſula abſolutionis in literis contenta, ſolùm ſuſpendit excommunicationem ad effectum validitatis gratiæ, non autem quoad alios effectus.*

8 *Clauſula abſolutionis contenta in Bullis, non facit ut excommunicatus celebrare poſſit.*

9 *Clauſula illa abſolutionis non operatur quoad dictum beneficium, in proviſionibus non exceptum.*

10 *Clauſula*, Téque abſolventes, &c. *non tollit irregularitatem.*

11 *Neque operatur quoad inſordeſcentes.*

12 *Inſordeſcentes utrùm privandi ſint beneficiis per annum, an verò per triennium peregerint in excommunicatione: & concluditur ſufficere annum.*

13 *Ut quis dicatur inſordeſcens ob perſeverantiam excommunicatione per annum, annus debet eſſe continuus, & completus: quia tempora non conjunguntur.*

14 *Annus quoad inſordeſcentiam non debet numeri à die incurſæ, ſed à die declaratæ excommunicationis.*

15 *Inſordeſcentia tollitur per diligentias factas ad obtinenda abſolutione.*

16 *Intellige dummodo diligentiæ & ſigna pœnitentiæ intervenerint intra annum.*

17 *Vtrùm incurratur privatio propter inſordeſcentiam; videndum eſt ſi excommunicatus fuerit propter crimen, propter quod inducitur privatio ipſo jure: tunc enim habetur delinquens pro confeſſo, & convicto; & ſic privatur.*

18 *Quando contumax fuit excommunicatus ab actum ex quo non venit pœna privationis ipſo jure poteſt poſt annum privari; ſed nova requiritur citatio.*

19 *Si nec ipſo jure, nec per ſententiam privativa delicto imponi poſſit, inſordeſcens pœna ſuſpenſionis*

bitraria plectendus est ; non tamen beneficio etiam per sententiam privandus.

1 COllatio beneficii facta excommunicato,est ipso jure nulla : *cap.postulastis,*& *ibi* Gloss.& DD.*de Cleric.excommunic.ministrante.*Selu.*de benefic.part.3.*
2 *quæst.4.*Paris.*lib.4.quæst.3. à numero 44. & libro 5. quæst.6.à numero 77.*† Neque reconualescit collatio facta excommunicato , quamvis postea absolutionem obtinuisset. Rebuff. *in Concordat. tit. de excom-*
3 *munic. non evitand. versic. Advertendum est.* † Quia Regula generalis est, quod habilitas & capacitas requiritur tempore provisionis , nec sufficit si postea superveniat. Gratian. *discept. forens.*508.*numero* 10.
4 † Sicut in Graduatis habilitas non ad tempus nominationis,sed ad tempus provisionis referenda est : ut refert decisum Tornet *litt.B,numero* 29.quamvis du-
5 bitare videatur *ibidem numero* 62 † Quamvis etiam Maynard.*lib.1.capit.55.* contrarium determinare videatur, tamen decisio illa procedit quando inhabilis obtinuit postea rehabilitationem , & non est alicui tertio intermedio tempore jus quæsitum:ultra quod illa divisio procedit in possessorio summariissimo,& ex speciali consideratione personæ impetrantis : ut ibi legi potest.

6 Sed ad evitandam exceptionem excommunicationis , apponi solet in literis illa clausula, *Et cum absolutione à censuris , &c.* & in Bullis apponitur illa clausula,*Teque à quibuscuis excommunicationis censuris & sententiis,&c.absolventes:* cujus hic est effectus,ut per eam gratia reddatur valida & efficax,non obstante quacumque exceptione excommunicationis.Garf.
7 *de benefic. part.7. cap.13. num.59.* † Et hæc clausula cùm non operetur veram & perfectam absolutionem, sed solùm suspendat impedimentum proveniens ab excommunicatione , donec gratia sortiatur effectum ; quo sequuto, statim impetrans reincidit in excommunicationem. Garf.*dicta part.7.cap.13.n.62.* Ricciull.*de person.extr.grem.Eccles.existent.lib.4.ca-*
8 *pit.9.n.4.*† Ideo talis sic per illam clausulam absolu-
9 tus celebrare non poterit. Garf.*n.65.*Ricc.*n.5.*† Nec aliud beneficium obtinere à collatore ordinario, qui non potest absolvere , nec à Papa , nisi absolvatur. Ricciul.*n.6.*

10 Sed non prodest hæc clausula ad tollendam irregularitatem, ut diximus *in* §. *præcedent.n.2.* & tradit Mart. *de clausul.part.1.c.47.n.5.* Campanil.*in diver-*
11 *sor. jur. Canon. rubr.11.c.15.n.22.* † Qui addit *n.23.* hanc clausulam nihil operari pro insordescentibus in excommunicatione. Caren.*de offic.Inquisit.part.2. tit.8. §.7.*

12 Insordescentes autem utrùm privandi sint beneficiis,dubitari potest : pro cujus dubii resolutione sciendum est , quod insordescens dicitur ille , qui permansit in excommunicatione per annum. Quamvis enim in *c.cùm bona, de atat.& qualit.* Papa narrando factum loquutus fuerit de triennali perseverentia, & Rip. *in c.1. de judic.n.78.* videatur loqui de triennio ; tamen omnes communiter insordescentem vocant, qui per annum in excommunicatione perseveravit : ut per Gloss.*in dicto cap.cum bona,in verb.spoliare,*& *ibi* Hostiens.*num.7.*Ioan.Andr.*num.10.*Ricciull.*dicto*
13 *lib.4.cap.7. num.1.* † Sed annus iste debet esse completus : nam quoad effectum insordescentiæ , tempora non conjunguntur, ut sacra Concilii Congregatio declaravit , teste Gratian. *lib.1.discep.119.n.8.*
14 Seraphin. *decis.1285. num.5.* † Numeratur autem annus non à die quo incursa, sed à die quo declarata fuit excommunicatio , ut tradit post alios Cæs. Caren.*in tract. de offic sanct. Inquisit.part.2.tit.8.§.1.n.5.*

Tollitur insordescentia per diligentias factas pro 15
obtinenda absolutione. Rota *post consil. Farinac. de-*
cis.196.per tot.& per petitionem absolutionis,aliósque pœnitentiæ actus. † Intelligendo tamen quan- 16
do istæ diligentiæ & signa pœnitentiæ fiunt intra annum , rejectâ opinione triennii , ut suprà dictum est. Ricc.*collect.*1961.Rot.*ubi suprà,decis.*202.

Hoc præsuppositò : Dico primò quod si Excom- 17
municatio lata fuerit propter crimen , quod ipso jure privat clericum beneficio, tunc censetur ipso jure privatus,quia habetur pro confesso, & convicto , in pœnam suæ insordescentiæ & contemptus excommunicationis.

Dico secundò,quod si sententia lata fuerit propter 18
crimen, quod non privat beneficiis ipso jure,sed venit per sententiam declaranda privatio,insordescens potest post contractam insordescentiam beneficiis per sententiam privari ; sed transacto anno , requiritur nova citatio. Gratian.*dicto c.119.n.6.*

Dico tertiò, si excommunicatio laxata fuerit pro- 19
pter crimen, propter quod non veniret quis privandus beneficio ; tunc propter insordescentiam,si nihil aliud concurrat quod pœnam privationis mereatur, non est clerico imponenda ; sed alia dumtaxat judicis arbitrio. Has tres conclusiones ponit Rot. apud Seraphin.*decis.*1285.*n.1.*& post illam decis. Ricc.*dict. collectan.*1961.Gratian.*dict.c.119.n.1.*

§. 4.

De defectu clericatus, bigamia, & vacatione ob matrimonium.

1 *Laici beneficiorum sunt incapaces ; ideo Clericatus semper probandus est.*
2 *Clericatus probatur per literas patentes Ordinarii: Et per indicia & conjecturas , n.3. per testes de fama: n.4. per confessionem partis in precibus: n.5.*
6 *Bigamus incapax est beneficii , quamvis ante conjugium fuisset Clericus.*
7 *Bigamus non amittit characterem Clericalem , sed est incapax omnium functionum Clericalium,& est tanquam merus Laicus. Ideo est incapax pensionis, n.8.*
9 *Bigamia requirit consummationem matrimonii, aliàs non contrahitur.*
10 *De triplici Bigamia,vera,interpretativa,& similitudinaria.*
11 *Solus Papa dispensat super Bigamia vera, & interpretativa.*
12 *Bigamia est irregularitas, sed non procedit ex aliquo delicto.*
13 *In Bigamia similitudinaria Episcopus dispensare potest , & quomodo hoc ad praxim reduci possit.*
14 *Prælati regulares eodem modo quo Episcopi , dispensare possunt suos religiosos super Bigamia similitudinaria.*
15 *Per matrionii contractum beneficia vacant ipso jure. Ampliatur etiam non secuta copulâ , dummodo per verba de præsenti, n.16.*
17 *Pensiones amittuntur per contractum matrimonii.*
18 *Ampliatur ut procedat , etiamsi matrimonium esset nullum, aliter quam ex defectu consensus.*
19 *Quid si constitutus in sacris, nulliter & de facto matrimonium contraxerit.*
20 *Quid si matrimonium factum fuerit sine Parocho proprio , & testibus contra formam Concilii.*

21 *Quid*

21 *Quid ſi nullum ſit ex defectu conſenſus. Et numero* 23.

22 *Licèt beneficia ob contractum matrimonii vacent ipſo jure, tamen requiri ſententiam declaratoriam, cenſuit Senatus Neapolitanus.*

24 *Penſiones etiam ob matrimonium nullum amitti, dummodo non ex defectu conſenſus, Rota Romana judicavit.*

25 *Verior eſt Rotæ ſententia, quod etiam ob matrimonium nulliter contractum inducatur vacatio beneficiorum ipſo jure.*

1 SVnt & aliæ cauſæ propter quas amittuntur beneficia, quas breviter recenſebimus.

Prima, defectus Clericatus: quia laici ſunt beneficiorum incapaces, adeo ut neque detur alicui manutentio in ſummatiſſimo poſſeſſorio, niſi doceat ſe eſſe clericum. Abb. *in cap. in literis, de reſtitut. ſpol.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 34. num. 61.*

2 Probatur autem Clericatus primò ex literis patentibus Ordinarii. Rot. *deciſ. 97. num. 14. parte 4. recentior. tom. 2.* Tamburin. *de jur. Abbat. part. 2. diſputat. 2. quæſt. 18. num. 7.* ubi loquitur de atteſtatione facta per Prælatum regularem. Rot. *deciſ. 248.*

3 *num. 2. part. 1. in recentioribus.* † Item probatur per indicia & conjecturas. Boër. *deciſ. 171. num. 23. 24. & 25.*

4 † Item per teſtes de communi reputatione, & fama. Ludoviſ. *deciſ. 394. num. 2.* veluti ſi probatum fuerit quem pro Sacerdote ſe geſſiſſe publicè per plures

5 annos. Maſcard. *conſ. 305. num. 2.* Item probatur Clericatus ex confeſſione partis in precibus. Burat. *deciſ. 300. num. 4.*

6 Secunda, Bigamus incapax eſt beneficii, quamvis ante Bigamiam ad Clericatum promotus fuiſſet: quia licèt non amittat characterem Clericalem, qui

7 indelebilis eſt, Ludoviſ. *deciſ. 56. num. 9.* † Tamen privatur omni exercitio & privilegio Clericali, meruſque laicus cenſetur. Garſ. *part. 7. cap. 6. numero 2.*

8 † Ideo incapax eſt penſionis. Addit. *ad dictam dec. 516.*

9 *liter. B.* † Dummodo matrimonium fuerit per eum conſummatum, ut in dicta Addit. & ad Burat. *deciſ. 791. num. 11. & num. 2.*

10 Triplex eſt Bigamia, vera eſt, dummodo quis ſecundas contraxit nuptias. Gloſ. *in cap. 2. de Bigam.* Interpretativa, cùm quis viduam in uxorem accepit, illámque cognovit, *cap. à nobis, de Bigam. cap. ſi quis viduam, 34. diſtinction.* Et idem erit, ſi cum virgine poſt adulterium per eam commiſſum cognita, aut ex duobus matrimoniis invalidis conſummatis, aut uno valido, alio verò invalido: & dicitur interpretativa, quia fingitur quis duas veras & legitimas habuiſſe uxores. Similitudinaria Bigamia dicitur, quæ oritur ex matrimonio contracto, & conſummato, etiam cum virgine, per eos qui ordine ſacro initiati, aut voto ſolemni adſtricti ſunt: *cap. final. de Bigamia.* Garſ. *de benefic. part. 7. cap. 4. n. 15.* Quia licèt matrimonium hujuſmodi ſit nullum; tamen qui ſic contrahit, fit irregularis, & per conſequens non poteſt ſuſceptum ordinem exercere, niſi prævia diſpenſatione. Omnes iſti bigami ſunt incapaces beneficiorum: *cap. unic. de Bigam. in 6.*

11 Super Bigamia diſpenſare ſpectat ad Papam, ſi de vera, vel interpretativa agatur, idque tam quoad ordines, quàm quoad beneficia: *dicto cap. ſi quis viduam, 34. diſtinction. & canon. ſi quis viduam, 50. diſtinct.* Corrad. *de diſpenſat. libro ſecundo, capit. 1. numero 18.* & melius *capit. 2. numero 22.* ubi affertur declaratio ſacræ Congregationis Concilii, quæ etiam habetur ſimilis, circa Bigamiæ interpretativæ ab Epiſcopo non concedendam diſpenſationem, apud Barboſ. *in collect. Bullar. cap. 69.*

Neque obſtat Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. cap. 6.* 12 concedens Epiſcopo facultatem diſpenſandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto procedentibus, quia licèt iſta quandoque ex delicto provenire poſſit, tamen hoc eſt per accidens, quia ejus principale fundamentum non eſt ex delicto, ſed ex pluralitate conjugiorum, ſeu uxorum, ut docet Lezan. *in ſumma, in verb. Bigamus, num. 4.*

In bigamia autem ſimilitudinaria poteſt Epiſco- 13 pus diſpenſare cum eo, qui contraxit cum virgine: *cap. 1. qui Cleric. vel vovent.* Lezan. *ibid. dict. num. 4.*

Ideo poteſt permittere, ſi delictum ſit occultum, & agatur de Clerico ſibi ſubdito, aut religioſo non exempto, ut ille qui poſt votum vel religionis ingreſſum, nulliter & de facto matrimonium contraxit, ſi pœnitentiam egerit, poſſit in ordine ſuo miniſtrare, ut oſtendit Sanch. *de matrimon. lib. 1. diſput. 86. n. 22.* & 23. † Et quod de Epiſcopis dictum eſt, eadem ra- 14 tione procedit in Prælatis regularibus. Lezan. *in dicto verb. Bigamus, num. 6.*

Tertia, per matrimoniũ validè contractum à Cle- 15 co in minoribus ordinibus conſtituto, beneficia per eum poſſeſſa vacant ipſo jure, adeo ut nec illa illi reſignare queat. Sanch. *de matrimon. lib. 7. diſput. 42. num. 4.* Ricc. *collect. 813.*

Ampliatur primò, ut amittantur beneficia ipſo 16 jure per matrimonium per verba de præſenti, etiam non ſequutâ copulâ, adeo ut ſi ſponſa de præſenti, antequam fuerit ſequuta conſummatio matrimonii, religionem ingrediatur, ille qui cum ea contraxit non recuperet ſua beneficia. Sanch. *ibid. num. 5. &* 17 Ricc. *dict. collectan. 813.* † Nec ſolùm amittuntur beneficia per contractum matrimonii, ſed etiam penſiones. Gig. *de penſion. quæſt. 54.*

Ampliatur ſecundò ut procedat, quamvis matri- 18 monium eſſet nullum, dummodo nullitas aliunde procedat quàm ex defectu conſenſus. Quia qui matrimonium contrahit, eo ipſo habuit beneficium pro derelicto, & non debet eſſe melioris conditionis quàm is, qui licitè contraxit. Neque inſpiciendi ſunt facti validitas, ſed factum ipſum. Rot. coram Lancellot. *in Lucana de inſula Sanctæ*, apud Fontan. *poſt ejus conſilia, deciſ. 8.* ubi *num. 4.* explicatur quando dicatur deficere conſenſus, nempe quando per metum contraxit, vel non habens intellectum: non autem quando conſenſus fuit præſtitus, ex- 19 men ipſum annullat.

Aliqui tamen exiſtimant non vacare ipſo jure 20 neficia ejus, qui in ſacris ordinibus conſtitutus matrimonium, ut Sanch. hoc probabilius exiſtimat & expectandam eſſe privationis ſententiam. Sanch. *lib. 7. diſputat. 43. num. 4.*

Imò nec ejus qui non ſervatâ formâ Concil. 21 contraxit, veluti ſine Parocho proprio, & teſtibus reprobata *dicta deciſ. 8.* Lancellotti, inſerta *poſt Conſil. Franc.* quam etiam inſerit & reprobat Garſ. *de benefic. part. 11. capit. 8. numero 14.* Contrarium 22 que tenet Donat. Anton. de Marin. *lib. 1. reſolut. num. 9. &* 23 *num. 5.* idem de penſionibus dicens *num. 9. &* 24 bus copioſè Sanch. *de matrimon. lib. 7. diſput.* Addit. ad Burat. *deciſ. 791. num. 8.* ut ſcilicet non 25 cent hoc caſu beneficia ipſo jure, ſed expectanda ſententia. Quod etiam rejectâ illa deciſione exiſtimavit Ricc. *dicto collect. 813.* Sanch. *dict. lib. 7. diſput. num. 4.*

Conveniunt omnes matrimonium nullum ex de- 26 fectu conſenſus non inducere privationem beneficiorum, ut per Rot. *dicta deciſ. 8.* Sanch. *dict. diſput. 43. num. 7.*

22 In controversia autem principali de matrimonio, quod nullitatis vitio laborat, Sanfelic. *decis.*15. relatis omnium sententiis tandem concludit, sive matrimonium nullum scienter, sive ignoranter contractum fuerit, beneficia vacare quidem ipso jure, sed expectandam esse sententiam facti declaratoriam: nisi factum adeò notorium esset, ut non esset expe-
23 ctanda sententia, vel declaratio. † Si tamen nullitas procederet ob non observatam formam Concilii Tridentini, nihil determinat, sed remittit se ad notata per Garsi. *dicto cap.*8. *num.*13.& Ricc. *in prax. rer. for. Eccles. decis.*240.*numero* 2.qui aliud sentit *dicto*
24 *collectan.*813. † Mihi placeret sententia Garsi.& Riccii, nisi obstaret authoritas Rotæ, cui deferendum existimo: nam & indistinctè si matrimonium sit nullum aliter quàm ex defectu consensus, pensiones amitti decisum est apud Cavaler. *decis.*166.*n.*3.Addit. ad Burat.*decis.*791.*n.*10.

25 Et in propriis terminis matrimonii nulliter contracti, quod ipso jure inducatur ex eo vacatio beneficiorum,tenuit eadem Rota Roman.*decis.*250.*n.*21. *part.*7.*recentior.* post Gonzal. *ad regul.*8. *glos.*15.*in princip n.*43.*&* 44.*&* *glos.*57.*ex n.*44. Nos igitur à Rotæ sententia recedere non debemus.

§. 5.

De defectu ætatis,literaturæ,natalium,delationis habitus, & tonsuræ; & de professione religionis.

1 *Collatio beneficii non subsistit facta ætatem non habenti.*
2 *Ampliatur,etiamsi quid minimum ad ætatem desit.*
3 *Sola expressio ætatis facta summo Pontifici, absque alia dispensatione, sufficit ad validam reddendam collationem factam illi, qui non habet ætatem ad beneficium requisitam; quamvis non fuerit derogatum Concilio Tridentino.*
4 *Illiterato facta collatio, quando non valeat.*
5 *Illiteratus utrùm possit iuvari regula* de triennali.
6 *Defectus Literaturæ quomodo probari possit.*
7 *Illiteratus in materia beneficiali quis dicatur.*
8 *Literaturæ defectus indispensabilis est.*
9 *In beneficiis curatis quæ requiratur Literatura.*
10 *Litteratura quæ requiratur in beneficiis iurisdictionem habentibus.*
11 *Quod totum dependet ab arbitrio Episcopi.*
12 *Illegitimi sunt incapaces beneficiorum,nisi fuerint dispensati.*
13 *Illegitimi etiam in Gallia ad beneficia sine dispensatione non admittendi.*
14 *Dispensatio ad obtinendam pensionem utrùm suffragetur ad obtinendum postea Clericatum. Proponitur affirmativa sententia, quæ tamen in dubium revocatur,n.*16.
15 *Episcopus conferens Clericatum illegitimo, non censetur cum eo taciè dispensare, sed requiritur expressa dispensatio.*
17 *Illegitimi non sunt admittendi ad beneficia, in quibus fundator disposuit solos ex legitima linea descendentes admitti.*
18 *Habitum & tonsuram deferre tenetur qui beneficium obtinet, aut pensionem excedentem summam 60. ducatorum: aliàs potest beneficio & pensione privari.*
19 *Militiæ sæculari se adscribi faciens, ipso iure beneficiis privatur.*
20 *Professione religionis,non autem simplici ingressu, beneficia professi vacant ipso iure.*
21 *Novitius utrùm durante anno novitiatus, possit beneficia sua quando voluerit resignare; an verò teneatur expectare duos ultimos menses ante professionem, & adhibere licentiam Episcopi, seu eius Vicarii, iuxta formam Concilii* sess.25. de regular. c.16. *Proponitur affirmativa sententia.*
22 *Verius tamen, & receptius est,novitium non posse resignare durante anno novitiatus nisi in ultimis duobus mensibus, & servatâ formâ Concilii.*

QVænam ætas ad beneficia requiratur, diversis in locis explicavimus.

Nunc in genere dicere sufficiat, provisionem fa- 1
ctam non habenti legitimam ætatem,nullam esse, *c. licèt Canon,de elect.in* 6.quod præcipuè locum habet, stante decreto irritanti appositò in Concilio Tridentino,quod facit ut actus in contrarium factus reddatur ipso jure nullus: nec inducitur dispensatio per clausulas generales appositas in rescripto. Paris. *de resignat. lib.*4.*q.*9.*n.*34.

Idque procedit etiamsi ad ætatem legitimam quid 2
minimum deesset. Garsi. *de benefic.part.*7.*capit.*4.*numero* 84.

Sed hìc in praxi notandum est, quod dum Papa 3
alicui providet de beneficio in ætate, quæ minor est illâ quam tale beneficium requirit, etiamsi id sit contra Concilii Tridentini constitutiones,non requiritur quod Papa expresè dispenset, sed ex certa scientia facta provisio sufficit,quamvis nulla fiat mentio dispensationis. Vnde si minori undecim annis fiat provisio,sic exprimitur in literis: *Nos volentes tibi, qui in undecimo tuæ ætatis anno constitutus es,*&c.Quibus verbis Pontifex ostendit se habere scientiam inhabilitatis, & indulgere potiùs dicitur quàm dispensare: cùm in Concilio Tridentino salvam semper remanere summi Pontificis authoritatem fuerit constitutum,ut explicat Corrad.*in prax.dispensat.lib.*4.*cap.*2. *n.*45.*&* *sequentib.*

Secundò, collatio beneficii facta illiterato nulla 4
est, si tempore provisionis non adsit spes futuri studii & eruditionis; aut saltem venit irritanda, si provisus erudiri non curaverit. Gonzal. *ad regul.*8. *glos.*4. *num.*47. Garsi. *de benefic. part.*4. *capit.*7. *num* 20. † 5
Adeo ut illiterato non prosit regula de triennali Rebuff. *de pacific. possess. num.*206. *juncto num.*261. *&* *sequentib.* † Iste autem defectus literaturæ probatur 6
per rei evidentiam.Hostiens.*in c.fin.de ætat.&* *qualit.* *&* *ordin.*

Quæ autem Literatura requiratur in beneficiis, aliquid diximus supra *hoc lib.*2.*capit.*3.§.12.*num.*18. † In genere dicendum est, quod in hac materia il- 7
literatus dicitur, qui prima Grammaticæ Rudimenta non novit, adeo ut sit incapax recitandi divinum officium, cum quo propterea difficillimè dispensatur, quia talis censetur indignus. Gloss.*in can.de his, distinct.*28.& collatio illi facta non prosit. Abb. *in c. cùm nostris, de conces. præbend.* Et istum literaturæ 8
defectum esse indispensabilem, testatur Pyr. Corrad.*in prax.dispensat.lib.*4.*cap.*2.*num.*63. Habità autem notitiâ constructionis Grammaticalis, hoc sufficit in simplicibus beneficiis: † In habentibus verò 9
curam animarum,talis requiritur scientia, ut lepram à lepra discernere possint. † In dignitatibus haben- 10
tibus jurisdictionem,requiritur scientia juris Canonici: † & aliàs totum positum est judicis arbitrio. 11
Gonzal. *ad regul.*8. *glos.*4. *num.*68. *&* *sequent.* maximè

ximè *num.*78. Rot.*in antiqu. de probat.deciſ.*13.*n.*4. Lotter.*de re beneficiar.lib.*2.*quæſt.*50.*num.*44. *& multis ſequentib.*

12 Tertiò, de illegitimis quoad penſiones Eccleſiaſticas actum fuit ſuprà *hoc libro, cap.*1. §.4. *num.*10. Nunc addimus illegitimos, tam ordinum, quàm beneficiorum eſſe incapaces, *cap.innotuit,cap.cùm in cunctis,de elect.cap.*1.*& ult.de fil.presbyt.cap.*1.*eodem tit.in* 6.& diximus *lib.*1.*cap.*8.*num.*1.*&* 2.ubi oſtendimus, quando Epiſcopus ſuper natalibus ad ſimpli-

13 cia beneficia diſpenſare poſſit. † Dictáque incapacitas illegitimorum obſervatur etiam in Gallia, ut habetur apud Tornet *litter.B.num.*37.

Circa quod notandæ ſunt duæ concluſiones,quas

14 ponit Gabriel *conſil.*189. *lib.*1. † Prima, quod ſi Papa cum illegitimo diſpenſaverit, ut poſtquam charactere Clericali fuerit inſignitus, penſionem obtinere poſſit, nova requiritur diſpenſatio dum

15 Clericatum aſſequi vult. † Secunda, quod Epiſcopus, quamvis ſciat aliquem eſſe illegitimum, ſi ei conferat Clericatum, non cenſetur diſpenſaſſe tacitè, ſed requiritur expreſſis verbis facta diſpenſatio: adeo ut nec atteſtatio ſuæ notitiæ, & animi diſpenſandi poſtea ex intervallo per Epiſcopum facta ſufficiat. † Quoad primam concluſionem ſubſi-

16 ſtendum exiſtimo, quia Papa diſpenſando cum illegitimo ut penſionem obtinere poſſit, poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus, videtur cum eo ad Clericatum diſpenſaſſe, ſine quo penſionem ex ipſiuſmet Pontificii reſcripti diſpoſitione obtinere non poteſt.

17 De diſpenſatione cum illegitimis aliquid notat Anton. de Marin. *lib.*1.*quotid.reſol.cap.*168. *& cap.* 226. ubi oſtendit diſpenſationem non ſuffragari illegitimo, quando fundator illos ſolùm admitti voluit, qui eſſent ex legitima linea; niſi expreſsè fundationi fuerit derogatum.

18 Quartò, pœnam privationis incurrit, qui beneficium obtinet, vel penſionem excedentem ſummam ſexaginta ducatorum de Camera, juxta conſtitutionem Sixti V.ſi non incedat in habitu & tonſura Cle-

19 ricali. Rot. *deciſ.*158.*num.*16.*part.*1.*recent.*† ubi id multò magis procedere dicitur, ſi ſe militiæ ſæculari Clericus adſcripſerit, quia eo ipſo cenſetur renunciare beneficio, & inducitur vacatio ipſo jure. Gonzal.*ad regul.*8.*gloſſ.*15.*num.*53.*ad* 56.

20 Quintò, per profeſſionem religionis beneficia omnia profeſſi ipſo jure vacant, quod intelligendum eſt, lapſo tempore novitiatus, & facta actuali profeſſione.Rot.*deciſ.*543.*num.*4 *part.*2.*recentior.*Et ideo ille cui jus conferendi competit,ſtatim poſt emiſſam profeſſionem poteſt liberè beneficia profeſſi conferre, cùm religioſi ſint omninò incapaces beneficiorum ſæcularium ſine diſpenſatione,*cap.cùm de beneficio, de Præbend. in* 6.

21 Sed non levis eſt dubitatio,uttùm novitius durante anno novitiatus poſſit reſignare ſua beneficia, an verò teneatur expectare duos menſes ultimos ſui novitiatus,& procedere juxta formam Concilii Tridentin. *ſeſſ.*25.*de regularib. cap.*16. quo cavetur nullam renuntiationem factam per novitios eſſe validam, niſi fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem,cum licentia Epiſcopi, ſeu ejus Vicarii, & nullum ſortiri poſſit effectum, niſi ſequutâ profeſſione. In qua quæſtione Garſ. *de benefic. part.*11.*cap.*9. *n.*12. cenſuit validam eſſe novitii renuntiationem, quamvis facta fuerit non ſervatâ formâ Concilii, & illi ſubſcripſit Barboſ. *de Epiſcop. allegat.*99. *numero* 19.

22 Sed idem Barboſ. communem opinionem eſſe in contrarium docet *in tract.de iur. Eccleſ.univerſ.lib.* *cap.*42.*num.*233. ubi plures hujus ſententiæ authores allegat. Hanc igitur ſententiam amplecti debemus, præſertim quia ſæpe ita reſponſum fuiſſe à ſacra Congregatione teſtatur Pariſ.*de reſignat. lib.*3.*quæſt.* 13. *numero* 15. & pluribus rationibus comprobatur apud Sanch. *in præcept. decalog. libro* 7.*capit.*5.*num.* 37.*&* 38.Mar. Anton.*lib.*1.*reſolut.*112.*caſ.*62.Campanil. *in diverſor.iur. Canon. rubr.*12.*cap.*3.*num.*10. Mirand. *in manual. Prælat. regul.tom.*1.*quæſtion.*23. *artic.*5.

§. 6.

De vacatione propter beneficii incompatibilis aſſecutionem.

1 *Triplex beneficiorum incompatibilitas ſecundùm iuris communis diſpoſitionem explicatur, & quid circa hoc ſtatuat Concil. Tridentin. numero* 2.

3 *Incompatibilitas beneficiorum oritur ex eo quòd ſint ſub eodem tecto: & num.*5.

4 *Duæ Capellaniæ ſimplices nullam actualem reſidentiam requirentes,in eadem Eccleſia retineri poſſunt, ſecundùm Senatus Dolani ſententiam; Quæ tamen reiicitur, num.*19.

5 *Incompatibilitas ex multis cauſis oritur, Remiſivè.*

6 *Incompatibilitas beneficiorum ex conſiſtentia ſub eodem tecto exigit uniformitatem. Contraria in difformibus induci incompatibilitatem ſub eodem tecto, num.*7. *Verius tamen & receptum eſt requiri uniformitatem, num.*8.

9 *Hæc ſententia limitatur in difformibus reſidentiam requirentibus, quæ ſub eodem tecto obtineri nequeunt, propter obſtaculum reſidentiæ.*

10 *Reſidentia non inducit incompatibilitatem,niſi ſit ratione tituli; non enim ſufficit ad hanc reſidentia, non præcisè, ſed cauſative requiſita, ſcilicèt reſpectu acquiſitionis fructuum.*

11 *Sola exiſtentia beneficiorum ſub eodem tecto non inducit incompatibilitatem,niſi alia concurrant, de quibus hìc.*

12 *Cura iuriſdictionalis animarum non ſufficit ad inducendam incompatibilitatem, niſi concurrant.*

13 *Conſuetudo obtinendi in eadem Eccleſia duo beneficia ſimplicia, vel unam dignitatem cum beneficio, valida eſt.*

14 *Intellige, dummodò ſint beneficia difformia; ſecùs quoad uniformia non eſſet valida conſuetudo retinendi duo ſub eodem tecto.*

15 *Conſuetudo tamen iſta debet eſſe quadragenaria, & introducta ex certa ſcientia.*

16 *Epiſcopus diſpenſare poteſt ſuper duobus beneficiis ſub eodem tecto difformibus, ſi tenuis ſit reditus.*

17 *Contrarium tamen fuit deciſum in Rota Romana.*

18 *Per adeptionem beneficii ſimplicis reſidentiam non requirentis,non induci vacationem alterius ſimplicis ipſo iure quidam cenſuerunt. Sed contraria ſententia verior eſt: Et ideo reiicitur, dicit Senatus Dolani, num.*19.

20 *Rota Romana* deciſ.484. part.1. diverſ. *ipſamet Rota reprobata.*

21 *Vacatio non inducitur per aſſecutionem beneficii*

incompatibilis, nisi possessio sit pacifica, saltem per duos menses.

22 *Possessio autem debet esse pacifica, tam quoad titulum, quàm quoad fructus beneficii.*

23 *Clausula* quod orator primum beneficium intra duos menses dimittere teneatur, &c. *inficit titulum & possessionem.*

1 DE jure communi triplex est beneficiorum incompatibilitas. Prima beneficii curati cum diguitate, vel personatu: nam per adeptionem unius vacat aliud, *capit. de multa* 28. *de Præbend.* Secunda ex duabus præbendis, seu canonicatibus in eadem Ecclesia, *cap. literas, de concess. præbend.* Tertia de duobus beneficiis, sive curatis, sive simplicibus, continuam residentiam requirentibus, de jure, vel ex statuto, vel consuetudine. His casibus inducitur vacatio primi ipso jure per adeptionem secundi. Card. Zabarell. *consil.* 5. *num.* 3. & 4. Monald. *lib.* 1. *consil.* 97. *num.* 4.

2 Ex dispositione sacri Concilii Trident. *sess.* 7. *cap.* 4. quicumque plura beneficia curata, aut aliàs incompatibilia, sive per viam unionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocumque titulo contra formam *dicti cap. de multa*, retinere præsumpserit,

3 beneficiis ipsis ipso jure privatus existat. † Additur & quartus incompatibilitatis modus, ex eo quod beneficia sint sub eodem tecto, de quo *in capit. de multa, versic. Addentes quod in eadem Ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere præsumat, etiamsi curam non habeant animarum.*

4 Hinc oritur dubitatio, utrùm duæ capellaniæ simplices nullam actualem residetiam requirentes, in eadem Ecclesia retineri possint absque dispensatione. In qua quæstione pro affirmativa judicatum fuit apud Grivel. *decis. Dolana* 89. dummodo non requiratur in aliqua dictarum capellaniarum personalis residentia, & non sufficiant ad honestam sustentationem unius clerici: post Iacob. de Graff. *lib.* 2. *decis. cas. conscient. c.* 96. *n.* 25. Navarr. *consil.* 10. *de præbend. n.* 1. & *in Enchirid. c.* 25. *n.* 127.

5 Pro resolutione & declaratione totius materiæ supponendum est primò, incompatibilitatem beneficiorum non solùm induci ratione residentiæ, sed etiam ratione consistentiæ sub eodem tecto: juxta *dictum cap. de multa*, & *cap. literas*, & *Clement. final. de præbend.* & ex aliis causis, de quibus Rebuff. *in præx. part.* 2. *tit. de dispensat. rat. stat. in verb. incompatibilia.*

6 Et quoad consistentia sub eodem tecto, diversæ fuerunt opiniones: Aliqui enim non existimant induci incompatibilitatem, nisi duo beneficia sint uniformia, veluti duæ dignitates, &c. quam sententiam sequutus sum *lib.* 1. *c.* 27. *n.* 42. post Gars. *part.* 11. *c.* 5. *num.* 182.

7 Alii incompatibilitatem induci crediderunt in beneficiis etiam difformibus sub eodem tecto, de quibus Rot. *decis.* 631. *n.* 3. *part.* 3. *recentior.* † Sed sententia quam nos amplexi sumus *dicto c.* 27. *n.* 42. verior est, & magis communis, ideo ab ea recedendum non

9 est, quam etiam amplectitur Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 10. *n.* 41. † Dummodò beneficia illa difformia non sint talia, ut utrumque, vel alterum, requirat personalem residentiam ratione tituli. Felin. *in cap. ex parte* 2. *n.* 3. *de rescript.* Gratian. *discept. forens. c.* 133. *n.* 22. & 23.

10 Secundò supponendum est, non sine causa dictum fuisse de beneficiis requirentibus residentiam, *ratione tituli*, quia duplex est residentia: una præcisa, quæ ex natura beneficii requiritur: alia causativa, quæ non ratione tituli requiritur, seu ex natura ipsius beneficii; sed ratione fructuum, ita ut non residens non privetur beneficio, sed tantùm lucro fructuum, ut distinguit Cardinal. Zabarell. *consil.* 3. Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 15. *num.* 20. & hæc secunda non inducit incompatibilitatem beneficiorum, & privationem ipso jure; sed dumtaxat prima. Gonzal. *ibid. num.* 22. Seraphin. *decis.* 348. *n.* 2. Potest tamen Episcopus privationem indicere. Gratian. *discept.* 133. *num.* 26.

11 Tertiò supponendum est, quod licèt propriè loquendo, beneficia sub eodem tecto esse dicantur, quando sunt in eadem Ecclesia; tamen ad hoc ut intret incompatibilitas, necessarium est quod utrumque beneficium requirat idem ministerium, & exercitium in eodem loco, & capella, ita ut beneficiati, seu capellani convenire debeant in unum, & eadem munera faciant: nam si essent plures capellaniæ in eadem Ecclesia ad diversas capellas, finésque diversos instituta, & ad separatam congregationem faciendam, tunc non oriretur incompatibilitas, ut bene per Gratian. *discept. forens.* 133. *n.* 20. & ante eum Gonzal. post Navarr. *ad dictam regul.* 8 *glos.* 10. *num.* 34.

12 Quartò supponendum est, quod dum agitur de incompatibilitate beneficii curam animarum habentis, intelligendum est de cura in foro pœnitentiali; non autem in foro contentioso, vel jurisdictionali; hæc enim posterior ex se non inducit incompatibilitatem, ut bene explicat Gratian. *dicto c.* 133. *n.* 29. & *sequentib.*

13 Quintò supponendum est, validam esse consuetudinem, quod quis in Ecclesia eadem possit duo simplicia beneficia obtinere, vel unam dignitatem cum canonicatu, vel canonicatum cum personatu, multóque magis cum simplici capellania, *capit.* 1 & *ibi* Geminian. *num.* 5. & 12. Ancharan. *n.* 3. Franc. *n.* 7. *de consuet. in* 6. † Quod de beneficiis difformibus intel-

14 ligendum est: nam circa uniformia non valeret consuetudo, maximè si ageretur de triplici beneficio, nisi beneficiorum tenuitas validam redderet consuetudinem. Idem Gratian. *decis.* 155. *n.* 17. & *sequent.* & *discept.* 133. *n.* 16. & *sequent.* Burat. *decis.* 19. *num.* 10. & *sequent.*

15 Sed hæc consuetudo debet esse quadragenaria. Hojed. *de incompatibilit. benefic. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 4. Rot. *decis.* 524. *num.* 3. *part.* 1. *recentior.* & debet esse introducta ex certa scientia, & cum consensu Capituli, & non per errorem. Rot. *dicta decis.* 524. *num.* 4. & 5.

16 Sextò supponendum est, posse Episcopum dispensare super duobus beneficiis sub eodem tecto, dummodò sint difformia & tenuis reditus: nam si hæc duo non concurrerent, non valeret Episcopi dispensatio. Mar. Anton. *lib.* 1. *var. resolut. cap. ult. cas.* 68.

17 Sed tamen quod Episcopus non possit dispensare super incompatibilibus, etiam data tenuitate reditum, censuit Rot. *decis.* 310. *n.* 4. *part.* 2. *recent.* propter expressam dispositionem Concilii Trident. *sess.* 24. *c.* 17. *de reformat.*

18 Septimò, quod licèt aliqui existimaverint, per adeptionem beneficii simplicis residentiam requirentis, non induci vacationem ipso jure, veluti si agatur de duabus capellaniis residentiam requirentibus; & ideo dari optionem proviso, ut alterum ex illis eligat, alterum verò dimittat, ut per Mantic. *decis.* 50. *num.* 8. Tamen contraria sententia verior est, ut etiam in simplicibus beneficiis residentiam requirentibus inducatur vacatio ipso jure, ut per Mantic. *dicto num.* 8. & ita declaratum fuit à sacra

Concilii Congregatione, ut teſtantur Garſ. Monet. Ricc. & alii quos citat & ſequitur Barboſa *in dicto cap. de multa* 28. *de præbend. num.*7.

19 Octavò, hinc infertur, non eſſe admittendam deciſionem prædictam Senatus Dolani apud Grivel. *deciſ.*89. quia verius eſt etiam in beneficiis ſimplicibus ſolum Papam diſpenſare poſſe: neque admittendam eſſe diſpenſationem Epiſcopi, ut expreſsè tenuit Rot. apud Mantic. *dicta deciſ.*50. *num.*8. *verſic. quæ multò magis.* Garſ. *de benefic. part.*11. *cap.*5. *n.*222. *&* 227.

20 Nonò, notandum eſt, quod licèt aliàs Rota Romana *deciſ.*484. *part.*1. *diverſ.* exiſtimaverit per adeptionem ſecundi beneficii incompatibilis primum non vacare ipſo jure; ſed tantùm prima monitione: Tamen contrarium eſt verius, & deciſio illa fuit ab eadem Rota reprobata, ut patet in *deciſ.*524. *num.*1. *part.*1. *recentior.* quæ eſt apud Burat. *deciſ.*19.

Decimò, notandum eſt, quod ad hoc ut inducatur vacatio beneficii propter incompatibilitatem, poſſeſſio ſecundi debet eſſe pacifica, ſaltem per duos menſes: Rot. *deciſ.*657. *numero* 1. *part.*2. *recentior.* Garſias *de benefic. part.*11. *capite* 5. *numero* 115. & dicta deciſio, quæ eſt apud Burat. 102. *numero* 2. expreſsè approbat doctrinam à Garſia traditam *loco citato.*

Et iſta poſſeſſio debet eſſe pacifica, non ſolum quoad titulum beneficii, ſed etiam quoad fructus illius, ſeu majoris partis ipſorum. Addit. ad Burat. *deciſ.*19. *num.*21. Mantic. *deciſ.*75. *num.*7.

Solet tamen in proviſionibus Apoſtolicis apponi decretum de dimittendo primum infra duos menſes; aliàs utrumque beneficium vacet. Quod decretum inficit titulum, & poſſeſſionem lapſo tempore duorum menſium. Mantic. *deciſ.*356. *num.*4. Et ſatis.

Laus Deo Opt. Max. & Glorioſiſſimæ Virgini Mariæ,



INDEX

INDEX

Eorum omnium quæ in prima & secunda parte Quæstionum Beneficialium, Canonicarum & Regularium continentur.

Priores numeri, sedem materiæ; posteriores paginam indicant.

A.

ABBAS.

ABBAS, quando judicialiter aut extrajudicialiter contra Monachos agere teneatur. cap. 41. num. 25. p. 56

Abbas succedens jure spolii non dicitur hæres, sed successor; & bona capit tanquam peculium. c. 95. n. 11. p. 165

Abbates non quidem à jure, sed in vim privilegiorum procedunt contra Monachos, etiam in forma judicii, & in delictis quæ sunt contra communem conversationem. c. 41. n. 26. p. 56

Abbatiæ Monialium, nec non eæ quæ inter viros caput Ordinis constituunt, eximuntur à nominatione Regis. c. 89. n. 7. p. 155

Abbates & alii Prælati inferiores non habent regulariter potestatem conferendi beneficia. part. 2. c. 3. §. 9. n. 1. p. 277

Possunt tamen jus illud consuetudine, præscriptione, vel privilegio acquirere. ibid. n. 3: p. 277

Abbates providet de beneficiis, quæ sunt membrum seu grangia Abbatiæ. part. 2. c. 3. §. 9. n. 33. p. 278

Abbas mortuo religioso succedit in ejus peculio jure spolii, non autem ejus consanguinei. part. 2. c. 3. §. 9. num. 39. p. 279

Abbas non potest possidere prioratum ab ejus Abbatia dependentem, licèt monachus ex dispensatione duos prioratus ab eadem domo regulari dependentes obtinere possit. ibid. n. 40. p. 279

Abbatiæ in Gallia suppositæ sunt Regiæ nominationi, exceptis tamen temporalibus. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 42. p. 279

Quod ad Regiam nominationem Abbatiarum consuetudo servari debeat. part. 2. c. 3. §. 9. n. 43. p. 270

Abbatissa potest esse capax collationis beneficiorum etiam curam animarum habentium; sed hoc casu concursus fieri debet coram Episcopo. part. 2. c. 3. § 9. num. 41. p. 279

Abbatissa electa posteriorem habens Regis nominationem præfertur illi, quæ licèt anterius nominata, fuit tamen à minori parte electa. part. 2. c. 3. §. 9. num. 44. p. 279

Abjuratio.

Condemnatus ad abjurandum, non removetur ab officio Superioris sui Ordinis. c. 44. n. 5. p. 60

Abjuratio duplex est, una formalis, alia pœnalis: & hæc vel levis, vel vehemens. c. 44. n. 6. ibid.

Ex constitutione fel. rec. Vrbani VIII. Religiosi qui abjuraverunt etiam de levi, removendi sunt ab officio. c. 44. n. 7. ibid.

Quid de vehementi abjurarunt, non sunt admittendi ad audiendas Fidelium confessiones. c. 44. n. 10. p. 61

Absens.

Si reditus beneficii consistant omnes in distributionibus, absens causâ studii illas lucratur, demptâ tertiâ parte, quæ reseruatur interessentibus. c. 102. num. 25. p. 181

Si ex massa Capitulari certa portio præsentibus detur, portio deficiens accrescit Capitulo, non autem interessentibus. c. 105. n. 18. p. 187

Absentes causa studii lucrantur fructus; sed non distributiones; reprobatâ contrariâ opinione. c. 102. n. 15. p. 181

Quando omnes reditus consistunt in solis distributionibus, absentes ex justâ causâ illas percipiunt, quia sunt loco præbendæ. c. 102. n. 37: p. 182

Demptâ tertiâ parte, ex mente Congregationis. ibid. c. 102. n. 38

Et ita declaratum per Congregationem pro Civitate Avenionensi. c. 102. n. 39. ibid.

Hoc locum habet in absentibus causâ studii. ib. n. 40

Absentia causâ studii non dispensat à residentia in parochialibus. ibid. n. 41.

Explicantur casus in quibus detrahi debet tertia pars distributionum absentium. c. 102. n. 42. 43. & 44. p. 182

Abusus.

Contra abusum nulla datur cujuscumque temporis præscriptio. Quomodò id sustineri possit. cap. 37. n. 12. & vide n. 4. p. 48

Acceptatio.

Acceptatio resignationis si non interveniat, imperfecta manet resignatio. part. 2. c. 4. §. 7. n. 17. p. 298

Acceptatione nondum factâ, si resignatarius moriatur, beneficium non vacat per obitum resignatarii. part. 2. c. 4. §. 7. n. 18. p. 298

Acceptatione nondum factâ, si contingat resignatarium mori, & resignans moriatur in mense reservato, beneficium reservatum manet. part. 2. c. 4 §. 7. n. 19. p. 298

Acceptatio electionis debet fieri intra tres menses. part. 2. c. 4. §. 6. n. 32. p. 296

Ante tamen acceptationem electionis, tertius potest impetrare, quia electio ante acceptationem tribuit jus ad rem, non in re. part. 2. c. 4 § 6. n. 33. p. 296

Acceptatione non factâ jus in re non acquititur per collationem, sed tantum jus ad rem. part. 2. c. 4. §. 6. num. 34. p. 269

Acceptatio alternativæ per Episcopos, & Prælatos collatores, quomodo fieri debeat; & quæ ad illam requirantur. part. 2. c. 3. §. 8. n. 24. p. 274

Accusatio.

Per accusationem irrogari potest infamia facti, juris verò dumtaxat per sententiam. c. 44. n. 2. p. 60
Explicatur circa hoc Riccii *decis.* 327. *part.* 2. ibid. c. 44. num. 3.
Accusatus potest resignare etiam post conclusum in causa, quãdo nõ privatur ipso jure. c. 27. n. 17. p. 33
Accusatus potest resignare in favorem coram summo Pontifice etiam post conclusum in causa, secundùm certiorem sententiam; licèt alii contrarium sentiant. c. 27. n. 18. p. 33

Actus.

Actus quidam sunt indifferentes, quorum bonitas, vel malitia dependet ex intentione agentis. c. 48. num. 14. p. 69
Actus interiores ab humana voluntate procedentes, nullo modo possunt dependere à voluntate alterius hominis. c. 48. n. 15. p. 69

Adjutor.

Adiutor, seu secundarius, quando dari debeat Parocho. c. 25. n. 1. p. 25

Adulterium.

Mulier nupta de adulterio convicta, etiam post sententiam manere debet in sequestro. c. 55. n. 11. p. 84
In adulterio non potest esse pœna privationis beneficii, sed depositionis potest infligi. cap. 97. num. 14. pag. 171
Clericus propter adulterium potest relegari. cap. 97. num. 15. p. 171
Adulterii actio datur etiam adversùs sponsam per verba de præsenti. c. 117. n. 14. p. 208

Æstimatio.

Æstimatio fieri debet juxta tempus ad quod differtur exequutio contractus, & quo nascitur actio. c. 46. num. 14. p. 64
In evictione attenditur æstimatio temporis, quo contingit evictio. c. 46. n. 15. p. 64
In æstimando bona ad effectum dominii laudimii, attendi debet valor de tempore solutionis. cap. 46. num. 16. p. 65
Æstimatio fieri debet de tota re, & non per partes. c. 46. n. 17. p. 65
In æstimatione bonorum debet haberi ratio expensarum, quæ fiunt pro illarum conservatione. c. 46. num. 18. p. 65
Res emphyteutica non debet uti libera æstimari, sed cum suo onere. c. 46. n. 19. p. 65
In æstimatione rei onera realia deducenda sunt. ibid. num. 20
An æstimetur domus ex fructibus, an ex communi valore. c. 46. n. 21. p. 65
Quid in domibus rusticis, quomodò illarum æstimatio fieri debeat. c. 46. n. 22. p. 65

Ætas.

Omnia beneficia simplicia hodie ex Concilio Trident. requirunt ætatem 14. annorum. c. 3. n. 1. p. 3
Sufficit tamen annus 14. inceptus. ibid. n. 2.
In Gallia sufficit septennium in simplicicibus beneficiis, secundùm jus antiquum. c. 3. n. 3. p. 3
Beneficia quæ sonant in nomen Rectoriæ per se stantis, non possunt possideri in Gallia à minore 14. annorum. c. 3. n. 4. p. 4
In prioratibus conventualibus minor 25. annis non admittitur. ibid. n. 5. p. 4
Prioratus non conventuales curati 25. annos requirunt. ibid. n. 6. p. 4
Prioratus non conventuales, in quibus cura per Vicarium perpetuum exercetur, requirunt annum vigesimum. c. 3. n. 7. p. 4
Prioratus non conventuales in quibus cura, nec per se, nec per alium exercetur, exigunt annum 14. ibid. n. 8. p. 4
Hodie tamen ex Concil. Trident. & ex Regis constitutionibus requiritur annus 16. ibid. n. 9. p. 4
Ætas, & aliæ qualitates requisitæ dum beneficium regulare datur in titulum, debent intervenire in Commanda. c. 3. n. 10. Intellige ut n. 12. p. 4
Ætas 25. annorum requiritur ad obtinendam primam dignitatem post Pontificalem. c. 99. n. 1. p. 171
Ætas quæ requiratur ad obtinendam primam dignitatem in Ecclesia Collegiata. c. 99. n. 2. p. 171
In dignitatibus habentibus curam animarum, ætas 25. annorum requiritur, sive cura competat in foro interiori, sive in foro exteriori. cap. 99. num. 4. pag. 174
Ætatem non habenti facta beneficii collatio nulla est. part. 2. c. 5. §. 5. n. 1. Ampliatur n. 2. etiamsi quid minimum ad ætatem desit. p. 311
Ætatis sola expressio summo Pontifici facta, dispensationis vim obtinet; quamvis Concilio Tridentino expresè non fuerit derogatum. part. 2. cap. 5. §. 5. n. 3. p. 311
Ætas quatuordecim annorum sufficit ob obtinendum Canonicatum in Ecclesia Collegiata. part. 2. cap. 3. §. 12. n. 1. p. 285
Ampliatur, ut non requirantur quatuordecim anni completi, sed sufficiat illos attigisse. ibid. n. 2. p. 285
Ætas viginti duorum annorum requiritur in canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis, sed sufficit quod fuerit inchoati. part. 2. c. 3. §. 12. n. 3. p. 285
Ætas eadem 22. annorum requiritur in dignitatibus Ecclesiarum Collegiatarum; sed anni viginti duo debent esse completi: si tamen esset prima dignitas Collegiatæ, vtplurimùm viginti quinque anni exiguntur. part. 2. c. 3. §. 12. n. 4. & 5. p. 285
Ætas viginti quinque annorum requiritur in dignitate majori post Pontificalem. part. 2. cap. 3. §. 12. num. 6. p. 285

Affectio.

Affectionis beneficii, & reservationis, quæ sit differentia. part. 2. c. 3. §. 1. n. 2. p. 277
Affectio minoris non est potentiæ quàm reservationis ibid. n. 3
Affecta sunt beneficia per appositionem manus Papæ, etiamsi gratia esset nulla, vel subreptitia. ibid. n. 4. Intellige ut numeris sequentibus. p. 277
Affectio cessat si gratia Papæ fuerit sortita effectum. part. 2. c. 3. §. 1. n. 9. p. 277
Affectio cessat si gratia non possit sortiri effectum ob non adimplementum conditionis, eodem. §. n. 12. p. 277
Affectio cessat, si vacatio beneficii contigerit alio genere vacationis. ibid. n. 13. p. 277
Affectio utrùm inducatur in beneficiis Gallicis. ibid. n. 14. & 18. p. 277

Aleator.

Aleatori publico facta beneficii collatio, nulla est. part. 2. c. 5. §. 1. n. 26. p. 307

Alienatio.

Beneplacitum Apostolicum requiritur ad validitatem alienationis bonorum ad capellaniam spectantium. c. 98. n. 2. p. 171
Bona Ecclesiæ nondum incorporata alienata, vel in emphyteusim concedi possunt sine solemnitatibus. c. 119. n. 1. p. 208
Mendicantes non possunt nova loca acquirere, nec alienare sine sedis Apostolicę licentia. c. 25. n. 4. p. 25

In alienationibus bonorum magni Collegii Avenionensis, adhibendæ sunt omnes solemnitates requisitæ in alienatione bonorum Ecclesiæ. c. 74. num 1. pag. 125

Quando res solita est concedi in emphyteusim ab Ecclesia, potest alienari, vel concedi sine solemnitatibus. c. 74. n. 3. p. 125

Alienare qui non potest contrahendo, non potest etiam alienare delinquendo. part. 2. c. 1. §. 11. n. 14. pag. 241

Alimenta.

In alimentorum taxatione religiosæ translatæ, debet haberi ratio obsequiorum, & servitiorum secundo Monasterio per translatam præstandorum. c. 65. num. 16. p. 104

Debet etiam in taxandis alimentis translatæ haberi ratio, quod primum Monasterium amittit jura superioritatis in personam translatam. c. 65. num. 17. pag. 105

Alimenta clerico contumaci & fugitivo semper sunt reservanda. part. 3. cap. 1. §. 11. n. 15. p. 241

Alimenta semper reservanda sunt clerico fugitivo, & contumaci, ne cogatur mendicare. ibid. num. 16. pag. 241

Alienigena.

Alienigenæ in Gallia sunt incapaces beneficiorum, nisi à Rege ex gratia admittantur. c. 4. §. 8. n. 12. Nec beneficia etiam permutationis titulo possunt obtinere. ibid. n. 13. p. 300

Allegatio.

Allegatio Lapi 89. vult præsumi titulum prædecessoris in beneficio ex longa possessione. c. 85. num. 3. pag. 145

Allegatio Lapi 89. duo requirit. Primò possessionem diuturnam, & pacificam. Secundò, quod possidens communi existimatione habitus fuerit pro vero, & legitimo successore. c. 85. n. 4. p. 145

Longum tempus erat decem annorum in terminis dictæ allegationis Lapi 89. Hodie est triennium. ibid. n. 5. p. 145

Allegatio Lapi 89. non solùm vult præsumi titulum prædecessoris, sed etiam habilitatem ipsius, si duo requisita concurrant, longa possessio, & communis reputatio. c. 85. n. 6. p. 145

Cessantibus duobus requisitis in allegatione 89. Lapi, titulus antecessoris probandus esset, si collitigans alium alterius anteriorem cum possessione probaret ibid. n. 7. Intellige ut n. 9. p. 145

Materiam integram allegationis Lapi tractat Marescotus. ibid. n. 8. p. 245

Concurrentibus requisitis in dicta allegatione Lapi, præsumitur quod prædecessor in beneficio habuerit meliorem titulum de mundo, c. 85. n. 10. p. 146

Quando quis non suo, sed alieno nomine possidet, nihil prodest longi temporis possessio, nec locus est dictæ allegationi Lapi 89. c. 85. n. 13. p. 146

Quomodo differat ista præsumptio ex allegatione Lapi, cum regula Cancellariæ *de Triennali*. ibidem num. 14. p. 146

Allegatio Lapi 89. facit ut non teneatur quis sui antecessoris titulum probare. ibid. n. 15. p. 146

Alterare. Vide *Commutatio.*

Alternativa.

Alternativæ jus non competit inferioribus collatoribus, qui jus conferendi acquisiverunt ex consuetudine, vel privilegio. part. 2. cap. 3. §. 8. num. 25. pag. 274

Alternativâ non gaudet Episcopus, nisi verè, & non fictè residеat, etiamsi ex justa causa recesserit. part. 2. c. 3. §. 8. n. 27. p. 275

Alternativæ usus utrùm statim incipiat post illius acceptationem, an verò finito mense. ibid. num. 28. pag. 275

Alternativâ non gaudet Episcopus quoad beneficia quæ non sunt liberæ collationis, & quænam illa sint, dicto §. 8. num 33. p. 275

Capitulum sede vacante non gaudet Alternativâ. part. 2. c. 3. §. 8. num. 29. p. 274

Amortizatio.

Amortisatio quid sit in Gallia, & unde duxerit originem & quomodò ab indemnitate differat. c. 46. num. 4. p. 64

Amouibilis.

Amovibilis Presbyter, non proprio, sed deputantis nomine possidet. c. 56. n. 12. p. 86

Amovibilis Vicarius in Parochiali deputatus potest amoveri sine causa, sed non animosè, aut ex odio, hoc enim casu posset judicis officium implorare. c. 56. n. 14. p. 86

Officia Ecclesiæ amovibilia dari possunt ad vitam cum consensu Capituli, & authoritate Papæ. ibid. num. 16. p. 86

Episcopus non potest revocare concessionem ad vitam officii manualis, si Papæ confirmatio accesserit. c. 56. n. 17. p. 86

Qui semel officium amovibile consensit dari ad vitam, non obligat ad id in futurum. c. 56. num. 18. pag. 86

Amplia, ut per talem consensum, si de ejus animo, vel protestatione appareat, sibi non præjudicet in petitorio, nec in possessorio. c. 56. n. 19. p. 86

Prioratus sunt amovibiles, quando monachi alicui ruri, seu grangiæ monasterii præponuntur, & tales dicuntur veri monachi, & habent vocem in electionibus Monasterii. part. 2. cap. 3. §. 10. num. 13. pag. 280

Anima.

Legatum pro salute animæ factum dicitur pium. cap. 108. num. 8. p. 190

Qui negligit animam, dicitur causare mortem animæ, quæ deterior omnino est morte corporis. cap. 115. num. 11. p. 203

Animalia.

In computanda decima animalium, non ad prædia, sed ad ipsorum animalium numerum respectus haberi debet. c. 67. n. 11. p. 110

In animalium numero debet separatim fieri calculus cujuslibet domini, licèt pecudes sint sub eodem baculo, & pastore. ibid. n. 12. p. 110

Qui dicit animalia gregis alieni ad se pertinere, id probare tenetur. c. 67. n. 17. p. 110

Numerus animalium unius anni conjungi non potest cum numero animalium alterius anni. ibid. n. 20. aliàs 19. p. 111

Animus.

Conjecturæ referuntur ex quibus provisus habere præsumitur animum resignandi. c. 59. n. 8. p. 91

Qui habet animum resignandi, vel dimittendi beneficium, non debet ad concursum admitti. c. 59 num. 9. pag. 91

Annalis.

Regulæ *de annali possessione* primum caput exponitur. c. 85. num. 16. p. 146

Regulæ *de annali* quoad primum caput Papa, & Legatus, seu Vicelegatus derogat. c. 85. num. 17. pag. 146

Vt regulæ *de annali* derogatum censeatur, derogatio debet esse specialis. c. 85. n. 18. p. 146

Derogatio regulæ, *de annali* non attenditur, si gratia principalis sit nulla. c. 85. n. 19. p. 146

Secundæ parti regulæ *de annali* non derogatur, qua tempus liti præfigitur super beneficio impetrato movendæ, & terminandæ. c.85.n.20. p.146
Adversus lapsum temporis præfinitum in regula *de annali*, facile datur prorogatio. ibid. num.21. pag.146
Stante legitimo impedimento, tempus statutum ad effectum regulæ *de annali*, non currit impedito, contra Gratianum, cap.85. num.22. p.146
Quoad effectum regulæ *de annali*, sufficit lis super exequutione litterarum. ibid.n.26. p.146
Lis juxta regulam *de annali*, debet terminari in petitorio, sed tempus non currit quandiu adversarius suspendit petitorium. ibid.num.27. p.146
Regula *de annali*, locum habet in quocumque impetrante, sive per obitum, sive alio modo.c.85.n.28. pag.146
Item locum habet in impetratione ex capite simoniæ. cap.85. num.29. p.146
Differentia quæ sit inter regulam *de annali*, & *de Triennali*. ibid.c.85.n.30.& 31. p.146
Regulæ *de annali*, locus est, quamvis quis fuerit intrusus in beneficio reservato. cap.85. num.32. pag.146
Regula *de annali* non procedit in præjudicium veri Patroni, qui debet præsentare. ibid. num.33. pag.146
Non est locus illi regulæ, si constet de non titulo authoris. ibid.n.34. p.146
Intellige, dummodo de hoc constet evidenter per confessionem partis, vel per rem judicatam.cap.85. num.35. p.146

Annexio.

Annexio probanda est per eum qui in ea se fundat. c.110.n.28. p.196
Quomodò cognoscatur quæ præbendæ sint annexæ, quæ separatæ, adhibitâ distinctione explicatur. c.110. num.29. p.196

Anniversaria.

Infirmi, & senes lucrantur stipendia anniversariorum. cap.102.n.5. p.180
Anniversariorum lucrum æquiparatur distributionibus quotidianis.c.102.n.6. p.181
Anniversaria veniunt sub nomine distributionum quotidianarum.c.102.n.10. p.181
Si testator mandaverit anniversaria distribui inter præsentes, & assistentes, infirmi illa nihilominus percipere debent. ibid.n.11. p.181
In materia stricta, appellatione distributionum non veniunt anniversaria. ibid.n.12. p.181
Anniversaria gaudent eisdem privilegiis, quibus distributiones quotidianæ. c.102.n.13. p.181
Capitulum Canonicorum sine interventu Beneficiatorum potest statuere super anniversariis.cap.105. num.7. p.186
Anniversariorum distribuendi formam consuetam Capitulum sine Episcopo alterare nequit.cap.105. num.10. p.186
Anniversaria, pro quibus adest corpus separatum à massa Capitulari, non debent accrescere Capitulo pro absentium portione; sed solis præsentibus,& inter eos distribui.c.105.n.17. p.187

Annus.

Annus de quo in regula *de Triennali*, incipit à die citationis exequutæ. c.85.n.24. p.146
Annus pensionis beneficiariæ computari debet ad ratam temporis perceptionis fructuum, non temporis vitæ pensionarii; & hæc vera est sententia. c.22.num.7. p.22
Anni computatio in materia pensionum Ecclesiasticarum incipit à die, quo pensiones reservatæ sunt: à quo tempore computatio fit ratæ fructuum perceptorum: quod propositis exemplis explicatur. c.22.n.8. p.22
Annus à quo tempore incipiat in aliis causis præter pensiones Ecclesiasticas. Remissivè.cap.22.num.9. pag.22
Annus, ad hoc ut quis dicatur insordescens in excommunicatione, numerandus est non à die incursæ, sed à die declaratæ excommunicationis. part.2.c.5.§.3.num.14. p.369
Annus, intra quem debet promoveri minor, cui beneficium est commendatum, numerandus est à die quo ad ætatem legitimam pervenerit, non autem à die collationis.part.2.cap.1.§.12.num.6. pag.244

Antianitas.

Antianitas inter Canonicos non computatur à die concessæ coadjutoriæ, sed à die mortis coadjutis. part.2.cap.1.§.13. num.10.Potest tamen introduci consuetudo contraria, quæ hoc casu per allegantem probanda est, cum suis requisitis. ibid. num.12. p.247

Anticipatio.

Anticipatas solutiones prohibet Concilium.cap.66. num.33. p.268
Ante Concilium non ita rigorosè erat prohibita anticipatio solutionum.c.66.n.34. p.268
Quando dicatur solutio facta per anticipationem. c.66.n.35. p.268
Solutio beneficiario facta ante fructus percepti non liberat conductorem. ibid.n.36. p.268
Fallit, si pecuniæ essent versæ in utilitatem Ecclesiæ, saltem pro rata versionis. cap.66. num.37. pag.108

Antidata.

Suspicio antidatæ Ordinarii purgari debet per rem & legitimas probationes.cap.70.n.22. p.288

Appellatio.

Appellatio à provisionibus beneficii factis per Episcopum, dicitur extrajudicialis, & causat arrestum. c.7.num.1. p.9
Si Episcopus procedat in forma indicii concessi licet appellare à collatione beneficii, & suspenditur exequutio, c.7.n.2. p.9
Appellari non potest à pœna imposita per Episcopi.c.11.n.11. p.59
Appellari potest à declaratione pœnæ legis latæ. ti.c.11.n.12. p.59
Appellatio datur à pœna Excommunicationi contenta in decreto. c.11.n.13. p.59
Appellatio suspensiva non datur à decreto favore cultus divini.c.11.n.14. p.59
Datur tamen appellatio quoad effectum devolutivum. c.11.n.15. p.59
Appellari potest à recusatione Ordinarii, cui datur commissio *in forma dignum*.c.13.n.8. p.82
Non datur appellatio à sententia, per quam quis declaratur hæreticus.c.34.n.1. p.245
Intellige ut procedat respectu judicis à quo; secus tamen Superior non impeditur appellationem admittere, & inhibitiones decernere.cap.34.num.2. pag.45
Appellatio datur à sententia declaratoria hæresis, si adsit justa, & legitima causa appellandi.cap.34. num.3. p.245
A declaratione pœnæ suspensionis datur appellatio quoad effectum devolutivum. capit.34. num.8. pag.45
A suspensione à divinis officiis si fuerit appellatum, non

non suspenditur exequutio : secùs si fuerit appellatum à suspensione à beneficiis ; tunc enim datur appellatio, etiam quoad effectum suspensiuum. c.34.n.9. p.45

Licitum est appellare ad Metropolitanum in casibus in quibus Episcopi procedunt vigore Concilii, tanquam Sedis Apostolicæ delegati.c.54.num.11. pag.45

A Prælatis regularibus appellari potest, si excedant modum Ecclesiasticæ disciplinæ. cap.41. num.5. pag.55

A decretis interlocutoriis non datur tacita appellatio.c.59.n.3. p.90

In beneficialibus appellatio extrajudicialis habet vim citationis, & de appellatione extrajudiciali. Remissivè.c.85.n.71. p.148

Appellare licet à processuris Exequutoris mittentis provisum in possessionem beneficii, non citato possessore, quando possessio est plena. part.2. capit.4.§.1.num.14.Ampliatur, etiamsi in literis non adesset clausula *Vocato, &c.* ibidem num.15. pag.290

Archidiaconus.

Archidiaconatus de jure est prima dignitas post Pontificalem, sed tamen Ecclesiæ consuetudo attendi debet.part.2.cap.3.§.11.num.11.Vnde in Ecclesia Avenionensi Archidiaconatus non est prima dignitas, nec uti talis supposita reservationi. ibid.n.14. pag.281

Archidiaconus debet esse Doctor in Theologia, vel jure Canonico, aut saltem Licentiatus. ibid.n.15. Quod est verum si Achidiaconus jurisdictionem habeat,quales pauci hodie reperiuntur. ibid.n 16. & 17. p.281

Archidiaconatus debet conferri habenti ætatem viginti quinque annorum, si jurisdictionem habeat; alioqui sufficiunt anni viginti duo, cum Ordine Diaconatus.ibid.c.3.§.11.n.18.& 19. p.281

Arma.

Arma fundatoris non possunt tolli, etiamsi tota illius familia esset extincta. capit.73. numer.12. pag.124

Ampliatur, etiamsi Fundator fuisset declaratus proditor & rebellis, ex Romani sententia.c.73.n.13. pag.124

Vide *Insignia.*

Argumentum.

Argumentum valet à matrimonio carnali ad spirituale.c.77.n.13. p.130

Argumentum non valet à matrimonio carnali ad spirituale,si adsit diversa ratio.c.45.n.12. p.63

Arreragia.

Arreragiorum,sive reliquorum nomine,tam antiqua, quàm nova arreragia continentur.c.90.n.6. p.157

Assassinium.

Assassinii crimen inducit privationem beneficiij ipso jure.c.27.n.4. p.33

Assassinium non dicitur, nisi fiat mediante pecunia. c.27.n.8. p.33

Ob assassinium inducitur privatio beneficiorum ipso jure, etiamsi effectus non fuerit sequutus.cap.97. num.23. p.171

Beneficium vacans ob assassinium, statim potest impetrari, non expectatâ sententiâ, cap.97.num.24. pag.171

Assertio.

Assertioni Episcopi standum est in iis, quæ ejus simplici informationi commissa sunt,vel si non adsit in commissione clausula,*vocatis vocandis*.c.8.n.3. pag.6

Attentatum.

Attentare dicitur, qui novo possessionis genere possidere incipit. Vnde coadjutor mortuo coadjuto,si lite pendente possidere incipiat, committit attentatum.part.2.c.1.§.13.n.14.& seqq. p.247

Attestatio.

Attestatio simplex Notarii, vel etiam Cardinalis juramento firmata, fidem non facit.c.69. num.44. pag.116

Vide *Fides.*

Audientia.

Audientiâ denegatâ, si procedatur ad ulteriora, processus erit nullus.c.57.num.3. p.87

Cui audientia denegatur, utrùm denegetur appellationis remedium.Remissivè. c.57.n.4. p.87

Auditor.

Auditores Rotæ possunt conferre beneficia super quibus lis pendet coram ipsis. part.2.c.3.§.14. per tot. p.287

Auditor Cameræ non habet hoc privilegium.ibidem num.5. p.287

Auditores Legati, vel Vicelegati Avenionenses, nihil possunt circa collationem beneficiorum,nec quoad cognitionem causarum beneficialium in prima instantia.part.2.c.3.§.6.n.35.& 36. p.270

Auditores Legati, vel Vicelegati,non decernunt literas citatorias extra Monarchiam, sed illæ fiunt sub nomine Legati,vel Vicelegati.eodem c.3.§.6. num.37. p.270

Augmentum.

Augmentum, sive lucra deberi statim post donationem corporum inter conjuges factam, cavetur statuto Avenionensi.c.116.num.6. p.205

Sancti Augustini Patres.

Patres Ordinis Sancti Augustini discalceati constituunt eundem ordinem quem alii calceati,& supponuntur eidem Generali, licèt habeant discalceati suos Vicarios Generales.c.81.n.5. p.137

Dicti Patres,tam Calceati, quàm Discalceati, subiiciuntur eidem Regulæ,accidentaliter tamen diversæ.c.81.num.6. p.137

Avocatio.

Post avocationem dicitur attentatum, etiamsi antiqua possessio continuetur.c.88.num.11. p.153

Authentica.

Dispositio *Authent. Defuncto, Cod.ad S.C.Tertyllian.* servatur in Gallia, & in Curia Tholosana. cap.2. num.5. p.3

*Authent.Ingressi,Cod.de sacrosanct. Eccles.*debet intelligi de illis qui effectualiter professionem emiserunt. c.51.num.21. p.76

B

Baculus.

BAculo innixus nemo altari servire debet.cap.94. num.15. pag.162

Baro.

Baronum Officiales ad vitam provisi non debent per Barones revocari.c.74.n.10. p.126

Barones sine causa Officiales sic provisos removentes,tenentur illis damna resarcire.c.74. n.11.p.126

Beneficia.

Beneficia conferri non possunt non habentibus ordinem annexum.c.1.n.12. p.2

Beneficiati,vel portionarii,non sunt de capitulo.c.1. n.11. p.2

Beneficia regularia sæcularibus non conferuntur,nec è contra : nisi ex dispensatione.c.80.n.8. p.126

Beneficia sæcularia sub quibus conditionibus concedantur regularibus, & quæ in dispensationis rescripto narranda sunt.c.80.n.9. p.136
Beneficia curata,inspecto jure communi, Episcopus cum consensu & licentia Abbatis, licèt sint sæcularia, potest regularibus concedere.c.80.num.11. pag.136
Imputandum est illi qui nimis tenue beneficium acceptavit.c.58.n.6. p.89
Sed hæc insufficientia probanda est per allegantem. ibid.n.6. p.89
Beneficium quid sit. c.1. §.1. Debet esse perpetuum. part.2.c.1.§.2.n.3. & erectum authoritate Episcopi.ibid.n.1.& 2. p.219
Beneficium & pensio in quibus differant inter se, & in quibus conveniant. part.2. c.1. §.4. n.1. & sequentib.per tot. p.222
Beneficii fructus apud duos esse possunt, non tamen ipsum beneficium. part.2. c.1.§.4.num.83. & 84. p.228.& §.9.n.36. p.238
Beneficii appellatione in pœnalibus pensio non continetur.part.2.c.1.§.4.n.7.etiamsi verba essent geminata.ibid.n.98. p.228
Beneficii fructus differunt ab ipso beneficio.ib.n.99. pag.229
Beneficia vacant per promotionem ad Episcopatum. ibid.n.102. p.229
Beneficii nomine ut hospitale contineatur,sex requisita referuntur.part.2.c.1.§.7.n.9. p.234
Beneficium alterius sine titulo occupans,intrusus dicitur.part.2.c.1 §.9.n.38. p.238
Beneficii mentio referenda est regulariter ad ea quæ jam sunt erecta, non autem ad postea fundata. part.2.c.1. §.10.n.2. & litteræ Pontificiæ non extenduntur ad postea erigenda beneficia. ibid. n.4. Et reservatio juris præsentandi intelligitur de jam creatis tempore ad quod refertur dispositio. n.3.9. & 11. p.239.& 240
Beneficia quando dicantur pleno jure subjecta monasterio,vel Episcopo.part.2.c.1.§.6.n.6. p.233
Beneficium perpetuum non potest erigi ex fundatione simplicis legati pii, quando testator prohibuit Episcopum ne se de hac fundatione immisceret. part.2.c.1.§.6.n.25.Secus si nihil prohibuerit,tunc enim potest illa erectio fieri de consensu hæredis. num.26.Idem de fundatione amovibili dicendum. num.27. p.234
Beneficio in titulum possesso nemo renunciare potest,ut convertatur in commendam sine authoritate Superiorum.part.2.c.1.§.12.n.21.sicut nec ille qui possidet in commendam beneficium, potest illud convertere in titulum.n.12.Etiamsi sæcularis commendatarius professionem emiserit regularem in illo ordine, à quo beneficium dependet. n.23. pag. p.245
Beneficium probatur regulare ex eo quod sæculari concessum fuerit in commendam.part.2.c.1. §.12. num.30. p.245
Beneficium concessum in commendam remanet affectum, propter appositionem manus Papæ.part.2. c.1.§.12.n.13.Sed hoc non habet locum in Gallia. n.32. p.245
Beneficia simultaneæ collationis non continentur sub reservatione ex causa sedis vacantis.part.2.c.3. §.2.n.4. p.260
Beneficia consistorialia quæ dicantur, & quæ sit praxis circa provisionem ipsorum.part.2.c.2.§.7.n.1. & 2.Et quod non expediantur sub simplici Signatura; sed Bullarum expeditio sit necessaria. ibid. num.3. p.271
Beneficium non præsumitur curatum, quando non habet populum, vel Clerum. part.2. c.2. §.3.n.2. p.251
Beneficia simplicia dividuntur in servitoria, & non servitoria.part.2.c.2.§.3.n.3. p.251
Beneficii curati natura non mutatur,quamvis Rector ex voluntate aliquando Sacramenta ministraverit. cap.2.§.3.n.7.ibid.
Beneficium monoculare quod dicatur.c.2.§.6.n.1.& tale beneficium non supponitur Regiæ nominationi.n.5. & utrùm dicatur monoculare, quando unum situm est in Gallia,aliud verò extra Galliam. ibid.n.6. p.251
Beneficiati non habent præbendam. part.2.cap.1.§.9. num.10. p.236

Beneplacitum.

Temporis diuturnitas non facit, ut præsumatur beneplacitum Apostolicum intervenisse in alienatione bonorum Ecclesiæ, nisi concurrat observantia. c.98.n.3. p.172

Bigamus.

Bigamia triplex est, vera, interpretativa, & similitudinaria.part.2.c.5.§.4.n.10.Super vera & interpretativa solus Papa dispensat.n.11. In similitudinaria Episcopus dispensare potest.n.13. p.310
Bigamia est irregularitas,non tamen procedit ex aliquo delicto.ibid.n.12. p.310
Bigamia non incurritur,nisi post matrimonii consummationem.ibid.n.10. p.310
Bigamus est incapax beneficii, quamvis ante conjugium fuisset clericus.part.2.c.5.§.4.n.6.& licèt non amittat characterem, tamen habetur pro simplici laico: ideo non solùm beneficii est incapax, sed etiam pensionis Ecclesiasticæ.ibid.n.7.& 8. p.150

Breve.

Breve quare sic nuncupetur, & quomodo soleat expediri.part.2.c.4.§.1.n.1. p.289
Brevis & Bullæ utrùm eadem sit vis.ibid.n.4. p.289

Bulla.

Procurator potest Bullas expediri facere, quamvis resignans ante Bullarum expeditionem moriatur, si illo vivente supplicatio signata fuerit.c.26.n.13. pag.19
Bulla Pii V. super ornamentis Clericorum Ecclesiæ post ejus obitum restituendis, non observatur Avenione.c.95.n.22. p.166
Sicuti nec Bulla ejusdem Pii V. super censibus. ibid. num.23. p.166
Bulla,aut lex non recepta non obligat.ib.n.25.p.166.
Etiamsi non fuerit observata per simplicem ignorantiam.c.95.n.26. p.166
Bulla quomodo differat à Brevi,& quomodò concedi soleat,part.2.c.4.§.1.n.2. p.289
Bullæ fides non est adhibenda, nisi sit omni ex parte perfecta.ibid.n.3. p.289

C

Camera.

Bona monachorum decedentium extra claustra cum licentia Superiorum,vel sine ea in terris Ecclesiæ,pertinent ad Cameram Apostolicam jure spolii.c.95.n.12. p.165
Camera percipiens fructus beneficii propter contumaciam clerici absentis, tenetur solvere pensiones quibus illud beneficium oneratum est.part.2. c.1.§.4.n.110. p.219

Campana.

Campanas in privatis oratoriis sine Episcopi licentia habere

habere non licet.c.25. n.14. p.27
Campanæ directè respiciunt vacationem populi, & signum ad preces Deo fundendas. cap.38.num.8. pag.50.
Campanarum Ecclesiæ cura pertinet ad officium custodis.c.63. n.1. p.99
Campanarum pulsatio permittitur confraternitatibus in earum capellis, sine præjudicio servitii Ecclesiæ parochialis. c.63.n.4. p.99
Campanarum pulsatio spectat ad inferiores clericos. c.63.n.5. p.99
Campanarum pulsatio Laicis permittenda non est sine licentia Custodis Ecclesiæ, vel Presbyteri parochialis.c.63.n.6. p.99
Campanas pulsans sine licentia presbyterorum, dat operam rei illicitæ; ideo si sequatur homicidium, tenetur. Fallit stante consuetudine in contrarium. c.63.n.7. p.99

Canonicus, Canonicatus, Canonissæ.

Canonicatus infert sine alia expressione, stallum in Choro, & vocem in Capitulo c.27.n.48. p.35
Canonicatus quasi possessio inducit possessionem stalli in Choro, vocis in capitulo, & aliorum jurium canonicalium. c.111.n.1. p.197
Canonici supernumerarii fruuntur omnibus iuribus canonicalibus,sicut & cæteri.c.111.n.3. p.197
Canonici supernumerarii vocandi sunt ad Capitulum & in eo vocem habere debent c.111.n.4. p.197
Eligendi potestas fructus est possessionis; ideo competit Canonicis novis, non obstante nova dote data.c.111.n.5. p.197
Cap. LI. Eum cui unius certi ex pluribus incertis eligendi, seu nominandi commissio data fuit, non solùm unum, sed etiam plures eligere posse. Et nullâ factâ electione, omnes æqualiter succedere, lege voluntatem testatoris adimplente, & eligentis negligentiam supplente: nisi fortè agatur de re quæ apud electum perpetuò non sit permansura, veluti de emphyteusi ad vitam concessa: Aut si ex conjecturis constet de voluntate disponentis, quod unus dumtaxat eligeretur: Ad quod sufficiunt conjecturæ, veluti unius sæpe repetita vocatio in numero singulari: Et hoc casu, nullâ facta electione, non omnes, sed solus primogenitus admittendus est. Qui liberos suos eligere potest, utrùm possit eligere nepotes: Et utrùm nascituros. Quid de vocatione facta cum clausula, *Qui tunc erunt viventes.* Factâ semel electione, licita est variatio, si ante tempus facta sit: secus si post adventum diei, vel conditionis appositæ. Quid si nominatio facta fuerit causâ dotis: An liceat variare, & renovare electionem. Quid si duo eligere debeant, & unus eorum elegerit ac mortuus fuerit, utrùm superveniens variare possit. p.111

Cap. LII. Fundus dotalis non censetur constitutus, quamvis marito traditus fuerit præcedente promissione dotis in certa pecuniarum summa; nisi tamen datio in solutum facta fuerit promiscuè utrique conjugi, vel maritus nomine uxoris, seu tanquam ipsius procurator prædia receperit. Sed si nulla præcesserit certæ dotis promissio in pecunia, fundus remanet dotalis, non obstante æstimatione: & fructus illius, soluto matrimonio, statim ad uxorem pertinent, etiamsi agatur de annuis redditibus, quia loco immobilium sunt. p.114

Cap. LIII. De eo qui petit se immitti in possessionem vigore testamenti requirentis altiorem indaginem. Et in quibus casibus hæres possidens sit legitimus contradictor adversùs fideicommissarium non possidentem. Quæ sit differentia inter possessorem docentem in promptu de titulo suæ possessionis, & illum qui dat fumum ludici de suo titulo probabili, & verisimili. Altiorem indaginem requirere juris dubium, & difficilem articulum. Quando articuli & testes super possessorio sint rejiciendi, non obstante clausulâ *Salvo jure impertinentium & non admittendorum*, & aliis clausulis salutaribus. Et de interpretatione statuti Avenionensis super admissione articulorum. p.116

Cap. LIV. Donatio facta liberis non revocatur per aliorum liberorum supervenientiam, sed dumtaxat in casum inofficiositatis; sicut nec facta in favorem matrimonii proprii, sed tantùm alieni, si facta fuerit de omnibus bonis donatoris, aut notabili illorum quantitate, arbitrio ludicis. Dummodo donator vivens se velle ipsam revocare declaraverit, cùm id facere posset. Eodem modo revocatur donatio, si filium peregrè profectum, quem donator ipse mortuum existimabat, redeuntem viderit. Et utrùm donatio revocetur per subsequentem liberorum naturalium legitimationem, propter contractum cum illarum matre conjugium. Nam quoad legitimatos per rescriptum, certum est de illis in hac quæstione non esse tractandum, cùm per *eos donatio non revocetur.* Quid si donatio fuerit transactione firmata, utrùm per nativitatem liberorum revocetur. p.119

Cap. LV. Donatio facta filio in contractu matrimonii, contemplatione ejusdem matrimonii, & liberorum ex illo procreandorum, utrùm acquiratur liberis tanquam liberis, an tanquam hæredibus. Et utrùm pater possit de bonis illis disponere in præjudicium liberorum, & illi filii donata, suis creditoribus obligare. Suorum nomine qui contineantur, tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus. Quæ sit differentia inter donationem quæ fit filio, & suis, & eam quæ fit filio stipulanti pro se, & suis. Quæ sit natura donationis factæ contemplatione matrimonii, & utrùm filius debeat esse hæres actu, vel habitu, ut succedat in bonis sic donatis. Et quomodò valeat argu-

mentum

Index Capitum Libri Secundi.

mentum à contrario sensu, si donator jus reuersionis sibi in certo casu reseruauerit. p.122

CAP. LVI. Insinuatio in Gallia fieri debet coram Iudicibus ordinariis locorum vbi bona sita sunt. Sed quid si donatio fiat Auenione, vtrùm debeat ibi insinuari, vel in Comitatu Venaissino, in quo bona sita sunt. Et è conuerso, si donatio fiat in Comitatu, vtrùm sit insinuanda Auenione: Et vtrùm insinuatio sit de essentia & substantia contractus, ac de solemnitate intrinseca illius. Concluditur donationem insinuandam esse in loco, vbi bona sita sunt, & tot faciendas esse insinuationes, quot separatæ jurisdictiones. Insinuationem coram Iudice laico factam, validam esse ostenditur, quamvis clericus laico donauerit, illámque requiri etiam in donatione pecuniæ, nisi illius manualis traditio facta fuerit. pag. 131

CAP. LVII. Insinuatio facta vltima die trium mensium ex regulamento Comitatus Venaissini, ad illam faciendam assignatorum, vtrùm sit valida. Contractus quo quis promittit aliquid soluere pro alio, etiamsi sciat se non posse releuari, vtrùm indigeat insinuatione. Vtrùm post mortem donatoris insinuatio fieri possit. In repudiatione juris delati, sed non acceptati, & in dotis constitutione, vtrùm requiratur insinuatio, siue donatio fiat à patre, siue ab extraneo. pag. 133

CAP. LVIII. Vtrùm vxor hæres mariti, confecto inuentario in quo aderant mobilia, & pecuniæ, censeatur sibi soluisse dotes suas, & jura dotalia, in præjudicium suorum creditorum: Et vtrùm eo non obstante creditores vxoris vsque ad concurrentiam jurium dotalium ejusdem, præferendi sint creditoribus mariti. Quando inducatur ficta solutio, & vtrùm illa fictio retrotrahi possit in præjudicium tertii. Et an saltem hoc casu creditores mariti vti possint exceptione compensationis aduersùs creditores vxoris. p.136

CAP. LIX. Si communitas exactionem collectarum alicui commiserit, qui alium subexactorem insciâ communitate sibi associavit, vtrùm si principalis exactor non sit soluendo, agere possit viâ executiuâ, vel ordinariâ contra talem subexactorem, seu socium exactoris, qui cum ipsa Communitate non contraxit. Et vtrùm saltem in subsidium conueniri possit vsque ad concurrentiam summarum per ipsum exactarum. pag.138

CAP. LX. Vtrùm priuatus habens domum juxta plateam publicam, in qua fons ciuium vsui publico destinatus constructus est, possit aperire portam vt exeat à domo per illum locum ad viam publicam inuita Communitate. Quis dicatur locus publicus quoad vsum, & quis quoad dominium vniuersitatis; & quæ sit inter hæc duo differentia. Quando quis prohiberi possit in muro suo ianuam aperire. Quâ ratione colligi possit quem aperire ianuam ad æmulationem. Vtrùm per concessionem licentiæ sufficienter probetur quasi possessio prohibendi. p.140

CAP. LXI. Si legatum alicui fuerit prædium super quo reditus fuit specialiter impositus, vtrùm hæres, an legatarius ad census solutionem & extinctionem teneatur. Quid si legatum prædii factum fuerit *cum suis juribus & pertinentiis*, vtrùm intelligatur, tam de actiuis, quàm de passiuis. p.142

CAP. LXII. An major 15. annorum possit eligi ad Consulatum, vel aliam publicam administrationem. Et vtrùm sufficiat attigisse annum 25. an verò requiratur quod sit completus. Forensis vtrùm possit eligi ad Consulatum. Quid si se habitatorem declarare velit. Quibus competat jus agendi ad nullitatem electionis Consularis. Si Consul electus mortuus fuerit, aut aliàs inhabilis, aut incapax declaratus, an procedendum sit ad nouam electionem, an verò is qui plura proximè habet vota sit assumendus. p.144

CAP. LXIII. Sola præsentia patris consentientis alienationi bonorum aduentitiorum filii non præjudicat illi quoad vsumfructum legalem; nisi tamen filia marito in dotem huiusmodi bona constitueret: hoc enim casu pater suo vsufructui renunciare censeretur. Vnde filia dotem aduentitiam sine interuentu patris alienare potest, sicut & alia bona in quibus pater non habet vsumfructum. Iocalia verò filiafamilias alienare potest absque consensu patris. Quid de lucris nuptialibus. Donatio causa mortis, vel inter viuos, bonorum in quibus pater habet vsumfructum, ejus authoritatem requirit; quâ deficiente, nulla est tam quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum. Nec potest pater authoritatem præstare extra actum donationis, nec vnquam ad propriam vtilitatem. In Gallia tamen potest sibi ipsi author esse. p.146

CAP. LXIV. Possessio incerta, quando

& quibus in casibus sit manutenenda, siue ad effectum genericæ cuiusdam communionis, seu ad effectum perceptionis fructuum. Dominus directus, qui non habet intentionem fundatam in toto territorio, agens contra emphyteutas tenetur designare certa & determinata prædia, pro quibus sibi debetur canon: Et hoc non probato, non est manutenendus, ne quidem ad effectum genericæ communionis. p.148

Cap. LXV. Si subditi cum domino transactionem inierint, promittendo duplicare census & seruitia, casu quo contingeret ipsum loci Dominum maritare filiam, seu filias, vtrùm duplicatus census debeatur pro matrimonio spirituali in ingressu monasterij: & vtrùm pro sola filia primogenita, an verò pro omnibus. Quid si agatur de filia spuria, vel illegitima: Et vtrùm cessante conuentione, vel consuetudine, subventio ista debeatur. p.150

Cap. LXVI. Cessionarius juris prælationis, & primi laudemij, facta suæ cessionis intimatione & declaratione, quod vult uti jure prælationis sibi per dominum directum ratione certorum prædiorum cesso, renuente bonorum illorum emptore, seque adversùs retentionem opponente; si postea emptor pœnitentia ductus, resiliat à sua oppositione, & consentiat retentioni, utrùm pariter ipse possit recedere à jure prælationis, & cogere emptorem ad soluendum sibi laudemium, & sumendam inuestituram à domino directo. p.152

Cap. LXVII. Ex duobus cessionariis juris prælationis uter sit præferendus, an scilicet is qui primo usus est concessione sibi facta, an verò qui primus est in data. Quid si conditionem congruo tempore non adimpleuerit: & vtrùm gratia concessionis primi laudemii & juris prælationis expiret per aduentum noui Vicelegati, præsertim si hic novus Vicelegatus similem alteri fecerit concessionem. p.154

Cap. LXVIII. Quæ sit differentia inter administratorem generalem, & particularem, quoad redditionem rationis. Et ex quibus colligatur, utrùm administrator fuerit generalis, vel particularis. Quomodò sit intelligendum quod dicitur, Advocatum cum cliente contrahere non posse. Confessio ad tollendum scrupulum facta, an noceat confitenti. Notarius utrùm deponere possit contra instrumentum per ipsum rogatum. Et si in instrumento dicatur quod quis confitetur se recepisse in præsentia Notarij, utrùm ex eo probetur realis numeratio. Cancellatio instrumenti quid operetur. Et utrùm metus amissionis scripturarum sit sufficiens ad fundandam rescissionem contractus. p.156

Cap. LXIX. Matrimonio contracto secundùm usus & consuetudinem civitatis Parisiensis, utrum debita pendente matrimonio exacta, quorum origo matrimonium præcedebat, inter acquæstus numerentur, ad effectum ut cadant in conjugalem societatem. Fructus pendentes & radicati tempore mortis mariti, utrùm cadant in conjugalem communionem. Quit sit dicendum de arreragiis seu reliquis annuorum redituum. Expensa funeris an sit onus communionis conjugalis; an verò spectet ad hæredes mariti. Quid de legatis per maritum factis in fauorem domesticorum. Redemptio bonorum instantibus antiquis creditoribus vili pretio distractorum, si per maritum constante matrimonio facta fuerit de propriis pecuniis, an in eo quod vtilitatis accessit, medietatem habeat vxor bonorum socia; an etiam in melioramentis per maritum constante matrimonio factis; & quomodò hoc casu æstimari debeant melioramenta. p.159

Cap. LXX. Matrem grauatam de restituendo alicui ex filiis hæreditatem, in qua adsunt pecuniæ & mobilia, teneri cauere non solùm juratoriè, sed etiam idoneè. Quomodò intelligendum sit, quod dicitur, matrem non teneri cauere, nisi pro possibilitate. Qua ratione substituto sit consulendum, si mater idoneè cauere non possit. Et quid continere debeat hujusmodi cautio. p.161

Cap. LXXI. Incrementa per alluuionem territorio alicuius loci accedentia, vtrum spectent ad Dominum jurisdictionalem illius loci, an verò ad particulares prope ripam prædia possidentes, an denique ad fiscum. Quid si Dominus fuerit inuestitus de toto territorio, aut concessa illi fuerint Regalia. Vtrùm flumen non nauigabile omni genere nauigii contineatur appellatione Regaliorum. Et quando verum sit, Communitates habere intentionem fundatam in pascuis, nemoribus & terris, quas herbidas vocant. pag.163

Cap. LXXII. Creditor magno ære alieno grauatus, non potest dici decoctor, ex eo solo quod tempore solutionis suis creditoribus satisfecerit; cùm magna sit differentia inter eum qui non est soluendo, & decoctorem; & ideo contractus per eum

eum celebrati sunt validi; quamuis ipse per aliquot dies ad domum religiosam recesserit, non animo fraudandi creditores, sed vt commodiùs cum ipsis tractaret; præsertim si postea liberam bonorum suorum administrationẽ habuerit, & publicè videntibus & consentientibus creditoribus suis negotiationem, & mercaturam exercuerit. Explicatur Statutum Auenionense, *sub tit. De his qui foro cedunt, lib. 1. rubr. 40. art. 3.* Item quid sit latitatio, & quis dicatur latitator. Et an, & quomodò cum debitore proximè decocturo contractus celebrari possint. p. 164

CAP. LXXIII. Quando, & quibus in casibus falcidia detrahatur de legatis piis. Et vtrùm quod non detrahitur de legatis piis, aut aliis privilegiatis, reiiciatur in onus aliorum collegatariorum non priuilegiatorum, siue hæreditas sit soluendo, siue non. Et vtrùm diminutio falcidiæ fiat æqualiter super legatis consistentibus in specie, & in quantitate. Quæ sit praxis computationis falcidiæ quando adsunt legata pia, si hæreditas sit in totum legatis absorpta. Et quid juris quando non in totum absorbetur. Aut si adsint legata privilegiata, non ex juris dispositione, sed ex ordine testatoris. In legato usufructus quæ sit praxis supputationis falcidiæ, quando locus est illius detractioni. p. 166

CAP. LXXIV. In legato generali usufructus omnium & quorumcunque bonorum, utrùm comprehendatur usufructus bonorum quæ ad hæredes illius institutos ex testamento alterius obvenire debebant; & sic illorum bonorum restitutio ipsimet hæredi fieri aliunde debebat. Fructus perceptos filius etiam primi gradus, in falcidiam imputare tenetur: & quomodò hoc procedat. p. 168

CAP. LXXV. Si Baro concesserit alicui feudum liberum, & francum ab omnibus vtilitatibus feudalibus, & cum pacto redimendi; non debetur laudemium, nec de prima, nec de aliis alienationibus. Domino autem redimere volente, debent in primis inuestito restitui omnia meliramenta per ipsum facta, etiam à castro separata; si ad vsum castri facta fuerint, præsertim stante clausula in pacto redemptiuo apposita, *solutis priùs melioramentis, & ædificiis quibuscumque.* p. 169

CAP. LXXVI. Mater debitrix filiæ in summa satis notabili, extorsit à futuro illius marito ad ipsius nuptias aspirante dilationem quadriennii, qua durante ad fructus minimè teneretur. Dubitatur vtrùm ipsa ad collocandam filiam matrimonio hanc commoditatem obtinere potuerit, & an sit locus rescissioni huiusmodi promissionis, maximè si mater sit tutrix filiæ suæ. p. 171

CAP. LXXVII. Hæres grauatus de restituendo, suos facit fructus perceptos, non solùm pendente conditione, sed etiam post euentum conditionis, antequam fuerit interpellatus de restituendo; nisi tamen sit hæres fiduciarius, qui nudus est minister, & ideo fructus restituere tenetur. Dicitur autem fiduciarius, si concurrant quatuor à jure requisita. Et ex quibus coniecturis colligi possit hæredem esse fiduciarium. Et quæ sit differentia inter fiduciarium hæredem, & legatarium, de quo testator confisus, noluit testes in sua dispositione adhibere. p. 172

CAP. LXXVIII. Testamentum filiæfamilias, cui pater authoritatem præstitit, vtrùm sustineatur in vim clausulæ codicillaris, vel saltem in vim donationis causâ mortis. Quid si nemo pro absentibus acceptauerit, aut stipulationem interposuerit. Et an necessaria sit acceptatio, quando substitutus est in infantili ætate constitutus. Quæ patri hoc casu competant detractiones. Et an pater authoritatem interponendo donationi, sibi præjudicauerit quoad suas detractiones, & nominatim legitimæ & Trebellianicæ, quæ hoc casu simul concurrere possunt. pag. 178

CAP. LXXIX. Contractus ex quibus censeatur emphyteuticus, vel censualis. Si autem partes illum emphyteuticum nominaverint, & in eo apposuerint pacta contraria naturæ, & substantiæ contractus emphyteutici, vitiantur, & vitiant. Et contractu nullo existente, propter pacta contraria ejus substantiæ, non potest valere contractus alio jure quàm expresso. Ideo ex illo nullum laudemium debetur. p. 180

CAP. LXXX. Pater primus acquirens, an & quomodò liberis suis præjudicare possit in emphyteusi. Quando emphyteusis dicatur concessa titulo onerolo; & quomodò probetur merita esse æquiualentia concessioni. Patrem non posse liberos vllo onere in emphyteusi non hæreditaria gravare, nisi vocato ad emphyteusim bona propria reliquerit, & vsque ad concurrentiam valoris ipsorum. Hæres se obligans, vtrùm sibi præjudicet in beneficio inuentarij, si bonorum propriorum obligationem adjecerit. Quid si se obligauerit cum clausula, *tam nomine proprio,*

proprio, quàm hæreditario; aut aliàs animo novandi legalem obligationem. Denique utrùm constitutio dotis omnium bonorum comprehendat bona emphyteutica. pag. 182

CAP. LXXXI. Testamentum à Parocho, aut alio qui non sit Notarius publicus, in scripturam tempore pestis redactum, coram quo & quomodo publicari debeat. Testium numerus quis requiratur in hoc testamento pestis tempore confecto. Quid si testamentum à cæco fuerit factum, quæ solemnitates in eo requirantur. In codicillis, an minus quàm quinque testes, tempore pestis intervenire possint. Quid in testamentis Officialium à publico pro conservatione civitatis deputatorum. Testamentum debere unico contextu fieri, etiam tempore pestis. pag. 184

CAP. LXXXII. In testamento solemni, quæ sit forma subscriptionis testium pro ejus validitate. Defectus sigillationis testamenti in Gallia non multùm curatur: sed de jure communi, non parvi est momenti. Octavus testis, qui à multis testamentarius appellatur, adhibendus est in testamento solemni, quando testator propter infirmitatem, aut alia de causa, scribere non potest. Qui quidem testis testamentarius non potest fungi officio Notarii, dum testamentum à testatore coram testibus remittitur. Et quomodò concipi debeat illius subscriptio. Testamentum solemne quod vti tale nullum est, quomodò valere possit vti nuncupatiuum, & quando valeat jure codicillorum. Vtrùm codicilli in scriptis fieri possint, & quæ in illis hoc casu solemnitates requirantur. p. 186

CAP. LXXXIII. Si venditio facta fuerit cum pacto de retrouendendo, venditor qui vigore illius pacti vult rem venditam redimere, præfertur domino directo volenti illam jure retentionis feudalis. p. 188.

CAP. LXXXIV. Vendito feudo, vel castro, an censeatur in venditione comprehensa jurisdictio. Feudum cum jurisdictione, vtrùm nobilitet illius possessorem. Dominus directus alicuius territorii quis esse potest, nullam habens jurisdictionem. Hominibus subditis, & homagiis venditis, quid in venditione contineatur. p. 189

CAP. LXXXV. In quibus casibus legatum vel substitutio pupillaris comprehendatur in fideicommisso vniuersali. Et quæ sit differentia, vtrùm substitutus per compendiosam admittatur ex vulgari, vel fideicommissaria substitutione. Et vtrùm detur electio substituto. Et quid in casu dubio. Et quando substitutio ad certa bona restricta possit valere vti pupillaris. Quas quartas detrahere possit substitutus vulgaris, vel pupillaris. Denique vtrùm in casum detractionis Trebellianicæ, fructus imputentur in quartam per substitutum. p. 191

CAP. LXXXVI. Emphyteusis ex quibus dicatur, vel feudum: Et ex quibus dicatur ex pacto & prouidentia; an verò ad quoscumque etiam extraneos hæredes transitoria. Quid si concessio facta fuerit, *Pro te, & tuis hæredibus, & successoribus quibuscumque, tam masculis, quàm fœminis.* Aut sub hac formula, *Pro te, filiis & hæredibus, ac successoribus quibuscunque vtriusque sexus.* p. 193

CAP. LXXXVII. Ex quibus verbis testator cēseatur legatario reliquisse usumfructum mobilium, aut aliarum rerum legatarum. Et an hærede decedente ante legatarium, legatum temporale, finito tempore limitato, deueniat ad hæredes, & successores ipsius hæredis instituti, & an id fiat jure successionis, vti succedendo legatario, an verò jure proprio, vti repræsentando hæredem institutum, & sic jure consolidationis. p. 195

CAP. LXXXVIII. Paries quando, & ex quibus præsumatur proprius vel communis. Et quando est communis, utrùm pro diviso, vel pro indiviso. Utrùm in muro communi vicinus aperire possit fenestram respicientem in domum alienam. Et è conuerso, vtrùm quis possit altiùs ædificare, vel eleuare obscurando fenestras sui vicini. Quando, & quibus concurrentibus, quis possit ædificare super muro communi, illúmque altiùs attollere inuito & renuente vicino. p. 197

CAP. LXXXIX. In primogenituris, vtrùm frater secundogenitus, mortuo fratre primogenito succedat, exclusis filiis masculis fratris primogeniti. Quid si instituens primogenituram, vocavit masculos primogenitos, & illorum descendentes; utrùm, & ex quibus testator habuerit potiùs respectum ad prærogativam ætatis quàm primogenituræ. Quid dicendum si testator vocaverit proximiores, vel superstites. p. 200

CAP. XC. Solutio momentanea, quando pecuniæ fuerunt duntaxat exhibitæ demonstrationis causâ, an & quando sit valida. Et quæ probanda sint ab eo qui talem solutionem impugnat. Quittancia

tancia facta contemplatione literarum quas debitor ad alium scripsit, quando & ex quibus habeat vim solutionis. Quæ sit differentia inter exceptionem non numeratæ pecuniæ competentem debitori, & eam quæ competit creditori. Quomodò dicatur novata actio per receptionem literæ cambij. Liber proxenetæ, an & quomodò fidem faciat. p.202

CAP. XCI. Vendito dominio directo, utrùm emphyteuta possit se redimere pro eodem pretio, quo dominium directum fuit venditum, tam ex dispositione juris communis, quàm ex Bullis Pontificiis Comitatui Venaissino concessis. Quid dicendum sit de subditis, qui volunt impedire alienationem feudi, & se sub immediata supremi Principis jurisdictione, oblato venditionis pretio, supponere. Quid si emphyteuta vigore dictarum Bullarum, velit se redimere, quando totum feudum fuit alienatum, & ipse vult luere unum tantùm prædium particulare, quod tamen est de dependentiis feudi. p.203

CAP. XCII. Donationes per patrem filio, aut liberis ex certo matrimonio nascituris, non insinuatæ, jure Gallico validæ sunt; & pactum illud in dicto contractu appositum, valet in vim fideicommissi, quod inducitur ex verbis illis *A defaut*, tanquam temporis tractum continentibus. Uno ex substitutis propter professionem religionis incapaci existente in Gallia, alii verbis tantùm conjuncti admittuntur. Bona ab avo donata nepotum patri, utrùm in ipsius patris legitimam imputentur. Substitutus pupillaris succedens ex fideicommisso, detrahit Trebellianicam; sed fructus in eam hoc casu imputat, quamvis esset de liberis primi gradus. Substitutus filio pupillariter, utrùm possit repudiare hæreditatem paternam, & solam pupilli successionem acceptare. p.205

CAP. XCIII. Distinctè explicatur quæstio validitatis testamenti, quando posthumus fuit scienter aut ignoranter præteritus, sive clausula codicillaris concepta sit per verba præsentis, siue futuri temporis. Item ostenditur differentia inter præteritionem filii posthumi, & filii jam nati. Vtrùm convalidato testamento per clausulam codicillarem, vna, vel duæ quartæ detrahi possint. Et si vna, vtrùm detur electio grauato, quam ex duabus quartis eligere velit. p.207

CAP. XCIV. Hortus domui donatæ contiguus, vtrùm contineatur in donatione domus per patrem filio facta, quando talis hortus etiam erat contiguus magnæ domui per patrem sibi reseruatæ; & inter vtramque domum intermedius, magisque conueniens cum structura magnæ domus, quam sibi pater reseruauerat. Et ex quibus constare possit de intentione donatoris quoad hortum domui donatæ contiguum. p.209

CAP. XCV. Quando filiæ dos constituta est in pecunia, & præterea marito tradita fuerunt scrinia, quæ fuerũt æstimata cum mobilibus, & mundo muliebri in illis cõtento, & maritus illam æstimationem soluto matrimonio promisit iisdem restituere, quibus dos deberetur, teneri maritum mortuâ uxore nõn solùm dotem, sed etiam mundi muliebris & scriniorum æstimationem restituere, idque non obstante pacto quod mundus muliebris pertineret ad superstitem. Hoc enim pactum de ipso corpore mobilium intelligendum est, æstimatio verò hæredibus, & successoribus uxoris restituenda est. p.210

CAP. XCVI. Pactum de succedendo in contractu matrimonii, de jure invalidum est, quando respicit successionem hæreditariam. Sed moribus Gallicis sustinetur. Et quomodò concipi debeat illud pactum, vt etiam subsistat secundùm jus commune. Si donans reseruauerit sibi facultatem disponẽdi in fauorem tertii, vel donatarii, & postea dictam facultatem executioni demandet, vtrùm illa executio reseruationis operetur vt ex nunc tempore secundæ donationis, aut vt ex tunc tempore primæ dispositionis. p.212

CAP. XCVII. Contractus annui reditus, vtrùm sit nullus ex eo quod fuit conceptus ex arreragiis annorum præcedentium. Item vtrùm sit licitum creditori annui reditus accipere pignora pro securitate sua. Denique vtrùm census impositio sit valida, quando facta fuit super re aliena, vel non libera, si dominus illius rei postea consentiat, vel quando supersunt alia bona libera sufficientia pro securitate creditoris. p.214

CAP. XCVIII. Ostenditur ex communi Doctorum opinione, liberos in conditione positos in contractibus, non esse dispositiuè vocatos, nisi concurrentibus legitimis coniecturis: neque quoad hoc fieri debere differentiam inter contractus & vltimas voluntates: & eodem modo in contractibus, sicut in testamentis, filios censeri positos in conditione duntaxat ad excludendum substitutos, non autem ut ipsi includantur. Et conditionem, *si sine liberis*

beris appositam esse fauore donatarii, & in odium substituti, non autem vt donatarius vocetur. Ostenditur non posse hoc casu duci argumentum à contrario sensu, & si duceretur esse erroneum. Et quomodò dictum argumentum à contrario sensu procedere possit. p. 216

CAP. XCIX. In fideicommissis ascendentium locum esse repræsentationi, maximè si adiecta sit clausula, *in stirpes, & non in capita*. Qui tamen vocatus non est, repræsentare non potest vocatum; maximè si dispositio sit ad certas personas & gradus restricta, aut de solis primi gradus liberis testatorem sensisse colligatur. Et ad effectum repræsentationis, vtrùm attendatur persona testatoris gravantis, vel hæredis grauati. Clausulam *in stirpes*, non esse extendendam extra gradum, & personas quarum respectu fuit apposita, sed ad illa restringendam, & referendam esse. p. 217

CAP. C. Dos à patre profecta, ad patrem redire debet, sed si filia moriatur superstite marito & liberis, dos à patre auferetur, & liberis applicatur. Sed quando maritus præmoritur, & postea uxor, dos ad patrem redit, exclusis liberis. Neque hoc casu consuetudini Martini locus est. Eadémque ratione dos redit ad patrem, si maritus superstite uxore & liberis præmoriatur. Illam tamen dotem ad se reversam, pater minuere non potest. Sed si actio dotis sit propria ipsius filiæ, veluti si sit emancipata, aut ipsa dotem sibi restitui fuerit patre præsente & consentiente stipulata, jus reversionis cessat. Idem si pater sit decoctus, quia pro mortuo reputatur. Et his casibus filia præfertur paternis creditoribus. p. 220



QUÆSTIONUM ET RESOLUTIONUM CIVILIUM, LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De pacto restituendi sortem Annui Reditus in eadem bonitate intrinseca, & extrinseca; & de illius pacti validitate, aliisque diversis similibus pactis.

SUMMARIUM.

1 *Bonitas monetæ intrinseca in quo consistat.*
2 *Bonitas monetæ intrinseca debet considerari etiam in moneta imaginaria.*
3 *Moneta si fuerit intrinsecè alterata, debet attendi tempus contractus.*
4 *Creditor non tenetur recipere solutionem in moneta tonsa.*
5 *Pactum de solvendo in eadem bonitate intrinseca, est conforme iuri communi.*
6 *Moneta quando dicatur maioris vel minoris bonitatis extrinsecæ.*
7 *Solutio in qua moneta fieri debeat, quando super hoc nihil fuit inter partes conventum.*
8 *Solutio quomodo debeat fieri, quando species fuerunt designatæ, sed non dinumeratæ, vel æstimatæ.*
9 *Si conventum fuerit de solvenda certa specie, sed sub numero incerto, in qua moneta solutio fieri debeat.*
10 *Conventio de solvendo in eodem valore intrinseco debet observari, licèt contractus in moneta imaginaria conceptus sit.*
11 *Hoc procedit tam quoad sortem, quàm quoad reditus.*
12 *Si dictum fuerit, restitutionem in eodem numero fieri, hoc servandum est.*
13 *Promissio restituendi in non minori bonitate monetæ, sonat in restitutionem earumdem specierum.*
14 *Eadem debet esse ratio augmenti & decrementi monetarum, tam quoad debitorem, quàm quoad creditorem.*
15 *Restitutio monetæ promissæ* au mesme pied, *quomodo intelligenda? In moneta quid sit* pied? *quid* tiltre? *quid* Aloy? *ibidem.*
16 *Solutio in iisdem, vel similibus speciebus promissa, quomodo intelligenda.*
17 *Solutio si in certis & determinatis speciebus promissa sit, talis conventio debet ad unguem observari.*
18 *Periculum mutationis intrinsecæ monetarum proximè futuræ non reddit pactum de restituendo in eadem bonitate illicitum.*
19 *Periculum proximæ mutationis extrinsecæ monetarum provisæ, an & quomodo reddat illicitum pactum de restituendo in eisdem speciebus.*
20 *Quando dubium mutationis monetarum est æquale inter debitorem & creditorem, pactum restitutionis in eadem bonitate licitum est.*
21 *Permissum est sibi præcavere ob monetarum mutationem.*
22 *Pactum de restituendo eodem valore monetæ, videtur quædam transactio super dubio eventu futuræ mutationis.*
23 *Pactum circa sortis restitutionem in iisdem speciebus, compensari potest cum aliis pactis conventis in contractu annui reditus.*
24 *Si Princeps velit dare legem solutionibus circa monetas, hoc debet facere pro negotiis & contractibus futuris, non pro præteritis.*
25 *Decisio Putei* 145. *in novis*, & 149. *in antiquis, lib.* 2. *rejicitur. Vide c.* 17. *n.* 10.
26 *Clausula*, rebus sic stantibus, *non procedit in iis quæ augmentum, vel diminutionem recipiunt.*

DVM tractatur de redemptione annui reditus, & in qua moneta fieri debeat quando monetæ fuerunt alteratæ, non unica potest reddi ratio; sed juxta casuum varietatem, variæ quoque resolutiones fieri debent. Vt igitur veritas sine aliqua confusione habeatur, varii casus, variáque capita constituenda sunt.

Primum caput respicit bonitatem intrinsecam 1
monetarum, quæ consistit in materia & pondere, *l.* 2. *C. de veteris numism. potestat.* Bertrand. *consil.* 17. *n.* 4. *volum.* 4. Rot. coram Burat. *decis.* 626. *n.* 4. *& in recent. decis.* 597. *num.* 2. *part.* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 185.

Quæ bonitas intrinseca etiam in considerationem 2

venit in contractibus, in quibus moneta imaginaria promiſſa eſt; quia cùm moneta imaginaria conſtet in monetis inferioribus, eidem alterationi ſubjicitur quibus iſtæ ſupponuntur. Lotter. *dict. lib. 1. quæſt. 39. n. 221.* Cenſ. *lib. 2. c. 2. q. 4. art. 4. n. 16.* aliàs *quæſt. 85.* Surd. *conſil. 454. num. 9. verſic. & prædicta, iuncto n. 7. vol. 4.*

3 Quando autem moneta alteratur in bonitate intrinſeca; certum eſt, & indubitatum, ſolutionem & extinctionem annui reditus fieri debere de moneta, quæ currebat tempore contractus, ſi extet: ſi verò non extet, fieri debere de moneta nova, æſtimata juxta valorem antiquæ. Cenſ. *in tract. de cenſib. p. 2. cap. 2. q. 4. art. 4. n. 26.* aliàs *q. 85.* Rot. apud Ludoviſ. *deciſ. 42.* & *ibi* Addit. Ioan. Reynaudy. Aven. *in ſuo tract. de monet. in fin. verſic. concludo igitur, & per totum illum tractatum.* Burat. *deciſ. 626. n. 3.* plures alias deciſiones Rotæ citat Viſel. *in verb. æſtimatio, concluſ. 69. n. 37.* Cyriac. *controverſ. 388.*

4 Vnde infertur, quod creditor non tenetur recipere extinctionem in moneta, quæ propter tonſionem fuit facta minoris ponderis. Ludoviſ. *dicta deciſ. 42.* Abbas *in cap. quanto, ſub num. 12. verſic. Item ex defectu pecuniæ, de Iure-iurand.* Imol. *in l. Paulus, in fin. ff. de ſolut.* Duard. *de Cenſib. §. 3. quæſt. 6. n. 4.* Vivius *opin. 516. n. 61.* Sola *de monet. caſ. 25.* Sicuti non tenetur recipere ſolutionem in moneta quæ non ſit ejuſdem materiæ. Bertrand. *conſil. 17. num. 4. vol. 4.* Surd. *d conſil. 454. n. 7.*

5 Infertur etiam ex prædictis, quod cùm ſine aliqua partium conventione, ſolutio fieri debeat juxta bonitatem intrinſecam monetæ, quæ erat de tempore contractus; multo magis id locum habebit, ſtante pacto expreſſo de ſolvendo in eadem bonitate intrinſeca; cùm nihil tam congruum ſit humanæ fidei quàm pacta ſervari, *l. 1. ff. de pact.* & in hac materia in primis ad partium conventiones, earúmque verba recurrendum eſſe aſſerant DD. omnes hac de re tractantes, quos citat & ſequitur Sola *de monet. caſ. 17.* & Cenſ *ubi ſup. n. 4.*

6 Secundum caput reſpicit mutationem monetæ in bonitate intrinſeca; quia quando valor pecuniæ augetur, pecunia dicitur aucta in bonitate extrinſeca: quando verò minuitur, dicitur eſſe minoris bonitatis extrinſecæ, ut volunt omnes DD. *in l. cùm quid, ff. ſi certum petat.* Rot. *in recent. d. deciſ. 597. n. 2. p. 1.* Gratian. *diſcept forenſ. c. 560. n. 13.*

7 Quia verò hoc caput plurimos habet caſus, ideo de quolibet ſeparatim agendum eſt. Primus eſt caſus quando nihil prorſus fuit inter partes conventum, in qua monetæ ſpecie reſtitutio fieri debeat? Et hoc caſu regula generalis eſt, extinctionem annui reditus fieri debere in moneta, vel juxta valorē currentem de tempore ſolutionis, ſi alia verba contractus non repugnent: Addent. ad Ludoviſ. *dict. deciſ. 42. n. 7.* & 8. Rot. *in recent. deciſ. 149. n. 6.* & 11. *part. 1.* Theſaur. Iun. *in tract. de monet. part. 2. n. 60.* & pro regula generali tradit Rot. *deciſ. 1. n. 3.* apud Duran. *part. 1.*

8 Idem dicendum eſt quando creditor ſolvit pretium cenſus in certis ſpeciebus, ſed nec ſpecierum dinumeratio, nec illarum æſtimatio facta fuit, & nihil conventum fuit circa formam reſtitutionis. Covarr. *in tract. de collat. veter. numiſm. cap. 7. §. unic. n. 5.*

9 *in 7. concluſ.* Sed ſi conventio facta fuerit † de reſtituendo in certa nummorum ſpecie, ſed incerto numero; & nihil conventum fuit de æſtimatione, inſpicitur tempus ſolutionis. Covar. *ibidem in 8. concluſ.* & ita conſului die 17. Decemb. 1643. quia in illo caſu, capitale conceptum fuerat in 300. ſcutis *de Soixante ſols piece monnoye blanche*, & juxta meum conſilium fuit judicatum pro D. du Halier; quod latiùs explicatur infra *c. 5. hujus libri.*

Secundus caſus eſt, quando ſpecies in contractu cenſus fuerunt dinumeratæ, & fuit conventum quod redemptio reditus fieret in eiſdem ſpeciebus, & eodem valore extrinſeco: & hoc caſu pactum ſervandum eſt, etiamſi contractus fuerit conceptus in moneta imaginaria. Bart. *in dict. l. Paulus in fin. ff. de ſolut.* Scacc. *de commerc. §. 2. gloſſ. 5. n. 187.* & 188. Brun. *in tract. de monet. limit. 8. ſub num. 5. verſic. ſecundò quæritur.* Rationem reddens, quia tunc libræ, aut alia moneta imaginaria cenſetur æſtimata per ducatos vel aureos, aut aliam ſpeciem monetæ expreſſam, quæ reſtituenda in tanto numero qui comprehendat numerum librarum promiſſarum de tempore contractus, & ſic lucrum augmenti, vel damni pertinet ad creditorem. Cenſ. *dict. art. 4. n. 5.* & in terminis, quod pactum illud de reſtituendo ſortem in eadem bonitate intrinſeca, & extrinſeca ſit validum, & obſervandum tanquam de naturalibus contractus, tradit Gaſpar Belletia *in ſuo conſilio moneta-* 10
li, n. 24. & *ſequentibus.* Sola *in tract. de monet. caſ. 39. n. 11.* & *caſ. 14. n. 1. 2. 3.* † Quod procedit etiam in ipſo reditu. Theſaur. *de monet. part. 2. n. 65.* Larrea *deciſ. Granat. 24.* Cenſius *q. 85. n. 42.* Duard. *§. 3. q. 6. n. 44.* meliùs *n. 35.* 11

Et præmiſſa etiam indubitanter procedunt, quando conventum fuit, reſtitutionem fieri in iiſdem ſpeciebus, & eodem numero. Viv. *opinione 516. n. 37.* 12

Tertius caſus eſt, quando ſpecies fuerunt in contractu dinumeratæ, & conuentum fuit quod reſtitutio fieret in iiſdem ſpeciebus, *non minoris bonitatis intrinſecæ & extrinſecæ*; & hoc caſu etiam concludendum eſt, reſtitutionem fieri debere in eadem æſtimatione quæ currebat de tempore contractus, neque pactum illud tanquam iniquum poſſe impugnari: quia ſi quæ in eo verſaretur iniquitas, illa eſſet in favorem debitoris, & in odium creditoris cenſus: nam ut ſupra dictum eſt, cùm aureus augetur in pretio, tunc dicitur augeri bonitas extrinſeca: minui verò quando minuitur. Vnde cùm hodie dupla Hiſpaniæ ſit aucta ad decem libras cum dimidia, quæ olim valebat octo cum dimidia, valor extrinſecus duplæ dicitur auctus, & major: unde ſi hodie dupla iterum reduceretur ad valorem octo librarum, diceretur diminuta in valore extrinſeco. Rota *dict. deciſ. 597. n. 2. part. 1.* *in recent.* facit text. *in l. non minorem, Cod. de tranſact.* Vaſq. *lib. 2. controverſ. c. 67. n. 1.* Mantic. *de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 14.* & in puncto Sola *de monet. caſ. 19. n. 1.* 13

Hoc itaque præſuppoſito, ſequitur quod pactum de reſtituendo ſpecies in non minori bonitate extrinſeca hoc operari debet, ut ſi debitor duplam recepit ad pretium decem librarum, quæ poſtea reducta fuerit ad octo, non teneatur reſtituere illam, niſi ad rationem decem librarum, prout recepit; & ſic creditor amitteret duas libras pro qualibet dupla: cùm ſupponamus curſum & valorem extrinſecum eſſe tantùm octo librarum; & tamen creditor cogeretur illas recipere pro decem libris. Si igitur pactum de reſtituendo in non minori valore prodeſt debitori, & nocet creditori, quando monetæ valor extrinſecus fuit diminutus: eadem ratione debet illud pactum prodeſſe creditori, & nocere debitori, quando monetæ valor extrinſecus fuit auctus? † Eadem enim debet eſſe ratio augmenti & decrementi in creditore reſpectu debitoris, quæ fuit in debitore reſpectu creditoris. Rot. *deciſ. 149. num. 7. part. 2. in recent.* Gratian. *deciſ. 85. num. 6.* bene Viv. *opin. 516. num.* 14

num.46. Atque ita hanc paritatem augmenti & diminutionis explicat Faber *in tract. de variis nummarior.debitor.solut. capit.2. colum.3.versic. idémque ex contrario*, ubi explicat monetam dici in non majori numero deberi, si bonitas extrinseca fuerit imminuta.

15 Quartus casus, quando conventum fuit quod restitutio fieret in moneta, quæ esset *de mesme pied, tiltre & Aloy*; & hoc casu restitutio fieri debet etiam in eadem bonitate extrinseca: dictio enim illa *tiltre*, significat notam nativæ probitatis auri & argenti: dictio verò *Aloy*, significat ligam & admixtionem alienæ materiæ: denique dictio *Pied*; nihil aliud significat quàm numisma prototypon, ad cujus bonitatem extrinsecam aliæ monetæ cuduntur; significant igitur proportionem valoris extrinseci unius monetæ ad aliam; ita ut si marca argenti valeat quatuordecim libras, valor ille dicatur *le pied de quatorze livres*, ad cujus proportionem aliæ monetæ cudi debent: & est notorium apud omnes monetarios, & probatur ex ordinationibus Regiis, & nominatim Francisci primi de anno 1540. apud Fontanon *tom.2. fol.115. artic.7. &* 8. & de hoc quarto casu copiosiùs agemus infrà, *c.12.*

16 Quintus casus est, quando species fuerunt numeratæ, & conventum fuit quod restitutio fieret *in iisdem speciebus, vel in similibus speciebus*: & hoc casu diversæ opiniones sunt. Siquidem Craveta *consil.43. numero* 3. existimavit verba illa esse referenda ad qualitatem & quantitatem: quem tamen reprehendit incertus Author *in tract. de monet. quæstion.7.* sed tamen pro Craveta tenet Sola *in tract. de monet. casu 39. num.27. versic. Quapropter, & casu 19.* & iterum *casu 47. numero 3.* & optimè Cravetæ sententiam probat Thesaur. Iunior *in dicto tractatu de monet. part.2. num.60. versic. nisi certa species.* Viu. *opin.516. num.49.* Faber *de monet. capit.17.* ubi sæpius pro hac sententia in Senatu judicatum fuisse testatur.

17 Sextus casus est, quando conventio facta fuit de restituenda in totidem scutis boni auri & legitimi ponderis cunei Regis Francorum, aut in aliis speciebus in contractu designatis: & tunc præcisè debitor cogitur solvere de moneta determinata, nisi duobus concurrentibus; nempe quod adsit magna penuria monetæ promissæ, & conventæ; & quod creditor indemnis reddatur à debitore. Rot. apud Cens. *decis.219.n.7.* Lotter. *de re benefic. lib.1.q.39. num.174.*

Nec præmissis obstat quod opponitur, illicitum esse factum de restituenda sorte reditus in eadem æstimatione, quando creditor probabiliter credebat valorem monetarum auctum iri.

18 Primò, quia hoc non procedit, quando agitur de mutatione bonitatis intrinsecæ, in qua periculum, aut probabilitas proximæ mutationis monetarum non alterat justitiam conventionis. Gratian. *discept. c.884.n.29.& 30.*

19 Secundò, quia respectu bonitatis extrinsecæ illud procedit, quando debitor sortis principalis verificaret timorem proximæ mutationis monetarum, & quod creditor illius notitiam haberet, scirétque an augenda esset, an minuenda; & quod solus creditor hoc sciret; debitor autem illud ignoraret: alioqui debet in dubio contra venditorem census fieri interpretatio, ut in puncto ostendit Gratian. *dicto capit.884.n.26.28.& 31.usque ad finem.*

20 In facto autem verum est, quod emptoribus, & venditoribus fuit semper his temporibus æquale dubium, an monetæ valor augendus esset, an minuendus; & per consequens nihil illicitum in hujusmodi pactis considerati potest. Duard. *de censib. §.5. quæstion.49. num.4.* Bonacin. *de contract. disput.3. quæstion.4. punct. unico, num.36.* ut enim ab iis quæ his temporibus evenerunt, non recedamus; quis unquam putasset ex Regis Edicto anno 1636. monetas quæ jam multùm excreverant, iterum confestim non minuendas, potius quàm augendas esse? An non multi ea in re decepti fuêre, qui pecunias modico ante Edictum intervallo dederunt ad censum, sub quarum valore multùm lucrati fuissent si illas in arca servassent? Igitur debitores, si prævisum monetarum augmentum fuisse asserunt, illud probare tenentur. Gratian. *dicto c.884. versic.nam timor hujusmodi, n.25.*

Permissum enim est sibi præcavere ob metum 21
mutationis monetarum, de restituendis iisdem speciebus. Covarruv. *dicto §.1. n.5. versic.7. conclusio.* Ita ob metum mutationis monetarum tradit Albert. Brunus *in tract. de augment. monet. conclus. ultim. limit.8. n.1.* Vbi negotiatores dubitantes de augmento monetarum vel diminutione, solent expressè convenire de æstimatione pecuniæ debitæ: & ideo hujusmodi pacta valida sunt, quando creditor principaliter non habuit intentionem lucrandi, sed ut bona sibi moneta restituatur, quamvis postea moneta aurea vel argenta cum suo augmento ipsi creditori reddatur. Thesaur. Iun. *de monet. part.1. num.72.* & rationem optimam adducit Faber *in tractat. de variis nummarior. debitor. solut. cap.2.* † Quia pru- 22
dens negotiator, qui de eodem numero sibi reddendo cavet, de periculo illo transigere voluisse videtur, sive in aperto sit imminens periculum, sive in incerto: & hanc communiorem dicit esse Doctorum sententiam. Cùm enim par sit hoc casu debitoris & creditoris conditio, neuter lædi videtur, *l. de fideicommisso, Cod. de transact.* Quod etiam locum habere vult, si non de certo numero actum sit, sed de iisdem speciebus restituendis; ut à natura mutui quantò minus fieri potest recedatur, quæ illa est, ut quod redditur, sit tantundem, hoc est ejusdem generis, qualitatis & bonitatis: ad tradita per DD. *in l. cùm quid, ff. si certum petatur.*

Et hoc maximè procedit in contractibus, qui 23
non ad rationem quatuordecim, seu ad rationem septem pro centenario constituti fuêre; sed ad sex, vel quinque pro quolibet centenario: quia præsupponendum est, pactum illud restitutionis sortis in iisdem speciebus, compensatum fuisse cum minori pretio annuæ pensionis: cùm omnia pacta in contractibus adhibita censeantur ad invicem correspectiva, & pretii partem constituant. Surd. *consil.182. numero decimo quarto*: & justitia contractus desumi debeat ex universo contractu. Castrens. *consil.276. numero secundo, volum. secundo.* Surd. *ibidem numero decimo quinto.* Pinel. *in tertia parte legis secundæ, Cod. de rescind. vendit. capit.4. num.24.* & ita in terminis pacti de restituenda eadem monetæ specie, tradit Duard. *dicto §. quinto, quæstione 49. numero 5.*

Quod si aliqua regulamenta circa monetas, & 24
solutiones facienda sint, intactæ obligationes jam factæ relinqui debent: hoc enim sic faciendum esse præcisè testatur Rot. apud Cens. *decis.217. numero quarto, versiculo & quia tota difficultas, & numero quinto.* Guid. Papæ *quæstion.493. numero primo, versiculo*

ſiculo, *Princépſque obligationes.* Et ſi Princeps aliter faceret ſine conſenſu ſubditorum, teneretur ad intereſſe. Brun. *in tractat. de monet. limitat. ſexta, numero ſecundo,* videndus Duard. *de cenſib. §. ſeptimo, quæſtione 5.*

25 De materia agit Puteus *deciſ. 146. in novis, lib. 2.* ſed illa non eſt deciſio Rotæ, ſed potius ſuffragium ipſius Putei valde mendoſum, & corruptum, & apertè reprobatur à Rota, ut videre eſt *deciſ. 683. ſub fin. numero tertio, & deciſ. 686. numero ſecundo, verſic. quæ verò deducuntur, parte quarta diverſ.* quia in antiquis illa deciſio erat 149. Cenſ. *deciſ. 216. n. 6.* & eſt contra Rotæ deciſionem 149. *num. 45. part. 2. recent.*

26 Quod dicitur conventionem intelligendam eſſe rebus ſic ſtantibus, non procedit in iis quæ recipiunt augmentum vel diminutionem. Barboſ. *axiom. 73. numero tertio*, & in puncto Bellet. *poſt tractat.* Solæ *de monet. numero decimo ſeptimo.* Faber *de monet. capite ſecundo, verſiculo & quod dici ſolet: & capite ſecundo, verſic. quod enim ille ait, pagin. 835.* ubi dicit hanc objectionem in hac materia eſſe ridiculam.

CAPVT II.

Continens ſententiam magni nominis Theologorum, circa validitatem dicti pacti.

SVMMARIVM.

27 *Referuntur Doctores de materia mutationis monetarum tractantes.*

28 *Pacta in contractu cenſus circa monetarum diverſitatem obſervanda ſunt.*

29 *Pactum redemptivum in cenſu reſpicit favorem debitoris.*

30 *Bonitas intrinſeca in quo conſiſtat.*

31 *Bonitas extrinſeca quæ dicatur.*

32 *Pactum ſuper ſolutione in certa monetæ ſpecie, vel valore, de jure ſubſiſtit.*

33 *Bonitas intrinſeca ſimul & extrinſeca monetæ promitti poteſt in reſtitutione cenſus.*

Pactum de reſtituendo cenſum in eadem bonitate monetæ, reſpicit favorem debitoris & creditoris.

34 *Ampliatur etiam ſi augmentum vel decrementum monetæ fuerit prævisum. ibid.*

35 *Augmenti & decrementi monetarum æquale eſt dubium.*

36 *Quoad monetas magna eſt inter mutuum, & cenſum differentia.*

37 *In mutuo propriè non cadit conſideratio bonitatis extrinſecæ pecuniæ.*

38 *Probatur pactum ſuper reſtitutione ejuſdem bonitatis eſſe validum.*

39 *Identitas ſpecierum refertur ad identitatem numeri.*

40 *Valor monetæ cenſetur appoſitus causâ demonſtrationis tantùm.*

41 *Fraus in pacto redemptivo qua ratione adhiberi poſſit.*

42 *Augmentum & decrementum monetæ, ſtante partium conventione, dicitur evenire per accidens.*

43 *Æqualitas dubij in monetis, non eſt ratio adæquata validitatis pacti redemptivi in certa ſpecie.*

44 *An licita ſit pactio, quod cenſus ſit irredimibilis in certo caſu.*

46 *Pactum reſtituendi eandem tritici quantitatem, an de jure ſubſiſtat.*

47 *Quando pactum de reſtituendo in eadem moneta, ſit illicitum.*

QVæritur an licitum ſit pactum appoſitum in contractu cenſuali, quod liberum ſit cenſuario redimere cenſum quoties voluerit, dummodo eadem ſpecie monetæ redimatur ſecùndum eandem bonitatem intrinſecam & extrinſecam; & quam obligationem inducat pactum hujuſmodi.

Caſus talis eſt: Titius emit à Caio cenſum annuum ſex aureorum, pretio centum aureorum, quos numeravit Caio in quadraginta duplionibus Hiſpanicis, valentibus ſingulis duplionibus tempore contractus duos aureos cum dimidio; cum pacto quod liberum ſit Caio redimere prædictum cenſum quoties voluerit, reſtituendo pretium centum aureorum in iiſdem ſpeciebus duplionum Hiſpanicorum ejuſdem bonitatis intrinſecæ, & extrinſecæ; hoc eſt ejuſdem ponderis, qualitatis, & valoris, quibus eos accepit tempore contractus: poſtmodùm verò ſuccedente tempore, Edicto Principis accrevit valor monetæ, ita ut ſinguli dupliones accederent ad valorem trium aureorum cum dimidio.

Igitur Caius volens redimere ſupradictum cenſum, quæritur an ex vi hujuſmodi contractus, teneatur ſolvere Titio centum aureos in iiſdem ſpeciebus, & ſecundùm eundem valorem quo æſtimabuntur tempore contractus hujuſmodi dupliones; an vero ſolùm teneatur ſolvere centum aureos ad valorem monetarum tempore ſolutionis, eſto ſicii debeat ſolutio in iiſdem ſpeciebus. 27

Pro ſolutione hujus quæſtionis, de qua fuſiùs Canoniſtæ *in cap. quanto, de jurejur. & in cap. cum olim, & in cap. canonicis, de cenſibus.* & Juriſconſulti *in l. Paulus, ff. de ſolut. & in l. in minorem, Cod. in quibus cauſis in integ. reſtit.* Item Theologi cum Divo Thoma, *ſecunda ſecundæ, quæſt. 77. & 78.* & Summiſtæ *verb. ſolutio, verb. pecunia, & verb. uſura.*

Supponendum primò in contractu cenſuali, ſicut 28 & in aliis contractibus, varias apponi ſolitas conventiones, & pacta, ex mutuo contrahentium conſenſu, quorum alia ſunt in favorem emptoris, alia in favorem venditoris, alia in favorem utriuſque partis, idque pro rerum aut temporum exigentia, & contrahentium beneplacito, ad quorum obſervantiam obligari contrahentes in utroque foro nemo negat, dummodo non ſint contra jus divinum, vel humanum: ita communiter DD. ut docet Gomeſ. *tom. 2. c. 9. n. 2.*

Supponendum ſecundò conventionem illam in 29 hujuſmodi contractu apponi ſolitam, quod liberum ſit cenſuario redimere cenſum quoties voluerit, eſſe in favorem ipſius cenſuarij, & in onus cenſitæ, ſeu emptoris: ut notat Leſſius *de juſtit. & jur. lib. 2. c. 22. de cenſib. dubio 10.* Idque propter obligationem in futurum, quæ imponitur emptori ad extinguendum cenſum, quoties fuerit requiſitus à venditore, qui poteſt reſtituere pretium quando id ſibi utile, vel commo

commodum esse viderit; cùm tamen ipsi emptori non competat jus illud repetendi, etiamsi viderit bona sui debitoris esse in probabili periculo distractionis, & aliunde sese offerant occasiones utiliter impendendi debitam summam, si ea sibi restitueretur.

Supponendum tertiò, pactum illud de redimendo censu eadem specie monetæ, prout ponitur in quæstione, in hoc licitum esse, quod censuarius volens redimere censum, teneatur restituere pretium census in eadem numero moneta, ejusdem qualitatis, & valoris, quam accepit tempore contractus: ubi adverte ex communi Canonistarum, & Iurisperitorum sententia, in moneta duplicem attendi bonitatem; aliam intrinsecam, aliam extrinsecam.

30 Bonitas intrinseca consistit in materia, & quantitate, seu pondere, hoc est, quatenus est talis materia, v. g. auri purioris, aut minus puri; majoris, vel minoris ponderis; in quibus constituitur hæc bonitas intrinseca, seu valor intrinsecus, quisequitur naturam rei, nec mutari potest, aut variari, nisi mutatâ aut variatâ rei substantiâ.

31 Alia dicitur bonitas extrinseca, quæ consistit in valore monetæ taxato à lege; & dicitur valor extrinsecus, quia ab extrinseco advenit pecuniæ, ut sit pretium ad res emendas: & hic valor est accidentarius ipsi pecuniæ; quia cùm pendeat à voluntate, & æstimatione hominum, invariata pecunia quoad substantiam, sæpius variatur. Nam etsi in eo constituendo habenda sit ratio materiæ ac ponderis ipsius pecuniæ; tamen ratione commoditatis aut necessitatis, copiæ vel inopiæ, juxta temporum ac rerum exigentiam; aliquando augetur, aliquando diminuitur hic valor, vel Edicto Principis, vel regionum ac locorum consuetudine. Vnde non obstante hoc valore, etiam lege taxato, potest una moneta ratione materiæ ac ponderis pluris permutari pro altera ejusdem valoris extrinseci: ut tradit Soto *lib. 6. de justit. & jur. quæst. 5.* Navar. *in manuali, cap. 17. num. 288.* Silvester *verb. usura 4. quæst. 3.*

32 Cùm igitur valor ille extrinsecus pecuniæ sit variabilis, ut certum est; ad vitandam hanc variationem possunt contrahentes convenire super valore pecuniæ, ut eodem prorsus valore quo fuit tradita tempore contractus, eadem restituatur; ita ut extrinsecus ille valor semel admissus, unà cum intrinseca pecuniæ bonitate pariter refundatur, non obstante quacumque variatione seu æstimatione extrinsecùs adveniente in augmento vel decremento: ut tradit Molina *disput. 312. conclusione 2. tractat. de contractibus*, post Panormit. & Covar.

33 Quale videtur esse pactum in casu proposito, quo obligatur censuarius ad redimendum censum eadem specie monetæ, secundùm bonitatem intrinsecam & extrinsecam; hoc est ejusdem qualitatis, ponderis, ac valoris, quo fuerat æstimata tempore contractus, ut suprà dictum est; cùm autem pactum illud sit absolutè positum, absque ulla limitatione; in omni prorsus eventu videtur esse observandum, sive valor pecuniæ extrinsecus augeatur, sive diminuatur, secluſa semper fraude & dolo, qui nemini suffragari debet.

34 Hoc igitur pactum sic explicatum si præcisè sumatur, tam respicit favorem venditoris, quàm emptoris: Nam si augeatur valor pecuniæ, & solutio fiat tempore augmenti, favet emptori: quia tantundem quidem recipit in qualitate, & quantitate pecuniæ; sed pluris in æstimatione præsenti. Si verò decrescat, est in favorem venditoris: quia tantundem reddit in qualitate, & quantitate pecuniæ; sed minus in valore & æstimatione præsenti: ut optimè argumentatur Antonius Faber *de variis nummarior. debitor. solut. cap. 2.* Imò si augmentum vel decrementum pecuniæ fuit per contrahentes certò, vel probabiliter determinatè prævisum, æqualitas & justitia servari potest sic contrahendo: nam in casu decrementi vel creditor expendet pecuniam ante illud tempus, vel in casu restitutionis minus in valore reddet quàm acceperat: quæ omnia sunt in favorem venditoris, ut patet. In casu verò augmenti (quod videtur esse difficilius, jure potest emptor, tanquam prudens negotiator, propriæ indemnitati per hujusmodi pactum consulere: nam aliàs expectando tempus augmenti quod prævidet futurum, certum habiturus esset lucrum: de facili enim est credere neminem pecunias accumulare, nisi in proprium commodum & utilitatem tam sibi, quàm suæ familiæ: qui si certus esset de augmento futuro, usque ad illud tempus pecunias utique asservaret. Quare in hoc casu ad servandam æquitatem hujus pacti, non est opus uti hac suppositione; cùm præsumendum sit neminem esse qui libenter non expectaret, si moraliter certus esset de futuro augmento. Vnde jure censuista potest in hujusmodi eventu apponere hoc pactum absque injuria censuarii, ut concedunt omnes Doctores: censuarius autem in tali casu, vel poterit illud augmentum refundere in propriam utilitatem, expectando tempus augmenti, quod timetur si diligentiam adhibeat; vel saltem cùm pecunia aucta fuerit, poterit sibi consulere differendo solutionem in aliud tempus quo sperari potest decrementum pecuniæ, quæ quando nimis est aucta, probabiliter creditur minuenda; si autem supponatur non fuisse certò & determinatè prævisum augmentum vel decrementum, sed tantùm dubitanter, tunc par est utriusque conditio.

Neque refert dicere, probabilius esse pecunias fore augendas, quàm minuendas: præsertim quando in mediocri valore æstimantur, sicut videntur fuisse dupliones hispanici ad duos aureos cum dimidio, quales erant ab hinc sex & octo annis: nam præterquam quòd ante illud tempus visi sunt in multo minori pretio, nec de facili credebantur ulterius augendi; & tamen postmodùm intra duos annos ad trium usque aureorum valorem cum dimidio subitò excrevisse constat: Vnde probabiliter inferri potest, attento hujusmodi excessu, ad minorem valorem fore reducendos, quamvis etiam poneremus tempore contractus, attento valore pecuniæ tunc currentis, majorem esse probabilitatem augmenti, quàm decrementi; cùm iste contractus censualis sit perpetuus, & census ad nutum tantùm censuatii redimibilis; augmentum verò pecuniarum parum stabile propter rerum ac temporum quotidianas vicissitudines, ut experimento constat: unde non est difficile censuario qui se tali pacto videt obstrictum, rebus suis consulere, ad evitandum hujusmodi damnum: cùm probabilius sit post augmentum, successurum aliquando decrementum, & aliunde determinatè prævideri non possit tempus futuri augmenti, sicut accidit his annis præteritis: quis enim id potuit prævidisse, vel si prævidisset, quis sibi non consuluisset, cum nemo sit qui propriæ utilitati non serviat: quocirca in hac re nihil certi statui potest. 35

36 Supponendum quartò in caſu reſtitutionis, non eſſe parem rationem in mutuis, atque in cenſibus: quia ſolutio mutui limitata eſt ad certum tempus, vel certè ad libitum mutuantis; in cenſibus non item: quia ſolutio, & tempus ſolutionis dependet à voluntate cenſuarii. Vnde circa obligationem reſtituendi ſummam receptam, in eadem ſpecie monetæ ſecundùm eundem valorem, non eſt par utriuſque conditio adveniente augmento, vel decremento pecuniæ: quia cenſuarius poteſt expectare tempus ſibi commodum redimendi cenſum quandiu voluerit, quod non poteſt mutuatarius, qui ex natura contractus obligatur reſtituere determinato tempore; & ſi fuerit in mora ſolvendi, præſertim ubi intervenit pactum, tenetur ſolvere damnum mutuanti ob dilationem, ſeu ratione augmenti vel decrementi pecuniæ, ſi interim acciderit, ſeu aliud quodcumque damnum: ut communiter Doctores apud Molinam *loco citato*.

37 Tunc eſt quod Doctores, qui pro reſtituenda æquitate hujus pacti aliquas requirunt conditiones, loquuntur principaliter & expreſsè de mutuo: ut videre eſt apud Silveſtrum, Navar. Molin. & alios paſſim, quia in caſu augmenti laborant in æquanda obligatione reſtitutionis, quæ eſt de eſſentia mutui; atque adeo neceſſariò facienda etiam cum damno mutuatarii: quod non habet locum in contractu cenſuali, ubi nulla intercedit hujuſmodi obligatio: quod eſt valde notandum; quamvis propriè loquendo in mutuo non habeatur ratio valoris extrinſeci pecuniæ: ut optimè advertit Paulus Comitolus *in reſponſis moralibus, lib. 3. quæſt. 44.* poſt alios Doctores quos citat. Quia pecunia quæ mutuo datur, non traditur tanquam pretium, in quo extrinſecus ille valor attenditur; hoc enim locum habet in venditionibus & emptionibus; ſed abſolutè in mutuo datur talis pecunia, in eadem ſpecie, ſeu numero, ſuo tempore reſtituenda.

38 Ex dictis infertur primò, pactum appoſitum in contractu cenſuali de redimendo cenſu eadem ſpecie monetæ, ſecundùm eandem bonitatem intrinſecam & extrinſecam, prout exprimitur in caſu propoſito, per ſe obligare cenſuarium, ſi redimere voluerit cenſum, ad ſolvendum pretium in eadem ſpecie monetæ, ſeu numero ejuſdem qualitatis, ponderis, ac valoris quo fuit tempore contractus, ſive decreverit, ſive creverit moneta in ſuo valore extrinſeco.

Hæc concluſio ſupponitur à Theologis, & Iuriſconſultis, tanquam certa; quamvis aliqui cenſeant hoc pactum non obligare in caſu augmenti & decrementi pecuniæ, ſed ſolùm extra hunc caſum, eo quòd id non ſit expreſſum in pacto; quod tamen neceſſarium erat ad inducendam obligationem: ita videtur ſenſiſſe Molina *loco citato, concluſione* 2. ex aliquorum ſententia, qui tamen revera à nobis non diſſentit, ut ex ejuſdem verbis colligere eſt: ait enim ſe exiſtimare quod eſto in contractu mutui, aut quovis alio eſſet expreſſum, ut debitum in pecuniis certæ materiæ & figuræ ſolveretur in nummis ejuſdem rationis qui dati ſunt, ſi pecuniæ creſcerent, vel decreſcerent quoad valorem in nummis illius rationis, detractione, vel additione facta ad æqualitatem valoris, debitum eſſe ſolvendum: excipe (inquit) quando ex verbis contractus aut diſpoſitionis contrarium intelligeretur, nempe in quemcunque variationis effectum numerum illum monetarum illius rationis eſſe ſolvendum, nec plus, nec minus: quæ exceptio militat in caſu noſtro, vbi ex ipſis verbis ac diſpoſitione contractus apertè colligitur hæc obligatio.

Quod probatur, quia ſolutio debiti regulari debet ad formam & diſpoſitionem contractus: ſed hic contractus expreſsè obligat cenſuarium ad ſolutionem debiti in eadem ſpecie, ſeu numero monetæ, ejuſdem bonitatis intrinſecæ & extrinſecæ; hoc eſt ejuſdem qualitatis, ponderis, & valoris, ut ſuprà explicatum eſt: idque abſolutè, & abſque ulla limitatione & diſtinctione: ergo abſolutè obligat, non obſtante quacumque variatione ſeu æſtimatione pecuniæ in futurum: Vbi enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

Dicere autem, obligari quidem ex vi huius contractus cenſuarium ad ſolvendum debitum in moneta ejuſdem rationis, ſed non ſecundùm eundem valorem, ſi contingat valorem illum monetæ variari, quia id expreſsè non cavetur: hoc eſſet deſtruere formam & diſpoſitionem contractus, in quo tenditur non ſolùm ſuper monetam ejuſdem rationis ſeu ſpeciei (quod concedunt adverſarii) ſed ſuper eundem valorem, tam intrinſecum quàm extrinſecum, ac per conſequens qualis eſt obligatio ex vi hujus contractus ſolvendi debitum eadem ſpecie monetæ, talis eſt etiam ſolvendi in eodem valore, tam intrinſeco, quàm extrinſeco; aliàs fruſtra appoſita fuiſſent hæc verba in contractu, niſi in ordine ad peculiarem obligationem.

Vbi nota per eandem ſpeciem pecuniæ, hîc intelligi eundem numerum, more Iuriſperitorum; apud quos habentur numeri, quæ ſunt ſpecies apud Logicos; unde evidens ratio deducitur, debitum eſſe ſolvendum in eodem prorſus valore: quod ſi eadem numero pecunia: ergo & idem valor, cùm unum in altero neceſſariò includatur, ut per ſe patet. 39

Objicies, ſi ſpecies & numerus pecuniæ tantùm fuiſſet expreſſus in contractu, cum pacto ut totidem ejuſdem ſpecies tempore ſolutionis redderentur, nullo expreſſo valore; concedi poſſet prædicta propoſitio: ſed quando eſt expreſſus valor pecuniæ in contractu, ut conſtat factum iſto caſu, tùnc obligatio primariò cadit ſupra valorem taxatum, ad quem quis obligatur: ergo in ſolutione magis attendenda erit ratio valoris taxati, quàm numeri pecuniarum; ideóque ſi valor pecuniæ varietur, ſufficit ad ſatisfaciendum obligationi prædictæ, quod valor in ſolutione æquetur valori taxato tempore contractus.

Reſpondetur valorem illum in contractu expreſſum, ſimpliciter, & præcisè ſumptum, non cadere ſub obligationem, ſed tantùm ſecundùm quid; quatenus talem numero pecuniam repræſentat, ad cujus ſolutionem ex vi hujus contractus debitor obligatur: ubi nota, valorem illum non eſſe appoſitum in contractu cauſa taxationis; ſed tantùm demonſtrationis, ad repreſentandum ſcilicet numerum & qualitatem pecuniæ, pro quo contrahentes conveniunt; ut verba ipſa contractus apertè indicant, quæ reſtringunt priorem illam diſpoſitionem valoris expreſſi ad certum numerum monetæ ejuſdem bonitatis intrinſecæ, & extrinſecæ. 40

Infertur ſecundò, licitum eſſe hujuſmodi pactum, ſeclusâ fraude, & dolo; ubi non obſtat aliqua lex, vel conſuetudo approbata in contrarium. Dixi *ſecluſa fraude & dolo*, quia fraus & dolus nemini ſuffragari debet: utputà ſi emptor apponeret illud pactum ad circumveniendum venditorem ignorantem, 41

rantem, futurum incrementum vel decrementum pecuniæ, cùm ipse certam vel probabilem notitiam haberet, aut aliàs inde sibi lucrum quæreret, in damnum ac detrimentum venditoris. Addidi etiam, *ubi non viget aliqua lex, seu consuetudo in contrarium*, quia in tali casu hujusmodi contractus ad normam legis est reducendus.

In hac conclusione variant DD. alii siquidem eam admittunt absolutè: alii verò cum limitatione, & sub certis conditionibus, quos vide citatos apud Panormit. *in cap. quanto, de jurejurando.* Covar. *de collatione veter. numism. cap. 7. §. vlt.* Silvest *verb. usura 1. quæstion. 14.* Navarr. Paulum Comitolum *locis citatis*, & Ludou. Lopez *in instruct. conscient. cap. 67.*

Sed neque isti inter se conveniunt: nam alii plures, alii pauciores conditiones requirunt; alii tantùm pro majori æquitate, alii de necessitate, quos longum esset referre; & omnes præcipuè loquuntur de mutuis, in quibus, ut supra annotavimus, non est eadem ratio, quæ in censibus. Nos autem quia sumus in materia contractus censualis, sufficere existimavimus quod non constet manifestè de injustitia contractus, præsertim cùm jam constet de obligatione.

42 Dices ad æquitatem hujus contractus requiri, ut sit æquale dubium ascensus & descensus pecuniæ: quia ubi major est probabilitatis ascensus quàm descensus, tunc non est æqua conditio venditoris & emptoris, nec per consequens justitiæ in tali contractu; ideóque saltem necessaria est hæc conditio.

Respondetur primò cum Navarr. *in comment. de cambiis, num. 49.* & aliis quos citat, obligationem illam redimendi censum eadem numero moneta, non cadere sub valorem intrinsecum monetæ; sed tantùm per certam speciem expressam in contractu: ideóque per accidens est quod ascendat, vel descendat hujusmodi valor extrinsecus pecuniæ, ratione cujus non est contracta obligatio: unde nulla potest committi injustitia in tali contractu circa hunc valorem.

43 Respondetur secundò, justitiam hujus contractus absolutè loquendo non consistere in æqualitate dubii, quandoquidem etiam stante certitudine augmenti pecuniæ, potest fieri talis contractus: quod non negabunt adversarii, ut patet de eo qui servaturus pecuniam usque ad augmentum quod novit futurum, emit censum sub prædicto pacto, & hoc iustum esse omnes admittunt: ergo æqualitas dubii non est conditio necessaria ad constituendam iustitiam huius pacti. Ratio est, quia cùm in hoc contractu multa concurrant, hæc inæqualitas per aliud compensari potest, quale est damnum vel lucrum cessans emptoris, ut in casu proposito: vel quia census emitur maiori pretio, cùm posset emi minori, qualis est v. g. 16. vel 20. ad singula 100. vel ratione periculi cui se exponit emptor, quando dubitatur, num censuarius erit solvendo, vel ob alias rationes superius deductas, & alias circunstantias quæ quotidie occurrunt, dummodo nulla fraus, aut dolus interveniant.

44 Secundò quia, ut docet Lessius *cap. 22. de censib. dubit. 9.* Licita est emptio census cum pacto quod si intra certum tempus non redimatur, maneat irredimibilis: ergo etiam licitum erit pactum ut non redimatur census, nisi eadem moneta eiusdem valoris, non obstante probabilitate augmenti futuri; cùm maius sit onus censuario obligari ad censum irredimibilem, quàm ad redimibilem sub eadem moneta: quia potuit expectare tempus sibi commodum quando occurrerit ad redimendum. Quamvis illam Lessii sententiam tunc non examinemus.

Tertiò, ex Molina *disput. 311. tract. 2. de contract. 45 ib.* mutuans triticum tempore quo est in vilissimo pretio, ut totidem mensuræ sibi reddantur, nullo præfixo solutioni termino, quamvis moraliter certus sit triticum plus valiturum, nullam committit injustitiam repetendo illud quando plus valebit: quia mutuatarii culpa est si non sibi consuluit restituendo triticum quando minus valebat: ergo à pari licitum erit emptori obligare debitorem ad redimendum censum eadem specie monetæ, non obstante augmento futuro, cùm liberum sit censuario sibi consulere ante augmentum futurum, vel post augmentum expectare tempus reductionis.

Ex his patet responsio ad ea quæ objici possunt 46 super inæqualitate dati & accepti. Non negaverim tamen, quod si tanta esset certitudo augmenti pecuniæ, quod nulla appareat probabilitas futuræ reductionis, & emptor non statuisset asservare pecuniam in illud tempus, in illo casu prædictorum Doctorum sententiam locum habere: sed difficile est assignare hunc casum.

CAPVT III.

De pacto restituendi annuum reditum in casum extinctionis in eisdem speciebus: & continuatur materia præcedentium capitum, & respondetur ad obiectiones quorundam Theologorum.

SVMMARIVM.

47 *In dubio interpretatio fieri debet contra creditorem.*

48 *Verba in dubio ad tempus contractus referenda.*

49 *Monetæ qualitas an ad tempus solutionis, vel ad tempus contractus referenda sit, verba contractus sunt diligenter consideranda.*

50 *Intentio partium ex verbis contractus precedentibus & subsequentibus, & ex discretiva loquendi formula colligitur.*

51 *Ex quibus verbis colligatur partes quoad monetæ bonitatem habuisse respectum ad tempus contractus.*

52 *Quod est species apud Logicos, est individuum apud Iurisconsultos.*

53 *Si in eadem oratione fiat mentio bonitatis intrinsecæ & extrinsecæ, eadem circa utramque debet esse dispositio.*

54 *Verisimile non est, contrahentes futuræ & incertæ, ac variabili monetæ mutationi se supponere voluisse.*

55 *In dubio præsumendum est, partes intellexisse, quod bonitas & æstimatio monetæ ad tempus contractus referretur.*

56 *Textus in* l. semper in ambiguis, ff. de reg. jur. *quomodo procedat in materia monetarum.*

57 *Pactum de restituendo sortem census in eodem numero, est validum.*

58 *Promiſſio de ſolvendo in iiſdem ſpeciebus, refertur etiam ad identitatem numeri.*

59 *Quando agitur de Moneta imaginaria, poteſt ſolvi in moneta currenti tempore ſolutionis.*

60 *Qualitas monetæ imaginariæ etiam conſideratur quando moneta fuit alterata intrinſecè.*

61 *Quando conventum fuit de ſolutione in certa æſtimatione, vel in eadem bonitate extrinſeca, facienda eſt juxta formam conventionis.*

62 *Augmenti & decrementi par eſt ratio in materia monetarum inter creditorem, & debitorem.*

63 *Clauſula,* ſive monetæ creſcant, ſive decreſcant, *non eſt neceſſariò exprimenda pro validitate pacti de reſtituendo in eadem bonitate.*

64 *Probabilis opinio futuræ mutationis monetarum, ad hoc ut noceat creditori, quæ circunſtantiæ probari debeant.*

65 *Propter metum mutationis valoris monetæ, licitum eſt ſibi præcavere.*

66 *Conventio ſuper certa monetæ ſpecie, videtur quædam tranſactio ſuper futuræ variationis periculo.*

67 *Monetæ valor quandoque apponitur gratiâ taxationis, & quandoque gratiâ demonſtrationis.*

68 *Quid in Gallia, & Hiſpania, circa bonitatem extrinſecam monetarum obſervetur.*

ANno 1619. & die 17. menſis Iunii quidam debitor vendidit quandam annuam & perpetuam penſionem centum viginti ſcutorum, ſolvendorum in ſpeciebus auri, vel monetæ albæ ſine aliquibus patachiis, qualibet die 17. Iunii, pretio duorum mille ſcutorum valentium ſex mille libras, quod dictus venditor recepit in duplicibus & ſimplicibus Hiſpaniæ, & Sezenis facientibus complementum dictæ ſummæ duorum millium ſcutorum: Emptor autem promiſit revendere & extinguere dictam penſionem centum viginti ſcutorum valoris ſupradicti, toties quoties bonum videbitur dicto venditori, vel ſuis; reſtituendo unica ſolutione, vel duabus diverſis ſummam mille ſcutorum pro qualibet, dictum pretium, fundum & capitale duorum millium ſcutorum, *aux meſmes eſpeces, que deſſus, & bonté intrinſeque & extrinſeque.*

Ex quo duæ reſultant difficultates: Prima, utrùm verba illa, *en bonté intrinſeque & extrinſeque,* referenda ſint ad bonitatem intrinſecam & extrinſecam monetæ, quæ erat de tempore contractus.

Secunda, utrùm debitor poſſit reſtituere ſortem præfati annui reditus in moneta currenti tempore præſenti; an verò teneatur ſolvere juxta valorem intrinſecum & extrinſecum de tempore contractus.

Circa primam difficultatem opponitur emptori, quod verba illa, *en bonté intrinſeque & extrinſeque,* non referuntur ad identitatem ſpecierum, nec aliquid determinant circa valorem temporis contra-
47 ctus, vel temporis ſolutionis: & ideo † in dubio interpretatio fieri debet contra creditorem, *l. quidquid adſtringendæ. ff. de verb. obligat.* & quia ſemper in ambiguis quod minimum eſt ſequimur, *l. ſemper in ambiguis ff. de regul. jur.*

His tamen non obſtantibus concludendum eſt verba illa, *en bonté intrinſeque & extrinſeque,* ad tempus contractus referenda eſſe, ex ſequentibus fundamentis. Primò, quia reperiuntur conjuncta verbis immediatè præcedentibus habentibus relationem expreſſam ad identitatem ſpecierum expeditarum per emptorem, ut patet in illis verbis, *aux meſmes eſpeces que deſſus en bonté intrinſeque & extrinſeque*: † Quæ verba relativa non poſſunt intelligi 48
niſi de ſpeciebus tunc expeditis, neque referri ad aliud tempus quàm ad tempus contractus; & per conſequens qualitas bonitatis intrinſecæ, & extrinſecæ adjecta verbo habenti expreſſam relationem ad tempus contractus, debet regulari & intelligi juxta tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus. ff. de noxal. action. l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* † 49
Et in hac materia diſtinguendum omninò eſt, utrùm qualitas monetæ ſit relata ad tempus obligationis, an verò ad tempus reſtitutionis ſeu ſolutionis: ſi enim verba referantur ad tempus ſolutionis, inſpicitur valor monetæ tunc currens; ſecùs eſt ſi verba referantur ad tempus contractus, ut bene in hac materia diſtinguit Budelius *in tractat. de monet. cap. 14. n. 10. verſic. ſi ergo verba prolata.* Præſertim quia agitur de eadem oratione continuata, quæ regitur ab eodem verbo. Fulgoſ. *conſil. 93. n. 3.* & illa verba *que deſſus,* repetunt omnes qualitates ſuperiùs expreſſas: & ſic quod reſtitutio fiat eodem modo quo ſolutio facta fuit. Cravet. *conſil. 47. n. 4.*

Secundò, quia partium intentio colligitur ex iis 50
quæ inter eaſdem partes in eodem contractu conventa fuerunt. Bartol. *in l. ſi ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. obligat.* & ex diſcretiva loquendi formula colligitur diverſa contrahentium intentio: ad tradita per Surd. *conſil. 403. num. 22.* Seraphin. *deciſ. 1486. num. 12. per l. ſi ſeruus plurium, ff. de legat. 1. cum ſimilibus.* Et ideo quando in altera contractus parte, contrahentes ſpecialem & diverſam qualitatem adjecerunt, cenſentur alio modo in una, & alio in altera parte intellexiſſe. Mantic. *de tacit. convent. lib. 3. tit. 5. num. 8.* Sed ſic eſt quod contrahentes in caſu propoſito aliter de ſolutione penſionum currentium, aliter de reſtitutione ſortis loquuti fuêre: dum enim de penſionibus currentibus egerunt, conventum fuit inter ipſos, quod ſolutio fieret *en eſpeces d'or, ou monnoye blanche, ſans aucuns patacs*: neque facta fuit mentio de identitate ſpecierum receptarum, nec de bonitate aliqua extrinſeca aut intrinſeca: è contra verò quando tractarunt de reſtituenda ſorte principali, cautiùs agendo adjecerunt illa verba, *en meſmes eſpeces que deſſus, en bonté intrinſeque & extrinſeque*, & per conſequens in reſtitutione ſortis, partium intentio talis fuit, non ſolùm ut reſtitutio non fieret in minuta moneta; ſed aliquid ampliùs ſine dubio adjicere voluerunt, nempe ut reſtitutio fieret in iiſdem ſpeciebus, & eadem bonitate intrinſeca & extrinſeca.

Tertiò, quia conventio illa facta circa ſortis re- 51
ſtitutionem, dupliciter ab eodem verbo determinatur: primò quidem quoad ſpeciem & qualitatem monetæ, per illa verba, *en meſmes eſpeces que deſſus*: ſecundò verò qualitas bonitatis extrinſecæ fuit etiam appoſita & conjuncta cum qualitate bonitatis intrinſecæ: hæc autem adjectio reſpectu intrinſecæ bonitatis, non poteſt intelligi niſi de bonitate quæ erat tempore contractus; tum quia in dubio conventio debet intelligi juxta formam juris, quæ eſt ut reddatur eadem bonitas intrinſeca quæ vigebat tempore contractus: tum etiam, quia non præſumitur, creditorem voluiſſe ſe ſupponere periculo mutationis

nis bonitatis intrinsecæ monetarum ; & denique quia si aliter diceremus , frustratoria fuisset adjectio restitutionis faciendæ in iisdem speciebus ; imò & contrarietatem contineret : non enim fieret restitutio in iisdem speciebus , quia essent diversæ species , si bonitas intrinseca fuisset alterata : † quod enim est species apud Logicos, illud est individuum apud Jurisconsultos , ut ostendit Bartol. *in l. 3. §. mutui dario , ff. si certum petat.* si autem restitutio fiat in alia materia vel forma , impossibile est quod dicatur facta in eodem individuo quoad Logicos , & in eadem specie quoad Jurisconsultos.

Quemadmodum igitur promissio restituendi, *aux mesmes especes que dessus* , necnon etiam qualitas bonitatis intrinsecæ , non possunt non referri ad tempus contractus ; eodem modo qualitas bonitatis extrinsecæ ac illud idem tempus referenda est : quia una determinatio respiciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare, *l. tam hoc jure. ff. de vulg. & pupill. substitut.* Rot. in simili, *decis. 1. num. 6. & 7. part. 2. recent.*

Quartò, quia omnis conventio interpretationem accipere debet ab eo quod est verisimile : Mantic. *de tacit. convent. lib. 3. tit. 1. num. 12.* Non est autem verisimile , creditorem voluisse se committere periculo mutationis monetarum , sed potiùs semper actum censetur, ut restitutio pecuniæ fiat in eadem bonitate , quantitate , & qualitate secundùm tempus contractus : *l. cùm quid , ff. si cert. petat.* Guid. Pap. *decis.* 493. cum pluribus aliis allegatis per Bellet. *in suo consil. monetali , numero* 16. Sola *in tract. de monet. cas. 40. num. 2.* Surd. *consil. 220. num. 14.* cum pluribus per eum citatis : ubi dicit, quòd in dubio præsumendum est quod contrahentes de futura æstimatione monetæ non censentur cogitasse , sed de præterita.

Et ex his colligitur facilis responsio ad rationes in contrarium allatas , quia verius est in dubio censeri actum inter partes , quod solutio fiat in eadem bonitate intrinseca , necnon in eadem æstimatione quæ currebat de tempore contractus. Roman. *consil. 123. num. 1. versic. tertiò idem principaliter*, Purpurat. *consil. 179. num. 4. & 6. volum. 1.* Ubi dicit hanc probationem esse liquidissimam ob juris præsumptionem. Gratian. *discep. forens. c. 884. n. 22. & 23.*

Et textus *in l. semper in ambiguis. ff. de regul. jur.* procedere posset si disputaretur v. g. de quibus aureis partes sensissent , vel de quibus testutis , utpote quia adessent diversæ species aureorum vel testutorum ; quorum alij majoris , alij minoris essent valoris ; tunc enim in dubio de minoribus conventio intelligenda esset ; secus est si quæratur quod tempus inspici debeat , quia tunc non quod minimum est inspicitur , sed conventio semper in dubio referenda est ad monetam existentem de tempore contractus, Purpurat. qui sic distinguit , *d. consil. 179. n. 6.*

Secundæ difficultatis resolutio pendet ex præcedentibus ; siquidem supposito , prout hactenus demonstratum est , promissionem restrictam esse ad species solutas de tempore contractus , & ad illarum identitatem ac bonitatem intrinsecam & extrinsecam ; sequitur necessariò restitutionem sortis in eodem numero faciendam esse : † cùm pactum illud sit de jure validum , & de naturalibus contractus censualis. Bellet. *in d. consil. monetali, n. 24.* Sol. *in tract. de monet. casu 39. n. 11. & casu 14. n. 12. & 13.* & in hac materia semper ad partium conventiones, illarúmque verba recurrendum sit. Sol. *in d. tract. casu* 17. Censius *in tract. de censib. part. 2. c. 2. quæst. 4. artic. 4. n. 4.* aliàs *q. 85.*

Immò sola promissio de solvendo in iisdem speciebus , non solùm ad qualitatem , sed etiam ad numerum referenda est. Cravet. *d. consil. 47.* Sol. *casu 39. n. 17. versic. quapropter, & cas. 19. & cas. 47. n. 3.* Thesaur. Jun. *in tract. de monet. par. 2. n. 60. versic. nisi certa species.* Viu. *opin. 516. n. 29.* Anton. Faber *de nummar. solut. c. 17.* ubi sæpiùs pro hac sententia judicatum testatur. Idémque decisum fuit apud Mastril. *decis. 7.* & Carthar. *decis. 134.* ubi plures rationes pro hujus veritatis comprobatione deducuntur. Et diximus suprà, *c. 1. n. 16.*

Neque obstat quod opponitur, promissionem solvendi de qua agitur, fuisse factam in moneta imaginaria , & per consequens esse inspiciendum valorem currentem de tempore solutionis, ex Censio *in tract. de censib. part. 2. cap. 2. quæst. 4. artic. 4. num. 15.* aliàs *quæst. 85.*

Respondetur enim primò , quod attinet ad bonitatem intrinsecam monetæ, illam etiam in promissione monetæ imaginariæ considerandam esse : ut refert Cens. *loc. citat. n. 16.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. quæst. 39. n. 221.* Surd. *consil. 454. n. 9.*

Quod autem attinet ad bonitatem extrinsecam, quamvis contractus fuerit conceptus in moneta imaginaria ; nihilominus tamen solutio fieri debet in iisdem speciebus , & juxta valorem extrinsecum existentem de tempore contractus , si conventum fuerit inter partes quod restitutio fieret in eadem æstimatione, seu (quod perinde est) in eadem bonitate extrinseca. Bartol. *in l. Paulus, in fine , ff. de solut.* Scac. *de commerc. §. 2. gloss. 5. n. 187. & 188.* quia tali casu libra aut alia moneta imaginaria , censetur æstimata per ducatos , aut per aureos , aut aliam monetæ speciem expressam , quæ restituenda est in tanto numero qui comprehendat numerum librarum promissarum de tempore contractus : & sic lucrum augmenti vel damni pertinet ad creditorem. Brun. *in tract. de monet. limit. 8. n. 5. versicul. secundò quæritur* , cum plurib̃ ibi citatis : & in puncto, quod distinctio bonitatis extrinsecæ , & intrinsecæ, etiam cadat in monetam imaginariam, tradit Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 59. num. 221.* Quia talis moneta imaginaria constituitur in monetis inferioribus , & propterea eisdem distinctionibus subjicitur quibus monetæ inferiores : ut ejusdem juris sit pars & totum. Rot. *decis. 204. n. 4.* apud Cens. Brun. *in tract. de monet. part. 6. n. 2. & per totum.* Dictum est suprà, *c. 1. n. 10.*

Non etiam obstant quæ unus ex Dominis scribentibus contra emptorem longa serie deducebat ex quodam Theologorum consilio , quia illa casui proposito nullo modo adaptari possunt.

Respondendo igitur singulariter ad singula capita illius scripturæ incipientis , *Quæritur an valor pecuniæ.*

In primis advertendum est , casum illius consilij vel scripturæ, nimis generaliter conceptum esse : cùm enim omnis definitio in jure sit periculosa , *l. omnis definitio, ff. de regul. jur.* & quælibet minimâ facti circunstantia totam juris dispositionem soleat alterare ; ideo ad casus singulares deveniendum est.

Secundò advertendum est , primam illius scripturæ conclusionem in se veram esse , nempe quod pactum de restituendo certam monetæ speciem sit validum , quando periculum est æquale , augmenti & decrementi , inter debitorem & creditorem ; & propterea conclusio illa suffragatur emptori qui convenit de restitutione facienda in iisdem speciebus,

ciebus, & in eadem bonitate intrinſeca & extrinſeca: † Et ideò ſi valor duplarum Hiſpaniæ decreviſſet, hoc fuiſſet periculo ipſius: unde cùm valorille creverit, debet cedere illius commodo, ut æqualis ſit ratio augmenti & decrementi, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. jur.* Rot. *deciſ.* 149. *n.* 7. *part.* 2. *in recent.* Vivius *opin.* 516. *n.* 46.

62

63 Quod autem ſubditur in prima illa concluſione, quod illa clauſula exprimi debet in contractu, *ſive pecuniæ creſcant, ſive non*; non ita intelligendum eſt ut præcisè illa verba in contractu adhibenda ſint; ſed ſufficit quod adjectæ fuerint aliquæ clauſulæ, quæ illi æquipolleant, & illam virtualiter contineant; alioquin hoc eſſet dare legem verbis, & non rebus: quando enim fuit conventum, quod eædem ſpecies reſtituantur, & in eadem æſtimatione conventa; ſeu (quod perinde eſt) in eadem bonitate extrinſeca, tunc neceſſariò ſequitur, quod ſive illa minuatur, ſive augeatur, ſemper eadem æſtimatio reddenda eſt, de qua inter partes convenit: & ſic ſive creſcat, ſive decreſcat valor. Bart. *in dict. l. Paulus, in fin. ff. de ſolut.*

64 Tertiò, quæ ſcripta ſunt in ſecunda concluſione, non ita ſimpliciter intelligenda ſunt, prout ex adverſo applicantur. In primis enim jus de quo in dicta concluſione, præſenti facto non applicatur: cùm verum non ſit, nec verificatum, quod tempore contractus, de quo agebatur, adeſſet aliquis timor mutationis monetarum, & multo minus quod ille timor eſſet mutationis in augmento potius quàm in decremento. Item an quod illud ſciret potiùs emptor cenſus, quàm venditor: quæ tamen omnia probanda ſunt ad hoc ut debitor poſſit ob illam cauſam ſolvere de moneta currenti. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 884. *n.* 26. 28. *&* 31.

Et in effectu verum eſt, quod emptoribus & venditoribus fuit ſemper æquale dubium, an monetæ valor eſſet augendus, an minuendus: unde pactum illud licitum eſſe concludendum eſt, ex Duard. *in tract. de cenſib.* §. 5. *q.* 40. *n.* 4. & quod onus probandi timorem illum mutationis monetarum, modo quo ſuprà, ſpectet ad ſolvere debentem, tenet Gratian. *d. c.* 884. *n.* 25. *verſic. nam timor hujuſmodi.*

65 Imò permiſſum eſt contrahentibus propter metum mutationis monetarum ſibi præcavere, facta conventione de reſtituendis eiſdem ſpeciebus. Covar. *in tract. de collat. numiſm.* §. 1. *n.* 5. *verſic. ſeptima concluſio.* Albert. Brun. *in tract. de augment. & diminut. monet. concluſ. ult. limit.* 8. *n.* 1. Duard. *de cenſib.* §. 1. *q.* 7. *n.* 7.

66 Quia hoc non fit principaliter animo lucrandi, propter dubium eventum augmenti vel decrementi, ut ex magis communi ſententia bene comprobat Faber *in tract. de variis numnar. deb. ſolut. c.* 2. quia prudens negotiator qui de eodem numero ſibi reddendo cavet, videtur tranſigere voluiſſe de periculo illo, *ſive in aperto ſit imminens periculum, ſive in incerto*: Quod etiam locum habere vult, ſi non de certo numero actum ſit, ſed de eiſdem ſpeciebus reſtituendis, ut à natura mutui quanto minus fieri poteſt, recedatur; quæ illa eſt, ut quod redditur ſit tantundem, hoc eſt ejuſdem generis, qualitatis, & bonitatis, ad tradita per DD. *in l. cum quid, ff. ſi certum pet.*

67 Quartò advertendum eſt, rationes propoſitas & deductas pro corroboratione dictæ ſecundæ concluſionis, non adaptari caſui noſtro, nec quoad illum concludere. Prima enim ratio talis eſt, quando eſt expreſſus valor monetæ in contractu, tunc obligatio primariò cadit ſupra valorem taxatum; ſed in caſu propoſito valor monetæ eſt expreſſus: ergo obligatio cadit principaliter ſupra valorem.

Reſpondeo ad majorem propoſitionem diſtinguendo juxta mentem Rotæ Romanæ, fundatam in doctrina Bartoli, & communi; quod valor monetæ dupliciter exprimitur in contractu: primò, gratiâ taxationis; ſecundò gratiâ demonſtrationis: taxationis gratiâ dicitur fieri expreſſio, quando conſtat ex mente & verbis partium quod debitor obligatur ad certum valorem deſignatum dumtaxat, & non ad ſpeciem: demonſtrationis verò cauſâ quando obligatio concepta fuit in certa ſpecie quæ ſolvenda eſt, & æſtimatio duntaxat facta fuit ut ſciatur an aureus, aut alia ſimilis moneta creſcat, aut decreſcat.

Si æſtimatio & valor adjectus fuerit cauſâ taxationis, non eſt recedendum ab illa taxatione, & eo caſu locum habent argumenta in contrarium allata: ſi verò gratiâ demonſtrationis; tunc argumenta illa non concludunt, cùm conventio non ad certam æſtimationem, ſed ad certam ſpeciem referatur: ut ex mente Rotæ comprobat Gratian. *diſcep. c.* 417. *n.* 2. *& ſequentibus.*

Secunda ratio ſimiliter non concludit in caſu propoſito: quia ſi valor pecuniæ decreviſſet, ſemper debitor fuiſſet liberatus, reddendo eaſdem ſpecies deſignatas in contractu, atque ita periculum decrementi pertinuiſſet ad creditorem: unde argumentum retorquetur, quia ſicut periculum decrementi cedit damno creditoris, ita & augmentum illius commodo cedere debet.

Tertia ratio ſimiliter non concludit, quia præſupponit ementem nullum damnum pati poſſe, quod in facto non eſt verum, ut ſuprà demonſtravimus.

Quartum argumentum retorquetur: quia ſicut licitum eſt frumentum vendere pretio quo valebit tali tempore, quando æqualis eſt incertitudo pretij reſpectu emptoris & venditoris; ita in caſu noſtro dicendum eſt: cùm æquale ſit periculum augmenti & decrementi.

Ad quintam rationem reſpondetur negando præſuppoſitum: cùm enim facta fuerit conventio de reſtituenda eadem ſpecie & bonitate extrinſeca, ſanè ſtupidus fuiſſet cenſuarius ſi non intellexiſſet ſe teneri ad eaſdem ſpecies, & in eodem valore: & ſi habuerit aliquod propoſitum in mente retentum, quid ad creditorem? qui claris & apertis verbis in contractu legem dixit.

Denique quod ſubjicitur de praxi Hiſpaniæ, nihil 68
ad nos, qui ſubjecti ſumus ſummo Pontifici: conſuetudo verò Galliæ fundata eſt in expreſſa ordinatione Regia, quâ conſtitutum fuit, ut omnes contractus in poſterum fierent in libris; & prohibiti fuerunt contractus in aureis, aut aliis certis monetarum ſpeciebus: imò quod in Hiſpania ex generali conſuetudine moneta reducatur ad tempus contractus, tradit Duard. *de cenſib.* §. 5. *q.* 7. *n.* 6. Nos autem juxta juris communis diſpoſitionem, & Rotæ Romanæ deciſiones judicare debemus.

Unde concluditur, ſolutionem & reſtitutionem dicti annui reditus faciendam eſſe in iiſdem ſpeciebus, & juxta valorem qui currebat de tempore contractus.

CAPVT

CAPVT IV.

De obligatione reditus annui concepta in florenis 24. solidorum; cujus solutio per longissimum temporis spatium facta fuit in florenis 12. solidorum: utrùm debitor possit se redimere solvendo florenos 12. solidorum nunc currentium.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio circa monetas inducitur, quando verba contractus sunt dubia: si verò sint clara, non potest genus monetæ solvendæ præscribi.*
2 *Bona fides omninò requiritur in eo qui vult modum, seu moneta solvendæ formam præscribere.*
3 *Florenorum duo genera exponuntur.*
4 *Aureorũ quis fuerit valor ab anno 1475. ad 1488.*
5 *Grossorum antiquorum & parvorum solidorum quæ fuerint olim differentia.*
6 *Florenos duodecim solidorum deberi in casu proposito, licèt contractus fuerit conceptus in florenis 24. solidorum, ostenditur.*

VIso instrumento venditionis annui reditus venditi anno 1484. & die 12. Iunii in favorem creditoris summæ 100. florenorum, cujuslibet valoris viginti quatuor solidorum monetæ currentis in Comitatu Venayssino, pretio bis mille florenorum valoris monetæ jam dictæ: quos quidem 2000. florenos Thesaurarius dictæ Communitatis recepit in 250. ducatis, quolibet computato pro 34. grossis, in 240. scutis Regis sine sole: quolibet computato pro 32. grossis, in sexaginta Alfonsariis, quolibet computato pro 33. grossis, in centum quinquaginta florenis Alemaniæ: quolibet computato pro 24. grossis, & in quinque grossis monetæ. Et supposito quod dicta Communitas consueverit eundem reditum singulis annis solvere in florenis ad rationem duodecim solidorum pro quolibet: Quæritur nunc utrùm creditor dicti reditus sit fundatus in petitione reditum saltem futurorum ad rationem viginti quatuor solidorum pro quolibet floreno, non obstante antiqua solvendi consuetudine in florenis duodecim solidorum.

1 Pro cujus difficultatis resolutione supponendum in primis est, quod dum dubitatur utrùm per continuatam solutionem longissimi temporis fuerit præscriptum circa formam solutionis, & monetam, in qua solutio fieri debet; hæc generalis constituitur regula: Quod si verba contractus sunt clara & certa, non inducitur præscriptio; si verò verba sint dubia, observantia subsecuta maximè per longissimum tempus suffragatur debitori, ne in posterum cogi possit ad solvendum in alia specie, quàm in ea in qua soluit: ut dicit Balb. *in tractat. de præscript. 4. part. principali, quæst. 7. num. 4.* Cens. *in tractat. de cen-*
2 *sib. quæst. 85. num. 36.* † Et hanc præscriptionem & consuetudinem solutionis admitti dumtaxat stante bona fide, & re existente dubia, Thesaur. Iun. *in tract. de monet. part. 1. n. 74. & part. 4. n. 67.* post Martinum Garratum *consil. 82.* & alios *ibid.* allegatos: qui quidem Thesaurus loquitur nominatim de contractu facto in florentis.

Secundò supponendum est, quod de tempore dictæ obligationis currebant solidi & grossi: florenus autem constabat ex duodecim grossis, & quilibet grossus ex duobus solidis, & sic florenus 24. solidorum erat duntaxat duodecim grossorum, & aureus solaris qui expendebatur tunc temporis pro triginta tribus grossis valebat sexaginta sex solidos parvos. Quod probatur ex tenore dicti contractus, in quo species dinumeratæ constituentes bis mille florenos, conficiunt viginti quatuor millia grossorum, sicut constituunt quadraginta octo millia solidorum parvorum, præsupposito quolibet floreno viginti quatuor solidorum. Constat ergo quod florenus confectus fuit tunc temporis ex duodecim tantùm grossis, & quod dicti duodecim grossi æquivalebant viginti quatuor solidis parvis illius temporis: eodem planè modo quo hodie duodecim denarii constituunt unum solidum; & viginti quatuor denarii parvi similiter constituunt unum solidum, & æquivalent duodecim denariis communibus. 3

Quod etiam confirmatur ex eo, quod ex edicto Regis Galliæ Ludovici XI. anno 1475. 2. Novembris, Aureorum valor sine Sole fuit taxatus ad triginta unum solidos, & unum denarium: valor verò aureorum Solis ad solidos triginta tres. Deinde anno 1498. ex Edicto Caroli IX. valor aureorum sine Sole ad 35. solidos, solarium verò ad 36. ut legitur in Addit. ad Louet *Liter. R, n. 12. fol. mihi 655.* Quod si fieret calculus specierum in dicto contractu dinumeratarum ad rationem 24. solidorum, ex quibus duo grossum conficiunt, Aureus tempore dicti contractus fuisset valoris solidorum sexaginta sex, quod esset absurdum; † unde apparet, quod tunc aderant solidi grossi, & 5 parvi, & quod moneta æstimabatur quandoque per solidos parvos, quandoque per grossos & quod unus calculus concurrebat cum alio, & in effectu florenus non componebatur nisi ex duodecim solidis, ex quibus triginta tres aureum solarem conficiebant. 4

Vnde elicitur resolutio propositæ difficultatis: nam 6 si solidi nostri temporis subrogati fuerint in locum grossorum antiquorum, prout valde probabile est, & verificari potest ex libris antiquarum recognitionum factarum in favorem Ecclesiæ, aut aliorum Dominorum directorum; consequens est, ut vel non debeantur floreni nisi duodecim solidorum currentium, vel saltem probata pro parte Communitatis immemoriali consuetudine solvendi, debeantur duntaxat floreni ad rationem duodecim solidorum nunc currentium, propter dubietatem æstimationis, ex traditis per Thesaur. *dict. part. 2, n. 67.* & alios per eum *ibidem* allegatos.

CAPVT V.

De reditu annuo promisso in genere in moneta alba, quando nulla certa specierum dinumeratio facta fuit.

SVMMARIVM.

1 *Incertus specierum recipiendarum numerus, quamvis conventum fuerit easdem species restitui, non obligat venditorem reditus ad easdem species in eadem æstimatione reddendas.*
2 *Promissio de reddendo sortem reditus in moneta alba, est generica, nec obligat ad certas species.*
3 *Si specierum facta sit dinumeratio, juncta conven-*

tione

tione de reſtituendis iiſdem ſpeciebus, conventio ſervari debet. Idem ſi dictum fuerit de ſimilibus.

4 *Clauſula* ſans aucuns patacs, *appoſita poſt promiſſionem certarum ſpecierum, non alterat principalem diſpoſitionem.*

SI debitor annui reditus 300. ſcutorum promiſerit ſolvere ſingulis annis 21. ſcuta, ſexaginta ſolidorum pro quolibet, in moneta alba, pro fundo & ſorte principali 300. ſcutorum monetæ prædictæ, quos recepit in 200. ſcutis de ſezenis, & reſiduum in ſcutis auri Italiæ vel Hiſpaniæ, & aliquibus reſtutis & ſolidis Regiis: & in caſum extinctionis promiſerit ſolvere dictam ſortem principalem in 300. ſcutis dicti valoris, in iiſdem vel ſimilibus ſpeciebus quibus ſupra. Dubitatum fuit utrùm reſtitutio ſortis fieri poſſit de moneta currenti, & juxta valorem illius de tempore ſolutionis? Reſpondi debitorem annui reditus ad aliud non teneri, dum ſortem vult reſtituere, quàm ut illam ſolvat juxta curſum & valorem monetæ currentem tempore ſolutionis. Quia licèt ſuperiùs oſtenſum fuerit, *c.1.n.10.* quod quando facta fuit particularis dinumeratio ſpecierum, unà cum illarum æſtimatione expreſſa vel tacita, & conventum fuit quod eædem ſpecies redderentur in caſum extinctionis, per verba habentia vim æſtimationis & conventionis de reſtituendis iiſdem ſpeciebus; tunc eædem, & in eadem æſtimatione reſtituendæ ſunt: tamen in caſu propoſito concurrunt circunſtantiæ, quarum ratione convincitur animus ad contrarium ſentiendum.

1 Inprimis enim incertus eſt & indeterminatus ſpecierum recepterum numerus, cùm ignoretur quæ quantitas aliarum ſpecierum ſoluta fuerit præter ſezenos, quo caſu non debetur idem numerus ſpecierum; quia nulla ipſarum facta fuit dinumeratio, nec propter incertitudinem fieri potuit æſtimatio; & propterea illa attendi debet, quæ viget tempore ſolutionis. Hæc eſt doctrina Bartoli in *l. Paulus, in fin. ff. de ſolut.* Vbi dicit quod ſi quis dederit alteri centum libras in florenis, & nihil fuerit conventum circa æſtimationem; reſtitutio debet fieri juxta valorem monetæ de tempore ſolutionis: Quia etiamſi floreni aurei, (qui vigebant tempore Bartoli, & certam monetæ ſpeciem, non imaginariam conſtituebant;) fuiſſent poſiti in ſolutione, veluti quod fuiſſet dictum de reſtituendo in florenis; nihilominus tamen ſolutio florenorum aureorum fieri deberet ſecundum valorem ipſorum de tempore ſolutionis: cùm non fuerit facta promiſſio de reddendo certo numero, vel certa æſtimatione, & ſic promiſſio generica & indeterminata referenda eſt ad tempus ſolutionis, & valorem ipſius tunc currentem: ut dicit Brun. *in tract. de monet. limit. 8. n. 5. verſic. & per prædicta teneo.* Covar. *de variis numiſm. collat. c. 7. §. unic. n. 5. in 8. concluſione.*

2 Conventio autem illa, *de rendre en meſmes eſpeces que deſſus*, non poteſt in caſu propoſito referri ad quantitatem, ſed tantùm ad qualitatem monetæ: cùm non ſolùm ſors annui reditus concepta reperiatur in moneta imaginaria, ſed etiam quod plus eſt, in moneta generica, *en monoye blanche*, & per conſequens conventio de reddendo capitali in iiſdem vel ſimilibus ſpeciebus quibus ſupra, non poteſt intelligi niſi de moneta alba in genere, cum promiſſio capitalis 300. ſcutorum, non fuerit facta ſub illa forma ſub qua capitale numeratum fuit: quia illud receptum fuit partim in moneta alba, ſeu argentea, partim verò in moneta aurea: ex quo clarè oſtenditur noluiſſe partes ut debitor cogeretur reſtituere ſub illa forma, ſub qua recepit, ſed tantùm in genere in moneta alba: & propterea junctis duabus illis circunſtantiis, nempe quod ſpecies non fuerunt dinumeratæ, & non fuit conventum de reſtituendo certo numero ſpecierum ſub eadem æſtimatione per verba expreſſa vel æquipollentia; bene concluſum fuit, debitorem ſolùm teneri ſolvere in moneta alba, juxta tamen valorem temporis ſolutionis: atque ita fuit judicatum & executioni demandatum.

Aliud tamen conſtituendum eſſe Cenſui in alio 3
caſu, in quo ſors annui reditus fuerat recepta in 39. duplicibus aureis auri Hiſpaniæ, boni auri, & legitimi ponderis, & aliquot ſezenis & ſolidis conſtituentibus ſummam principalem centum ſcutorum, juxta valorem monetæ temporis contractus: quia expreſsè ultra dinumerationem prædictam, conventum fuerat: quod debitor in caſum extinctionis teneretur reſtituere dictam ſummam centum ſcutorum in ſimilibus ſpeciebus quibus ſupra; cùm ſimilitudo ſpecierum monetæ ad numerum illius referenda ſit, ut ſupra oſtendimus, *c. 1. n. 16.* Species enim apud Iuriſconſultos idem eſt quod individuum apud Logicos, ut etiam aliàs oſtendimus, *c. 3. n. 52.* & in materia monetarum, identitas & ſimilitudo confunduntur, cùm pecuniæ in ſuo genere functionem recipiant, nec adſit affectio in identitate corporum, ſed in ſimilitudine ſpecierum, *l. nummis depoſitis 3. ff. de in lit. jurand.* præſertim cùm dictum fuerit, *Aux meſmes eſpeces que deſſus*, ſuperiùs autem in contractu dinumeratio ſpecierum facta fuerat: ergo ſaltem ratione numeri determinati 39. Duplicium, reſtitutio in iiſdem ſpeciebus erat facienda. Cravet. *conſil. 47. n. 3.* Sola *de monet. caſu 39. n. 17. verſic. quapropter, & n. 18. & caſu 19. nec non caſu 47. n. 3.* Theſaur. Iun. *in tract. de monet. part. 2. num. 60. verſic. niſi certa ſpecies.* Vivius *opin. 516. num. 49.* Faber *de monet. cap. 17.* ubi ſæpius pro hac ſententia in Senatu judicatum fuiſſe teſtatur.

Vnde patet caſum iſtum diverſum eſſe à præcedenti, cùm in iſto concurrat dinumeratio ſpecierum cum promiſſione reſtituendi in iiſdem, vel ſimilibus ſpeciebus, quæ duæ circunſtantiæ deficiebant in caſu præcedenti.

Difficultatem tamen aliquam facere videbantur 4
verba dictæ conventioni adjecta in hoc poſteriori caſu, nempe quod reſtitutio fieret in iiſdem ſpeciebus ſine aliqua moneta minuta, *ſans aucuns patacs*: ſed eo non obſtante, non eſt recedendum à prædicta reſolutione, quia verba illa non ſunt appoſita ad alterandam principalem diſpoſitionem, ſed tantùm majoris expreſſionis gratiâ, & ad tollendam omnem dubitationem, *l. quæ dubitationis 81. ff. de reg. jur.* Eſt igitur hoc potiùs quædam inculcatio & expreſſio verborum ac ſpecierum, quæ ſub genere comprehenduntur, ideóque nihil operatur, *l. quæſitum, §. penuli. ff. de fund. inſtruct. l. legata, in princip. ff. de ſupellect. legat.* & talis verborum non neceſſaria multiplicatio non mutat ſubſtantiam veritatis, *l. pediculis, §. Labeo, ff. de auro & argent. legat. l. quæ dubitationis 81.* & *ibi* DD. *ff. de reg. jur.*

CAPVT VI.

De conſtitutione reditus reſervativi redimibilis, cum pacto quod in redemptione ſolverentur ſcuta auri in auro, ſexaginta ſolidorum pro quolibet; ita quod ſexa-

ginta

ginta solidi constituerent unum aureum, & unus aureus esset compositus ex sexaginta solidis,& utrùm reditus, si successu temporis magna oriatur inæqualitas, debeat reduci ad legitimum modum.

SVMMARIVM.

1 *In reditu reservativo non eadem fieri debet interpretatio,quæ in consignativo.*
2 *In reditu reservativo licèt pecunia non fuerit exbursata, conventio tamen facta censetur respectu valoris currentis monetæ tempore contractus.*
3 *Monetæ aureæ ad argenteam proportio est duodecima.*
4 *Aurei valore mutato, mutantur etiam rerum omnium pretia.*
5 *Cujus monetæ valor attendendus sit in locatione temporali, vel perpetua.*
6 *Solutionis modus cum bona fide longo tempore præscribi potest.*
7 *Aurei æstimatio utrùm taxationis,vel demonstrationis gratiâ facta sit,variæ sunt Doctorum sententiæ,ex quibus bona fides ad præscribendum oritur.*
8 *Si successu temporis in contractu censuali insurgat magna inæqualitas, judex illam ad æquitatem reducere potest, juxta multorum sententiam.*
9 *Contraria tamen opinio verior est, quia læsio juxta tempus contractus consideranda est.*
10 *Aurei in auro per sexaginta solidos æstimati,ita ut sexaginta solidi aureum in auro conficiant, quomodo solvendi.*
11 *In materia monetali verba contractus diligenter inspicienda sunt.*
12 *Quando conventum fuit,solutionem fieri in aureis monetæ currentis, quæ sit vis horum verborum,* monetæ currentis.
13 *Monetæ nomen est generale, & ad aureos referri potest.*
14 *In monetis imaginariis locum etiam habet distinctio bonitatis intrinsecæ,& extrinsecæ.*

ANno 1594. facta fuit concessio certorũ prædiorum cuidam sub perpetuæ locationis titulo,reservato concedenti dominio directo,idque sub annua pensione duodecim scutorum auri, sexaginta solidorum pro quolibet scuto: sub pacto tamen, quod si pensionarius iste vellet pensionem redimere, teneretur solvere summam ducentorum scutorum, valoris sexaginta solidorum pro quolibet, & è contra sexaginta solidorum valentium scutum aureum in auro bonæ monetæ cursum habentis tempore extinctionis, in civitate Avenionensi, & Comitatu Venayssino. Dubitarum fuit quomodò,& in qua moneta fieri debeat solutio,vel redemptio census.

Dubium hoc duo habet capita, quorum alterum pensiones currentes respicit. Alterum verò, sortis principalis solutionem.

Quod attinet ad pensiones currentes,dubium facit, quia videtur quod solutio fieri possit & debeat in moneta currenti tempore solutionis; cùm simplex sit & generica promissio quoad reditus currentes facta de scutis auri sexaginta solidorum pro quolibet, nec fuerit dictum de scutis auri in auro, nec simpliciter facta fuerit relatio ad scuta auri; sed adjecta fuerit æstimatio sexaginta solidorum pro quolibet:quo casu locus est illi solemni controversiæ, utrùm æstimatio illa, seu designatio sexaginta solidorum pro quolibet aureo, censeatur facta demonstrativè, an verò taxativè.

Pro cujus determinatione, & ad casum propositum appellatione advertendum est † hîc tractari de reditu reservativo, in quo longè dispar est ratio,quàm in consignativo: ut notavit Censius *in tract. de censib. quæst.*85.*n.*43. & ante eum Purpurat.*consil.*323. *num.*7.*vers.tertiò principaliter.* † Vbi considerat rationem differentiæ inter utrumque reditum. Quia in reservativo pensio non debetur propter aliquam præcedentem pecuniarum traditionem,ita quod per relationem ad illam possit cognosci qualitas monetæ tunc præstitæ,& in futurum præstandę;cùm simpliciter reditus debeatur ratione dominii translati:qua de causa, Curtius existimavit debitorem liberari solvendo monetam currentem de tempore solutionis: sed ipse Purpuratus miratur de tanto viro, qui non vidit textum formalem *in cap.olim causam* 20.*de censib.* & ibi notata per Panormit.& text.*in cap.cùm canonicis, eod.tit.* licèt enim creditor pecuniam non exbursaverit tempore contractus, tamen partes contrahentes commensurarunt valorem census retenti, habito respectu ad valorem monetæ quæ tunc suberat: † Et ideo creditor dicitur pati damnum,si cogatur capere pecuniam currentem ad valorem temporis solutionis,siquidem mutato aurei valore, necesse est mutare valorem monetæ argenteæ, quæ debitam semper retinet proportionem ad aurum, nempe unius ad duodecim & plures,ut notavit Alciat. *consil.*34.*n.*9 *lib.*8. per text.*in l.*1.*Cod.de argent.lib.*10.& notata *in l.*2.*C. de veteris numism.potest.lib.*11.† Mutantur etiam rerum omnium pretia, ut docet experientia, & advertunt DD. & inter cæteros Vivius *comm.opin.* 516.*num.*50. & sic creditor ex pecunia currenti tẽpore solutionis non poterit consequi tantam quantitatem mercium, aut aliarum rerum vendibilium, quantam habiturus esset, si solutio fieret juxta valorem monetæ temporis contractus. Quod considerans Purpuratus in terminis locationis,in *l. cũ quid,n.*69 *ff.si cert.petat.* existimavit in illo contractu habendam esse rationem majoris valutæ scutorum favore creditoris,quia tempore contractus valor fructuum verisimiliter percipiendorum fuit commensuratus juxta valorem pecuniæ tunc currentis,prout tunc constituebatur scutus aureus: cujus valore mutato, variatur valor rerum, quæ per pecuniam æstimantur. † Quidquid tamen sit in simplici locatione, de qua videndus est Thesaur. Iun.*in tract.de monet.part.*2.*n.*64.tamen quando agitur de censu, vel alia perpetua pensitatione,solutionem fieri debere quidem de moneta currenti, sed ad æstimationem antiquæ, ostendit post plures alios idem Thesaur.*loco citato,n.*65. In reliquis videnda est distinctio quam affert *num.*64.

Verùm, omne dubium in facto sublatum fuit, & firmata in hoc reditu currentiũ capite conclusio contra creditorem: quia per spatium ferè quinquaginta annorum solutiones factæ fuerant ad rationem sexaginta solidorum monetæ currentis pro quolibet scuto, quamvis illo intermedio tempore valor aurei fuisset auctus ad multò majores sũmas,& aureus solis ascenderet his annis ultimò lapsis, prout adhuc ascendit apud nos, ad solidos 112. ex qua diuturna præstatione, non solùm observantia, sed etiam præscriptio legitima citra modum solvendi reditum fuerat introducta, interveniente bona fide debitoris solventis, qui justam habebat causam credendi se ad majorem summam non teneri, † propter diversitatem opinionum inter DD. quorum aliqui mordicus tenent pretium & valorem aureis fuisse adjectum taxationis gratiâ,ut Menoch.*cons.*49.*n.*12.*& sequentib.*

*& conſ.*1266. Alii verò tantùm causâ demonſtrationis, prout fusè comprobat Surd. *conſ.*368. *num.*14. Gratian. *diſcept. forenſ.c.*417. Ciriac. *controv.*388. *n.*14. cum pluribus per eos citatis. Rota apud Cenſium *dec.*219. *n.*7. Ratione cujus longiſſimæ præſcriptionis, Dixi non eſſe amplius quærendum, utrùm attendi deberet valor monetæ tempore contractus vel ſolutionis, ſed ſolutionem faciendam eſſe juxta ſolitum, habito reſpectu ad ſcutum ſexaginta ſolidorum, currentium tempore ſolutionis, ex traditis per Cenſium *in tract. de cenſib. q.*85. *num.*54. *& ſequentib.* Surd. *conſ.*220. *num.*18. Rota *deciſ.*760. *num.*2. *part.*4. *diverſ.* Ciriac. *dict. controverſ.*388. *n.*17. Rot. apud
8 Cenſium, *deciſ.*221. *n.*3.

Sed dubitatum fuit, poſito citra veri præjudicium quod fructus prædii conceſſi, fuiſſent propter bellum, ſterilitatem, aut aliam cauſam extrinſecam adeo diminuti, ut ex eo magna reſultaret inæqualitas, & debitor multùm gravatus reperiretur; utrùm hoc caſu penſio, ſeu reditus reducendus eſſet ad æqualitatem? Videbatur affirmativè reſpondendum, per text. in *l. cum quidam, in princ. ff. de uſur.* Theſaur. *deciſ.*226. *& deciſ.*120. Gaſpar. Roderic. *de ann. reddit. lib.*2. *q.*15. *n.*95. apud quem hæc ſententia copiosè probatur.

9 Contrarium fuit deciſum per Rotam Avenionenſem Domini à Laurentiis *deciſ.*66. *verſic. anno* 1593. ea ratione, quia in æſtimando valore reditus, inſpiciendum eſt tempus contractûs: quod & voluit Cenſ. *in d. tract. de cenſib. q.*3. *n.*14. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 20. *n.*7. *verſ. non obſtat*, & fusè comprobat Barboſ. *in votis canonicis, voto* 10. *per totum*, quorum ſententiam Ego veriorem exiſtimo ob prædictam rationem, & alias copioſiùs per Barboſam adductas.

10 Quod autem attinet ad ſortem principalem dicti reditus. Dixi ejus ſolutionem faciendam eſſe in aureis auri in auro, vel in aliâ monetâ currenti, per quam haberi poſſint aurei in auro; cùm partium intentio fuerit, ut vel darentur aurei in ſpecie, vel ſaltem ſexaginta ſolidi tales qui aurei valorem conſtituerent; & ſic taxatio aureorum non fuit potiùs facta per ſolidos, quàm ſolidorum per aureos in auro, bonæ monetæ curſum habentis tempore ſolutionis, & ſic partes omninò animum ſuum applicaverunt ad aureos in auro, & ad certam ſpeciem, aut ad talem æſtimationem quæ cœqualis eſſet, & æquivalens certæ illi ſpeciei: nam & minutam monetam per majorem poſſe æſtimari verius eſt, ex Surdo *conſ.*368. *n.*15. Covarr. *in veter. numiſmat. collat. c.*7. *§. unic. in* 5. *concl.* Non eſt igitur ab illa partium conventione recedendum. Me-
11 noch. *conſ.*49. *n.*10. *vol.*1. Cenſ. *d. q.*85. *n.*4. † Et ſemper in hac materia ad verba contractus recurrendum eſt. Theſaur. *de monet. p.*1. *n.*42. *verſ. Ego tamen ſemper.* Atque ita de promiſſione aurei in auro tradit Surd. *conſ.*242. *n.*5. Dominus Ludovic. Bellus *conſ.*77. *n.*8. Neque verba illa *auri in auro monetæ currentis tempore ſolutionis*, quicquam nocent præmiſſæ concluſioni.

12 Primò, quia illa verba, quatenus referantur ad valorem monetæ inferioris, ex qua emuntur aurei, ita deberent intelligi ut ſolveretur moneta nova currens, ſed habito reſpectu ad valorem monetæ aureæ currentis tempore contractus: prout ita explicat Rota apud Cenſium *dec.*214. *n.*8. Cùm enim contrahentes, de moneta aurea in auro loquuti expreſsè fuerint, non eſt veriſimile quod ſtatim voluerint ab expreſſa conuentione recedere: unde verba illa, *monetæ currentis*, non alterare principalem diſpoſitionem, dixit Theſaur. Iun. *lib.*4. *quæſt. forenſ.*62. *n.*4. *& 6.* & ſic referri debet ſolutio monetæ nouæ ad rationem monetæ quæ currebat tempore contractus. Brun. *de augment. monet. limit.*8. *n.*11. Larrea *deciſ. Granatenſ.*17. *n.*8.

Secundò, quia verba illa, *monetæ currentis*, non refe- 13
runtur in caſu propoſito ad monetas inferiores, ſed ad monetas aureas, & ſic debent intelligi de aureis in auro currentibus tempore contractus: cùm nomen monetæ ſit generale, & ad monetam etiam auream referri poſſit. Ioan. ab Aquil. *in tract. de monet. p.*1. *c.*5.

Denique non obſtat, quod in dicto contractu dica- 14
tur, quod debitor poterit ſe redimere ſoluendo ducentas libras qualibet vice, quia id debet intelligi retentis terminis pacti præcedentis, videlicet ut ſolutio fiat in moneta conventa. Quanuis enim libra ſit moneta imaginaria, ſuam tamen habet bonitatem intrinſecam & extrinſecam, aucto videlicet, vel imminuto valore monetæ inferioris, ad cujus rationem libra æſtimatur. Lotter. *de re benefic. lib.*1. *q.*39. *n.*221. Rota apud Cenſium *dec.*214. *n.*4. & diximus ſuprà *c.*1. *n.*2.

CAPVT VII.

De creditore qui ſub literis cambii dedit duplices aureos legitimi ponderis, utrum cogatur recipere duplices minores in pondere. Quid ſi pondere minutos dederit, quibus debitor uſus eſt tanquam legitimis. Quid ſi literæ loquantur de moneta imaginaria.

SVMMARIVM.

1 *Quando moneta fuit alterata in bonitate intrinſeca, inſpiciendum eſt tempus celebrati contractus, dum de ſolutione agitur.*
2 *Creditor non poteſt cogi recipere ſolutionem in moneta tonſa, vel pondere minuta.*
3 *Debitor qui recepit pecuniam pondere minutam, non cogitur ſolvere ponderoſam. Limita ut infrà, n.*6.
4 *Diminutionis & augmenti eadem debet eſſe proportio, tam quoad debitorem, quàm quoad creditorem.*
5 *Ampliantur præmiſſa, ut locum habeant, etiamſi obligatio eſſet concepta in moneta imaginaria.*
6 *Si debitor pecuniam minoris ponderis receperit, & ipsâ perinde uſus fuerit ac ſi eſſet ponderoſa, debet ponderoſam reddere.*
7 *Conſuetudo generalis inter mercatores magni eſt momenti, quando tractatur de forma ſolutionis faciendæ.*

DEbitor ſummæ quinque millium librarum ſolutionem ſuo creditori offerebat in duplicibus pondere minutis, quales currebant tempore ſolutionis, quas tamen creditor recuſabat. Reſpondi fundatum eſſe creditorem ſolutionem fieri poſtulantem in duplicibus aureis ponderoſis, prout expendebantur tempore receptionis. Quia cùm mutatio monetarum contigiſſet in illarum bonitate intrinſeca, quia aurei fuerunt tonſi & leviores effecti, & tales publicè ex Edicto Principis tempore deſtinatæ ſolutionis expendi ſolebant, & recipi per creditores: tandémque antequam oblatio per debitorem fieret, ſupervenit aliud Edictum prohibens recipi, & in commercio haberi pecunias non legitimi ponderis, quæ mutatio monetæ in pondere concernit bonitatem intrinſecam ipſius; ſequitur in caſu propoſito locum fuiſſe generali regulæ, † quæ vult, quod ſuper- 1
veniente mutatione monetæ in bonitate intrinſeca, creditori facienda eſt ſolutio in moneta quæ currebat

tempore

tempore contractus, vel in moneta nova, juxta tamen valorem antiquæ. DD. *in capite quanto* 18, *de jurejur.* Censi. *de censib. quæst.* 85. Ludovis. *decis.* 42. Ioan. Reynaud. Avenionen. *in suo tract. de monet. in fine vers. concludo igitur.* Burat. *decis.* 626. *num.* 3. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 884. *per totam.*† Vnde sequitur quod dum moneta fuit in pondere post contractum diminuta, solutio fieri debet in eodem pondere quod admittebatur tempore contractus. Abbas *in dicto cap. quanto. num.* 12. *vers. item ex defectu. de jurejur.* Imol. *in l. Paulus, in fin. ff. de solution.* Bertrand. *consil.* 17. *n.* 4. *volum.* 4.

3 Et similiter debitores non possunt cogi solvere in moneta majoris ponderis, quàm illa quæ ipsis tempore contractus tradita fuit; cùm in hac materia servari debeat æqualitas, & quod statuitur in debitore, observari debeat per creditorem, & è contra. Rot. *decis.* 149. *n.* 7. *part.* 2. *recent.* Gratian. *decis.* 84. *num.* 6.† Vbi dicit diminutionem & augmentum, eodem modo decidi & determinari debere propter eandē contrariorum disciplinam, *l. ex duobus, §. et si contra tabulas. ff. de vulgar.* & ob vicissitudinem commodi & incommodi, *l. secundum naturam. ff. de reg. iur.* nec non rationem æqualitatis & paritatis servandæ inter contrahentes. Laurent. Calcan. *consil.* 15. *numero* 39.

5 Præmissa ampliantur ut procedant etiamsi obligatio fuisset concepta in libris, vel alia moneta imaginaria, in qua cadit etiam consideratio bonitatis intrinsecæ, vel extrinsecæ: ex traditis per Censium, *de censib. q.* 85. *n.* 16. cum *ibi* citatis, & dixi *c. præcedenti, num.* 4.

6 Existimo tamen, quod si creditor literarum cambii, de quibus agebatur, numerasset debitori tempore contractus pecunias in pondere minuto currentes, & constaret debitorem illis vsum fuisse, easque expendisse pro bonis, cogeretur reddere pecunias legitimi ponderis, si nullæ aliæ quàm ponderosæ essent in commercio, quia alioqui debitor locupletior factus jacturam suo creditori produceret, quod non est dicendum: & quamvis in contrariā sententia fuerit Gratian. *disceptat. forens. c.* 884. *n.* 5. tamen contrarium per prædictam rationē se judicasse testatur Larrea *decis. Granat.* 17. *n.* 16. & 17. ne scilicet ille cui data est dilatio, lucretur cum jactura eius qui illam concessit.

7 Allegabat quidem debitor consuetudinem contrariā inter mercatores & campsores, quā probatā fundatus esset, ex Boër. *decis.* 327. *n.* 3. *vers. tamen de consuetudine generali,* cum pluribus aliis quos citat Pereg. *consil.* 13. *in fine volum.* 3. Thesaur. *de monet. part.* 1. *n.* 73. & *sequentib.* Sed de ea cum suis requisitis non constabat: ideo judicatum fuit contra debitorem, ut solutio fieret in moneta ponderosa, quia constabat illum fuisse usum pecuniā, quæ tunc in minori pondere currebat, uti bona & legitima.

CAPVT VIII.

Depositarius utrùm teneatur restituere easdem species eundémque numerum specierum, quas recepit, an verò liberetur solvendo alias species æquivalentes tempore restitutionis depositi.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius tenetur easdem species, eundémque numerum specierum restituere, quando ita conventum fuit.*

2 *Depositarius si se obliget ad genus, depositum dicitur irregulare, & transit in naturam mutui.*

3 *In deposito irregulari tacitè censetur data depositario facultas utendi deposito.*

4 *differunt in deposito, quod depositarius se obliget ad idem, vel ad tantundem reddendum.*

5 *Depositarius qui se ad tantundem reddendum obligavit, est debitor generis.*

6 *Quando depositarius non est multùm dives, nec solet pecunias otiosas retinere, censetur illi tacitè data facultas utendi deposito.*

Pecuniæ diminutio cedit damno depositarii, qui se simpliciter ad certam summam genericam obligavit: eodem modo augmentum cedit eius commodo.

8 *In dubio depositum præsumitur factum, ut non idem, sed tantundem restituatur.*

DEbitor pecuniæ dotalis, dubitans ne malè solveret, deposuit authoritate Iudicis summam 1000. scutorum, quam depositarius confessus fuit habuisse & recepisse in certo numero duplarum, & aureorum in cōtractu depositi designato: quam summam 1000. scutorum promisit restituere cui, & quando fuerit ordinarum: cúmque per multos annos depositum duraverit, auctúsque interim fuerit valor duplarum & aureorū, quæsitum fuit utrùm præfatus depositarius cogendus sit depositum in iisdem speciebus receptis restituere; an verò sufficiat illi summam mille scutorum reddere, juxta valorem aureorum currentem de tempore restitutionis: & sic utrùm augmentum vel diminutio valoris monetarum, cedat damno vel lucro depositarii.

Quæstio ista resoluta fuit affirmativè, nempe lucrum, aut damnum alterationis pretii aureorum cedere commodo, vel incommodo depositarii.† Quia de- 1
positum de quo agebatur, non fuerat factum in sacculo obsignatum, sed duntaxat numeratum, nulla facta conventione de restituendis iisdem aureorum speciebus, seu numero eodem: quo casu depositarius sine dubio ad earundem specierum restitutionem fuisset obligatus, sive illarum valor extrinsecus crevisset, aut decrevisset: sed duntaxat sese obligavit ad restitutionem 1000. scutorum sexaginta solidorum pro quolibet scuto.† Quo casu non dicitur depositum regula- 2
re, sed irregulare, & transit in naturam mutui: nec depositarius dicitur debitor speciei, sed generis: & ideo sive pereant, sive extent pecuniæ, depositarius semper est obligatus ad summam promissam; quia genus perire non potest, *l. incendium, C. si cert. petat.* Quod probatur per text. *in l. in nave, ff. locat.* in illis verbis. Nam si quis pecuniam numeratam ita deposuisset ut neque clausam, neque obsignatam redderet; nihil aliud eum debere, apud quem deposita est, nisi tantundem pecuniæ solvere.† Siquidem hoc 3
casu videtur tacitè data permissio depositario, ut pecuniam depositam ad suos usus convertere possit. Honded. *consil.* 43. *n.* 12. *volum.* 2. per text. *in l. Lucius 24. ff. depositi.* Quia numerās pecunias, transfert dominium in depositarium, & propterea omne commodū & incommodum pecuniarum pertinet ad ipsum, ut expressè disponitur in *d. l. Lucius ff. depositi.*† in qua 4
sit differentia utrùm conventum fuerit ut eadem corpora, an verò ut tantundem, hoc est, ut eadem quantitas reddatur: & hoc secundo casu dicitur obligationē excedere notissimos depositi terminos, & depositariū liberari; quamvis non idem, dummodo tantundem

reſtituat: quod & notavit Peguer. *deciſ.*38. *n.*5. *&* 6. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 5 *gloſ.*8. *part.*7. *n.*8. ubi dicitur, quod hoc caſu cenſetur data facultas depoſitario utendi pecuniis depoſitis : quod & repetit *n.*14. Rot. apud Pacific. *deciſ.*132. *n.*6. Mantic. *de tacit. convent. lib.*10. *tit.*2. *n.*10. *& tit.*3. *num.*12. propter tacitam videlicet utendi facultatem depoſitatio conceſſam. Gaſpar Roderic. *de annuis reddit. lib.*3. *q.*11. *n.*19. qui diſtinguit utrùm depoſitum factum fuerit ſimpliciter ad numerum, & tunc dicit eo ipſo actum videri, ut depoſitarius pecunia depoſita uti poſſit, & duntaxat teneatur tantundem reſtituere ; an verò depoſitum factum fuerit, ut eadem ſpecies reddatur (in quo caſu non verſabatur depoſitum, de quo agebatur ; & tunc eædem omninò ſpecies juxta
5 conventionem reſtituendæ ſunt. † At in caſu propoſito depoſitarius ad ſummam 1000. ſcutorum ſimpliciter erat obligatus, & ſic erat duntaxat generis debitor : ergo ſolvendo pecuniam in genere, liberationem conſequi debebat. Budel. *in tract. de monet. c.*6. *num.*4.

6 Præmiſſis accedebat conſideratio qualitatis depoſitarii, qui licèt facultatibus eſſet idoneus, non tamen adeo divitiis abundabat, ut pecunias otioſas apud ſe retinere ſoleret ; quæ conſideratio hoc operatur, ut multò faciliùs ipſi depoſitario conceſſa videretur facultas utendi depoſito, ut advertit Trentacinq. *lib.*2. *variar. reſol.*3. *de depoſit. n.*7. *verſic. tertius & ultimus caſus*, & *verſic. hic tertius caſus.* Cancer. *lib.*3. *c.*7. *n.*55. *&* 65. *& ſequentibus.*

7 Neque obſtare debent quæcumque in contrarium opponi poſſent ex Theſaur. *in tract. de monet. part.*2. *n.*70. quia omnibus benè ſatisfacit Larrea *deciſ. Granatenſ.*14. *n.*80. *juncto n.*29. & per totam illam deciſionem, ubi difficultatem propoſitam ad longum examinat, & contrariis benè reſpondet, aſſerens in Senatu illo fuiſſe judicatum, depoſitarii damno cedere valoris monetarum alterationem. Si autem damnum ſpectat ad depoſitarium, eodem modo commodum & lucrum ad illum ſpectare debet, ut dictum eſt *c. præcedenti, n.*3. *&* 4. Ricc. *collect.*2803. Larrea *dicta deciſ.*14. *n.*16. *& n.*8. unde cùm habeamus deci-
8 ſionem in terminis, non videtur ampliùs diſputandum : † & quamvis verſaremur in dubio, concludendum potius eſſet, depoſitum ea ratione factum eſſe, ut non idem, ſed ut tantundem reddatur. Ludoviſ. *deciſ.*146. *n.*16. *& ſequentib. & n.*24. *verſic. in dubio tamen.* Unde concluſum fuit, depoſitarium liberari ſolvendo ſummam 1000. ſcutorum, juxta curſum monetæ temporis reſtitutionis depoſiti.

CAPVT IX.

Emptor bonorum qui aſſumpſit ſibi onus ſolvendi cenſum annuum debitum per venditorem, intra certum tempus, an teneatur ſolvere de moneta currenti, ſeu ad valorem temporis impoſitionis cenſus; an temporis, quo onus iſtud ſibi aſſumpſit ; an temporis quo dilatio ipſi data expiravit ; an denique temporis quo fuit in mora cenſum extinguendi.

SVMMARIVM.

1 *In dubio ſolutio debet fieri juxta monetam temporis contractus, ſi certa ſpecies non fuerit promiſſa.*

2 *Per aſſumptionem debiti alieni, abſente creditore factam, non extinguntur hypothecæ.*

3 *Accollatio habet vim ſolutionis inter accollantem, & eum ad cujus exonerationem fit accollatio.*

4 *Qui alienum debitum in ſe aſſumit, tenetur ſolvere eodem modo quo primus debitor, ad cuius exonerationem ſeſe obligavit, & in eadem moneta.*

5 *Omnia onera transferuntur in eum, qui alienum debitum in ſe aſſumpſit.*

6 *Aſſumens in ſe alienum debitum, ſubrogatur in locum primi debitoris.*

7 *Aſſumptio, ſeu accollatio alieni debiti, conſtituit partem pretii.*

8 *Per aſſumptionem alieni debiti, quis conſtituitur verus debitor.*

9 *Aliud eſt eſſe debitorem extinctionis, aliud ſortis principalis cenſus.*

10 *Aſſumens alienum debitum multo magis obligatur ſi promiſerit relevare, & indemnem ſervare primum debitorem, cum clauſulis ampliſſimis.*

11 *Expreſſio certorum onerum, denotat concluſionem aliorum non expreſſorum.*

12 *Debitor moroſus tenetur ad augmentum monetæ poſt moram adveniens.*

13 *Non eſt locus tacitæ renunciationi, quando adeſt expreſſa declaratio animi, & proteſtatio in contrarium.*

EMptor cujuſdam ruris aſſumpſit in partem pretii onus ſolvendi cenſum annuum debitum per venditorem, qui in certis auri ſpeciebus extinguendus erat, prout per ſententiam adversùs venditorem in contradictorio judicio latam, fuerat declaratum. Quæſitum fuit, utrùm augmentum valoris ſpecierum cederet damno emptoris, vel venditoris.

Quatuor hîc tempora conſideranda ſunt. Primum tempus, quo reditus ille annuus creatus fuit ; tunc enim aurei valebant ſeptem libras & octo ſolidos. Secundum eſt tempus, quo ruris venditio, & per conſequens aſſumptio oneris ſolvendi, ſeu ut loquuntur, accollatio facta fuit per emptorem : & tunc aureus erat valoris octo librarum. Tertium eſt tempus quatuor annorum, quod emptori conceſſum erat ad faciendam extinctionem iſtius reditus aſſumpti, ſeu accollati. Quartum tempus præſens, quo emptor fuit in mora extinguendi reditum, quem in ſe aſſumpſerat extinguendum intra quadriennium.

Quod attinet ad valorem currentem tempore quo ruris venditio facta fuit, & emptor ſibi onus reditum ſolvendi vel extinguendi aſſumpſit : Concludendum eſt, emptorem teneri ſolvere aureos, aut illorum valorem tunc emptoris currentem. † Quia cùm certam 1
monetæ ſpeciem non promiſerit, tenetur ſolvere monetam, juxta valorem temporis quo contraxit, *l. cùm quid ff. ſi cert. petat.* Roman. *conſil.*123. *n.*1. *verſic. tertiò idem principaliter.* Purpur. *conſil.*179. *n.*4. *&* 6. *volum.*1. ubi hoc explicatur : ſed quia hæc ratio multas recipit interpretationes, de quibus ſuperiùs actum eſt, & nominatim *c.*3. *n.*49. & alibi. Ideo vera ratio eſt, quia obligatio hujus emptoris relationem habebat ad obligationem in certa monetæ aureæ ſpecie, aut illius valore conceptam.

Præcipua difficultas conſiſtit in tertio, & quarto tempore ; utrùm videlicet debeat attendi valor primi temporis, an tertii, hoc eſt temporis impoſitionis cenſus;

census; an temporis quo emptor illum redimere tenebatur? Item utrùm attendatur dictum tempus impositionis census, an verò tempus præsens, quo valor monetarum valde auctus fuit post moram emptoris.

Quantùm ad primum, augmentum monetæ quod intervenit inter tempus venditionis, & tempus promissæ extinctionis: Dixi emptores ad illius præstationem teneri, quia licèt creditores, quibus solutio fieri debet, non liberaverint debitores principales census, ex eo quòd assumptio oneris solvendi, seu (ut dicunt) accollatio facta fuit, ipsis creditoribus
2 absentibus: † qua de causa nulla extincta fuit obligatio respectu creditorum principalium, ut censuit Rota post tractat. Duardi *de censib. decis.* 238. *num.* 2.
3 & *decis.* 26. *num.* 5. Ipsi tamen emptores ab ipso die celebratæ venditionis, onus assumpserunt solvendi dictum censum, & effecti fuerunt veri illius debitores: cùm accollatio habeat vim solutionis inter accollationem, & eum ad cujus exonerationem fiat accollatio: Ror. *decis.* 547. *num.* 1. & 2. apud Censium, & perinde sit ac si dicti emptores ab initio censum imposuissent, & illius pretium recepissent. Census
4 *in dicto tract. de censib. quæst.* 73. *num.* 16. † Et propterea tenentur illum solvere juxta formam & naturam primi illius contractus, & eo modo quo tenebantur illi qui censum illum imposuerant. Cens. *dict. num.* 16. *versic. hic autem obiter.* Rot. apud Cens. *decis.* 337. *num.* 2. ubi dicitur, quod qui onus solvendi censum assumit, tenetur solvere ad rationem decem aureorum auri in auro, licèt tempore obligationis
5 non solverentur nisi octo † Et generaliter verum est, omnem accollationem, seu alieni debiti assumptionem, transferre omnia onera & incommoda debiti accollati. Thusc. *lib.* 1. *littera A, conclus.* 84. Giurb. *decis.* 53. *num.* 10. *in fine.* Atque ita decisum fuit per Rotam Avenionensem, *decis.* 208. *à numero* 1. *ad* 5. Vbi fuit dictum, emptorem qui promiserat in partem pretii solvere quandam summam ad exonerationem venditoris, teneri solvere in eadem moneta, in qua venditor solvere coactus fuisset: idque duplici ratione. Prima, quia cùm emptor assumit sibi debitum alienum, censetur illud assumpsisse cum omnibus suis qualitatibus, maximè quia facta fuerat mentio instrumenti, cujus cancellationem emptor obtinere debebat, cum speciali designatione anni, diei, & Notarii, qui contractum sumpserat. Secunda, quia imputandum est emptori qui legem apertiùs dicere poterat: ideo emptor condemnatus fuit ad solvendum omnem majorem monetæ valorem.

6 Quod etiam alia ratione probari potest in casu proposito, quia partium contrahentium intentio fuerat ut emptores essent subrogati in locum venditoris in illo debito, juxta notata per Duard. *dicto tract. de censibus, §.* 3. *quæst.* 13. *numero* 28. *versic. & eadem*
7 *ratione.* per jura ibidem per eum allegata: † Et quia partes voluerunt debita illa, quæ sibi emptor assumpsit, constituere partem pretii: juxta notata per Mangil. *in tract. de subhastationib. quæst.* 109. *num.* 2.
8 & 8. Mastrill. *decis.* 37. *sub numer.* 9. *part.* 1. Ludovis. *decis.* 28. quem refert & citat Mangil. *in dicto tract. quæst.* 168. *num.* 4. † Vnde à die contractus emptionis, venditor tenetur ad solutionem illius census, non tanquam extraneus & tertius, sed tanquam principalis debitor: cùm teneatur ex proprio facto, & ex proprio contractu, dum constituit se soluturum, & censum redempturum pro venditore. Cens. *in dicto tract. quæst.* 105. *n.* 10. Rot apud eundem *decis.* 437. *num.* 2.

Quod si obiiciatur, quod ante tempus destinatum extinctioni dicti reditus, & sortis principalis solutioni, emptor non erat in mora, & per consequens non tenebatur ad aliquod interesse majoris valoris monetarum? Responsio est in promptu, quia petitio dicti majoris valoris non fundatur præcisè in mora, sed potius in eo quod debitum ab ipso venditionis die factum fuit proprium emptoris debitum:
† quia licèt nondum esset debitor extinctionis, quia 9
illius dies nondum advenerat; tamen ab ipso die contractus, erat debitor sortis principalis, & redituum maturandorum; & tanquam talis poterat conveniri.

Diversa enim sunt, quod quis per accollationem sit debitor census, & quod ad illius redemptionem cogi possit: quia qui onus solvendi censum sibi assumit, quamvis verè sit illius debitor, non statim ad ejus extinctionem cogi potest, nisi ita conventum sit inter emptorem & venditorem solvendi onus sibi assumentem: & sic aliud esse debitorem census, aliud esse debitorem extinctionis ipsius: ut colligitur ex notatis per Cens. *in tract. de censib. quæst.* 106. *numero* 15. *versic. sed posset circa hoc dubitari.*

Et supradicta multò magis locum habent, stante 10
pacto, quo emptor promittit dictos reditus solvere, & sortem principalem tempore convento restituere, & de dictis summis & pattitis relevare, & indemnem servare venditorem: quæ verba ostendunt mentem contrahentium fuisse, ut venditor in totum se eximeret à solutione dicti census, & sortis ejusdem, & de omnibus venditor esset oneratus: quod sanè æquitati consonum erat, ut notavit Rota *dicta decis.* 337. *num.* 2. *versic. concurrebat etiam*, post tractatum Censii *de censib.*

Præterea cùm conventum fuisset, quod venditor 11
durante biennio teneretur solvere reditus currentes quoad excessum, qui erat ultra quinque pro centenario (cùm census esset ad rationem septem) colligitur ex eo, quod ab omnibus aliis voluit se eximere, quia expressio certorum onerum infert exclusionem omnium aliorum. Gabriel *consil.* 137. *num.* 32. *volum.* 2. Surd. *consil.* 234. *n.* 18.

Quod attinet ad incrementum monetæ, quod 12
contigit post tempus solutioni præfixum, nullo modo potest emptor ab eo se eximere: tum quia mox ostensum fuit augmentum, quod contigit post contractum, deberi per emptorem: tum etiam alia speciali ratione, quia ab illo die ob non factam redemptionem & extinctionem census, juxta promissionem, fuit constitutus in mora. Duard. *in tract. de censib. §.* 3. *de census solutione, quæst.* 6. *num.* 28. ubi generaliter dicit, quemcumque debitorem morosum teneri ad augmentum monetæ superveniens: & docet Bald. *in l. vinum, num.* 23. *sub finem. ff. si cert. petat.* Bart. *in l. cum quid, numero* 17. *ff. eodem tit.* & ita judicatum refert Berlich. *decis.* 156. *num.* 7. *& sequentib. & lib.* 2. *pract. conclus.* 36. *num.* 62. Thesaur. *decis.* 174. *num.* 4.

Neque est, quod opponatur, venditorem recepisse ab emptore census currentes, illósque creditori dicti reditus annui persoluisse, supplendo de proprio maiorem valorem monetæ, & sic sibi præiudicasse.

Respondetur enim, omissis aliis rationibus, quod 13
nunquâ colligi potest tacita iuris quæsiti renunciatio, quoties adest expressa protestatio in cõtrarium, prout hoc casu aderat: quia venditor postquã per sententiã fuerat condemnatus ad solutionẽ augmenti monetæ, sententiã emptori intimari curavit, & citari fecit ad

videndum ordinari, quod ipſe tenebitur eundem venditorem relevare, & indemnem ſervare ratione dictæ majoris valutæ: unde ex actibus poſtea factis non potuit induci tacita juris renuntiatio, quia non quærendum eſt de tacito, ubi adeſt expreſſio in contrarium. Surd. *conſil.* 35. *num.* 10. unde concluſum fuit emptorem ad illum majorem valorem monetarum eſſe obligatum.

CAPVT X.

Debitor ſolvens cùm ſciret proximè publicandum Principis Edictum ſuper mutatione monetarum, utrùm liberationem plenam conſequatur: & an is qui ignorans ſolutionem ſic recipit, poſſit moleſtare ſolventem.

SVMMARIVM.

1 *Venditor qui ſciebat bonitatem rei venditæ non eſſe duraturam, eſt in dolo, ſi de hoc certiorem non fecerit emptorem ignorantem.*
2 *Qui contraxit ex eo quod ſciebat Principis Edictum brevi publicandum circa rem de qua contractus initus fuit, tenetur hoc notificare alteri contrahenti.*
3 *Et talis ſic contrahens crimen ſtellionatus incurrit.*
4 *Et tenetur ad intereſſe.*
5 *Solvens pecuniam ſtatim reprobandam, tenetur ad intereſſe; ſi is, cui ſolutio facta fuit, non habuit legitimum temporis ſpatium ad expendendam illam monetam: ſecus ſi habuit tempus ad illam expendendam.*
6 *Dolus arguitur brevitate temporis, quo Edictum publicatum eſt.*
7 *Solutio habetur pro non facta, cujus utilitas non eſt duratura.*
8 *Referuntur Doctores de hac materia tractantes.*

1 ANno 1639. cùm moneta aurea paſſim in Gallia, & in ſtatu Avenionenſi expenderetur, & reciperetur tonſa, & pondere diminuta cum magno exceſſu; tandem poſt ſecretum quendam ſuper proximo regulamento monetarum rumorem, dicti regulamenti certa notitia devenit ad Civitatem Avenionenſem die 17. Novembris ſub veſperum, quæ fuit publica effecta die ſequenti 18. Novembris 1639. matutinis horis, & aurei valor ad ratam ponderis reductus fuit in commercio, nec amplius leves aurei pro antiquo & vero aurei valore admiſſi. Mercatores quidam qui ab amicis de proxima reductione aureorum concitatis equis moniti fuerant, emerunt plurimas merces, eaſque in pecunia numerata ante notitiam venditorum futuræ mutationis in aureis levibus perſolverunt.

Dubitatum fuit utrùm venditores agere poſſent adversùs emptores ad damni paſſi refectionem † Et ſtantibus præmiſſis fuit affirmativè concluſum, per text. *in l. ſi vinum 15. verſic. planè, ff. de pericul. & commod. rei vendit.* ibi, *cùm intelligeret venditor non duraturam rei bonitatem, nec admonuit emptorem, tenebitur ei quantùm ejus intereſſet fuiſſe admonitum.* Per quem textum Salic. & Bald. *ibidem* notat, dolum colligi in contrahente, qui ſciens rei bonitatem non duraturam contrahit, nec emptorem admonet proximè futuræ deteriorationis. † Et in terminis illius 2
qui contrahit, cùm ſciret proximè futuram Edicti, vel conſtitutionis publicationem, tradit Pinel. *ad l. 2. Cod. de reſcind. vendit. part. 3. numero 21. 22. & 23.* Et cùm emptor in caſu propoſito ſciret proximè futuram monetarum mutationem, dicitur contraxiſſe propter dolum, & dolum dediſſe cauſam contractui, qui propterea ſubjacet reſciſſioni, etiamſi non adſit læſio ultra dimidiam. Stracc. *in tract. de ſponſionib. §. item quæro, Vincentius. fol. mihi 233. n. 3.* † Vbi amplius addit, ſic ſolventi pretium in moneta, 3
quam ſciebat reprobandam, obiici poſſe crimen ſtellionatus, quod omnibus illis generaliter objicitur, qui dolo quid fecerint: *l. 3. ff. de crimin. ſtellion.* † Et probatur per doctrinam Bartol. *in l. quæro, ff. de* 4
act. empt. & vendit. Vbi dicit, quod ſi quis ſciebat de proximo publicandum eſſe decretum ſuper pretio frumenti, & magnam quantitatem vendidit antequam publicaretur, & non certiorem fecit emptorem, tenetur ad intereſſe.

Idem tradit Bald. *in l. acceptam, numero 25. in* 17. 5
quæſt. Cod. de uſur. ubi dicit, quod ſi mutatio fuerit repentina, quia creditor non potuit pecuniam propter temporis brevitatem expendere; ſed ea ſtatim reprobata, ſeu recuſata fuit; ſuccurrendum eſt illi cui ſolutio facta fuit: ſi verò tale tempus interceſſit per quod pecunia converti potuerit in utilitatem recipientis, tunc ſolutio non poteſt controverti: cujus dictum ſequitur Afflict. *deciſ.* 194. *num.* 2. *verſic. item allegabatur*, & ſic etiam diſtinguit Giurb. *dec.* 87. *num.* 33.

Et ſanè ex brevitate temporis inter venditionem ſeu ſolutionem, ac notitiam publicam regulamenti ſeu edicti monetarum intervenientis, dolum præſumi debere, teſtatur Marſil. *in rubric. de fide juſſoribus, num.* 88.

Denique ad præmiſſa confert illa juris regula, quæ 6
vult ſolutionem haberi pro non facta, cujus utilitas non eſt duratura: ut habetur apud Larream *deciſ. Granatenſi* 13. *num.* 36. Caroc. *de depoſit. part.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 5. *verſic. octavò.* Bartol. in *l. acceptam, quæſt.* 17. *Cod. de uſur.* Hoſtienſ. *in cap. quanto, colum.* 3. *de jure jur. verſic. ſi autem diminuta non eſt.*

Et prædicta confirmantur ex traditis per Menoch. 7
conſil. 952. *num.* 22. Larream *dict. deciſ.* 13. Solam *de monet. caſ.* 22. *num.* 5. Giurb. *deciſ.* 87. *n.* 17. & 33. Theſaur. jun. *in tract. de monet. part.* 1. *num.* 68. Duard. *de cenſib. §.* 5. *quæſt.* 49. *n.* 4. Bonacin. *de contract. diſput.* 3. *quæſt.* 4. *puncto unico, num.* 36. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 884. *num.* 25. & *ſequentib. & cap.* 260. *num.* 19. Cod. Fabr. *lib.* 8. *tit.* 29. *definit.* 37.

CAPVT XI.

Exactorem, cui factum fuit mandatum, ſeu indicatio ſolvendi alicui creditori in moneta currenti, contra formam contractus cenſualis, non teneri ultra indicationem: hoc tamen non nocere ipſi creditori; quamvis uti Secretarius Communitatis inſtrumentum indicationis rogaſſet. Et quomodò ſolutio fieri debeat, quando quis promiſit ſolvere in teſtutis, regalibus & ſolidis. Quid ſi ſolidi non reperiantur,

aut

aut magna cum difficultate : & utrùm Notarius recipiendo instrumentum præjudicet suis hypothecis.

SVMMARIVM.

1 *Solum mandatum de solvendo datum exactori, non tollit obligationem, donec solutio effectualis intervenerit.*
2 *Secretarius Communitatis qui scripsit ex necessitate officii, sibi non præjudicat.*
3 *Creditor recipiens solutionem in moneta indebita, sibi non præjudicat, si fuerit protestatus.*
4 *Quando promissio facta fuit de solvendo in tribus monetarum speciebus, intelligitur de singulis pro rata.*
5 *Quando species moneta promissa non reperitur, aut cum magna difficultate, sufficit solutionem fieri de moneta currenti tempore solutionis, ad valorem antiquæ.*
6 *Quando exactores sunt indicati respectu fructuum, si moneta aucta fuerit, debet haberi consideratio augmenti valoris fructuum, qui ex ipsius exactione percipiuntur.*
7 *Notarius qui recipit instrumentum, non præjudicat suis hypothecis.*

COmmunitas quædam debitrix annui reditus in scutis auri solis in auro, boni auri & legitimi ponderis, oneravit exactores de solvendo summam principalem dicti reditus in festis Paschatis tunc proximè futuris; quam summam asserebat ascendere ad 850. Scuta, sexaginta solidorum pro quolibet scuto: cujus indicationis instrumentum sumpsit, seu scripsit Secretarius ejusdem Communitatis, qui erat dominus dicti reditus annui. Post indicationem exactoribus factam, & intra terminum quo exactores solvere debebant, crevit valor extrinsecus aureorum: Quæsitum fuit quid juris?

Dixi in hoc negotio varias personas esse considerandas, & in singulis diversimodè statuendum. Primò quod attinet ad Communitatem, certum est ipsam per mandatum de solvendo, seu per indicationem exactoribus factam, non potuisse alterare natu-
1 ram obligationis præstitæ in favorem creditoris: † cujus obligatio semper in suo statu remanet, non obstante illa deputatione exactorum, donec & quousque facta fuerit effectualis solutio: ut dicit Marilian. *decis.* 2. *n.* 8. Mastril. *decis.* 179. *n.* 12. & 19. Surd. *consil.* 22. *n.* 33. Socin. sen. *consil.* 37. *n.* 2. & *per totum, volum.* 4. Gratian. *discept. forens. c.* 527. *n.* 3.

2 Neque consensus aliquis tacitus resultare potest ex eo, quod Secretarius dictæ Communitatis scripsit, seu rogavit instrumentum dictæ indicationis, seu mandati de solvendo exactoribus facti; cùm id ex necessitate officii fecerit, & fictione juris habeatur pro alia persona diversa. Gloss. & Bartol. *in l. ficut, §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypot. solu.* Zuchard. *in repet. l.* 1. *Cod. de pact. n.* 117. *volum.* 7. *Repetentium fol.* 149. Surd. *decis.* 153. *n.* 17.

3 Præsertim quia tempore, quo dictus Secretarius partem sortis suæ principalis ab exactoribus recepit, expresè protestatus est, se illâ recipere sine præjudicio majoris valoris monetarum, per quâ protestationem jus ipsius fuit præservatum, *l.* 4. *§.* 1. *& ibi* Bartol. *ff. quib. mod. pig. vel hypot. solu.* cũ aliis citatis per Surd. *decis.* 246. *n.* 11. Neque recurrendum erat ad consensum tacitum, postquam constabat de expressa protestatione in contrarium, ut diximus suprà, *c.* 10. *n. ult.*

4 Verùm, quia licèt aurei in auro essent in obligatione, quia empti fuerant per expeditionem monetarum æquivalentium, quo casu facta conventione de restituendo sortem in iisdem speciebus, prout conventum fuerat in casu proposito, talis conventio servanda est, & restitutio in speciebus promissis facienda: cùm tamen aurei recepti fuissent, seu æquivalens illorum æstimatio tempore contractus in regalibus, testutis, & solidis. Dixi tertiam partem in qualibet ex dictis speciebus esse solvendam, propter naturam copulæ, *&*, quæ singulis distribuit pro rata: per text. *in l. reos, §. cũ in tabul. ff. de duob. reis, l.* 3. *§. si quis ita. ff. de eo quod cert. loc.* per quem textum dicit Rip. *in c.* 1. *ext. de judiciis*, quod promittens solvere in pluribus locis specificatis, & specificè copulatis, intelligitur promisisse ratam partem solvere in quolibet dictorum locorum. Cost. *de ration. rata, q.* 69. *n.* 1. *&* 2. & ad propositum nostrum Cravet. *consil.* 187. *n.* 5. Thesaur. jun. *de monet. part.* 2. *n.* 70. *vers. & si non constaret.*

Quæres quid si solidi reperiri non possint, aut non 5
fine magna difficultate?

Respondeo sufficere quod solvatur eadem quantitas monetæ nunc currentis, quæ æquivaleat solidis qui currebant tempore contractus. Duard. *de censib. §.* 3. *de census solut. q.* 6. *n.* 45. Cens. *d. q.* 85. *n.* 12.

Quantùm ad exactores, dixi illos teneri ad solutionem majoris valoris monetæ, à tempore quo fuerunt in mora solvendi: juxta *decis.* Berlichii 156. & 6
alia de quibus suprà, *c.* 10. *n.* 12. † Præsertim quia exactio ipsis per Communitatem data, consistebat in vigesima parte fructuum totius territorii, quorum valor augetur aucto valore monetæ; quod est valde considerandum, ut advertit Purpurat. *in l. cùm quid, n.* 169. *ff. si cert. petat.* Curtius jun. *in tract. de monet. n.* 13. Aret. *cons.* 112. *aliàs* 111. Calcan. *cons.* 14. Thesaur. Iun. *in d. tract. de monet. n.* 64. *vers. c. veritas est.*

Cæterùm, circa ea quæ diximus suprà *n.* 2. adden- 7
dum est quod licèt Galerat. *in tract. de renunciat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. *&* 8. videatur dubitare, utrùm Notarius recipiendo instrumentum obligatorium alicujus, qui aliundè ejus debitor est, sibi præjudicet quoad hypothecas? tamen verius est, illum sibi non præjudicare, ut ostendit Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 66. *n.* 18. Mascard. *concl. us.* 1347. *n.* 25. Tiraquel. *de retract. consang. §.* 1. *glos.* 9. *n.* 142. Surd. *decis.* 138. *n.* 17. Hodierna ad Surd. *decis.* 302. *n.* 1. dicens aliud esse in Advocato vel Procuratore, quia eorum officium est voluntarium: & citat ad hoc etiam Gratian. *discep. forens. c.* 38. *n.* 15. *& seq.* & benè Thesaur. Iun. *lib.* 3. *qq. forens. q.* 31. *per totam*, ubi respondet omnibus juribus, & rationibus, quæ in contrarium allegari possent.

CAPVT XII.

Plenius explicantur ea, quæ dicta sunt superius, *capit.* 1. *num.* 15. *in* 4. *casu*, de promissione restituendi sortem annui reditus in moneta ejusdem bonitatis intrinsecæ, & extrinsecæ, ejusdem pedis, ponderis, & ligæ, *Mesme pied, tiltre & aloy.* Quid statuendum sit quando eodem tempore simul mutatus fuit omnium monetarum valor extrinsecus. Quid si promissio facta fuerit habitâ ratione ponderis *du Marc* Et utrum sola dinumeratio specierum, obliget debitorem ad easdem species (si nihil aliud conventum fuerit) restituendas.

SVMMARIVM.

1 *Mutato ſolo monetarum extrinſeco valore, damnum vel commodum eſt creditoris; damnum quidem, ſi valor extrinſecus augeatur, lucrum verò vel commodum, ſi minuatur.*

2 *Dictio* Tiltre, *quid ſignificet in materia monetali.*

3 *Aurum perfectiſſimum ſub quo titulo, & quibus caractis confici debeat.*

4 *Dictio* Pied, *quid ſignificet, cùm de monetis agitur.*

5 *Quæ ſit vis dictionis* Aloy, *apud monetarios.*

6 *Liga monetarum in duodecim denarios diſtinguitur.*

7 *Proportio auri & argenti quæ ſit, juxta ordinationes Regias.*

8 *Dictionum illarum* pied, tiltre, & aloy, *vis oſtenditur, & ad praxim per exempla deducitur.*

9 *Mutatio monetæ neceſſe eſt ut fiat tam quoad bonitatem intrinſecam, quàm quoad extrinſecam, quando variatur pes monetæ.*

10 *Quando omnes monetæ ſimul, eodémque tempore auctæ fuerunt in bonitate extrinſeca, perinde eſt ac ſi mutata fuiſſet bonitas intrinſeca, ſecundùm opinionem aliquorum.*

11 *Quando obligatio reſpicit certum auri pondus, illud præſtandum eſt, aut ſaltem illius æſtimatio, tempore ſolutionis.*

12 *Sola diligens ſpecierum dinumeratio facta in contractu ad inſtantiam creditoris; licèt non ſit ſufficiens ad obligandum debitorem ad reſtitutionem earundem ſpecierum; tamen cum aliis juncta, magnam facit pro creditore præſumptionem.*

13 *Veriſimile non eſt, creditorem ſe dubiæ monetarum mutationi ſupponere voluiſſe.*

14 *Quod veriſimile eſt, multùm attendi debet, dum dubitatur in qua moneta ſolutio fieri debeat.*

MErcator quidã anno 1627. annuum reditũ 21. ſcutorum emerat pretio 300. ſcutorum, ſexaginta ſolidorum pro quolibet ſcuto. Quod pretium ſoluit in 60. quadruplicibu auri in auro Italiæ, & tribus ſcutis auri Solis cunei Chriſtianiſſimi Francorum Regis, boni auri, & boni ponderis.

Cum pacto, quod dictus mercator tenebitur cenſum hunc retrovendere mediante reſtitutione totius capitalis 300. ſcutorum ſibi facienda, cum fructibus decurſis, *en bonnes & belles, groſſes eſpeces d'or, & d'argent, ayant cours & miſe en Avignon & provinces circonvoiſines, qui ſoient de pied, tiltre & aloy, & non moindres en bonté intrinſeque, & extrinſeque, que les ſus receuës ſont à preſent, ſans aucuns patats ny autre monnoye baſſe.* Id eſt in bonis, pulchris & groſſis ſpeciebus auri & argenti, habentibus curſum Avenione, & in provinciis circumvicinis, quæ ſint pedis, tituli & ligæ, & non minores in bonitate intrinſeca & extrinſeca, quàm ſuperiùs receptæ ſunt de præſenti, ſine aliquibus patachis, aut alia moneta inferiori.

Contigit poſtea, quod anno 1636. ex Edicto Regis Chriſtianiſſimi valor extrinſecus aurei, & per conſequens aliarum monetatum fuerit admodùm auctus, remanente tamen eadem ſemper bonitate intrinſeca aureorum & argenteorum Regiorum, mutatâ etiam bonitate intrinſecâ quarundam monetarum non Regiarum notæ inferioris.

Quæſitum fuit in qua moneta, & ad quam rationem dictus mercator teneatur, & cogi poſſit recipere pretium dictæ retrovenditionis; utrùm videlicet habita ratione valoris currentis tempore oblationis dicti pretii, an verò juxta tempus contractus.

Dubium primo loco facere videntur verba illa, *non minores in bonitate extrinſeca.* Quia ſi debitor cogitur ſolvere in ſpeciebus promiſſis, ſupplendo valorem extrinſecum in caſum diminutionis: ergo eadem ratione creditor tenetur pati ſolutionem in valore extrinſeco aucto.

Præterea cùm de augmento extrinſeco nihil fuerit dictum, ſed tantùm de diminutione, caſus augmenti extrinſeci non deductus in pactum, remanet in diſpoſitione juris communis.† De jure autem quando 1
ſolus valor extrinſecus alteratus fuit, remanente eadem bonitate intrinſeca, diminutio cedit commodo creditoris, qui plures nummorum ſpecies recipit: augmentum verò, commodo debitoris, qui minorem ſpecierum auctarum numerum præſtando liberatur; prout communiter reſolvunt Doctores, ut oſtendit Cenſ. *de cenſib. q.* 86. *n.* 24. *in* 8. *concluſ.* Addit. ad Ludoviſ. *deciſ.* 42. *n.* 7.

His tamen non obſtantibus, Contrarium firmandum eſſe dixi, nempe creditorem non teneri recipere reſtitutionem dictæ ſummæ in alia moneta, quàm in moneta aurea, vel argentea; eáque bona, & legitima; habitâ ratione non ſolùm bonitatis extrinſecæ, ſed etiam valoris extrinſeci currentis tempore contractus, ita ut augmentum illius cedat commodo creditoris.

Cùm enim in hac materia præcipuè ad verba contrahentium reſpectus haberi debeat, ut ſuprà diximus, & DD. omnes admittunt, ut notat Gaſpar Belletia *in ſuo conſilio monetali impreſſo poſt Solæ tract. de monet. num.* 25. conventio ſatis expreſſa eſt in caſu poſito, quod reſtitutio fiat in moneta, quæ ſit ejuſdem pedis, tituli & ligæ, quæ verba comprehendunt eandem bonitatem, tam intrinſecam, quàm extrinſecam: de cujus conventionis validitate non eſt dubitandum, ut alibi diximus: & tradit Cenſ. *dicta q.* 85. *n.* 5. *in* 1. *concluſ.* Bellet. *dicto conſil. n.* 26. Sola *de monet. caſu* 39. *n.* 11.

Hoc autem comprobatur, ſi exactè conſideremus vim & naturam illorum verborum *Pied*, *Tiltre*, *& Aloy*: † dictio enim *tiltre*, ſignificat notam nativæ 2
probitatis auri vel argenti; nam perfectiſſimum ad viginti quatuor caratia, vulgò *Carats*; aliud verò ad 23. aut minus aſcendit: quod auri indicaturam Budæus nuncupavit *lib.* 3. *de Aſſe, fol. mihi* 261. hoc eſt notam & gradum bonitatis.† Cùm autem etiam 3
quodcumque ſelectiſſimæ notæ aurum, viceſimam quartariam puri & obryſi auri nunquam attingat, quamvis quàm proximè accedat; quantò propiùs aurum ad nativæ probitatis notam accedit & ad viceſimam quartariam; tantò purioris & melioris tituli eſſe dicitur: minoris verò & inferioris, quantò magis ab illa ſumma auri obryſi probitate recedit: veluti ſi viceſimariæ, binariæ, vel ternariæ, aut vigeſimæ binariæ cum dimidia, & ſic de aliis: Quod noſtri dicunt *au tiltre de vingt-deux ou vingt-trois carats, ou vingt-trois & demy.* Eſt ergo primæ notæ aut purioris tituli aurum quod viceſimariam ternariam cum dimidia probitatem habet, *vingt-trois carats & demy.*

Dictio verò illa *pied*, nihil aliud ſignificat quàm 4
numiſma illud prototypon, ad cujus bonitatem & valorem extrinſecum aliæ monetæ cuduntur: *C'eſt la piece de monnoye, au taux de laquelle l'on proportionne le prix & valeur de toutes les autres moindres, ou plus grandes eſpeces de monnoye*: ad inſtar pedis, quo omnia corpora menſurantur, & ad cujus proportionem majores menſuræ componuntur.

Vox

5 Vox item illa gallica *Aloy*, quæ barbaro potius quàm latino idiomate *Liga* nuncupatur, species est mixturæ, vel gradus metalli, quod melioris aut deterioris ligæ dicitur juxta minorem vel majorem alieni metalli admixtionem, sicut *Aloyer de Metaux* nihil aliud est, quàm certa ratione commiscere, temperare, & metalla commensurare.

6 Hæc autem liga in duodecim gradus seu denarios distinguitur, quæ latinè duodena scrupula dicuntur: ita ut argentum pretiosius dicatur esse ligæ seu pretiositatis duodecim denariorum: & si ex una libra talis argenti adimatur dimidia uncia, & loco illius subrogetur dimidia æris, dicetur argentum ligæ 11. denariorum, cum dimidio: si duæ unciæ, erit decem denariorum, & sic consequenter: & ita quando argentum est decem denariorum, sexta pars est æs; si 9. quarta; & sic proportionaliter idem in auro locum habet: si enim ex 24. auri unciis una æris subrogetur, erit aurum ligæ 23. caractorum; si duæ, erit 22. & sic de aliis. Hæc tradit, & copiosiùs explicat Albert. Brun. *in tract. de monet. in princip. num.* 12. 13. 14. *& sequentib.* Budel *de monet. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. *& sequentibus.*

7 Et ut hæc ad praxim per exempla reducamus, videri poterit decima Francisci primi ordinatio facta anno 1540. sub die 19. Martii, apud Fontanon, *tom.* 2. *fol.* 115. *artic.* 7. ubi ad proportionandum valorem auri puri pro qualibet marcha, statuitur auri pretium 165. librarum, 7. Solidorum, & 6. Denariorum, & servatâ proportione, marcha argenti Regii pretium obtinebit quatuordecim librarum, ita ut argenti & auri proportio sit ferè unius ad duodecim, sed non præcisè; quia si præcisè esset unius ad duodecim, oporteret esse proportionem 14. ad 168. & hoc est quod dicebamus suprà, *cap.* 7. *num.* 3. argenti ad aurum proportionem esse duodecuplam circiter, ex *l.* 1. *Cod. de argent. lib.* 12. & ex Alciato *ibid.* citato.

8 Et hoc præsuppositò, redeundo ad quæstionem nostram, postquam assignata fuit illa proportio auri & argenti, ut 165. circiter ad 14. subduntur hæc verba: *Et que sur ledit tiltre & pied de quatorze livres soit faite la fabrication de la monnoye blanche*, & iterum *artic.* 8. ejusdem Regiæ ordinationis dicitur, *& sur ledit pied de quatorze livres sera forgée la nouvelle monnoye*: hîc clarè constat, dictionem illam *tiltre* & *pied*, includere valorem taxatum per ordinationem, juxta proportionem valoris marchæ auri, ad valorem extrinsecum marchæ argenti: ita ut si aurum valeat pro qualibet marcha libras 165-7-6. argenti valor extrinsecus sit 14. librarum pro qualibet marcha.

Idem colligitur ex edicto Henrici III. anno 1577. quod inseritur in *eodem* 2. *volum. num.* 47. *fol.* 193. ubi dicitur & mandatur, quod aurei nummi conserventur in suo pondere & bonitate interiori seu intrinseca, quæ est duorum denariorum & quindecim denariorum *de poids*, & viginti quatuor caractorum *d'aloy: & sur ce pied & fondement, faire la correspondance de toutes les autres especes, tant d'or, que d'argent, & billon, aux fins qu'une achepte l'autre.* Et *ibidem* dicitur, *Avoir esté prins l'escu pour le pied, & seul fondement de tout compte, valeur, & estimation de toutes choses*: & habetur in multis aliis locis dictarum ordinationum. Sed hæc duo exempli causâ dicta sufficiant.

Vnde cùm verba, illa *du mesme pied, tiltre & aloy*, ejus sint virtutis, & valor extrinsecus monetæ referatur ad intrinsecam illius bonitatem, sequitur per necesse, ut mutato extrinseco valore auri, non sit amplius moneta *du mesme pied*: Quia cùm aureus sit pes, fundamentum, & regula, seu norma aliarum monetarum; sequitur, mutato auri valore seu intrinseco, seu extrinseco, non esse ampliùs monetam *sur le mesme pied*: sicut mutato in mensuratione pede, vel palmo, eóque aucto vel minuto, fieri non potest ut aliæ mensuræ sub eodem pede, & sub eodem palmorum vel pedum numero subsistant.

Ergo mutato pede & fundamento, oportet juxta 9
conventionem, ut solutio fiat juxta pedem, valorem, æstimationem ac proportionem quæ vigebat tempore contractus. Laudens. *de monet. num.* 25. Renerius Budel. *in eodem tract. cap.* 11. *num.* 3. *lib.* 2. Et hoc casu locum habet quod dicit Sola in *eodem tract. casu* 5. *num.* 2. quod nulla est virtualiter differentia, an aureus, seu monetæ magnæ fabricentur de minore liga seu materia, vel manente illarum materia, crescat earum valor, quia si valor extrinsecus non respondeat bonitati intrinsecæ, perinde est ac si de novo nunc monetæ fabricatæ essent, & æstimatæ magis quàm valeant; quod tamen extra præsentem casum non ita simpliciter admittendum censeo, sed non est ultra propositam quæstionem divagandum. Idem dico de iis quæ tradit idem Sola, *cas.* 39. *num.* 15.

Considerandum etiam erat in favorem emptoris 10
annui illius reditus, quod uno, eodémque tempore proportionabiliter auctus fuisse proponebatur omnium monetarum valor: imò & minutiores monetæ in intrinseca bonitate diminutæ fuerant: quando autem simul moneras omnes aureas & argenteas extrinsecùs auctas fuisse constat, perinde est ac si bonitas intrinseca fuisset alterata, & per augmentum extrinsecum diminuta, vt optimè explicat Kolch. *exercit. legal.* 19. *num.* 10. Et hoc casu forsan procedere possunt quæ mox ex Sola dicta sunt in *dicto casu* 5. *num.* 2. *& cas.* 39. *num.* 15. Alterată autem intrinsecâ monetæ bonitate, dubium non est, quin solutio debeat fieri juxta bonitatem temporis contractus, ut sæpiùs diximus ex Add. ad Ludovis. *decis.* 42. Cens. *de censib. quæst.* 85. *num.* 1. & aliis.

Addebant aliqui, quod emptor dum stipulatus est 11
in casum redemptionis sibi restitui pretium annui reditus in moneta aurea, vel argentea, quæ sit *de mesme pied*, *&c.* retulit se ad valorem *du marc*: & ita voluit habere non solùm singulos nummos aureos, & argenteos ejusdem ponderis, sed etiam totam massam auri, ex qua conflata fuerunt 300. scuta in eodem pondere: quia, ut mox dictum fuit, pecuniam restitui *au mesme pied*, intelligitur ut tot pondera marchi sibi restituantur, quot dedit; alioqui non reciperet *au mesme pied*, & ad idem pondus, si caperet ad valorem nunc currentem: & ideo tot sibi dari debent pecuniæ, ex quibus idem pondus *du marc* tempore solutionis habere possit, ut docet Purpurat. *consil.* 522. *num.* 38. cujus opinionem in hoc casu veram fatetur Thesaur. jun. *de monet. part.* 2. *num.* 49. & probatur per text. *in l. cùm certum* 9. *ff. de auro & argent. legat.* ibi, *sed pretium præsentis temporis.*

Sed hoc fundamentum apud me difficultatem recipit: Quia non fuit habitus directè & principaliter respectus ad massam auri vel argenti, vel ad pondus; nec promissa restitutio ejusdem massæ, & ponderis pecuniarum; sed potiùs ad numerum & valorem, ac bonitatem singularum specierum, non in massa vel globo, quo casu dumtaxat locum habet doctrina illa Purpurati, ut patet ex traditis per ipsum, & per Thesaur. jun. *locis citatis.*

Item dicebatur, quod in dubio illa debet capi interpretatio, quæ fuerat emptori contra venditorem, qui potuit apertiùs legem dicere, *l. veteribus, Cod. de pact.* Sol. *dict. casu* 39. *n.* 14.

Conside

12 Conſideranda etiam erat magna illa diligentia emptoris in dinumerandis, & ſpecialiter exprimendis monetarum ſpeciebus per eum traditis, quæ ejus intentionem arguit, ut eædem ſpecies ſibi reſtituendæ eſſent: ex traditis per Theſaur. jun. *in dict. tract. de monet. part. 2. num. 18. & 19.* Cujus ſententiam licèt non ſimpliciter admittendam exiſtimem, ut ſola dinumeratio ſpecierum obliget debitorem ad reſti-
13 tutionem earundem ſpecierum; cùm Bart. & alii DD. communiter in *l. Paulus, ff. de ſolut.* non conſiderent, an dinumeratio facta fuerit ſpecierum, ſed dumtaxat quæ ſpecies ſint in obligatione, & quæ in ſolutione. Tamen negari non poteſt, quin ex tali dinumerationis expreſſione in contractu oriatur præſumptio, ſeu adminiculum, ex quo elici poſſit intentio contrahentium, circa earundem ſpecierum reſtitutionem. † Præſertim cùm veriſimile non ſit, creditorem, dubiæ monetarum mutationi magno cum jacturæ diſcrimine ſeſe ſupponere voluiſſe: ut dicit
14 Sola *in dicto tract. de monetis, caſ. 19. num. 4.* † Quod veriſimile magnam in hac materia vim habere notat *ibid.* Sol. *num. 3.*

Alia quæ dici poſſunt circa interpretationem clauſulæ *non moindres*, &c. Et clauſulæ illius, *ſans aucuns patats*, alio loco copioſiùs explicabimus.

CAPVT XIII.

Vtrum debitor aureorum liberetur ſolvendo illorum æſtimationem in alia moneta, an verò in ſubſtantia auri ſolvere teneatur. Æſtimatio in caſibus, in quibus loco aurei ſolui poteſt, an facienda ſit tempore teſtamenti, vel mortis, vel deſtinatæ ſolutionis, vel evenientis conditionis; & quid in debitis ſeu legatis annuis. Legatum aureorum utrum intelligatur de majoribus, an de mediocribus, an verò de minimis. Quid ſi legatum factum fuerit de certo auri vel argenti pondere, an ſufficiat præſtare æſtimationem, & cujus temporis. Et intereſſe dotis non ſolutæ utrum debeatur per extraneum, qui dotem promiſit, & an cum augmento monetarum.

SVMMARIVM.

1 *Ex generali conſuetudine una ſpecies monetæ ſolvi poteſt pro alia: & hoc quomodò intelligendum ſit. Remiſſivè.*
2 *Si aurei ſimpliciter promiſſi fuerint, admittitur debitor ad ſolvendam æſtimationem; ſed ſi promiſſio ad certam ſpeciem, vel etiam ad ſubſtantiam auri referatur, auri ſubſtantia ſolvenda eſt: veluti ſi dictum fuerit, de aureis in auro.*
3 *Legatum ſcutorum auri, non explicando de quibus teſtator ſenſerit, debet explicari de iis quorum majus eſt commercium.*
4 *Sed in hoc caſu plurima conſideranda ſunt: 1. verba teſtamenti, vel ea quæ præcedunt, vel ſequuntur.*
5 *Secundò conſuetudo loquendi teſtatoris.*
6 *Tertiò dignitas legatarii, affectio teſtatoris, conſanguinitas, aut affinitas ipſius, & ſimilia.*
7 *Si agatur de dote, interpretatio fieri debet favore dotis, ut teſtator de majoribus aureis intellexerit.*
8 *Idem ſi favore piæ cauſæ legatum ſit.*
9 *Ceſſantibus dictis circunſtantiis, legati cenſentur minimi aurei curſum habentes.*
10 *Diverſam eſſe aureorum interpretationem Latino idiomate, & deſcus Gallico ſermone.*
11 *Explicatur text. in* l. qui lancem 33. ff. de auro & argent. legato.
12 *Si certa ſpecies monetæ ſit legata, illa ſolui debet.*
13 *Si aurum ad pondus legatum ſit, non habito reſpectu ad ſpeciem, debetur æſtimatio temporis ſolutionis; ſi verò reſpectu ad certam ſpeciem, ſive monetæ, ſive auri facti non ſignati, ſive auri infecti, ſpecies iſta præſtanda eſt.*
14 *In caſibus in quibus pro legato facto in pecunia ſolui poteſt æſtimatio, illa debet ſolui juxta tempus teſtamenti.*
15 *Amplia, etiamſi teſtator dixerit diem ſolutionis, contra Theſaurum juniorem.*
16 *Amplia, ut procedat etiam in legatis conditionalibus, vel in debitis annuis.*
17 *Maritus poteſt petere intereſſe dotis in pecunia conſiſtentis, etiam adversùs extraneum dotantem, ex veriori ſententia.*
18 *Soluto matrimonio uxor non poteſt petere intereſſe dotis, etiam ſub alimentorum nomine.*
19 *Fructus indebitè percipiens, illos tenetur in ſortem imputare.*
20 *Debitor moroſus tenetur ad majorem valorem monetæ à die moræ.*

LEgata fuerat anno 1578. Summa mille ſcutorum auri ſolis cuidam puellæ, tempore matrimonii ſolvendorum, ſolutâ interim annuâ penſitatione, ad rationem ſeptem pro quolibet centenario, quam ipſa continuò per multos annos, tam ante, quàm poſt contractum matrimonium exegit. Cúmque hæres capitalem ſummam ſolvere vellet, ſéque ab annuæ præſtationis onere liberare. Quæſitum primò fuit, utrùm ad ſolutionem ſcutorum auri in auro, aut ſaltem ad illorum æſtimationem teneretur.

Secundò quatenus ad aureorum æſtimationem teneretur, cujus temporis in æſtimandis aureis ratio habenda eſſet: videlicet tempotis teſtamenti, vel mortis, aut denique matrimonii contracti, vel ſolutionis; cùm tunc valor extrinſecus monetarum admodùm auctus eſſet.

Tertiò quid ſtatuendum ſit de penſione annua dictæ ſummæ, utrùm & in qua moneta, vel ejus æſtimatione peti poſſet.

Ad primam quæſtionem reſponſum fuit, aureos non deberi in auri ſpeciebus, eorum tamen æſtimationem eſſe ſolvendam: † juxta generalem conſuetudinem, quæ permittit, ut una ſpecies monetæ pro alia ſolui poſſit, ſi aſcendat ad valorem monetæ conventæ currentem tempore ſolutionis. Theſaur. *deciſ.* 174. *num.* 5. Maſtril. *deciſ.* 7. *numero* 1. quod intelligendum eſt juxta notata per Cenſi. *in tract. de cenſibus, quæſt.* 85. *numero* 9. 10. *&* 11. † Ratio eſt, quia 2
magna eſt differentia inter legatum ſcutorum auri Solis, & illud quod factum eſt de ſcutis Solis in auro: dum enim fit mentio ſcutorum auri Solis, illud fit ad excludendum alios aureos minores, quales ſunt aurei Italici: neque propterea cenſetur legata

certa

certa illa species, sed loco illius præstari potest æstimatio: secus est quando promissi, vel legati fuerunt aurei Solis in auro, vel ad signum Solis, aut per similia verba; tunc enim non æstimatio, sed certa illa & designata species præstari debet: & sic cùm testator Solis aureos legaverit, nec adjecerit, *auri in auro*, liberabitur hæres præstando æstimationem. Brun. *in tract. de augment. & diminut. monet. in 2. præsup. num. 6. 7. & 8.* Surd. *cons. 242. num. 3. & sequentibus.* Sol. *de monet. casu 35. iuncto cas. 37.* D. Ludovic. Bellus *cons. 77. num. 8.* Anton. Faber *de nummar. debit. solut. cap. 3. part. 3. vers. nam quod ponimus.*

3 Sed quid si testator simpliciter legasset mille scuta auri, utrùm legatum valeret ratione incertitudinis? Respondetur legatum esse validum, quia intelligitur de scutis aureis, quorum majus est in loco illo commercium, & major frequentatio, ut dicit Bartol. *in l. stipulationum quædam 74. in fin. ff. de verb. oblig.* Hieronym. Butigell. *in l. certum 6. num. 16. ff. si cert. petat.* inter Repetentes, Ciriacus *controvers. 523. num. 31.* & probatur *in l. 4. ff. de tritic. vin. & oleo legato.*

4 Hoc licèt verum sit, non tamen ita indistinctè admittendum est: quin imò multæ aliæ considerationes adhibendæ. Primò siquidem videndum est, utrùm ex iis quæ præcedunt & sequuntur, & ex toto tenore testamenti, aut alia ratione de testatoris voluntate constare possit: *l. si servus plurium 51. §. final. ff. de leg. 1.* ibi: *Item earum quæ præcedunt vel quæ sequuntur summarum scripta sunt spectanda: l. nummis 73.* ibi: *neque ex contextu testamenti possit apparere, ff. de legat. 3.*

5 Secundò inspicienda est consuetudo loquendi ipsius testatoris, *dict. l. nummis*, ibi, *si neque ex consuetudine patrisfamilias*: & *dict. l. si servus plurium, §. fin.* ibi: *Ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est, exquirenda est.*

6 Tertiò inspicienda est dignitas legatarii, & charitas seu affectio testatoris, & necessitudo, seu consanguinitas ipsius cum legatario. Gloss. *in dicto §. final. l. si servus plurium, in verb. Consuetudo.* Natt. *cons. 626. num. 20.* Camill. Medic. *consil. 73. numero 18.*

7 Quartò inspicienda est causa, cujus favore factum fuit legatum: veluti si agatur de dote, interpretatio fieri debet, ut legatum factum fuerit in dubio de majoribus aureis. Surd. *decis. 298. n. 8.*

8 Idem si agatur de legato facto ad pias causas, vel pro alimentis. Surd. *ibid. num. 10.* & *in tractat. de aliment. tit. 8. privileg. 25.* & *tit. 2. q. 10. num. 17.* & *q. 12. n. 9. & 10.* Gratian. *discept. forens. cap. 611. num. 14. & seqq.* & *cap. 666. num. 5. & discept. forens. cap. 700.*

9 Cessantibus autem prædictis circunstantiis, legatum debet intelligi de minimis aureis, ut dicitur in *dict. l. nummis 73. ff. de leg. 3.* Gratian. *discept. forens. cap. 55. n. 28.* Intelligendo de aureis, qui sint in commercio.

10 De aureis loquor, non de scutis; quorum legatum si simpliciter relictum fuerit his & similibus verbis, *Ie legue cent écus*, v. g. intelligi debet de scutis 60. solidorum pro quolibet, secundùm communem & notorium in hisce partibus loquendi morem, nisi fuerit dictum, *de écus d'or*: tunc enim locus est supradictis resolutionibus, dum dubitatur de quibus aureis, majoribus scilicet, vel minoribus testator intellexerit; sed si Latino idiomate de aureis simpliciter dictum fuerit, intelligenda est testatoris dispositio de aureis in auro, vel eorum valore, quando testator ad ipsam auri speciem non se restrinxit: nam latinè loquendo, idem est dicere aureum, & monetam ex substantia auri confectam. Gloss. *in l. fin. ff. de in jus vocando*, ubi declarat aureos illos esse, quorum 72. faciunt libram auri, ex qua latina loquutione nihil inferri potest ad sermonem vulgari idiomate prolatum: ut in istis terminis determinavit Rota Rom. *decis. 87. part. 3. recent.*

Præmissis non obstat text. *in l. qui lancem 33. ff. de aur. & arg. legat.* ubi si testator lancem legaverit, cùm plures haberet, legatum intelligi debet de mediocri; non de magna, nec minima. 11

Quia casus illius legis est valde diversus: testator enim ille lancem habebat maximam, mediocrem, & minimam: unde cùm ibi supponatur, testatorem sic fuisse loquutum, *lancem minorem illi do, lego*: non est mirum si interpretatio fiat, ut de mediocri testator senserit. Eadem ratione, si aurei in auro essent in commercio, maximi, mediocres, & minimi; & testator legasset centum aureos ex minoribus, intelligendum esset de mediocribus, nisi in contratium adessent aliæ conjecturæ, & verisimilitudines, de quibus supra, *hoc eodem c. n. 3.* At in casu proposito testator non loquutus est de maximis, mediis, aut minimis; sed simpliciter de aureis: ideo locum habent conclusiones superiùs firmatæ; cùm casus sit omninò diversus: & hæc est mera veritas, quanvis Natt. *d. cons. 626. num. 19.* circa illam legem satis se involvere videatur.

Ad secundam quæstionem Respondetur, quod licèt nonnulli DD. distinxerint inter mutationem monetæ contingentem in bonitate illius intrinseca, & illam quæ accidit in bonitate extrinseca; ut quoad intrinsecam bonitatem, attendatur tempus testamenti; quoad extrinsecam verò, tempus solutionis, prout comprobare conatur Menoch. *cons. 49. n. 9. & 50.* & diffusiùs *cons. 138. per totum.*

Tamen pro vera resolutione distinguendum est, utrùm testator certam speciem legaverit; veluti si dixerit se legare aureos in auro ad signum Solis, vel aureos Hispanicos, vel Italicos, & hoc casu certissimum est, præstandos esse in specie contenta in testamento, ex generali illa regula, quod quando certa species nummorum promissa, vel legata fuit, illa omninò præstanda est, nec liberatur debitor præstando æstimationem: quam plurimus exornat Castill. *controvers. lib. 4. c. 10. n. 36. & seqq.* Quia stante expressione certæ speciei, aliud pro alio invito creditori solvi non potest, *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. petat. l. eum à quo, C. de solut.* Castill. *ibidem, n. 47.* 12

Item videndum est, utrùm testator certum auri pondus legaverit, & hoc casu subdistinguendum est. Aut enim testator certam speciem auri designavit, veluti si dixerit se legare pondus centum aureorum auri Solis; & tunc pondus illud ad certam speciem restrictum, seu relatum, in eadem specie præstandum est: quia non tam pondus, quàm species ipsa legata videtur. Si verò simpliciter, absque relatione ad certam speciem auri, legaverit; tunc quia nihil interest legatarii, sive auri massam, sive illius æstimationem recipiat, liberatur hæres præstando æstimationem illius massæ, seu ponderis auri legati: quæ æstimatio fieri debet habito respectu ad tempus præsens: & iste est verus sensus *l. cùm certum 9. ff. de aur. & argent. legato*, cujus hæc sunt verba: *Cùm certum auri & argenti pondus legatum est; si non species designata sit, non materia, sed pretium præsentis temporis spectari debet.* In quo textu notanda sunt illa verba, *si non species designata sit*, in quibus consistit 13

funda

fundamentum veri intellectus illius *l. & text. in leg. Titiæ 27. in princip. ff. eodem tit.* ibi, *Aut aurum præſtari oportere, aut pretium auri, quanti comparari poteſt*: eſt ergo aurum in obligatione, & æſtimatio in ſolutione: ut dicit Bart. *in d. l. Titiæ.*

Eadem ratione ſi teſtator relationem habuerit ad aurum, vel argentum ſimpliciter, quidquid auri vel argenti relictum eſt in hæreditate, legato continetur, ſi generale ſit legatum; ſive aurum argentúmve factum ſit, ſive infectum: pecunia autem ſignata, eo legato non continetur, ſed ſi argenti facti pondo centum ſint legata, ex facto argento debebitur legatum, *l. cùm aurum 20 ff. de auro & argent. legat.* Dum ergo teſtator non ad certam ſpeciem auri facti, vel infecti, legatum ponderis auri referre voluit; tunc ideo æſtimatio eſt in ſolutione, quia hoc caſu magis quantitas legata videtur, & per conſequens debebitur æſtimatio, ut probatur ex *dict. l. cùm aurum 20.* cujus textus ratione utitur Cujac. *ad lib. 14. reſponſ. Iulii Pauli, in notis ad l. Titiæ 35 ff. de aur. & argent. legat. volum. 2. colum. mihi 1668.*

14 Tertio loco, ſi teſtator ad certam ſpeciem non ſe reſtrinxerit (quo caſu poſſe hæredem ſolvere æſtimationem, jam in prima quæſtione reſoluimus) verius eſt, & magis communiter receptum, in æſtimandis aureis teſtamento relictis, reſpiciendam eſſe æſtimationem extinſecam, quæ currit tempore teſtamenti: ut poſt Oldrad. *conſil. 31.* exiſtimat Gail. *lib. 2. obſervat. 73. num. 4.* Cancer. *lib. 1. variar. reſol. cap. 6. numero 149.* ubi dicit quod in legatis univerſalibus attendendum eſt tempus mortis, in particularibus verò tempus teſtamenti. Idem tenet Pinel. *ad l. 2. Cod. de reſcind. vendit. in 1. part. 2. rubricæ, cap. 2. numero 22. & 23.* Simon de Præt. *de interpret. ultim. volunt. lib 5. cap. ult. numero 38. & 39.* Rationem reddens, quia ſenſus verborum naſcitur eodem tempore cum verbi prolatione. Anton. Faber *in Cod. lib. 3. tit. 19. definit. 2. & lib. 8. tit. 29. definit. 15.* Quia ex patrimonii comparatione tempore teſtamenti, prudens teſtator legandi modum ſumere ſolet, futuræque mutationis ignarus, non de alia moneta cogitare videri poteſt, quàm de ea quæ tunc in uſu eſt & commercio: quod tamen limitat, & benè, niſi ex verbis & voluntate teſtatoris colligatur ipſum ad tempus mortis reſpectum habuiſſe, ut *ibidem num. 5.*

15 Vnde inferri videtur, quod ſi teſtator appoſuerit tempus ſolutionis, illud ſit attendendum juxta valorem currentem illius monetæ, ſi in uſu reperiretur: quia eo ſolùm tempore ad effectum deducitur diſpoſitio, & effectus conſideratur, ut etiam minus hæres gravetur, ut dicit Theſaur. jun. *dict. part. 2. n. 73. verſic. crederem tamen.*

Ego tamen, ſalva pace tanti viri, verius exiſtimo ſolam adjectionem temporis ſolutionis, non eſſe ſufficientem, ut ex ea colligatur ſolutionem ex præſumpta teſtantis voluntate, fieri debere juxta valorem monetæ temporis ſolutionis. Quia cùm in omnibus legatis ſolutio cenſeatur ſemper deſtinata ad tempus mortis, ſi nihil aliud dictum fuerit, ſequeretur eadem ratione conſiderandum eſſe tempus mortis contra communem reſolutionem, quam ipſemet Theſaurus amplectitur.

16 Præterea hoc eſſe contra mentem majoris partis Doctorum, qui indiſtinctè tempus teſtamenti admittendum eſſe volunt, ſive agatur de legatis puris, ſive de conditionalibus: quos recenſet Surd. *conſil. 454. num. 8.* Idémque locum habere concludit, etiamſi agatur de legato annuo, in quo moneta ſolvi debet juxta tempus diſpoſitionis, *cap. cùm olim, & cap. cùm Canonicis. de cenſib.* Surd. *dict. conſil. 454. num. 9.* Vnde juxta communem ſententiam, non ſolutionis, ſed diſpoſitionis tempus quoad monetas, in ultimis voluntatibus attendi debet; niſi vt dictum eſt, aliud ex verbis teſtamenti colligatur, ex Antonio Fab. *d. lib. 8 tit. 29. definit. 15. num. 5.* & *ibi* Gloſſ. & ideo non rectè ſcripſit Menoch. *dict. conſil. 49. num. 10. & 50. & conſil. 138.* quem reprehendit Cavagnol. *in addit. ad dicta conſilia.*

17 Ad tertiam quæſtionẽ Reſpondetur ſupponendo magnam eſſe inter Doctores controverſiam, utrùm ſi extraneus aliquid dotis cauſa mulieri reliquerit, maritus poſſit petere intereſſe dotis? In qua negativam amplectitur Surd. *conſil. 269. n. 10.* Covar. *lib. 3. variar. reſol. cap. 1. num. 3. verſic. cæterùm*, affirmativam verò multis rationibus comprobat & ſequitur Gaſpar Roderic. *de annuis redit. lib. 3. quæſt. 7. n. 52.* & alii relati per Barboſ. *in cap. ſalubriter, num. 4. de uſur.* & hanc affirmativam ſententiam veriorem eſſe, & menti Rotæ Romanæ conformem, etiamſi de extraneo dotante agatur, oſtendit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 143. n. 3. & 4.* Chriſtoph. Mart. Medic. *examin. 7. n. 27. & ſequentib. & n. 38.* & Rota Rom. idem decidit in fratre. & ſic extraneo dotante, *deciſ. 607. part. 4. recent. tom. 2.*

18 Soluto verò matrimonio, non potuit mulier quæ ſortem petere poterat, conſequi intereſſe illius ſummæ legatæ, abſque labe uſuratiæ pravitatis: Surd. *conſil. 23. num. 12. & in tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 45. numero 21.* etiamſi penſio relinquatur ſub blando alimentorum nomine. Surd. *dict. quæſt. 21. num. 15.* Cenſius *in tract. de cenſib. quæſt. 44. num. 10.* Rota *deciſ. 773. num. 7. part. 4. recent. tom. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 853. num. 18.* † Et per conſequens quidquid legataria exegit fructuum nomine, ſoluto matrimonio, in ſortem imputare tenetur, *cap. ad noſtram, de emptione & vendit. cap. illo vos, de pignorib.* Surd *conſil. 327. num. 29.* Ioan. Baptiſt. Coſt. *de ratione rat. quæſt. 142.* 19

Ad majorem autem valorem aureorum, qui crevit à die ſoluti matrimonii exiſtimo hæredem teneri, quia fuit in mora: ex iis quæ ſuperiùs annotavimus *cap. 9. num. 12.* 20

CAPVT XIV.

Legatarius aureorum gravatus de reſtituendo, utrùm teneatur reſtituere fideicommiſſarios aureos in ſpecie, an verò ſufficiat illorum æſtimationem præſtari. Et aucto valore extrinſeco aureorum, utrùm æſtimatio fieri debeat habito reſpectu ad tempus teſtamenti, vel mortis, aut reſtitutionis; & ſi legatario dati fuerint in ſolutum annui reditus concepti in aureis, qui poſtea per debitorem cenſus fuerunt extincti, utrùm eveniente caſu fideicommiſſi, teneatur aureos reddere juxta valorem temporis extinctionis cenſus.

SVMMARIVM.

1 *Quando teſtator legavit ſummam ſolvendam in pecunia, vel in annuis reditibus, tunc pecunia eſt in obligatione, & annui reditus in ſolutione.*

2 *Qui*

2 *Qui habet facultatem solvendi in pecunia, vel in bonis, cogi potest totum solvere in pecunia, vel totum in bonis: nec potest pro parte solvere in uno, & pro parte in alio, nisi testator aliter disposuerit.*

3 *Si solutio fieri debeat in bonis, non debet fieri de melioribus, nec de vilioribus, sed de mediocribus, arbitrio boni viri.*

4 *Si data fuerit hæredi facultas solvendi super bonis, vel* à prendre sur ses biens, *illa verba solam inferunt hypothecam, & debitum semper in pecunia solvendum est.*

5 *Amplia ut locum habeat, etiam stante pacto capiendi possessionem propria authoritate.*

6 *Pecunia redacta ex venditione bonorum alicuius, dicitur esse de bonis ipsius.*

7 *Si legatum certa summæ fuerit solvendum in talibus bonis, certis, & designatis, bona illa debentur, & non pecunia.*

8 *Facultas solvendi in bonis, amittitur per litis contestationem, vel si debitor executionem passus, non se obtulerit paratum solvere.*

9 *In actione iudicati, facultas solvendi in bonis durat, donec ex iudicato agatur.*

10 *Mora hoc casu purgari non potest post litis contestationem.*

11 *In executivis per primum actum iudicialem erigitur litis contestatio.*

12 *Si debeatur pecunia, vel bona, admittitur libellus, seu petitio simplex, quamvis non sit alternativa.*

13 *Aureis solis, aut illorum valore legato, sufficit æstimationem præstare.*

14 *Testamenti tempus in legatis quoad valorem monetarum inspiciendum est.*

15 *Gravatus de restituendo, utrùm debeat restituere bona sibi data in solutum, an verò illorum pretium.*

16 *In legatis & in fideicommissis particularibus, non res in solutum data, sed sola pecunia restitui debet.*

17 *Fallit in casu in quo legatarius declarasset se subrogare bona in locum fideicommissi.*

18 *In fideicommisso drogheriæ, inspiciendum est quoad valorem tempus mortis testatoris, non autem hæredis gravati.*

19 *Verius est quoad bonitatem intrinsecam monetæ attendendum esse tempus testamenti.*

20 *Hæres qui fuit in mora, ultra legitimum interesse tenetur ad maioris valoris pecuniæ augmentum.*

21 *Qui à Principe obtinuit salvumconductum, si interim pecuniæ creverint, tenetur ad illud incrementum, & ad omne aliud legitimum interesse.*

MOrtuo sine liberis legatario gravato, locus factus est restitutioni bonorum fideicommisso particulari suppositorum. Circa quam restitutionem nonnullæ difficultates propter varietatem monetarum excitatæ fuerunt.

Primò utrùm aurei, de quibus testator legando loquutus est, restituendi sint fideicommissario in specie; an verò sufficiat illorum æstimationem præstare. Et si valor, seu æstimatio; cujus temporis ratio haberi debeat, an testamenti, an mortis testatoris, an verò temporis solutionis, an denique temporis quo fideicommissum fuit apertum per obitum hæredis gravati.

Item utrùm gravatus teneatur fideicommissario restituere pecunias, vel ipsos census seu capitalia annuorum reddituum, quæ ipsi fuerant in solutum data: & utrùm aurei restituendi sint per gravatum, prout per eum recepti fuerunt eo tempore, quo capitalia fuerunt ipsi extincta.

In hac difficultate considerandum fuit in primis, 1
quod testator legavit pecuniam; ita tamen quod sit in electione hæredis solvere in pecunia, vel in capitalibus annuorum reddituum, in totum, vel in parte: atque ita pecunia sola fuit in obligatione, annui verò reditus erant in solutione, seu facultate solvendi, quia certum, est illam facultatem adjectam esse in favorem solius hæredis, quo casu pecunia duntaxat est in obligatione, sed bona, aut res quæ loco pecuniæ præstari possunt dicuntur esse in solutione: per textum expressum, *in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle 57. ff. de solut.* Cancer. *lib. 2. variar. resol. cap. 6. de solut. n. 98. & 99.* ubi plures allegat. Bartol. *in d. l. si quis stipulatus.* Surd. *consil. 225. num. 5. & 6.*

Circa quam resolutionem notandum est primò, quod non sine ratione testator adiecit, licere hæredi solutionem facere in pecunia, vel in capitalibus annuorum reddituum, in totum, vel in parte.† Quia 2
si sic loquutus non fuisset, hæres fuisset obligatus totum solvere in pecunia, vel totum in annuis reditibus, *l. si ex toto 8. §. si ita legatum, ff. de legat. 1. & ibi* Iason, *l. legatarius 38. in princip. ff. eod. tit. l. neminem 4. cum l. sequenti, ff. de legat. 2.* Gratian. *discept. forens. cap. 239. n. 27. & sequentib.*

Secundò notandum est, quod si hæres eligat solvere in bonis, vel in capitalibus annuorum reddituum, 3
non tenetur solvere in melioribus, nec potest deteriora præstare, sed mediocria, arbitrio boni viri. Bartol. *in l. si ex falsis, in fin. Cod. de transact.* Ioseph. Ludovis. *decis. 64. n. 6.* Trentacinq. *lib. 3. variar. resol. c. 36. num. 6.*

Tertiò, quod si promissio summæ certæ facta fuisset super bonis, aut ad capiendum super bonis, vel 4
à prendre & lever sur les biens, illa verba non darent hæredi facultatem solvendi in bonis, cùm dictio *super bonis,* solam denotet bonorum hypothecam absque dominii tränslatione. Gratian. *discept. forens. c. 963. num. 18. & cap. 683. num. 1. & sequentib.* † Vbi 5
etiam addit hoc habere locum, stante pacto de capiendo possessionem propriâ authoritate, quia eo non obstante, sola hypotheca inducitur, ut tradit *ibidem num. 20. discept. 256. num. 50. & 51.* ubi dicit, quod si dictio *super*, adjecta fuerit super certis bonis, inducitur hypotheca specialis: si verò super omnibus bonis, inducitur hypotheca generalis. Idem statuendum est, si fuerit donata, vel legata certa summa, extrahenda super omnibus bonis, vel simpliciter super bonis. Pacific. *de Salvian. interdict. inspect. 3. capit. 4. num. 605.*† Rationem affert Cravet *consil. 187. num. 6.* 6
versic. sed pro primo, quia pecunia redacta ex bonorum testatoris venditione, dicitur de bonis ipsius testatoris, vel donatoris: quod voluit Rota *decis. 243. num. 5. in fine, part. 3. recent.* ubi dicit, quod legatum factum de bonis, potest verificari in pretio redacto de bonis.

Quartò notandum est, prædicta procedere, quando 7
testator reliquit certam summam solvendam in bonis in genere, vel in capitalibus pensionum, generaliter loquendo: nam si legasset certam summam solvendam in tali, vel talibus bonis, vel talibus certis & designatis capitalibus annuorum reddituum, tunc sola illa bona, vel capitalia designata deberentur legatario: ut expressè dicit Bart. & alii *in d. l. si quis stipulatus fuerit decem 57. ff. de solut.* Cancer. *d. par. 2. cap. 6. n. 94.*

Quintò advertendum est, quod in casibus in qui- 8

bus legatarius habet facultatem ſolvendi in pecunia, vel bonis; & pecunia, ut dictum fuit, eſt in obligatione, bona verò in ſolutione, tunc facultas ſolvendi in bonis amittitur per litis conteſtationem, vel ſi debitor paſſus fuerit executionem fieri abſque eo quod obtulerit ſe paratum ſolvere in bonis, ut expreſsè dicitur in textu *dicta l. ſi quis ſtipulatus* 57. Cardin. Tuſch. *lib. 2. litera D, concluſ. 53. num. 19.* Quod bene
9 comprobat Claper. *part. 1. cauſa 90. num. 7.* † Et in actione judicati, facultas illa ſolvendi durat, donec ex judicato agatur. Cancer. *dicto lib. 2. variar. reſol. c. 6. num. 91. & 92.* Idem ſi ex diſpoſitione teſtatoris. Cancer. *ibidem, num. 93.*

10 Et quamvis licitum ſit moram purgare poſt interpellationem; tamen hoc verum eſt, ſi mora purgetur ante litis conteſtationem, ſeu quaſi conteſtatio-
11 nem: † Quæ fit, dùm tractatur de inſtrumentis paratam executionem habentibus, quando illorum petitur executio, ut dicit Bartol. *in d. l. ſi quis* 57. & poſt eum bene explicat Strach. *in tract. de adiect. par. 3. quando adiecto ſolui poſſit, n. 123.* aut ſaltem per primum actum, in quo incipitur tractari de meritis cauſæ. Tuſch. *littera L. concluſ. 390. num. 7.*

12 Admittitur autem hoc caſu ſimplex, & non alternativa petitio illarum rerum quæ ſunt in obligatione, & ſpectat ad debitorem declarare, utrùm malit ea præſtare, quæ ſunt in ſolutione, ut dicunt omnes DD. *in dicta l. ſi quis ſtipulatus* 57. *ff. de ſolut.*

13 Secundo loco fuit principaliter conſideratum in propoſita facti ſpecie, aureos auri in auro ad ſignum Solis non ſimpliciter fuiſſe legatos; ſed aureos Solis, aut illorum valorem alternativè: & ſic electio fuit hæredis, utrùm aureos in ſpecie, aut illorum æſtimationem ſolvere mallet. Brun *in tract. de Monet. in 2. præſuppoſit. num. 6. 7. & 8.* Surd. *conſil. 242. num. 3. & ſequentib.* Sola *de monet. caſ. 35. junctо num. 37.* cum figuratione caſuum *ibi* propoſitorum.

14 Tertiò, utrùm tempus teſtamenti, vel mortis, ſeu deſtinatæ ſolutionis, nempe advenientis ætatis 25. annorum legatarij, attendi debeat, ſatis ſupérque explicatum eſt *cap. præcedenti*, ubi oſtenſum fuit inſpiciendum eſſe valorem etiam extrinſecum monetarum tempore teſtamenti, niſi aliter de voluntate diſponentis appareat: juxta *conſil.* Oldrad. 31. & alios per nos *ibidem* allegatos.

15 Quartò ſupponendum eſt, quod licèt magna ſit controverſia, utrùm gravatus de reſtituendo teneatur reſtituere bona ipſa in ſolutum data; an verò ſolùm pretium bonorum, pro quo in ſolutum datio facta fuit: ex traditis per Peregrin. *de fideicom. artic. 44. num. 28. in fin.* In qua controverſia Mantica conſuluit adversùs Alciatum, non bona ipſa in ſolutum data, ſed ſolum pretium reſtituendum eſſe, ut ipſe Mantic. oſtendit *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 19.* aliàs 24. licèt rem ipſam in ſolutum datam venire in reſtitutione fideicommiſſi, multi DD. exiſtimaverint, quos citat & ſequitur Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 627. num. 56.* In qua Doctorum pugna, ſummâ æquitate niti videtur deciſio Peregrini 2. *num. 9.* ut ſcilicet inſpiciendum ſit quibus verbis concepta fuerit in ſolutum datio, ut ea ratione cognoſcatur, quænam fuerit gravati acquirentis intentio; an ſcilicet pro ſe acquiſierit, declarando ſe nolle acquirere hæreditati; an verò hæreditario nomine contraxerit: cùm enim actus agentium non operentur ultra eorũ intentionem, ſi de acquirentis intentione conſtet, quod noluerit acquirere hæreditati, ſecurus erit. Ideo cauti ſint gravati, ut dum ex re quam debent reſtituere acquirunt, aut in ſolutum accipiunt, expreſsè declarent & proteſtentur ſe ſibi ipſis, & non fideicommiſſariis acquirere: hæc bene explicantur apud Peregrin. *deciſ. 2. num. 9.*

In propoſita verò facti ſerie, ceſſat hæc indagatio: 16
quia cùm agatur de relicto particulari, ſeu legato, cui reſtitutionis onus adjectum eſt, ſola quantitas legata venit in fideicommiſſi reſtitutione, quia in relictis particularibus, pretium non ſuccedit loco rei, neque res loco pretii. Caſtrenſ. *conſil. 326. per totum, volum. 2.*

Niſi tamen expreſſa facta fuiſſet ſubrogatio rei in 17
ſolutum datæ, loco legati, per ipſum gravatum; ſtante enim ſubrogatione, pretium ſuccedit loco rei, & res loco pretii. Hodiern. ad Surd. *deciſ. 15. n. 65.*

His ita conſtitutis facilis eſt reſolutio propoſitarum difficultatum, quia cùm legatum de quo agitur, conſiſtat in pecunia, ut fuit reſolutum in prima concluſione, *num. 1.* & Capitalia in ſolutum data non fuerint ſubrogata, nec ſuccedant in locum pecuniæ, ut mox fuit oſtenſum *hoc num. 17.* nec certa nummorum ſpecies fuerit legata, ut dictum fuit *num. 7.* ſed dumtaxat valor aureorum, qui inſpeciendus eſt tempore teſtamenti, ex veriori ſententia, de qua in *cap. præcedenti, num. 14.* ſequitur hæredes legatarii gravati debere reſtituere, non quidem capitalia in ſolutum data, ſed aureos ipſos Solis legatos, aut illorum æſtimationem, quæ vigebat tempore teſtamenti. Non enim ullo modo conſiderandum eſt tempus obitus
18 legatarii gravati, ſed tempus teſtamenti: † aut in omnem eventum, tempus mortis teſtatoris, ut in fideicommiſſo drogheriæ reſtitutionẽ faciendam eſſe juxta valorem temporis obitus teſtatoris, non autem illius qui gravatus eſt, decidit Rota apud Coccin. *deciſ. 409. per totam*, quæ eſt repetita *in recent. deciſ. 220. part. 2.* Sicuti etiam tempus mortis teſtatoris attendendum eſſe, quando monetæ mutatio contigit in bonitate extrinſeca, tenet Cavagnol. *in addit. ad*
19 *conſil. Menochii 49. num. 7.* † Verùm non eſt propterea recedendum à concluſionibus firmatis in *cap. præcedenti*, quod attendendus ſit valor extrinſecus, habito reſpectu ad tempus teſtamenti, ob rationes & authoritates *ibidem* allatas, quæ locum habent etiamſi ageretur de legato monetæ imaginatiæ, veluti de libris, ex Oldrado *dicto conſil. 31.* Surd. *conſil. 454. n. 9. verſic. & prædicta omnia.* Vbi dicit, quod tunc æſtimatio reducitur ad aureos, & valor regulatur ſecundùm valorem aurei de tempore diſpoſitionis. Brun. *de monet. part. 9. per totam, fol. mihi 388.* Ioan. de Aquila *de monet. part. 2. theorem. 2. in Corollario, pagin. 414.*

Intelligendo prædicta omnia, niſi hæres illius qui 20
gravatus eſt, fuiſſet in mora; tunc enim à die moræ non ſolùm teneretur ad fructus, ſeu ad intereſſe legitimum ſummæ principalis, concurrentibus iis quæ requiruntur ad hoc ut intereſſe peti poſſit; ſed etiam ad id in quo crevit valor extrinſecus monetarum. Duard. *de cenſib. §. 3. de cenſus ſolut. quæſt. 6. num. 28.* Theſaur. *deciſ. 174. num. 4.* ubi dicit, quod debitor à die moræ non ſolùm condemnandus eſt ad intereſſe legitimarum uſurarum, ſed etiam ad intereſſe augmenti pecuniæ: cùm non ſit conveniens, ut ex ſua
21 culpa & mora damnum inferat creditori. † Quod etiam extendit ad eum qui obtinuit à Principe ſalvum conductum, ut ſi contingat interim augmentum monetæ, ad illud teneatur, & ad omne illud legitimum intereſſe.

CAPVT

CAPVT XV.

Restitutio dotis soluto matrimonio, aut illius solutio per dotantem promissa, in qua moneta fieri debeat; & ad cujus temporis æstimationem respectus haberi debeat. Quid si maritus dotem in certis aureorum speciebus receperit? Et utrùm aureos in auro restituere maritus teneatur, quando capitalia redituum aureorum in auro concepta, & extincta sunt. Quid si dos promissa fuerit in libris, aut alia moneta imaginaria.

SVMMARIVM.

3 *Solutio dotis promissæ, fieri debet iuxta formam & monetam in contractu matrimonii conventam.*

2 *Restitutio dotis soluto matrimonio fieri debet iuxta valorem monetæ tempore contractus. Intellige ut numeris sequentibus.*

3 *Floreni olim pro scutis aureis capiebantur, quod notandum est, ne quis decipatur in intellectu doctrinæ Bartoli, & aliorum* in l. Paulus, ff. de solut.

4 *Contractus dotis diligenter attendendus, dumquæritur in qua moneta dos solui, aut restitui debeat.*

5 *Si maritus aureos auri in specie recognoverit, eodem modo reddere tenetur.*

6 *Etiamsi aureus sit taxatus, dotem in speciebus auri, vel eorum valore iuxta tempus matrimonii restituendam esse, fuit judicatum. Contrà, num.10.*

7 *Maritus qui dotem exigere debebat in speciebus auri, sibi imputare debet, si alio modo exegerit.*

8 *Si dos fuerit promissa restitui in moneta imaginaria, admittitur distinctio bonitatis intrinsecæ monetæ & extrinsecæ.*

9 *Res in dotem datæ, quæ pondere, numero, vel mensura constant, mariti periculo sunt.*

10 *Reprobatur sententia Senatus Burdegalensis, circa dotis promissam restitutionem in aureis taxatis, de qua num.6.*

11 *Limitatur tamen, nisi promissio facta fuisset de aureis in eadem æstimatione restituendis.*

12 *Expenditur doctrina Bartoli in* dicta l. Paulus, n.10. de solut.

13 *Necnon Pegrini* consil.13. n.9. volum.3.

14 *Si conventum fuerit, quod ducati pro dote dati reddantur in eadem æstimatione, tunc æstimatio locum ducatorum obtinet, & augmentum vel decrementum pertinet ad debitorem.*

MAritus ab uxore plurimos census annuos dotis nomine receperat, & simpliciter quidquid de bonis & juribus suæ uxoris recepturus esset, ipsi ejúsve hæredibus restituere promiserat. Inter cætera verò bona dotalia, plurimi reperiebantur annui reditus, quorum restitutio in scutis auri in auro ad signum Solis fieri debebat, prout in effectu maritus, debitoribus se redimere volentibus, sortem illorum annuorum reddituum in scutis solaribus exegerat. Aucto postmodùm, tempore restitutionis dotis, aureorum Solis valore extrinseco, quærebatur utrùm maritus liberaretur præstando valorem aureorum Solis in moneta currenti tempore restitutionis, ad valorem temporis receptionis; an verò ad valorem auctum tempore restitutionis teneretur, vel ad eosdem aureos in specie receptos.

Dixi distinguendum esse casum solutionis dotis promissæ, à casu restitutionis dotis, soluto matrimonio: Nam in primo casu, solutio fieri debet juxta modum, & formam in stipulatione contentam, veluti si promissi fuerint aurei, vel aurei Solis, aliáve certa monetæ species: aut verò promissio concepta fuerit in moneta imaginaria, & aliàs juxta regulas generales præcedentibus capitibus explicatas, ut bene per Senatum Pedemontanum ita judicari & observari testatur Thesaur. Iun. *in d. tract. de monet. part. 2. n. 68. versic. Senatus tamen.* Natt. *consil.* 454. 1

Sed si de dotis restitutione agatur soluto matrimonio, tunc favore dotis omne augmentum deberi, censet idem Thesaurus *loco citato, versic. sed si agatur de dotis restitutione*, asserens ita fuisse judicatum ultima Februarii 1601. atque ita etiam decisum fuit per Senatum Neapolitanum apud Afflict. *decis.* 194. & in fortioribus terminis tradit Natt. *consil.* 37. ubi vult dotis restitutionem faciendam esse juxta valorem monetæ temporis, quo dos fuit constituta, non obstante pacto de restituendo in moneta currente tempore contractus; quod pactum dicit esse nullum in præjudicium mulieris, per text. *in l. Attilicinus, ff. de pact. dotalib.* & per alia jura per eum allegata. Ita etiam tenet Ioan. Raynaudi Avenionensis *in tract. de monet. num.* 9. ubi dicit maritum ad eundem valorem monetæ teneri, prout recepit: quod hoc modo explicat, videlicet † ut maritus teneatur dotem restituere in florenis (hoc enim nomine olim aurei nuncupabantur, ut etiã advertit Natt. *consil.* 454. *num.* 2.) qui currebant tempore contractus & promissionis dotis, si reperiantur; vel si non currant, aut non reperiantur, debet solui de moneta argentea tunc currenti, ad valorem dictorum florenorum; aliàs si non reperiatur moneta alba, quæ illo tempore currebat, solvetur de valore hodie currenti, ad valorem tamen intrinsecæ bonitatis monetæ tunc currentis. 2 † 3

Verumtamen non ita generaliter resolui potest proposita quæstio, sed diversimodè juxta casuum diversitatem judicandum esse, non est dubitandum: & contractuum tenorem diligenter hac in re, dum scilicet de dote agitur, inspiciendum esse monet Bald. *consil.* 213. *vulum.* 5. & ea ratione omnes Doctorum contrarietates ad concordiam reducentur. 4

In primis enim si maritus aureos receperit in auro & ad signum Solis à debitoribus, ad aureorum in specie restitutionem, aut si facilè reperiri nequeant, ad eorum valorem auctum cogendus videtur, cùm solutio facta sit in certis speciebus: ergo in speciebus fieri debet restitutio; cùm species receptas non fuisse æstimatas supponamus, *l. si inter* 21. *Cod. de jur. dotium.* Et in his terminis loquuntur plurimi DD. qui easdem species, vel earum valorem auctum, solvendum vel restituendum esse asserunt, ut etiam notavit Menoch. *consil.* 49. *num.* 49. Ioan. de Aquil. *in tractat. de potest. & utilit. monet.* & in hoc casu ita fuit decisum apud Boër. *decis.* 327. ubi tres referuntur Doctorum sententiæ: sed tamen in ista residet Boërius, quam veriorem, & magis communem testatur *num.* 9. † Imò quamvis ipse in contrariam sententiam ire videatur, quando aureus est taxatus; tamen adversùs illius opinionem fuisse judicatum testatur, nempe aureos in specie deberi: *num. ultimo, versic. maior pars Dominorum.* Hoc etiam notat. Bald. 5 6

conſil.213. Punctus talis eſt, volum.2. Alios pro hac ſententia citat Sola *in tractat. de monet. caſ.50.n.3.* & in eodem caſu conſulit D. Lodov. Bellus *conſil.102. num.7.verſic.ad ſecundum, & num.8.* nempe quia dos fuerat promiſſa & recognita in ſcutis Solis, & ſic in certa ſpecie pecuniarum : *& conſil.177.n.7.*

Vnde cùm in caſu propoſito redituum annuorum ſors reſtituenda fuiſſet marito, ut domino bonorum dotalium, in ſcutis auri in auro ad ſignum Solis boni auri & legitimi ponderis, eóque modo maritus pecunias illas receperit; concludendum eſt ex ſupradictis, illum ad earundem ſpecierum reſtitutionem
7 fuiſſe obligatum. † Nec intereſt in qua moneta maritus ſolutionem receperit illorum capitalium; quia ſi minus recepit quàm deberetur, aut cum creditoribus dotis pepigerit, ſibi imputare debet, quia tenebatur eaſdem ſpecies debitas recipere, & exigere, *l.ſi extraneus.ff. de jur.dot l.dotem à patre, ff. eod.tit.* Fontanel. *de pact.nuptial.clauſ.6.gloſ.1.part.2.num.64.*

8 Si verò dotis promiſſio, & ſubſequuta recognitio facta ſimpliciter fuerit in libris, aut alia moneta imaginaria; hoc caſu militant omnes diſtinctiones ſuperiùs allatæ *in præcedentibus capitibus*, de mutatione bonitatis intrinſecæ, vel extrinſecæ, quia tunc maritus eſt duntaxat debitor generis, ſeu quantitatis, abſque relatione ad certam ſpeciem : & in his terminis procedunt quæ tradit Purpur. *in l.cùm quid, num. 163.ff.ſi cert.petat.* Menoch. *dicto conſil.49. num.49.* Vriſill. ad Afflict. *dicta deciſ.194.* & probat text. *in l. res in dotem 43.* cum *ibi* notat. per DD. *ff. de jur.dot.*

9 † ubi dicitur quod res in dotem datæ, quæ numero, pondere, vel menſura conſtant, mariti periculo ſunt: quia in hoc dantur, ut maritus eas ad arbitrium ſuum diſtrahat; & quandoque, ſoluto matrimonio, ejuſdem generis & qualitatis alias reſtituat ipſe, vel ejus hæres : ubi dicit Bartolus, quod ſi dos data fuit in moneta antiqua, in illa fieri debet reſtitutio. Quod intelligendum ait, ſi poſtea eſſet variata moneta in materia; ſed ſi eadem eſſet moneta, tamen valor creviſſet vel decreviſſet, hoc non inſpicitur, niſi à tempore moræ.

10 Quod ſi maritus recepiſſet dotem ſub certa taxatione florenorum auri, ſeu aureorum; & eo modo recognoviſſet, non teneretur niſi ad pretium taxatum. Bald. *dicto conſil.213. volum.5.* & probatur per text. *in dicta l.res in dotem*, quia tunc maritus eſt tantùm debitor illius quantitatis. Ioan. ab Aquila, *dicto theorem.8. verſic.niſi aliter.* Quidquid judicatum fuerit per Senatum Burdegalenſem, *ut ſuprà num.6.*

11 Niſi tamen maritus promiſiſſet reſtituere aureos, aut florenos auri in eadem æſtimatione taxata, & conventa : tunc enim tempus contractus inſpiciendum eſſet, ut paulò poſt, ex Alberto Bruno explicabimus.

12 Et hoc eſt quod voluit Bartol. *in l.Paulus, num.10. ff.de ſolut.* dum dicit quod ſi mutuavi tibi, vel in dotem dedi centum libras in florenis, (hoc eſt in ſpeciebus auri, ut ſuprà explicatum eſt) idem eſt ac ſi dicerem, ego do tibi iſtos florenos in ſolutum pro centum libris; & ideo non poſſunt peti niſi centum libræ, ſicut dicitur de re data in dotem æſtimata; & ſic videmus quod hoc caſu Bartolus nullam facit differentiam inter contractum mutui, & contractum in
13 vim cujus petitur reſtitutio dotis : † & in his terminis vera ſunt quæ tradit Peregrin. *conſil.13. num.9. volum.3.* Albert. Brun. *in tract. de augm. & diminut. monet. in 2. præſuppoſitione, num.8. & 9. verſic.aliquando*
14 *& quartò*, † qui aliud dicendum exiſtimat ſi conventum fuiſſet, ut ducati & aurei redderentur in eadem æſtimatione conventa; tunc enim libræ cenſentur æſtimatæ per ducatos, ſeu florenos auri, qui propterea reſtituendi ſunt per maritum, ſeu illius hæredes in eodem numero quo fuerunt traditi; & damnum decrementi, vel lucrum augmenti valoris earum cedere debet commodo, vel incommodo creditoris, ut fusè comprobat & explicat Brun. *in d. tract. limit.8. num.5. verſic.ſecundò quæritur, & num.6* apud quem alii caſus in *dicta limit.8.* ſingulariter reſoluuntur, æquiparando ſemper contractum mutui, & dotis.

CAPVT XVI.

Exactores Communitatum, ſi fuerint in mora ſolvendi creditoribus indicatis, an & quando teneantur ad augmentum aureorum ſuperveniens; & utrùm exactores poſſint lucrari componendo cum creditoribus Communitatis circa majorem aureorum valorem: & quid ſi Communitas debebat aliquid ſupplere, vel adimplere quod non adimplevit, utrùm teneantur exactores ad majorem monetæ valorem ſupervenientem; an verò teneantur facere oblationem, & depoſitum pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſunt illi exactores, qui cum pecunia ſui domini negotiari prohibentur.*
2 *In quibus caſibus exactores negotiari poſſunt, & componere cum creditoribus Communitatis ſuper majori valore aureorum.*
3 *Quando exactor eſt debitor generis, poteſt componere & lucrari cum creditoribus Communitatis.*
4 *Exactor factis pluribus interpellationibus non ſatisfaciens, tenetur ad excreſcentiam monetarum.*
5 *Mora irregularis incurritur ipſo iure favore minorum & Communitatum, abſque aliqua interpellatione.*
6 *Mora regularis incurritur per interpellationes.*
7 *Oblatio non tollit moram iam incurſam.*
8 *Ad impediendum curſum uſurarum non ſufficit oblatio, ſed requiritur etiam depoſitum; ſed ad impediendum onus ſolvendi augmentum monetarum, ſola oblatio ſufficit ſine depoſito.*
9 *Quando ex utraque parte contrahentes aliquid adimplere debent, inſpiciendum eſt quis prior adimplere teneatur.*
10 *Mora cum mora non compenſatur, quando agitur de obligationibus ſeparatis.*
11 *Exceptionem non implementi opponere nequit, qui ex non implemento damnum non patitur.*
12 *Ab exceptione non implementi tacitè recedi poteſt.*

DVbium fuit aliàs, utrùm exactores Communitatum teneantur ad ſolutionem majoris valoris aureorum, qui ſucceſſu temporis creverunt in bonitate extrinſeca, attento quod pecunias Communitatis præ manibus habuerunt, & ex illis negotiati ſunt, & lucrum fecerunt; cùm tamen ex obligationibus per eos præſtitis tenerentur ſatisfacere creditoribus Communitatis : & ſic ratione moræ videtur quod teneantur ad illud intereſſe augmenti monetarum erga Communitates.

Quæſtio

1 Quæstio ista in varia capita dividenda est: Aliqui enim sunt exactores, qui simpliciter ad exigendum sunt deputati, & pecuniam domino singulis hebdomadis vel mensibus reddere tenentur, aut eas in capsis domini reportare; vel sunt simplices custodes pecuniæ sui domini, vel Principis, qui eam domino quandocumque voluerit reddere tenentur; & hi omnes prohibentur ex pecunia domini negotiari, neque possunt commutare pecunias grossas pro minutis, aut aliàs ex pecunia domini negotiari, vel lucrum capere, ut ostendit Peregr. *consil. 94. num. 7. in 1. 2. & 5. casu, volum. 3.* post Bart. *in l. 1. Cod. de auri publici persecutor. lib. 10.* & idem Peregrin. *in tract. de jur. Fisc. lib. 6. tit. 3. num. 8. & sequentib.*

2 Alii sunt exactores qui habent facultatem solvendi creditoribus domini juxta mandata & indicationes sibi faciendas à domino, vel à Consulibus, aliisve administratoribus Communitatis; & hoc casu si solvendo creditoribus aliquid lucrentur mediante solutione facta in minutiori moneta, aut si super majori aureorum valore aliquid lucrentur componendo cum creditoribus; lucrum inde perceptum licitè ad eos pertinet. Cuman. *consil. 178. Thesaurarius, in fine 2. dubii.* Dec. *consil. 6. col. 2. versic. tertiò istud.* Pereg. *d. tit. 3. num. 10.*

3 Idem dicendum est, si exactor colligat pecunias domini, cum obligatione reddendi computa in fine cujuslibet anni, quia tunc est debitor quantitatis; & ideo sicut periculo suo cedit pecunia exacta, ita & utilitas. Dec. *d. consil. 6.* Peregr. *d. tit. 3. n. 11.*

In casu particulari cujusdam exactoris, Dixi per illam rationem licitum ipsi fuisse lucrari componendo cum creditoribus Communitatis, quia factum fuerat pactum quod singulis annis in festo Sanctæ Magdalenæ fieret taxatio aureorum, & quod ipse ad illum valorem teneretur; & sic erat debitor quantitatis: & propterea poterat periculo suo de illis pecuniis negotiari, ut ad longum explicat Alciat. *consil. 100.* aliàs *consil. 12. lib. 5.* ubi ostendit Thesaurarios Principum de pecuniis dominorum negotiari posse mediâ commutatione monetarum, ut fusè per eum *ibi.*

4 Sed tamen in alio diverso casu, propter facti circunstantias, ex quibus non rarò diversitas juris emergere solet, contrarium Respondi: nempe exactorem teneri erga Communitatem ad excrescentiam valoris extrinseci aureorum, in quibus concepta erant debita indicata. Quia exactor erat obligatus singulis annis decimam partem suæ exactionis solvere, convertendam in extinctionem creditorum Communitatis; quod tamen pro parte dumtaxat adimpleverat: residuas verò pecunias quas præ manibus habebat, non solvebat creditoribus, nec Communitati; sed nequidem offerebat: imò factis pluribus executionibus & interpellationibus ex parte Communitatis, semper variis diffugiis, tergiversationibus & saluis conductibus utebatur: ideo negari non poterat quin esset in mora, & culpa maxima, & Communitas in damno evidentissimo. † Erat quidem in mora irregulari, quia Communitas utitur jure minorum, quorum favore ipso jure sine interpellatione contrahitur mora irregularis, *l. in minorem, Cod. ex quib. caus. in integr. restit.* Vicent. de Franch. *decis. 16.* qua de re videndus est Gaspar Roderic. *de annis redit. lib. 3. quæst. 7. num. 92.* Castrens. & alii *in d. l. in minorum.*

5

6 Erat verò in mora regulari, propter varias interpellationes, tam judiciales quàm etiam extrajudiciales. Ludovis. *decis. 5. n. 7.* stante igitur morâ, non est dubitandum quin exactor teneatur ad majorem valutam scutorum, quæ contigit ante obligationem

7 summarum debitarum per ipsum factam: † cùm oblatio non potuerit tollere moram jam incursam. Thesaur. *decis. 174. n. 4.* Duard. *de censib. §. 3. de cens. solut. q. 6. n. 28.* & sæpiùs *in superioribus capitibus* diximus.

Quoad verò majorem valorem, qui contigit post oblationem, respondi exactorem ad illam non teneri: quia licèt ad impediendum cursum usurarum, ultra oblationem, necessarium sit depositum; tamen sola oblatio liberat à præstatione illius interesse, quod oritur ex mutatione monetarum. Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gloss. 5. num. 160. & sequentib.* maximè *num. 163.*

Verum quidem est, quod exactor opponebat Communitatem etiam fuisse in mora, quia cùm ipse esset oneratus solvere scuta duntaxat monetæ, seu trium librarum pro quolibet, spectabat ad Communitatem assignare ipsi, unde capere posset summas requisitas ad supplendum majorem illum valorem, sine quo creditores noluissent solutionem accipere; & sic mora cum mora compensanda est. 8

Sed ad hoc multis modis fuit responsum. Primò quia quando ex utraque parte debet adimpleri, inspiciendum est quis prius adimplere teneatur, quando de eo per lecturam contractus potest apparere. Rota *post tract. Zachiæ de obligat. camer. decis. 139. num. 34.* Maresc. *lib. 1. var. resol. c. 89. n. 9.* Gratian. *discep. for. c. 1000. n. 21.* Constabat autem exactorem teneri priùs solvere summam principalem, eâque solutâ spectare ad Communitatem solutionem augmenti valoris aureorum; cùm augmentum sine suo principali stare non possit, *cap. accessorium, de regul. jur. in 6.* 9

Secundò, quia obligatio exactoris nullam habebat connexitatem respectu ipsius exactoris, cum obligatione Communitatis, de solvendo majorem valutam; sed sive Communitas suppleret, sive non, semper firma remanebat exactoris obligatio: & sic non poterat opponi compensatio moræ, & non adimplementi respectu obligationis separatæ, & independentis; etiamsi duæ illæ obligationes ex eodem contractu ortum haberent. Tusch. *littera I, conclus. 150. n. 123.* Natt. *consil. 133. n. 5.* Mantic. *decis. 238. n. 2.* 10

Tertiò exceptio non implementi non potuit opponi per exactorem; quia ob non implementum Communitatis nullum damnum passus est. Ludov. *decis. 347. n. 11. & 20.* Burat. *dec. 571. n. 5.* ubi plures allegat. Faciunt tradita per Tusch. *d. lit. I, conclus. 50. n. 132.* post Bald. *consil. 315. n. 2. versic. ex his concluditur, lib. 2.* 11

Quartò, quia exactor solvendo plurimas summas creditoribus Communitatis, post allegatū non adimplementum, etiam convertendo pecunias destinatas pro solutione summarum principalium, in solutionē augmenti monetarum; censetur tacitè ab ista exceptione recessisse. Ludov. *decis. 75. n. 2. & 5. & decis. 577. n. 10. part. 1. recent.* Gratian. *decis. 159. n. 13. & 14.* Burat. *decis. 674. n. 13. & decis. 54. n. 14.* & *ibid.* Addent. *litt. C.* 12

Et ita fuit judicatum adversùs exactorem, qui condemnatus fuit ad interesse majoris valutæ scutorum usque ad diem oblationis per Arbitros à partibus nominatos, licèt pendeat adhuc causa recursus ad arbitrium boni viri.

CAPVT XVII.

Quando census fuit constitutus in certo numero duplarum Hispaniæ, sezenorum, ducatonorum, & alterius monetæ albæ in contractu designato; & conventū fuit quod in casum extinctionis, restitutio fie-

ret in iiſdem ſpeciebus quibus ſupra,non minoribus in bonitate intrinſeca,vel extrinſeca, ſine aliquibus patachis, aut alia moneta inferior, reſtituendas eſſe eaſdem ſpecies, eumdémque numerum ſpecierum,demonſtratur copioſiùs,quàm ſuperiùs in primo capite.

SVMMARIVM.

1 *Moneta imaginaria quæ dicatur.*

2 *Quando nihil conventum fuit in pacto redemptivo, reſtitutio ſortis fieri poteſt in quacumque moneta non reprobata, habito reſpectu ad bonitatem intrinſecam tempore venditionis cenſus,& ad extrinſecam, quæ eſt tempore redemptionis.*

3 *Si conventum fuerit de certa moneta ſpecie reſtituenda, illa reſtitui debet ; aut ſi facilè non reperiatur , alia æquivalens reddi debet.*

4 *Ex generali conſuetudine una moneta ſolui poteſt pro alia.*

5 *Explicantur deciſiones Rotæ* 149.part.2.recent.& 218. *apud Duard.* poſt tract. de cenſibus.

6 *Expenditur doctrina Theſaur.Iun.*in tract.de monet. part.2.quæſt.58.

7 *Promiſſio ſcutorum trium librarum pro quolibet, non impedit quin eadem ſpecies , idémque numerus reddatur , quando ſpecies ſunt certæ , & ipſæ ſpecies ſunt promiſſæ.*

8 *Bartol.*in l. Paulus,num.10.ff.de ſolut.*ſalvatur à contrarietate.*

9 *Explicatur mens Brun.in* tract.de monet.limit.8. num.5. *& Scacc.* de commerc. §.2. glo.5. num.187.& 188.

10 *Rejicitur* deciſio *Putei* 145.lib.2.*Vide cap.1.n.15.*

11 *Sufficit promitti eaſdem ſpecies, licèt non dicatur in eodem numero , contra nonnullorum ſententiam : & expenditur* Conſil. *Cravet.47.*

12 *Idem eſt promittere reſtitutionem in iiſdem ſpeciebus, & in totidem ſpeciebus.*

13 *Pactum continens inæqualitatem inter debitorem & creditorem , circa augmentum monetarum, injuſtum eſt, & ſuſpectum.*

14 *Pactum de reſtituendo in iiſdem ſpeciebus non minoris valoris,nullam continet injuſtitiam,nec inæqualitatem inter debitorem & creditorem.*

15 *Pactum de reſtituendo ſortem reditus in bona & groſſa moneta , ſine patachis , non derogat promiſſioni de reſtituendo in iiſdem ſpeciebus.*

16 *Superfluitas ad tollendam dubitationem toleratur.*

17 *Dictio alternativa reſoluitur in conjunctam,quando poſt promiſſionem reſtitutionis faciendæ in iiſdem ſpeciebus monetarum , adjecta eſt clauſula* ejuſdem , vel non minoris bonitatis extrinſecæ, vel intrinſecæ.

18 *In contractibus illa debet fieri interpretatio,ut non ſequatur incontinenti correctio.*

19 *Si alternativa non reſolveretur in conjunctam, in prædicta promiſſione reſtituendi eaſdem ſpecies eiuſdem bonitatis intrinſeca,vel extrinſeca,oriretur magna inæqualitas inter creditorem , & debitorem , in præiudicium ipſius creditoris.*

20 *Sicut pacta appoſita in contractu cenſus, non debent continere inæqualitatem in detrimentum debitoris annui reditus,ita nec debent illam continere in damnum & præiudicium creditoris.*

INter Communitatem Villæ Paternarum,& Clariſſ. D.Paulum Riberium Iuriſconſultum magni nominis, fuit mota controverſia circa reſtitutionem ſortis annui reditus , quam Communitas prætendebat faciendam eſſe in moneta currenti tempore ſolutionis: quâ prætentione non obſtante, fuit judicatum , redemptionem in iiſdem ſpeciebus in contractu cenſus dinumeratis faciendam eſſe. Ideo placuit hîc adnectere quæ ipſemet in propria cauſa ſcripſit , nec non ea quæ nos quoque in ejus gratiam addidimus , ex quibus etiam Romæ decreta fuit executio ſententiæ, & Communitas ipſa cenſum juxta formâ contractus in monetæ ſpeciebus in contractu deſignatis,& ſecùndùm illarum valoré de tempore contractus perſoluit.

Ad oſtendendum quod Communitas Villæ Paternatum,volens redimere cenſum 25.ſcutorum venditum Dominæ Ludovicæ de Rodes,ſub die 27.Ianvarii anni 1626.teneatur ſolvere hæredibus d.Ludovicæ 43.duplas Italiæ,120.duplas Hiſpaniæ,40.ducatonos, 35.ſcutos ſezenorum,& 8.ſcutos monetæ albæ,juxta promiſſionem factam à venditoribus dictæ penſionis in pacto redemptivo contentam; non obſtantibus iis quæ ex adverſo allegata ſunt,ſequentia paucis ſubjiciuntur.

In primis dicitur quod pretium dicti cenſus, ſive 1
ſit 500.ſcutorum, ſive 1500.librarum,videtur conſiſtere in moneta imaginaria. Cenſius *de cenſib. q.84. n.15.* Scacc. *de commerc.§.2.gloſſ.3.n.67.& ſequentib.*

Si nullum adeſſet pactum redemptivum , debitor 2
pro redemptione cenſus teneretur ad ſolutionem ſortis , ſeu pretii 500. ſcutorum,ſeu 1500. librarum, in qualibet proba moneta,habito reſpectu ad bonitatem intrinſecam quæ erat de tempore contractus , & ad bonitatem extrinſecam,qualis reperitur tempore redẽptionis.Cenſius *dict.q.85.n.24.& ſeqq.*Cancer.*lib. 2.var.reſol.c.6.n.138.& ſeqq.*Beltrã.ad Ludovic.*deciſ. 42.n.7.*& in eo omnes DD.cõveniũt,paucis exceptis.

Sed quando inter partes convenium eſt de ſolven- 3
da certa ſpecie monetæ , quæ de tempore ſolutionis reperitur,nulla adeſt difficultas:hoc enim caſu vel eſt ſolvenda eadem ſpecies in corpore , vel alia quantitas alterius monetæ , cum qua tamen emi poſſit illa moneta deducta in obligatione : ut probat Beltram. ad Ludovic.*dict.dec.42.n.8.*ubi Rotæ deciſiones allegat.Idem fusè tradit Cenſ.*dict.q.85.n.8. & ſeqq.* ubi etiam Rotæ deciſiones adducit.

In caſu de quo agitur,venditores promiſerunt pro redemptione cenſus ſolvere dictam ſummam 500. ſcutorum in iiſdem ſpeciebus , quæ ſupra ab eiſdem fuêre receptæ;& in eodem contractu paulò ſupra expreſſum eſt, quod venditores pro pretio cenſus receperunt 43.duplas Italiæ,120.duplas Hiſpaniæ,40.ducatonos, 35.ſcutos de ſezenis , & 8. ſcutos monetæ albæ; conſequenter talia corpora ſeu ſpecies monetarum ſunt in obligatione : & illæ, quia de facili reperiri poſſunt,debent ſolui, aut aliæ æquivalentes, quibus mediantibus ſpecies promiſſæ haberi poſſint , ſi aliqua eſſet difficultas conſiderabilis reperiendi tales ſpecies:† attenta etiam generali conſuetudine,de qua 4
teſtatur Cenſ. *d. q.85. n.9.* quæ permittit ſolui aliam quantitatem alterius monetæ , cum qua poſſet emi illa moneta deducta in obligatione , ut aiunt Beltr. *d. deciſ.42.n.8.*Cenſ.*d.q.85.n.8.& 9.*

Ejuſdem ſententiæ eſt Rota *in recent.dec.149.par.2.* ubi dicit,quod quando certa ſpecies promiſſa non reperitur tempore ſolutionis, debet fieri ſolutio in alia moneta,ad æſtimationem tamen monetæ promiſſæ, inſpecto tempore ſolutionis , ut *ibid.*dicit *n.5.* quod convenit iis quæ dicit Beltram.*d.dec.42.n.8.*& reducendo ad praxim, ſi promiſſi fuerint decem aurei ſolares,debet tanta quantitas alterius monetæ ſolui, ex qua decem aurei ſolares hodie emi poſſint.

Idem dicitur à Rota, *decis.* 218. *apud* Duard. *in tract. de censib.* & ita antea decisum fuerat *in una Romana Pecuniaria, coram Penia*, ut videre est *decis.* 683. *part.* 4. *divers.* quam refert & sequitur Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloss.* 5. *n.* 177.

5 Ex quibus apparet decisiones Rotæ ex adverso allegatas, nimirum apud Duard. *decis.* 218. & *in recent. decis.* 149. *part.* 2. apertè tueri sententiam quam defendimus, quod quando promissa est certa species monetæ, ea debet solvi: & si non reperiatur, tanta quantitas alterius monetæ solvenda est, ex qua emi possint species promissæ: ejusdémque sententiæ est Antonius Faber, omnino videndus *in tract. de var. numm. debit. solut. c.* 11. *per tot.*

6 Doctrina insuper Thesaur. jun. *in tract. de augment. monet. part.* 2. *n.* 58. ex adverso allegata, facilè retorquetur: siquidem Thesaur. *d. n.* 58. sextum casum effingit, quando aureis præfixa est æstimatio; seu ampliùs additum fuit, quod illi aurei fuerunt soluti in tot crozonis, ducatonis, vel aureis; ita quod apparet in qua specie factum est mutuum: & duo membra distinguit; aut enim (inquit) in eadem specie soluta, promissa fuit restitutio; & tunc non est dubitandum quin eandem speciem solvere teneatur debitor, quam promisit: (idem suprà firmaverat *in* 1. *casu, dicta part.* 2. *n.* 16.) & in his terminis nos versamur, ut paulò post dicemus.

Sed si (ut subjungit Thesaur. *dict. n.* 58.) nihil dictum sit, hoc est, non promiserit debitor in eadem specie restituere, tunc quærit *ibi* Thesaur. utrùm debitor ad ejusdem speciei restitutionem cogi possit, & ad quem pertineat lucrum, vel damnum augmenti monetarum; & hoc secundum membrum ad casum de quo agitur, non pertinet; sed primum membrum duntaxat, quod ipse Thesaurus resolvit ad favorem nostrum: & sic Thesaurus *d. n.* 58. dicit contrarium ejus ad quod allegatur.

7 Nec dubitandum est, quin ipsa corpora, seu species quæ fuerunt dinumeratæ, sint in obligatione; licèt promissio concepta sit sub hac verborum formula (dictos 500. aureos trium librarum pro quolibet, in iisdem speciebus) clara enim est doctrina Bartoli *in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, n.* 3. *ff. de sol.* quod quando species sunt certæ, illæ dicuntur esse non solùm in solutione, sed etiam in obligatione: Bartolum in eo loco sequitur Rota *d. decis.* 149. *n.* 4. *part.* 2. *in recent.* & *decis.* 218. *n.* 4. apud Censium *post tr. de censi.*

8 Neque Bartolus sibi contradicit in *d. l. Paulus, n.* 10. *ff. de sol.* ut nonnulli malè crediderunt, quia Bart. *in d. l. Paulus*, loquitur quando floreni, (in nonnullis enim regionibus florenus est certa species monetæ) seu species promissæ, sunt incertæ, & ideo sunt duntaxat in solutione, & summa debita est in obligatione, nisi (ut subjungit Bartolus) floreni, seu species sint æstimatæ.

In casu nostro species sunt certæ, & determinatæ; cùm dictum fuerit, restitutionem esse faciendam in eisdem speciebus, quæ supra fuerunt receptæ, ut infrà latiùs dicetur.

9 Ideo cavendum est à Bruno *in tract. de monet. lim.* 8. *n.* 5. & 6. & Scac. *de commer.* §. 1. *gloss.* 5. *n.* 187. & 188. eorum enim dicta possunt procedere quando species florenorum, ducatonorum, aut cavallotorum, quæ promissæ sunt restitui, non sunt certæ & determinatæ; tunc nisi adjectum sit, *eadem æstimatione*, periculum & commodum augmenti, & decrementi valoris monetarum pertinet ad debitorem. In casu nostro, ut dictum est, species sunt certæ & determinatæ: ideo sunt in obligatione, & commodum vel incommodum augmenti vel decrementi æstimationis spectat ad creditorem, & debent restitui vel species promissæ, vel alia quantitas alterius monetæ, ex qua tempore solutionis possent emi species deductæ in obligatione, ut initio diximus ex Beltram. *d. dec.* 42. *n.* 8.

Adde quod partes ex abundanti convenerunt in dicto pacto redemptivo, quod eædem species à debitoribus receptæ, paris & æqualis æstimationis, nimirùm valoris extrinseci, restituerentur, ut nos infrà latiùs ostendemus super dictione *non maindres*, sed hæc expressio non erat necessaria, ut proximè diximus.

Nec dicatur, promissionem factam à debitoribus 10
de reddendis iisdem speciebus, debere intelligi, rebus sic stantibus, non autè quando ex post auctus est valor extrinsecus monetarũ, ut videtur tenere Puteus *decis.* 145. *n.* 5. & 6. *lib.* 6. *in correctis*, quæ aliàs erat *dec.* 149.

Quia d. decisio Putei non est decisio Rotæ, sed potiùs suffragium ipsius Putei valde mendosum & corruptum, & apertè reprobatur à Rota, ut videre est *decis.* 653. *n.* 3. *in fin.* & *decis.* 686. *n.* 2. *versic. quæ verò deducuntur part.* 4. *divers.* & Rot. apud Cens. *dec.* 216. *n.* 6. & directè repugnat *decisioni* 149. *part.* 2. *recent.* & aliis decisionibus suprà per nos allegatis.

Non obstat si dicatur in casu de quo agitur, promissionem fuisse quidem factam redimendi censum in eisdem speciebus, quæ dinumeratæ fuerunt pro pretio census; sed non fuisse dictum, quod idem numerus specierum solveretur: ideo debet sufficere, si debitores solvant easdem species promissas aureas, & argenteas, licèt in minori numero; dummodò tamen, habito respectu ad æstimationem currentem tempore solutionis, conficiant dictam summam 500. scutorum, vel 1500. librarum.

Respondetur enim hanc fuisse opinionem moderni 11
cujusdam, qui in quæstionibus sub incerto authore positis, *inter tractatus monetarum*, *quæst.* 7. *per totam. fol. mihi* 177. apertè reprobat Cravet. *consil.* 47. & concludit quod licèt promissio redimendi facta sit in similibus speciebus quæ fuerunt receptæ, sequuto tamen augmento valoris extrinseci monetarum, debitor consequatur tale lucrum, & non teneatur solvere eundem numerum specierum monetæ.

Hæc tamen opinio moderni illius Doctoris communiter damnata est, & dictum Cravetæ consilium 47. communiter à Doctoribus recipitur, & approbatur, ut videre est apud Budel. *de monet. c.* 9. Solam *de monet. cas.* 3. 9. & 14. Thesaur. jun. *de augm. monet. part.* 2. *n.* 16. & *sequentib.* Berlich. *lib.* 2. *conclus.* 26. *n.* 71. & *sequentib.* & optimè omnium rem explicat Faber *tract. de variis nummar. debitor. solut. c.* 11. *versic. sed etsi non proponeretur*, & *versic. unde fit.*

Craveta itaque *dicto consil.* 48. vult quod si debitor promiserit restituere summam debitam in eisdem speciebus, vel in similibus speciebus, talia verba debent intelligi non solùm de eadem bonitate intrinseca, sed etiam de eodem numero specierum: ut probat *eodem consilio, n.* 3. cùm similitudo debeat includere identitatem numeri.

Item Craveta se fundat in relatione facta ad species receptas à debitore, quæ cùm reperiatur certæ, & specificatæ, relatio debet fieri respectu omniũ qualitatũ: & sic ratione numeri, ut dicitur *in d. consil.* 47. *n.* 4.

Dices in consilio Cravetæ promissionem reperiri conceptam in similibus 6000. scutis; & sic numerum fuisse designatum in promissione.

Respondetur, Doctores de materia tractantes non facere vim in promissione, in qua numerus est designatus; sed in eo duntaxat quod dictum fuit, in similibus speciebus, vel in eisdem speciebus: vel quod relatio facta fuerit ad species certas, & determinatas, & in receptione specificatas.

Et Thesaurus jun. *d. tract. de monet. part.* 2. *n.* 16.

caſum omnino huic noſtro ſimilem proponit, ſicut & Sola *de monet. c.19.*

12 Et dictio *in iiſdem*, æquivalet dictioni *in totidem* ſpeciebus, ex ipſius modetni Doctoris ſententia, & obſervat Budel. *d. c.9.* Faber *d. c.11.* ad quos recurrendum eſt.

Et quod ſufficiat dicere in iiſdem ſpeciebus ſuprà receptis, probatur ex Budel. *d.c.9.* in figuratione caſus, & Fabro *d. c.11. col.6. verſ. ſed etſi proponeretur*, & *verſ. fin. pag.834. in fine*, & *c.7. verſ. placet enim, fol. mihi* 806. & *verſ. quod verò idem Pariſienſis, pag.*814.

Nec obſtat quod dicitur à quibuſdam Theologis, verba *non moindres*, inducere inæqualitatem, inter emptorem & venditorem cenſus: & ſic injuſtitiam.

13 Quia vera eſt concluſio, & à Iuriſconſultis approbata, quod pactum quod ſolius creditoris utilitatem reſpicit, & nullum commodum afferre poteſt debitori, ſuſpectum eſt, & injuſtum. Berlich. *lib. 2. concluſ.1. n.44. & concluſ.36. n.38.*

14 Sed Reſpondetur erronèe deduci, quod ex talibus verbis reſultet inæqualitas inter debitorem, & creditorem; ſiquidem dictio *non moindres*, ſignificat paris, vel æqualis bonitatis monetam, per *l. non minorem*, & ibi Bart. *C. de tranſact.* Vaſq. *lib. 2. controverſ. c.67. n.2.* Mantic. *de tacit. convent. lib.26.tit.9.n.14.*

Intentio partium fuit, ut redemptio fieret in ſpeciebus non minoris, nec majoris valoris. Sol. *d. caſu 19.* & dum contrahentes voluerunt reddi eaſdè ſpecies, intellexerunt quod idem, non minor numerus redderetur: ut ait Theſau. *d.p.2.n.16.* ubi ſub dictione non minoris numeri, intelligit Theſaurus de pari, vel æquali.

Pactum ſanè eſſet injuſtum, ſi in caſum augmenti æſtimationis monetarum, ſpecies ipſæ, vel corpora reſtitui deberent; & in caſum decrementi æſtimatio quæ erat tempore contractus, reſtituenda eſſet; & id quod deficit, ſuppleretur à debitore, ut explicat Berlich. *lib.2. concluſ. 36. n. 69. & 70.*

Dum eadem corpora reſtitui debent ex augmento vel diminutione valoris, tam intrinſeci, quàm extrinſeci monetarum, poteſt adeſſe damnum, aut utilitas utriuſque, tam debitoris, quàm creditoris. Si valor extrinſecus monetarum fuiſſet diminutus, debitor non poſſet cogi ad ſupplendam diminutionem reſultantem ex decremento valoris extriuſeci; & creditor cogi poſſet ad recipiendum eundem numerum ſpecierum quem dederat, licèt eſſent minoris æſtimationis; & ſic lucraretur, ut declarat Faber *d. cap.11. verſic. ad objectionem Pariſienſis*, & *verſic. ad ſecundum*, & Rota *d. deciſ. 149. n.7. part.2. recent.*

15 Nec etiam obſtant verba illa, *in groſſa & bona moneta, ſine patachis.*

Hoc enim fuit additum ad majorem expreſſionem, eo quòd ſpecies numeratæ venditoribus erant bonæ & groſſæ, abſque ulla minutâ moneta. Neque ideo datur venditoribus electio ſolvendi in qualibet moneta ad libitum: in eadem enim clauſula, & oratione fit relatio ad ſpecies ſuprà dinumeratas: ut jam oſtèdimus.

Quinimò, etiamſi talia verba, *de bona & groſſa moneta*, deberent intelligi de aliis ſpeciebus quàm ſuprà receptis, quia forſan fuiſſet dictum in iiſdem ſpeciebus, aut bona & groſſa moneta, hæc facultas ſolvendi in bona & groſſa moneta, non efficeret quin eædem ſpecies eſſent in obligatione, & cõſequenter quin earum æſtimatio, & nõ groſſa moneta eſſet attendenda: ut poſt Bald. & Socin. jun. in pũcto firmat Rota apud Cenſium *dec.218.n.2. & 3.* & hoc caſu groſſa moneta non eſſet æqualiter deducta in obligatione, quia non contineret ſummã certã, ut poſt Bart. *in d. l. ſi quis ſtipulatus fuerit dec. in melle 57. ff. de ſol.* Grat. *conſ.17. n.16. lib.2.* ſubjungit Rot. *d. dec.218. n.4. apud Cẽſium.*

Poterant ſanè omitti illa verba, ſicut ea quæ ſequuntur, *non moindres*: quia clauſula *in iiſdem ſpeciebus in quibus fuerant receptæ*, omnia neceſſaria comprehendit: † ſed ſuperfluitas toleratur ad tollendam 16
dubitationem. Cravet. *conſ.70. n.29. & ſeq.* Mantic. *de tacit. conv. lib.2. tit.12. n.31.* & *de conject. li.3. tit.6. n.3.5. & 8.* Quidquid ſit, illa Notariorum tautologia, & verborum abundantia partibus nocere non debet.

Quod ſubjicitur de illis verbis alternativè poſitis, 17
intrinſeque, ou extrinſeque, nihil eſt. Dictio enim *Aut* quandoque reſoluitur in conjunctivam, juxta ſubjectam materiam: Tuſch. *in verb. Dictio, concluſ. 244. n.8.* dictio autem *ſive*, eſt diſiunctiva verborum; ſenſum tamen conjungit, & in effectu habet vim copulæ. Rota *deciſ. 100. n.13. part. 5. recent.*

Intentio partium fuit, ut eadem ſpecies redderetur paris, vel æqualis valoris; ſive de intrinſeco, ſive de extrinſeco valore agatur; † & ſi ſecus diceremus, 18
in eadem oratione ſe correxiſſent; quod dici non debet, *l. non ad ea. ff. de condition. & demonſtration.* Surdus *conſil.445. n.33.* Ludoviſ. *deciſ. 297. n.3.* Rota *recent. deciſ.407. n.5. part.4. & deciſ. 140. n.7. part.7.*

Cùm ex pacto redemptivo eædem ſpecies receptæ, id eſt idem numerus ſpecierum & corporum debeat reſtitui, ut ſuprà probatum extitit; partes habuerunt reſpectum ad parem, vel æqualem valorem, ſive extrinſecum, ſive intiinſecum, non obſtante augmento aut diminutione valoris poſtea contingente.

Et ſi dictio *Aut*, daret electionem debitoribus re- 19
ſpectu valoris intrinſeci & extrinſeci ſpecierum, ultra correctionem & contrarietatem in eodem capitulo exiſtentem, reſultaret magna inæqualitas pacti, & injuſtitia in detrimentum creditoris: nam diminuto valore intrinſeco ſpecierum monetæ, & remanente valore extrinſeco qui erat tempore contractus, creditor cogeretur recipere ſpecies auri & argenti deterioris ligæ, & ponderis, quàm eſſent illæ quas numeravit pro pretio cenſus; prout etiam remanentibus ſpeciebus monetæ in eodem intrinſeco, & aucto valore extrinſeco, cogeretur creditor minorem numerum ſpecierum recipere eis, quas de tempore contractus numeraſſet, quod eſſet valdè damnoſum creditori, qui non poteſt cogere debitorem ad redimendum; ſed è contra ipſe cogitur ad libitum debitoris pati redemptionem, & extinguere. † Et nos ſuprà firmavi- 20
mus non debere contractum claudicare, & pacta in contractu cenſus apposita, debere æqualiter reſpicere damnum & commodum emptoris, & venditoris: ex Berlich. *lib.2. concluſ. 36. n.38.* & aliis ſuperiùs citatis.

CAPVT XVIII.

Continuatur hoc capite eadem quæſtio, quæ in præcedenti, de pacto reſtituendi in non minori bonitate intrinſeca, & extrinſeca, in bona & groſſa moneta, &c.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt inconveniens verba inculcari ad tollendam dubitationem.*

2 *Clauſulam* en bonnes & groſſes eſpeces, ſans aucuns patacs, *non alterare diſpoſitionem precedentem, in qua clarè præmiſſa eſt reſtitutio earundem ſpecierũ, probatur exemplo familiari.*

3 *Alternativa habet vim copulæ, ne ſequatur correctio in eodem inſtrumento.*

4 *Clauſula*

4 *Clausula* non moindres, *æquè respicit favorem debitoris & creditoris.*

5 *Verba* non minus, *significant eandem quantitatem.*

6 *Quando partes incipiunt à positivo, & comparativum ponitur negativè; tunc positivum remanet in sua natura, neque alteratur per comparativum.*

7 *Negativa propositio magis negat, quàm affirmativa affirmet.*

8 *Ostenditur per illas clausulas conservari justitiam, & æqualitatem inter debitorem & creditorem: & si non intelligeretur de eisdem speciebus, magnum detrimentum & injustitia oriretur adversùs creditorem.*

9 *Refertur fuisse judicatum pro validitate & justitia dicti pacti, & debitorem fuisse condemnatum ad solvendum in iisdem speciebus in contractu census particulariter dinumeratis; & sententiam fuisse executioni demandatam.*

IMpulsus sum & justitiâ causæ, & meritis ac amicitiâ Clarissimi Domini scribentis, non solùm ut præcedentibus ejus allegationibus subscriptionem meam adderem, sed etiam aliquid de meo in medium afferrem.

Retento itaque eodem themate, constat in constitutione & venditione census de quo agitur, pretium fuisse numeratum in certo numero aureorum Hispaniæ, & Italiæ, & in aliis certis speciebus in contractu designatis, & specificatis. Deinde conventum fuisse, quod in casum restitutionis sortis, debitor teneretur illam facere in iisdem speciebus quibus supra, bonæ & grossæ monetæ, absque aliquibus patachis, & non minoribus in pondere, liga, & bonitate intrinseca vel extrinseca, quàm illæ quæ habebant cursum seu erant in commercio, & exponebantur in civitate Avenionensi, & quæ fuerunt supra expeditæ.

Ex quibus verbis colligitur primò, quod restitutio sortis fieri debet in eodem numero, quia quod est individuum apud Logicos, vocatur species apud Iurisconsultos. Bart. *in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. petatur*, maximè stante clausula copulativa in fine apposita, *& quæ suprà expedita fuerunt*, quæ refertur ad ipsas species superiùs in eodem contractu expressas: juxta *cons.* Cravet. 47. quod communiter approbatur, ut superius ostendimus *in c. 1. n. 16.* & habetur *c. præced. n. 11.*

Verba autem intermedia inter duas illas clausulas, nempe inter hanc, *en mesmes especes*, & aliam, *& qui sont esté baillées cy-dessus*. cùm posita sint tantùm ad explicandam magis contrahentium voluntatem, non
1 alterant principalem illam dispositionem: † cum non sit inconveniens inculcari etiam verba superflua, ad tollendam dubitationem, *l. quæ dubitationis* 81. & *ibi* Decius, & alii, *ff. de reg. jur.*

2 Vnde verba illa *en grosse monnoye, & sans aucuns patacs*, & verba *non moindres*, non possunt alterare principalem dispositionem, neque diminuere vim illorum verborum, *en mesmes especes qui sont esté cy-dessus baillées, l. nomen debitoris 33. §. pater filia. ff. de legat. 3.* Perinde ac si quis reciperet bonum triticum, purum & nitidum, & promitteret restituere in eadem specie tritici, & adiiceret illa verba, *absque ulla siligine, vel lolio, aut avena admixta*, sanè clausula illa posterior non alteraret naturam principalis dispositionis, & promissionis certæ quantitatis tritici expressæ, ne appositæ ad corroborandam dispositionem operentur contrarium effectum, *l. legata inutiliter 14. ff. de adimend. legat.*

3 Clausula verò illa, *& non moindres en bonté intrinseque, ou extrinseque*, debet intelligi copulativè, ne sequatur correctio in eodem pacto. Menoch. *consil. 554. n. 15.* vel ampliativè ad præcedentia. Cravet. *cons. 326. n. 2.* Rot. *decis. 69. n. 5. part. 5. recent.*

Cæterùm, clausula illa *non moindres*, æquè respicit 4
favorem debitoris, ac creditoris, cùm nihil aliud significet quàm identitatem specietum: ut *in l. non minorē 20.* cum *ibi* notat. per DD. C. *de transact. l. non minus*, aliàs *non parum*, C. *de Assessor.* † ubi verba illa, *non* 5
minus, explicantur, id est *pariter*, ut per Boër. *dec. 246. n. 4. circa medium, l. non eo minus 14. Cod. de procurator. l. non magis 17. ff. de action. empt. l. non amplius 26.* & *ibi* Summarium, *ff. de legat. 1. l. non magis 22. ff. de action. rer. amot. l. non minus 31. ff. de hæred. instit. l. 2.* & *3. ff. pro legat.* & *in cap. de appellationibus 11. de appellat. ubi* Franc. & alii. Et de dictione *non pluris*, est textus expressus *in l. qui restituere 68. ff. de rei vendicat.* ibi, *non pluris quàm res est*, id est, *quanti adversarii interfuit, condemnandus est.*

De clausula etiam *non minoris*, est text. *in l. decem 6.* 6
ff. de fideicomm. libertat. ibi, *& minoris servus emi non potest*: & ibi, *perinde ac si testator adiecisset, ut integra præstarentur.*

Et pro præmissorum confirmatione advertendum est, magnam esse differentiâ inter promissionem simpliciter factam de restituendo capitali in non minori bonitate; & eam quæ fit de restituendo in iisdem speciebus non minoris bonitatis: nā licèt in primo casu verba illa referantur ad identitatem bonitatis, ut mox ostensum fuit; tamen in posteriori casu res est expedita, cùm partes incipiant à positivo, & subjiciant comparativum negativè, & sic positivum remaneat in sua natura: quia comparativum restringit suum positivum, *l. ubi autem ff. de verb. obligat. in principio.* Notatur per DD. *in l. exigendi, Cod. de procurat. cap. cùm dilecti, versic. verum, de elect.* Afflict. *in tract. de iure prothomis. §. 5. num. 6.* ergo quando comparativo adjecta est negativa, sequitur comparativum non restringere, sed magis propensam & enixam loquentium voluntatem exprimere: † quia negativa magis negat, quàm 7
affirmativa affirmet. Gloss. *in l. hoc genus*, & *ibi* DD. *ff. de condit. & demonstr.* Nam inter majorem & minorem bonitatem, nullum datur medium præter eandem bonitatem: dictio autem illa *non minorem*, non potest significare minorem, quia esset contra verba expressa contractus: similiter non potest significare majorem, quia hoc esset contra sensum communem: ergo necessariò debet significare eandem.

Denique advertendum est, quod stante illa clausu- 8
la *non minoris*, si dupla Hispaniæ tempore contractus valeret decem libras, & tempore solutionis reducta esset ad octo libras, creditor cogeretur accipere duplas ad rationem decem librarum pro qualibet, licèt communiter expenderentur tantùm pro octo libris, & duas libras amitteret pro qualibet dupla; cùm debitor non teneatur solvere ad rationem minoris valoris tunc currentis, vigore pacti supradicti: ergo eadem ratione si pecunia augeatur, creditor non est cogendus illam recipere ad æstimationem auctam, ut par sit ratio lucri & damni, augmenti & decrementi. Vivius *opin. 516. n. 46.* Rot. *decis. 149. n. 7. part. 2. recent.* Gratian. *decis. 85. n. 6.* Ricc. *collect. 2083.* Atque ita fuit judicatum, & Communitas soluit ad rationem specierum in contractu designatarum, non autem ad valorem illarum tempore solutionis. † Ita 9
etiam fuit judicatum per R.P.D. Vicegerentem Avenionis in quandam Avenionensi *Census*, 17. Iunii 1641. de voto Clarissimi Domini de Ribiers, viri doctrina & integritate conspicui, per ambas partes electi, cujus decisionis tenor sequitur.

R.P.D.

R. P. D.

VICEGERENTE,

Avenionen. Cenſus.

Lunæ 17. Iunij 1641.

ANno 1629. die 2. Maij, N. debitrix vendidit D. Ioannæ de Crivel, viduæ D. Andreæ Payen I. V. D. Avenionenſis annuam penſionem triginta ſcutorum, ſolvendam in proba moneta non minoris bonitatis intrinſecæ, & extrinſecæ, ponderis, tituli & ligæ currentis in præſenti civitate tempore d. contractus, pro pretio 500. ſcutorum ſimilium receptorum in ſezenis, cum pacto quod in caſum extinctionis fiat reſtitutio d. ſortis principalis 500. ſcutorum, in iiſdem & ſimilibus ſpeciebus, & ſub EADEM bonitate intrinſeca & extrinſeca, pondere, titulo & liga currentibus tempore d. contractus.

Contigit anno 1636. quod edicto Regio omnes monetæ ſuſceperunt augmentum in bonitate extrinſeca, & nominatim ſezeni qui tempore dicti contractus exponebantur ad rationem ſexdecim ſolidorum cum dimidio, exponuntur hodie ex edicto ad rationem viginti ſolidorum cum dimidio.

Fuit mota controverſia ſuper validitate & juſtitia dicti pacti & formâ ſolvendi dictam penſionẽ annuã, necnon ſortem principalem in caſum extinctionis.

ET AFFIRMATIVE reſolutum fuit, utraque parte informante, & de voto Spectab. D. de Ribiers I. V. D. Aſſeſſoris hinc inde nominati vel electi, ſolutionem dictæ penſionis annuæ & ſortis principalis reſpectivè, caſu illius adveniente, faciendam eſſe in monetis prædictis juxta formam pacti, ſub eadem ſcilicet bonitate intrinſecâ & extrinſecâ currenti de tempore contractus, ſolvendo nempe ſezenos ad rationem 16. ſolid. cum dimidio, ſive monetæ in futurum creſcant, vel reſpectivè decreſcant.

FVNDAMENTVM reſolutionis fuit *Primò*, quia ad judicandum de juſtitia vel injuſtitia pacti, inſpici debet tempus contractus, quo tempore pacta ſunt libera, quæ dum ſunt reciproca, fiunt licita, quamvis aliàs eſſent illicita; reciprocatio enim inducit æqualitatem. Rot. *in recentior. part. 2. deciſ. 149. num. 7.* Surd. *deciſ. 278. num. 29.* Gail. *lib. 2. obſ. 8. num. 2. & ſequent.* & quem tangit periculum decrementi, tangere debet commodum augmenti. Rot. *in recent. p. 1. deciſ. 597. num. 2. & dicta deciſ. 140. part. 2. num. 7.* Boër. *deciſ. 327. num. 9.* cùm læſio attendi debeat de tempore contractus, *l. continuus 137. ff. de verb. oblig.* ibi, *non enim ſecundùm futuri temporis jus, ſed ſecundùm præſentis æſtimari debet ſtipulatio.* Ita ut ſi quæ ex poſtfacto contingat variatio, aut læſio, cenſeatur per accidens, & tanquam caſus fortuitus, nullius prorſus ſit conſiderationis. Pinel. *ad l. 2. C. de reſc. vendit.* Larrea *deciſ. Granaten. 24. num. 9.* Gail. *lib. 2. obſerv. 8. num. 2. & ſequent.* Fab. *de var. num. deb. cap. 11. fol. 836. in med.* ibi: *nec pretium quod ſemel ſtatutum ſit, & quod debitor ipſe contractus tempore æquum putaverit, ex poſtfacto videri iniquum poſſe, quod aureorum valor extrinſecus creverit, qui potuit è contrario decreſcere.* Et ratio eſt, quia in materia monetali inſpici debet conventio, à qua legem ſumere contractus aiunt DD. *in cap. quanto, extra de jureiur. & in l. Paulus, ff. de ſol. & in l. cùm quid, ff. ſi cert. pet.* Quod etiam probat text. Evangelicus Mat. capit. 20. nũ. 13. *Amice non facio tibi injuriam, nonne de denario convenisti mecum,* quem textum allegant in hac materia Belletia *conſil. monet. poſt tractatum Solæ de monet. n. 24.* & Theſaur. *deciſ. Pedem. 184. n. 5.* unde tenorem obligationis attendendum eſſe, tradit Boër. *deciſ. 327. n. 20.* & hoc advertere debere practicantes monet Budell. *de monet. cap. 3. n. 10.* & ab eo totam cauſæ definitionem pendere in hac materia, notat Menoch. *conſ. 258. n. 1. & 2.*

Quod autem in terminis pacti de ſolvendo ſpecies ſub eadem bonitate intrinſecâ & extrinſecâ, adſit reciprocatio & æqualitas; ex eo ſolo convincitur, quod ſi decrementum contigiſſet, vel in futurum contigerit, creditor ſentiet damnum, dum tenebitur, & cogi poterit à debitore, vi pacti accipere duplas in eadem bonitate extrinſecâ diei contractus, verbi gratia octo librarum; quas tamen poſito decremento ad ſex libras, poſſet tantùm exponere ratione ſex librarum, niſi enim in caſu dicti decrementi acciperet duplas ad rationem octo librarum, non acciperet in eadem, ſed in diverſa bonitate extrinſeca diei contractus, contra formam & tenorem pacti. Ergo in caſum augmenti, ut æqualitas & juſtitia ſervetur, lucrum conſequi debet. Rot. *in recent. part. 2. deciſ. 149. num. 7.* prout in terminis hujus pacti tradit Budell. *de monet. cap. 7. verſic. quod ego exaudio ſi ducatus in valore extrinſeco ſit diminutus.* Sola *de monet. caſ. 39. num. 18.* ibi, *quia ſi decreviſſet valor,* & magis in ſpecie tradit Belletia *dicto conſil. monet al.* poſt Solam *de monet. num. 5.* ubi objectionem proponit ex caſu diminutionis quam ſolvit ſtante pacto prædicto, ſub num. 22. Covarr. *de numiſm. collat. cap. 7. §. unic. concluſ. 7.* ibi, *quoties in contractu ob metum mutationis ſit pactum de pecunia ſub certa æſtimatione ſolvenda, & verſic. eſt & alterum exemplum,* ibi, *& tot floreni ſint ſolvendi quot tempore contractus efficiebant centum libras; tempore verò ſolutionis non efficiunt octuaginta.* Ioan. de Imola *in l. Paulus, num. 2. in fin. ff. de ſolution. verſic. ſive plus, ſive minus valebat tempore ſolutionis.* Craveta *conſ. 47. num. 1. verſic. quod ſi valor ſcuti fuiſſet diminutus.* Faber *de var. num. debit. cap. 11. fol. 834. verſic. nam ſi diminuti eſſent aurei,* quem citat & ſequitur Larrea *deciſ. Granat. 23. num. 6. & deciſ. 24. num. 10.* Idem Fab. *cap. 17. fol. 837. in fin.* ibi, *neque enim cogeretur venditor ſupplere diminutionem.* Brun. *de augment. limit. 8. n. 6. verſic. ſi contingat ducatum decreviſſe.* Duard. *de cenſib. ad extrav. Pij V. §. 3. quæſtion. 6. num. 35.* ubi reſoluit, ſtante conventione prædicta augmentum & decrementum cedere in lucrum vel damnum creditoris, non obſtante quacumque variatione. Sola *de monet. caſ. 39. num. 18. verſ. quia ſi decreviſſet valor:* & ibi, *imò oportuiſſet acquieſcere, ſtante pacto.* Kohl. *exerc. legal. 19. num. 7.* ubi in ſpecie noſtri pacti claris verbis concludit, ibi, *etiamſi fortè ſolutionis tempore longè pluris aut minoris valituri ſint*: idem tradit Scac. *de commer. §. 2. gloſſ. 5. n. 187. & 188. fol. 363.* Maſtrill. *deciſ. 7. n. 2. & 6.* junCto *n. 9.* qui omnes DD. allegati loquuntur in terminis caſus noſtri, quo conventio incipit à moneta imaginaria ſolvenda in certis ſpeciebus, & ſub eadem æſtimatione, ſeu bonitate extrinſeca. Ergo.

Non obſtat quod quidam Theologi ex adverſo voluerunt, pactum illud ſolvendi ſpecies in eadem bonitate intrinſecâ & extrinſecâ, non eſſe reciprocum, niſi fuerint ſuperaddita hæc verba, ſive creſcant vel decreſcant: vel fuerit additum, in eodem numero.

Quia reſpondetur *Primò*, inutilem eſſe hujuſmodi verborum adjectionem, cùm illa verba *in eadem*, hoc importent ex natura ſuæ ſignificationis; impoſſibile enim eſt, quod ſit eadem de tempore contractus, quin

comprehendatur sub illis verbis nonobstantia decrementi vel augmenti, aliàs enim idem non esset, aut idem esset diversum à seipso, quod absurdum est, & in puncto quod sufficiat casum decrementi implicitè fuisse comprehensum in pacto, tradit Rebell. qui est ex PP. Societatis Doctor Theologus, *de oblig. justit. lib.* 11. *q.* 15. *n.* 9. ibi, *atque adeo sive expresè vel implicitè, & num.* 11. ibi, *quando scilicet contrahentes saltem implicitè æquali periculo augendi, minuendique valoris se exponendo contrahunt.* Molina Societ. Jes. *tr.* 2. *de contract. disp.* 312. *versic. excipe quando ex verbis.*

Secundò, Quia cùm, ut infrà ostendetur, verba in eadem bonitate intrinseca & extrinseca, identitatem numeri importent, sequitur objectionem non procedere.

Tertiò, Quia licèt ad Theologos spectet determinare, quod in contractibus pacta debent esse æqualia & reciproca, ne injustitiam vel usuram redoleant. Tamen dum agitur de interpretatione aut significatione verborum, an æqualitatem importent, nec ne: pertinet ad Jurisconsultos, quorum est leges, canones, & verborum significationes noscere, *l. verbum* 123. *in princ. ff. de verb. signif.* Gratian. *discept. forens. In præfat. n.* 39. & ita in puncto resolvit Guillelm. Bont. *tract. de usur. qu. quodlibet. numer.* 14. 15. *& sequent. in tract. diverf. volum.* 5. ubi doctissimè dicit in resolutione casuum, formandum esse syllogismum, & quidem determinationem majoris propositionis, scilicet in contractibus debere esse æqualitatem, pertinere ad Theologos; determinationem verò minoris, scilicet in hoc vel illo casu non adesse æqualitatem, spectare ad Jurisconsultos. Unde in specie pacti de quo agitur, doctrinam Bartoli *in dicta l. Paulus*, esse sequendam in foro conscientiæ tradit Rebell. *dicto tractatu de oblig. just. lib.* 11. *quæst.* 15. *num.* 12. ibi, *ne à communi Doctorum sententia temerè recedere videamur.*

Nec etiam adversatur, creditorem potiùs ad augmentum quàm decrementum respexisse, quod certus esset moraliter tempore contractus fore, ut duplæ tribus libris non decrescerent, prout auctæ reperiuntur: ex Less. *de just. lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 8. *n.* 49.

Primò, Quia hoc objectum est de foro pœnitentiali, non de externo; solus enim est cordium scrutator Deus: unde alleganti istam certitudinem, incumbere onus probandi, tradit in puncto Gratian. *disc. for. cap.* 784. *num.* 25. *versic. nam timor hujusmodi mutationis non verificatur.* Imò dicta certitudo moralis allegata retorquetur in contrarium, scilicet nec aliquem de eo tempore fuisse moraliter certum, quod augerentur duplæ tribus libris; nemo enim est qui hoc anno 1619. & sic septem annis ante augmentum, hoc credidisset; imò nemo est qui de sezenis vel minimum suspicari potuisset. Unde ex lapsu tanti temporis inter contractum & edictum, præsumi ignorantiam mutationis ad effectum de quo agitur, tradit in terminis Gratian. *dicta disc. for.* 884. *n.* 27. ibi, *quia ignorabatur tempus mutationis.*

Et certè si creditor hujusmodi certitudinem moralem habuisset, prætulisset potius pecunias suas asservare ad tempus augmenti, ut suæ utilitati majori consuleret. Ergo.

Secundò, Quia cùm augmentum vel decrementum à mera Principis voluntate dependeat, nulla potest inferri major probabilitas, quod in futurum monetæ potius augeri quàm minui debeant, unde quod Princeps potiùs eas tribus libris auxerit à tempore dicti contractus, quàm minuerit, censetur per accidens, & uti factum Principis quod casui fortuito æquiparatur, nullius esse potest considerationis. Fab. *de num. debit. capit.* 11. *fol.* 836. *in med.* ibi, *nec pretium quod semel statutum sit, & quòd debitor ipse contractus tempore æquum putaverit, ex postfacto videri iniquum posse, quòd aureorum valor extrinsecus creverit, qui potuit è contrario decrescere.* Prout in similibus negotiis nullam certam regulam assignari posse, notat expresè Joan. Fab. *in §. nos autem, n.* 3. *Instit. de Attil. tut.* ibi, *propter diversos valores monetarum, quæ ascendunt vel descendunt pro voto Regentium*, sic à duobus annis visum est duplas ponderis trium denariorum, quæ pro 10. libris & 12. solidis publicè exponebantur, voluntate Principis, mox insperato omnium detrimento ad sex libras circiter diminutas fuisse ejusdem Principis edicto.

Tertiò, Quia cùm ab aliquibus annis aurei Solis valerent tantum 27. solidos, ut attestatur Boër. *decis.* 327. *num.* 10. deinde edicto Henrici II. ad 60. solidos, Edicto Ludovici XIII. anno 1614. ad 75. solidos, & demum tempore dicti contractus ad 80. solidos excreverunt. Ex eo potiùs quod monetæ multùm creverint, argui debebat major descensus præsumptio, argumento ducto à solito quo res non solent in eodem statu excessus persistere, nec in similibus augmentis dari potest progressus in infinitum.

Et in effectu *anno* 1632. *& die* 16. *Decemb.* Rex Christianissimus edictum edidit prohibitorium, ne monetæ aureæ impositam æstimationem excederent, & insuper mandavit congregari varios magistratus, & præcipuos è civibus Parisiensibus, ad hoc ut deliberarent quâ commodiori viâ tales monetæ ad pristinum valorem anni 1614. reduci possent. Et sic dubium potiùs erat decrementi, quàm augmenti.

Quartò, quia si prædicta objectio subsisteret, impugnaret etiam contractus censuales conceptos in certis speciebus simpliciter, verbi gratia septem scutorum auri in auro solis pro capitali centum aureorum similium, quia respectu illorum etiam militaret eadem certitudo moralis & inverisimilitudo paritatis descensus allegata: Quod tamen de hujusmodi pensionibus in certa specie conceptis dici non potest; cùm ita semper fuerit à Rota Romana decisum, ut constat ex *decis.* 219. post Duard. *de censib. decis.* 219. *num.* 9. *& decis.* 682. *num.* 3. *p.* 4. *diverf. & decis.* 687. *cum aliis.*

Quintò, quia ut ait Navarr. *in Comment. de Camb. num.* 48. obligatio solvendi, stante pacto prædicto, non cadit supra valorem extrinsecum, sed supra speciem illam in contractu stipulatam, ideóque per accidens est quod ascendat, vel descendat: unde sufficere quod ex pacti taciti vel expressi verbis appareat contrahentes sese aleæ decrementi vel augmenti subjecisse, tradunt Rebell. *de oblig. just. lib.* 11. *q.* 15. *n.* 11. *&* 12. & Molin. *de contract. dicta disp.* 312. *concl.* 2. *versic. excipe quando ex verbis contractus contrarium intelligeretur.* Nec enim illud pactum dicitur principaliter adhibitum animo lucrandi, sed ad vitandum periculum variationis, ut comprobat Covarr. *d.* §. *unic. c.* 7. *concl.* 7. Fab. *d. cap.* 2. *fol.* 756. *in princ. vers. ut dubitandum non sit quin prudens negotiator, qui de eodem numero sibi reddendo cavet, de periculo illo transigere voluisse videatur, sive in aperto sit imminere periculum, sive in incerto.*

Sextò, Quia dum istud augmentum provenit ex causa bellicæ necessitatis, & ideo non stabili, nec perpetuò duraturâ lege, limitantur ea quæ de paritate descensus monetarum ex adverso deducuntur: ut expresè notavit P. Laiman *lib.* 3. *tract.* 1. *part.* 1. *cap.* 5. *n.* 16. & infrà ostendetur, *versic. ultimò concurrit.*

Et super pacti prædicti justitia ex abundanti consulti RR. PP. Minimi Ordinis Sancti Francisci de Paula, tam morum probitate quàm doctrinâ commenda

mendatiſſimi ita favore creditoris doctiſſimè reſponderunt, ut conſtat ex eorum ſcriptis Nobis ad majorem ſatisfactionem exhibitis. Quibus acceſſerunt ſcripta per R.P. Ioannem Salianum Auguſtinianum Doctorem, & in alma Vniverſitate Aven. Decanum & Regentem facultatis Theologiæ, alióſque ibi ſubſcriptos dictæ Facultatis Doctores, & in Vniverſitate publicos Profeſſores.

Secundò principaliter placuit diſtinctio Bartoli *in d. l. Paulus, n.10. verſic. ſed quid ſi fuit dictum, in fin. ff. de ſolut.* ab omnibus DD. & à Rota Romana, quæ vim communis opinionis obtinet, canonizata. Cujus Bartoli verba hæc ſunt: *Sed ſi fuit dictum, depono apud te centum libras in florenis, hoc pacto quod reddas in florenis ſub eadem æſtimatione, tunc ſub eadem æſtimatione debent reddi: Sed ſi non eſſet dictum in eadem æſtimatione, puto quod debeant reddi in æſtimatione communi, quæ eſſet tempore quo debet fieri ſolutio.* Ex hac diſtinctione duos formant in hac materia caſus DD. 1. eſt obligationis 100. librarum in florenis ſeu corporibus, cum pacto reſtituendi dictam ſummam in florenis ſub eadem æſtimatione: & hoc caſu dicunt DD. promiſſas eſſe ſpecies reſtituendas in eodem & certo numero.

2. Caſus eſt obligationis 100. librarum in florenis, cum pacto reſtituendi in florenis, nullo pacto adjecto de eadem æſtimatione: & iſto caſu dicunt iidem DD. promiſſas eſſe ſpecies reſtituendas ſub incerto numero, ita ut in 1. caſu augmentum & decrementum cedant in favorem creditoris; in 2. verò cedant in favorem debitoris: Hanc differentiam caſuum diſtinctè declarat ex mente Bartoli, Ioan. de Imola *in d. l. Paulus, n.2 in fine, verſic. item adde dictis Bartoli, ff. de ſolut.* Covarr. *d. cap. 7. §. unic.* qui *concl. 7.* primum caſum exprimit, *concluſ. verò 8.* ſecundum conſtituit. Scacc. *de commerc. §. 2. gloſſ. 5. n. 187.* ubi de 1. caſu, & *n. 188.* ubi de 2. Brun. *de Aug. limit. 8. n. 5.* Curt. *in l. cum quid, n. 27 ff. ſi cert. petat. in tract. de monet. fol. 83.* Cravet. *conſ. 47. n. 1.* Budell. *de monet. cap. 7.* ubi de 1. caſu, & *cap. 6.* ubi de 2. Kohl. *exerc. legal. 19. n. 7.* ubi de 1. caſu, & *num. 23.* ubi de 2. caſu. Bertazol. *clauſ. 30. gloſſ. 9. num. 10.* ubi de 2. caſu Bartoli, & *num. 11.* ubi de 1. ibi *niſi ſit facta promiſſio de reſtituendo in eadem æſtimatione:* & ibi, *quod ſi iſta promiſſio de eadem æſtimatione omiſſa fuerit*: & *num. 19.* ubi dicit caſum eſſe clarum, quando eſt dictum quod res reddatur in eadem æſtimatione. Fab. *de var. num. deb. cap. 11. & 17.* ubi dictum Cravetæ conſilium defendit ab impij Molinæi morſibus, & ita juxta dictum Cravetæ conſilium fuiſſe judicatum teſtatur Theſaur. *de monet. p. 2. n. 57.* & bene conſuluiſſe dicit Vivius *com. opin. lib. 2. opin. 516. num. 49.* Menoch. *conſ. 258. num. 3. vol. 3.* Rebell. *de oblig. juſt. lib. 11. quæſt. 15. concl.*, ubi de 1. caſu, & *concl. 9.* ubi de 2. Larrea *deciſ. Granat. 24. num. 9.*

Cùm autem ex facti ſerie conſtet, fuiſſe adjecta verba de ſolvendo *in eadem bonitate extrinſeca*, quæ æquivalent verbis, *in eadem æſtimatione*, ſequitur deciſionem verſari in 1. caſu Bartoli, quo fuit promiſſa moneta imaginaria, ut hic; cum pacto reſtituendi in certis ſpeciebus, nempe ſezenis, ſub eadem æſtimatione, ſeu ſub eadem bonitate extrinſeca: & ideo juxta dicti Bartoli doctrinam, augmentum & decrementum ſpectare ad creditorem.

Et licèt poſt tot DD. quæſtionem in terminis reſolventes, ulteriori ratione non indigeat, hæc tamen ſubjicitur. Quia verba pacti prædicti operantur ut libræ non ſint in obligatione, ſed ipſa ſpecierum corpora determinata, ita ut poſito quod 100. duplæ 900. libras conficerent, idem eſſet, ac ſi capitale fuiſſet conſtitutum, non in 900. libris ſed in 100. duplis: ita tradit in terminis pacti Brun. *de augm. limit. 8. num. 5. verſ. 2. quæritur.* Budell. *de monet. c. 7. in fine*, ubi ſtante pacto æquiparat obligationem conceptam in libris, cum obligatione concepta in moneta determinata: & magis in ſpecie Fab. *de num. deb. capit. 11. fol. 834. in fin.* ibi: *& conſequenter videntur aurei ipſi qui numerati ſunt, eſſe in obligatione, ac ſi nulla librarum mentio facta eſſet*: & *cap. 17. fol. 855. in fin. verſ. ſed cùm pactum illud additum eſt, dico non libras eſſe in obligatione, ſed aureos*: & *verſ. atque ideo perinde conſtituenda omnia, ac ſi nullâ librarum mentione facta, aurei ſimpliciter ſoluti eſſent.* Kohl. *d. exerc. leg. 19. n. 7.* ubi fusè Viv. *com. opin. lib. 2. opin. 516. n. 49.* ubi ait illam monetam imaginariam dici reſtrictam ad certam ſpeciem & corpus.

Doctores autem in locis ex adverſo citatis loquuntur in 2. caſu Bartoli, *num. 10. in fine*; ubi conventio incipit quidem à libris, & promittitur reſtitutio in iiſdem ſpeciebus, ſed non fuerunt addita verba, *& ſub eadem æſtimatione*, numeri certitudinem importantia, & hoc modo loquitur Kohl. *num. 23.* in loco per informantes ex adverſo citato. Contrarium enim aſſerit in loco pro parte dictæ D. de Payen allegato, ubi ſcilicet fuerunt addita verba, *& ſub eadem æſtimatione*. Sic Laiman *lib. 3. de iuſtit. tract. 3. part. 1. cap. 8. aſſert. 3. n. 15.* ex adverſo citatus loquitur in 2. caſu Bartoli, & in caſu concl. 8. Covarruviæ, dum ſcilicet fuerunt promiſſa ſpecierum reſtitutione non fuerunt adjecta verba de eadem æſtimatione, aut alia numeri certitudinem impottantia, ut dictum eſt.

Vel loquuntur in caſu quo conventio incipit à moneta ſpeciali æſtimata per libras, putà in 100. aureis ſolaribus æſtimatis ad tres vel quatuor libras: & hanc differentiam notat expreſsè Covarr. *dict. §. unic. cap. 7. concluſ. 7. in medio*: & hoc modo oquuntur Bertazol. & Fab. *cap. 2.* & Kohl. *dict. exerc. 19. n. 20.* ex adverſo citati. Ratio autem prædictæ differentiæ eſt, quia dum conventio incipit ab aureis æſtimatis per libras, aurei cenſentur venditi pro libris; unde libræ, quia ſunt pretium venditionis, ſolæ debentur, non aurei; quandò verò conventio incipit à libris æſtimatis per aureos, & reſtituendis ſub eadem æſtimatione, libræ cenſentur venditæ pro aureis; unde aurei, quia ſunt pretium venditionis, ſoli aurei debentur, ac ſi nulla librarum mentio facta eſſet: ut ait Fab. *dict. cap. 11. fol. 834. in fin. verſic. perinde videntur, & fol. 836. in med. verſic. & quemadmodum, & c. 17. fol. 856. verſic. movet me*, & *verſic. dicam aureos non magis æſtimatos eſſe libris in priore conventionis parte, quàm libras aureis in poſteriore.* Brun. *de augm. lim. 8. num. 5. verſic. Reſpondeo quod iſte eſt propriè caſus.*

Hæc autem deciſio verſatur in caſu quo incipit conventio à moneta imaginaria, reſtricta ad certas ſpecies reſtituendas in eadem æſtimatione numerum importante; & ita loquuntur Bertazol. & Fab. *c. 11.* in locis pro parte dictæ D. de Crivel allegatis. Vnde dicit Maſtrill. *deciſ. 7. n. 9. in fin.* quod ſtante pacto prædicto de ſolvendo in eadem bonitate intrinſecâ & extrinſecâ, caſus iſte non habet contradictorem, ibi: *& ut verum fatear, ſtante ſupradicto pacto, caſus iſte non habet contradictorem, ſi perlegantur deciſiones omnes quæ ex adverſo allegantur.*

Tertiò fuit conſideratum, validam eſſe in jure conventionem de ſolvendis ſpeciebus monetæ ſub æſtimatione currenti tempore contractus, ad vitandum ſcilicet periculum & metum variationis. Vnde dicunt DD. vigore dicti pacti cenſeri inductam ſuper dicta variatione quaſi tranſactionem reſtrictam

ad

ad valorem contractus, ita tradit Budell. *de monet. c. 9. num. 6. versic. rationem subjungit*, ubi hoc argumentum Achyllæum & infracto robore constans appellat, Covarr. *de numism collat. dict. conclus. 7.* ibi, *quoties ab initio fit pactum de pecunia sua certa æstimatione solvenda, ea pactio planè servanda erit, nec mutatio numismatum contrahentibus nocebit, nec proderit*: Brun. *de augm. lim. 8. n. 1. & 5.* Duard. *de censib. ad Bull. Pii V. §. 3. n. 35.* Kohl. *dict. exerc. 19. n. 7. in fine.*

Non obstat quod æstimatio facit emptionem & taxationem. Quia stante pacto prædicto de solvendo in eâdem æstimatione, fallit & limitatur prædicta regula, ut in puncto respondet Belletia *consil. Monetal. num. 20. & 21.* ita ut hoc casu libræ censeantur potiùs appositæ gratiâ demonstrationis, quàm taxationis. Mastrill. *decis. 7. n. 19.* Sola *de Monet. cas. 42. num. 6. 8. & 19.* Boër. *decis. 327. n. 10. & 11.* per textum expressum in *l. si inter virum, Cod. de iur. dot.* ibi: *pacto interposito, ut species æstimatæ doti datæ pretiis quibus æstimatæ sunt, restituerentur, non pretia specierum dari, sed ipsas species debere restitui.* Ita ut in duplo potiùs demonstrationis gratiâ censeatur. Sola *de monet. cas. 43. num. 4. 5. & 8.* Quem sequitur Thes. *de monet. part. 2. num. 56. limit. 3.* Fab. *dict. cap. 11. fol. 834. in fine*, ibi, *ac si nulla librarum mentio facta esset, & fol. 835. in medio, versic. nam quod nostris placet.*

Quartò convincit hæc ratio desumpta ex naturâ & essentiâ ipsius pacti: siquidem certum est in jure, validum esse pactum de solvendo pensionem, vel restituendo sortem principalem in eodem monetarum genere, & eodem, certóque numero, ut fatentur etiam informantes ex adverso; cóque in casu dubium non est, quin damnum & lucrum spectet ad creditorem. Fab. *d. cap. 11. fol. 734. in fine.* Et post Bartol. *in d. l. Paulus*, tradit Rot. Romana *in novis. decis. 682. n. 3. & decis. 687.* Rot. post Duard. *de censib. decis. 219. num. 9. in fine.* Atqui pactum de solvendo species sub eadem æstimatione, seu bonitate intrinseca & extrinseca, numeri identitatem importat, & æquivalet his verbis (*in eodem num.*) Fab. *de var. num. deb. cap. 11. col. 4. fol. 835. in princ.* ibi, *cum eadem species restitui non possint eâdem illâ æstimatione qua & tradita & numerata sunt, quin totidem restituantur*: & sic vigore pacti prædicti non solùm specierum identitas, sed numeri, censetur in stipulationem deducta. Brun. *de augm. d. limit. 8. versic. ita ut sint restituendi in tanto numero qui comprehendat centum libras, considerato tempore contractus*, & magis disertè Kohl. *d. exerc. leg. 19. num. 7. ibi, pactúmque fuerit adjectum ut aurei solvantur sub eadem æstimatione, tempore solutionis etiam præfinita summa erit in totidem aureis omninò solvenda.* Covarr. *d. cap. 7. §. unic. concl. 7. versic. est & alterum exemplum*, ibi, *ut tot floreni sint solvendi, quot tempore contractus efficiebant centum libras.*

Ratio est, quia cùm identitas numeri specierum conflatur ex identitate utriusque bonitatis, scilicet ponderis & valoris; impossibile est quod in iisdem speciebus concurrat identitas utriusque bonitatis de tempore contractus, quin per necesse reperiatur identitas numeri specierum, inspecto contractus tempore, quod inspici debet vi pacti.

Vnde habitâ notitiâ valoris specierum de tempore contractus, facilè supputare licebit numerum specierum: sic pro summa 500. scutorum recepta in sezenis facilè procedit ex calculo numerus 1818. sezenorum ad rationem 16. sol. cum dimidio, prout exponebantur de tempore contractus, ultra tres solidos monetæ pro conficiendo complemento dictæ summæ capitalis 500. scut.

Ad id quod dicebatur, requiri expressam dinumerationem specierum in parte contractus pretij & mutui receptionem cõcernente. Satisfacit responsio, sufficere implicitam, vel explicitam specierum dinumerationem: ad notata per Rebell. *de oblig. justit. lib. 11. q. 15. concl. 8. num. 9.* ibi, *atque adeo sicut expressè vel implicitè*: & *num. 12. ibi, quando contrahentes saltem implicitè*: & per Molin. *de contract. disp. 312. concl. 2. tract. 2. versic. excipe quando ex verbis contractus, aut dispositionis contrarium intelligeretur, nempe in quemcunque variationis eventum, numerum illum monetarum illius rationis esse solvendum*, ubi Covarruviam, *d. n. 5.* cìtat & sequitur.

Vel enim intelligunt certi numeri descriptionem expressis verbis requiri, & hoc esset legem imponere verbis, non rebus; vel concedunt sufficere implicitam & necessariò vi verborum æquivalentium importatam numeri expressionem, & cum prædictis sentiunt; satis enim certum dicitur quod ex calculo aut alio modo certificatur, *l. certum, ff. si cert. pet. & l. ex sententia, Cod. de sentent. quæ sin. cert. quant. profer.* Scacc. *de commerc. §. 7. gloss. 5. n. 117.* & expressiùs dicitur quod ab expresso resultat, *l. si ita, §. qui filio, ff. de bon. poss. sec. tab.* Ludovis. *decis. 66. num. 12.* prout in simili, si de ipsa specie dubitaretur, aliunde probari posse ad effectum augmenti, dixit Thesaur. *part. 2. de monet. n. 19. versic. & si non appareret*, & quando de ipso valore non constat aliunde, justificari posse tradit Gratian. *discep. forens. 51. num. 21.* Idem enim est omninò quod fuerit promissa solutio specierum in eodem numero, aut quod fuerit promissa in eadem bonitate intrinseca & extrinseca, cùm clarè pateat ad oculum ex prædictis, identitatem utriusque bonitatis in iisdem speciebus, numeri identitatem importare.

Et in effectu Bartolus in *d. l. Paulus, n. 10.* & ejus sequaces nullam specierum dinumerationem exprimunt in casu per ipsos formato, ut videre est apud ipsum Bartolum *d. n. 10.* apud Budell. *d. c. 7.* apud Covarr. *d. §. unic. concl. 7. versic. est & alterum exemplum*, apud Kohl. *d. exerc. leg. 19. n. 7.* in quib. locis formatur casus promissionis 100. librarum in florenis, vel 200. librarum in ducatis, vel in aureis. Nec dicunt in tot, & sic de aliis: & tamen in d. casu, propter verba *de eadem æstimatione*, adjecta concludunt eundem specierum numerum deberi. Et magis in terminis ipse Ioan. de Imol. *in d. l. Paulus, n. 7.* & Covarr. *d. concl. 7. versic. est & alterum exemplum*, & Kohl. *d. n. 7.* expressè dicunt ex mente Bartoli, tot florenos vel aureos esse restituendos, quot iuxta æstimationem contractus efficiunt 100. libras, colligúntque *ibid.* numerum specierum ex calculo facto ad valorem tẽporis contractus. Quod si apud aliquos DD. in casibus per ipsos formatis adsit aliqua specierum dinumeratio, id potius ex contingentiâ casus, quàm ex necessitate factum fuit.

Accedit, certissimum esse in iure, numerationem nihil operari, nec attendi quid numeratum sit, sed quid in stipulatione restitui promissum sit, text. est in *l. quæ extrinsecus 65.* ibi, *nam stipulanti denarios, ejusdẽ quantitatis aureos spondendo obligaberis ff. de verb. oblig.* ubi numerantur denarii, & tamen debentur aurei ex obligatione restituendi. Unde dixit Bartolus *in d. l. Paulus*, illa verba, in tot florenis, nihil operari, *ibi: ideo illa verba non operantur aliquid.* Brun. *de augm. d. limit. 8. n. 4.* ibi, *illa verba in tot ducatis, nihil operantur.* Scacc. *de commer. §. 2. gloss. 5. n. 185* ibi, *sicque illa verba in tot cavallotis nihil penitus operantur.* Ergo sequitur, non ex necessitate requiri specierum in contractu dinumerationem, pro pacti prædicti vali-

ditate & juſtitia ; ſed tantùm ex abundanti, & ad faciliorem calculum ſpecierum tempore reſtitutionis faciendum ; ſufficítque ut in reſtitutionis pacto fuerit implicitè vel explicitè ſtipulata reſtitutio ejuſdem certíque numeri, prout in hoc caſu vi verborum, ſcilicet ejuſdem bonitatis intrinſecæ & extrinſecæ, quæ identitatem & certitudinem numeri in eiſdem ſpeciebus neceſſariò important, ut dictum eſt.

Vnde non adverſantur ea quæ tradit Laiman *de juſtit. loc. cit. num.* 15. de certi vel incerti numeri expreſſione. Tum quia dictam aſſertionem limitat *num.* 16. in caſu quo augmentum non ſtabili, nec perpetuò duratura lege factum eſt, prout hîc, ut infra oſtendetur, *verſic. ex cauſa verò auctionis.* Tum etiam quia dictum Laiman allegantes æquivocum facere videntur in verbis ipſius; nec enim dicit quod in parte contractus receptionem rei mutuatæ concernente requiratur numeri ſpecierum deſcriptio, ſed tantùm dicit quod promiſſio ſolutionis, ſive reſtitutionis debiti debet continere expreſſionem certi numeri, hoc eſt, quod non ſufficit promittere reſtitutionem in iiſdem ſpeciebus, ſed ultra requiritur promiſſa numeri ſpecierum reſtitutio. Quæ in hoc caſu promiſſa cenſetur ex verbis *ſub eadem æſtimatione*, ſuperadditis poſt verba de reſtituendo in iiſdem ſpeciebus, ut ſuprà firmatum eſt : & hoc modo etiam citatus per dictum Laiman Covarruvias, *d. c.* 7. §. *unic. n.* 5. diſtinguit caſum ſuæ concluſionis *ſeptimæ*, à caſu *octavæ*, illúdque ſuprà fuit oſtenſum in ſecundo fundamento principali hujus reſolutionis.

Ultimò concurrit æquitas reſultans ex cauſa, & forma auctionis factæ per edictum Regium.

Ex forma quidem, quia dum omnes monetæ pari proportione ſimul augmentum ſuſceperunt, prout hîc, ut conſtat ex tenore edicti, certum eſt omnium rerum pretia ſimul augeri, *l.* 2. *Cod. de vet. num. pot. lib.* 11. Viv. *com. op lib.* 2. *opin.* 516. *num.* 50. Angel. *in d. l. Paulus, ff. de ſolut.* ut etiam ita contigiſſe notorium eſt : ideo ſolutionem fieri debere eodem numero, tradit in puncto Kohl. *exerc. leg.* 19. *n.* 10. ubi rationem ponit, quia pecunia habet relationem ad bona, & ſi tempore contractus dictam pecuniam non mutuaſſet creditor, convertiſſet eam in emptionem bonorum, quæ ſimul cum augmento monetarum ſuſcepiſſent augmentum : ita ut ſi non reſtitueretur pecunia in eodem numero, non poſſet modò creditor comparare prædium, quod ſibi comparaſſet tempore mutui cum d. pecuniâ mutuatâ, ex quo pretia rerum fuerunt aucta cum auctione monetarum. Kohl. *loc. cit. n.* 10. Viv. *com. opin.* 516. *n.* 50.

Ex cauſa verò auctionis monetarum, quæ fuit edicto Regio facta propter bellicam neceſſitatem, & ideo non ſtabili nec perpetua lege duratura, militat in puncto limitatio adducta per dictum Laiman *lib.* 3. *de inſtit. tract.* 3. *part.* 1. *cap.* 5. *ad d. aſſertionem tertiam, n.* 16. ubi dicit etiam præciſo pacto de ſolvendo in eadem æſtimatione, reſtitutionem mutui faciendam eſſe in eodem numero, *quia* (inquit) *neque Principis ſtatuentis voluntas fuit, aut eſſe potuit, ut monetarum mutatio admodum notabilis, & valde diſcrepans ab intrinſeco valore conſtituatur, niſi quatenus id neceſſarium eſt ad præſens periculum pellendum; non autem cum gravi præjudicio & damno creditorum, quibus veterum obligationum jus quæſitum fuit.*

Neque dubitari poſſe viſum eſt, quod etiam ante caſum reſtitutionis ſortis, declarari poſſit, parte petente, quomodò fieri debeat ſolutio, caſu ſcilicet adveniente, ut tradit Oſaſch. *dec.* 130. *per tot. & maximè n.* 13. Scapucc. *de Salvian. lib.* 1. *q.* 14. Hodier. ad Surd. *dec.* 120. *n.* 2. *& 3. & ſeq.* Mart. *de jure cenſ. c. ult. n.* 145.

Ex his ſatis clarè reſultabat pacti prædicti validitas & juſtitia circa formam reſtituendæ ſortis principalis, prout etiam non diffitebantur ex adverſo informantes, qui totam difficultatem ad pactum ſolvendæ penſionis reſtringere videbantur.

QVæ tamen ex motivis jam deductis viſa fuit ceſſare, etiam in capite cenſus annui, cùm rationes quibus communiter approbata in ſorte principali ſententia nititur, præcipuè in penſione procedant, & idem in utroque caſu jus exigant. Kohl. *d. exerc. leg.* 19. *n.* 3. *in fin.* & magis in ſpecie notat Duard. *de cenſib.* §. 5. *qu.* 7. *n.* 1. *&* 4. Rebell. *de oblig. juſtit. lib.* 11. *q.* 15. *n.* 12. ibi, *in contractu mutui, cenſu, cambio, penſion. & cæteris.*

Vnde adſtipulantur ea quæ ſupradicta ſunt, quod cùm identitas utriuſque bonitatis identitatem numeri importet ; idem eſt ac ſi penſio fuiſſet concepta in certo numero, quem tempore contractus conficiebant ſpecies monetæ ſub eadem bonitate intrinſeca & extrinſeca ſolutæ, ex Ioan. de Imol. Covarr. Brun. Kohl. aliíſque *loc. cit.* & ideo ſtante pacto prædicto, ſi monetæ decreviſſent, creditor damnum ſenſiſſet, ergo in caſum augmenti lucrum conſequi debere juſtiſſimum eſt. Rot. *in Recen. d. deciſ.* 149. *num.* 7. *part.* 2.

Et in terminis penſionis annuæ, quod validum ſit pactum de ſolvendo in eadem æſtimatione, ſeu bonitate extrinſeca, tradit in puncto Duard. *de cenſib. ad Bullam Pij V.* §. 3. *quæſt.* 6. *n.* 35. *&* 36. poſt Bartol. *in d. l. Paulus.* Covarr. aliíſque duos ibi citat & ſequitur Cenſ. *de cenſib. in nou. q.* 85. *n.* 42. in illis verbis, *vel pro annua reſponſione.* Theſaur. *de monet. p.* 2. *num.* 65. *&* 66. ubi reprobato Pariſienſi concludit poſt multos, quos ibi citat, etiam in annuo cenſu licitè deberi augmentum. Larrea *deciſ. Granatenſ.* 24. *per totam*, & maximè *n.* 10. *in fin.* ubi in terminis annui reditus citat & ſequitur Fab. *de numar. ſolut. d. cap.* 11. & poſtea *n.* 11. *&* 18. dicit, dum generis obligatio eſt reſtricta ad certam ſpeciem, conventionem ſervandam : nec in annuis reditibus exceſſivam eſſe, ſed validam.

Non obſtat 1. quod ex quittantiis privatis appareat ſolutionem penſionis factam fuiſſe in ſcutis ſexaginta ſolidorum, quaſi inde inducatur quædam poſſeſſio vel obſervantia interpretativa.

Primò, quia ex dictis quittantiis nulla poteſt elici concludens probatio obſervantiæ interpretativæ, dum in iis non fuit facta mentio in quibus monetis, & ad cujus temporis valorem fuerit facta ſolutio; unde vel præſumitur quod ſolutio facta fuerit juxta formam & valorem contractus, vel fieri potuit quod moneta tunc currens correſponderet valori diei contractus, ut tradit in puncto Rot. apud Duard. *de cenſib. deciſ.* 218. *n.* 6. *&* 7.

Secundò, quia ſolutio certis annis facta ſolùm præjudicare poteſt pro præteritis, & non pro futuris ſolutionibus, *l. ſi certis annis, Cod. de pact.* Viv. *com. opin. lib.* 2. *opin.* 516. *n.* 72. *verſ. poſſent*, Rot. *diverſ. part.* 4. *deciſ.* 683. *n.* 1. *&* 2.

Tertiò, quia non tot dantur ſolutiones ex quibus poſſit prætendi inducta præſcriptio, quæ tamen neceſſaria eſt in hoc caſu, ut tradit Viv. *d. com. opin.* 516. *num.* 67. *&* *ſeqq.* Rot. *part.* 4. *diverſ. d. deciſ.* 683. *num.* 3. Cyriac. *controu. for.* 388. *num.* 17. *&* 22.

Non obſtat 2. cenſum augeri non poſſe ex bulla Pii V. quod ex augmento fieri videretur.

Quia reſponſum fuit, inſpecto contractus tempore, quod inſpici debet ex vi pacti, cenſum nec augeri, nec minui, imò prædictum pactum apponi conſulunt

sulunt DD. ut semper census solvatur idem, & eodem modo, inspecto contractus tempore, absque metu variationis, ut supra ostensum est ex Duard. Covarr. Brun, aliisque, & in puncto Thesaur. *de monet. part. 2. num. 65.* ubi nominatim dicit d. augmentum in censuariis obligationibus non refragari Bullæ Pij V. & ita per Senatum fuisse decisum: Larrea *d. decis. Granat. 24. num. 11. 15. & 18.* ubi dicit augmentum non causare excessum in pretio reditus ab initio legitimo & taxato. Et quod per Bullam Pij V. nihil fuerit cautum circa monetarum genus in solvendis annuis pensionibus, notat expresse Duard. *ad d. Bullam Pij V. §. 3. quæst. 6. num. 43.*

Accedit quod Bulla Pij V. non est in usu in præsenti Civitate & Comitatu, ut constat ex regulamento desuper facto per Illustrissimum qu. D. Iosephum Ferrerium Archiepiscopum Vrbin. & Prolegatum Avenion. *sub die 22. Augusti 1609.* Quod est pro rostris: prout in effectu contractus censuales quotidie fieri consueverunt in hac patria, non servatâ formâ dictæ Bullæ Pij V.

Non obstat 3. quod in pacto pensionis solvendæ reperiatur apposita dictio (non minoris) quasi inde resultet aliqua pacti inæqualitas.

Quia illa verba (in non minori) nihil aliud significant in hoc casu quàm *in eadem.*

Primo, quia ex proprietate sermonis in jure verba (non minorem) idem significant quod parem & æqualem, seu eandem, ut est text. in *l. non minorem, & ibi* Glossa *in formatione casus, Cod. de transact.* & ibi notant Iason, Salycet. Bartol. & Roman. Aliique DD. Dum enim Impp. Dioclet. & Maximian. in *dict. l. non minorem*, rescripserunt, *non minorem authoritatem transactionum, quàm rerum judicatarum esse.* Glossa in figuratione dicti casus, necnon DD. suprà citati resolvunt dicta verba *non minorem*, in hæc, *parem esse authoritatem rei judicatæ & transactionis*; quoad scilicet ea de quibus *in dict. lege* cautum est. Donell. *in repetit. dict. l. non minorem*, declarat hæc verba dicens, *eandem esse authoritatem.*

Quæ confirmantur etiam per textus claros in *l. non minus 31. ff. de hæred. instit. & in l. non minus 11. Cod. de Assessor. & in cap. de appellationibus 11.* ibi, *non minus est, ext. de appellat.* in quibus locis DD. d. dictionem *non minus*, exponunt per dictionem *aquè*, aut *æqualiter*; & Bartolus *in d. l. de ætate, q. 3. ff. de minor.* dicit dictionem *minus*, significare *non idem*, & sic non est mirum si d. dictioni *minus*, præposita dictio negativa *non*, significet idem aut æquale, *l. duabus negativis, ff. de verb. signif.*

Imò apud DD. qui materiam monetarum pertractarunt, dictio (non minor) passim usurpatur pro dictione *æquali, vel eadem*: sic apud Thesaur. *part. 2. n. 60. circa fin. vers. atque ideo judicatum arbitror per Senatum Parisiensem, promissa numerorum specie, eandem, & non minorem deberi.* Idem Thesaur. *p. 2. n. 16. vers. non minorem numerum monetæ, stante hoc pacto, & ab eo qui promissus fuerat obligationis tempore.* Et *ibidem p. 2. n. 33.* ibi, *ita ut non minorem summam consequatur in aurea vel argentea moneta illarum florenorum, quàm fuisset consecutus tempore contractus.* Sola *de monet. d. cas. 19. num. 2. in fin.* ibi, *numerum non minorem, nec debitorem intellexisse de majori.*

Secundo, quia ex communi usu loquendi, hujusmodi dictio *non minoris*, pro dictione (*eiusdem vel æqualis*) in commercio usurpatur. Si quis enim à mercatore, vel artifice pretium mercis exquirat, mercator verò respondeat se non minori pretio vendere velle, quàm currenti, vulgo *non moins que se vendent à present*, nemo est qui ex hoc modo loquendi, non æstimet hujusmodi verba *non moins*, negativè simul & comparativè prolata, importare pretij restrictionem ad illud quod est tempore venditionis. Itaut nec plus dare debeat emptor, quàm pretium fuerit, nec minus accipere velit venditor, quàm conventum fuit.

Unde sicut posito quod pretium mercis tempore venditionis fuerit septem librarum, per illa verba *non minoris*, nec magis, nec minus significabatur, quàm pretium & æstimatio septem librarum; ita posito quod tempore contractus, duplarum æstimatio seu bonitas extrinseca sit septem librarum, per ea verba (in non minori bonitate extrinseca eâ quæ currit præsenti tempore) nihil aliud intelligi potest, quàm ut duplæ solvantur ad rationem septem librarum, & sic in eadem. Cùm certum sit quod super verborum intelligentia communis usus loquendi attendi debeat, *l. Labeo, ff. de supell. legat. l. cùm de lanionis, §. item, vers. optimum ergo, ff. de fund. instr.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 8. n. 6.* & valet argumentum in terminis monetalibus ductum à venditione mercium: prout passim DD. utuntur, *in l. vinum, & in l. cùm quid, ff. si cert pet.* quo argumento utitur Duard. *de censib. §. 3. q. 6. n. 22. & 50.* Scacc. *de commer. §. 2. glos. 25. n. 181.*

Tertio, quia ea in contractu interpretatio facienda est, ut servetur æqualitas, & in dubio pactum valeat. Cravet. *consil. 133. num. 8.* Tusc. *lit. V, concl. 99. per tot.* itaut semper excludatur damnum unius ex contrahentibus, etiamsi verba viderentur repugnare & improprietatem inducere. Gratian. *disc. for. cap. 755. num. 12. & 13.* Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 81. & 83.* ubi etiam quod reiicitur interpretatio, quæ cadit in arbitrio unius ex contrahentibus in detrimentum alterius: hoc enim æquitati repugnare dicit Cravet. *consil. 243. num. 9.* Atqui ex tenore & essentia verborum pacti de solvendo in non minori bonitate extrinseca, creditor necessariò sentiret damnum decrementi monetarum, si contigisset: ergo ut servetur dicta æquitas, reiicienda est interpretatio debitoris, quod in casum augmenti creditor lucrum non sentiat, ex Gratian. *d. disc. for. 755. num. 12. & 13.*

Quod autem illa verba, *non minoris*, favorem debitoris in casum decrementi respiciant, apertè demonstratur ex eo, quia si sezeni, vel duplæ æstimatio & valor diminueretur, creditor teneretur & cogi posset illam accipere sub æstimatione conventâ, & non in diminutâ, ne scilicet in minori ab ea quæ erat tempore contractus, acciperet contra formam pacti, non sine suo damno & detrimento. *Verbi gratia*, si de tempore contractus dupla dicitur ad rationem octo librarum, deinde tempore solutionis edicto Regio reducta sit ad sex libras; sanè debitor qui vult solvere juxta pactum, coget creditorem ut duplas accipiat in æstimatione non minori illâ quæ erat die contractus, & sic licèt duplæ tempore solutionis expendantur pro sex libris, creditor cogetur illas accipere ad octo libras, & ita amittet duas libras pro qualibet dupla; si enim acciperet ad rationem sex librarum, prout exponuntur tempore solutionis, acciperet ad rationem minoris valoris eo qui erat de tempore contractus, contra tenorem & vim pacti: ergo sicut in casum decrementi creditor damnum pateretur, in casum augmenti ut æqualitas servetur toties repetita, lucrum consequi debet. Rot. *in recent. d. decis. 149. num. 7.*

Quarto quia dum in eodem instrumento census, apparet contrahentes circa bonitatis intrinsecæ & extrinsecæ clausulam promiscuè usos fuisse dictis verbis *non moindre*, & verbis *de la mesme*; sequitur quod una pars contractus aliam debet declarare, *cap. auditis.*

auditis, extr. de præſc. l. 1. ff. de reb. dub. Cravet. *conſ. pro genero, num. 336.* Bartol. *in l. ſi ſtipulatus, §. Chryſoganus, ff. de verb. oblig.* Gratian. *diſc. for. cap. 757. num. 7. & 8.* Unde elicitur clara partium intentio quæ videtur ponere falcem ad radicem, quod per dictionem, *non moindre*, in hoc caſu nihil aliud fuerit intellectum, quàm *eſgale*, ſive *la meſme*.

Quod evidentiùs apparet, quia ſi D. creditrix exiſtimaſſet ſe majus percepturam commodum ex verbis *non moindre*, quàm ex verbis *de la meſme*, ea potius adhibuiſſet in pacto reſtituendi capitalis, circa quod majus ipſius verſabatur intereſſe: cùm tamen in eo fuerint adhibita verba *de la meſme*, non autem verba *de non moindre*: quod apertè convincit claram contrahentium mentem, à qua tota contractus ſubſtantia dependet, & in interpretatione facienda recedi non debet: ad latè tradita per Barboſ. *axiom. 148. n. 1. & ſeqq.* Budel. *de monet. c. 25. n. 9.* Et certum eſt, quod in mutationibus monetæ inſpiciendum eſt quid veriſimilius inter contrahentes conventum ſit, & quomodo veriſimiliter interrogati reſpondiſſent, arg. Gloſſ. *in l. tale pactum, Cod. de pact.* ut poſt Calcan. *conſ. 15.* tradit Sol. *de monet. caſ. 19. n. 3.*

Augetur vis fundamenti prædicti ex eo quod, vel illud quod contrahentes ſub verbis (*in non minori*) intellexerunt, potuit cadere ex eorum mente, ſuper minori, vel majori, vel æquali valore; ſed non fuit intellectum de minori, quia verba ſunt clara (in non minori,) nec etiam de majori, ut oſtendetur: ergo de æquali. Quod autem de majori intellectum non fuerit, patet; quia alioqui illud pactum reddi poſſet eluſorium arbitrio debitoris, quod dicendum non eſt, ut expreſsè notat Gratian. *diſc. for. 755. n. 13.* dum cogeretur à debitore creditor accipere monetas verbi gratiâ duplas ad rationem majoris æſtimationis eâ quæ erat die contractus, in grave ipſius præjudicium, quod veriſimile non eſt: ut in puncto tradit Sola *de monet. caſ. 19. num. 1. verſic. puto creditorem intellexiſſe ſub verbo ſpeciei numerum non minorem, nec debitorem intellexiſſe de majore, ne præſumatur unus atque alter voluiſſe jactare ſuum*: & *n. 3.* ibi, *quia veriſimiliter interrogati ſic reſpondiſſent.*

Ergo dum ex clara contrahentium mente ex ipſo contractu elicitâ, dum ex ſermonis proprietate, ex communi uſu loquendi, ex æquitatis & æqualitatis ratione verba *in non minori*, verbis *in eadem* æquivalent, ſequitur ſatisfactum objectioni; ac proinde ſubſiſtere pactum tam quoad ſortem principalem, quàm etiam quoad annuam penſitationem.

Prædictum verò pactum non ſolùm validum eſt, ut ex hactenus deductis apparet; ſed etiam, quod plus eſt, dicitur eſſe de naturalibus contractus, ut ait Sola *de monet. caſ. 42. num. 4.* ubi nominatim exemplum conſtituit in pacto reſtituendi in eadem bonitate intrinſeca & extrinſeca. Mozz. *de contract. mut. tit. de natur. num. 10. & 12.* ibi, *niſi pacto aliud cautum ſit.* Io. Bolognet. *cc nſ. 11. n. 37.* quem citat & ſequitur Gaſp. Belletia *conſilio monetali poſt tract. Sola de monet. n. 26.* ibi, *pactum quod pecunia mutuata reddatur in eadem bonitate intrinſeca, & extrinſeca, eſſe de naturalibus contractus*, quod conſilium Belletiæ approbavit Senatus Sicilienſis apud Maſtrill. *dict. deciſ. 7. n. 5. 6. 9. 10.* & in caſu dicto Belletiæ juxta illius conſilium ita fuiſſe judicatum in Senatu Taurinenſi teſtatur Theſaur. *de monet. part. 2. n. 57.* Et indubitabilem hanc concluſionem, ſtante pacto prædicto tradit Brun. *de augm. concl. ult. 16. part. n. 2. fol. 195.* & dictum pactum non habere contradictorem declarat Maſtrill. *dict. deciſ. 7. num. 9. in fin.* & hujus pacti validitatem eſſe receptam tam in foro, quàm in ſcholis, tradit Budell. *de monet. cap. 3. num. 6. 7. & 13.* & de communi opinione teſtatur Maſtril. *d. deciſ. 7. num. 9.* necnon Rener. Budell. *dict. cap. 7. verſic. & tunc communis eſt* DD. *ſententia.* Et tam in foro fori, quàm in foro poli, ſeu interno conſcientiæ, tradit ultra citatos Rebell. *de oblig. juſtit. lib. 11. quæſt. 15. concl. 8. & ultima*, Molin. *de contract. tract. 2. concl. 2. diſp. 312. verſ. excipe quando ex verbis.* Megal. *tr. 2. conſeſſ. inſtit. lib. 2. cap. 7. quæſt. 2.* Et non repugnare Bullæ Pii V. concludit Theſ. *de monet. part. 2. n. 65. & 6.* Et ita juxta prædictum pactum fuiſſe judicatum teſtatur Maſtrill. *dict. deciſ. 7. in fin. verſic. ex præmiſſis judicavit.* In cujus deciſionis caſu pactum continebat expreſsè verba de ſolvendo in eadem bonitate intrinſeca & extrinſeca, ut conſtat *ibid. n. 9.*

Propterea non multum curandum eſt de deciſione Dolana apud Grivellum *deciſ. 110.* in quâ licet ipſe Grivellus ſequutus fuerit opinionem Bartoli, Covarr. & Fabri *cap. 11.* quos ibi allegat *num. 3. 4. & 5.* Tamen prævaluit in dicto Senatu Dolano contraria impii Molinæi ſententia, ibi: *prævaluit Molinæi ſententia & authoritas apud Senatum noſtrum*, quem Molinæum referre, refellere eſt, & dum damnata eſt ejus memoria, condemnanda eſt ejus opinio: maximè cùm dicta doctrina Bartoli in *dict. l. Paulus*, excepto dicto Molinæo reperiatur ab omnibus approbata cum communi, ut nominatim teſtatur Rebell. *dict. lib. 12. quæſt. 15. num. 11. verſic. præſertim cùm juxta Bartoli ſententiam.* Ideo in hoc tribunali prævalere debet.

Vltima, quod ex ſeipſâ corruit & ridicula ſit prædicta impii authoris & ſequacium opinio: dicit enim licitum quidem eſſe pactum prædictum, & juxta illud ſolutionem faciendam eſſe in iiſdem ſpeciebus, & eodem numero, ſed quod plus erit propter ſuperventum augmentum, reſtituendum eſſe per creditorem debitori in alia proba moneta, ut videre eſt apud *dictam deciſion. 110. num. 2. & 5.*

Sed ſi dicta conventio licita ſit, ut ipſe damnatus author fatetur, cur non ſervanda? cur ſolutio iuxta illam facta non tenet? nec enim ſolutum dicitur quod non durat ſolutum, vel ſtatim reſtituitur, *l. qui ſic ſolvit 55. ff. de ſolut.* Scacc. *de commer. c. §. 1. q. 1. num. 211.* vel ſi ſolutum augmentum debitori reſtituendum ſit, ut ipſe dicit, cur exiſtimat eſſe ſolvendum? cùm iura non admittant huiuſmodi circuitus, *l. ſingularia, ff. ſi cert. petat. l. Dominus, ff. de condict. indeb. Clement. unditor de Reſcript.*

Ad alias obiectiones quæ fieri poſſent, hoc unico ſatisfieri fundamento viſum eſt, ſcilicet ſtante pacto prædicto, ſpecies & certum numerum eſſe in obligatione, non libras, quæ ſunt tantùm gratiâ demonſtrationis, non taxationis vigore pacti, ut ſuprà firmatum eſt.

Vel ſi malis inſpici debere vi pacti tempus contractus, quo inſpecto nec exceſſum, nec diminutionem, ſed identitatem ſummæ ſemper reſultare cum reciprocatione & æqualitate, non obſtante quacumque variatione poſtea contingente, quæ uti per accidens, & à Principis facto dependens, nullius eſſe poteſt conſiderationis, ut ſupra dictum eſt.

Et ex his ita utraque parte informante fuit deciſum, &c.

CAPVT

CAPVT XIX.

Licentia capiendi pecunias sub censu annuo data Communitati à Superiori, ad rationem trium librarum pro quolibet scuto, utrùm reddat invalidum pactum in contractu census appositum de restituendo sortem in casum extinctionis, in iisdem speciebus.

SVMMARIVM.

1 *Moneta imaginaria dicitur illa cujus nullus certus cuditur numerus.*
2 *Explicatur* consil.60.*Gargiarei*,volum.2.*& n.*7.
3 *Moneta imaginaria solam æstimationem recepit ex certis monetis, ex quibus conficitur.*
4 *In moneta imaginaria cadit etiam distinctio bonitatis intrinsecæ,& extrinsecæ.*
5 *Pactum de restituendo in eadem monetæ bonitate, est de naturalibus contractus census.*
6 *Concedens licentiam faciendi aliquem actum, censetur etiam dare facultatem ea omnia faciendi, quæ sunt de naturalibus illius actus.*
7 *Licentia data aliquid faciendi extenditur ad omnia annexa, & consequutiva, ac dependentia illius actus.*
8 *Clausula*,quorum tenores *facit ut actus enunciatus habeatur pro inserto ad longum in rescripto.*
9 *Clausula in rescripto apposita,per quam fit relatio ad instrumentum conficiendum, fortior est illâ quæ fit ad jam confectum; quia prima relatio est vera, secunda verò ficta.*

PRopositum fuit dubium,utrùm procurator Communitatis, cui datum fuerat mandatum, & concessa à Superiori licentia capiendi sub censu annuo nomine Communitatis, summam 400.scutorum sexaginta solidorum pro quolibet, potuerit apponere in instrumento venditionis census pactum de restituendo eadem species, in casum extinctionis.

Pro negativa adducitur *consil.*60. Gargiarei, *lib.*2. quod videtur punctuale, cum rationibus ibi per eum copiosiùs allegatis.

Sed tamen fuit conclusum,contractum & pactum in ea appositum de restituendo sortem in iisdem speciebus, in quibus procurator communitatis pretium census receperat, validum esse: neque defectu mandati impugnari posse, aut defectu licentiæ Superioris in similibus contractibus requisitæ.

1 Primò, quia magna est differentia inter licentiam restrictam ad certam monetæ speciem, & illam quæ data fuit in moneta imaginaria, qualis est illa,de qua agitur: cùm nec tempore licentiæ,nec tempore præsenti ulla scuta 60. solidorum cudantur. Cens. *in tract. de censib. q.* 85.*n.*15. unde moneta illa dicitur imaginaria: ex traditis *dicto num.*15.

2 Consilium illud Gargiarei procedit in primo casu, in quo data fuerat licentia imponendi censum annuũ pro capitali 600.ducatonorum pro reditu 45 ducatonorum:& procurator constituerat illum reditum pro 16.duplicibus Hispanicis,& tribus quartis cum dimidia; sortem verò in 225 duplicibus etiam Hispaniæ, non faciendo aliquam mentionem de ducatonis, ad quas species restricta fuerat licentia, quæ in sua forma specifica observari debebat, & per æquipollens adimpleri non poterat.

Sed nos versamur in secundo casu: quia Superior non dederat licentiam restrictam ad aliquod certum genus,seu speciem monetæ argenteæ,prout in primo casu,sed respexerat dumtaxat monetam imaginariam, † quæ ex aurea vel argentea confici potest; nec ali- 3
quam æstimationem ex se ipsa recipit, sed tantùm mediantibus aliis monetis,ex quibus conficitur: ut dicit Thesaur.jun.*in tract.de augment. monet. part.*1. *n.*23.Brun.*in eod.tract.part.*1.*in* 6.*declar.n.*1.

In qua moneta imaginaria cadit distinctio boni- 4
tatis intrinsecæ & extrinsecæ, prout variantur monetæ ex quibus ipsa componitur.Rot.*decis.*214.*n.*4.apud Censium,& Lotter.*de re benefic.lib.*1,*quæst.*39.*n.*220. *usque ad* 224.& sæpæ superiùs diximus.

Vnde infertur primò,quod quando procurator Cõmunitatis fecit conventionem super restitutione sortis in eadem bonitate intrinseca, & extrinseca; nihil fecit contra,vel præter formam licentiæ datæ Communitati: quia licentia sub moneta imaginaria concessa comprehendebat utramque bonitatem,tam intrinsecam,quàm extrinsecam,ut mox ostensum fuit.

Secunda ratio principalis quę sola satisfacere posset 5
dubio proposito,petitur ex eo quod pactum de restituẽ lo sortem in eadem bonitate intrinseca & extrinseca, est de naturalibus contractus censualis, ut dicit Gasp.Bellet.*in suo consilio monetali inserto post tractatum de monet.n.*25. Hæc enim est natura cõtractus,ut eodem modo, & sub iisdem qualitatibus dissolvatur, quo fuit cõstitutus,*l.ab emptione,ff.de pactis.*† Atqui 6
quando Princeps,vel Superior concedit licentiam faciendi aliquem actum,censetur etiã cõcessisse ea omnia quę sunt de natura ipsius actus. Rosent.*de feud.c.*9. *concl.*19.*n.*8.Surd.*decis.*182.*n.*4 *&* 5.*&decis.*220.*n.*19.

In casu verò dicti consilii in dubiis allegati, non 7
agebatur de naturalibus contractus,sed de re omninò contraria licentiæ concessæ:veluti in casu proposito, si Communitas habuisset licentiam accipiendi 400. scuta in sezenis, vel ducatonis; & procurator illa accepisset in moneta aurea,hoc casu licentia non suffragaretur: quia fuisset excessum à moneta argentea ad auream;sed casu proposito licentia ad nullam certam monetæ speciem restricta fuit: & sic casus est omninò diversus.

Non dicitur in illo cõsilio,quod procurator monasterii cõtravenisset licentię summi Pontificis,si accepisset 600.ducatonos,& promisisset in casu restitutionis reddere eandem ducatonorum quantitatem: hoc enim casu aliter sine dubio author ille loquutus fuisset,cùm pactum de restituendo sortem in iisdem speciebus sit de naturalibus contractus, & per consequens in licentia comprehensum,ut dictum est.

Tertia ratio petitur ex eo, quod licentia Principis 8
concessa in actu principali,extenditur ad omnia consequutiva,annexa, & concomitantia ipsius actus; & quæ probabiliter Superior concedens credere potest intervenire debere, vel consuevisse in eodem actu. Rosental.*de feud.cap.*9. *concl.*19.*n.*2. *& in gloss.B. & C.* Vnde cùm notorium sit de tempore celebrati contractus,omnia annuorum reditum instrumenta fieri consueta sub illo pacto restituendi sortem in iisdem speciebus, tale pactum sub Principis licentia continetur; quæ circunstantia non aderat in casu consilii superiùs allegati.

Quarta ratio est, quia procurator Communitatis 9
fuit constitutus in eodem instrumento,& eadem conclusione, quę cũ omnibus per eum gestis fuit approbata per Superiorẽ,sub illa clausula, *Quorum tenores, &c.*cõtenta in illa licẽtia;& sic perinde est ac si totus tenor conclusionis & mandati facti per Communitatem fuisset incertus. Barbos.*de clausc.*127.*n.*6. Atqui

in dicto inſtrumento mandati, data fuit facultas procuratori contrahendi cum libera, & apponendi omnia pacta ſibi bene viſa : quod non fuerat factum in caſu conſilii in dubium allegati.

Quinta ratio petitur ex forma dicti reſcripti, & licentiæ à Superiori conceſſæ ; in qua datur facultas dicto procuratori Communitatis celebrandi omnia acta, & inſtrumenta cum obligationibus, ſubmiſſionibus, juramentis & aliis clauſulis requiſitis : unde quidquid continetur in inſtrumento poſt licentiam confecto, dicitur etiam in ipſa licentia contineri, tanquam relatum in referente. Anchar. *conſil. 7. n. 2. in fine*, & tradit de Pont. *in tract. de poteſt. Pror. tit. 6. de aſſenſu Reg. n. 20. propè finem, verſ. & inſuper ſi aſſenſus*, ubi dicit quod propterea non ſunt attendenda alia verba, quàm ea quæ continentur in inſtrumento poſt licentiam confecto : quia quidquid in illo inſtrumento conventum reperitur, in ipſa quoque licentia dicitur contineri : quod indubitatum dicit *n. 34.* & optimè Duran. *dec. 145. n. 19. & 20.* ubi dicit quod relatio Papæ ad inſtrumenta conficienda ſine clauſula, *Quorum tenores*, eſt fortior illâ quæ habet relationem ad inſtrumenta jam confecta, licèt contineant dictam clauſulam. Quia in iſto ſecundo caſu dicitur relatio ficta, ſed in primo caſu (qui noſter eſt) dicitur relatio vera, certa, indubitata, & individua ; & quod licentia Superioris contineat omnia actus principalis conſequutiva, bene comprobat Cyriacus *controverſ. 189. à num. 27. ad n. 30. cum ſequentibus.*

Tandem hoc negotium, in quo difficultas iſta fuerat propoſita, tranſactione ſopitum eſt.

CAPVT XX.

De tondente monetam alieni Principis, quâ pœnam mereatur. Quid ſi monetam alterius Mornarchiæ quis fabricaverit, utrùm pœnam mortis mereatur. Bulla Pii V. contra Monetarios, utrùm ſit obſervanda in civitate Avenionenſi, & Comitatu Venayſſino. Vtrùm pœna confiſcationis bonorum locum habeat in tondente monetam. Et utrum pro uno eodemque delicto, poſſit pœna corporalis infligi unà cum mulcta pecuniaria.

SVMMARIVM.

1 *Tondens monetam alieni Principis non debet condemnari ad pœnam mortis.*
2 *Tondens monetam etiam proprij Principis, mortem non meretur.*
3 *Tondens monetam minùs delinquit quàm fabricans.*
4 *Fabricans monetam alieni principis de jure pœnam mortis non incurrit.*
5 *Statutum loquens de fabricante monetam, non extenditur ad radentem, ſeu tondentem.*
6 *Quando non conſtat de initio obſervationis, qui dicit conſtitutionem eſſe uſu receptam, illud probare tenetur.*
7 *Conſtitutio pœnalis non afficit ignorantes, niſi fuerit publicata in qualibet provincia, nec ſufficit quod fuerit Romæ publicata.*
8 *Ad excuſandum à pœna conſtitutionis Extravagantis non notæ, probabilis ignorantia ſufficit.*
9 *Conſtitutio Principis generalis, continens pœnam, quoad caſus non expreſſos recipit interpretationem à jure communi.*
10 *De jure communi nunquam proceditur ad confiſcationem bonorum contra præſentem, niſi in crimine hæreſis, & læſæ Majeſtatis.*
11 *Crimen læſæ Majeſtatis non committitur adverſus Principem extraneum, in caſu fabricationis monetæ, aut ſimilibus.*
12 *Pro uno delicto non eſt duplex pœna imponenda; & ſi impoſita fuerit pœna corporalis, non eſt cumulanda pecuniaria.*

QVi monetam alterius quàm ſui Principis tondere, aut radere auſus eſt, non ultimi ſupplicii pœnâ, ſed aliâ minori, Judicis arbitrio plectendus eſt, ex Iul. Scarlatin. *inter conſil. crimin. diverſ. conſil. 115. n. 3. vol. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 7. c. 27. n. 3.* Hippol. de Marſil. *conſil. 71. n. 10. & 11.* Grat. *conſil. 72. n. 10. & 11. part. 1.* Farinac. *de crimin. læſæ Majeſtatis, quæſt. 115. n. 105. & 106.* † Imò generaliter quod tondens monetam etiam ſui Principis, non pœnâ ultimi ſupplicii, ſed aliâ capitali, veluti relegationis, aut ſimili, puniendus ſit, docet Gomeſ. *ad l. 83. Tauri, num. 4.* ubi ad hoc allegat Bart. Cyn. Salicet. & Hyppolit. & hanc communem eſſe Doctorum ſententiam teſtatur Caball. *reſol. crimin. cap. 101. n. 4. & 5.* Peguera *deciſ. 86.* ubi ita deciſum refert. Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. quæſt. 5. princip. n. 7.* Lucas de Pen. *in l. fin. Cod. de vet. numiſm. poteſt. lib. 11. verſic. item nota quod nummos.* Farin. *d. quæſt. 115. num. 105.* ubi notandum eſt quod appellatione pœnæ capitalis, non venit pœna ultimi ſupplicii. 1 2

Quia minus delinquit tondens monetam, quàm fabricans. Scarlatin. *d. conſil. 115. n. 5.* Maſtril. *d. conſil. 71. num. 11.* 3

Et tamen ex communi ſententia fabricans monetam alterius Principis, etiam Superiorem non recognoſcentis, non punitur pœna mortis. Vivi. *opin. 519. n. 3.* Farinac. *d. quæſt. 115. n. 72.* qui hanc communem eſſe opinionem teſtatur. 4

Vnde infertur quod diſpoſitio ſtatuti Avenionenſis loquentis de fabricantibus, aut cudentibus monetam alterius Principis, non poteſt referri ad tondentes, cùm in pœnalibus non fiat extenſio ; quando delictum, non factâ extenſione, non remanet impunitum, eſto quod mitiori pœna plecteretur, ut explicat Farin. *in fragmen. litera E. n. 144. & 149.* hoc autem caſu, ceſſante pœnâ ſtatuti, delictum non eſſet impunitum, quia reſtaret pœna juris communis : ergo, &c. 5

Non obſtat conſtitutio Pii V. quæ eſt in Bullario *n. 115.* qua cavetur monetam tondentes & fabricantes, eâdem pœnâ ſupplicii afficiendos eſſe.

Primò, quia conſtitutio illa nunquam fuit uſu recepta in his partibus : ſi autem Fiſcus alleget illam eſſe uſu receptam, hoc tenetur probare : quia licèt allegans conſtitutionem uſu fuiſſe receptam, habeat pro ſe juris præſumptionem, quando conſtat de initio receptionis ; tamen quando non conſtat de illo initio, onus probandi quod fuerit uſu recepta, ſpectat ad allegantem ; & ſic ad Fiſcum. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 2. num. 1. 2. 3. & 4.* 6

Secundò, quidquid ſit de quæſtione illa, utrùm conſtitutio Romæ publicata afficiat extra montes degentes : de qua nunc non agitur, hoc certũ eſt, dum agitur de conſtitutione pœnali, illâ non afficere ignorantes, quoad incurſum pœnæ, niſi fuerit publicata in qualibet provincia. Anchar. Iunior *lib. 2. q. 59. n. 2.* ubi de communi teſtatur. † Et ratio eſt, quia ad excuſandũ à pœna conſtitutionis Extravagantis non notæ, ſufficit 7 8

proba

probabilis ignorantia. Puteus *dec.274.lib.1.n.1.in correct.* Rot.diverf.*dec.578.n.3.part.1.* Duard.*de cenſibus, §.7.quæſt.3. num.1.verſic. nec obſtat.* Farin.*in fragm. litera C, num.658.* ubi dicit quod ſimile dubium fuit per compoſitionem terminatum, ipſo exiſtente fiſcali Procuratore, & reſidet in hac ſententia; (quia agebatur de graviſſima pœna) quod conſtitutio Romæ publicata non afficeret ignorantes alibi commorantes. Gabriel *conſil.178. num.27. & 54. volum.2.* Tuſch.*litera L,concluſ.255. num.18.19.& 20.* ubi maximè hoc procedere aſſerit quando agitur de conſtitutione, quæ non eſt notoria, quamvis ſit impreſſa.

9 Tertiò Reſpondetur quod cùm conſtitutio illa non loquatur de monetis Principum extraneorum, debet intelligi ſecundùm diſpoſitionem juris communis: & ſic ut locum habeat duntaxat in tondentibus monetam ſummi Pontificis ſupremi Domini, & Principis noſtri: ut in ſimili tradit Marſil. *dict. conſil.71. num.16.* & in propriis terminis Iul. Scarlatin. *dict. conſil.115. num.9.* ubi ſic ait: *Secundò, non eſt locus pœnæ mortis,nec ſtatuto,aut proviſioni prædictis; quoniam,quamvis generaliter & indiſtinctè loquantur,recipiunt interpretationem à jure communi,ut intelligantur de tondente monetam Papæ,non autem alienam,ſicut ſtatutum de fabricante, quod eſt fortius.* Atque ita docet Alexander *conſil.104.n.5.volum.1.* Quod corroboratur ex traditis per Farinac. *d.quæſt.115. n.105. & 106.*

Concluſum itaque fuit non eſſe locum pœnæ ordinariæ,ſed alteri extraordinariæ, Iudicis arbitrio; & ita fuit obſervatum,ac reus vitam ſalvam habuit: ad pœnam tamen fuſtigationis fuit condemnatus, cùm eſſet confeſſus,& convictus.

Verùm deſiderante Iudice ultra pœnam fuſtigationis procedere ad confiſcationem bonorum, aut ſaltem ad aliquam pœnam pecuniariam; Dixi hoc fieri non poſſe,& ſecundùm meam ſententiam judi-
10 catum fuit & obſervatum. † Cùm enim non ſit locus pœnæ ordinariæ delicti, non poteſt etiam confiſcationi locus eſſe: quia per text. *in Authent. bona damnatorum,C.de bonis proſcriptor.& damnat.* ſecundùm juris communis ſanctionem nunquam procedi poteſt ad pœnam confiſcationis, niſi in crimine hæreſis,& læſæ Majeſtatis humanę. Menoch.*conſil.1007. n.41.* Farin.*q.25.n.10.* Guazzin. *de defenſionibus reor. defenſ.10. circa annot.bon.n.3.* cum *ibi* citatis: ita ut ſententia, aut decretum aliter factum, ſit ipſo jure nullum, tanquam continens expreſſum juris errorem; & ſic nunquam tranſeat in judicatum. Farin. *dict. q.25. n.3.* Hìc autem nullum eſſe crimen læſæ
11 Majeſtatis ſuprà oſtenſum eſt: † non enim adversùs Principem extraneum, ille qui ſubditus non eſt dicitur crimen læſæ Majeſtatis committere. Rolandus in terminis falſæ monetæ fabricatæ à non ſubdito illius ſub cujus imagine facta fuit,*conſil.4.n.1.& 2.volum.1.* Clarus *in §.læſa Majeſtatis,n.6.* Gomeſ.*lib.3. variar.reſol. cap.2.n.20. verſic.unum tamen eſt.* Idem Roland.*conſil.15.num.7.lib.4.& conſil.1.n.26.& 27. lib.3.*

12 Nec obſtat ſi dicatur, quod ſi non confiſcationi, ſaltem alicui pœnæ pecuniariæ erga Fiſcum locus eſſe debet. Quia reſpondetur,ſi imponatur pœna corporis afflictiva, non poſſe cum ea cumulari pœnam pecuniariam: Non enim aut ſuadet ratio, aut æquitas patitur, pro eodem delicto duplicem pœnam cumulari. Marius Anthon. Maceraten.*lib.3.reſol.45. num.9.* Præſertim hoc caſu, quia pœna pecuniaria ad meram vindictam imponeretur. Giurb. *conſil.25. num.24.* Farin. *de accuſat. quæſtion.4. num.11.* Guazzin. *de defenſ. reorum,defenſ.33.c.21.n.10.* Hic reus fuit etiam abſolutus à pœna pecuniaria, ſed fuſtigatus, ut dictum eſt.

CAPVT XXI.

Creditor qui ſub annuo cenſu pecunias dedit, ea lege ut ex illis creditor alius anterior ejus qui ſe obligavit ad cenſum, dimitteretur,non ſuccedit in hypothecis creditoris dimiſſi, quando illius creditum fuit per novationem extinctum,maximè quoad cenſus currentes, vel decurſos, ſi creditum dimiſſum non erat ex ſui natura fructiferum. Et ex quibus dicatur inducta hoc caſu novatio. Bona fideicommiſſo ſuppoſita, utrum pro fructibus dotis, qui in magnam molem excreverunt,alienari poſſint beneficio *Authent.res quæ, C. communia de legat.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor ex cujus pecunia anterior dimiſſus eſt, ſuccedit in hypothecis creditoris dimiſſi.*
2 *Qui prior eſt pro ſorte principali,præferendus quoque eſt pro uſuris. Intellige ut n.27.*
3 *Fructus non ſequuntur hypothecam ſummæ principalis, dum agitur de legatis.*
4 *Pecunias pro ſolutione dotis dans ad cenſum, vtitur privilegio dotis, & illius anterioritatis,tam pro ſorte principali,quàm pro cenſibus decurrendis. Vide n.23.*
5 *Novatio quæ per ſententiam fit, dicitur cumulativa, non autem extinctiva.*
6 *In arbitramento aliud dicendum eſt, quia novationem inducit extinctivam.*
7 *Per ſententiam quæ lata fuit in executionem alterius ſententiæ,non inducitur novatio.*
8 *Novatio inducitur ex actu poſteriori ſi ſit incompatibilis cum primo.*
9 *Facilius inducitur novatio ratione fructuum,quàm reſpectu ſortis principalis, & n.15.*
10 *Intereſſe alterius intereſſe, an & quomodò peti poſſit.*
11 *Quando inducatur novatio,ſi creditum convertatur in annuum cenſum.*
12 *Intereſſe quod ex ſtatuto Avenionenſi adjudicatur creditori, ad rationem ſeptem pro quolibet centenario, an & quando peti poſſit a die oppoſitionis factæ per debitorem.*
13 *Intereſſe debitum in vim* l.curabit,Cod.de action. empt.*poteſt cedi tertio.*
14 *Novatio inducitur, ſi per contractum annui cenſus ſors augeatur, aut minuatur.*
15 *Novatio inducitur quoad fructus, etiamſi non eſſet inducta quoad ſortem.*
16 *Ampliatur ut procedat, etiamſi ageretur de fructibus debitis in vim* l.curabit,Cod.de act.empt.
17 *Ceſſio limitata ad ſummam principalem, non extenditur ad intereſſe.*
18 *Quando intereſſe non procedit immediatè ab eadem ſorte principali, non habet eandem hypothecam.*

19 *Fructus annuorum redituum propriè non ſunt accеſſorii ſortis ; cùm per ſe, & principaliter debeantur.*

20 *Per venditionem ſub haſta primus debitor liberatur ; & novatio regulariter inducitur.*

21 *Creditor conſentiens bona ſui debitoris liberari ſub haſta, nullâ reali pretii numeratione interveniente, cenſetur remiſiſſe hypothecam ſibi aliàs competentem ſuper bonis ſui debitoris.*

22 *Solvens priori creditori non ſuccedit in ejus locum, ſi illius hypotheca fuerit per nouationem extincta.*

23 *Dubia redditur opinio, quod bona fideicommiſſo ſuppoſita poſſint alienari pro fructibus dotis decurſis.*

24 *Dans pecunias pro extinguendo debito, quod eſt ſub cambio, non præfertur aliis creditoribus pro ſecundis cambiis.*

25 *Si maritus fuit negligens in exigendis dotis fructibus, non poteſt agere contra bona ſuppoſita fideicommiſſo, ſecundùm Fuſarium.*

26 *Nullâ factâ diſtinctione negligentiæ, vel diligentiæ, marito datur Salvianum contra bona fideicommiſſo ſuppoſita, ex mente Rotæ Romanæ.*

VEnditis ſub haſta bonis communis debitoris, lata fuit ſententia graduatoria, per quam duo inter cæteros collocati fuerunt creditores. Primus pro debito pecuniario cum fructibus à die oppoſitionis, ad rationem ſeptem pro quolibet contenario, juxta ſtatutum noſtrum. Secundus pro alio credito poſteriorem hypothecam habente. Liberatarius bonorum accepit à tertio pecunias ſub cenſu annuo, quas promiſit impendere in ſolutionem crediti anterioris, prout ſoluit tam pro principali, quàm pro fructibus decurſis, & majori valore monetarum, facto per aliam ſecundam ſententiam calculo iſtarum omnium ſummarum.

1 Quæſitum fuit utrùm ille tertius qui pecunias dedit ad cenſum, præferendus ſit pro cenſibus decurſis dicto ſecundo creditori, cujus creditum fuit per dictam ſecundam ſententiam liquidatum, & adjudicatum ſuper pretio dictorum bonorum liberatorum.

2 Et quidem primo intuitu videbatur concludendum creditorem, qui pecunias dedit ea conditione ut ex illis primus creditor dimitteretur, præferendum eſſe tam pro ſorte annui reditus, per emptorem bonorum conſtituti, quàm pro penſionibus decurſis; & in futurum maturandis: ex regula generali, de qua in *l. 1. Cod. de his qui in prior. credit. loc. ſucced.* Rot. *deciſ. 319. num. 2. part. 4. diverſ.* Cùm ergo pretium cenſus fuerit in effectu converſum in ſatisfactionem creditoris, qui ſuper bonis ſubhaſtatis ſine ulla controverſia potiorem habebat hypothecam; videtur illum qui pecunias mutuavit, ſeu dedit, præferendum eſſe poſteriori.

3 Quæ prælatio non ſolùm pro ſorte principali, ſed etiam pro fructibus cenſus debitis, vel debendis concedenda eſt: cùm de jure qui prior eſt in ſorte, prior quoque in uſuris debeat declarari. Tuſch. *littera H, concl. 129. n. 24. & ſequentibus.* Felician. de Sol. *in tract. de cenſib. tom. 1. lib. 3. c. 5. n. 18.* Maynard. *lib. 3. cap. 33.* Pacif. *de ſalvian. interdict. inſpect. 3. cap. 4. n. 7. & 8.* Gaitus *de credito, c. 4. q. 10. n. 1176.* Barz. *deciſ. Bonon. 108. n. 1. & ſequentibus.*

Et licèt Surd. *deciſ. 271.* aliter ſenſiſſe videatur; tamen loquitur in legatis, in quibus verius eſt fructus non ſequi hypothecam ſortis. Coſt. *de rata, quæſt. 60. num. 5.* Vincent. de Franch. *deciſ. 374. num. 12.* Theſaur. Iun. *lib. 4. q. 25. n. 7.* Nos autem verſamur in contractibus, in quibus longè diverſa ratio eſt: teſte Neguſant. *de pignor. 5. membr. 1. partis, n. 19.*

Denique quia in ſimilibus terminis, quando quis 4
pecunias dedit ſub annuo cenſu, ut debitor illas converteret ad debitæ dotis ſolutionem; ejus hypothecam vires habere non ſolùm pro ſorte, ſed etiam pro penſionibus decurſis & decurrendis, cum eodem prioritatis jure, tradit Peregrin. *de fideicom. artic. 42. n. 96.* Paſcal. *de patr. poteſt. part. 2. c. 7. n. 32. 49. & 57.* ubi probat aſſenſum Regium extendi etiam ad fructus decurrendos: & idem etiam oſtendit *num. 65. & 67.* ubi reſpondet ad argumentum petitum ex mutatione perſonæ: *& num. 72.* ubi reſpondet ad præjudicium quod ſit poſterioribus creditoribus. Franciſ. Milanenſ. *deciſ. Sicil. 8. à n. 369. ad* 380. per text. *in l. Lucius ff. qui potior. in pign. habean.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 43. num. 31. & ſequentib.* Cancer. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 9. num. 176. & ſequentib.* qui tamen loquitur in terminis cujuſdam conſtitutionis Cathaloniæ, ſecundùm quam uxor percipit fructus bonorum quæ maritus poſſidebat. Fontanel. *de pactis nuptial. in ultima additione, in fine 2. Voluminis, folio mihi 650.*

Neque videtur obſtare ſententia lata per quendam Iudicem delegatum, per quam pretium dictæ domus ſubhaſtatæ fuit diſtributum inter creditores, & cuilibet ex duobus creditoribus hypothecam ſuper domo illa habentibus fuit aſſignata pars illum concernens, pro rata ſui crediti: quæ ſententia videtur inducere novationem, maximè interveniente novâ perſonâ, & novis conditionibus. † Quia reſpondetur 5
quod per ſententiam non inducitur novatio extinctiva prioris obligationis, ſed cumulativa. Grat. *diſcept. forenſ. cap. 290. num. 9.* ſicut & ex compromiſſo, Cartar. *deciſ. Genuenſ. 118. n. 3. & ſequentib.* † Quid- 6
quid aliud ſit in arbitramento. Gratian. *diſcept. capit. 672. num. 11.* † Maximè quia dicta ſententia lata 7
fuit in executionem præcedentis ſententiæ graduatoriæ, quo caſu novatio non inducitur. Idem *diſcept. 553. num. 3.* & ad hoc afferri poſſunt rationes omnes deductæ apud Fontanel. *deciſ. 559. & 560.* ubi fuſiùs diſputatur, utrùm in ſimili caſu fuerit inducta novatio? Et pro negativa, deinde pro affirmativa iudicatum refert, tandèmque negotium fuiſſe tranſactione ſopitum.

Cæterùm non obſtantibus prædictis rationibus, judicatum, & executum fuit in contrarium ad favorem hæredum R. D. Claudii de Laurens: nempe primum illum creditorem, qui ſuper domo ſubhaſtata potior fuerat declaratus, non poſſe amplius uti prioribus ſuis hypothecis, ex multis.

Primò, quia vulgata eſt juris regula, eum qui prior eſt tempore, potiorem etiam eſſe in jure, *cap. qui prior. de regul. jur. in 6. l. ſi fundum, Cod. qui potiores in pignore habeantur.* Dictus autem dominus de Laurens prior erat tempore, quia ejus hypotheca incipiebat ab anno 1589. & pecuniæ illi debitæ converſæ fuerunt in cenſum annuum per emptorem domus anno 1592. Cenſus verò creatus per creditorem, qui alioqui fuiſſet prior ſuper domo ſubhaſtata, fuit factus duntaxat anno 1606. & ſic hujus hypothecam poſteriorem eſſe oportebat.

Secundò, quia poſt latam primam ſententiam graduatoriam; alia ſecunda fuit pronunciata, per quam pretium domus ſubhaſtatæ, fuit diſtributum inter duos illos creditores, & cuilibet ſua portio aſſignata, facto computo non ſolùm ſummæ principalis, ſed etiam totius intereſſe, quod debebat emptor illius domus. Nam ex 830. ſcutis, ad quæ aſcendebat

fscendebat totum pretsum domus ; fuit assignata priori creditori, tam pro principali quàm pro interesse, nec non pro majori valore monetæ, summa scutorum 407. Secundo verò creditori in deductionem summæ majoris scuta 423. conficientia insimul dictam summam scutorum 830. Ex quibus sequitur resultare apertam debiti novationem, inductam per secundam illam sententiam ratione incompatibilitatis. † Quia stante dicta sententia, & obligatione ultimo loco præstita per liberatarium in favorem illius, qui alioquin primus creditor futurus erat, indicitur novatio. Surd. *consil.* 145. *num.* 25. & 27. post Bald. *in l. fin. num.* 1. *Cod. de novat.* Decius *in l. pacta novissima, Cod. de pact.* Menoc. *lib.* 3. *præsumpt.* 134. *num.* 39. cum pluribus aliis citatis per Marium Medic. *dec.* 67. *num.* 4.

Incompatibilitas autem in eo consistit, quod cùm tota summa, tam proveniens ex sorte, quàm pro interesse debito, & pro majori aureorum valore, fuerit redacta in censum annuum & perpetuum, petitio fructuum ex nova illa sorte prodeuntium est incompatibilis cum primis illis obligationibus, & sententiis. † Quod enim dicitur, per sententiam non nasci 9
novationem extinctivam, sed duntaxat cumulativam, procedere posset, si sola adesset conversio summæ principalis in annuum reditum; sed quia etiam agitur de conversione fructuum, seu usurarum in sortem, oritur quoad hoc extincti va novatio, *l.* 3. *versic. si enim novatur, & ibi* Bart. *num.* 3. *Cod. de usur. rei judic.*

Siquidem certum est, interesse alterius interesse non 10
deberi, nec exigi posse, quando tractatur de eodem debitore & creditore; licèt secus sit si mutentur personæ debitoris & creditoris, putà si quis tertius solvat pro alio debitum, & interesse jam decursum, quia quoad istum tertium solventem, quidquid solvitur tam pro principali, quàm pro interesse, est vera sors. Cens. *in tract. de censib. quæst.* 33. *num.* 8. & 9. Franch. *decis.* 254. *num.* 11. cum aliis citatis per Giurb. *decis.* 24. *n.* 25. Camill. de Medic. *consil.* 86. *n.* 8. & *sequentib.* Cùm igitur solutio interesse alterius interesse non possit subsistere quoad debitorem, & primum creditorem, cum quo nulla census venditio fuit celebrata; sed duntaxat cum tertio illo qui censum emit anno 1606. sequitur quod respectu primi illius creditoris actus promissionis annuæ præstationis, pro tota summa in qua comprehensum erat interesse, nullus est, & per consequens incompatibilis cum primæva illa obligatione & sententia : & ideo ex eo tanquam incompatibili inducta novatio.

Verum quidem est, quod poterat liberatarius primo illo creditori censum annuum vendere, conflatum ex sorte principali, & reditibus decursis, si debiti fuissent in vim contractus censualis, ut in alio loco ostendimus, maximè cùm Bulla Pii V. super censibus apud nos non sit usu recepta, sed hoc factum non fuit inter debitorem, seu liberatarium, & primum illum creditorem : ideo semper remanet argumentum desumptum ex incompatibilitate.

Tertiò quia quotiescumque sors principalis primæ 11
obligationis mutatur in qualitate, vel augetur in summa ; ut quod ex redimibili fiat irredimibilis, aut è contra, aut quod sors principalis augeatur, vel alio modo alteretur ; tunc dicitur novata actio, nec ille ex cujus pecunia prior reditus redimitur, subrogatur in locum prioris creditoris, ut tradit Roderic. *de annuis reditibus, lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 56. & 57. hoc autem verificatur in casu proposito, quia debitum antecedebatur totum pretsum domus ; fuit assignata priori creditori, tam pro principali quàm pro interesse, nec non pro majori valore monetæ, summa scutorum 407. Secundo verò creditori in deductionem summæ majoris scuta 423. conficientia insimul dictam summam scutorum 830. Ex quibus sequitur resultare apertam debiti novationem, inductam per secundam illam sententiam ratione incompatibilitatis. † Quia stante dicta sententia, & obligatione ultimo loco præstita per liberatarium in favorem illius, qui alioquin primus creditor futurus erat, indicitur novatio. Surd. *consil.* 145. *num.* 25. & 27. post Bald. *in l. fin. num.* 1. *Cod. de novat.* Decius *in l. pacta novissima, Cod. de pact.* Menoc. *lib.* 3. *præsumpt.* 134. *num.* 39. cum pluribus aliis citatis per Marium Medic. *dec.* 67. *num.* 4.

Incompatibilitas autem in eo consistit, quod cùm tota summa, tam proveniens ex sorte, quàm pro interesse debito, & pro majori aureorum valore, fuerit redacta in censum annuum & perpetuum, petitio fructuum ex nova illa sorte prodeuntium est incompatibilis cum primis illis obligationibus, & sententiis. † Quod enim dicitur, per sententiam non nasci 9
novationem extinctivam, sed duntaxat cumulativam, procedere posset, si sola adesset conversio summæ principalis in annuum reditum; sed quia etiam agitur de conversione fructuum, seu usurarum in sortem, oritur quoad hoc extincti va novatio, *l.* 3. *versic. si enim novatur, & ibi* Bart. *num.* 3. *Cod. de usur. rei judic.*

Siquidem certum est, interesse alterius interesse non 10
deberi, nec exigi posse, quando tractatur de eodem debitore & creditore; licèt secus sit si mutentur personæ debitoris & creditoris, putà si quis tertius solvat pro alio debitum, & interesse jam decursum, quia quoad istum tertium solventem, quidquid solvitur tam pro principali, quàm pro interesse, est vera sors. Cens. *in tract. de censib. quæst.* 33. *num.* 8. & 9. Franch. *decis.* 254. *num.* 11. cum aliis citatis per Giurb. *decis.* 24. *n.* 25. Camill. de Medic. *consil.* 86. *n.* 8. & *sequentib.* Cùm igitur solutio interesse alterius interesse non possit subsistere quoad debitorem, & primum creditorem, cum quo nulla census venditio fuit celebrata; sed duntaxat cum tertio illo qui censum emit anno 1606. sequitur quod respectu primi illius creditoris actus promissionis annuæ præstationis, pro tota summa in qua comprehensum erat interesse, nullus est, & per consequens incompatibilis cum primæva illa obligatione & sententia : & ideo ex eo tanquam incompatibili inducta novatio.

Verum quidem est, quod poterat liberatarius primo illo creditori censum annuum vendere, conflatum ex sorte principali, & reditibus decursis, si debiti fuissent in vim contractus censualis, ut in alio loco ostendimus, maximè cùm Bulla Pii V. super censibus apud nos non sit usu recepta, sed hoc factum non fuit inter debitorem, seu liberatarium, & primum illum creditorem : ideo semper remanet argumentum desumptum ex incompatibilitate.

Tertiò quia quotiescumque sors principalis primæ 11
obligationis mutatur in qualitate, vel augetur in summa ; ut quod ex redimibili fiat irredimibilis, aut è contra, aut quod sors principalis augeatur, vel alio modo alteretur ; tunc dicitur novata actio, nec ille ex cujus pecunia prior reditus redimitur, subrogatur in locum prioris creditoris, ut tradit Roderic. *de annuis reditibus, lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 56. & 57. hoc autem verificatur in casu proposito, quia debitum antecedebatur, cùm debitum conversum esset in pecuniam, quæ fructus non reddit : nec dicta creditrix, quæ olim erat anterior, posset prætendere aliquod interesse sub eo prætextu quod ageretur de dote ; cùm ejus matrimonium mariti morte solutum esset. Gratian. *discept.* 244. *num.* 1. Neque interesse debitum vigore statuti Avenionensis, quo adjudicatur creditori interesse ad rationem septem pro quolibet centenario à die oppositionis formatæ per debitorem poterat prætendi, cùm lis esset finita per sententias & transactiones ; quo casu nullus potest esse locus petitioni illius interesse statutarii. Quamvis etiam multi existiment statutum illud esse nutritivum peccati, & illicitum, (quod tamen non credimus, cùm videntibus & scientibus Superioribus semper fuerit hucusque observatum, & executioni demandatum :) tamen hoc certum est † illud interesse in vim dicti statuti 12
adjudicari non debere, quando creditor fuit negligens in exactione sui crediti principalis, quod poterat exigere ; prout in hoc casu, in quo aderat res judicata. Lup. *in tract. de usur. comment.* 1. § 4. *num.* 91. *colum.* 4. *in princip.* Ideo si creditor non adhibeat omnem diligentiam ut creditum suum consequatur, & nihilominus interesse illud statutarium exigat, incidit in crimen usuræ. Menoch. *consil.* 441. *num.* 29. 30. & 31.

Non potuit etiam in casu de quo agitur haberi ratio alicujus interesse, in vim *l. curabit, Cod. de action. empt.* † Quia licèt cessionario venditoris de jure de- 13
tur actio ad petendum hujusmodi interesse, in casibus in quibus cedenti debebatur, ex Cagnol. *in d. l. curabit, num.* 44. Surd. *consil.* 269. *num.* 5. Cancer. *lib.* 3. *variar. resol. cap.* 7. *num.* 12. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 87. Tamen illud interesse peti non potest, nisi habita ratione ad fructus ex re vendita provenientes. Rot. *decis.* 132. *num.* 2. *part.* 4. *recent.* Cagnol. & alii *in d. l. curabit,* & sic ad rationem quatuor pro quolibet centenario, prout ad summum in his partibus ascendunt pensiones domorum. † Quam- 14
obrem ratione augmenti & alterationis, tam sortis principalis, quæ fuit aucta, quàm reditus qui fuit promissus ad rationem septem pro quolibet centenario ; sequitur inductam fuisse novationem, ut notat Gasp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 56. & 57. & faciunt tradita per eundem *num.* 53. *versic. in contrarium.*

Quartò advertendum est, quod ratione interesse 15
decursi, & non soluti, oportet fuisse inductam novationem, quæ in casibus in quibus non induceretur quoad principales summas, saltem inducitur quoad repetitionem usurarum : per text. *in l. novatione, Cod. de novat.* † Et quamvis textus ille loqui videatur de 16
usuris odiosis ; tamen idem locum etiam habet in fructibus debitis in vim *d. l. curabit,* ut probat text. *in l. emptor,* & *ibi* Bartol. *ff. de novat.* quem citat & sequitur Surd. *consil.* 269. *num.* 18.

Quintò, quia obligatio & cessio jurium tradenti 17
pecunias non fuit facta ratione totius debiti, sed restricta ad certam summam, ut patet ex illis verbis, *A cedé ses droicts pour ladite somme*, & sic pro summa duntaxat recepta ; ideirco cùm cessio jurium sit limitata ad ipsam sortem, & summam pro sorte solutam, non potest extendi ad interesse postea decursum. Rip. *in l. privilegia, num.* 15. *versic. aut pro sorte. ff. de privileg. credit.* Barbos. *ff. solut. matrim. part.* 3. *l.* 1. *num.* 18. *versic. sed si pignora,* & *versic. neque obstat.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 31. *num.* 73. Hering. *de fidejussorib. cap.* 24. *num.* 234.

Sextò, quia regula quod interesse eandem habeat 18
hypothecam cum debito principali, tunc demùm locum

cum habet, quando tale intereſſe procedit immediatè ab eodem capitali ; quod non verificatur in caſu propoſito , quia non agebatur de extinguendo debito , quod ex ſe fructiferum eſſet ; agebatur enim de debito in diem conſiſtente in pecunia: imò ut dictum eſt, in toto globo ſummæ de pecuniis creditis ſolutæ, adjecta quoque fuerunt interuſuria vigore ſtatuti adjudicata , ex quibus non poterat præſtari intereſſe niſi reſpectu illius tertii , qui pecunias dedit ad cenſum ; & ſic intereſſe ex alio intereſſe debitum non procedit ex facto,ſeu ex jure primi creditoris; ſed ex facto illius tertii,qui pecunias dedit ad cenſum:& per conſequens cùm non procedat immediatè à credito, & primo illo capitali,non poteſt habere eandem hypothecam:& ideo quia non agebatur de ſummis principalibus quæ jam erant ſolutæ , ſed de prælatione quoad cenſus debitos huic pecunias danti; benè concluſum fuit hypothecam illius non eſſe computandam à die primævæ illius obligationis, ſed à die contractus cenſus,qui fuit tantùm celebratus anno 1506. ut jam dictum eſt.Surd. *deciſ.*271.*num.*11. Maſtril. *deciſ.*119.*num.*11. Donat. Anton. de Marin. *variar. reſol.cap.*76.*num.*10.ubi ita deciſum fuiſſe teſtatur.

Et cùm agatur de reditibus annuis,debitis tantùm ex facto pecunias dantis ad cenſum , qui antea non debebantur,ceſſabit in illis regula, quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis:quia iſti reditus non dependent ex antiquo credito ; cùm ex eo nulli fructus debeantur,ſed ex novo contractu per iſtum cre-
19 ditorem cenſus celebrato. † Maximè cùm annui reditus debeantur per ſe , & principaliter , & non per modum acceſſorii. Gratian. *diſcept.*206. *num.*19. & 20.Rot.*diverſ.deciſ.*689.*part.*3.*lib.*3. Camill.de Medic.*conſil.*86.*num.*15.

Septimò,quia per ſententiam continentem calculationem utriuſque crediti duorum creditorum concurrentium ſuper domo ſubhaſtata,& diſtributionem illius pretii inter ipſos,adjudicato credito integro anteriori , & reſiduo pretii aſſignato in partem crediti
20 poſteriori , intervenit delegatio. † Quia liberatarius fuit ſolus oneratus illis ſummis; & debitor ille,cujus bona fuerant poſita ſub haſta , fuit liberatus ; ita ut creditum jam non fuerit amplius primi illius & antiqui debitoris , ſed fuerit omninò transfuſum in liberatarium,ex doctrina Bartoli *in l.ſingularia* 13.*n.*18 & 19.*ff.ſi cert. petat.* Cenſ.*de cenſib. quæſt.*105. *num* 9. Rot.*deciſ.*238.*num.*2.& 3.*poſt dictum tractatum.*Cùm enim liberatarius fecerit debitum proprium conſentiente & acceptante primo creditore, ſatis dicitur novata obligatio : ex traditis per Surd. *deciſ.*23. *n.*5.
21 & 6. Franciſc. Marc.*deciſ.*1064.*num.*3.*part.*1. † Nam creditor conſentiens bona liberari plus & ultimò offerenti, abſque numeratione pecuniæ; videtur tacitè ſuam hypothecam,quam habebat ſuper bonis ſui debitoris , extinxiſſe ; & eam tranſtuliſſe ad bona propria liberatarii. Rot.*deciſ.*284.*num.*2.*part.*3.*recent.*& faciunt tradita per Hjeronym. de Leo *deciſ.Valent.* 70.maximè *num.*11.*part.*1.Et ex his concludendum eſt , iſtum qui pecunias dedit pro dimittendo primo creditore , non ſuccedere in ejus hypothecis , ſaltem quoad cenſus ad ejus favorem creatos , & decurſos, aut decurrendos;
22 Non obſtant quæ in contrarium deducta fuerunt; & primò quod dicitur de *l.*1. *Cod.de his qui in prior. credit. loc.ſucced.* quia ille textus,omiſſis aliis reſponſionibus (non procedit , quando actio primi creditoris dimiſſi , fuit novata ; tunc enim prioris creditoris hypotheca non transfunditur in ſolventem,cùm jam fuerit extincta per novationem.Roderic.*de ann. redit. lib.*2.*quæſtion.*16. *numero* 56. quod autem novatio interveneri , ſupertùs abundè probatum eſt.

Ad ſecundum:Verum eſt quod qui prior eſt quoad ſortem , prior etiam eſt in uſuris , ſeu intereſſe, quando illud intereſſe pendet ab eodem fonte,ſed in caſu iſto non poteſt deberi intereſſe ex antiquo credito,ſed duntaxat ex novo contractu cenſus : ergo ex illo duntaxat novo contractu oritur hypotheca, non ex antiquo , ut jam demonſtravimus, & probat Anton. de Marin. *dict. cap.*76. *num.* 10.

Ad tertium reſpondetur,opinionem illam Peregri- 23
ni, Paſchalis,& Milanenſis eſſe valde dubiam ; quam impugnat Seraph.*deciſ. Rotæ Roman.*481. ubi quod pro fructibus dotis decurſis,bona fideicommiſſo ſuppoſita alienari non poſſunt , ſed duntaxat pro ſorte principali. Ricc. *collect.*1437.*part.*4.

Et in ſimilibus terminis , quod is qui dedit pecu- 24
nias, ut creditum quod ſub cambio debebatur,extingueretur ; poſterioribus creditoribus,pro ſorte principali duntaxat,non autem pro cambiis ſecundis,præferatur , tradit Scacc.*de commerc.& camb.*§.2.*gloſ.*5. *n.*409. qui deinde propoſitis difficultatibus in eadem remanet ſèrentia *n.*417.† & Fuſar.*in tract.de ſubhaſt.* 25
*quæſt.*531.*n.*43. illam Peregrini ſententiam tunc demum locum habere vult, quando creditor dotis non fuit negligens in exigendo dotem; aliàs ſtante negligentia, ipſi imputandum eſſe exiſtimat.

Verum eſt tamen,quod Rota Rom. cenſuit, quod 26
non obſtante diſtinctione illa , an maritus negligens fuerit in exigendis dotis fructibus, an verò debita diligentia uſus ſit ; indiſtinctè poteſt petere ſe immitti in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum , in vim Salviani interdicti, quod non datur ad fines alienandi proprietatem,ſed ut ſatisfiat creditori de fructibus : ut fuit deciſum coram Coccino *in Romana fructuum dotis*,12. *Maij* , 1625.*in recent. deciſ.*607.*num.*7.*& ſequentib.part.*4.*tom.*3.

Cùm igitur dicta quæſtio ſit admodùm controver- 27
ſa, alio modo reſponſum fuit : nempe caſum propoſitum eſſe diverſum ab objectione propoſita, quia in illis caſibus agebatur de debito fertili,ex quo fructus debebantur ; cùm tamen in caſu iſto agatur de debito pecuniario conflato ex ſorte principali,majori valore monetarum,& ex fructibus decurſis, & in unam ſummam coacervatis,ad debitum pecuniarium redactis. Vnde in caſibus in argumento notatis , faciliùs tranſmittebatur in tertium ſolventem, jus percipiendi fructum,quod jam erat formatum in perſona creditoris,& non erat extinctum per novationem,prout in caſu de quo agitur : nec in illis caſibus ceſſio erat limitata ad certam ſummam, prout hìc,dum jura ceduntur duntaxat *pour laditte ſomme*:& ſic non extenditur ad fructus , ut ſuprà oſtenſum fuit.

Et ex his poſt magnam contentionem fuit judicatum,extinctas , & novatas fuiſſe primi illius creditoris hypothecas. Multa notatu digna circa materiam præſentis controverſiæ tradit Merlin. *controverſ.forenſ.part.*2.*cap.*36. *per totum.*

CAPVT XXII.

Quando bona debitoris fuerunt ſubhaſtata, & liberata plus & ultimò offerenti,utrùm debitor qui vult impugnare exequutiones , audiatur non ſoluto debito liquido, & data cautione pro illiquido. Quid ſi debitor adhuc poſſideat , & executiones nondum ſint conſummatæ.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Debitorem imaginantem executiones, non esse audiendum, nisi oblato debito pro quo facta fuit liberatio, multi existimant. Alii in contraria sunt sententia, num.2.*

3 *Factum Iudicis, est factum partis; & si Iudex nulliter procedit, dicitur spoliare, sicut pars.*

4 *Quando Iudex in executione nulliter processit, talis processura non potest justificari ex noviter deductis, etiamsi de novo esset concedenda.*

5 *Datur actio spolii adversus eum qui possidet ex liberatione nulliter facta, etiam nullâ factâ debiti oblatione, in odium spoliatoris, ex stilo Rotæ, & Curiarum Avenionensium.*

6 *Quando executio nondum est consummata, & debitor adhuc possidet, facilius audiendus est, neque tenetur offerre debitum creditori.*

8 *Explicatur doctrina Cod. Fabriani, & Surdi, circa restitutionem debiti faciendam ab eo, qui liberationem bonorum arguit nullitatis.*

8 *Quando executio est consummata, & liberatarius missus est in possessionem, is qui impugnat liberationem, tenetur restituere in primis debitum, pro quo facta fuit liberatio.*

9 *Intellige ut hoc locum habeat, si agatur ad nullitatem liberationis judicio ordinario; secus si agatur actione spolii: tunc enim debitor non tenetur offerre, nec solvere debitum, pro quo liberatio facta fuit.*

10 *Præterea debitor non tenetur solvere suo creditori summam, pro qua subhastata fuêre bona, quando creditum non est certum, & liquidum; sed patitur aliquam dubitationem.*

1 QVæstio est in utramque partem disputabilis, utrùm peractâ subhastatione, & præsertim subsequutâ missione in possessionem, debitor agens ad nullitatem liberationis bonorum de pignore captorum, audiatur non restituto priùs pretio, quo liberatio facta fuit. In qua reperiuntur plures Senatus Sabaudiæ decisiones adversùs debitorem, ut non restituto pretio audiendus non sit, ut patet apud Anton. Fabr. *lib.8. Cod. tit. de distract. pignor. definit.4. num.5.* Vbi deciditur, si subhastatio nullitatis vitio laboret ob non servatam statuti formam, præclusam esse viam debitori torum pretium non offerenti, impugnandæ subhastationis; si modò eam pro debito factam esse appareat, cùm non tam imputari possit creditori, quod statuti formam non observaverit, quàm debitori quod non solverit; quandoquidem si soluisset, nullus hodie locus relinqueretur disputandi de validitate subhastationum. Idémque Author repetit *d. lib.8. tit.17. debit. vendit. pign. imped. non posse, definit.1.* ubi dicitur, debitorem non solùm pignoris venditionem impedire non posse, sed nec ullum vitium venditionis objicere, nisi soluto priùs debito liquido, & datâ idoneâ satisdatione pro non liquido. Et iterùm *eodem lib 8. tit.16. definit.20.* idem concludit, si facta fuerit pignoris liberatio, & publica addictio, licèt debitorem illo casu citandum esse dicat; non tamen audiendum, nisi prius fiat immissio in possessionem. Quod & aliis in locis repetit. Similiter Surd. *consil.39. num.24.* ejusdem est sententiæ, ut si debitor nullam dicat executionem, audiendus non sit nisi actualiter totum debitum numeret. Idem tradit Nevizanus *consil.77. num.2.* Roland. *consil.32. num.16. & 17. volum.1.* Gratian. *discept. forens. cap.16. num.38.*

2 In contrarium verò plures DD. existimarunt debitorem agentem ad nullitatem subhastationis, audiendum esse, etiam non soluto debito; & creditorem opponentem de illa exceptione, aut emptorem sub eo prætextu asserentem sibi competere jus retentionis, esse repellendum: hujúsque sententiæ † ratio est, 3 quia cùm factum Iudicis sit factum partis; sicut pars quæ nulliter procedit, spoliat; ita & Iudex spoliare dicitur, datúrque actio spolii si iudex nulliter ad subhastationem processerit. Ludovis. *decis.43. numero 2. decis.105. num.5. decis.198. num.2. & 362. num.4.* † 4 Ita ut talis processura non possit justificari, & confirmari ex nulliter deductis, etiamsi de novo esset concedenda, ut in *dicta decis.105.* apud Ludovis. *n.11. & in recent. decis.85. num.4. part.2.* ubi plures aliæ decisiones allegantur; & hanc esse veriorem, & in praxi receptam sententiam, testatur Mangil. *de subhast. quæst.52. num.25. & 26.*

Verissimum igitur est, & stilo Rotæ Romanæ ac 5 Curiarum nostrarum conforme, quod etiam pignoris publicâ distractione factâ, audiendus est debitor; & si nullitas intervenerit, uti spoliatus in primis restituendus est, & repellendus creditor, si priùs sibi debitum solui postulet, quia subhastatio facta in vim processus nullitate laborantis, non privat debitorem sua possessione, nec impedit manutentionem, si debitor non se habuerit pro spoliato. Rota apud Postium *decis.319. num.6.*

Sed pro integra hujus quæstionis resolutione no- 6 tandum in primis est, magnam esse differentiam inter debitorem sese opponentem, nondum perfectis & consummatis executionibus; & eum qui post perfectas executiones agit ad nullitatem subhastationum. Nam primo casu debitor non actoris, sed rei personam sustinet: ideò faciliùs quàm in secundo casu, in quo actor est, admitti debet ad judicium, etiam non soluto debito, cùm nondum pignoris adjudicatio facta est, quod & statuto aut stilo nostro, & juris communis dispositioni conforme est: & tenuit idem *Faber in Cod. lib.7. tit.20. de execut. rei judic. definit.26. n.7.* dicens imputandum quidem esse debitori, si debitum con offerat, dum agit ad nullitatem, sed hoc obtinere cùm debitor aliquid petere vult, non dum convenitur: & in effectu DD. omnes suprà citati loquuntur 7 in terminis adjudicationis, & liberationis perfectæ, & consummatæ, ut videre est apud Fabrum, Surd. & alios in locis suprà citatis. Eodem modo plu- 8 res alii loquuntur, dum agitur de retractanda venditione jam facta, ut Giurb. *decis.105. num.7.* Gamma *decis.40. num.1. & decis.77. num.1.* & probatur per text. *in l.1. Cod. si vendit pign. agatur,* in illis verbis: *dolo malo fundum vendidisse, & in l.3. Cod. si adverf. fisc. restit. postul.* Vbi is qui vult retractare pignoris venditionem, & addictionem factam, non auditur nisi priùs restituto pretio. Bald. *in d.l. verfic. nota ex hac lege.* Vbi dicit quod ille qui petit rescindi contractum, tenetur in primis restituere debitum, cujus occasione contractus fuit celebratus.

Secundò notandum est, dictam Fabri, Surdi, & 9 aliorum sententiam locum habere, & esse veram, quando creditor conveniretur condictione indebiti, aut alio remedio ordinario; secùs si debitor intentaret actionem spolii, aut remedium reintegrandæ, propter nullitatem subhastationis, aut executionis; hoc enim casu non tenetur debitor offerre, aut solvere debitum; sed spoliatus in primis & ante omnia restituendus est. Gratian. *discept. forens. cap. 734. numero 24.* ita ut possessor non possit hoc casu uti remedio retentionis. Hodiern. ad Surd. *decis.46. num.12.*

Tertiò notandum est, prædictam Fabri, & aliorum

senten

ſententiam, locum habere duntaxat, quando debitum pro quo facta fuit liberatio, eſt verum, liquidum & indubitatum; ſecùs ſi ſit dubium, vel turbidum; tunc enim non datur poſſeſſori retentio ſub prætextu debiti non reſtituti. Gratian. *d. cap. 734. num. 13.* ubi dicit quod creditum dicitur indubitatum, quando de eo conſtat per confeſſionem partis, vel per rem judicatam, Rot. *deciſ. 409. num. 5. part. 1. recent.* Hodiern. *ad dictam deciſ. 46. num. 3.*

CAPVT XXIII.

Vtrùm jus prælationis competens domino directo, alteri cedi, & per ceſſionarium ſuccedi poſſit. Et pendente lite ſuper jure prælationis, utrùm emphyteuta poſſidens agere poſſit pro libertate domus, & exemptione à ſervitute prætenſa per vicinum, qui jure prælationis ſibi ceſſo vult uti. Ceſſio juris prælationis ratione venditionis proximè faciendæ, quomodo intelligi debeat. Si dominus directus poſt ceſſionem juris prælationis, emphyteutam ante denuntiationem ceſſionarii inveſtiverit, utrùm ceſſionarius excludatur à jure prælationis. Quæ expenſæ reſtituendæ ſint per eum qui vult exercere jus prælationis.

SVMMARIVM.

1 *Vtrùm jus prælationis ſecundùm juris communis diſpoſitionem alteri cedi queat.*
2 *Ex generali Comitatus Venayſſini conſuetudine, jus prælationis cedi poteſt.*
3 *Camera Apoſtolica in Comitatu Venayſſino cedit jus prælationis etiam pro prædiis franchis. Intellige quæ de dominio directo Cameræ moventur franchi modo; nam in merè allodialibus ceſſat dominium directum, & per conſequens retentio feudalis.*
4 *In pluribus aliis locis conſuetudo viget cedendi jus prælationis dominicale.*
5 *In Gallia licèt Rex non utatur jure prælationis, illud tamen alteri cedere ſolet.*
6 *Ceſſionarius dominii directi, alteri jus prælationis cedere poteſt.*
7 *Emptor poſſidens, qui intentavit judicatum pro obturatione feneſtrarum, contra vicinum qui jus prælationis obtinuit à Domino directo, (cum apud nos Bulla iuris congrui non obſervetur) poteſt judicatum ſuum continuare, non obſtante lite mota ſuper retentione.*
8 *Iudicium poſſeſſorium competit pro mutatione libertatis naturalis, contra prætendentem ſervitutem.*
9 *Ceſſio iuris prælationis pro venditione proximè futura ſortitur effectum, etiamſi poſt multos annos, & non antea caſus eveniat.*
10 *Inveſtitus à Domino directo excludit ceſſionarium iuris prælationis. Limita ut numeris ſequentibus.*
11 *Diſpoſitio* l. quoties, Cod. de rei vendic. *locum etiam habet in iuribus incorporalibus, quæ ſunt corporalibus annexa.*
12 *Diſpoſitio* l. quoties, *non habet locum quando ceſſio fuit roborata juramento & hypotheca bonorum.*
13 *Si conductor exegerit laudemium, Dominus excluditur à iure prælationis.*
14 *Si conductor qui alium ſibi aſſociavit, dederit inveſtituram, aſſociatus excluditur à iure prælationis.*
15 *Quamvis dominus directus ceſſerit ius prælationis, retinet directas actiones; ideo illi laudemium rectè ſoluitur, niſi intervenerit unum ex requiſitis in* l. 3. Cod. de novat.
16 *Quomodo conſulere ſibi debeat ceſſionarius iuris prælationis, nec præveniatur.*
17 *Per conſenſum alienationi præſtitum excluditur ius prælationis.*
18 *Si duo ſint eiuſdem rei domini directi, poteſt unus pro parte ſua retinere.*
19 *Quid iuris ſi ageretur de pluribus domunculis unitis.*
20 *In caſibus in quibus locus eſt iuri prælationis, dominus aut eius ceſſionarius debet reſtituere pretium exburſatum, & in quibus caſibus agi poſſit de laudemio reſtituendo.*
21 *Qui ex ſpeciali iure non ſoluit laudemium, non repetit adverſùs retrahere volentem.*
22 *Reſtitui debent canones ſoluti.*
23 *Item expenſæ inſtrumentorum.*
24 *Decidituv controverſia circa expenſas proxenetis ſolutas.*
25 *Quid de expenſis pactis in ſubhaſtatione bonorum.*
26 *Reſtituuntur munera uxori venditoris data.*
27 *Item quod dicitur* le pot de vin.
28 *Item expenſæ pro habendo conſilio pro ſecuritate ditionis.*
29 *Quid de melioratiouibus. Remiſſivè.*

VAriæ inter Nobilem quendam emptorem domus, & quendam alium qui à domino directo ejuſdem domus obtinuerat ſibi cedi jus prælationis ſuper eadem domo competens, propoſitæ fuerunt aliàs valde practicabiles controverſiæ.

Primò quæſitum fuit, utrùm obtineri potuerit ceſſio juris prælationis à domino directo. Secundò, utrùm ceſſionarius juris prælationis, jus ſuum alteri cedere potuerit. Tertiò, utrùm emptor, qui intentaverat contra vicinum judicium pro obtinenda obturatione feneſtrarum, teneatur à ſua actione deſiſtere ſub eo prætextu, quod iſte vicinus obtinuerat ceſſionem dicti juris prælationis: & utrùm una actio ſit alteri præjudicialis. Quartò, quo jus prælationis ceſſum fuit cum illa clauſula, *pro venditione proximè facienda*; utrùm illa verba intelligi debeant de venditione facienda poſt aliquot menſes, vel annos; non autem de ea quæ facta fuit poſt longum temporis intervallum, putà poſt 30. annos. Quintò, utrùm emptor domus, qui obtinuit inveſtituram à vero domino directo, ſit tutus adversùs ceſſionarium ceſſionarii juris prælationis. Sextò, ſtante quod adſunt duo domini directi eiuſdem domus, quorum unus inveſtituram concedit, alius recuſat; utrùm unus admittatur ad retractum feudalem, alio invito. Septimò, quatenus locus eſſet retractui, ad quas expenſas & melioramenta teneretur dominus directus, vel eius ceſſionarius utens iure retentionis. Quarum quæſtionum reſolutio ex ſequentibus concluſionibus elici poterit.

Prima concluſio: ſecundùm iuris communis diſpoſitionem controverſia eſt quæſtio, utrùm ius prælationis alteri cedi poſſit: in qua tamen affirmativam tenuêre Bacquet *des droicts de iuſtice, cap. 12. num. 9.*

Bouvot

Bouvot *en ses questions notables, tom.2. in verbo retenuë, quæst.4.* Grivel. *decis. Dolana 45. per totam*; quam controversiam tractant Guid. Pap. *decis.411.* Rosent. *de feud.cap.9.conclus.42.num.7. & sequentib.* Franc. *decis.226.* Amadeus à Ponte *quæst. laudem.13.* Cyriac. Niger *controvers.254.* cujus investigatio nobis non est necessaria, stante consuetudine de qua in sequenti conclusione.

2 Secunda igitur conclusio est, ex generali consuetudine Comitatus Venayssini, dominos directos ius prælationis illis cedere posse, de qua consuetudine Comitatus Venayssini testatur Francisc. Marc. *part.2.dec.2.* ubi idem quoque observari asserit in vicino Auriacensi Principatu. Idem testatur Dominus Ludovic. Bell. *concl.209.n.3.* & nos ita passim observavimus, & observari facimus quoad bona sita intra dictum Comitatum: Nam in civitate Avenionensi & bonis ibi sitis, observandum est Statutum *lib.1.rubric.62. de jur.emphyteut.artic.28.* cuius hæc sunt verba: *Cæterùm nolumus quod conductores & emptores primi laudimii possint uti jure retentionis, etiamsi hoc à dominis directis expressè concessum esset.*

3 Eadem autem consuetudo cedendi iura retentionis feudalis, dominis directis competentia, locum habet etiamsi dominium directum petineret ad R. Cameram Apostolicam, ut testis est Bertrand. I.C. Carpentoractensis *consil.190. vol.4.* ubi dicit hoc procedere quoad prædia franca, quod intelligendum est de prædiis franchis à censu, suppositis tamen dominio directo Cameræ, vel alterius domini: nam si essent prædia merè allodialia, & ab omni dominio directo libera, prout plurima sunt in multis locis Comitatus, tunc cessaret ius prælationis feudalis, quod habet necessariam dependentiam à solo dominio directo, & fundatur in *l. fin. Cod. de jur.emphyt.* ergo ubi non est dominium directum, ibi cessat retentio feudalis.

4 Plurib⁹ etiam in Galliæ locis idem consuetudine introductum est, ut scilicet dominus directus uti possit iure prælationis tam per se, quàm per cessionarium: ut in Provincia Provinciæ refert Claper. *causa 100. n.10.q.1.* & in aliis multis provinciis Charond. *lib.3. respons.22. & lib.7.respon.198.* Cod. decis. forens. *lib.4.*
5 *tit.22.decis.11.*† & licèt Rex non soleat uti jure prælationis, illud tamen alteri cedere potest. Maynard. *lib.4.cap.34. & lib.8.cap.20.* ubi explicando dictam decisionem 411. Guidonis Papæ, dicit verum esse quod jus prælationis non potest quidem in totum cedi, & omninò abdicari & separari à dominio directo; sed tantùm pro illa vice, remanente radicali potestate retrahendi penes dominum directum. Similiter & in Cathalonia ius istud prælationis alteri cedi posse de consuetudine, asserit Cancer. *parte 1.variar.resol.cap.11. num.49.*

6 Tertia conclusio, sicut dominus directus ius suum ex consuetudine prædicta alteri cedere potest, eodem modo cessionarius domini directi, ius istud sibi cessum alteri concedere potest: probatur, quia ius semel cessum, efficitur perpetuò cessibile, *l.pater, §. quindecim, ff. de legat.3.* Ita tenet Claper. dicens ita fuisse iudicatum *casu 69.quæst.3. in fin.*

7 Quarta conclusio: emptor domus possidens vigore investituræ sibi per verum dominum directum concessæ, attento quod priùs intentavit iudicium possessorium pro obturatione fenestrarum vicinæ domus, non potest retardari prosequendo iudicium manutentionis in quasi possessione libertatis, adversùs vicinum prætendentem ius prælationis sibi cessum, quia quæstio prælationis requirit altiorem indaginem; & cùm in summariissimo possessorio nudum factum attendatur, interim lite pendente super jure prælationis valde turbido manutenendus est in quasi possessione libertatis: maximè cùm vicinus dictas fenestras precario nomine possideret, † siquidem dantur 8
remedia possessoria pro manutentione libertatis naturalis, adversùs prætendentem. Bald. *consil.414.* factum tale est, *lib.2.* Alexand. *consil.62.n.10. versic. fortificò, lib.5.* Tusch. *liter. V. conclus.64.n.1.*

Quinta conclusio: cessio juris prælationis pro ven- 9
ditione proximè futura, comprehendit omnem venditionem quæ fiet primo loco, etiamsi fiat post longum temporis intervallum. Proximum enim dicitur id quod nihil habet à quo præcedatur, & quod nullum admittit medium inter duo discreta, ut post Bald. *consil.246. lib.5.* dicit Gratian. *discept. forens. cap.161. num.10.* Barbos. *de dictionib. cap.297. num.2.*

Sexta conclusio, qui à domino directo fuit investi- 10
tus, & laudemium persoluit eidem, præferri debet cessionario juris retractus, quamvis ipse cessionarius à domino directo causam habeat. Probatur, quia quoties duobus aliquid conceditur, ille præferendus est qui prius possessionem adeptus est, *l.quoties, C. de rei vendic.* siquidem ex illa cessione nullum jus in re acquiritur, sed sola actio personalis, aut in omnem eventum sola actio confessoria, quæ nullum jus tribuit; sed solùm actionem realem, ad consequendum effectum illius juris cessi, ut dicit Castrens. *consil.335.n.5. vol.1.* sed sequuta traditione, & investitura veri domini directi, cum reali & actuali immissione in possessionem, acquiritur jus reale, quod sine dubio actione sola ad prælationē petendam multò potentius est, ut decisū testatur in istis terminis Charond. *lib.3. respons.6.* quia licèt *l.quoties. C. de rei vendicat.* videatur tantùm procedere in rebus corporalibus.† Nihilomi- 11
nus tamen quia jura incorporalia ratione rei corporalis competentia, cum ipsis corporibus possidentur; ideo qui rei venditæ possessionem prior adeptus est, ei qui jus prælationis prius obtinuit præferendus est, ut ultra Charond. *loc. cit.* decisum refert Pap. *lib.11. tit.6. arrest.9. & ibi* Adden. *lib.2. cap.61.*

Sed tamen advertendum est, istam rationem elidi 12
posse, si supponamus in contractu cessionis juris retractus adhibitum fuisse juramentum, prout solet adhiberi in omnibus contractibus, iuncta bonorum domini directi hypotheca, tunc enim cessat regula *dictæ l.quoties*, ex traditis per Censium *in tract. de censib. q.68.n.5.* Viv. *opinion.1029. num.8. in fin.*

Quamvis multum facere videatur pro huius ratio- 13
nis confirmatione, quod dicitur de Colono, cui ius exigendi laudimia concessum est, reservatâ domino investiendi & retrahendi facultate; si tamen emptor fuerit diligens in solvendo laudimium colono, vel etiã usufructuario, ad quem de iure laudimia spectant, dominus directus excluſus remanet iure prælationis, ut docet Ferrer. *in nova addit. ad Guid. Pap. decis.477.* quæ additio incipit, *sed hanc quæstionem*, in fine illius additionis, *versic. sed in hac causa.*

Item si duo sint socii in conductione, quibus com- 14
petit ius retractus feudalis; unus autem investituram concesserit, & laudemium receperit, non potest alius socius in dicta conductione uti iure prælationis, ut fuit decisum in Senatu Dolano apud Grivel. *decis.116.*

Cæterùm, diversa est ratio decisionis huius Dolanæ, cum casu conclusionis nostræ. Ibi enim repellebatur socius à iure retentionis, quia is qui laudaverat recipiendo laudemia, vel laudare & investire paratum se dicebat, erat conductor principalis, qui à domino directo immediatè ius & causam habebat: alius verò recusans erat socius, ab ipso conductore deputatus;

ideo potior declarata eſt illius cauſa, qui à principali conductore inveſtituram habebat : hæc autem ratio longè abeſt à caſu propoſito.

15 Vera ergo concluſionis noſtræ ratio ex eo petenda eſt, quod licèt Dominus ceſſerit alteri jus prælationis, adhuc tamen remanent apud ipſum actiones directæ : unde ſi non intervenerit denuntiatio, & intimatio ceſſionarii juris prælationis, antequam laudimium fuerit ſolutum domino directo, aut intervenerit unum ex tribus de quibus in *l.3.Cod.de novat.* ſolutio facta habenti actiones directas, liberat ſolventem, & per conſequens ſoluto legitimè laudemio, non eſt amplius de jure prælationis tractandum, ſalvo regreſſu ceſſionario, ſi aliquod intereſſe prætendat adverſus dominum directum cedentem : & hac ratione

16 nititur Ferret. *ad d.quæſt.*477.† Quamobrem conſultius facturum eſſe reor ceſſionarium, ſi diligentiorem ſe præbeat, & ceſſionem ſuam quantò citiùs emptori denunciari curet, hoc enim facto, non admittetur domini inveſtientis præventio, ut notat *ibidem* Ferrerius.

17 Septima concluſio, is cui jus prælationis feudale proprio vel ceſſo jure competit, ab hoc jure excluditur, ſi tacitè vel expreſsè alienationi conſenſum præbeat : ita decidit Faber *in Cod.lib.4.tit.42.de iur.emphyt.definit.*49. Redoan. *de reb. Eccleſ.non alienand. quæſt.79. cap.9. num.24.* ubi quod in emphyteuticis ſcientia domini habetur pro conſenſu cum taciturnitate, ſi præſens fuerit alienationi, & non contradixerit ; ſecus ſi expreſsè jus ſuum ſibi ſalvum eſſe fuerit proteſtatus. Cald. *de iur.emphyt.part.3.de emphyt.extinct. cap.11. num.10.*

18 Octava concluſio, ſi ejuſdem rei duo ſint domini directi, quorum unus vult inveſtire, alius verò retinere ; quamvis magna ſit inter DD. pugna : vera tamen reſolutio eſt, poſſe illum ex duobus dominis, qui inveſtire recuſat, uti jure prælationis pro parte ſua, ſi tamen emptor nolit reliquas partes vel cæteras res habere, velitque illas domino jus prælationis exercere volenti remittere ; cogatur dominus omnes recipere, & rorum pretium emptori reſtituere. Giurb. *dec.52. n.8. verſic.contrarium, iuncto verſic.verum poteſt dominus.* Grimaudet *in tract. des retraicts, lib.1.c.11.* plures allegat Grivel. *d.deciſ.116. num.2.* Ludovic. Bellus *conſil.136. num.3.*

19 Advertendo tamen aliud eſſe, ſi ageretur de pluribus domunculis in unam magnam redactis, tunc enim ſemper duo diverſa feuda, ſeu directa dominia remanent : ut notavit Giurb. *loc. citat. num.8. verſic. quia non de pluribus*; quia per conjunctionem plurium domunculorum non potuit fieri unio directorum dominiorum in præjudicium domini ; & hoc caſu verius eſſe cenſuit Giurb. *d.deciſ.52. num.20. in 5. concluſione*, unum ex pluribus dominis pro parte ad jus prælationis, ſeu retractus feudalis, admittendum ; ſolutâ ratâ pretii parte, dummodo res commodam patiatur diviſionem : & hoc verum eſt per rationes & jura *ibidem* allegata, ubi alia ad hanc materiam concernentia in medium adducit.

20 Nona concluſio, in caſibus in quibus locus eſt juri prælationis, dominus directus retinens debet reſtituere emptori pretium per eum exburſatum : de laudimiis verò ſolutis non eſt quæſtio, quia per receptionem laudimiorum, dominus ſe excluſiſſet à jure prælationis, ut ſupra dictum eſt : huic tamen de laudimiis reſtituendis quæſtioni locus eſſet in caſu 8. concluſionis, ſi unus ex dominis pro parte ſua inveſtituram conceſſiſſet, alio retrahere volente : quo caſu, cùm emphyteuta cogere poſſit dominum, ut etiam partem alterius condomini directi dominio ſubditam retrahat ; non ſolùm pretium, ſed etiam laudimia alteri domino directo ſoluta reſtituenda ſunt, ſicut & in quolibet alio retractu conſuetudinario vel conventionali, pretium cum laudimiis per emptorem ſolutis reſarciendum eſt : per text. *in l.debet 26 ff.de ædilitio edicto.* Debet enim emptor pecuniam recipere quam dedit, vel ſi quid acceſſionis nomine dederit : & in *eadem l. verſicul. quid ergo*, ſubjiciuntur hæc verba : *Quid ergo ſi vectigalis nomine datum eſt, quod emptorem quoque ſequeretur? Dicemus hoc quoque reſtituendum, quia indemnis emptor diſcedere debet*, & per illum text. ita tenet Tiraquel. *de retract. convent. §.6.* 21 *gloſ.2. num.3.* Rota Aven. *deciſ.26.* † ubi notabilis caſus deciditur, nempe cùm ex ſtatuti Avenionenſis diſpoſitione. *lib.1.rubric.72. artic.31.* ſi dominus directus requiſitus de inveſtiendo, retinuerit dies ſuos (qui ſunt quadraginta ex dicto ſtatuto) & lapſis illis diebus nihil dixerit, & poſtea requiſitus intra diem non retinuerit, nec inveſtituram conceſſerit, privatur tam jure retentionis, quàm laudemio. Quæritur utrùm hoc caſu ille cui competit jus reluendi, teneatur rem volens redimere, non ſolùm pretium, ſed & laudimia reſtituere emptori. Et deciditur ibi, quod dominus redimens non tenetur emptori laudimia reddere, quia emptor illa non ſoluit. Boër. *deciſ.231. num.5.*

Secundò, debent reſtitui emptori canones emphy- 22
teutici, pro tempore præterito ante redemptionem, ſeu retractum perſoluti : Bald. *conſil.403. in princip. lib.1.* Tiraquel. *loco citato*, nempe *de retract. convent. §.6. gloſ.2. num.21.*

Tertiò, reſtitui debet emptori expenſa inſtrumen- 23
torum per eum ſoluta Notariis. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubric.10. des retraicts, §.1. verb. les frais raiſonnables, num.6.* Nam licèt dum tractatur de ſolvendo pretio, ſeu mercede inſtrumentorum, expenſa pertineat ad emptorem, apud quem inſtrumentum remanere debet pro probatione jurium ſuorum : tamen quia emptor reſtituit inſtrumentum retrahenti, talis expenſa ipſi reſtituenda eſt : ſi verò extractum non ſolverit, indemnis tamen ſervandus eſt erga Notarium, ut probatur per text. *in dicta l. debet 26. ff.de ædilit.edict.* ita ut emptor à quo fit retractus, immunis ſervandus ſit tam ratione expenſæ inſtrumentorum, quàm eorum, quæ Notarius petere poſſet pro extractu tradito, vel tradendo, ut notat Tiraquel. *in dicto tract. de retract. convent. §.6. gloſ.2. num.24.*

Quartò, reſtitui debent emptori, à quo dominus 24
retrahere vult, ſumptus & expenſæ factæ pro mediatoribus & proxenetis : Gloſ. *in d.l.debet, in verb. evogatum eſt ff. de ædilit. edict.* quamvis ſuper hoc nonnulli dubium moveant ex verbis *dictæ leg. debet, hoc enim ita demum deducitur, ſi ex voluntate venditoris datur : cæterum ſi quid ſua ſponte datum eſſe proponatur, non imputabitur ; neque enim debet quod quis ſuo arbitrio dedit, à venditore exigere*, & per hæc verba videtur aliqua ratione Tiraquel. *loco citato*, quæſtionem indeciſam relinquere *dicto §.6. gloſ.2. num.22.* necnon *de retract. Conſanguin. §.29. gloſ.4. num.8.* & cogitandum relinquit *num.10.* Ego tamen veriſſimum eſſe cenſeo, quod etiam id quod in proxenetis expenſum eſt, reſtitui debeat ; cùm ſatis dicatur ex neceſſaria cauſa ſolutum, quod mediatoribus & proxenetis ſolutum eſt ; cùm ſine ipſis, utplurimùm, contractus perfectionem habere nequeant : ſolùm igitur procedit objectio, ſi quid ultra modum legitimum, ſimilibus perſonis ſolutum eſt : id autem etiam reſtituendum eſſe, ultra citatos à Tiraquel. oſtendit Cyriacus *controverſ. 631 num.*

num. 8. *iuncto n.* 2. *versic. sed si quis ex contrahentibus.* Gratian. *discept. forens. c.* 343. *n.* 1. † Vbi etiam dicit, restituendas esse expensas solutas pro subhastatione bonorum qui redimuntur, si sub hasta vendita fuerint : qui tamen deinde *num.* 18. amplectitur eandem resolutionem per nos superiùs allatam, videlicet ut restituantur ea, quæ proxenetis juxta morem & consuetudinem loci data sunt, non quæ ultra legitimum & consuetum modum ; cùm hæc causam habeant necessariam, & proxeneta potuisset emptorem cogere ad solvendum tale salarium : ut bene explicat *ibidem* Gratian. *n.* 20. *&* 21. & ferè per totum illud caput.

26 Quintò, restitui debent catenæ aureæ, vel munera uxori venditoris data : ut dicit Tiraquel. *de retract. consanguin. d.* §. 29. *glos.* 2. *n.* 10. *in fin. vers. sed si id verum sit*, maximè verò si id datum uxori fuerit, ut ratificaret quæ alioqui venditionem ratificare nolebat. Tiraq. *ibid. n.* 11.

27 Sextò, restitui debet quod Galli nuncupant, *le pot de vin*, hoc est munus quoddam quod datur illis, qui faciliorem apud Dominum, aut alium, venditionem reddiderunt. Chassan. *in consuet. Burgund. tit.* 10. *des retraits*, §. 1. *in verb. les fraix raisonnables*, *num.* 5. Gaill. *lib.* 1. *observat.* 19. *n.* 10. *vers.* 2. *requiritur.*

28 Septimò, expensæ factæ pro obtinendo consilio, pro forma & securitate venditionis. Tiraq. *d.* §. 29. *glos.* 4. *n.* 12.

Denique restituendæ sunt per Dominum retrahere volentem omnes meliorationes necessariæ, prout latè explicat Tiraq. *de retract. convent.* §. 7. *glos.* 1. *per tot.* & de his plura Censius *in tract. de censib. q.* 66. *n.* 82. *& multis sequentib.* qui in casu occurrenti adiri poterit.

CAPVT XXIV.

Si feudi concessio facta fuerit pro se, & liberis utriusque sexus ; ita tamen ut stantibus masculis, fœminæ non succedant, sed semper masculus primogenitus succedat, mortuis omnibus masculis, & feudo ad fœminam devoluto, utrùm post ejus mortem succedat masculus ex fœmina illa secundogenitus, ad exclusionem filiæ primogenitæ.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ non admittuntur quandiu extant masculi, si ita loquatur investitura.*
2 *Ampliatur ut procedat in feudo alicui concesso pro se, & successoribus, tam masculis quàm fœminis : quia fœminæ admittuntur deficientibus masculis, & non aliàs.*
3 *Si investitura vocaret masculos cum fœminis, uterque sexus admitteretur simul.*
4 *In investitura, in qua fœminæ masculis deficientibus vocantur, masculus remotior fœminam proximiorem excludit.*
5 *In feudis non attenditur proximitas eius à quo vacat feudum, sed eius à quo incipit.*
6 *Masculus remotior ex altero latere iunctus, excludit fœminam proximiorem ex utroque latere iunctam, quando fœminæ deficientibus duntaxat masculis sunt vocatæ.*
7 *Exclusio matris non præiudicat masculis ab ea descendentibus, licèt veniant à radice infecta.*
8 *Fœminâ semel admissâ ad feudum ob defectum masculorum, si postea nascantur masculi, utrùm cogatur illis feudum dimittere. Quæstio est controversa.*
9 *Feudum semel effectum fœmineum, non impedit quin mortuâ fœminâ, masculi præferantur.*
10 *Fœminæ multò magis per masculos excluduntur in feudo, ad quod ipsæ masculis deficientibus vocantur, quando concurrunt masculus, & fœmina paris gradus.*
11 *Existentibus fœminis, nulloque masculo, fœmina admittitur : sed tamen interim natura feudi obdormit, donec superveniat masculus, qui saltem succedit, mortuâ fœminâ.*
12 *Controversia magna est in successione feudi, quando masculi descendentes ex fœminis concurrunt cum masculis descendentibus ex masculis, secùs si cum ipsis fœminis ad successionem admitti postulent.*

INsignis fuit anno 1633. & in Senatu Tholosano, concordibus omnibus Senatorum votis, decisa quæstio super successione feudi, in quo concessio facta fuerat investito pro se, & suis liberis utriusque sexus ; eâ tamen conditione adjectâ, ut stantibus masculis fœminæ non succederent, sed semper primogenitus masculus ab investito descendens cæteris præferretur : defunctis quippe masculis omnibus, à primo illo acquisitore descendentibus, sola superstes erat fœmina quæ successerat ; hæc moriens unam reliquit fœminâ ex priori matrimonio, & sic primogenitam, & masculum unum secundogenitum, quippe ex posteriori conjugio in lucem editum. Fœmina feudum ad se spectare asserebat, cùm esset primogenita ; vocatæ etiam fœminæ deficientibus masculis à primo acquisitore progenitis, & jam feudum fœmineum factum esset, quippe ad communem ipsorum progenitricem devolutum. Masculus è contra, fœminas non nisi deficientibus masculis vocatas ex ipso infeudationis tenore ; ideo sororem quantumvis primogenitam à feudi successione repellendam.

Ego masculi partes sustinui, & sententiam Dominorum Iudicum primæ instantiæ revocandam dixi, prout factum fuit. † Ratio est, quia licèt verum sit 1
tam ex tenore concessionis, fœminas ad feudum illud admittendas, quàm ex juris communis dispositione, deficientibus masculis, quando ita loquitur investitura : Alexand. *cons.* 29. *n.* 5. *lib.* 1. Curtius jun. *cons.* 140. *n.* 2. Mastril. *decis.* 56. *n.* 2. † Quod etiam locum ha- 2
bet quando ageretur de feudo simpliciter concesso pro masculis & fœminis ; tunc enim licèt masculi excludant fœminas, tamen deficientibus masculis admittuntur fœminæ. Clar. *in* §. *feud. q.* 73. *n.* 4. † Nisi 3
fuisset facta concessio pro masculis cum fœminis, tunc enim conjunctim admitterentur : sed si pro masculis & fœminis, fœminæ veniunt ordine successivo post masculos : ut *ibid.* Clarus ostendit.

Atqui tempore obitus matris quæ ultimo loco feu- 4
dum obtinebat, aderat masculus ille, quanvis secundogenitus, qui propterea ex natura feudi & ex pacto investituræ præferendus erat omnibus aliis fœminis, seu per virilem, seu per fœmineum sexum descendentibus, quantumvis gradu proximioribus, etiam propriæ matri, prout consuluêre Calderinus, & alii sexdecim DD. apud. Bald *cons.* 137. *per totum vol.* 2. † Quia 5
in feudis non attenditur proximitas respectu personæ illius à qua vacat feudum, sed respectu proximitatis illius à qua pactum & conventio feudi incœpit.

Arquì attentâ conventione, maſculus iſte, quanvis eſſet deſcendens ex fœmina, tamen verè erat maſculus deſcendens à primo acquiſitore, & propterea quâvis illi proximior fuiſſet mater, & ſoror iſtius maſculi eſſet primogenita; tamen primogenitura iſta non erat attendenda reſpectu matris defunctæ, quæ feudum ultimo loco poſſidebat, ob deficientiam maſculorum, ſed reſpectu primi acquiſitoris, qui maſculos præferri ſemper fœminis pactus eſt, & primogenituram maſculinam excludere fœmineam: quod evidenter probatur per text. *in cap. 1. de eo qui ſibi & hared. ſuis, in uſib. feudor.* ubi dicitur, quod ſi vaſſallus pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, & illis deficientibus, pro fœminis inveſtituram acceperit, non ſuccedit fœmina in feudo, donec ſupereſt maſculus deſcendens à primo inveſtito, ſive deſcendat per lineam maſculinam, ſive per fœmininam: per quem textum valde motus fuit Senatus, necnon Domini Conſulentes in Civitate
6 Tholoſæ pro maſculo. † Idem tenuit apertè Roſent. *in tract. de feud. cap. 7. concl. 39. n. 2.* ubi in fortiori caſu exiſtimat, maſculum remotiorem ex fœmina deſcendentē, excludere fœminam proximiorem; quanvis maſculus ex altero tantùm latere junctus eſſet, fœmina ex utroque: & ita ad favorem maſculi remotioris à fœmina deſcendentis fuit judicatum, ut eleganter teſtatur Peregrin. *tract. de fideicomm. art. 27. n. 5.*

7 Tantâque eſt in ſimili inveſtitura fœminarum excluſio, ut quanvis mater repellatur per maſculos, illius tamen excluſio maſculis ab illa deſcendentibus præjudicare non poſſit, licèt à radice infecta deſcendant: quia filius non vocatur tanquam matris perſonam repræſentans, ſed ex perſona, & jure proprio, tanquam à ſtipite, ſeu à primo acquiſitore deſcendēs. Idem Peregr. in propriis terminis *conſ. 5. n. 40. vol. 1.* Denique pro maſculis ex fœmina deſcendentibus, ſtat vera & communis Doctorum ſententia, quam ultra citatos ſequuntur Curt. jun. Socin. uterque, Ruin. & plures alii, quos citat & ſequitur Mart. *de ſucceſſ. legal. part. 1. q. 4. art. 2. n. 14. & ſequentib.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 999. per totum.*

8 Quod adeo verum eſt, ut multi DD. exiſtimaverint in caſu noſtro fœminam, ſemel ad feudi ſucceſſionem admiſſam, ob defectum maſculorum excludi per maſculum poſtea natum; aſſerentes naturam feudalem dormire donec naſcatur maſculus, qui illam à ſomno ſuſcitet: quos citat, & ſequitur Mart. *loco proximè citato*, & Peregr. *conſ. 17. n. 4. vol. 1.* Idem Marta *conſ. 6. n. 42. & 43.* Quia tamen hæc quæſtio eſt extra caſus propoſiti fines, & eſt inter DD. controverſa; ſufficit videri de ea tractantes Molin. & *ibi* Addent. *lib. 3. de primogen. c. 10. maximè n. 25.* Rot. Rom. *dec. 155. n. 6. & 7. part. 1. recent.* Fachin. *lib. 7. controv. iuris, c. 41.*

9 Quidquid ergo ſit de hac quæſtione, illud tamen certum eſt, quod feudum ſemel acquiſitum per unam fœminam, non debetur aliis fœminis, ſi maſculus ſuperveniat; quidquid aliqui DD. in contrarium dixerint, ut oſtendit Rot. *d. deciſ. 155. n. 8. part. 1. recent.*

Et ſanè quomodo poteſt fœmina ſe primogenitam eſſe prætendere, ſi propter maſculi exiſtentiam à ſucceſſione repellatur: unde ea videtur fuiſſe contrahentium mens, ut cæteris paribus fœminæ primogenitæ præferantur, hoc eſt, inter fœminas ſuccedere volentes: ſimiliter inter maſculos, primogeniti ſecundogenitos excluderent, conſervatâ ſemper maſculorum erga fœminas prælatione: ſi enim hæc non fieret interpretatio, ſequeretur maſculis exiſtentibus, fœminas contra expreſſam conventionem admitti, quod dicendum non eſt. Tiraq. *de primog. q. 10. n. 18. & 19.* Ferrer. ad Guid. Pap. *deciſ. 506.* Ioan. le Citier *in tract. de primog. quæſt. 22. lib. 1.* Roſental qui plures alios congerit in *d. tract. feud. c. 7. concluſ. 41. n. 14.*

† Quod indubitatum eſſe dicit, quando illi qui con- 10
currunt, ſunt in eodem gradu, veluti frater vel ſoror.

Dum ergo fœmina ad feudum ob defectum maſ- 11
culorum admiſſa eſt, non fuit extincta natura feudi ex pacto & providentia; ſed obdormivit donec maſculus ſuperveniret, qui ſaltem extinctâ fœminâ, quæ ultimo loco poſſidebat, omnes alias fœminas, ſive proximiores, ſive remotiores, etiam primogenitas excludit: per text. rotundum in *d. cap. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis*, & *ibi* gloſ. & communiter DD. Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 18. n. 5. verſic. ſed ſi feudum*; & pro hac ſententia 32. Doctores allegat Roſent. *in d. tract. de feud. cap. 7. concluſ. 40. n. 10. & in gloſſa K*, eandemque ſimpliciter ſequitur Peregrin. *de fideicom. art. 27. num. 1. in princip.* dicens hoc eſſe manifeſtum & conforme voluntati diſponentium. Quod vel ex eo, præſertim in feudo, de quo agebatur, conſtituendum erat; quia conceſſum fuerat pro liberis, & liberorum liberis utriuſque ſexus in infinitum, ita quod primogenitus filius ex dictis deſcendentibus, & ſemper antiquior ex dictis maſculis ſuccederet in infinitum, & quod deficientibus prædictis maſculis ſuccederet filia antiquior, quæ tunc erit ſuperſtes: adeo ut evidens ſit primi acquiſitoris intentio, quod nunquam ſuccedant fœminæ maſculis extantibus, ſed maſculi fœminis in infinitum, quandiu aliquis illorum extiterit, præferantur *in utroque ſexu*, id eſt, ſive maſculi ex maſculis, ſive ex fœminis deſcendant: quod etiamſi non fuiſſet dictum, adhuc maſculus ſuperveniens præferendus eſſet fœminæ cuicumque in mutuo concurſu: juxta text. expreſſum *in d. c. 1. de eo qui ſibi vel hæredib.* † Et licet 12
magna ſit inter DD. controverſia, quando concurrunt maſculi deſcendentes ex maſculis, cum maſculis deſcendentibus ex fœminis; tamen quando maſculus deſcendens ex fœmina, concurrit cum fœmina, res eſt extra controverſiam, & ſine dubio maſculus fœminam excludit, ut unanimi conſenſu dicunt DD. ſupra citati, necnon Menoch. *conſ. 976. n. 19.* ubi plures allegat, & ita fuit judicatum ſuper feudo de Monteſargues, pro Nobili Petro de Tieloy, contra Nob. Catharinam de Cotelon ejus ſororem uterinam, deſcendentes à Nob. & Celeberrimo I. C. Domino Perrineto de Parpalia, per Senatum Tholoſanum: ut ad me ſcripſit dictus Dominus de Tieloy, qui dictum feudum in vim dicti Senatuſconſulti obtinuit. Scripſeram pro eo die 18. Maii, anni 1633.

CAPVT XXV.

De validitate tranſactionis factæ inter quandam Communitatem, & Officiales Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, ſuper dominio directo quarūdam paludum & terrarum ad paſcua deſtinatarum, ad quem de jure hujuſmodi terræ pertineant; quando videlicet ſpectent ad Dominum ſeu Baronem, & quando ad Communitatem; & de præſcriptione immemoriali contra Cameram completa ante publicationem Bullæ in Cœna Domini.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Principis, inconſulto Principe tranſigere non poteſt.*

2 *Procura*

2 *Procurator Fisci transigere potest, sed non procurator Cæsaris.*
3 *Princeps cum suis subditis per Procuratorem suum contrahendo, æquè obligatur ac quilibet privatus.*
4 *Principes Ecclesiastici maiori obligatione tenentur ad suorum contractuum observationem.*
5 *Qui prohibetur alienare, potest nihilominus transigere, si transactio non fiat dimittendo, sed acquirendo.*
6 *Negativa dominii probatur per inspectionem inventarii facti de omnibus juribus Principis.*
7 *Prædia omnia, & præsertim rustica, habent pro se præsumptionem libertatis.*
8 *In comitatu Venayssino ex consuetudine prædia franca in emphyteusim concedi possunt.*
9 *Emphyteusis natura non alteratur, quamvis solvatur canon æquivalens fructibus.*
10 *Dominum habere fundatam intentionem in terris heremis & incultis.*
11 *Intellige nisi Communitatis habitatores soliti essent illis terris uti, in & eas sua animalia immittere ad pascendum.*
12 *Officiales qui Principis terras heremas ad pascua destinatas Cameræ unire nituntur, malè faciunt.*
13 *Quæ alienari prohibentur, præscribi non possunt.*
14 *Limita nisi agatur de præscriptione 30. vel 40. annorum, tunc enim possunt talia bona præscribi.*
15 *Præscriptio immemorialis, nec in expressa, nec in tacita alienationis prohibitione comprehenditur.*
16 *Etiam jura supremo Principi reservata præscribi possunt, veluti jus cudendi monetam, creandi Notarios, vestigalia imponendi, & similia.*
17 *Præscriptio, cessante Bulla in Cœna domini, datur contra Romanam Ecclesiam; non tamen quoad jus superioritatis, quod est imprescriptibile.*
18 *Merum & mixtum imperium præscriptione acquiri potest.*
19 *Communitas ius vendendi pascua præscriptione acquirere potest.*
20 *Bulla in Cœna Domini adversus Romanam Ecclesiam præscribi prohibet.*
21 *Quo tempore cœperit hæc Bulla publicari.*
22 *Explicatur consilium 103. Domini Lud. Belli.*

Officiales R. Cameræ Apostolicæ instabant ad nullitatem transactionis alias anno 1600 initæ inter ipsos & Communitatem, super concessione in emphyteusim cujusdam magnæ paludis, sub annuo canone centum salmatarum grani, ob defectum solemnitatum & potestatis; cùm jura Cameræ sint inabilia tam de jure, quàm ex constitutionibus Apostolicis; imò & impræscriptilia. Pro Communitate tamen sustinebam transactionem fuisse validam, prout in effectu post maximam hujus negotii discussionem, fuit in urbe revocata sententia in prima instantia contra Communitatem lata, & ordinatum transactionem debere sortiri effectum: in vim cuius hodie ipsa pacificè fruitur effectu dictæ transactionis.

Siquidem à tanto tempore, cuius non erat apud homines initii memoria, Communitas magnam illam paludem possederat tanquam liberam, immunem ab omni iugo, & onere servitutis; nec aliquem dominum directum recognoverat: vnde licitè potuit illam in totum, vel in parte concedere in emphyteusim, iuxta antiquissimam consuetudinem patriæ Comitatus Venayssimi. Quamobrem malè & iniustè Dominus Iudex Cameræ spoliaverat Communitatē sua possessione, quæ coram Auditore Legati appellationem introduxerat, & super ea fuerat subsecuta transactio dicto anno 1600. per Legatum causâ cognitâ authorisata, & per triginta & amplius annos observata: facta quippe fuerat interveniente Domino Thesaurario Cameræ, nec non Domino Advocato & Procuratore Fiscali, qui ex inveterata consuetudine omnia Cameræ negoria solent pertractare, & gesta per eos, maximè adhibitâ Legati, aut Vicelegati approbatione, valida & legitima reputantur: † & sic servata dispo- 1
sitione *l. nulli 13. ff. de transact.* per quam nulli Procuratorum Principis inconsulto Principe transigere licet. Quod *ibi* Glossa intelligit, ut non liceat transigere dimittendo, secùs si transigat retinendo. Quanquam lex illa loquatur de Procuratore Cæsaris, nos autem de procuratore Fisci, inter quos magna est differentia: quemadmodum inter se differunt patrimonium Fisci, & patrimonium Cæsaris, prout ostendi *in tract. de prævent. judicial. cap. 23. num. 1. & sequentib.* † Procurator Cæsaris, quem ille veluti privatus 2
quidam homo constituit, transigere non potest: & de eo intelligendus est textus in *l. 1. ff. de offic. Procur. Cæsaris.* Aliud est in Procuratore Fisci, qui transigere potest, quia habet mandatum cum libera: ut docet Ias. *in l. Præses provinciæ, num. 11. Cod. de transact. & in l. 1. in quinto notabili, num. 3. ff. de offic. procur. Cæs. & in l. procurator, n. 2. Cod. de edend.* Sequitur Anton. de Padilla *in d. l. Præses, num. 5.* † Princeps ergo cum 3
subditis per suum Procuratorem contrahendo, eodem modo obligatur ad observantiam sui contractus, quo quilibet privatus, *cap. 1. & ibi* DD. *de probat.* fusè Vasquius *lib. 1. controvers. cap. 5. n. 1. & 2.* ubi plures allegat, & testatur ita communiter teneri per DD. & Pereg. *de iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 44. & 45.* Tusch. *in verb. Princeps, conclus. 690.* † ubi hoc maximè in 4
Principibus Ecclesiasticis locum habere vult, cùm Ecclesia sit cultrix iustitiæ.

Et res difficultate caret, cùm transactio per Procuratorem facta fuerit acquirendo, nō dimittendo; quia Communitas erat in possessione dominii directi simul & utilis, paludis & terratū herbidarum de quibus agitur: & tamen transtulit in Cameram directum dominium per illam transactionem, cum iuribus percipiendi nouem partes ex undecim partibus cū quarta parte unius undecimæ prætii (ad quam partem 11. cum quarta undecimæ laudimium ascendebat;) cùm tamen totum pertineret ad Communitatem.

Et præterea canon emphyteuticus qui debebatur Communitati uti Dominæ directæ, fuit reductus ad modum annui reditus, & sic Camera dominium directum acquisivit. † Valida ergo est transactio facta 5
per modum acquisitionis, vt per Glos. *in d. l. nulli 13. ff. de transactionibus*, adinstar rerum aliarum Ecclesiarum, super quibus transigi potest acquirendo. Rebuf. *in compend. alienat. rer. Eccles. n. 21.* Quarant. *in summa Bullar. in verb. alienatio rerum Ecclesiæ n. 43. vers. duodecimò limita.* Padil. *in d. l. Præses, n. 21. C. de transact.* ubi in specie agit de Procuratore Principis.

Supradicta corroborantur ex eo, quod in antiquissimo invētario jurium Principis facto dum Comites Tholosani Comitatui Venayssino dominarentur, ius istud dominii directi descriptum non reperitur: † 6
qui modus probandi negativam per inspectionem scripturæ à iure approbatus est. Hercul. *de probanda negativa n. 167. & 176.* Sutd. *decis. 300. n. 11.* † Maximè cùm omnia prædia, præsertim rustica, præsumptionem 7
pro se habeant libertatis. Menoch. *consil. 395. n. 5. & 6.*

Conſtabat etiam Communitatem uti dominam directam paludum, ab antiquiſſimo tempore ſolitam fuiſſe concedere in emphyteuſim, ſeu ut loquuntur
8 Noſtrates, ad nouum accapitum dictas paludes. † Quod in Comitatu aſſerit factitatum Bertrand. qui in Civitate Carpentoractenſi ſcribit *conſil.129.vol.3. prior, & conſil.89. eodem volum.* ubi teſtatur de hac conſuetudine dandi in emphyteuſim prædia franca.

9 Nec alterari poterat natura emphyteuſeos ex eo, quod in emphyteuſim fuerunt conceſſa ſub canone annuo æquivalente fructibus; hoc enim non obſtante talis contractus remanet emphyteuticus, cùm partes eum ſic nominaverint. Gratian. *diſcept. forenſ.c.460. num.50.* Theſaur. jun. *lib.4.quæſt. forenſ.45. num.2.* Surd. *deciſ.198.n.20.* Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.11. num.3.*

Conſtabat etiam de domino directo Communitati competenti ante illam tranſactionem, ex antiquiſſimis documentis ab anno 1482. & de ejuſdem dominio utili ab anno 1300. quæ hìc ſigillatim exprimere ſuperfluum eſſet.

10 Nam quamvis multi DD. aſſerant dominum habere fundatam intentionem in terris paludoſis, eremis, & incultis, ut in favorem Archiepiſcopatus Avenionenſis ratione paludum loci Novarum, cujus Dominus Archiepiſcopus Avenionenſis eſt dominus juriſdictionalis, ſcripſit Dominus Ludovic. Bellus
11 *conſil.103.num.1. & per totum.* † Hoc tamen locum non habet, quando agitur de bonis per Vniverſitatem poſſeſſis, & in quibus habitatores ſoliti ſunt mittere animalia ſua ad depaſcendum, aut aliàs, Communitas actus poſſeſſorios in illis facere conſuevit: nam in talibus bonis ipſa univerſitas, & non dominus, fundatam habet intentionem. Pereg. *de jur. fiſc.p.4. tit.3. de bonis vacantibus, num.29.* Cancer. *lib.3. variar. reſol.cap.4. num.59.* Menoch. *lib.3. præſumpt.100. num.7.* & 8. Vbi dicit conſtare de poſſeſſione, quando prædia fuêre culta à particularibus.
12 † Vnde infert, malè agere Officiales Principis, qui prædia civitatum & oppidorum, quæ communia appellantur, Cameræ appropriare nituntur. Cùm enim prædia illa ab hominum Vniverſitate poſſideantur, *l. in tantum, §. Vniverſitatis, ff. de rer. diviſ.* ex quo in paſcuis animalia mittere conſueverunt, propria Vniverſitatis, non autem Principis eſſe præſumuntur. Idem tradit Honded. *conſil.84. num.2. & 5. volum.2.*

13 Non obſtat quod opponitur, bona & jura Cameræ Apoſtolicæ non poſſe alienari, nec per conſequens præſcribi, ex Tiraquel. *de retract. conſang. §.1. gloſ.9. num.148.* Quid ultra quod regula illa multos habet
14 contradictores, † ad illam variæ limitationes dantur, ut per eundem Tiraquel. *num.250. & ſequentib.* Inter cæteras, quod prohibita alienari non prohibentur præſcribi ſpatio 30. vel 40. annorum. Alex. *conſil.59. num.2. volum.3.* & tradunt omnes in *leg. filius familias, §. divi, ff. de legat.1.* Roland. *conſil.3. volum. primo, num.86.* Odd. *in tract. de prohib. alien. quæſt.19. num.85.* ubi plures allegat. Multò igitur magis id locum habebit in præſcriptione immemoriali, de qua
15 ſupra actum eſt: † quæ non ſolùm in tacita, ſed nec in expreſſa alienationis prohibitione comprehenditur. Tuſch. *liter. T, concluſ.40. num.39. & 88.* quia habens poſſeſſionem immemorialem, poteſt allegare quemcunque meliorem titulum. Gratian. *diſcept.871. num.19.* Rot. *deciſ.677. num.4. & deciſ.11. num.4.*
16 *part.1. recent.* † Vbi ampliatur hoc procedere in iis etiam, quæ ſupremo Principi reſervata ſunt: quia in his præſumitur Principis licentia, ſeu conceſſio, ex lapſu tanti temporis: veluti ſi agatur de Regalibus, vectigalibus, de jure creandi Notarios, vel monetam fabricandi. Peregr. *de iur. fiſc. lib.6 tit.8. num.14. & ſequentibus.* † Etiamſi agatur contra Fiſcum Romanæ Eccleſiæ. Peregr. *ibidem, n.42.* Gratian. *d. cap.871. num.36.* Ius ſuperioritatis & obedientiæ impræſcriptibile eſſe non negamus; † ſed alia jura Principis præſcriptioni ſubjacere contendimus: ut de mero & mixto imperio tradit Peregr. *de iur. fiſc. lib.1. titul.2. num.64. & ſequentib.* † Ergo in vim talis præſcriptionis jus eſt Communitati quæſitum, ut prædia illa herbida vendere poſſit, & de illis, aut illorum fructibus ad libitũ diſponere. Vincent. de Franch. *deciſ.197.*

Non obſtat præterea ſi dicatur, ex Bulla in *Cœna Domini*, nullam unquam adversùs Romanam Eccleſiam currere poſſe præſcriptionem. Gratian. *diſcept. forenſ.c.52.n.6.* † Quia Bulla in *Cœna Domini* publicari cœpit tempore Martini V. circa annum Domini 1410. quo tempore jam erat finita præſcriptio immemorialis Communitatis, quæ cœperat ab anno 1300. ut conſtabat ex actis, & ex antiquiſſimis teſtiũ depoſitionibus factis anno 1461. de cujus Bullæ initio teſtatur Iacob. de Graſſis *in illius interpret. lib.4.c.18.n.3.*

Caſus verò de quo *in d. conſil.103.* Dom. Ludovic. Belli, eſt omninò diverſus à caſu propoſito: quia ibi ſupponebatur pro fundamento, quod Dominus Archiepiſcopus habet dominium directum univerſale totius territorii Novarum, quod non verificatur in caſu propoſito. Item non conſtabat quod Communitas à tempore immemoriali eſſet in poſſeſſione paludum, nec facta fuerat ulla tranſactio, prout in caſu propoſito: idcirco judicatum fuit in Vrbe in favorem Communitatis, & ita fuit executum pro Communitate Paternarum adversùs Cameram.

CAPVT XXVI.

De immunitate Patri duodecim liberorum conceſſa, quomodò intelligatur, & in quibus caſibus locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Pater duodecim liberos legitimos habens, fruitur privilegio immunitatis: ſive pater ſit Decurio, ſive non.*

2 *Immunitas Patri duodecim liberorum conceditur, tam quoad munera patrimonialia, quàm mixta.*

3 *Immunitas non ſolùm pro bonis quæſitis, ſed etiam pro quærendis in futurum patri concedenda eſt ob numerum 12. liberorum.*

4 *Amplia ut procedat, etiamſi talia bona iam eſſent deſcripta in cataſtro Communitatis.*

5 *Immunitas ob duodecim liberos comprehendit tam onera ordinaria, quàm extraordinaria.*

6 *Immunitas ob 12. liberos comprehendit exemptionem ab oneribus, causâ belli, peſtis, & aliis ob utilitatem publicam factis.*

7 *Favorabilior eſt exemptio quæ à lege conceditur illâ, quæ ex Principis reſcripto datur.*

8 *Exemptio conceſſa ob numerum duodecim liberorum, non comprehendit onera iam impoſita.*

9 *Quando peræquatio generalis debitorum Communitatis facta fuit, exemptio poſtea ſuperveniens ob numerum 12. liberorum non ſuffragatur quoad illa debita, etiamſi duntaxat factum fuerit meſpartimentam (ut loquuntur) generale, & nondum illius facta diſtributio.*

10 *Exemptio*

10 *Exemptio ob numerum 12. liberorum non comprehendit onera merè realia, aliis quàm Communitatibus debita; veluti laudimia, decimas, & similia.*

REquisitus pro parte cujusdam Communitatis, ut resolutivè dicerem, qua ratione, & quibus in casibus concedenda esset immunitas Patri duodecim liberos superstites habenti? Respondi per conclusiones sequentes.

1 Prima Conclusio. Certum est in jure patrem duodecim liberos legitimos viventes habentem, frui privilegio immunitatis, *l. si quis Decurio, & ibi* Gloss. & DD. *C. de Decurionibus, lib.* 10. quæ lex licèt de Decurionibus loquatur; tamen locum etiam habet in patre non Decurione. Osasc. *cons.* 60. *per totum*, Borell. *cons.* 28. *n.* 10.

2 Secunda Conclusio. Immunitas illa patri duodecim liberorum competens, locum habere debet etiam in muneribus patrimonialibus, & mixtis, secundùm communem opinionem, de qua Vivius *opinion.* 603. cum pluribus per eum citatis, quidquid in contrarium dixerit Fachin. *lib.* 3. *quæst. controvers. c.* 49. quia illius opinio in judiciis non recipitur, & contra eum verior est sententia, quam tenet Aretin. *in* §. 1. *num.* 4. *Institut. de excusat. tutor.* Pascal. *de patria potest. p.* 4. *c.* 4. *n.* 26. Thesaur. *decis.* 267. *n.* 13.

3 Tertia Conclusio. Pater duodecim liberorum immunitate frui debet, non solùm pro bonis quæ possidebat eo tempore, quo duodecimus filius illi natus est; sed etiam pro bonis postea acquisitis, & in futurum acquirendis. Menoch. *cons.* 486. *in fin. in* 4. *dubitat.* Ricc. *in addit. ad Vincent. de Franch. decis.* 259. Sola *de jur. Emphyt. Decreti licet, part.* 3. *gloss.* 2. *n.* 19.

4 Ozasc. *decis.* 136. *num.* 1. † Quod ampliatur ut procedat, etiamsi talia bona jam reperirentur descripta in catastro Communitatis. Osasc. *ibid. num.* 2. Sola *d. num.* 19.

5 Quarta Conclusio. Prædicta exemptio ob numerum 12. liberorum concessa, non solùm comprehendit onera extraordinaria, sed etiam ordinaria, non obstante distinctione Cavalcani *decis.* 14. *n.* 29. *p.* 3. quæ non observatur; imò contra illam judicatur in supremis Tribunalibus: ut testis est Pascal. *de patr. potest. part.* 4. *c.* 4. *n.* 26.

6 Quinta Conclusio. Quamvis magna sit controversia, utrum exemptio ob numerum 12. liberorum comprehendat expensas belli & pestis, reparationis murorum, aut alias utilitates publicas; nonnullis existimantibus numerum 12. liberorum, parentem ab hujusmodi onerum præstatione non eximere: verior tamen opinio, & magis communiter recepta est sententia, patrem duodecim liberos habentem ab omnibus illis oneribus liberandum esse, quam tenent Rol. *cons.* 52. *n.* 27. *vol.* 2. Nat. *cons.* 539. *in fin. n.* 5. & ita congregatis aulis fuit judicatum in Senatu Pedemontano, teste Thesaur. filio, *in addit. ad decis.* 267. *litera H. & lib.* 1. *quæst. forens.* 93. *n.* 2.

7 Ratio est, quia magna est differentia inter exemptionem à collectis, quæ cóceditur ex Principis rescripto; & illam quæ conceditur à lege: nam in primo casu, strictior fieri debet interpretatio; nec præsumendum est, Principē ad onera futura respectum habuisse: quæ consideratio locum habere nō potest in exemptione legali, quia lex est dogma virorum prudentium, & illius proprium est præscribere normam futuris negotiis, *l. leges, C. de legibus*, & prospicere etiam casus ratò contingentes, *l. antiqui, ff. si cert. petat.* Rol. & Pascal. *locis supr. cit.* & utilitas publica æquè versatur in liberorum procreatione & educatione, ac in aliis casibus, in quibus pater cogi posset ad contribuendum publicis functionibus.

Sexta Conclusio. Numerus duodecim liberorū non 8
eximit patrem à præstatione onerum jam impositorū, & indictorum eo tēpore, quo privilegium acquisivit. Hæc enim generalis est regula, exemptionem quamcumque onera antea imposita & indicta minimè cōprehendere, *l. semper, §. hoc circa ff. de jur. immunit.* Io. de Plat. *in l. negotiantes, Cod. de excusat. muner. lib.* 10. Novar. *qq. forens. p.* 1. *q.* 75. *n.* 6. qui ita in pluribus Tribunalibus judicatum fuisse testatur. Bellon jun. *consil.* 69. *n.* 30. *& multis seqq.* Ricc. *ad decis. Vincent. de Franch.* 259. *vers. & dictum beneficium immunitatis.* Sola *in d. tit. de jur. emphyt. Decret. licet, p.* 3. *gloss.* 2. *n.* 21. Collectæ siquidem jam impositæ sunt distributæ, & indicatæ occasione debitorū per Communitates longo tempore ante exemptionem contractorū.

† Quod maximè procedit ratione bonorum acquisi- 9
torum post confectionem peræquationis, seu (ut vulgò loquuntur) mespartimenti debitorum Communitatis facti, & distributi, pro quibus jam bona reperiebantur obligata & hypothecata: immò sufficit factum esse mespartimentum generale, quamvis distributio illius nondum sit facta, ut dicit Sola *d. n.* 21.

Septima Conclusio. Prædicta exemptio non com- 10
prehendit onera merè realia, aliis quàm ipsi Communitati debita, aut alio nomine quàm onerum publicorum: qualia sunt laudimia, canones emphyteutici, decimæ, & similia, à quibus liberorum numerum nō excusare, certum & indubitatum est. Menoch. *consilio* 297. *num.* 19. Cauagnol. *ad constit. Montis ferrati, decret.* 72. *q.* 12. *num.* 12. *&* 13. Thesaur. *ad decis. patris* 277. *in fin.* Petra *in addit. ad Grammat. decis.* 54. *num.* 6.

CAPVT XXVII.

De minore agente condictione indebiti, quando mater tutrix plus solvit paternis creditoribus, quàm illius facultates paterentur; utrùm sit in electione ipsius, an malit agere contra matrem, an verò quod ultra facultates paternas solutum est, ab ipsis creditoribus repetere.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum dicitur non solùm id quod non debebatur; sed etiamsi deberetur, si tamen ultra vires hæreditatis solutum fuit.*

2 *Si hæres plus promiserit quam vires hæreditatis patiantur, dicitur plus debito promisisse.*

3 *Hæres qui erat timidus, & non facto calculo hæreditatis solvit, repetitionem habet.*

4 *Soluens per errorem juris, aut facti, repetit indebitè solutum.*

5 *Error juris in minore præsumitur.*

6 *Si tutor soluerit indebitum nomine pupilli, pupillus ipse condictionem habet.*

7 *Ampliatur ut procedat, sive solutio facta fuerit de pecuniis tutoris, sive de pecuniis ipsius pupilli.*

8 *Non est novum, ut unus indebitum solvat, & alius indebitè solutum repetat.*

9 *Non solùm hæres, sed etiam creditores hæreditarii repetere possunt, quod plus debito, id est ultra vires hæreditarias solutum est.*

10 *Hæredi poſt reſtitutam hæreditatem datur repetitio, ſi non ſufficienter retinuerit pro ſuis creditis, & detractionibus.*

11 *Hæres ex beneficio Inventarii, poteſt onus repetitionis relinquere prioribus creditoribus adversùs poſteriores, quibus ſolutum eſt.*

12 *Intellige concedi repetitionem, & condictionem indebiti in ſupradictis caſibus, quando ſolutio facta fuit bona fide.*

13 *Vtrùm pupillus poſſit intentare condictionem indebiti adversùs creditores, quando tutor fuit in culpa, an verò prius contra tutorem agere teneatur; adhibitâ diſtinctione explicatur.*

14 Deciſio *Giurbæ* 1. num. 46. *quomodò ſit intelligenda, & in quibus caſibus.*

TVtrix liberorum patris heredum nomine, paternis creditoribus plurimas pecuniarum ſummas exſoluerat, juribus quæ pupillis adversùs hæreditatem illam competebant per tales ſolutiones exhauſtis, & ad nihilum fermè redactis: Reſpondi pupillum non teneri adversùs matrem malè ſoluentem agere; ſed poſſe condictione indebiti adversùs creditores,
1 quibus ſolutum fuerat, experiri. † Indebitum quippe dicitur non ſolùm quod omninò debitum non eſt, ſed etiam quod per hæredes ultra vires hæreditarias fuit exſolutum, aut in præjudicium æris alieni, *l. ſi univerſa, Cod. de leg. l. 1. §. ſi is qui quadraginta, verſic. nemi-*
2 *nem, ff. ad Trebell.* † Et ſi hæres plus promiſerit, quàm vires hæreditatis patiantur, juſto errore ductus; indebiti promiſſi condictionem habet, *l. ſi is qui plus 31.*
3 *ff. de condict. indeb.* † Multò magis ſi non promiſerit, ſed ſoluerit per errorem. Phanuc. *inter tract. de invent. quæſt. 242. num. 141.* & Monticul. *quæſt. 235. num. 189.* ubi loquuntur de hærede, qui poterat calculum inire, & ſolutionem differre; quod tamen non fecit, ſed ſoluit, cùm eſſet perſona timida, & lites expaveſcens: aſſerentes nihil planè illi imputandum eſſe, quod facilis fuerit ſoluendo; quia ſcienti & ſolerti lex poſita fuit, non imprudenti & ignaro: † Et
4 generaliter indubitatum eſt, condictionem indebiti dari, ſi per juſtum errorem facta fuerit ſolutio; ſive talis error in facto, ſive in jure conſiſtat, quamvis etiâ condictioni indebiti fuiſſet renuntiatum cum juramento. Decius *conſ. 350. n. 5.* Gratian. *diſcept. forenſ.*
5 *652. n. 27.* † Error autem juris in minore probabilis eſt, quia præſumitur. Menoch *præſũpt. 23. n. 19. lib. 6.* In muliere verò tutrice non eſt dubitandum quin præſumatur error facti, maximè alieni, nempe valoris bonorum hæreditariorum, ex quo oritur ſoluti repetitio, præſertim cùm agatur de damno vitando. Ror. Rom. *deciſ. 167. n. 13. p. 1. recent.*

6 Et quamvis non modica videatur difficultas reſpectu matris quæ ſoluit de pecuniis propriis, tamen reſpectu pupilli res videtur extra dubium propoſita, per text. expreſſum *in l. cùm indebitum 57. ff. de condict. indeb.* cujus hæc ſunt verba: *Cùm indebitum impuberis nomine tutor numeraverit, impuberis cõdictio eſt.*
7 † Et *ibidem* Gloſſ. quam *ibi* communiter DD. approbant, dicit hoc habere locum, ſive ſolutio facta fuerit ex pecuniis pupilli, ſive ipſius tutoris: quia tutor hanc pecuniam in redditione rationum tutelæ compenſat, & factum tutoris dicitur factum pupilli, adeò ut actio competat vero domino, non autem perſonâ illius repræſentanti, ne officium ſuum ſit illi damnoſum. DD. *in l. ſi procurator*; & nominatim Alexand. *num. 3.* Bart. *num. 13.* Angel. *in princip. ff. de condict.*
8 *indebit.* † Nec eſt novum quod per unum fiat ſolutio, & alteri competat repetitio, *l. nec novum eſt 5. ff. eodem tit. de condict. indeb.* Alexand. *in l. 2. §. ſi quid, ff. eodem titul.* † Et ideo quod ſolutum eſt ultrà vires 9
hæreditatis, ſi poſtea æs alienum emergat quod hæreditatem abſorbeat, repeti poteſt, vel ab ipſo hærede, vel à creditoribus hæreditatiis. Caſtrenſ. *in d. §. ſi quid, num. 8. & ſequentibus.* † Vnde etiam hæredi poſt reſti- 10
tutam hæreditatem datur condictio, & repetitio, ſi non retinuerit quantitatem ſibi debitam, cùm ignoraret tot adeſſe debita in hæreditate. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 203. n. 19. & ſequent. & cap. 193. n. 37. 38. & 39.*

Poteſt etiam pupillus, patris hæres, ſi ipſe creditor 11
non ſit, nec indigeat repetitione adversùs eos quibus ſolutum eſt, ut ſe eximat ab aliis creditoribus anterioribus, onus iſtud ex beneficio inventarii relinquere dictis creditoribus, qui ſi velint, adversùs poſteriores quibus ſolutum eſt, experiri cogentur. Caſtrenſ. *in d. l. 2. §. ſi quid, ff. de condict. indeb. n. 8* & alii ſuprà citati, & probat text. *in d. § ſi quid*; ibi, *vel poſt multum temporis emerſerit as alienum*, cum *ſeq.*

Supradicta omnia intelligenda ſunt de ſolutione 12
bona fide facta, & cum probabili ignorantia; ſi credimus Rotæ *deciſ. 169. n. 1. p. 6. recent.*

Sed quid juris, ſi tutrix ſit in aliqua culpa, veluti ſi 13
non confecerit inventarium, utrùm pupillus major factus teneatur agere contra tutricem, vel eius bona; an verò habeat electionem agendi contra ipſam, aut contra creditores quibus ſolutum eſt.

Quæſtio iſta reſoluenda eſt adhibita diſtinctione; aut enim minor intentat remedium reſtitutionis in integrum, ex capite minoris ætatis; & hoc caſu datur illi electio agendi contra creditores, vel contra tutorem, per text. *in l. etiam 3. & l. final. C. ſi tutor vel curat. interven. & in §. ſi pupillus, in Authent. de hæred. & falcid. l. ſi is qui Reipublicæ*, & *ibid.* Gloſſ. *ff. ex quib. cauſ. major. in integ. reſtit.*

Aut verò minor remedium reſtitutionis in integrum intentat ex clauſula generali, *ſi qua mihi juſta cauſa, &c.* Et tunc tenetur agere contra tutorem, ſi ſit ſolvendo. Ratio differentiæ eſt, quia reſtitutio ex capite minoris ætatis fundatur in privilegio intuitu perſonæ conceſſo; quæ verò ex clauſula illa generali competit, ſola nititur æquitate; portò æquitas ceſſat, quando minor agendo contra tutorem indemnis ſervari poteſt; ceſſat ergo & hæc reſtitutio in ſola æquitate fundata: atque ita diſtingunt DD. poſt Bart. *in l. ſi infanti, n. 12. C. de iur. deliber.* & *in l. qui duos ff. de reb. dubiis.* Hodier. ad Surd. *deciſ. 4. n. 46.* Odd. *de reſtit. in integ. q. 68. art. 3. num. 37.* Rebuff. *in conſtit. Reg. tit. de reſtitut. gloſ. 1. art. 2. n. 22. & 24.* Theſaur. *deciſ. 103. num. 9. verſ. & ultra id quod.* Ioſeph. Ludouiſ. *deciſ. 55. num. 15. & 16.*

Et ſecundùm hanc diſtinctionem explicanda viden- 14
tur ea, quæ in contrarium tradit Giurb. *deciſ. 1. n. 46.* cum pluribus DD. per eum citatis. Aliàs contra eum eſſet communis opinio, de qua teſtatur Hodiern. ad *d. deciſ. 4. n. 46.*

CAPVT XXVIII.

Quando bona debitoris in incantu publico uni ex creditoribus liberantur, utrùm neceſſariò præcedere debeat æſtimatio; & an liberatio, nullâ prævia æſtimatione facta, ſit invalida.

SVMMARIVM.

1 *Æſtimationem præcedere debere, quando nulli alii*

alii licitatores concurrunt, & adiudicatio fit ipsi creditori, nonnulli existimant.

2 *Contrarium tamen verius est, & tenet liberatio, si debitor non probet læsionem ultra dimidium iusti pretii.*

3 *Creditor licitando non debet esse deterioris conditionis, quàm quilibet extraneus.*

4 *Explicatur text.* in l. si quos, Cod. de rescind. vendit.

5 *Æstimatio solennis & iudicialis non debet præcedere subhastationem, & liberationem factam creditori, sed sufficit quod Index se informet extraiudicialiter, ne fiat fraus.*

6 *Textum* in d. l. si quos, *procedere ex speciali favore Fisci, verius est.*

7 *Datio in solutum pignoris ipsimet creditori extraiudicialiter facta, non valet, nisi sub vera æstimatione facta fuerit; secus si iudicialiter, & in incantu publico.*

8 *Liberatio facta creditori, nullâ præviâ æstimatione, valida potissimùm est, si debitor non probaverit in ea adesse læsionem in magno excessu.*

9 *Quando creditor non procedit adversùs debitorem per viam subhastationis, sed per viam impetrationis dominii, æstimationem præcedere debere pro forma, nonnulli existimant: & ad hanc sententiam Rota Romana inclinavit.*

10 *Contrarium tamen novissimè Senatus Neapolitanus iudicavit, nempe nec isto casu necessarium esse, ut præcedat æstimatio.*

QVando bona debitoris de pignore capta, ipsimet creditori in concursu aliorum licitantium, aut etiam nullo alio emptore seu licitatore, tanquam plus offerenti, vel tanquam soli offerenti liberantur, & in publico incantu adjudicantur, non sine ratione dubitatum fuit sæpe numero, utrùm dictam adjudicationem præcedere debeat judicialis æstimatio formaliter & legitimè facta, & utrùm liberatio nulla sit, si dicta æstimatio non præcesserit, & an lapso tempore consueto ad redimendum per stylum Comitatus Venayssini concesso, quod est quadraginta dierum, audiendus sit debitor petens bona liberata æstimari, & creditorem ad solutionem majoris valoris compelli sub eo prætextu, quod bona illa viliori pretio distracta fuisse prætendit.

1 Si liberatio pignorum, seu bonorum sub hasta positorum fieret tertio, & extraneo emptori, non esset de æstimatione quærendum: † sed dum fit in favorem ipsius creditoris, præsertim nullo alio concurrente licitatore, tali casu pro validitate liberationis æstimationem præcedere debere concludit Mangil. *in tract. de subhast. quæst.* 154. ubi dicit quod quando nullus alius præter creditorem comparuit licitator, tunc ad fraudes evitandas adjudicatio illi fieri non potest, nisi præviâ æstimatione, sine qua de justitia pretii constare non potest, & locus est fraudibus; quidquid aliud esse dicat quando alii concurrerent licitatores; tunc enim nullam aliam necessariam esse æstimationem dicit.

2 Contraria tamen sententia verior est, ut nullis etiam concurrentibus aliis licitatoribus, liberatio ipsimet creditori facta sit valida; quanvis nulla præcesserit bonorum liberatorum & adjudicatorum æstimatio: adeo ut si debitor prætendat læsionem in pretio intervenisse, onus hoc probandi ipsi incumbat, nec sufficiat quamcunque læsionem probare, sed requiratur quod per debitorem probetur læsio ultra dimidium justi pretii. Addent. ad Ludouis. *decis.* 12. † ubi dicunt non debere creditorem esse deterioris conditionis quàm quilibet extraneus, & quod opinio Surd. *cons.* 256. *sub n.* 6. dicentis hoc procedere quanvis nullus alius reperiatur emptor, verior est; & huius rei veritas solida ratione comprobatur, quia nulla lege cauetur quod subhastationem æstimatio præcedere debeat. † Nam text. *in l. si quos, Cod. de rescind. vendit.* debet intelligi de venditione quæ fit ad instantiam Fisci, in qua hoc speciale est, ut præcedere debeat æstimatio. 3 4

Sed tamen subsistendum est, quia multi DD. contrarium tenent, nempe Fiscum nihil in hoc habere speciale: ideo ad aliam responsionem recurrendum est, † nempe quod illa *l. si quos*, non vult æstimationem fieri iudicialiter per peritos, sed sufficere quod Iudex ex officio se informet de valore rei sub hasta positæ, etiam extraiudicialiter, ne fraus fiat in pretio, sed res iuxta congruum valorem liberetur: de qua informatione quanvis in actis non appareat, tamen à Iudice facta præsumitur. Rot. *decis.* 463. *n.* 3. *part.* 3. *recent.* ubi hoc maximè locum habere dicitur, quando nulla adest fraudis suspicio: quod probatur ex verbis *dict. l. si quos*, in illis verbis: *sub nomine subhastationis publicæ locus fraudibus relinquatur.* † Quanquam verior etiam sit *dict. l. si quos*, interpretatio, ut locum habeat dum agitur de venditione pro functionibus fiscalibus iure quodam speciali; quod benè explicat Rot. apud Burat. *decis.* 96. *n.* 5. ubi dicitur verba *dict. l. si quos*, esse clara, cùm loquantur duntaxat de venditione, quæ fit per publicum exactorem. † Et licèt *ibidem* Addentes dicant verius esse, quod adiudicatio sit nulla quando fit ipsi creditori, nulla præcedente æstimatione; intelligi tamen debet de adiudicatione quæ fit creditori extra incantum publicum; secus si præcedat publica subhastatio: quia tunc non agitur de pignore iudicialì, vel prætorio, in solutum creditori dando; sed de venditione facta creditori tanquam tertio, vel plus offerenti. Gratian. *discept. forens.* 706. *n.* 6. *& c.* 7. *n.* 23. *& 24. & cap.* 545. ubi dicit Rotam tenere hanc opinionem, quod nulla præcedere de necessitate debeat æstimatio, præterquam in subhastationibus, quæ fiunt pro exactione publicarum functionum. 5 6 7

Supradicta multò magis procedunt, quando debitor non probat magnum adesse excessum inter pretium iustum, & pretium liberationis. Gratian. *dict. cap.* 706. *n.* 5. Mangil. ipse *in dict. tract. de subhast. quæst.* 18. *num.* 5. *&* 11. *& quæst.* 19. *num.* 3. adeo ut de dicta læsione considerabili constare debeat. Gratian. *dict. cap.* 545. *num.* 26. ubi dicit æstimationem esse potiùs de consilio, quàm de præcepto: Eandem sententiam sequitur Rota apud Coccin. *decis.* 109. *num.* 14. ubi dicit, necessariam esse æstimationem in datione in solutum, sed non in liberatione facta in publico incantu: cùm creditor ad licitationem admittendus sit, alio nihil offerente; vel offerente quidem, sed minus offerente: ut *ibidem* dicitur, *num.* 12. & apud Posth. *in tract. de manutent. decis.* 109. *num.* 7. *& sequentib.* Anton. Niger *in tract. de pign. iudic. cap.* 5. *numero* 18. *&* 19. qui etiam *numero* 15. distinguit, ut suprà *numero* 8. utrum constet, an non de magno excessu infra legitimum pretium. Surd. *consilio* 39. *numero* 26. ubi dicit ad hoc ut venditio sub hasta creditori facta rescindatur, probandam esse læsionem ultra dimidium iusti pretii. 8

Et hæc sententia bene probatur per text. *in l. fin. Cod. de iur. domin. imperr. in fine*, ibi: *ut quod Iudex super hoc statuerit, in æstimatione pignoris obtineat*; 9

qui

qui textus loquitur in difficilioribus terminis, nempe quando creditor, non per ſolennem ſubhaſtationem, ſed per viam impetrationis dominii bona ſui debitoris ſibi adjudicari, & in ſolutum dari obtinet: quo caſu licèt Rota Romana, *in deciſionibus ſuperiùs allegatis*, inclinet ad illam ſententiam, ut æſtimatio adiudicationem præcedere debeat, veluti *in d. deciſ. 109. num. 7. & ſeqq.* apud Poſth. *in tract. de manutent.* † tamen fuit noviſſimè deciſum in Senatu Neapolitano, nec in caſu adiudicationis per viam impetrationis dominii, & dationis in ſolutum, neceſſarium eſſe quod præcedat æſtimatio: revocatáque fuit ſententia quæ contra hanc opinionem lata fuerat, dum pars gravata ad Senatum per viam reſtitutionis in integrum recurriſſet: teſte Sanfelicio *deciſ. 118. part. 1.*

Concludendum ergo eſt, æſtimationis præcedentis defectum, non reddere nullam ſubhaſtationem, quanvis bona ſub haſta poſita ipſimet creditori, vel ſoli offerenti, vel in concurſu aliarum oblationum plus & ultimo offerenti, liberata fuerint: & talem ſtylum ego vidi obſervari in Comitatu Venayſſino.

Idque potiſſimùm locum habet, quando lapſum eſt tempus quadraginta dierum, aut aliud quod ſecundum conſuetudines locòrum datur debitori, ad redimenda bona liberata.

CAPVT XXIX.

Quibus in caſibus ille, ex cujus pecunia creditor anterior dimiſſus eſt, ſuccedat in jus creditoris dimiſſi; ſive ſolutio fiat à ſecundo creditore, ſive ab emptore, ſive pactum ſubrogationis intervenerit, ſive non; & ſive ceſſio facta fuerit jurium, ſive non: & alii plures caſus ſubrogationis, & ſubingreſſionis in locum hypothecarum creditoris dimiſſi, explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poſterior intentans remedium juris offerendi, & ſolvens anteriori creditori, in illius locum ſuccedit, etiam abſque ceſſione jurium.*

2 *Ius offerendi ad effectum ſuccedendi in jus anterioris creditoris, non competit creditori chirographario, aut alteri hypothecam non habenti.*

3 *Extraneus ſi pro debitore, nomine illius ſolverit, & tanquam geſtor negotiorum debitoris, non ſuccedit in ius creditoris, cui ſolutum eſt: ſecus ſi proprio nomine, & ad propriam utilitatem, & animo ſibi acquirendi ſolvat.*

4 *Extraneus ſimpliciter ſolvens pro alio, cenſetur nomine illius, & tanquam eius negotiorum geſtor ſolviſſe.*

5 *Tertius pignoris poſſeſſor ſolvens utitur iure exceptionis adverſus creditores poſteriores, ſi anterioribus ſolverit, etiam nullâ obtentâ iurium ceſſione.*

6 *Quando ipſe debitor ſolvit de pecuniis propriis, non eſt de ſubingreſſione quærendum.*

7 *Emptor ſolvens de pretio rei emptæ, non poteſt obtinere ceſſionem iurium à creditore.*

8 *Limita niſi præceſſerit conventio de cedendis iuribus, & ſuccedendo in locum creditoris dimiſſi; tunc enim ceſſio erit valida.*

9 *Item limita, ſi emptor nolit agere contra alios, ſed dumtaxat ſe defendere adverſus creditores; tunc non eſt opus ceſſione iurium.*

10 *Si ſolutio fiat per ipſum debitorem de pecuniis tertii, iſte tertius non ſuccedit in ius creditoris ſine ceſſione; aut niſi adſit pactum ſubrogationis, & pecuniæ in effectu in ſolutionem anterioris debiti convertantur, & hoc notificatum fuerit creditori.*

11 *Creditor ſi velit, poteſt in actu ſolutionis contradicere ſubrogationi prætenſæ per eum, de cuius pecuniis fit ſolutio.*

12 *Subrogatio in ius anterioris ſine pacto expreſſo, & ſcientia creditoris inducitur, ſive voluntaria, ſive neceſſaria fiat ſolutio in caſibus in quibus creditor poteſt cogi ad cedendum iura ſua.*

13 *Facta ceſſio iurium non poteſt induci, niſi fictio habeat fundamentum aliquod reale.*

14 *Fictio non poteſt inducere conſenſum in ignorante, veluti in furioſo, & ſimilibus.*

15 *Textus* in l. pater filium 36. ff. de legat. 2. & in l. ſi pupillorum, §. fin. ff. de reb. eorum qui ſub tut. *non tangunt materiam ſubingreſſionis.*

16 *Subrogatio in ius alterius poteſt eſſe valida quoad vendentem, ſed non in præiudicium tertii, niſi requiſita concurrant.*

17 *Subrogatio in ius alterius creditoris poteſt contingere quoad actiones perſonales, vel quoad hypothecariam, vel tantùm quoad ius excipiendi.*

18 *In actione perſonali non eſt opus ceſſione iurium.*

19 *Aliud eſt emptorem eſſe ſecurum, aliud ſuccedere in ius hypothecarum.*

20 *Textus* in d. l. pater filium, & dict. l. ſi pupillorum, *ſolùm reſpiciunt ſecuritatem emptoris, non ſubrogationem ad fines agendi.*

21 *Aliud eſt creditorem ſecundum ſolvere, aliud tertium penitus extraneum, ad effectum ſuccedendi in ius hypothecarum.*

22 *Verſio pecuniarum probatur coniecturis.*

23 *Diverſitas ſpecierum monetæ non nocet omninò probationi verſionis pecuniarum in cauſam promiſſam.*

QVi mille aureos ab alio ſub annuo cenſu ea conditione receperat, ut pecunia hæc in unius ex anterioribus ejus creditoribus ſolutionem converteretur, & dans pecunias in jure & hypothecis illius creditoris ſubrogatus eſſet, ſolvit quidem ſuo creditori, prout promiſerat; ſed dixit ſe de propriis pecuniis ſolvere; nec de ſubrogatione quidquam dixit, minuſque ceſſionem iurium danti pecunias fieri procuravit; quin potius ſibi ipſi iura dicti creditoris cedi fecit, ut contra alios indemnitatem conſequi poſſet. Qui pecunias ad cenſum dederat in concurſu creditorum, cæteris præferri volebat tanquam ſuccedens in ius anterioris illius creditoris dimiſſi. Contra verò, poſteriores creditores, illum à ſua prætentione repellendum dicebant, quòd nec ceſſionem iurium obtinuiſſet, nec ſolutio de eius pecuniis facta diceretur, nec alia requiſita interveniſſent ſine quibus ſolvens in ius creditoris dimiſſi ſuccedere non poteſt. Res fuit in iudicio deducta, & acriter diſputata;

putata; sed tamen posteriores creditores obtinuerunt: & is qui pecunias dederat ad censum, non juxta ordinem hypothecarum creditoris dimissi, sed juxta sui contractus censualis tempus, & gradum, & sic post alios collocatus fuit.

Pro cujus rei explicatione, cùm materiam difficilem & subtilem contineat, ut omnis tollatur ambiguitas & confusio, procedemus per sequentes conclusiones, juxta casuum varietatem.

1 Prima Conclusio. Quando creditor habens posteriorem hypothecam, intentat remedium juris offerendi contra anteriorem creditorem, & illius creditum solvit, aut in casum recusationis legitimè deponit; is qui sic solvit vel deponit, succedit in jus & locum anterioris illius creditoris, etiam absque ulla cessione jurium, aut aliqua conventione de succedendo in jus ipsius; idque ex potestate legis, absque alio ministerio, vel facto creditoris anterioris: ut dicunt Salic. & alij *in l.1. Cod. de his qui in prior. cred. loc. succed.* Bart. *in l.1. Cod. qui potior. in pign. hab.* & hoc bene & utiliter explicat Negusant. *3. memb. 5. partis, de pignor. p.1. num.10.*

2 Dixi *posteriorem habens hypothecam.* Quia hoc jus offerendi non competit creditori chirographario, aut alteri qui hypothecam non haberet: hic enim licèt tanquam quilibet extraneus possit pro debitore solvere, ut notavit Pacific. *de Salvian. interdict. inspect. 5. cap. unic. numero 13.* Non tamen ex tali solutione consequitur successionem & subrogationem in jus & hypothecas ejus cui fit solutio, nisi volente ipso creditore qui recipit solutionem, vel nisi creditor iste chirographarius possideret; quo casu non tanquam creditor, sed uti possessor consideratur. Negusant. *de pignor. 3. membr. 5. partis, par. 1. n. 6.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 28. n. 26.* Intelligendo juxta declarationes quas affert Morot. *in tract. de jur. offerend. num. 41. & seqq.*

3 Secunda Conclusio. Si solutio crediti fiat ab extraneo, nomine debitoris, veluti si extraneus tanquam negotiorum gestor debitoris, aut aliàs ejusdem nomine creditorem anteriorem dimittat, non succedit in jus & locum creditoris quem dimisit; sed sola illi remanet actio personalis negotiorum gestorum adversùs debitorem, cujus nomine solutio facta fuit, nisi jurium cessionem obtinuerit à creditore.

Si verò extraneus ipse proprio nomine solverit, nempe emendo creditum, seu nomen alterius ad sui utilitatem; tunc succedit in jus creditoris, cujus nomen emit absque alia jurium cessione.

Hæc distinctio habetur apud Bart. *in l. aristo, n. 2. ff. quæ res pign. oblig. poss.* Negusant. *de pignor. dict. p. 5. memb. 3. n. 42. in princ. & in vers. limitatur.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 28. n. 14.* Gratian. *discept. forens. cap. 117. n. 17.*

4 Sed si simpliciter solutio fiat per istum extraneum, non exprimendo utrùm nomine proprio, aut nomine debitoris solvat, & sic in dubio præsumitur solutionem fuisse factam nomine debitoris ab ipso solvente, tanquam negotiorum gestore, *l. solvendo, ff. de negot. gest.* Rip. *in l. si ventri, §. fin. numero 1. ff. de privileg. cred.* Surd. *consilio 183. numero 17. in fin.*

5 Tertia Conclusio. Quando iste extraneus solvens possidet pignus, potest se tueri adversus creditores posteriores in vim solutionis factæ anteriori; non quidem jure actionis, sed jure exceptionis, si ab illis conveniatur: etiamsi jura & actiones sibi cedi non curaverit; cùm cessio jurium non sit necessaria ad excipiendum. Ioan. Bapt. Cost. *de facti scient. centur. 2. distinct. 73. num. 8.* Thesaur. Iun. *lib. 2. quæst. forens. 30. n. 1.* Gratian. *discept. forens. 269.* Vincent. de Franch. *decis. 134.* Cancer. *par. 2. cap. 6. num. 44. vers. item limita,* & ita decisum testatur Gratian. *decis. 66. num. 8. & sequentibus.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 29. per totum*, & *decis. 69. numero 3.* Burat. *decis. 485. num. 6.*

Quarta Conclusio. Quando ipsemet debitor solvit 6
de pecuniis propriis, non est quærendum de subingressione, & successione in jus creditoris, cui fuit facta solutio; cùm debitor proprium extinguat debitum: ergo extincto debito extinguitur etiam hypotheca. Gloss. *in l. 1. Cod. de his qui in priorum credit. loc. succed.* & *in dict. l. aristo.* Seraph. *decis. 485. n. 1.* Rot. *decis. 294. n. 15. p. 1. recent.*

Idem dicendum est, quando emptor solvit de pre- 7
tio rei emptæ creditoribus anterioribus venditoris; tunc enim quamvis cessionem iurium à creditore cui solutum est obtinuerit; cessio tamen illa non potest illi suffragari; cùm non solvat de pecuniis propriis, sed de pecuniis venditoris, nempe de pretio quod spectat ad venditorem: unde succedit regula præsentis conclusionis, quod cùm debitor ipse solvere videatur, debitum fuit extinctum: & per consequens non est de subingressione tractandum. Ludovis. *decis. 68. n. 5. & decis. 75. n. 3.* Addent. ad Burat. *decis. 420. n. 7.*

Fallit si in instrumento venditionis fuerit conven- 8
tum, quod solvens succedat in ius & hypothecas anterioris creditoris, & quod sibi fiat cessio iurium: hoc enim casu valida est cessio facta emptori, quamvis solvat de pretio: tunc enim ad utilitatem propriam, & ut sibi ius acquirat, soluisse videtur, & quasi nomen emptoris acquisiviisse: & ita concludit Addit. ad Burat. *dict. decis. 420. num. 8.* allegans ad hoc Rotæ Romanæ decisionem.

Item fallit, si iste emptor velit uti iuribus anterio- 9
rum creditorum per viam exceptionis, & retentionis; cùm hoc casu non esse necessariam iurium cessionem superiùs ostenderimus: & ita quoque concludunt Addent. ad Burat. *dict. decis. 420. n. 9.*

Quinta Conclusio. Si solutio fiat per ipsum debi- 10
torem, de pecuniis tamen tertii tradentis, & mutuantis etiam ea lege & pacto convento, quod pecuniæ impenderentur in solutionem istius creditoris anterioris; ex hoc tamen solo, is qui pecunias dedit non succedit in ius, locum & hypothecas creditoris dimissi, sed sequentia copulativè intervenire debent, ut fiat hæc subrogatio. Primò quod interveniat pactum de succedendo in ius & hypothecas creditoris, cui solvitur; per quod pactum oritur quædam tacita cessio iurium creditoris dimissi. Secundò, quod pecuniæ capiantur ea lege, ut primo illi creditori tradantur. Tertiò, quod in effectu subsequatur solutio, & traditio pecuniarum eidem creditori. Cod. Fabr. *lib. 8. tit. 9. defin. 3.* Asin. *de execut. §. 9. cap. 55. num. 4.* Quartum additur, ut notificatum fuerit creditori dimisso, pecuniam hoc pacto appositio fuisse debitori traditam, & sub eodem pacto numeratam creditori: aliàs si ei nihil dicatur, non censetur creditor huic pacto consentire, nec solvens succedit in eius locum, ut benè declarat Salicet. *in d. l. aristo, num. 3. vers. quod satis puto.* Rot. *decis. 319. 320. 393.* (quæ est omnium ultima) *n. 5. & 7. part. 4. divers.* Gratian. *discept. forens. c. 670. num. 10.* Scacc. *de commerc. §. 2. gloss. 5. n. 416.* Addent. ad Burat. *dict. decis. 420. num. 5. vers. verùm hoc habet locum.* Giurb. *decisione 87. numero 5.* ubi dicit hoc habere locum propter voluntatem creditoris, qui solutionem recipiens pacto consentit: scientia autem creditoris satis probata censetur, si in actu receptionis pecuniarum de pacto inito cum debitore super subrogatione hypothecarum, mentio

fiat

11 fiat. Anton. de Amat. *reſolut.7. numero 27. in fin.* † Itaque creditor cui fit ſolutio, poteſt, ſi velit, contradicere huic ſubrogationi hypothecarum, cùm non teneatur illas cedere extraneo ſolventi. Camil. de Medic. *conſil.* 165. *numero* 28.29. *&* 34. per text. *in l. nulla, Cod. de ſolut.* quamvis contrarium teneat Ferdinand. Atias de Meſa *lib.*1. *variar. reſolut. cap.*2. *num.* 5.

12 Verùm circa prædictam concluſionem, plures aliàs à quodam erudito viro, excitatæ fuêre difficultates; & in primis fuit oppoſitum prædicta vera eſſe, ſi agatur de cauſa voluntaria; ſecùs ſi de cauſa neceſſaria, veluti pro diſſolvendo ære alieno; tunc enim ratione neceſſitatis dimiſſionis, ſeu præciſæ ſolutionis debiti antiquioris, videtur non eſſe neceſſariam ceſſionem iurium expreſſam, neque tacitam; quia licitum videtur debitori ſubrogare illum, qui pecunias tradit in locum eius cui ſolvitur: de quo eſt textus expreſſus *in l. pater filium* 36. *in princ. ff. de legat.*3. *& in l. ſi pupillorum*, §. *final. ff. de reb. eorum qui ſub tutel. ſunt*, & ad hoc allegatur etiam authoritas Baldi *in l. ſancimus ult.* §. *etſi præfatam*, *num.*7. *Cod. de iur. delib.* & Gabriel *conſil.* 118. *num.*5. *volum.*1. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*10. *num.*26. *verſic. ſed quamvis*, Pereg. *de fideicomm. art.*40. *num.*31. Gaſpar Roderic. *de annuis redit. lib.*2. *quæſt.*16. *num.*50. *& ſequentibus*: quibus addo eundem Roderic. *lib.*1. *q.* 14. *num.* 20. *&* 21. quem ſequitur Antonin. de Amato *d. reſol.*7. *num.*16. Ferdinand Arias de Meſa *lib.*1. *variar. reſol. cap.*2. *num.* 5. & pro confirmatione hujus ſententiæ citantur Balduin. *in l. fin.* §. *etſi præfatam, Cod. de iur. deliber. num.*7. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*10. *num.*25. Peregrin. *de fideicomm. artic.*40. *numero* 31. Iacob. de Ardizon. *de feud. cap.*116. *verſic. ſed pone.* Moneta *de commutat. ult. volunt. cap* 9. *numero* 131. Ioan. Blanch. *in epitom. feud. lib.*2. *tit. quib. mod. & in quib. caſib. feud. amittatur.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 541. *numero* 11. *&* 21. Afflict. *in titul. de prohibit. feud. alienat. per Federic. numero* 18. Marant. *de multiplic. alienat. prohib. num.*298. Paris de Put. *de feud. reintegrat. cap.*253. *num.*10. Marin. Freccia *de ſubfeud. lib.*2. *quæſt.*32. *n.*1. *verſic. & ſic videtur*, P. Molin. *de juſtit. & jur. quæſt.* 642.

Ex quibus apparet, hanc quæſtionem eſſe ſubtilem, & difficilem; ſed ego, ſalvo cujuſlibet meliùs ſentientis judicio, exiſtimo adhibendam eſſe veriſſimam, ut arbitror, diſtinctionem, & duos caſus eſſe conſiderandos. Primus eſt quando tertius, de cujus pecunia ſolvitur, cogere poteſt creditorem ut ſibi jura cedat, etiam invitum: & hoc caſu dico, quod etamſi ipſe creditor ignoraret pactum ſubrogationis initum inter debitorem, & eum qui pecunias tradit; ſubrogatio inducitur poteſtate legis, non ſolùm quoad actionem perſonalem, ſed etiam quoad hypothecariam: quia tunc lex operatur ſecundùm ſuam intentionem, & poteſtate legis fit ſubrogatio in jus creditoris dimiſſi, illo etiam ignorante: quia quod poteſt fieri illo invito, multò magis illo ignorante, *l. qui poteſt* 26. *ff. de reg. iur.* quo argumento utitur Faber *in Cod. lib.*8. *tit.*9. *defin.*4. *in gloſſ. n.*12.

13 Secundus caſus eſt, quando creditor invitus tertio illi jura ſua cedere cogi non poteſt; & hoc caſu non video quomodo poteſtate legis inducatur ficta ceſſio contra voluntatem creditoris, ut cogatur invitus & ignorans pati ſubrogationem, ad quam non niſi
14 ſciens & volens adſtringi poteſt: † Cùm fictio in tacito conſenſu fundata, non poſſit fingere conſenſum in ignorante, abſque aliquo fundamento conſenſus à parte rei; nec unquam admittatur fictio, contra ipſam legis diſpoſitionem, quæ invito creditore ceſſionem non admittit: ex traditis per Giurb. *deciſ.*85. *num.*4. unde non poteſt fingi conſenſus in ignorante, ſicut de conſenſu furioſi dicit Barboſ. *in l.*2. §. *fin. num.*23. *ff. ſolut. matrim.* Coſt. *de retrotract. regul.*4. *ad cap.*2. *num.*1. cùm tamen præcipuum contratiæ opinionis fundamentum in ficto conſenſu conſiſtere videatur. Et ſupradicta reſolutio eſt de mente Camil. de Medic. *conſ.* 165. *num.*28. *& ſeqq.* Giurb. *deciſ.*87. *num.*5.

Neque adverſantur pro majori parte DD. in contrarium citati: quia vel non loquuntur de ſubrogatione in actione hypothecaria, ſed tantùm in perſonali: vel non loquuntur de jure agendi, ſed de jure excipiendi: quo caſu non eſt neceſſaria ceſſio, ut diximus *n.*9. vel loquuntur in terminis aliarum concluſionum ſuperiùs adductarum.

Bald. *in l. final.* §. *& ſi præfatam, num.*7. *Cod. de iur. deliber.* loquitur de exceptione, non de actione, nempe de emptore convento per creditores: juxta tradita ſuprà, *n.*9.

Molin. *de primog.* non loquitur de creditoribus, ſed tantùm de ſubſtitutis, quorum non intereſt habere hunc vel alium creditorem.

Peregrinus verò & Iacob. de Ardizon & Moner. & Ioan. Blanch. loquuntur dumtaxat de validitate alienationis, ſed non tractant de præjudicio creditorũ.

Idem dicendum eſt de Fuſar. *dict. q.*541. *n.*11. qui non agit de præjudicio creditorum.

Cum verò *n.*21. dicit ſolventem poni inlo cum creditoris cui ſolvitur, non obſtat noſtræ concluſioni: quia poteſt poni in eius locum quoad actiones perſonales, etiam cum privilegio ipſius actionis perſonalis: ut dicit Surd. *conſ.* 444. ferè per totum: vel procedere poteſt, ad hoc ut emptor per viam exceptionis repellat creditorem agentem, ut ſæpè diximus: ſed nihil *ibi* dicitur de tertio, de cujus pecunia ſolutio facta eſt, ſubrogando in ius hypothecæ ſine ceſſione, aut conſenſu creditoris, cui ſolutum eſt.

Eadem reſponſio datur ad Afflict. Marant. & Parid. de Put. ſuprà citatos: quia non loquuntur in noſtris terminis, nec de tertio pecunias dante, ad hoc ut ſuccedat in præjudicium aliorum creditorum, per viam actionis in hypothecaria.

Marin. Freccia *in loco ſupra citato*, ſe refert *ad l. Ariſto, ff. quæ res pig. oblig. poſſ. & numero* 2. *verſic. nec refert*, loquitur in terminis ceſſionis iurium; non autem tacitæ ſubrogationis, invito, vel ignorante creditore dimiſſo faciendæ.

P. Molin. *dict. q.*642. ſolùm agit de validitate alienationis, & ſolùm mutuanti, ſeu illi tertio, de cuius pecunia ſolutio facta eſt, dat actionem negotiorum geſtorum; niſi obtinuerit ceſſionem iurium, atque ita potiùs pro noſtra ſententia allegandus erat.

De Doctoribus Gallis, non eſt in hac quæſtione curandum: quia propter ordinationem Regiam latam an. 1609. ſubrogatio in hypothecas ipſo iure fit in favorem eius, ex cuius pecunia ſolvitur, etiam abſque ceſſione iurium? ut teſtatur Mornac. *ad l. potior* 11. §. *ſi paratus, ff. qui potior. in pign. habeantur.*

15 Et præterea diximus dicta iura in contrarium allegata, eſſe extra caſum noſtrum: quia materia *d. l. pater filium*, & *d. l. ſi pupillorum*, non reſpiciunt caſum ſubingreſſionis in ius & hypothecas creditoris, ut benè advertunt Adden. ad Molin. *de primog. d. lib.*1. *cap.*10. *n.*26. Ubi propterea dicitur, ad effectum ſubingreſſionis, debere illa concurrere quæ requiruntur per Gloſ. *in d. l. Ariſto.*

16 Sed tamen pro majori dictarum legum intelligentia, notandum eſt primò, quod in dictis iuribus agitur dumtaxat de validitate alienationis, quæ facta fuit

ſine

sine decreto in bonis minorum, vel contra testatoris prohibitionẽ in bonis fideicommisso suppositis,quæ propterea erat invalida, utpote facta contra expressã legis vel hominis prohibitionẽ;sed tamen ibi dicitur talem alienationem sustineri,cùm pretiũ fuerit cõversum in utilitatem minoris,vel fideicõmissi,& ille qui emit,sit subrogatus quoad minorem,& quoad substituros respectivè in locum creditoris,cui solutum est.

Sed in dictis juribus nulla fit mentio aliorum creditorum, neque subrogationis concedendæ in præjudicium tertii non intervenientis,vel actum illum ignorantis : nam cùm de tertii creditoris præjudicio agitur ad fines subingressionis,tali casu vel cessio intervenire debet,vel requisita à Gloss.*in d.l.Aristo*, ut nominatim dicit Barbos.*in l.post dotem* 41. *num.*65. *ff.solut. matr.*

17 Præterea, quod dicitur,solventem succedere in locum illius cui solutio facta fuit,tribus modis intelligi potest : Primò , quod succedat & subrogetur in actione personali competente creditori dimisso. Secundò, quod succedat in actione hypothecaria. Tertiò,quod succedat quoad jus excipiendi,seu retinẽdi.

18 In actione personali succeditur successione , sicuti & in jure excipiendi, quod emptori possidenti datur; sed in hypothecaria concurrere debent requisita, de quibus suprà actum est; & de qua actione hypothecaria nulla fit mentio *in dict. l. parter filium* , nec *in dict.l.si pupillorum*,& hos tres casus bene distinguit Gratian. *discept.forens.cap.*269. *num.*1. *& multis sequentibus.*

19 Hoc igitur volunt dictæ leges,ementem bona alienari prohibita pro dissolvendo ære alieno necessario, securum esse , neque ratione prohibitionis alienationis molestari posse, si pretium impenderit in solutionem creditoris minoris , vel respectivè hæreditatis vinculo fideicommissi suppositæ ; & se posse tueri si conveniatur , juxta text.*in l. cùm prior ff de distract. pignor.* dummodò constet illam, eandémque pecuniam, exsolutam fuisse illi creditori , ut probavimus suprà , *in* 3. *concluſ.n.*5. Et ideo dispositio dictorum jurium loquentium de emptore, non est trahenda ad extraneum , qui non possidet , nec excipit ; sed agit contra alios creditores posteriores.

20 Præmissa verò confirmantur ex verbis *d.l.pater filium*, ubi solùm disputatur,utrùm emptio fuerit valida,vel utrùm pignus rectè contractum fuerit super re prohibita alienari ; in illis verbis : *Pignus rectè contractum esset.* Item dum dicitur ; *An emptores benè emerint.* Quæ verba *ibi* explicat Alberic.*benè emerint*, id est *securè,& ab eis non possit revocari* : & sic patet quod ibi agebatur dumtaxat de securitate emptoris factæ contra prohibitionem testatoris,non autem de prælatione inter creditores : & probatur ex traditis per Odd.*in tract.de prohibit.alienat.q.*33.*n.*50. Immò Gloss.*in d.l.pater filium,in verb.rectè contractum*,dicit secundum qui soluit, esse loco primi cui soluitur, referendo se ad text.*in l.*1.*&* 2. *Cod. de his qui in priorum creditor. locum succed.* quasi velit textum illum quoad subingressionem intelligendum , & explicandum esse,ut procedat suppositis habilibus,juxta *d.l.*1. *&* 2. eadémque ratione *in d.l.pupillorum*,*§.fin.*dicitur jus prioris creditoris ad sequentẽ trãsire,quod Gloss. *ibid. in verb. in prioris* , intelligit juxta text. *in d.l.*1. *&* 2.sicuti & Bald.*in d.l.si pupillorum §.obligaverit,finali*, & Cumanus *ibid.* declarat textum illum locum habere,non per viam actionis,sed per viam exceptionis;nisi quando agitur de secundo creditore,qui succedit ipso jure virtute legis in locum anterioris , cui soluit , absque ulla jurium cessione : sicut explicatum

21 est superius *in* 1.*concl. num.*1. † Sed hãc nos agimus de debitore solvente de pecuniis extranei ; qui casus longè diversus est. Quare dictum text. ita intelligit Barbos. *d.l. post dotem* 41.*num.*61. ut quando non agitur de secundo creditore hypothecario,sed de debitore solvente de pecuniis extranei, ad hoc ut locus sit subingressioni , debeant concurrere omnia requisita per Gloss. *in d.l.Aristo.*

Hoc ultimo loco adnotandum duxi , quod dum 22
agitur de illo requisito , utrùm eædem pecuniæ datæ debitori fuerint conversæ in solutionem crediti, pro quo datæ fuerunt , admittuntur probationes conjecturales,veluti ex vicinitate actuum,& similes de quibus Gratian. *discept. forens. c.*897. *per tot.*

Notandum etiam est , quod licèt identitas specie- 23
rum monetæ multùm prosit ad arguendam implicationem,& conversionem illarum pecuniarum in causam,pro qua datæ fuerunt; & in satisfactionem illius creditoris, cui solutum est ; tamen nec diversitas specierum monetæ nocebit danti pecunias, si aliæ concurrant conjecturæ conversionis; cùm sæpe occurrat ut quis unam monetam , à mutuante acceptam, convertat in alias species monetæ,veluti propter lucrum cambii,aut propter aliquam aliam causam ; & tamen eadem sit moneta per subrogationem : ut in istis terminis docet Cyriac. Niger *controvers.*415. *num.*63. juxta decis. Rotæ post tract. Censii *de censib. decisione* 218.

In casu proposito fuit lata sententia,per quam fuit declaratum ; illum, qui pecunias debitori tradiderat, sub pacto solvendi anteriori creditori cum subrogatione in jus & hypothecas illius,non succedere in dictis hypothecis,sed juxta ordinem sui contractus,non autem creditoris dimissi collocandum, & graduandũ esse ; quia pactum subrogationis non devenerat ad notitiam creditoris. A qua sententia cùm fuisset appellatum ; tamen iste tradens pecunias modico accepto transegit. Et aliàs quæstio ipsa subrogationis fuit acerrimè disputata in præsenti Civitate, tandémque in Curia Sancti Petri fuit judicatum contra subrogationem die 31. Iulii 1631.in causa discussionis bonorum Iacobi Romani contra D. Bezard.

CAPVT XXX.

Vtrùm mulier possit alienare bona super quibus,marito ad inopiam vergente , dos consignata fuit : Et utrùm talis alienatio juramenti vinculo confirmetur. Quid si lis nondùm fuerit super consignatione dotis præparata; & quibus remediis alienatio hujusmodi valida reddi queat.

SVMMARIVM.

1 *Quando mulier fuit assecurata super bonis mariti, non potest illa vendere.*

2 *Renunciatio alimentorum quæ sequeretur per alienationem bonorum , super quibus mulier fuit consignata , non valet in præjudicium mariti & liberorum , qui ex illis bonis ulimenta consequi debent.*

3 *Alienatio bonorum super quibus uxor consignata est , adeo nulla est , ut nec juramento confirmetur.*

4 *Iuramentum nihil operatur in iis,qua non pendent à potestate jurantis.*

5 *Dominium fundi dotalis conſtante matrimonio ſpectat ad maritum, non obſtante conſignatione dotis uxoris.*

6 *Actio uxori competens pro petenda dotis conſignatione, alienari non poteſt, quamvis nondum fuerit intentata.*

7 *Alienatio bonorum ſuper quibus uxor fuit conſignata, quibus remediis valida reddi poſſit.*

8 *Alienatio fundi dotalis pro alimentis, aut alia neceſſitate liberorum, valida eſt.*

9 *Item pro excarcerando filio, aut eum liberando à lite criminali.*

10 *Valida eſt alienatio fundi dotalis pro filio à carceribus liberando, quamvis nondum eſſet carceratus, ſed tamen de proximo timeretur carceratio.*

11 *Vxor poteſt ſe obligare tam pro excarceratione filii, quàm mariti.*

12 *Limita niſi per talem obligationem mulier reperiretur læſa ultra medietatem dotis.*

13 *Alimentis futuris cum decreto Prætoris, & pro evidenti utilitate renunciari poteſt.*

14 *Mulier poteſt ſe ultra dotis medietatem obligare interveniente Principis reſcripto, & adhibita cauſæ cognitione per Commiſſarium à Principe deputandum.*

MAter, quæ viro vergente ad inopiam ſuper eius bonis fuerat collocata, filium à lite criminali, & bonorum propter contumaciam confiſcatione liberare deſiderans, quæſivit utrùm hac de cauſa bona ſuper quibus conſignata eſt, alienare, vel pignori obligare poſſit? Cui per ſequentes concluſiones reſpondendum cenſui.

1 Prima Concluſio. Quando mulier pro ſecuritate dotis ſuper mariti ſui bonis fuit conſignata, ſeu aſſecurata, & in illorum poſſeſſionem immiſſa, non poteſt illa vendere, neque venditioni illorum conſentire; cùm teneatur illa ſervare, ut ex fructibus, ſeu reditibus illorum non ſolùm ipſa mulier, ſed etiá maritus & liberi ali poſſint. Text. eſt expreſſus *in l. ubi adhuc 29. verſic. ita tamen, C. de jur. dot.* Cujus hæc ſunt verba: *Ita tamen ut eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi, vivente marito, & matrimonio inter eos conſtituto; ſed fructibus earum ad ſuſtentationem tam ſui, quàm mariti, filiorúmque, ſi quos habet abutatur.* Atque ita tenet Bart. *in l. ſi conſtante 25. n. 91. verſic. item uxor, ff. ſolut. matrim.* Fontanel. *de pact. nuptialibus, clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 3. n. 44 fol. mihi* 2 431. † Et cùm conſignatio dotis fiat ad effectum, ut mulier, liberi, ac maritus ali poſſint, non valebit alienatio alimentorum futurorum, maximè in præjudicium tertii. Galerat. *in tract. de renunciat. centuria 1. renuntiat. 50. n. 5.* cum *ibi* citatis, & ita deciſum fuit in Rota Romana 14. Iunii 1641. prout in deciſione in fine hujus capitis inſerta.

3 Secunda Concluſio. Alienatio vel obligatio bonorum ſuper quibus mulier conſignata fuit, adeo nulla eſt, ut nec etiam Iuramenti robore confirmetur, quia juramentum nihil poteſt operari, ſtante præjudicio filiorum quibus alimenta debentur. Iaſ. *in dicta l. ſi conſtante, in ſecunda lectura, num. 234. in fine, ff. ſolut. matrim.* Surd. *conſil. 269 num. 12. poſt med.* & *de ali-*
4 *ment. quæſt. 1. num. 19. tit. 1.* ubi dicitur, † quod juramentum nihil operatur in iis, quæ non pendent à poteſtate jurantis, ut quia contractus reprobetur favore tertii: & *eod. tit. 1. quæſt. 32. num. 10.* Atque ita deciſum fuit in Rota Romana coram Eminentiſſimo Card. Panzirolo, *in una Romana Salviani Interdicti,*
5 *14. Iunii* 1641. † Quod maximè procedit quãdo agitur de fundo dotali, quia illius dominium conſtante matrimonio ſpectat ad maritum: ut dicit Bald. *conſ. 53. n. 3. vol. 5.* & tradit Ioan. Caſtagn. *in tract. de benefic. deducto ne egeat, q. 1. n. 71. & 73.* ubi dicit mulierem non ſolùm non poſſe alienare iſta bona, ſed etiam teneri cavere de illa conſervando, cùm agatur de præjudicio mariti & liberorum.

Tertia Concluſio. Sicut alienari aut obligari non 6
poſſunt bona, ſuper quibus mulier fuit conſignata, ſeu aſſecurata pro dotibus ſuis, ita nec actio mulieri competens pro dotis aſſecuratione cedi aut alienari poteſt: & ideo cùm ſupponeretur actionem pro dotis ſecuritate jam fuiſſe intentatam: Dixi illam alienari non poſſe, aut obligari, in damnum & præjudicium mariti, & liberorum, qui ex fructibus bonorum conſignatorum alimenta conſequi debent, ut notavit Salicet. *in l. unic. C. de privileg. dot. n. 3.* laſ. *in dicta l. ſi conſtante, num. 231. & ſeq. maximè num 234. in ſecunda lectura.* Surd. *dicto conſil. 269. num 12.* Barboſ. *in dict. l. ſi conſtante 25. num. 33. in princip. ff. ſolut. matrim.*

Quarta Concluſio. Mulieris obligatio quantum- 7
vis dotis conſignationem obtinuerit, valida reddi poteſt, concurrentibus ſequentibus circunſtantiis. Primò, quod pecuniæ ex obligatione provenientes effectualiter impendantur pro liberatione filii à cauſa criminali. Secundò, quod per talem obligationem, aliáſque jam præſtitas, mulier non remaneat indotata, ſaltem uſque ad medietatem ſuæ dotis. Tertiò, quod in tali obligatione ſeu alienatione interveniat reſcriptum Superioris, & decretum Iudicis, cum cauſæ cognitione adhibitum, cum conſenſu & obligatione jurata mariti, & liberorum. † Nam licèt alienatio fun- 8
di dotalis de jure non ſubſiſtat; quando tamen agitur de redimendo aliquem ex liberis, aut illum ab aliqua neceſſitate liberando, talis obligatio ſuſtinetur, *l. quamvis, cum l. ſequenti, ff. ſolut. matrim. l. ſi pro aliquo, §. 1. ff. ad Velleian.* quæ licèt loquatur de patre, eadem tamen ratio militat in filio, *argumento l. ſi paternam, C. ad Velleian.* † Quod procedit non ſolùm 9
in cauſa civili propter debitum, ſed etiam in cauſa criminali propter delictum: nullâ etiam factâ diſtinctione, utrùm culpa filii intervenerit, an non? Surd. *conſil. 367. num. 14.* Theſaur. *deciſ. 123. num. 7* † Am- 10
pliatur, quamvis nondum in effectu ſubſequuta fuerit carceratio, ſed ſufficit quod illa timeatur. Hering. *de fideiuſſ. cap. 7. num. 417.* Surd. *dicto conſilio 367. num. 14.* ſequitur Hodiern. ad Surd. *deciſ. 86. num. 9. & 12.*

Et quanvis DD. per eum allegati loquantur de ma- 11
rito, fortius tamen procedunt in filio, ut notavit idem Hodiern. *ad dictam deciſ. 86. n. 2. & 3.* & probatur *in l. mutus 76. §. manente,* ibi, *aut ut egentem virum, fratrẽ, ſororémve ſuſtineat. ff. de iur. dot.* & *in d. l. quamvis ff. ſolut. matrim.* in illis verbis, *ut liberis egentibus, aut fratribus, aut parentibus conſuleret,* per quæ verba ita tenet Cyriac. Niger *controv. 216. n. 23. & 24. vol. 2.*

Sed iſta, ut dictum eſt, procedunt dummodo mu- 12
lier non remaneat indotata; ita quod oportet ipſi ſaltem medietatem ſuæ dotis remanere ſalvam, ut illam ſuper bonis mariti, vel relevatorum conſequi poſſit. Cyriac. *loc. citat. num. 19. & 20.* Hodiern. *dicta deciſ. 86. num. 15. verſic. ſed omnia prædicta,* ubi dicit quod licèt mulier ſe obligaverit pro excarcerando marito; tamen obligatio illa reſcinditur ſi mulier remaneat indotata, ita quod ſaltem dotis medietatem conſequi nequeat, quia tunc dicitur enormiſſimè læſa; & ideo ſecundum requiſitum quod mulier non remaneat indotata, non ſine ratione adjectum fuit.

Tertium

13 Tertium verò requisitum duo continet membra: alterum concernit rescriptum Superioris, alterum verò mariti, & liberorum consensum; quia licèt futuris alimentis regulariter renunciari non possit; tamen valida redditur talis renunciatio interveniente juramento cum decreto Prætoris: idque potissimum quando obligatio cedit in utilitatem renunciantis: fusè Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 56. n. 50. & seq. junct. num. 63, & seqq.* † Rescriptum verò Superioris tantæ est efficaciæ, ut etiam mulieris obligatio ultra medietatem dotis sustineatur, si oblato Principi rescripto, Commissarius per eum deputatus, adhibitâ cognitione causæ obligationi authoritatem præstiterit, ut censuit Cyriac. *controvers. 216. num. 22.*

Romana Salviani Interdicti: coram

R.P.D. PANZIROLO.

Veneris, 14. Iunii 1641.

DOmini recedendo à decisis sub die 20. Aprilis anni proximè præteriti. Responderunt esse locum Ægidianæ, stante validitate, ac justitia sententiæ latæ ab A.C. ad favorem DD. Ceciliæ, & Victoriæ de Amodeis pro restitutione dotis maternæ in remedio Salviani; cùm benè remaneant probata extrema necessaria ad effectum obtinendi in hujusmodi interdicto, nimirum creditum cum hypotheca, ut per DD. *in l. 1. ff. de Salviano interd. & in l. 1. Cod. de precar.* Roland. *cons. 14. num. 1. lib. 1.* Gabr. *cons. 46. n. 1. lib. 1.* Rot. *divers. decis. 44. num. 4. part. 1.* Possessio debitoris tempore hypothecæ, Aret. *in §. item Serviana, in fin. sub n. 30. inst. de actionibus.* Rol. *d. cons. 14. n. 13. lib. 1.* Pacif. *de Salvian. inspect. 1. cap. 5. num. 3.* & demùm bona possideri per reum conventum Negus. *de pignorib. in 3. membr. 8. part. num. 15.* Put. *decis. 207. num. 2. lib. 1.* Afflict. *decis. 383. num. 6.* Rot. *divers. decis. 674. num. 4. lib. 3. part. 3.* cum aliis adductis *in decis.* Greg. *491. num. 6.* cùm tamen ut intret Ægidiana, satis sit quod sententia notorium gravamen non contineat, ut per Buratum *decisione 441. numero 1. & decis. 457. num. 10.*

Siquidem omisso secundo extremo, quod hinc inde admittitur, creditum DD. Ceciliæ, & Victoriæ cum hypotheca probatur ex publico instrumento dotis Angelæ matris, quod facit rem claram, & manifestam. Bart. *in l. 1. n. 8.* Ias. *n. 10. ff. de nou. oper. nunciat.* Rod. *in l. interesse, Cod. de solut.* Dec. *cons. 36. num. 2.* Seraph. *decis. 1134. n. 2.* Rot. *decis. 513. num. 1. & 2. part. 4. recent.* Necnon ex instrumento venditionis domus, super qua fuit intentatum Salvianum, clarè patet quod fuit in bonis debitoris.

Nec visum fuit obstare quod Angela de anno 1605. consenserit venditioni prædictæ domus factæ per P. Paulum virum, Marchioni Tarquinio Santacrucio, & renunciaverit cuicumque hypothecæ sibi super eadem domo competenti. Quia cùm Angela usque ab anno 1602. ob vergentiam viri ad inopiam fuerit immissa per sententiam A.C. in possessionem domus, de qua agitur, pro securitate suæ dotis, non potuit illius venditioni consentire, cùm teneretur eam servare, ut ex fructibus, seu pensionibus possent alimentari ipsa, maritus, & filii, juxta text. *in l. ubi adhuc, & ibi* commun. DD. *Cod. de jure dotium.* Bart. *in l. si constante, numero 91. versic. item uxor, & ibi* Ias. *in 2. lect. numero 235. ff. solut. matrim.* Salicet. *in l. unica, numero 3. Codic. de privileg. dot.* Fontanel. *de pactis nuptial. claus. 7. gloss. 2. part. 3. numero 44.* adeo ut in isto casu, nec juramentum quicquam operetur, stante filiorum præjudicio circa alimenta, Ias. *in dict. l. si constante, numero 234. vers. idem tenet, ff. solut. matrim.* Curt. senior *consilio 57. numero 1. vers. contrariam sententiam, & numero 3. usque ad finem.* Surd. *consil. 269. numero 12. post medium, & de alimentis, quæst. 1. numero 19. & quæst. 32. num. 10.*

Non obstat quod ipsa Angela poterat esse cauta pro consecutione suæ dotis in multiplico faciendo ex parte pretii domus. Quia cùm illud requireret longum temporis spatium, interim tam ipsa, quàm filii remansissent alimentis privati, contra dispositionem *dict. l. ubi adhuc*, quæ vult non solùm quòd dos collocetur in tuto, sed etiam quod deserviat pro oneribus matrimonii, ut per Fontanel. *de pact. nuptial. dict. claus. 7. gloss. 2. part. 3. numero 66.* Rot. *decis. 472. numero 1. part. 1. divers. & decis. 292. numero 2. part. 1. recent.*

Neque refragatur, quod eadem mulier donec compleretur multiplicum pro sua indemnitate, fuerit assecurata in annuis scutis 70. super fructibus, & emolumentis officii Commissariatus aquæ Salonis. Quia dicta assecuratio non habuit effectum, quod satis justificatur ex instrumento celebrato de anno 1626. in quo P. Paulus maritus, & Fulvius filius expressis verbis confitentur, Angelam nihil habuisse ex dicta assignatione, proindéque voluerunt illam satisfieri non solùm de rata dotis scut. 1500. sed etiam de illius fructibus.

Minus obstat quod de eodem anno 1626. Angelæ fuerint assignati pro satisfactione suorum jurium dotalium fructus census creati cum Marchione Francisco Tarquinii filio de pecuniis multiplicatis ex parte pretii domus; ac dictum instrumentum cum expressa renuntiatione omnium aliarum assignationum ad ipsius favorem antea factarum posteà de anno 1634. cum solemnitatibus Statutariis eadem Angela approbaverit, & renunciationem ratificaverit. Tum quia non constat ipsam fuisse certificatam de nullitate præcedentis renunciationis, cùm ob servatas solemnitates Statuti potuerit credere eam esse validam, & ideo subsequuta ratificatio, & approbatio fuit etiam nulla, uti emanata ex falsa causa; nam Angela si scivisset renunciationem fuisse nullam, eam non ratificasset, nec censum approbasset. Reverendiss. Vrgellen. *decisione 64. num. 9. vers. non obstat si dicatur, & decis. 373. numero 3, & seq.* Tum etiam, quia cùm dicta mulier in dispositiva instrumenti declaraverit præmissa facere *citra præjudicium suorum jurium dotalium*, ista protestatio operatur, quod ipsa in tantùm censeatur ratificasse renunciationem, & approbasse censum creatum ex multiplico, in quantùm jura dotalia remanebant salva; dum verò non docetur *de censu exigibili*, clarè patet, quod illa non sunt salva, & per consequens ratificatio, & approbatio habetur pro non facta. Put. *decisione 34. libro 2. in nov.* Rota post Pacif. *de Salvian. decis. 146. numero 2. & sequentibus*, Gratian. *disceptat. 980. numero 7. & 8.*

Præterquam quod, cùm Tarquinius emptor acceptaverit mandatum irrevocabile de faciendo *Investimento tuto*, pecuniarum supradicti multiplici, ut ex illo satisfieret Angelæ, & illud non fuerit exequutus, dum census fuit à Francisco illius hærede impositus super domo subjecta anteriori

hypothecæ pro tanta ſumma, quæ excedit illius valorem. Itaut cenſus non poſſit dici bene cautus: idcirco remanſit obligatus ad damna, & intereſſe, per textum *in l. ſi tibi mandavero 22. §. ſicut, ff. mandati, l. ad comparandas, C. eod. tit.* Pariſ. *conſ. 91. num. 10. lib. 1.* Surd. *deciſ. 304. n. 4.* Rota Ianuen. *deciſ. 9. n. 5.* Pro quibus ſtante hypotheca inducta ex illius obligatione, competit Salvianum contra eandem domum tanquam de bonis hæreditariis ipſius emptoris, ſaltem pro adimplemento in inſtrumento venditionis convento circa inveſtimentum tutum.

Et ita utraque parte, &c.

CAPVT XXXI.

De remiſſione mercedis conductori facienda. Quando ad hunc effectum contractus locationis, vel venditionis ſit cenſendus? Quale damnum ſit probandum per eum, qui agit ad remiſſionem mercedis. Pactum de facienda remiſſione mercedis, quid operetur ultra jus commune. Exceptio remiſſionis mercedis, utrùm retardet executionem obligationis Cameralis, vel poſſeſſionem Domini in recipienda mercede locationis. De caſuum fortuitorum renunciatione, & de injuſtitia pacti, quo Conductor obligatur ad mercedis ſolutionem, etiam in caſum non fruitionis rerum locatarum: & alia multa circa hanc materiam notatu digna.

SVMMARIVM.

1 *In contractu venditionis non eſt locus remiſſioni mercedis, ſed reſciſſioni ex capite laſionis.*
2 *In dubio contractus locationis cenſendus eſt, quem partes ita nominarunt.*
3 *In dubio interpretatio capienda eſt contra debitorem, qui apertiùs legem dicere potuit.*
4 *Si contractus ſit locationis in effectu, non eſt attendenda denominatio partium illum venditionis contractum nominantium; & è contra.*
5 *Pretii diſtributio per tempora arguit eſſe contractum locationis.*
6 *Intellige ut procedat, quando diſtributio eſt uniformis, ſecus ſi difformis.*
7 *Non poteſt conductor agere ad mercedis remiſſionem, niſi damnum ſit intolerabile.*
8 *Quod dicatur damnum intolerabile in materia locationis.*
9 *Refellitur cautela aliquorum volentium colonum liberari, offerendo locatori omnes fructus.*
10 *Dicta cautela non eſt etiam admittenda; quamvis locatio pro uno anno dumtaxat facta fuerit.*
11 *Pactum de faciendo remiſſionem mercedis, debet aliquid operari ultra jus commune.*
12 *Limita niſi huic pacto adjecta eſſet clauſula, prout de jure, aut quid ſimile.*
13 *Verba pacti hoc caſu ſunt attendenda.*
14 *Stante pacto remiſſionis, illi locus eſt etiam pro modico damno.*
15 *Neque hoc caſu ſit compenſatio anni utilis cum damnoſo.*
16 *Item ſtante illo pacto, non imputatur conductori quod prævideri ſterilitatem ex natura rei, vel qualitate temporis futuram.*
17 *Si fuerit conventum, fieri remiſſionem pro quocumque damno notabili, quomodo intelligatur.*
18 *Exceptio remiſſionis mercedis non fundata in pacto contractus, non retardat executionem obligationis Cameralis.*
19 *Fallit, ſi laſio incontinenti probetur, & eſſet notoria.*
20 *Sed Avenione, circa hoc videtur obſtare diposſitio ſtatuti.*
21 *Nulla tali exiſtente conventione, Locator lite pendente manutenendus eſt in quaſi poſſeſſione exigendi.*
22 *Etiam talis manutentio conceditur pendente cauſa appellationis.*
23 *Exceptio remiſſionis mercedis, ſi oriatur ex pacto appoſito in eodem contractu locationis, retardatur executio & ſolutio.*
24 *Remiſſio ceſſante pacto non poteſt peti in ultimo anno locationis.*
25 *Renuntiatio caſuum fortuitorum in inſtrumento locationis fieri poteſt.*
26 *Renunciari poteſt caſibus fortuitis, etiam rarò contingentibus.*
27 *Pactum de ſolvendo mercedem, non obſtante non fruitione, eſt nullum, & contra ſubſtantiam locationis.*
28 *Locator tenetur procurare conductori fruitionem, & omnia impedimenta removere.*
29 *Civitas poteſt impoſitionem ſeu gabellam facere in ingreſſu portarum, pro ſolutione ſuorum debitorum.*
30 *Prohibitio commercii infert non fruitionem gabellarum.*
31 *Gabellarum uſus amittitur, ſi plures perſonæ moriantur.*
32 *Non poteſt dari cautela, ut renuncietur laſioni contingenti in ſubſtantia rei locatæ.*
33 *Omnis actio qua competit reſpectu rei, tollitur re perempta.*
34 *Quando damnum conductoris eſt notorium, ceſſat privilegium Cameralis obligationis.*
35 *Laſionis cujuſcumque intolerabilis renunciatio non valet, ſi ſit nimis ampla.*
36 *Pactum eſt injuſtum de ſolvendo mercedem, non obſtante non fruitione proveniente ex facto locatoris; ſive factum illud fuerit juſtum, ſive injuſtum.*
37 *Verum locator teneatur ad totale intereſſe erga conductorem facto locatoris impeditum.*
38 *Conductor facto locatoris impeditus, adversùs ipſum agere poteſt pro quocumque damno, etiam non intolerabili.*
39 *Iudex dicitur ſpoliare locatorem eum condemnando ad ſolvendam mercedem, ſi re conducta frui non potuit.*
40 *Qua ſit differentia inter ſterilitatem, & non fruitionem, quoad remiſſionem mercedis.*
41 *Conductor ſolvens poſt non fruitionem, habet actionem ex conducto.*
42 *Imò & indebiti condictionem.*
43 *Datur hoc caſu repetitio, licèt damnum potuerit prævideri.*

44 *Si conductori data fuerit lista, tenetur locator, si ipse non fruatur rebus descriptis in ea.*

45 *Locans rem alienam, etiam ignoranter, tenetur ad totale interesse.*

46 *Datur actio doli contra locatorem, si in lista descripserit res indebitas.*

47 *Locator tenetur conductorem de omnibus impedimentis monere.*

48 *Olivetis locatis demortuis, deficit substantia locationis.*

49 *Contractus locationis intelligi debet rebus sic stantibus.*

CIrca materiam remissionis mercedis plurimæ sæpiùs oriuntur difficultates, quarum resolutio sequentibus conclusionibus continetur.

1 Prima igitur conclusio est, attendendam in primis esse naturam contractus, utrùm videlicet sit venditionis, an verò locationis. Dum enim de venditione agitur, non est de mercedis remissione, aut solutione agendum; sed de pretii solutione, aut rescissione ex capite læsionis enormissimæ. Surd. *decis.* 326. *num.* 1. quia periculum post contractum perfectum superveniens spectat ad emptorem, *l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vendit.*

2 Secunda Conclusio. In dubio contractum locationis censendum esse illum, quem partes ita nominarunt: aut si promiscuè verbum locationis & venditionis fructuum usurpaverint. Boër. *decisione* 249. *num. ult. versic. quartus casus est.* Menoch. *libro tertio, præsumpt.* 104. *numero* 43. & 44. Surd. *dict. decis.* 326. *num.* 9.

3 Maximè, quia in dubio interpretatio capi debet contra creditorem, qui in contractu legem apertiùs dicere poterat. Surd. *cons.* 339. *num.* 10.

4 Tertia Conclusio. Quamvis partes expressè contractum venditionis nominaverint, si tamen in effectu sit locatio, mercedis remissioni locus erit: quia non
5 verborum cortex, sed effectus inspiciendus est. † Vnde si pretium distributum sit in singulos annos, vel in semestria, aut alia divisa tempora; non venditio, sed locatio erit, non obstante partium denominatione, & mercedis remissioni locus erit: & ex professo docet Menoch. *dict. lib.* 3 *præsumpt.* 104. *num.* 1. 2. & 6. licèt ipse contrarium teneat, quando partes utuntur verbo emptionis; sed tamen in foro & in judiciis à communi opinione non esse recedendum existimat: quam etiam sequuntur Caroc. *de loc. part.* 3. *in tit. de locat. vectig. q.* 9. *fol. mihi* 805. & *part.* 1. *q.* 65. *tit.* de similitudine locationis, *fol. mihi* 267. Surd. *d. decis.* 326. *num.* 12.

6 Quod tamen intelligendum est, ut procedat quando distributio in diversa tempora solutioni pretii destinata, fuit uniformis: nam si esset difformis, conclusio non haberet locum; quia requiritur uniformitas in tempore. Boss. *in tit. de remiss. merced. publ. num.* 3. *in fine*, unde si solutio sit promissa æqualiter, aut uniformiter ejusdem summæ pro quolibet trimestri, vel pro quolibet anno, & sic de cæteris, erit contractus locationis: secùs si esset diversa summa promissa in terminis constitutis: quia tunc appareret solutiones fuisse divisas, gratiâ facilioris præstationis, & non pro patientia quæ præstatur, cùm non appareat ratio quare plus solui debeat pro patientia unius trimestris, quam alterius: & ita docet Rip. *in tract. de pest. tit. de privileg. contract. causa pest. numero* 64. Caroc. *dicto titul. de locat. vectig. quæstione nona, numero octavo, versicul. Declaratur hac conclusio.*

Quarta Conclusio. Non potest conductor agere ad 7
mercedis remissionem, nisi probet se damnum intolerabile passum fuisse. Covar. *pract. quæst.* 30. *cap.* 30. plures allegat Barbos. *in cap. propter sterilitatem, n.* 3. *de locat.*

Quale autem dicatur damnum intolerabile, quatuor opiniones recensetGomez *lib.* 2. *variar. resolut. capite* 3. *de locat. numero* 18. Sed meliùs explicat uno verbo Covarruv. *dict. capite* 30. & post eum Ripol. *variar. resolut. capite* 12. *numero* 218. *& sequentibus*, ut tunc dicatur damnum intolerabile, quando colonus tam paucos colligit fructus, ut deductis expensis non sufficiant ad solvendum dimidium pretium locationis: vel quando colonus non percipit dimidiam partem fructuum, qui ex illo fundo colligi possent. Infinitos allegat Barbos. *in cap.* 3. *num.* 3. *de locat.* 8

Non tamen approbo cautelam per Ripol. allatam 9
ibidem, num. 220. (qui dicit colonum liberari à solutione pensionis, si offerat Domino omnes fructus per eum in illo anno perceptos: quia oblatis illis fructibus, debet illi fieri remissio mercedis.) Ratio est, quia si locatio facta fuerit pro pluribus annis, non debet haberi respectus ad unius anni sterilitatem, sed ubertas aliorum cum huius sterilitate compensari debet, *l. si uno* 17. *ff. locat. dict. capit. propter sterilitatem, eodem titul. l. licet* 8. *Codic. eod. tit.* † Si ve- 10
rò locatio facta fuerit pro uno anno, nec isto casu audiendus est conductor fructus offerens locatori: quia contingere potest quod conductor damnum passus fuisset, sed tamen damnum illud non esset adeo magnum, ut remissio fieri debuisset; quæ ut dictum est, non debet fieri nisi supposito damno intolerabili, *l. si merces*, §. *vis major. ff. locat.* Mantic. *de tacit. convent. libro* 5. *titulo* 8. *numero* 30. & tamen offerendo fructus Domino, conductor secundùm illam opinionem liberaretur, etiamsi damnum non esset adeo magnum: quod non est dicendum.

Quinta Conclusio. Si inter locatorem & conduc- 11
torem factum fuerit pactum de facienda mercedis remissione in casum sterilitatis, pactum illud magnos operatur effectus. Ratio est, quia debet aliquid operari præter dispositionem juris communis, ut post Angel. *in l. adem, in fin. ff. locat.* tenet Mantic. *dict. lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 19. Pereg. *cons.* 98. *num.* 2. & 8. *vol.* 1. Cyriac. *controv.* 151. *num.* 12.

Vnde in casus contingentia dicebam pro quodam conductore generali bonorum omnium cuiusdam Baronis, quod stante pacto de faciendo remissionem mercedis, casu quo aliquod ex membris dictorum bonorum peste vel bello affligeretur, dicto conductore pro reliquis obligato remanente ad omnes alios casus fortuitos; dominus tenebatur diminuere mercedem conductori, tam ad ratam fructuum perceptorum, quàm ad ratam pensionis soluendæ; quamvis damnum non esset intolerabile, nec habita ratione ad universam locationem, sed pro rata membrorum, quæ peste afflicta fuerunt. † Quia licèt 12
non debeat fieri remissio mercedis, nisi iuxta dispositionem iuris communis, quando fuit conventum quod fieret *debita remissio*, vel quod fieret *secundùm jus*, vel cum clausula *prout de iure*: Mantic. *de tacit. convent. libro* 5. *tit.* 8. *numero* 21. † Tamen si simpliciter dictum fuerit, quod fieret remissio in casum sterilitatis, iuxta amplitudinem, aut restrictionem pacti regulabitur petitio, seu adiudicatio remissionis: & ideo in casu proposito, fiet reditus diminutio pro rata membrorum universalis locationis, in quibus pestis viguit: ut post Salicet. & alios ostendit

14 Boſſ. *de remiſ. mercedis, numero* 48. Etiamſi damnum eſſet modicum. Angel. *conſilio* 312. incipiente, *Prout patet ex themate, numero* 1. quia ſic lex contractus diſponit, & conventio licita eſt & honeſta: ergo ſervanda, *l.* 1. §. *ſi convenerit, ff. depoſit.* † Neque hoc caſu inſpiciendum eſt, utrùm ſterilitas compenſari poſſit cum fructibus provenientibus illo anno in aliis membris, aut etiam annis ſequentibus, in quibus continget ubertas: ſed quocumque modo fieri debet reductio mercedis, ut optimè per Angel. *d. conſ.* 312. *n.* 2. Ruyn. *conſ.* 81. *volum.* 1. Cyriac. *controverſ.* 151. *n.* 21. 16 Surd. *conſ.* 34. *num.* 30. † Præterea dictum pactum hoc operatur, ut non ſit imputandum conductori, qui ſciebat bona locata ſuppoſita eſſe periculo, veluti peſtis, inundationis, & ſimilibus: Coccin. *deciſ.* 422. *n.* 4. qui in effectu totam reſolutionem hujus quæſtionis reducit ad verba pacti: ut notat *ibid. num.* 12. *verſ. & propterea.*

17 Et ſi dictum fuerit, deberi diminutionem, & remiſſionem pro quocumque damno notabili: debet intelligi de quocumque damno conſiderabili, quamvis non eſſet intolerabile. Mantic. *de tacit. convention. d. libro* 5. *titulo* 8. *numero* 22. Supradicta copiosè comprobat Surd. *conſilio* 383. *per totum*, maximè *numero* 12.

18 Sexta Concluſio. Exceptio remiſſionis mercedis in ſolà juris diſpoſitione, non autem in pacto contractus fundata, regulariter non retardat executionem obligationis Cameralis. Rota apud Zacchiam, *poſt tract. de obligat. Camer. deciſione* 42. *num.* 1. † 19 Fallit ſi læſio intolerabilis eſſet notoria, aut incontinenti de ea conſtare poſſet, ſicut de omni exceptione, quæ incontinenti probari poteſt, tradit idem 20 Zacch. *in dicto tract. quæſt.* 18. *num.* 11. † Exiſtimo tamen hoc non poſſe practicari in iſta Civitate Avenionenſi: quia ſtatutum dat pignorato, vel executionem paſſo, dilationes congruas ad deducendum, & poſtea probandum cauſas ſuæ oppoſitionis, adversùs executionem & oblationem, ut habetur *lib.* 2. *rubric.* 21. *art.* 1.

21 Sed quid dicendum, ſi locator dicat conductori ſe eſſe in poſſeſſione exigendi; & ideo non obſtante reductione mercedis petita per conductorem, ipſum cogendum eſſe ad ſolutionem interim, ſine præjudicio jurium ſuorum. Reſpondetur nulla inter partes exiſtente conventione de faciendo remiſſionem mercedis, dominum eſſe lite pendente manutenendum adversùs conductorem, in quaſi poſſeſſione exigendi. Poſtius *de manuten. obſervat.* 10. *num.* 72. Rota apud eundem *deciſ.* 181. *n.* 9.

22 Quod procedit etiamſi conductor haberet pro ſe unam ſententiam; ſemper enim debet Dominus manuteneri, donec latæ fuerint tres conformes. Cavaler. *deciſ.* 218. *n.* 3. & 4. exceptio ſiquidem requirens altiorem indaginem non admittitur in judicio poſſeſſorio. Poſtius *in dict. tract. obſervat.* 42. *n.* 67.

23 Sed ſi in eodem locationis inſtrumento, conventum eſſet de facienda remiſſione mercedis, in caſum damni vel ſterilitatis, tunc exiſtimo iſtam exceptionem eſſe admittendam, etiam ad effectum retardandi ſolutionem; cùm ortum habeat eodem tempore, quo actio producta fuit. Rota apud Poſti. *in d. tract. deciſ.* 215. *n.* 6. & oriatur ex eodem inſtrumento, ex quo producitur actio. Atque ita intelligenda eſt *deciſio* Rotæ 42. *n.* 8. & 9. *poſt tract. Zach. de obligat. Camer.* ut explicat Zach. *quæſt.* 17. *numero* 61. & *deciſione* 8. *num.* 1.

24 Supradicta multò magis procedunt, ſi controverſia non moveatur in ultimo anno locationis. Regulariter enim (ceſſante pacto) remiſſio peti nequit per conductorem, niſi in ultimo anno ſuæ locationis, cùm de læſione conſtare non poſſit, niſi toto tempore elapſo. Rot. *deciſ.* 225. *n.* 4. *p.* 4. *diverſorum.* Cavalcan. *deciſ.* 28. *num.* 50. *p.* 2. totius enim temporis ratio haberi debet. Coccin. *deciſ.* 11.

Septima Concluſio. Renunciatio caſuum fortuitorum facta per conductores, valida eſt, & impedit quominus ad mercedis remiſſionem agere queant. Sebaſtian. Medic. *de caſib. fortuit. part.* 1. *q.* 5. *mon.* 1. probatur per text. *in l. ſi quis fundum, in princip.* & *ibi* DD. *ff. locat. l. licet, C. eod. tit.* Pinel. *ad l.* 2. *C. de reſcind. vendit. p.* 1. *n.* 26. 25

Adeo ut renunciari poſſit caſibus rarò contingentibus. Ratio eſt, quia hæc & ſimilia pacta ſunt contra accidentalia contractus, non contra ſubſtantiam. Surd. *conſ.* 61. *n.* 7. Rimin. jun. *conſ.* 262. *n.* 23. & 24. ubi dicit hunc eſſe quaſi contractum aſſecurationis. Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 23. *n.* 17. 26

Octava Concluſio. Pactum quantumvis generalibus & prægnantiſſimis clauſulis munitum, ac juramento roboratum, quo conductores etiam in caſum non fruitionis, aut ſubſtantiæ locationis deficientis obligantur ad ſolutionem mercedis, non eſt obligatorium; cùm injuſtitiam & iniquitatem contineat, & præterea ſit contra ſubſtantiam contractus locationis, in quo locator non ſolùm tenetur præſtare continuam patientiam conductori, ſed etiam efficere ut ipſe, durante toto conductionis tempore, fruitionem obtineat rerum in locatione contentarum. Surd. *d. deciſ.* 326. *num.* 17. & *conſ.* 400. *num.* 7. † Et omnia impedimenta removere tenetur, per quæ conductor frui nequeat, *l. ex conducto, in princip. ff. de locat.* Surd. *d. conſ.* 400. *num.* 8. Addent. ad Ludoviſ. *deciſ.* 135. *num.* 4. unde pactum in contrarium factum, nullum eſt & invalidum. Menoch. *conſil.* 671. *num.* 17. tanquam contrarium ſubſtantiæ locationis, & per conſequens invalidum, *l. pacta conventa, ff. de contrab. empt.* Reducendum itaque eſt illud pactum ad terminos, & ad regulum iuris communis. Menoch. *conſ.* 27. *num.* 52. & *d. conſ.* 671. *num.* 18. Alciat. *conſ.* 49. *num.* 10. *lib.* 8. 27 28

Unde cùm conductores gabellarum Civitatis Avenionenſis, (cui ius eſt, interveniente Superiorum decreto, & authoritate, locandi gabellas ſeu impoſitiones quæ fiunt in ingreſſu portarum, eximendo eos qui de iure exemptionem habent, ut dixit Menoch. *conſilio* 1201. *numero* 68. & 69.) cùm in inſtrumento locationis appoſuiſſent pacta ampliſſima, quibus inter cætera conductores renunciabant remiſſioni mercedis, non obſtante quacumque prohibitione commercii: Dixi hoc non impedire quominus mercedem ſibi remitti poſtularent ob non fruitionem, & commercii prohibitionem, occaſione peſtis, vel ſuſpicionis illius: † Hæc enim commercii prohibitio concludit per neceſſe non gaudentiam gabellarum. Maſtrill. *deciſione* 299. *numero* 111. Burat. *deciſione* 398. *numero* 2. *verſic. nam perſonæ.* Maximè quia dictum fuerat, ipſos tenere, non obſtante quacumque quantumvis extraordinaria mortalitate, cùm tamen diminutis notabiliter perſonis, † diminuatur per conſequens uſus & fruitio gabellarum conductarum, quarum ſubſtantia ex perſonis & earum negotiatione dependet. Surd. *conſilio* 339. *numero* 30. *in fine.* † Et ideo benè Maſtrill. *d. deciſione* 299. *num.* 68. dixit nullas dari, aut excogitari poſſe in hujuſmodi contractibus cautelas, vel conventionis formam, ſub qua caſibus ita inſolitis renuncietur; cùm læſionem in ſubſtantia rei contineant enormiſſimam. Gratian. de gabellariis loquens *diſcept. forenſ. cap.* 195. *n.* 7. & 8. impoſſibile enim eſt 29 30 31 32

pacta

pacta ista verbis etiam amplissimis concepta, extendi ad casum, in quo rei locatæ substantia deficiat. Surd. *d. decis.* 326. *num.* 55. Menoch. *consil.* 855. *num.* 23. reditus quippe debetur propter fructus: ergo illis non perceptis, non debetur, *l. conducto, in princip. & l. si fundus, ff. locat.* Et hoc casu tollitur omnis obligatio conductoris. Mantic. *decis.* 166. *num.* 2. & 3. Rota *decis.* 323. *num.* 2. *part.* 4. *recent. tom.* 1. repetita apud Burat. *decis.* 210. Gratian. *discept.* 557. *n.* 63. & *num.* 61. & 62. & *discept.* 534. *num.* 39. & *sequentib.* Menoch. *d. consil.* 27. *num.* 47. Gomes. *lib.* 2. *variar. resol. cap.* 3. *n.* 18. ver-
33 *sic, cujus rei ratio esse potest*: subjungens, † quod omnis actio vel obligatio quæ competit respectu certæ rei, tollitur re peremptâ. *l.* 1. *in fin. C. de jur. emphyt.* Salicet. *in l. licet, Cod. de locat. col.* 1. *in* 2. *oppos.* Mantic. *de*
34 *tacit. convent. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 20. *in fine.* † Quod adeo verum est, ut nec adversùs firmarios gabellarum locus fuisset privilegio obligationis Cameralis; quia supponebatur damnum esse notorium, & incontinenti probari posse. Rota apud Zach. *de obligat. Cameral. decis.* 105. *num.* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 354. *n.* 42. & 43.

35 Addatur quod in instrumento locationis continebatur enormissimæ, & intolerabilis cujuscumque læsionis renunciatio; quam licèt nonnulli de jure sustineri posse crediderint; in contrarium tamen est veritas, cùm talis renunciatio injustitiam contineat; cui, sicut dolo futuro, renunciari non potest, *l. si superstite, in fin. Cod. de dolo.* Atque ita determinat Covarruv. *lib.* 2. *variar. resol. cap.* 4. *num.* 5. & plures allegat & sequitur Galerat. *in tract. de renunciat. centur.* 2. *cap.* 2. *num.* 24. & 25. quem unum instar omnium allegasse sufficiat.

36 Sed ulterius protendebatur etiam injustitia pacti: quia firmarii promittebant integram solvere mercedem, quamvis utifrui impedirentur proprio facto Dominorum Consulum, seu Civitatis, in illis verbis; *tant à l'instance de la ville, que autrement.* Adversus cujus pacti claram injustitiam exclamant omnes DD. Surd. *d. decis.* 326. *num.* 56. Menoch. *consil.* 55. *num.* 13. Castill. *controvers. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 56. 57. & 66. ubi hoc ampliat, sive factum locatoris, quo conductor impeditur in sua fruitione, justum sit; sive injustum: plures ad hoc allegans Doctores, & nominatim Alexand. *consil.* 84. *lib.* 6. sicuti & Barbosa *in collect. ad leg. licèt, Cod. de locat. num.* 17. Mantic. *dicto lib.* 5. *de tacit. convent. titulo* 8. *num.* 17. Peguer. *decis.* 214. *num.* 16.

37 Solùm quærunt hoc casu DD. utrùm locator teneatur ad totale interesse; an verò pro rata damni duntaxat? Et quidam distinguunt, utrùm factum locatoris fuerit justum, vel injustum: Primo casu, concludunt solùm locum esse remissioni mercedis. Secundo casu, locum esse præstationi totius interesse, quod conductor passus fuit. Ita distinguit Mastril. *dicto lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 45. Mantic. *decis.* 166. *numero* 2.

38 Alii distinguunt, utrùm locator potuerit removere impedimentum, an non? Primo casu, volunt peti posse totale interesse: secundo verò, agi solum posse ad remissionem mercedis; omnes tamen conveniunt, conductorem hoc casu agere posse contra locatorem pro quocumque damno, etiam non intolerabili. Castill. *dicto lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 39 & 57. Peguer. *dicta decis.* 214. *num.* 15. Surd. *decis.* 326. *num.* 65. Mastrill. *decis.* 299. *num.* 73. & 74. & meliùs *num.* 124. rationem reddens *num.* 126. quia alioquin locator ex sua culpa utilitatem consequeretur: & hanc opinionem dicit esse receptam, & secundùm illam sæpè fuisse judica-
39 tum. † Vnde Seraph. *decis.* 995. *num.* 1. dicit Iudicem qui condemnat conductorem ad solvendam mercedem, quando non potuit frui re locata, dici illum spoliare.

Prædictamque differentiam inter sterilitatem, & 40
non fruitionem, bene agnovit Mantic. *de tacit. convent. dicto lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 33. & 38. videlicet quia in casu sterilitatis agitur ad remissionem mercedis, si adsit damnum intolerabile; sed in casu non fruitionis, conductor totum interesse percipere debet, pro rata damni per eum passi: cui addo Mozz. *in tract. de locat. cap. de accidentalib. locat. num.* 18. ubi dicit fieri remissionem pro rata, si conductor re conducta frui non potuerit, etiam pro minima parte; & stante pacto & promissione facta de omnibus damnis, interesse & expensis, tenetur sine dubio locator ad totale interesse, etiamsi habuisset justam causam litigandi. Cyriac. Niger *lib.* 2. *controvers.* 274. *num.* 6. & *sequentib.* † Ampliatur ut hoc procedat, non obstanti- 41
bus solutionibus per conductores factis, pro quibus datur ipsis repetitio, non quidem condictione indebiti, sed actione ex conducto. Gratian. *discept. forens.* 376. *num.* 21. & *sequentib.* † Immò dum im- 42
pediti fuerunt uti frui re conducta, verius est ipsis competere condictionem indebiti. Gratian. *dicto cap.* 376. *num.* 30. † Ampliatur secundò, ut procedat, sive 43
damnum tempore conductionis potuerit, sive non potuerit prævideri. Gratian. *discept. forens. cap.* 195. *num.* 2. ubi de conductore agente ex capite non fruitionis.

An autem hoc casu remissio fieri debeat ad ratam reditus, an verò ad ratam fructuum, & sic ad proportionem lucri cessantis? Quæstio est altioris indaginis; quam tamen Surd. *consil.* 383. determinat in favorem conductoris, ut totale interesse debeatur.

Consideratum etiam fuit, quod lista, seu descriptio data fuerat conductoribus illarum rerum, quæ obnoxiæ erant solutioni gabellæ; quarum tamen exemptione multi particulares potiti fuerunt: veluti circa aurum & argentum rude, vulgò *Argent de Billon*, & similia: † Et tamen tenebantur locatores fa- 44
cere, ut conductores illis omnibus cum effectu fruerentur, quæ in tariffa descripta erant: Mangil. *de eviction. quæst.* 149. *num.* 1. & 6. † Et locans rem 45
alienam, sive scienter, sive ignoranter, tenetur ad totale interesse: *ibidem num.* 24. Caroc. *de locat. part.* 2. *cap.* 80. *num.* 13. *in paruis.* † Et datur actio doli con- 46
ductoribus, si illis tradita fuerit lista rerum, quibus frui non potuerunt. Rota *decis.* 148. *part.* 3. *recent.* quamvis in casu illius decisionis contrarium fuerit decisum, quia lista fuerat lacerata: quod probatur ex Surd. *decis.* 64. *num.* 28. 29. & 30. † locator enim pe- 47
rinde ac venditor tenetur secum contrahentem admonere de omnibus rei qualitatibus, quæ pretium diminuere possunt, *dicta decis.* 148. *numero* 3. per textum *in l. Iulianus*, §. *si venditor*, & *versiculo per contrarium*, & §. *idem Iulianus*, *ff. de action. empt.*

Et propterea ob supradictam conditionem non 48
fruitionis, Dixi aliàs locum esse remissioni mercedis; ex eo quod locata fuerant oliveta, quibus ex hyemis intemperie maximum damnum illatum est, adeo ut omnes propemodum arbores demortuæ fuerint, quia videlicet defecit rei locatæ substantia, ex Mantic. *de tacit. convent. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 33. & 38. & probatur per text. *in l. arboribus* 58. *ff. de contrah. empt.* cuius textus depositio extendenda est ad locationem. Cost. *de facti scientia & ignor. regul.* 1. *numero* 4. Mastril. *decis.* 229. *num.* 113. Surd. *consil.* 400. *num.* 26. & 27.
† Et contractus locationis (sicut & alii) intel- 49

ligi debet rebus ſic ſtantibus. Maſtrill. ibidem, *num.* 87. poſt Anchar. *conſil.* 402. Cravet. *conſil.* 95. *n.* 3. Alciat. *conſil.* 49. *num.* 5. *lib.* 8.

Et in effectu conductores gabellarum obtinuerunt à Civitate Avenionenſi congruam mercedis remiſſionem, ex prædictis fundamentis: & iterùm conductores monetæ Pontificiæ Avenionenſis, ob non fruitionem patacorum ex ære confectorum: item conductores decimarum cujuſdam Capituli, & aliis multis in cauſis ita obtinui, & exequi feci.

CAPVT XXXII.

Exactores Communitatum, an & quando poſſint cedere jura Communitatis mutuantibus pecunias, pro ſolutione debitorum ejuſdem. Et utrùm ceſſio jurium facta emptoribus bonorum, ſolventibus de pretio ipſorum, producat non ſolùm liberationem, ſed etiam ſubrogationem in jus Communitatis. Et utrùm creditor qui curavit bona ſui debitoris vendi ſub haſta, non interveniente reali pretii numeratione, ſed habita fide de pretio, amittat anterioritatem hypothecarum, quas habebat ſuper bonis primi debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Cedere jura poſſunt omnes, quibus à lege prohibitum non eſt.*
2 *Omnis actio, ſive directa, ſive utilis, cedi poteſt.*
3 *Exactor cui Communitas remiſit ſuas actiones, tam utiles, quàm directas, poteſt illas alteri ſolventi cedere, ſi exigat ad ſuam utilitatem.*
4 *Exactor ad quem pertinet utilitas & damnum exactionis, dicitur potius veluti emptor exactionis, & cenſetur procurator in rem ſuam.*
5 *Quis dicatur procurator in rem ſuam.*
6 *Exactoribus competunt omnia privilegia Communitatum circa exactionem.*
7 *Conceſſo alicui mandato, omnia conſequutiva mandati conceſſa cenſentur.*
8 *Simplex exactor ſine ſpeciali mandato jurium ceſſionem facere non poteſt.*
9 *Ceſſio jurium facta tertio emptori ſolventi de pretio bonorum venditorum, non valet tanquam ceſſio, ſed habet tantùm vim liberationis.*
10 *Conſtitutio cenſus nulla eſt, ſi pretium non fuerit tranſlatum in venditorem cenſus.*
11 *Nemo poteſt acquirere ceſſionem jurium adversùs illum, quem invitum liberavit.*
12 *Ceſſio facta ſolventi de pretio bonorum venditorum, valida eſt quando ſolutio facta fuit nomine, & tanquam de pecuniis emptoris, qui voluit ſibi jura acquirere, præcedente pacto ſubrogationis & ceſſionis faciendæ.*
13 *Solvens debitum alienum cum proteſtatione ſibi ipſi acquirendi, etiamſi ſolvat de pretio bonorum emptorum, ſibi acquirit jura mediante jurium ceſſione.*
14 *Tranſlatio pecuniæ facta in alium, non poteſt operari ultra partium intentionem.*
15 *Solutio facta anteriori creditori ſub qualitate ceſſionis jurium, non inducit plenam liberationem, ſed tantum conditionalem, ita ut ſupervenientibus moleſtiis, perinde ſit ac ſi liberatio facta non fuiſſet.*
16 *Pecunia cenſetur tradita debitori, & brevi manu ejus creditori, celeritate conjungendarum actionum.*
17 *Solvens præſumitur ſolvere de pecuniis propriis in caſu dubio, ſed non in caſu claro.*
18 *Solvens pro alio ſine mandato, habet actionem perſonalem, ſi non fuerit prohibitus ab eo, cujus nomine ſoluit.*
19 *Solvens exactori Communitatis, acquirit ipſo jure actionem perſonalem.*
20 *Emptor ſolvens de pecuniis propriis cum expreſſa declaratione, quod vult emere nomen creditoris, & ſibi acquirere, poteſt validè impetrare ceſſionem jurium in ſui favorem.*
21 *Liberatio bonorum ſub haſta publica, nulla eſt, ſi non fiat in pecunia numerata.*
22 *Si creditor vendi faciens ſub haſta, conſentiat liberatario fidem haberi de pretio, oritur tacita delegatio, & liberatur debitor cujus bona ſubhaſtata ſunt.*
23 *Liberatio bonorum habitâ fide de pretio, eſt valida, ſi creditor conſentiat in actu liberationis, ita ut obligatio debitoris extincta remaneat.*
24 *Si plures ſint creditores, omnium requiritur conſenſus, ut liberatio habitâ fide de pretio valida ſit.*
25 *Venditio judicialis pignorum habitâ fide de pretio, fieri poteſt, quando qualitas pignorum id ſuadet.*
26 *Si liberatio & ſubhaſtatio ſit nulla, remanent jura creditorum illæſa, quia titulus reducitur ad non titulum.*
27 *Delegatio non inducitur per ſubhaſtationem, quando creditor expreſsè proteſtatur ſalvas ſibi, & illæſas actiones remanere.*
28 *Creditor non eſt in culpa, ſubhaſtari faciens abſque numeratione pecuniæ, ſi id fiat pro utilitate creditorum.*
29 *Idem ſi liberatarius eſſet ſolvendo tempore liberationis.*
30 *Idem ſi omnes creditores conſentiant liberationem fieri habitâ fide de pretio.*

STephanus annuum reditum Franciſco vendiderat eâ lege, ut pretium cenſus hujuſmodi impenderetur pro medietate pro collectis bonorum ipſius venditoris, pro alia medietate pro collectis bonorum Nicolai, quibus ſe oneratum eſſe Stephanus aſſeruit, ſubſequutâ ſolutione per Franciſcum exactori, pro utriuſque collectæ ſolutione facta, cum ceſſione jurium per exactorem conceſſa. De ceſſionis validitate fuit dubitatum.

Primò igitur quæſitum fuit, utrùm exactor, Communitatis nomine, jus habeat cedendi actiones & hypothecas Communitatis, ſi ei ab ipſa ſpecialis facultas data non fuerit.

Secundò, utrùm ſolutio illa facta cenſeatur de pecuniis debitoris, & ita liberationem quidem pariat, ſed non jurium ceſſionem validam.

Tertiò

Tertiò, utrùm Franciscus præjudicaverit suis hypothecis, acceptando in debitorem quemdam liberatarium bonorum, aliàs ad dictos Stephanum & Nicolaum spectantium, qui loco pretij sibi assumpserat onus soluendi, & extinguendi censum illum annuum Francisco debitum.

Ad primam quæstionem Dixi, exactorem in casu proposito, jura Communitatis cedere potuisse, ex multis facti circunstantiis.

1 Primò, ex regula generali, quod cessio jurium omnibus illis permissa est, quibus à jure non reperitur prohibita. Oliban. *de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 4. n. 3.*

2 † Secundò, quia omnis actio, sive directa, sive utilis, cedi potest. Card. Tusch. *litera C, conclus. 212.*

3 *num. 5.* † Dictus autem exactor, quamvis fuisset simplex procurator, habebat tamen directam actionem, quam nomine Communitatis intentare poterat ad utilitatem propriam, quia pecuniæ exigendæ ad ipsum spectant, solúmque tenebatur pretium conventum soluere Communitati: & ideo actio directa apud eum erat efficax, & cedi poterat; maximè cùm haberet amplam, & prægnantibus clausulis munitam facultatem. Castrens. *in l. si procurator, num. 4. & 5. ff. de procurat.* Vbi dicit, quod quantùm ad agendum actio directa, quæ competit procuratori, præfertur utili quæ est apud dominum: non solùm autem habebat directas, sed etiam utiles actiones sibi cessas ab ipsa communitate; quippe qui poterat agere, ac etiam exigere, & recusantes cogere ad solutionem remediis executivis; solutiones recipere, & instrumenta cancellare; quæ omnia actionem utilem respiciunt: & erat in effectu constitutus procurator in rem suam, quia lapsum erat tempus exactioni præfixum, & ipse erat debitor totius pretii residui exactionis erga Cõ-

4 munitatem. † Actio igitur adversùs debitores ipsi proprio nomine competebat, cùm non esset nudus exactor, sed potiùs emptor dictæ exactionis. Roman. *in l. prætor ait, §. 1. n. 2. ff. de aqua pluvia arcend.* ubi dicit quod emptores gabellarum Communitatis, dicuntur procuratores in rem suam, quia agunt ad proprium commodum: sequitur Mantic. *de tacit. con-*

5 *vent. lib. 7. tit. 2. num. 32.* † Et generaliter quicumque habeat facultatem exigendi ad propriam utilitatem, dicitur procurator in rem suam. Francisc. Aretin. *consil. 125. num. 1. & 2.* Bertrand. *consil. 235. num. 2. volum. 7.* & notatur in *l. qui stipendia, Cod de procurat.* Mantic. *d. lib. 7. tit. 2. n. 29.* adinstar usufructuarii, qui dicitur procurator in rem suam proprietarii. Mantic. *ibidem, num. 30.* Erat enim duntaxat debitor quantitatis erga Communitatem: credita verò ad ipsum uti emptorem exactionis spectabant. Gratian. *discept. forens. 666. num. 21.* & faciunt tradita superiùs, *cap. 16.*

6 *num. 2. & 3.* † & ad istos exactores pertinent omnia jura & privilegia Communitatis. Losæus *de jure univers. part. 3. cap. 9. num. 30.* & cùm facultatem Cõmunitas exactori concessisset faciendi quitancias publicas, instrumenta cancellandi, & alia plura, de quibus in instrumento; verisimile est quod dare voluerit facultatem, etiam cessionem jurium faciendi. Mantic. *dict. lib. 7. tit. 14. num. 13. & 14.* cùm cessio jurium sit consequutiva quitanciæ & cancellationis.

7 † Et concesso mandato, censentur concessa quæ solita sunt & consueta, qualis est jurium cessio tertio soluenti facienda, dum hoc tendit ad faciliorem exactionem summarum debitarum. Bertrand. *consil. 102. num. 4. volum. 2. prior.* Surd. *decis. 213. num. 4.* Et sic judicatum & observatum fuit: & cessio jurium facta per exactorem, fuit habita pro valida, & legitima; quia verè iste exactor vigore dictarum clausularum appositarum in instrumento cum Communitate celebrato, fuerat constitutus procurator in rem suam, & totum commodum vel dãnum debitorum ad ipsum spectabat, juxta tradita per Bertazol. *in tract. de clausul. instrum. clauf. 29. gloss. 1. & 2.* † alioqui simplex 8
exactor, qui est veluti simplex procurator, jura & actiones sine speciali mandato cedere non potest; cum speciali verò mandato, cedere posset. Bertazol. *in dict. tract. clauf. 27. glos. 1. num. 7.* Iacob. de Aren. *de cession. jur. num. 36.*

Ad secundam difficultatem dubium in eo consistit 9
quod dum Stephanus fuisset oneratus soluere tanquam emptor bonorum Nicolai, solutiones per eum aut per alios ejus nomine factæ, non habebant vim cessionis jurium; sed tantùm operabantur liberationem, cùm essent factæ per emptores bonorum, & de pretio illorum, & per consequens de pecuniis Nicolai debitoris, ex norat. per Ludovis. *d. decis. 68. n. 2. & 3.* Gratian. *discept. forens. 286. num. 6. & 7. & discept. 793. num. 24.* Rota *decis. 63. num. 4. & 426. num. 3. part. 2. recent.*

Quod autem solutio facta fuerit de pecuniis ven- 10
ditoris, patet; quia si in ipsum non fuissent translatæ pecuniæ ex pretio provenientes, constitutio reditus annui esset nulla; cùm requirat ut emptor census transferat realiter pretium in venditorem. Rota *part. 2. recentior. decis. 56. num. 6. & decision. 793. num. 24.*

Secundò; quia cùm Nicolaus intenderet plenè li- 11
berari, non potuit Franciscus annui reditus emptor acquirere cessionem jurium contra illum, quem invitum liberavit. Bartol. *in l. si stichum, §. si ab alio, ff. de novat.* quia solutio fieri non poterat contra formam in mandato contentam, quæ erat ut Stephanus solveret effectualiter pro Nicolao, non autem ut remanerent in statu obligationes favore emptoris census, *l. diligenter, ff. mandati.*

Verùm, negotii qualitas & circumstantia effecerũt 12
ut contrarium fuerit resolutum; siquidem jura prædicta locum habent, quando solutio facta est de pecuniis debitoris; cùm tamen in casu proposito solvens expressè declarasset & protestatus fuisset se solvere de pecuniis propriis, & ad suam propriam utilitatem, animo sibi acquirendi jura, & actiones, & proprium negotium gerendi, maximè præcedente expressâ conventione, quod ipse esset subrogatus in jus creditoris, & quod exactor sibi cederet jura, prout cessit, & cedere poterat, ut suprà ostensum fuit: quo casu cessio est valida, ex notat. per Addent. ad Burat. *decis. 420. num. 9.* & in terminis annui reditus docet Gaspar Roderic. *de annuis reditib. lib. 2. quæst. 20. num. 6.* potestque huic casui applicari distinctio superiùs allata, *cap. 29. in 2. conclusione, num. 3.* † Quod 13
si iste emptor soluerit nomine venditoris, non potest cessionem jurium obtinere: secus si solverit nomine proprio, & ad sui utilitatem, animo acquirendi sibi jura creditoris dimissi: hoc enim casu non video, quid impediat quominus in ejus locum succedat, prout novissimè tenuit Fernand. Arias de Mesa *lib. 2. variar. resol. & intepret. jur. cap. 3. num. 7.* licèt loqui videatur de successione quoad jus excipiendi, juxta *decis.* Vincentii de Franch. 134. sed clariùs Anton. de Amat. *variar. resol. cap. 7. num. 12. & 13.* qui licèt loquatur de extraneo solvente, tamen eadem ratio militat in emptore, quando expressè declarat se proprio nomine solvere, ut sibi acquirat: alioqui si semper censeretur soluisse de pecuniis, & nomine ipsius venditoris, nec in creditoris ius succederet, præcedente pacto expresso, & cessione jurium subsequutâ; quod tamen mox admittendũ esse ostendimus, & est de mẽte Rotę, ut testatur Addit. ad Burat. *d. decis. 420.*

Et

14 Et licèt dominium pecuniæ tranſlatum videatur in Stephanum annui reditus venditorem ; tranſlatio illa non operatur niſi juxta formam conventam inter ſoluentem, & recipientem. Ruyn. *conſil.143.n.2. volum.5.* & ſola pecuniæ traditio non ſufficit, niſi concurrat etiam animus dominium transferendi. Rota *deciſ.516.num.4. part.4. recent.* unde pecuniæ non dicuntur tranſlatæ in Stephanum, niſi ſub conditione ſoluendi creditoribus Nicolai, & jus acquirendi Fra-
15 ciſco. Rota apud Cenſ. *deciſ.384.num.6.* † & ſolutio facta creditori anteriori ſub qualitate ceſſionis jurium, non inducit liberationem integram, ſed tantùm conditionalem : ita ut ſupervenientibus moleſtiis, liceat uti juribus ceſſis, non obſtante liberatio-
16 ne, *dict. deciſ.384. n.7.* † Igitur quando ſolutio facta eſſet venditori cenſus, tamen celeritate conjungendarum actionum, cenſetur unus actus in alio occultatus, & facta ſolutio de pecuniis Franciſci emptoris : per text. *in l.3. §.fin. ff.de donat. inter vir. & uxor.* & *ibi* Gloſ. *in verb. occultare*, & *in l.ſingularia 13.ff. ſi*
17 *cert. petat.* Cenſ. *de cenſib. quæſt.48. num.30.* † Præſumitur quidem in dubio, quod ſoluens, de pecuniis propriis ſolutionem fecerit, ſed non in caſu claro, prout hîc : Rota *deciſ.416. n.4. apud Cenſium.* Pecunia igitur brevi manu tradita cenſetur per emptorem cenſus. Jaſ. *in l.qui in aliena, num.41. ff. de acquir. hæred.* Cenſ. *quæſt.50. num.22. & 23.* Rota apud eundem *deciſ.133. num.12. & 134. num.4.*

18 Dices, ſuccedere quidem emptorem in actione perſonali, quia non erat verum in facto quod adeſſet prohibitio primi illius debitoris, nempe Nicolai, cujus negotium gerebatur : Burat. *deciſ.637. num.2. &*
19 *deciſ. 509. num.2.* † maximè quia ſolutio facta erat exactori Communitatis, quo caſu perſonalis actio ipſo jure transfertur in ſoluentem cum ſuo privilegio. Surd. *conſil.444. num.10.* Rota *deciſ. 592. n.4.5. & 6. part.5. recent.* ſed dubium propoſitum eſſe de ſucceſſione in jus hypothecæ : ideo de ea in ſpecie
20 agendum eſſe. † Sed adhuc dicendum eſt, ſucceſſiſſe emptorem in jus hypothecæ, cùm non uti emptor, nec nomine venditoris, ſed tanquam quilibet extraneus, & nomine ſuo proprio, & animo ſibi acquirendi ſolutionem ſe facere nominatim expreſſiſſet, & eo nomine ceſſionem jurium ſibi fieri obtinuiſſet : quo caſu de ceſſionis validitate dubitari non debet ; cùm ceſſet illa ratio, quod ſolutio facta fuerit de pecuniis venditoris, ad notata per Surd. *dict. conſil.444. num.13* Rotam *dicta deciſ.592. num.5. part.5. recent.* Duard. *de cenſib. §.5. quæſt.23. num.30.*

21 In tertia quæſtione ſupponendum, liberationem bonorum quæ ſub haſta publica diſtrahuntur, fieri debere in pecunia numerata, *l.à divo Pio, 15. §.ſed ſi emptor, verſic. oportet, ff. de re judic.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap... num.5. &* 6. Mangil. *de ſubhaſt. quæſt.13. num.4. & ſequentib.* Rota *deciſ.50. & 63. part.4. diverſ.* Ricc. *collect.* 3584. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.7. gloſ.3. p.6. num.19. fol. mihi* 512. quia quanvis emptor ſeſe oneraverit ſolutione debitorum, aut illi habita fuerit fides de pretio, non propterea liberatur debitor, cujus bona venduntur, ſed ſemper remanet obligatus : & ſic non ſatisfit intentioni legis quæ eſt ut debitor, cujus bona diſtrahuntur, integram liberationem ad tatam pretii liberationis conſequatur.

22 † Imò quando creditor permittitur bona liberari ultimo offerenti, abſque actuali pretii exburſatione, tacitè videtur conſentire, ut debitoris, cujus bona ſubhaſtantur, debitum extinctum eſſe cenſeatur, ſaltem per viam delegationis, quæ fit miniſterio legis & Judicis, quia judex ſupplet factum partis : ideo videtur loco debitoris delegare emptorem, emptor verò mediante emptione videtur ſe obligare creditori, ad cujus inſtantiam fit ſubhaſtatio, quem creditor ipſe acceptat in ſuum debitorem : tribus autem his concurrentibus perficitur delegatio, & primus debitor conſequitur liberationem : prout iſta omnia tradit Rota *deciſ.284. num.2. part.3. recent.*

Conſentiente igitur creditore, liberatio valida eſt; 23
licèt non intervenerit pecunia numerata : ſed conſenſus iſte in ipſo actu liberationis præſtari debet ; itaut per talem conſenſum debitor, de cujus bonis ſubhaſtandis agitur, remaneat liberatus à ſuo creditore. Rot. *deciſ.232. n.5. part.3. recent.* Ludoviſ. *deciſ.23. n.6. & deciſ.411. num.13. & 14. part.5. recent.* & apud Cenſ. *deciſ.536. num.15.* & apud Burat. *deciſ.257. num.23.*

Quod ſi plures ſint creditores, omnium requiritur 24
conſenſus, & ſi aliqui duntaxat conſentiant liberationem fieri habitâ fide de pretio, horum conſenſus aliis præjudicare non poteſt. Anton. Niger *in tract. de judiciali pignor. cap.16. §.6. num.8. & 9.*

Prædicta tamen regula limitatur, ut ſcilicet non ſit 25
neceſſaria actualis pretii ſubhaſtationis numeratio, quando qualitas pignorum aliud ſuadet, & Judex ideo credit expedire, ut liberatio fiat habitâ fide de pretio. Bertazol. *clauſul.38 gloſ.1. num.19 in fin.* Niger *dict. cap.16 in princip. num.46.* Caſtrenſ. *in l.exequatur, §.ſi vendiderit, ff. de pignorat. act. n.2.* in iſtis verbis : *Ego puto hoc verum, ſi nihil poteſt imputari, quia non poterat aliter vendere.*

Secundò advertendum eſt nihil intereſſe iſtius cre- 26
ditoris, ſive bonorum adjudicatio valida ſit, aut invalida ex capite habitæ fidei de pretio : ſi enim liberatio ſit valida, non poteſt illi imputari, quòd bona ſui debitoris curaverit ſic liberari : † ſi invalida ; ergo illæſæ ipſi remanent primæ actiones ; cùm titulus venditionis reducatur ad non titulum : ergo primæva jura in ſuo robore manent. Surd. *deciſ.51. num.19. &* 20. Rota *deciſ.370. num.3. part.1. recent.*

Tertiò notandum eſt, quod licèt mox dictum fue- 27
rit mediante liberatione bonorum debitoris induci novationem, & primi debitoris liberationem ; hoc tamen non procedere, quando creditor expreſsè proteſtatur in contrarium ; nempe ſe nolle illum acceptare in debitorem, nec à primis obligationibus recedere. Surd. *deciſ.23.* Gratian. *diſcept.64. num.22.* Hodiern. *ad dictam deciſ.23. numero* 2. Bertazol. *clauſ.33. gloſ.18. num.3.* Cagnol. *in l. ſingularia, num.188. ff. ſi cert. petat.*

Quartò quod creditor non dicitur eſſe in culpa, 28
conſentiendo bona liberari, abſque reali exburſatione pecuniæ, quando liberatio ſic facta fuit ad utilitatem creditorum, & pro majori bono ; ut ultra citatos ſupra *num.25.* tenet Mangil. *de ſubhaſtat. quæſt.62. num* 9. 29
† Idem dicendum, ſi emptor pignoris tempore venditionis eſſet ſoluendo, poſtea verò deterioris conditionis effectus fuerit. Neguſant. *de pignoribus, part.6. membr.1. num.38.* quia creditori hoc caſu nihil imputari poteſt, ſi ejus fidem ſequutus fuerit in diſtractione pignoris facienda.

Similiter creditor curans bona debitoris liberata- 30
rio adjudicari, non eſt in culpa quando intervenit conſenſus omnium intereſſe habentium. Rota *deciſ.464. num.1. part.2. recent.*

Ex quibus concludendum eſt, nihil huic creditori imputandum, cùm & expreſsè de jurium ſuorum reſervatione fuiſſet proteſtatus, & Commiſſarius pro bono univerſali creditorum liberationem ſic fieri, conſentientibus intereſſe habentibus, ordinaſſet.

CAPVT

CAPVT XXXIII.

Explicatur consuetudo Cœnomanensis *artic.* 324. *&* 334. Et utrùm vidua petere possit reditum annuum sibi à marito, illius provinciæ incola, in qua testamentum condidit, legatum super bonis sitis in alia provincia, in qua maritus uxori legare non prohibetur; vel etiam super pretio illorum bonorum converso in solutionem debitorũ hæreditatis paternæ, sitæ in prouincia Cœnomanensi? Et utrùm obstet confusio actionũ ob aditam à marito sine inventario paternam hereditatem. Et de matre ad secunda vota convolante Et de Edicto Regis circa successiones matrum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, quod fieri prohibetur per statutum, vel consuetudinem, validum est, quoad bona sita extra locum statuti, vel consuetudinis.*
2 *Hoc maximè procedit, dum agitur de statuto vel consuetudine exorbitanti à iure communi.*
3 *Statutum prohibens ne maritus leget uxori, non extenditur ultra territorium statuentium.*
4 *In Gallia omnes consuetudines sunt reales, & ad sua territoria limitatæ.*
5 *Actio ex testamento dirigi non potest adversùs bona, per ipsum testatorem vita durante alienata.*
6 *Consuetudo permittens legatum mobilium, permittit legatum factum de proveniente ex bonis venditis.*
7 *In Gallia debita omnia pecuniaria, & obligationes omnes in quibus immobilium promissio non adest, continentur appellatione mobilium.*
8 *Iura acquisita per aliquem, mediante solutione facta creditoribus, & cessione iurium per eos obtenta, continentur appellatione mobilium in Gallia.*
9 *Pecunia proveniens ex venditione immobilium, mobilis est apud Gallos.*
10 *Confusio per aditionem hæreditatis non inducitur quoad actiones quæ post aditionem natæ sunt; sed tantùm quoad eas, quæ natæ erant tempore aditionis.*
11 *Mater binuba quas successiones de jure communi amittat.*
12 *In Gallia in locis ubi edictum receptum est, mater non succedit: Et quid ex ordinatione Regia consequatur.*

COnsuetudine patriæ Cœnomanensis, *artic.* 243. cavetur, *que femme noble ou de coustumier ne peut avoir dõ & doüaire sur les heritages de son mary, mais il est au choix de la femme de prendre la donatiõ ou son doüaire, & en éliſant un, elle est forclose de l'autre, & neanmoins peut avoir don, meuble & doüaire*, hoc est, quod mulier nobilis vel ex consuetudine non possit habere donum, & dotarium super hæreditatibus sui mariti; sed erit in electione mulieris capiendi donationem, vel dotarium; & eligendo unum, excludetur ab alio; & nihilominus poterit habere donum mobilium & dotarium.

Et *articulo* 334. cavetur his verbis: *Deux conioincts ensemble par mariage, peuvent par donations mutuelles, ou autrement* (liberis existentibus) *donner l'un à l'autre tant seulement leurs meubles à perpetuité, & leurs acquets & conquets pour en iouïr à viage & tant qu'ils seront en viduité*: Hoc est; duo simul matrimonio juncti possunt per donationem mutuã, aut aliàs, liberis existentibus, donare unus alteri duntaxat mobilia sua in perpetuum; acquestus verò, & conquestus ad fruendum ad vitam, & quamdiu erunt in viduitate.

Non obstante dicta consuetudine, quidam Marchio aditâ hereditate Domini Mareschalli patris sui sine beneficio inventarii, condito postea testamento uxori suæ reditum annuum duorum millium scutorum, ut illi proprius esset, legavit super omnibus bonis suis: & casu quo donatio in dubium revocaretur propter dictam consuetudinem Cœnomanensem, mandavit dictam summam solui super quodam Comitatu existente in patria juris scripti; & casu quo dictum Comitatum venderet, & ex eius pretio bona acquireret in patria Cœnomanensi, mandavit super bonis ita subrogatis dictum annuum reditum persolvi.

Provt in effectu devenit postea ad venditionem dicti Comitatus, & emptorem oneravit, ut solveret debita paterna in patria Cœnomanensi contracta, quod pretium ascendens ad summam centum millium scutorum, mortuo Marchione, partim fuit solutum creditoribus paternis Cœnomanensibus, partim adhuc per emptorem debebatur.

Quæsitum fuit de duobus. Primò utrùm vidua, non obstante consuetudine, dictum reditum duorum millium scutorum petere possit.

Secundò, utrùm dicta vidua petere possit ius successionis ob mortem unius ex liberis post maritum vita functi, nullo condito testamento, saltem super pretio dicti Comitatus venditi adhuc extante apud emptores, vel etiam super parte pretii conversa in solutionem dictorum creditorem paternotum.

Circa primum caput, primo loco statuendum est, legatum illud validum esse quoad bona in patria iuris scripti constituta, quamvis testator in patria consuetudinaria habitaret, & in eadem testamentum conditum fuisset: verba enim consuetudinis, quamvis generalia & universalia, nunquam comprehendunt res sitas extra territorium: quia ubi cessat iurisdictio, cessat & dispositio consuetudinis: per text. *in l. fin. C. de iurisdict. omn. iudic. l. duumvirum, Cod. de Decurionib. lib.* 10. Gaill. *lib.* 2. *observat.* 124. *num.* 5. *& sequentib.* 1

† Vbi id maximè procedere asserit, quando consuetudo exorbitat à iure communi, sive verba consuetudinis concepta sint in rem, sive in personam. Gozad. *consil.* 49. *num.* 8. & magis in specie, † de statuto prohibente maritum legare uxori, tradit Curt. iun. *in leg. exigere dotem* 65. *num.* 21. *ff. de iudic.* & *ibidem* etiam Angel. Castrens. & Iacob. Quod ampliatur ut procedat, etiamsi statutum esset favorabile. Roland. *cons.* 80. *num.* 29. *vers. sup. est, volum.* 4. Vbi quod isto casu videntur duo testatores, & duo patrimonia, Ioseph. Ludovis. *decis. Perus.* 76. *num.* 9. † Et in Gallia omnes consuetudines reales esse, & sic attendi locum ubi bona sita sunt, testatur Charond. *lib.* 7. *respons.* 100. & magis præcisè ad casum nostrum *eodem lib. respons.* 98. Vbi magis comprobat dotarium promissum ultra portionem à consuetudine permissam, quoad residuum capi de bonis sitis in loco, ubi non viget illa consuetudo. Argent. *in consuetud. Britann. artic.* 218. *num.* 29. 2 3 4

Secundo loco statuendum est, nullam viduæ superesse 5

pereſſe actionem contra dictum Comitatum alienatum vivente marito, & ab illius hæreditate ſegregatum; cùm actio perſonalis ex teſtamento, aut alia quæcumque legatariis competens, illa duntaxat bona comprehendat, quæ teſtatoris tempore mortis fuerunt, *argum. legis fin. Codic. de Edict. divi Adrian.* cum *ibi* notat. per DD. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 614. *num.* 1.

6 Tertio loco ſtatuendum eſt, dictam viduam pro conſequutione legati experiri poſſe contra pretium dicti Comitatus, ſeu partem illius exiſtentem in manibus emptorum: quia licèt mobilia perſonam ſequantur, tamen conſuetudo non prohibet donationem mobilium inter virum & vxorem, & ita in terminis dictæ conſuetudinis deciſum fuit, referente Brodeau ad Loüet *liter. D. arreſt.* 54. *circa finem*, maritum uxori donare potuiſſe: quia de ſolis mobilibus diſpoſuerat, prout illi per conſuetudinem erat permiſſum: in cauſa hæredum Chriſtophori du Queſnay,
7 & Ioannæ Bourdier. † Siquidem in Gallia debita omnia pecuniaria, aut in pecuniam reſolubilia, mobilium appellatione continentur: & generaliter mobile dicitur, quotieſcumque in obligatione immobile præſtari non promittitur. Argentr. *loc. citat. artic.* 19. *gloſſ.* 5. *num.* 3. *in verb. mobiliaires.* Tiraquel. *de retract. con-*
8 *ſang.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 1.

Quarò, cùm in generali hypotheca iura & actiones contineantur: *l. nomen. Cod. quæ res pig. obligat. poſſ. & leg. grege.* §. *cùm pignori, ff de pign.* cùm Dominus Marchio ex pretio propriorum bonorum paternos creditores dimiſiſſet, & ab illis forſan jurium ceſſionem obtinuiſſet, videbatur quod vidua agere poſſet contra iſta jura ceſſa, quæ ut dictum eſt, in Gallia appellatione mobilium continentur, teſte Domino Lud. Bello *conſil.* 77. *num.* 16. & 33. & *conſil.* 148. *n.* 23. &
9 *conſil.* 102. *num.* 44 & 45. † Vbi de pecunia proveniente ex venditione bonorum immobilium, etiam in terminis juris communis: poterit igitur vidua legatum petere: quod ſuper mobilibus conſuetudo permittit.

10 Quintò, non erat quærendum, utrùm Dominus Marchio actiones ſuas confudiſſet, ob non aditam cum inventario paternam hæreditatem. Quia ſolutiones per ipſum factæ fuerunt poſt aditam paternam hæreditatem; quo tempore non poteſt induci aliqua confuſio, ſed illi duntaxat locus eſt in illo inſtanti, quo creditor ſuccedens debitori, adit illius hæreditatem; tunc enim actiones iam ortæ extinguuntur: ſecus verò eſt in actionibus, quæ poſtea naſcuntur ex cauſa non hæreditaria, & quæ nihil habent commune cum actione hereditaria olim confuſa; ſed à novo contractu facto poſt aditam hereditatem dependent: & ſicut inventarii confectio ob novam cauſam & obligationem nihil relevat, ita nec illius omiſſio quoad novam obligationem, vel cauſam, nocere vel prodeſſe poteſt: ut copioſè oſtendit Aretin. *conſil.* 147. aliàs 148. *num.* 2. ſequitur Duen. *de regul. iur. regul.* 18. *in* 4. *limit.* & fuit deciſum in cauſa *Romana ſcutorum viginti millium*, 14. Maii 1582. coram Lancellot. ſenior. teſte Vrſelio *concluſ.* 36. *n.* 24. *litera A.*

11 Quoad ſecundum caput, ſi attendamus diſpoſitionem iuris communis, certum eſt matrem ad ſecunda vota convolantem amiſiſſe ſucceſſionem ab inteſtato filii ſui impuberis, quoad bona ex paterna ſubſtantia quæſita, §. *hinc nos, in Authent. de nuptiis.* Theſaur. Iun. *lib.* 1. *quæſt.* 29. quod non ita ſimpliciter intelligendum eſt, ſed ita ut mater in illis retineat uſumfructũ, proprietate apud liberos primi matrimonii remanente: in bonis verò quæ non ſunt de paterna ſubſtantia, mater pleno iure ſuccedat: ſic enim conſtituitur in *d.* §. *hinc nos*, ut explicat Theſaur. *loc. citat.* & Peregrin. *conſil.* 78. *num.* 1. *cum ſequentibus, volum.* 1. in uſufructu verò per maritum relicto, uxor binuba ſuccedere non prohibetur, §. *ſi verò ſolum uſumfructum, in Authent. de nuptiis.* Cavalcan. *de uſufruct. mulieri relicto, num.* 113.

Sed in Gallia ex Edicto Regis matres excluduntur 12
à ſucceſſione liberorum, & ſuccedunt tantùm in bonis mobilibus, & immobilibus, quæ eorum filii aliũdè acquiſiverunt quàm à patre, avo paterno, vel tranſverſalibus paternis; conſequuntur tamen dimidium uſusfructus bonorum lateris paterni. Papon. *lib.* 21. *tit.* 1. *arreſt.* 25. & Peleus *lib.* 5. *action. forenſ. cap.* 12. quam conſtitutionem fuſiùs explicat Loüet *litter. M. num.* 5. ubi dicit Edictum illud ad cauſam inteſtati pertinere, nec ad teſtamentarias diſpoſitiones protrahi: & *num.* 22. ubi plura circa dictæ conſtitutionis interpretationem proponuntur. Vide Franciſc. Barry *de ſucceſſione, lib.* 18. *cap.* 2. *num.* 10. intelligendo ut præmiſſa locum habeant in illis provinciis, in quibus illa conſtitutio fuit uſu recepta.

CAPVT XXXIV.

Quando Communitas admittitur ad ſe redimendum pro eodem pretio quo fuit vendita, ſi ſub ea plura ſint membra & iuriſdictiones, utrùm poſſint illa vendere, & pretium ad ſui utilitatem convertere; an verò integra iuriſdictio & utilitas ad ſupremum Principem pertinere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Quando Communitates admittuntur ad redimendum ſe pro eodem pretio quo fuerunt venditæ, hoc fit potiùs ex iure & permiſſione Principis, quàm iure proprio.*
2 *Vniverſitas dum ſe redimit, acquirit dominium bonorum ſub Principis protectione, & ſuperioritate.*
3 *Princeps eſt Dominus univerſalis repectu ſuperioritatis & protectionis, non dominii.*
4 *Vtilius eſt Principi plures habere Vaſſallos.*
5 *Feudum quod à Barone immediatè dependet, ſub aſſenſu tamen Principis conceditur, nuncupatur quaternatum.*
6 *Barones impropriè dici poſſunt, quibus competit iuriſdictio civilis & criminalis, cum mero & mixto imperio; niſi & alia concurrant, de quibus ibidem.*
7 *Caſtrum in quo nulli ſunt habitatores, propriè feudum quaternatum dici non poteſt.*
8 *Feuda annexa Baroniæ, ab ea ſeparari, & diſmembrari nequeunt.*
9 *Intellige quando agitur de feudis maioribus, quæ ſunt feuda dignitatum: Et quæ ſint Baroniæ majores, quæ verò minores, & quid ad utramque requiratur.*
10 *Qua ratione ſummus Pontifex acquiſiverit Comitatum Venayſſinum, & quod illum Barones in temporalibus recognoſcunt, tanquam Dominum immediatum dicti Comitatus, & tanquam Comitem.*
11 *Verius eſt etiam in feudis maioribus, ſeu feudis dignitatum,*

gnitatum, admitti divisionem & dismembrationem.

12 *Ex generali totius Galliæ consuetudine, quæ etiam viget in Comitatu Venayssino, feuda amnia redacta sunt adinstar bonorum patrimonialium.*

LIs extitit gravissima inter duas Communitates,& emptorem Baroniæ, super provocatione ad domanium, hoc est super redemptione per Communitates petita; quæ quoad unam ex dictis Communitatibus fuit transactione sopita : de cujus materia principali nunc non agemus,donec negotium quoad aliam Communitatem fuerit finitum per sententiam, vel transactionem : sed quæstionem satis notabilem resolvere conabimur, ex qua neutri partium præjudicium oriri poterit. Dubitatum ergo fuit,utrum casu quo Communitates admitterentur ad redemptionem totius Baroniæ,pro eodem pretio pro quo vendita fuit : permitti illis debeat venditio membrorum, & feudorum particularium ejusdem Baroniæ, semper sub superioritate Summi Pontificis, qualem habet in aliis feudis Comitatus Venayssini ? Et per me fuit conclusum affirmativè ad favorem Communitatum.

1 Quia quando universitates admittuntur ad domanium, non tam utuntur jure prælationis ex proprio capite, quàm ex permissione & concessione Principis, qui illis permittit ut possint uti eodem jure prælationis, quod ipsi Principi competebat : ut dicit Marta *cons.*182. *n.*35. *&* 36. Camil. de Curte *in diverf. iuris feudalis*, *fol.*9. *verso*, *n.*32.

2 Vnde sicut Princeps retinendo jus prælationis efficitur Dominus immediatus bonorum retentorum; ita & Vniversitas, quæ ex Principis concessione jus retentionis consequitur : feuda verò sic retenta transeunt in domanium Principis ratione protectionis,& ipsa Vniversitas verè efficitur domina jurisdictionis, proventuum & aliorum jurium; licèt administratio justitiæ fiat per Officiales à Principe deputandos,per text. *in l.*2. *C. quib. ex caus. servi pro præm. libertat. accip.* in illis verbis : *Vti eorum Domini pretium à*

3 *Fisco accipiant.* † Princeps enim Dominus est universalis respectu jurisdictionis, & protectionis; non autem proprietatis. Riminald. jun. *cons.*19. *n.*72. & ideo si prædia particularia Baroniæ, aut illius subfeuda alienentur, pretium alienationis, aliíque proventus spectare debent ad Communitates, pecuniam pro redemptione solventes; præsertim cùm ea sit supremi Principis intentio, ut proventus illos & utilitates assequantur, ut pretium ab aliis solvatur. Atque ita in propriis nostris terminis consuluit Camil. de Laratha *cons.*86. *à n.*123. *usque ad finem.*

4 Neque in casu isto adesse poterat aliqua contrarietas,neque aliquod detrimentum; quin potiùs magna utilitas Reverendæ Cameræ,quæ per suos Officiales exercitium jurisdictionis erat habitura in duobus locis principalibus Baroniæ; in aliis verò membris consequeretur homagia & obsequia per Vasallos suis Dominis præstari solita : non quidem uti Comes totius Comitatus, sed uti obtinens Baroniam sibi mediante prælatione unitam : juxta tradita apud Vincent.de Franch.*decis.* 154.*n.*6. Itaque emptores membrorum particularium dicerentur Feudatarii summi Pontificis,uti Baronis, & haberent exercitium jurisdictionis nomine quidem proprio, sed recognitæ &

5 dependentis à Domino Barone, hoc est à Camera. † Adinstar feudi, quod apud feudistas vocatur quaternatum secundùm quid, videlicet quia per Baronem alteri conceditur cum assensu Regis,ut tamen ab ipso Barone immediatè dependeat, iuxta tradita per Ioan. Ant. Lanar.*in cap.*1. *qui feud. dare possunt*, *à n.*112. *ad* 115. *&* ibi *Addit. n.*109. *&* 114.

Quamquam enim Barones generali vocabulo appellentur omnes', qui habent iurisdictionem civilem & criminalem cum mero & mixto imperio; tamen propriè loquendo illi Barones duntaxat dicuntur, qui Baroniæ membrum principale possident, cui alii subfeudatarii numero plures supponuntur, ab illo feuda recognoscentes, videlicet decem, secundùm aliquos, quanvis tres subfeudatarii secundum sententiam aliorum sufficiant, ad veram Baroniam constituendam, ut constat ex traditis per DD. Gallos, Loyseau *in tract. des Seigneuries*, *cap.*6. *n.*32. *& seqq.* Chassan. *in catal. glor. mundi*, *part.*8. *consider.*15. *per tot.* Et inter DD. Neapolitanos, Capiblanc. *in tract. de iure Baron. in proœm. n.*14. *&* 15. 6

Et præmissa multo magis locum habent quoad unum ex dictis membris,in quo solùm adest castrum sine subditis; quorum defectu vix potest casus ullus accidere in quo jurisdictio possit exerceri. Castrum enim inhabitatum propriè feudum quaternatum dici non potest; cùm in eo ob defectum subditorum,iurisdictio exerceri nequeat. Lanar. *in addit. ad dict. cap.*1. *qui feud. dare poss. n.*87. *vers. ergo Castro effecto inhabitato.* 7

Augebuntur ergo iura Cameræ,ob acquisitionem plurium feudatariorum, servitiorum, laudimiorum & excadentiarum quibus careret, si per unionem & incorporationem inalienabilia fierent.

Neque obstat quod opponebatur, feuda ista tanquam Baroniæ annexa esse inseparabilia : per text. *in cap. imperialem*, *§. præterea Ducatus*, *de prohibit. feud. alienat.* Quia respondetur inter Baronias propriè sumptas, duo illarum genera distinguenda esse. 8

Quidam enim dicuntur Barones maiores,qui sunt Capitanei regni, & in suis insignibus coronas deferunt veluti Duces, Marchiones, & Comites. Aliæ sunt Baroniæ certis locis adscriptæ, quæ tres saltem, (aut secundum alios decem) sub se debent habere castellanias; & hæ non sunt feuda Regalia,immò divisionem recipiunt; sicut & minora feuda simplicia; & castellaniæ. Et de Baroniis primi generis intelligendus est text.*in d. cap. imperialem*, *§. præterea Ducatus*, *de prohib. feud. alien. per Federic.* & ita distinguit Cannet. *in Extravag. volentes*, *§. & pariformiter*, *num.*34. *&* 35. *fol.*73. Ranchin. *in tract. de succeff. ab inteft. §.*10. *n.*7. 9

Fit igitur huius Baroniæ recognitio Summo Pontifici in temporalibus, non uti tali, sed uti Domino Comiti Comitatus Venayssini, ad eum devoluti in vim pacis Parisiensis factæ anno 1228. medio Cardinalis sancti Angeli Legati Gregorii IX. inter sanctum Ludovicum IX. Galliæ Regem, & Comitem Raymundum, alterius Raymundi filium: & sic Baronia de qua agebatur, non poterat dici de Regiis & maioribus, atque individuis; cùm à Summo Pontifice in temporalibus tanquam Comite dependeat. 10

Quanquam & in Baroniis maioribus, & feudis dignitatum, ex generali consuetudine admittatur etiam divisio : ut copiosè tradit Vulteius *in tract. de feud. lib.*1. *cap.*8. *num.*36. *fol. mihi* 311. ubi plures allegat : fusè etiam Socin. Sen. *cons.*165. *n.*16. *& seqq. vol.*1. † Cùm maximè ex generali Galliæ consuetudine, quæ etiam viget in toto Comitatu Venayssino, feuda omnia redacta sint adinstar patrimoniorum, teste Steph. Bertrand. *cons.*237. *n.*1. *vol.*6. & in effectu Dominus Baro, qui Baroniam vendidit 11

vendidit, multa illius membra ante alienationem Baroniæ vendiderat, & ſeparaverat; reſervatis ſibi juribus feudum ſuperius concernentibus, ex qua obſervantia conſtat conſuetudinem ſeparandi, & diſmembrandi, etiam in ipſa baronia de qua agebatur, jam antea fuiſſe introductam.

CAPVT XXXV.

Si avus donet bona ſua in contractu matrimonii, & illius contemplatione, ſub pacto convento & concordato, quod filius donet primogenito ex nepotibus, ſeu liberis ex eo naſcituris, medietatem bonorum ſuorum; dictúſque avus ſimiliter ſubſtitutionem in eodem contractu faciat: utrùm alii liberi ſecundogeniti, petere poſſint bona, ſic per avum & per eorum patrem donata, reponi in globo, ad effectum impinguandi eorum legitimam, quam petunt ſuper bonis paternis.

SVMMARIVM.

1 *Dum pater in contractu authoritatem interponit, non cenſetur una ex partibus contrahentibus.*
2 *Filius in adventitiis, quorum uſusfructus patri quæritur, ſine ejus authoritate contrahere non poteſt.*
3 *Ex pactis matrimonialibus ius irrevocabile acquiritur uxori, & liberis.*
4 *Verba donationis* pour luy, & les ſiens, *non comprehendunt liberos, niſi ſint hæredes.*
5 *Dictio Gallica*, & les ſiens, *quoſcunque hæredes comprehendit; ſicut etiam de jure communi.*
6 *Donatio facta per avum filio, ſi ſit merè hæreditaria, computatur in calculo legitimæ.*
7 *Quæcumque in legitimam imputantur, augent etiam calculum legitimæ.*
8 *Feudum hæreditarium auget calculum legitimæ liberorum.*
9 *Quæcumque filiis quæruntur ex ſtipulatione paterna, imputantur & computantur in legitimæ calculo.*
10 *Feudum novum imputatur, & computatur in legitima.*
11 *Non ſolùm feudum hæreditarium, ſed etiam mixtum, pro ſe & filiis, & hæredibus ſtipulatum imputatur, & computatur in legitima.*
12 *Hoc maximè procedit, dum agitur de bonis quorum omnes filii ſunt capaces.*
13 *Legitima liberorum non minuitur per voluntarias quaſcunque alienationes.*
14 *Bona procedentia ex fideicommiſſo avito, non augent calculum legitimæ.*
15 *Fideicommiſſum antiquum non eſt, quod incipit ab ea perſona, ſuper cujus bonis petitur legitima.*
16 *Alienationes patris voluntariæ, & quæ non ſunt oneroſæ, non nocent legitimæ librorum.*
17 *Alienatio ex quibus dicatur voluntaria.*
18 *Alienatio non eſt oneroſa, niſi lucrum & onus ex utraque parte æqualitatem contineat.*
19 *Alienatio non minuit legitimam, quamvis pro parte eſſet lucrativa; ſed debet eſſe in totum oneroſa, ut præjudicet legitimæ liberorum.*
20 *Quando donatio incipit à perſona liberorum, utrum per eam minuatur legitima, pendet ex circunſtantiis.*
21 *Quando donatio incipit à perſona filii, & deſinit in perſonam nepotum, bona ſic donata computantur ad augendas legitimas liberorum.*
22 *Quando pater tantum recipit, quantum donat, non ſit præjudicium liberis: ideo bona reciprocè donata non computantur.*
23 *Ad evitandam inæqualitatem inter liberos multa computantur, quæ aliàs non computarentur.*
24 *Donatio imputatur in legitimam, licèt contemplatione matrimonii facta fuerit.*

PAter filio ſuo contemplatione matrimonii medietatem omnium bonorum ſuorum inter vivos donaverat, cum pacto convento & concordato, quod filius, idemque donatarius ſub authoritate ejuſdem patris ſui, eadem inter vivos donatione medietatem omnium bonorum ſuorum, uni ex maſculis ex eodem matrimonio naſcituris donaret, per eundem filium eligendo; eóque non eligente, dicta medietas ad primogenitum deveniret, interveniente Notarii pro intereſſe habentibus ſtipulatione. Filio mortuo, relictis nepotibus, ſolus primogenitus medietatem vindicabat, ſecundogenitis legitimam ſuper medietate, per filium eumdémque ipſorum patrem donatam, ſibi aſſignari poſtulantibus; ſaltem ad effectum, ut bona illa in cumulo ponerentur ad impinguandas legitimas ipſorum. Recuſabat primogenitus dicens ſe medietatem donatam obtinere ex pacto & providentia avi, qui donationem filio non feciſſet, niſi pariter filius liberis ſuis, ejuſdémque avi nepotibus irrevocabiliter donaſſet: & ſic in globo bonorum filii, ejuſdémque ſui parentis reponenda non eſſe.

Reſpondi tamen pro aliis liberis omnia in globo eſſe reponenda, ad impinguandam legitimam liberorum: conſiderando hìc agi de duabus diſtinctis donationibus, quarum una ab avo, altera à filio facta fuit. In prima avus filio, in ſecunda filius nepotibus, iiſdémque liberis ſuis donat. In prima avus ſibi jus reverſionis reſervat; in ſecunda, nulla adeſt avi, ſed tantùm Notarii pro intereſſe habentibus ſtipulatio. Si autem avus nepotibus ex pacto & providentia quæri voluiſſet, non ſolùm ipſe pro nepotibus ſtipulationem interpoſuiſſet, ſed etiam interveniſſet uti contrahens pro intereſſe ſuo; cùm tamen duntaxat intervenerit uti authoritatem præſtans: †quoties ſiquidem pater authoritatem interponit, contrahere non dicitur, ex Rota apud Pic. *deciſ.59.n.9.& 12.* Vbi dicitur, patris conſenſum interpoſitum ad authorizandum, non cenſeri interpoſitum ad contrahendum. Gratian. *diſcept.forenſ.c.327.n.36.* Franch. *deciſ.585.n.6.* Theſaur. Iun. *lib.2.q.forenſ.37.n.2.* & hanc eſſe communem Doctorum ſententiam teſtatur Paſcal. *de patr.poteſt. part.1. cap.6.n.114.* Avus igitur intervenit tantùm authoritatem præſtans. † Quia etiam de adventitiis, veluti de bonis maternis, quorum uſusfructus ad eum

eum spectabat, filius sine ejus authoritate contrahere non poterat. Gratian. *discept. cap.* 781. *num.* 7. Multò igitur magis id locum habet, cùm non simpliciter auus intervenerit, sed expresserit se donationi interfuisse animo authoritatem præstandi.

3 Et verba illa, *cum pacto convento & concordato*, non sunt ad auum referenda, quasi ipse convenerit & concordaverit, sed ad uxorem & illius affines in dicto matrimonio præsentes, & contrahentes, quibus jus quærebatur per pacta & conventiones matrimoniales. Vincent. de Franch. *decis.* 205. *num.* 3. Fontanel. *de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 1. *num.* 30. copiosè Rota *decis.* 44. *per tot. part.* 6. *recent.* ergo pactum non debet ad auum referri, ubi non contraxit, sed authoritatem præstitit, ut mox dictum est.

4 Præsertim quia in donatione per auum facta intervenit stipulatio filii, pro se, & suis heredibus, & successoribus quibuscumque: unde liberi illis succedere debent tanquam hæredes, quia verba illa *pour luy & les siens*, non comprehendunt suos, nisi pariter sint hæredes, ex doctrina Ferrer. ad Guid. Pap. *decis.* 250. Cod. Fabrian. *lib.* 6. *tit.* 18. *de verb. signific. defi-*
5 *nit.* 3. † E quod significatione verbi *& les sius*, in contractibus juxta Gallicum sermonem, hæredes quicumque comprehendantur, tradit Autumn. *in l. si pactum ff. de probat.* & in terminis juris communis, Casanat. *consil.* 45. *num.* 172. & 173. Surd. *consil.* 322. *maximè num.* 61. & 62. Quod intellige juxta distinctionem de qua infrà, *cap.* 55. *num.* 13.

In donatione verò per filium facta, Notarius stipulates fuit pro liberis, tanquam liberis; cùm prima stipulatio interposita fuisset pro ipsis tanquam hæredibus.

6 Prima itaque donatio ab avo facta, reponenda est sine dubio in globo hæreditatis, ad impinguandam legitimam, cum sit merè hæreditaria, propter verba stipulationis expressa in favorem heredum: Grass. *in § legitima, quæst.* 22. *num.* 3. ubi agit de feudo hæreditario imputando, & per consequens reponendo in
7 globo hereditatis, ad impinguandam legitimam. † Generalis siquidem est regula, quod ea quæ imputantur, veniunt in calculum ad impinguandam legitimam. Surd. *cons.* 427. *in principio*, ubi dicit istas quæstiones, nempe imputationis, & repositionis in globo calculi, fraternisare. Mangil. *de imput. quæst.* 9. *num.* 88. *in fine.*
8 † Et de feudo hæreditario imputando in calculo legitimæ, agit Rosental. *in tract. de feud. cap.* 6. *q.* 13.
9 *num.* 32. † Et generaliter quæcumque filiis quærun-
10 tur ex stipulatione paterna, in legitimam imputantur, & computantur. Surd. *d. consil.* 427. *num.* 45. † Vnde dicunt Doctores, quod feudum novum imputatur & computatur in calculo legitimæ, quia filiis acquiritur ex stipulatione paterna. Merlin. *de legitima, lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 1.

11 Quod non solùm procedit in feudo merè hæreditario, sed etiam in mixto, quod videlicet pater stipulatus fuit pro filiis, & hæredibus. Idem Merlin. *d. tit.* 1. *quæst.* 7. *num.* 1. & 2. quia computatur in legitimæ calculo quidquid est hæreditarium. Rosent. *d. cap.* 7. *concl.* 13. *num.* 12.

12 Præsertim verò præmissa locum habent, quando alii filii agentes ad consecutionem legitimæ, sunt capaces successionis ad bona illa, ex paterna stipulatione quæsita, prout in hoc casu, in quo electio cadere poterat in quemlibet ex liberis eligendum, juxta verba contractus: Rosental. *dict. cap.* 7. *conclusione* 13. *num.* 8.

13 Secunda verò donatio, tanquam procedens ex mera liberalitate filii donantis, nec ullo avi intervenient gravamine, similiter in calculo ponenda est, quia pater liberorum legitimam per quamcumque voluntariam alienationem minuere non potest. Cravet. *consil.* 165. *num.* 5. Surd. *consil.* 332. *num.* 14. Gratian. *discept.* 147. *num.* 52. Ludovis. *d. decis.* 539. *n.* 3. & 19.

Neque obstat si dicatur, nepotes consequi dona- 14
tionem ex pacto & providentia avi, quo casu non auget legitimam nepotum, uti procedens ex fideicommisso avito: Fusar. *de substit. quæst.* 649. *num.* 1. Peregr. *consil.* 37. *num.* 6. *volum.* 1. Menoch. *consil.* 1214. *num.* 31. & *lib.* 4. *præsumpt.* 197. *num.* 6. & 7. Bertazol. *consil. civil.* 101. *num.* 16. & est textus in *l. irritum, C. ad leg. falcid.*

Siquidem Respondetur primò, prædicta procedere 15
in fideicommisso antiquo, quale non est illud de quo agitur; cùm incipiat ab ipso filio absque stipulatione avi. Merlin. *de legit. tit.* 2. *quæst.* 1. *num.* 2. & 7. adinstar feudi novi, de quo supra actum est: & tradit Cancer. *part.* 1. *cap.* 12. *de feud. num.* 65. & 68. *in novis.* Fontanel. *de pact. nuptial. claus.* 5. *glos.* 1. *part.* 2. *n.* 115. Novum enim dicitur, quod habet initium in persona primi possessoris. Curtius Iun. *de feud. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 6.

Secundò Respondetur, ad hoc ut bona per patrem 16
alienata eximantur à calculo legitimæ, duo necessariò copulativè intervenire debere, nempe quod talis alienatio fiat ex causa onerosa, & quod non sit voluntaria, alioquin his duobus non concurrentibus, alienatio non impedit quin legitima capiatur de bonis alienatis. Seraph. *decis.* 416. *num.* 27. & 22. Menoch. *consil.* 691. *num.* 7. † Porro alienatio de qua agitur, 17
non solùm est voluntaria, ut supra ostensum fuit, & probatur ex traditis à Menoc. *dict. consil.* 691. Rota *decis.* 111. *num.* 2. *part.* 4. *recent.* ubi ostenditur donationes non esse æs alienum necessarium, sed voluntarium; verùm etiam facta fuit ex causa lucrativa, non autem ex causa onerosa, quia bona avita, quorum medietas filio donabatur, modica erant respectu bonorum filii, qui pinguem hæreditatem maternam possidebat, & spem habebat successionis opulentissimæ consanguineorum suorum; & sic non poterat prætendi, quod donatio per filium facta fuerit titulo onero-
so, nempe quod donata fuerint illi per avum bona æquivalentia, nec in re, nec in spe. † Qua bonorum 18
æqualitate cessante, non dicitur titulus onerosus. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 18. *num.* 3. Seraphin. *dict. decis.* 416. *num.* 11. ubi dicitur, quod non quælibet causa onerosa sufficit ad effectum, ut legitima detrahi non possit, sed ea demùm quæ verè est, & merè onerosa, & non habet lucrum admixtum; aliàs dicitur causa quasi lucrativa, quæ non impedit legitimam filiorum. † Quia cùm talis alienatio censeri 19
possit partim onerosa, partim lucrativa, in materia favorabili, qualis est legitimæ detractio, mixtum assumit naturam illius simplicis quod favorabilius est. Merlin. *in d. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 19. *n.* 15. & 16. Seraph. *d. decis.* 416. *num.* 27. & 29.

Respondetur tertiò, pro vera hujus materiæ intel- 20
ligentia, duos casus distinguendos esse. Primus est, quando avus facit donationem filiis, seu liberis ex futuro filii matrimonio nascituris: & hoc casu quidam DD. existimant, bona donata non venire in calculum legitimæ, cùm non fuerint donata filio, sed nepotibus ex eo; & per consequens non augeant globum bonorum filii, ut decisum refert Maynard. *lib.* 5. *capit.* 89. Alii verò contrarium existimant, quia donatio illa videtur facta nepotibus contemplatione filii: & hanc posteriorem sententiam tuetur Charondas, reprobans Maynard. mox allegatū, ut videre est apud eundem Charondam *lib.* 9. *respons.* 72. Ego verò hujus articuli decisionem existimo de-

pendere ex facti circumſtantiis; utrùm videlicet avus maluerit bona ad nepotes potiùs pervenire, quàm ad filium, & utrum potius nepotum perſonam, quàm filii fuerit contemplatus: ſed hîc non eſt inſiſtendum, cùm non ſit caſus noſter.

21 Secundus itaque caſus qui noſtro convenit, eſt quando donatio incipit à perſona filii, licèt deſinat in perſonam nepotum ex eo; veluti cùm avus donat filio ſponſo futuro, quamvis poſtea ipſum gravet de reſtituendo nepotibus ipſius avi; & hoc caſu bona ſic donata veniunt in calculum legitimæ, ut bene comprobat etiam in fortiori caſu Berengar. Fernand. *in l. quartam, in 2. præfat. n.14. in addit. ff. ad leg. falcid.* cujus verba hîc ſucculenta recenſebuntur, quia non in omnibus codicibus realis additio reperitur: ſic igitur loquitur Fernand. *Aliud ſi dederit filio ſponſo, licèt cum ſubſtitutione, quia liberalitas in filium terminatur; præſertim quando liberis donavit pater & ſponſus, ut dixi in caſu domus de Biron. Ideo legitima capitur ex omnibus bonis, ut paternis.* Hactenus Fernandus.

22 Quartò reſpondetur, quod ideo donatio, aut alienatio onerosa non computatur in calculo legitimæ, quia pater tantum recipit ex una parte, quantum donat ex alia, & ſic nulla fit fraus legitimæ aliorum liberorum: quia ſi amittunt legitimam in eo quod pater donat, illam lucrantur in eo quod pater acquirit: ut conſideravit Menoch. *d. conſ. 691. n. 3. verſ. cùm enim ita.* Sed in caſu noſtro aliud eſt, quia liberi privarentur legitima, non ſolùm quoad bona per eorum patrem, ſed etiam quoad bona per avum donata; cùm pater fuerit oneratus reſtituere utrumque bonorum genus, tam propria, quàm avita: ſemper enim dicitur inofficioſa donatio, quoties pater ſeu donator non tantùm retinet in bonis, quantum capit legitima liberorum. Ludoviſ. *deciſ. 539. n. 4.*

Denique conſiderandum eſt, quod ſi bona donata non cõputarentur in calculo legitimæ, magna inſurgeret inter liberos injuſtitia & inæqualitas: nam ex medietate paternorum donata nihil conſequerentur; ex reſidua verò medietate, nihil pro legitima, vel pa-

23 rum † ſupereſſet, propter dotem maternam, & debita per patrem concepta: certum eſt autem, quod ſtante inæqualitate inter liberos, ea computantur in legitimam, quæ aliàs non computarentur. Theſaur. *lun. lib. 2. quæſt. forenſ. 68. n. 4. verſ. & ſi patrimonium eſſet tenue.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. q. 4. num. 18.* Coſt. *de ſubſid. remed. 90. n. 8.*

24 Nec quidquam obſtat, quod agatur de donatione facta contemplatione matrimonii: Quia hæc conſideratio non impedit quin ſit locus imputationi, & computationi talium bonorum in calculo legitimæ. Ror. *deciſ. 453. n. 8. & 526. n. 5. part. 1. recent.* Et ex præmiſſis conſtat, non obſtare tradita per *Mart. conſ. 97.* & Menoch. *conſ. 1126.* cùm loquantur in caſibus omninò diverſis, ut videre eſt apud ipſos, nempe de donatione reciproca, in qua donator tantum accipit, quantum donat; & ſic non fit præjudicium legitimæ, quod non verificatur in caſu propoſito, in quo tam donata, quàm accepta fideicommiſſo ſupponuntur.

CAPVT XXXVI.

Vtrùm laudimium debeatur domino directo ſi duo fratres bona paterna dividant; ita ut unus hæreditati, alter legato mille ſcutorum ſibi per patrem facto renunciet. Quid ſi per viam repudiationis id fiat? poſſint ne poſtea partes à contractu, non ſoluto laudimio recedere. Quid ſi agatur de diviſione, in qua unus pecuniam contulerit pro æqualitate ſervanda. Et in quo differant Doctores Galli ab aliis circa hanc controverſiam.

SVMMARIVM.

1 *Ex diviſione laudimia debentur pro rata pecuniæ datæ, juxta ſtatutum Avenionenſe & Comitatus Venayſſini.*

2 *Si ex duobus fratribus dividentibus, ex una parte fiat renuntiatio legati paterni in pecunia conſiſtentis, utrum debeatur laudimium.*

3 *Ex permutatione laudimium debetur de jure communi.*

4 *Ex repudiatione non debetur laudimium, ſecus ex renunciatione.*

5 *Quomodo inter ſe differant renunciatio, & repudiatio.*

6 *Quando in contractu adeſt pactum reſolutivum, partes ab eo recedere poſſunt abſque metu ſolutionis laudimii.*

7 *Quando res eſt integra, & nondum facta eſt traditio, partes à contractu recedentes non tenentur ſolvere laudimium domino.*

8 *Si ſtatuto caveatur, laudimium de donationibus non deberi, intelligendum eſt de meris donationibus, & lucrativis, non de onerosis.*

9 *Si in contractu diviſionis unus alteri pecuniam in compenſationem dederit, laudimium debetur pro rata pecuniæ.*

10 *Intellige ut locum habeat in diviſione univerſali totius hæreditatis; aliud eſt ſi agatur de diviſione domus, aut alterius rei particularis, quæ commodam non patiatur diviſionem: tunc enim laudimium non debetur.*

11 *In alienatione neceſſaria dominus directus non habet ius prælationis.*

12 *In Gallia non debetur laudimium ex diviſione, quamvis pecuniæ traditio in ea intervenerit, ex cauſa æqualitatis ſervandæ.*

IN contractu diviſionis laudimium deberi pro rata 1
pecuniæ, quæ alteri ex dividentibus in compenſationem bonorum aſſignatur, apud nos indubitati juris eſt, propter claram diſpoſitionem ſtatuti Comitatus, *art. 249.* quod etiam in Civitate Avenionenſi obſervatur ex diſpoſitione ſtatuti *lib. 1. rubric. 72. artic. 9.* † Verùm ſi unus ex fratribus per 2
contractum renuntiet hæreditati paternæ, alius verò renuntiet legato mille ſcutorum, dubitatur utrùm hoc caſu laudimium debeatur, ſi talis renunciatio in contractu diviſionis bonorum paternorum facta fuerit.

Supponendum eſt in primis ſecundum juris com- 3
munis diſpoſitionem, laudimium ex permutatione deberi, ut tradit Bertrand. *conſ. 123. num. 1. vol. 1. poſterior.* Burgius *in tract. de laudim. part. 2 inſpect. 4. num. 4.*

Secundò ſupponendum eſt, quod licèt ex repu- 4
diatione non debeatur laudimium; tamen ex renunciatione debetur: repudiatio ſeu refutatio reſpicit jus

quæren

5 †quærendum,& ideo de illa laudimium non debetur. Burg. *in tract. de laudim. part.2. inspect.28. num.8.* Sola *de iur. emphyt. decret. in casibus, gloss.1. n.24.* renunciatio verò respicit jus quæsitum, & propterea de ea laudimium debetur. Sola *loco citato, n.23.*

In casu proposito agebatur de jure quæsito : quia in contractu divisionis & renunciationis, liberi dividentes declarabant se paternam hæreditatem acceptasse : & sic agebatur de renunciatione, non de repudiatione. Cancer. *lib.3. var. resol. cap.22. n.211. & seqq. & cap.15. de renunciat. n.171.* Hodiern. ad Surd. *decis.70. n.12.*

6 Tertiò, dictum fuit, liberè posse fratres dividentes recedere à contractu absque solutione laudimii, duplici ex capite. Primò,propter pacta resolutiva in eo apposita, quibus conventum fuerat,contractum ipso jure esse nullum, si mater dividentium ratificare nollet, prout recusavit, & sic contractus pro nullo habendus est, ex quo laudimium solvi non debet : quia titulus reducitur ad non titulum. Amed. *q.39. n.14. de laudim.* Burg. *part.1. inspect.10. n.18.*

7 Secundò, quia res adhuc erat integra, & traditio nondum fuerat subsequuta ; & sic cùm jus non fuisset quæsitum Domino directo , potuerunt partes impunè à contractu recedere. Amed. *loco cit. q.38. per totam.* Burg. *dict. part.2. inspect.11.* apud quos hæc materia copiosiùs tractatur, & dicemus *cap. sequenti.*

8 Quartò principaliter notandum est,quod quanvis contractus ille mutuæ renunciationis , fuisset inter fratres celebratus per viam donationis ; tamen laudimium debitum fuisset Domino directo , non obstante statuto quo cavetur laudimium ex donationibus non deberi , cùm tale statutum donationes onerosas minimè comprehendat , neque impediat quominus laudimum pro rata oneris debeatur. Burg. *dict. part.2. inspect.30. n.10.* Sol. *dict. tit.de iur. emphyt. decret.in casibus, glos.1.n.16.*Bertrand.*cons.123. & 124. lib.1. posterior.* Rot. Aven. *decis.143. n.4.*

9 Quintò, major difficultas oritur , quando contractus non per viam repudiationis,nec per viam mutuæ donationis factus fuit,sed per modum divisionis:hoc enim casu verius est secundum communem Doctorum traditionem, pro rata pecuniæ quæ in tali contractu intervenit, laudimium deberi : prout docet Zucard. *de mission. in possession. n.38.* Anchar. jun. *lib.3. quæst. famil. q.155. n.13.* Surd. *cons.538. n.5.* Anton. Macerat. *lib.1. resol.32.n.3.* Gratian.*discept.*

10 *forens. cap.180. n.23.* † Quod tamen limitat Dominus Ludovic. Bellus *cons.136. in fin.* ut locum non habeat quando ageretur de re aliqua particulari,quæ commodam divisionem non pateretur,aliquo pretio refuso ; tunc enim laudimium non deberi existimat: & eiusdem sententiæ fuit Amed. *in dict. tract. de laudim. q.25. n.5.verf.unde per Doctores,*& *q.26.n.4.* Et hæc sententia vera est, quia hoc casu alienatio est

11 necessaria, ex qua laudimium non debetur , † sicut in alienatione necessaria, Dominus directus non habet ius prælationis. Roman., *cons.107.* incipiente *Circa id quod quæritur, n.1. & per totum*, cum pluribus citatis per Berlich. *tom.2. conclus.39. n.65.* & *decis.98.* Tiraq. *de retract. conjang. §. final. num.3. & §.1. glos.14. n.8. & seqq.*

12 Sextò, licèt quæ mox dicta fuêre,vera sint in terminis juris communis, & statuti ; tamen secundum sententiam Doctorum Gallorum,nullum debetur ex divisione inter cohæredes laudimium , quanvis uni tota hæreditas adiudicaretur,factâ pecuniæ compensatione , etiamsi partes verbo permutationis in contractu uterentur : cùm principalis partium intentio fuerit dividere, non permutare ; divisio verò sit alienatio necessaria , quod optimè explicat Argentræus *in consuet. Britan. art.73. not.4. n.3.* & Ferret. *in addit. ad Guid. Pap. decis.48. verf. ex divisione, & in alia secunda additione, in principio.* Bacquet *in tract. des francs fiefs, cap.7. n.22. & 23.* & ad hanc sententiam conferre videntur tradita per Castrens. *consil.144.verf.sed his non obstantibus, vol.1.* qui tamen loquitur de rebus , quæ commodam divisionem non patiuntur, & sic necessariò deveniendum est ad adjudicationem uni ex cohæredibus,& prædictæ sententiæ adhæsit Blancard.*de laudim,notab.25.* Apud nos tamen prævalebit communis sententia sic explicata, ut suprà dictum fuit.

CAPUT XXXVII.

Factâ per matrem liberorum tutricem venditionis promissione ; an, & quomodo ante ratificationem liberorum, & contractu nondum in scripturam redacto,liceat ab eo recedere , absque metu solutionis laudimii. Vtrùm liceat minoribus , & Universitatibus recedere à contractu,ante factas subhastationes & instrumentum. Quomodo concipi debeat contractus, dum partes à venditionis promissione recedunt , ne teneantur ad laudimii solutionem.

SVMMARIVM.

1 *Ex simplici venditionis promissione ,nullum debetur laudimium.*

2 *Nulla actio realis , sed solùm personalis , oritur ex promissione de vendendo.*

3 *Iuramentum præcisè obligat iurantem. Intellige tamen, ut si factum præstare nequeat, liberetur solvendo interesse, n.4. & 5.*

6 *Non dicitur promissio de vendendo, sed vera venditio,quando omnia substantialia intervenerunt, & partes habuerunt relationem ad actum tunc præsentem.*

7 *Laudimium non debetur ex actu , in quo sola producitur actio personalis.*

8 *Quando in actu aliquo non intervenerunt , aut intervenire non potuerunt solemnitates requisitæ, non dicitur contractus , sed potiùs promissio de contrahendo.*

9 *Ex venditione nulla,veluti de bonis minorum sine solemnitatibus , nullum debetur laudimium.*

10 *Ex contractu conditionali nullum debetur laudimium ante verificatam conditionem.*

11 *Contractus alienationis bonorum ad pupillos spectantium non valet , nisi fiat in scriptis.*

12 *Contractus alienationum , in quibus requiruntur subhastationes , dicuntur fieri in scriptis ; & si ab illis recedatur ante confectam scripturam, nulla debetur gabella , vel laudimium.*

13 *Communitas potest admittere novum licitatorem, antequam subhastationes factæ fuerint , & in scripturam redactæ , ac conditiones adimpletæ, & num.14.*

15 *Oblator nihil feciſſe dicitur , niſi Communitati exactionem , vel aliud ius subhastanti , cautionem præstiterit.*

16 *Nullâ factâ mutatione poſſeſſionis, nullum debetur laudimium.*

17 *Amplia, etiamſi tranſlata ſit poſſeſſio per clauſulam Conſtituti. Idem de aliis clauſulis: num.*18.

19 *Poſſeſſio non probatur per inſtrumentum, niſi fiat in conſpectu rei traditæ.*

20 *Perfecto contractu, & tradita poſſeſſione, non licet ab eo recedere abſque ſolutione laudimii.*

21 *Quomodo concipiendus ſit contractus, ne partes teneantur ad laudimium, dum ab eo recedunt.*

VIdua, eademque tutrix liberorum ſuorum quandam Baroniam, cujus directum dominium ad Chriſtianiſſimum Francorum Regem ſpectabat, tam ſuo quàm liberorum nomine vendere, & inſtrumentum venditionis celebrare pretio centum ſexaginta millium librarum promiſerat, ſed oblato majori pretio, eandem alteri effectualiter vendiderat, traditione ſubſequutâ. Is qui à Rege jurium laudimii ejuſdem terræ obtinuerat conceſſionem, non ſolùm ex ſecunda, ſed etiam ex prima conventione laudimium deberi contendebat? Reſpondi nullum ex primo contractu deberi laudimium, & ideo Conſului ut ab hac prætentione deſiſteret, prout in effectu deſtitit.

1 Primò, quia contractus ille promiſſionem vendendi potiùs quàm venditionem continebat: ex illa autem ſimplici promiſſione, nullum debetur laudimium. Amed. à Pont. *quæſt. landim.* 35. Burg. *de laudem. part.*2. *inſpect* 8. *n.*8. Surd. *conſ.*84. *num.*3. aliud enim eſt venditio, aliud promiſſio de vendendo. Ludoviſ. *deciſ.*28. *n.*4.

2 Ex promiſſione ſiquidem de vendendo, nulla oritur actio realis, ſed duntaxat perſonalis: nec promittens vendere tenetur præcisè ad rei venditæ traditionem, nec ad eam cogi poteſt, licèt illam præſtare poſſit; ſed liberatur præſtando intereſſe: taliſque contractus potiùs eſt quidam contractus innominatus, in quo licita eſt pœnitentia, antequam ſequutum fuerit implementum. Surd. *conſ.*52. *num.*14. *& ſequentib.* Menoch. *conſ.*122. *n.*22. *&* 23. Matt. Medic. *deciſ.*12.

3 Neque obſtat ſi dicatur, ſtante juramento in dicta promiſſione adhibito, promiſſorem cogi poſſe præcisè ad rem præſtandam, ex Boërio *deciſ.*3. *num.*2. *& ſeqq.*

4 Reſpondetur enim, etiam ſtante juramento, non poſſe promiſſorem præcisè cogi ad rei traditionem, ſed liberari præſtando intereſſe. Tiraq. *de retract. convent.* §. *final. num.*49. Ludoviſ. *deciſ.*241. *num.*7.

5 † ubi id maximè procedere aſſerit, quando talis promiſſor non poterat præcisè factum præſtare, prout in caſu iſto vidua non poterat tradere Baroniam venditam, quæ non ad ipſam, ſed ad ejus liberos in pupillari ætate conſtitutos pertinebat; quorum bona ſine ſolemnitatibus à jure, in bonis pupillorum vendendis, requiſitis, tradere per viam alienationis non poterat.

6 Similiter non obſtat ſi dicatur, contractum illum potiùs naturam venditionis ſapere, quàm promiſſionis de vendendo: & per conſequens ex eo laudimia deberi: quia mens contrahentium per verba præciſa & obligatoria, relata fuit ad actum tunc præſentem, & omnia ad actus ſubſtantiam requiſita intervenerunt: ex traditis per Rubeum Alexandrinum *conſ.*29. *per totum.* Fortun. Garz. *ad l. Juris gentium, in princ. n.*92. *circa finem, verſ. unde diſtingue.* Argent. *ad conſuet. Britan. articulo* 60. *not... numero* 24.

Reſpondetur enim, quod aut reſpicimus perſonam 7
Dominæ viduæ, aut liberorum ipſius: Quod attinet ad viduam, licèt proprio nomine ſe obligaverit; tamen cùm Baronia ad ipſam non pertineret, non potuit ſtipulato contra ipſam proprio ejus nomine aliqua realis actio acquiri, ſed ſola perſonalis ad intereſſe in defectum traditionis. Qui enim rem alienam vendit, & multò fortius, qui vendere illam promittit, ſolùm actione perſonali conveniri poteſt, & per conſequens ex illo capite nullum debetur laudimium. Codex Fabrian. *lib.*4. *tit.*42. *de iure emphyt. defin.*74. *in princ.* & habetur in notis ad Amed. à Pont. *de laudem. nota* 39. *verſ. hinc ex rei alienæ*, & Argent. *in tract. de laudem.* §.21. ubi nominatim de venditione per parentes de bonis ad liberos ſpectantibus, nulla deberi laudimia plenè demonſtrat.

Si verò ad liberorum perſonas habeatur reſpectus, 8
non poteſt dici quod venditio facta fuerit pro tempore tunc præſenti, ſed tantùm pro futuro; quia cùm ipſi non vendiderint, ſed mater illorum tutrix vendere promiſerit; non eſt jus quæſitum Domino, niſi ſequutâ liberorum, ad quos bona pertinent, ratihabitione formiter & ſolemniter factâ. Immò cùm expreſsè fuerit conventum, faciendas eſſe ſubhaſtationes, aliaſque ſolemnitates in bonorum ad minores pupillos ſpectantium alienatione neceſſarias, quæ tempore dictæ promiſſionis intervenire non poterant; ſequitur contractum remanere in terminis nudæ promiſſionis, & contractum illum eſſe conſiderandum non uti factum, ſed uti faciendum, & per conſequens ex eo laudimia non deberi.

Præſertim verò, quia etiamſi vera & realis fuiſſet 9
facta venditio, ipſa tamen nullitatis vitio laboraret, uti de bonis pupillorum facta abſque interventu decreti, & aliarum ſolemnitatum, quæ ex juris diſpoſitione in ſimilium bonorum alienationibus pro forma requiruntur: juxta *l. magis puto*, §. *non paſſim, ff. de reb. eorum.* Roland. *conſ.*33. *per tot. vol.*1. Quâ nullitate ſuppoſitâ conſequens eſt, ut nec laudimium debeatur. Burg. *de laudem. part.*2. *inſp. eſt.*10. *num.*2. Argent. *in d. tract. de laudem.* §.17. Amed. à Pont. *q.*39. *n.*1. *& ſeqq.*

Confirmantur prædicta evidenti ratione, ſiquidem 10
ex contractu imperfecto & conditionali, non ſequutâ purificatione conditionis, laudimium nullum deberi verum eſt: Argent. *de laudem.* §. 3. Burg. *part.*2. *inſpect.*16. *per tot.* venditio autem, de qua agebatur, non poterat dici perfecta ante decretum Magiſtratus interpoſitum, & alias ſolemnitates prædictas in talium bonorum alienatione requiſitas. † Cùm ſolem- 11
nitates illæ adhiberi non poſſint, niſi interveniente ſcriptura, quæ neceſſariò intervenire debet in alienatione bonorum pupillarium. Roland. *dict conſ.*33. *n.*13. *vol.*1. Cyn. *in l. inſtrumentis, Cod. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſc. lib.*10. † Et tales contractus, qui 12
fiunt præcedentibus ſubhaſtationibus, dicuntur contractus in ſcriptis, à quibus licitum eſt recedere, nullâ ſolutâ gabellâ, vel laudimio, donec facta fuerit ſcriptura ſolemnis. Bald. *conſ.*7. *Factum ſuper quo, n.*1. *vol.*5. Mangil. *de ſubhaſtat. q.*22. *per tot.* Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*148. *n.*2. *&* 14.

Et per hanc rationem ego aliàs Conſului pro quà- 13
dam Communitate, licèt facta fuiſſet obligatio certæ ſummæ per quendam emptorem, ſeu conductorem redituum ipſius, & in publico conſilio acceptata; potuiſſe tamen communitatem alium ad pinguiorem oblationem admittere, cùm contractus non eſſet perfectus, donec interveniſſent ſubhaſtationes formiter factæ, & in ſcripturam publicam redactæ

dactæ, prout requiritur, dum agitur de bonis & rebus Vniversitatum. Mangil. *in d. tract. de subhast.* 149. 86. *n.* 8. junct. *d. q.* 22. *n.* 3. † Et donec facta fuerit scriptura, potuit Vniversitas à contractu impunè recedere. Bald. *d. cons.* 7. *vol.* 5. Asinius *de exequut.* 15 §. 6. *cap.* 31. *n.* 19. *&* 38. † neque dicitur iste oblator validam fecisse oblationem, nisi idoneam cautionem dederit cum effectu, prout fuerat in capitulis expresè declaratum. Bald. *cons.* 327. *n.* 1. *vol.* 2. Et ita fuit observatum per Dominos Consules Avenionenses hoc anno 1648. & mense Ionii, circa Firmam Marcelli; & Civitas recessit à subhastatione illius Firmæ, aliisque conductoribus concessit: quia contractus nondum erat in scripturam redactus, neque cautiones acceptatæ.

Sed ut ad propositum redeamus, quanvis ageretur de vera, pura, & valida venditione; tamen cùm illa non esset per veram & actualem oblationem consummata, potuerunt partes ab ea impunè recedere, absque laudemii solutione. Cùm enim laudemium nulla alia de causa solvatur, quàm propter manus mutationem, & propter laborem investituræ, sequitur 16 † nullâ factâ possessoris mutatione, nullâque captâ possessione novâ, nec investitura, laudimium nullum deberi: ut egregiè comprobat Argent. *de laudim.* §. 2. & fusiùs Anton. Faber *in tract. de laudem. decade* 1. *errore* 6. *per totum*, ubi id fusè comprobat. Burg. *p.* 2. *inspect.* 11. *n.* 7. Cels. Hug. *cons.* 60. *n.* 16. *&* 23. Cancer. *lib.* 1. *variar. resol. cap.* 12. *n.* 21. *in novis.* Quia, inquit, non fit præjudicium domino, nisi res feudalis novo emphyteutæ tradatur; nec dicitur res alienata, antequam ad effectualem rei traditionem 17 deventum sit: † adeo ut nec sufficiat possessionis transla io per clausulam Constituti, ad effectum de 18 quo agitur: ut per eundem, *num.* 26. † Sicuti non sufficiunt ad obligandum emptorem istum ad laudemii solutionem aliæ clausulæ per Notarios apponi solitæ, veluti *vendidit, cessit, & transtulit, &c.* quia istæ non sunt clausulæ translativæ dominii, nec possessionis; sed per eas duntaxat datur facultas possessionem accipiendi authoritate propriâ. Bart. *in l. prædia, n.* 3. 19 *ff. de acquir. posses. in princip.* † Quia per instrumentum non probatur translatio possessionis, nisi fiat in conspectu rei traditæ, *l. clavibus, ff. de acquir. posses.* Bart. *in l.* 1. *in princip. ff. eod. tit.* unde non obstantibus illis clausulis, licitum est recedere à contractu, & res dicitur adhuc integra. Multò igitur magis in casu isto, in quo nulla translatio actualis jurium, sed 20 sola promissio facta erat. †. At si contractus fuisset perfectus, non liceret ab eo recedere in præjudicium domini directi, cui jus esset quæsitum; imò sequutâ retrotranslatione, duplex laudimium deberetur, ut in simili de gabella loquens comprobat Ciriac. Nig. 21 *controvers.* 179. *n.* 8. *&* 9. † Ideo omninò qui à contractu recedunt, advertere debent, ut si novus contractus ineundus sit, utpote in casibus in quibus requiritur actus retrosimilis, juxta *l. ab emptione* 58. cum *ibi* notat. *ff de pactis*, id non fiat per viam novæ traditionis, sed per viam simplicis resolutionis primi contractus: prout *in eadem l.* consuluit Bart. *sub num.* 12. & Ias. *n.* 16. & alii, Ciriac. *controvers.* 63. *n.* 29. *&* 30. Et ex his nullum deberi laudimium fuit inter partes declaratum. Cæterùm Avenione observanda est dispositio statuti *lib.* 1. *rubric.* 72. *articulo* 30.

CAPVT XXXVIII.

Si testator certam summam filio legaverit, dum erit ætatis 25. annorum, & interim alimenta; utrùm alimenta cessent in ætate 25. annorum; an verò quando solvetur legatum, si solutio differatur per hæredem post tempus à testatore præfixum. Et quid si filius sine consensu matris contra paternum præceptum uxorem duxerit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* interim, *adjecta legato alimentorum, debet explicari favore alimentarii, & n.* 5.
2 *Pubertatis nomine in materia legati alimentorum, intelligitur plena pubertas.*
3 *Plena pubertas in masculis est annorum* 18. *in fœminis verò est* 14.
4 *Alimenta sine temporis præfinitione relicta, debentur pro toto vitæ tempore.*
6 *Dictio* interim, *explicanda est in odium debitoris morosi.*
7 *Maximè dum agitur de filio, qui alioquin sortem legati sui consumeret, & n.* 12.
8 *Dictio* interim, *quandoque sumitur pro* donec.
9 *Observantia considerandæ est in materia alimentorum.*
10 *Mater alimenta filio pietatis intuitu donasse censetur, nisi protestata fuerit.*
11 *Mater administratrix bonorum filii, censetur ei donasse alimenta in eo in quo excedunt fructus bonorum.*
12 *Per alimentorum præstationem sors principalis non debet minui.*
13 *Mater, & successivè frater, tenentur ad alimenta jure sanguinis.*
14 *Non datur repetitio alimentorum pietatis intuitu præstitorum.*
15 *Conditio non nubendi sine consensu alterius, rejicitur ipso iure: sed vide num. sequent.*
16 *Amplia, etiamsi conditio ad arbitrium boni viri referatur.*
17 *Non rejicitur conditio de non nubendo sine consilio alterius; quia non est contraria libertati matrimonii.*
18 *Valida est conditio non nubendi sine licentia alicuius.*

PAter filio certam summam testamento legaverat, solvendam dum 25. ætatis suæ annum complevisset, & interim alimenta. Filius post annos 25. completos legatum nõ petierat, sed à matre primùm, deinde à fratre per aliquot annos alimenta, fructibus, seu interesse legati majora perceperat: illo legatum petente, duæ exceptiones à fratre in medium allatæ fuerunt: quarum altera alimentorum post 25. annos ætatis legatarii illi præstitorum compensatione nitebatur: altera ex matrimonio per eum, renitente matre, contra paternam prohibitionem contracto, fundamentum capiebat: Sed neutram exceptionem obstare censui.

Nam quod attinet ad alimenta, testatoris illa le- 1
gantis voluntas non ad tempus legitimæ ætatis, seu 25. annorum legatarii restringenda erat, sed usque

ad tempus ſolutionis legati extendenda. Dum enim teſtator ſolutionem legati anno 25. faciendam eſſe voluit, & interim alimenta filio præſtari, dictio illa *cependant*, ſeu *interim*, favore legatarii & alimentorum hanc interpretationem capit, ut interim, donec
2 legatum ſolvatur, alimenta præſtanda ſint. † In dubio ſiquidem interpretatio illa fieri debet, quæ alimentis favorabilis eſt: per text. elegantem *in l. Mela* 24. *ff. de aliment. & cibar. legat.* ubi dicitur alimenta puero, puellæve relicta uſque ad pubertatem, præſtanda eſſe uſque ad plenam pubertatem: videlicet puero uſque ad decimum octavum, puellæ verò uſque ad decimum quartum ætatis annum. Ludov. Rom. *ſingul.* 604. Franciſc. Cremenſ. *ſing.* 78. Myſing. *centur.* 3.
3 *obſerv.* 12. † Tunc enim dicitur plena pubertas, cùm maſculus fuerit ætatis 18. ann. fœmina verò 14. quod ſingulare eſt, & ſpeciale in materia alimentorum, *d. l. Mela* 24. *ff. de aliment. & cibar. legat.* & de plena pubertate eſt text. *in §. minorem, Inſtit. de adopt. & in l. arrogato*, §. *non tantum*, *ff. de adopt.* Montan. *de*
4 *tutel. cap.* 37. *n.* 30. † In dubio tamen ſi alimenta alicui ſine temporis præfinitione relicta fuerint, ad to-
5 tum vitæ tempus relicta cenſentur, *d. l. Mela.* † Cùm igitur in dubio illa ſumi debeat interpretatio quæ alimentis favorabilis eſt, ſequitur quod alimentorum relictum cum clauſula *ependant* factum, explicari debet, prout alimentis favorabilius eſt: maximè dum talis interpretatio magis eſt conformis voluntati teſtatoris, magiſque veriſimilis, & per conſequens cùm teſtator voluerit legatum ſtatim poſt ætatem 25. annorum legatarii præſtari, veriſimile eſt ipſum quoque voluiſſe quod interim legatarius aleretur, donec ei legatum ſolveretur, & quandiu hæres in illius ſolutione moroſus eſſet, ne ipſe ex ſua culpa & mora commodum aſſequeretur, ut in ſimili tenet Monach.
6 *deciſ. Bonon.* 59. *n.* 22. † Vbi dicitur, quod ſi quis promiſerit ſolvere fructus *interim*, licèt obligatio fuerit limitata ad biennium; tamen ſi fuerit in mora, tenetur ſolvere ultra tempus limitatum, ne ex mora
7 ſua utilitatem conſequatur. † Quod ſumma ac ſpeciali ratione nititur, quando agitur de filio, qui alioqui cogeretur legati ſui ſortem principalem pro præteritis alimentis conſumere: ut dicit Rot. coram Ca-
8 valer. *deciſ.* 199. *n.* 4. *& deciſ.* 541. *n.* 2. *&* 3. † Vbi etiam fuit conſideratum, quod dictio *interim*, quandoque ſumitur pro dictione *donec*: & fuit allegatus text. *in l. ſi quis in ſenatorio*, *ff. de rit. nupt.* ubi Vlpianus per illud verbum, *interim*, intelligit, quandiu Senator fuerit: ut latiùs explicatur *in d. deciſ.* 541. *num.* 4.

9 Addi poteſt ſupradictis obſervantia ſubſequuta, quam etiam conſiderat Rota in dictis deciſionibus, quæ eſt interpretativa voluntatis partium, *l. ſi de interpretatione*, *ff. de legib.* ſiquidem hæredes legatario alimenta continuò præſtiterant. Rot. *dict. deciſ.* 199. *num.* 6.

10 Præterea mater filio alimenta præſtans, illa pietatis intuitu dediſſe cenſetur, nec repetere poteſt, niſi proteſtata fuerit de repetendo, *l. Neſennius*, *ff. de negot. geſt.* cum *ibi* notatis, *l. alimenta*, *Cod. eod. tit.* Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſtione* 8. *numero* 41. *& multis ſequentibus.* Coſt. *de fact. ſcient. inſpect.* 35. *num.* 9.

11 Immò dum mater eſt bonorum filii adminiſtratrix cenſetur illi donaſſe alimenta in ea quantitate, quæ excedit fructus bonorum adminiſtratorum; idque pietatis intuitu. Bald. *in d. l. Neſennius, colum.* 2. *n.* 3. *verſic. aut dubitatur utrum*, Coſt. *de rat. quæſt.* 95. *num.* 7. Cordub. *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi mater*, *num.* 35. *ff. de liber. agnoſcendis*, ubi loquitur de fratre. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 12. *n.* 26. † Adeo 12
ut per talem alimentorum præſtationem non diminuatur ſors principalis illius, cui alimenta præſtantur. Cordub. *in d. l. ſi quis à liberis*, §. *Idem reſcripſerunt*, *ff. de liber. agnoſc. n.* 4. *verſ. nec alimenta imputari debent*, poſt Salic. *in l. non omnis*, *in fin. C. de adminiſtr. tutor.* Angel. à Gambal. *in tract. de teſtam. gloſ.* 61. *n.* 5.

Multò magis præmiſſa locum habent, quia cùm 13
tam mater quàm frater ad alimenta duplici titulo tenerentur; nempè tam jure ſanguinis, quàm ex diſpoſitione teſtatoris, ex notatis per Vincent. de Franch. *deciſ.* 178. *n.* 9. videlicet primò mater, poſtea verò frater, Gratian. *diſcept. forenſ.* 259. *num.* 21. *&* 22. † ceſſat omninò conditio, ſeu repetitio ſoluti, etiam- 14
ſi pietatis intuitu, & non ex debito alimenta præſtita fuiſſent, *argum. l. cum quis*, § *ſi mulier*, *ff. de condict. indeb.* Vbi non datur repetitio ejus, quod pietatis intuitu ſolutum eſt. Coſt. *de ration. rat. quæſt.* 95. *n.* 3. *&* 7.

Secundo loco dixi, non obſtare legatario, quod 15
juſſus fuiſſet ne abſque conſenſu matris uxorem duceret.

Quia conditio illa prohibens ne quis ſine alterius 16
conſenſu nubat, tanquam contraria matrimonii libertati rejicitur ipſo jure, & pro non ſcripta habetur; cùm matrimonia ex alterius arbitrio pendere non debeant, *l. cùm tale*, §. *ſi arbitratu*, *ff. de condit. & demonſtr. l. filiæ meæ*, *ff. eod. tit.* † Quod procedit ſive conditio ad alterius voluntatem, ſive ad arbitrium boni viri referatur. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 35. De materia Cancer. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 281. *& multis ſequentibus.* Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 34. *num.* 19.

Fatendum tamen eſt, ſuſtineri conditionem nu- 17
bendi cum conſilio alterius, quia per tale præceptum non aufertur libertas matrimonii, cùm ſufficiat legatario exigere conſilium, ſed illud ſequi non teneatur. Duran. *de condit. impoſſibil. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 76. eandémque differentiam inter conſenſum & conſilium approbavit Baſil. Pont. *de matr. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 6. Copioſè Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *p.* 5. *num.* 12. *& ſeqq.* Molin. *de rit. nupt. part.* 3. *cap.* 29. *per tot.* Mareſcot. *lib.* 1. *cap.* 73. † Si tamen dictum 18
eſſet, quod non nuberet niſi petitâ licentiâ matris, conditio ſubſiſteret, quia ſufficeret petere licentiam, quanvis non obtineretur. Baſil. Pont. *dict. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 6. Addent. ad Molin. *de primog. dict. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 35.

CAPVT XXXIX.

Locum eſſe juri prælationis in alienatione in qua donationis nomen ſimulatè fuit appoſitum; cùm tamen vera eſſet venditio, veluti cùm donatarius in ſe aſſumpſit onus ſolvendi cenſum annuum, rei donatæ ſpecialiter non inhærentem, nec limitativè ſuper ea; immò ſuper omnibus bonis impoſitum. Quomodo intelligendum ſit feudalia in Gallia eſſe redacta adinſtar patrimonialium. Et quæ ſit differentia inter ſolutionem gabellæ, & ſolutionem laudimii.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *In donationibus non competit domino directo ius prælationis.*
2 *Quando donatarius promittit solvere summas maiores bonis donatis, non est donatio, sed potius venditio, & competit domino directo ius prælationis.*
3 *Donatio simulata in fraudem domini directi, non meretur nomen donationis.*
4 *Venditio potiùs censetur quàm permutatio, quando pretium æquivalet rei permutatæ.*
5 *Fraus præsumitur quando res pro parte venditur, & pro parte donatur.*
6 *Quando res censu annuo onerata venditur, si emptor sibi assumpserit onus extinguendi censum illum, onus huiusmodi partem pretii obtinet.*
7 *Pretium solvi venditori, aut alicui eius creditori, perinde est; quia brevi manu solutio per emptorem facta censetur.*
8 *Feuda in Civitate, & Statu Avenionensi, sunt redacta adinstar patrimonialium.*
9 *Masculi & fœminæ indistinctè admittuntur in feudis in Comitatu Venayssino; nisi aliud ex investitura feudali colligatur.*
10 *Feuda redacta sunt adinstar bonorum patrimonialium quoad facultatem alienandi, & quoad formam succedendi.*
11 *Quoad ius prælationis & solutionem laudemii, feuda retinent semper pristinam naturam, etiam in locis ubi sunt redacta adinstar patrimonialium.*
12 *Ecclesia domina directa potest uti iure prælationis.*
13 *Onus reale ipsi rei inhærens non constituit partem pretii, ad effectum solutionis laudimii.*
14 *Census quidam sunt merè reales, alii verò habentes annexam obligationem personalem.*
15 *Census habentes annexam obligationem personalem, constituunt partem pretii ad effectum solutionis laudimii.*
16 *Magna est differentia inter solutionem gabellæ, & solutionem laudimii.*

1 CErtum est in donationibus locum non esse juri prælationis in favorem domini directi, ex notatis per Guid. Pap. *decis.* 47. attamen in casu speciali. Dixi
2 domino jus prælationis competere, quamvis ageretur de donatione: † quia donatarius promiserat solvere summas non solùm æquivalentes, sed etiam majoris valoris quàm essent bona donata, quo casu donatio non dicitur contrahi, sed potiùs venditio. Alexand. *cons.* 119. *n.* 4. *vol.* 3. Ias. *in l. final. num.* 69. *versic. limita prædicta, C. de iur. emphyt.* Rationem reddens, quia alioquin facile esset fraudem facere legi. † Et cùm talis donatio sit simulata, non meretur nomen donationis, uti conficta in fraudem domini directi. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 22. *tit.* 28. *n.* 60. Amic.
4 *de iur. emphyt. quæst.* 12. *n.* 14. *versic. secundò, quod nulla.* Clar. *in* §. *emphyteusis*, *q.* 7. *num.* 1. † Immò si pretium in permutatione solvatur, (cui similis est donatio illa respectiva,) præsumitur potiùs venditio, si illud rei permutatæ æquivaleat, vel parum distet. Amed. à Pont. *quæst. laudim.* 28. *n.* 9. & 10. & in hoc idem author donationem permutationi æquipa-
5 rat, *q.* 49. *num.* 11. † Idem locum habere dicens, si res aliqua pro parte donetur, & pro parte vendatur: quia ex hac permixtione contractuum, fraus præsumitur. Idem *quæst.* 30. *num.* 2. & *dicta quæst.* 49. *num.* 11.

Dubium tamen faciebat, quia agebatur de censu 6
annuo super re donata specialiter impositio, & sic videtur remanere natura donationis, & licere donatario censum illum redimere, & extinguere, sicut ipse donator redimere poterat, etiam absque consensu domini directi, eodem modo quo donator qui jura sua in donatarium transtulit, & in cujus locum successit.

Verùm respondetur, vim non esse in eo, utrùm census extingui & redimi per donatarium potuerit; nec utrum in tali redemptione domini directi consensus requiratur, sed in eo quod pretii loco est census ille, super re donata impositus: & sicut in pretio non inspicitur, utrum sine consensu domini directi solvi possit; ita idem dicendum est in censu qui illius simulatæ donationis partem constituit: cùm enim intervenerit pecunia, aut aliquid pretio rei donatæ æquivalens; jam non est amplius vera, sed simulata donatio, venditionis naturam induens: unde locus est juri prælationis.

Quod autem census illæ super re donata impositus habeatur loco pretii, & vicem obtineat numeratæ pecuniæ, patet: † Quia perinde est, pretium solvi dona- 7
tori, aut creditori ejusdem, ut dicit Cens. *de censib. q.* 50. *n.* 23. non enim contractus judicandus est ab eo quod scriptum est in instrumento, sed ab eo quod actum est inter partes, *l. multum interest, Cod. si quis alteri, vel sibi,* & *ibi* Bald. *n.* 2. Ror. apud Cens. *decis.* 134. *n.* 3. videtur itaque pretium solutum fuisse donatori, & ab eo brevi manu translatum in ejus creditorem: ideo censetur ea ratione donatio facta pretio numerato, ex traditis per Mastrill. *decis.* 37. *n.* 7.

Secundo loco opponebatur, feuda in suis partibus 8
redacta esse adinstar bonorum allodialium, & per consequens non esse locum juri prælationis: quod enim in Comitatu Venayssino feuda sint adinstar bonorum patrimonialium & allodialium, negari non potest, ut etiam ego observavi *in tract. de prævent. indicial. cap.* 14. *n.* 5. post Bertrand. *cons.* 237. *num.* 1. *vol.* 6. D. Ludovic. Bell. *cons.* 3. *n.* 64. & *cons.* 4. *n.* 1. & 81.

Sed objectio ista, (ut verum fatear) mihi errore 9
evidentissimo niti visa est, quia verum quidem est apud nos, feudalia ad instar patrimonialium esse redacta, sed hoc non ita simpliciter, sed cum distinctione intelligendum est: aut enim agitur de facultate alienandi bona feudalia irrequisito domino, & in eis succedendi, veluti quod tam masculi, quàm fœminæ in illis succedant, & quod in extraneos, etiam titulo venditionis, donationis, aliove simili transferri & alienari possint; & hac ratione verum est, bona feudalia adinstar patrimonialium esse redacta. Vnde in feudo Castrinovi sito in diœcesi Cavallicensi Comitatus Venayssini, fuit admissus masculus ex fœmina adversùs masculum descendentem ex masculo, per transactionem celebratam inter partes, per quam terminata fuit lis maxima, quæ in Rota Romana pendebat: & super qua emanaverant diversæ decisiones Rotales, ut apud Ludovis. *decis.* 535. & 445. *p.* 1. *recent.* & 491. *part.* 3. *recent.* & super quo negotio plurima extant consilia R. D. Lud. Belli Iurisconsulti celeberrimi, & quem præceptorem habui, dum juri operam darem: ut videre est apud ipsum *cons.* 1. & *seqq. usque ad* 9. † Ergo feuda ad instar patrimoniorum re- 10
data sunt quoad jus succedendi, & quoad facultatem alienandi irrequisito domino, tam per viam venditionis, quàm permutationis, & similis: ut explicat Guid. Pap. *decis.* 59. *n.* 2. & *ibi* Ferret. Nisi tamen in investitura aliter dispositum esset, ut dicit *ibidem* Boneton *in additone, in verb. adinstar patrimon.* † Aut

verò

verò agitur de juribus retinendi jure prælationis, laudandi & laudimia percipiendi ; & hoc caſu natura feudalis remanet etiam in locis, in quibus dicuntur redacta adinſtar patrimoniorum : ut advertit D. Bellus *conſ.* 1. *n.* 34. *&* *n.* 60. cum *ibi* citatis. Ideo dominus directus debet requiri ante apprehenſionem poſſeſſionis, aliàs res alienata cadit in commiſſum. Guid. Pap. *deciſ.* 46. & *ibi* Addent. *&* *conſ.* 46. *n.* 3. *verſic. ſicut in ſimili, & conſ.* 147. *n.* 6. *verſ. ſed reſtat.* Theſaur. *deciſ.* 169. *n.* 2. *verſic. hoc addito.*

12 Hoc autem jus prælationis competere Eccleſiæ, quando eſt domina directa, non eſt dubitandum: cùm Eccleſia non debeat eſſe deterioris conditionis, quàm privatus, *cap. potuit* : & *ibi* Abbas *n.* 1. *&* 2. *de locat.* Duran. *q.* 31. *n.* 9. Amic. *de iur. emphyt. q.* 64.

13 Opponebatur 3. doctrina Laſſartæ *in tract. de gabell. cap.* 10. *n.* 12. 13. *&* 18. ubi vult quod onus reale rei ipſi inhærens, ſive exprimatur, ſive non exprimatur, non conſtituit partem pretii ad effectum, ut ex eo debeatur laudimium : quia dum exprimitur, talis expreſſio facta eſt de onere intrinſeco, quod ipſi rei ineſt, adeo ut expreſſio ſuperflua ſit, & nihil operetur : Ergo cùm cenſus per donatarium ſolvendus ſpecialiter eſſet ſuper re donata impoſitus ; expreſſio oneris dicti cenſus nihil operabitur, neque illius erit habenda ratio in æſtimatione facienda rei illius, ad effectum laudimii & jurium domino directo competentium.

14 Sed nec objectio iſta conſiderabilis eſt, quia in caſu per eum propoſito tractabatur de vera venditione, aut alio contractu oneroſo, ex quo certum eſt deberi laudimium, & ſumendam eſſe inveſtituram, ac domino directo jura dominicalia deberi : ſed ut prædictus Author *dict. cap.* 10. *n.* 17. advertit, *in verſ. ego verò, fol.* 88. *verſo*, *colum.* 2. duplex eſt modus cenſum in re propria conſtituendi. Primus, quando pro illius ſolutione, & ſecuritate, adjecta fuit hypotheca ; ſive generalis illa ſit, ſive ſpecialis ; eique ſimul adjecta fuit obligatio perſonalis, ut dicit *eod. num.* 17. *fol.* 89. *colum.* 1. *verſic. at in priori cenſu.*

Secundus, quando ſuper certo fundo cenſus ita conſtituitur, ut nulla adhibita fuerit obligatio perſonalis, & is qui ſe obligavit, limitatè ſe obligavit tanquam poſſeſſor, & ſub qualitate illa poſſeſſoris; ita ut ſi deſinat eſſe poſſeſſor, deſinat quoque illius obligatio : ut idem Author notat *in verſ. ſecundus verò eſt ille.*

Primi generis ſunt contractus omnes annuorum reddituum, qui in hiſce partibus celebrantur, quia obligationes perſonales in dictis annuis reditibus frequentantur, cùm Bulla Pii V. de cenſibus non ſit apud nos uſu recepta, ut alio loco oſtendimus.

15 In cenſibus autem prædictis primi generis, clarè demonſtrat, obligationem emptoris de ſolvendo cenſum, conſtituere partem pretii emptionis, vel ceſſionis, quia eo pacto tantam pecuniam cedens accepiſſe videtur ; licèt realis numeratio non intervenerit, in quantum ab obligatione ſolvendi cenſum fuit liberatus, ut ipſe notat *dicto n.* 17. *fol.* 89. *col.* 1. *verſ. at in priori caſu perſonali.* Quod evidentius apparet *ibid. n.* 18. ubi contrarium dicit procedere, ſi cenſus fuerit impoſitus juxta Bullam Pii V. requirentis ſpecialem rei, ſuper qua cenſus imponitur, obligationem, limitatam ad prædium illud, abſque obligatione perſonali, ut patet *in dict. col.* 2. *fol.* 89. *verſ. atque ita hodie appareat.*

Idque meliùs explicat *num.* 75. ubi ponit caſum in cenſu prædiali & reali ; aliud ſentiens in cenſu perſonali. Dicit enim, quod ſi cedo rem, prout illam habeo, nullo pretio recepto ; ut ſi dico, rem tuam tibi habeto cum ſuo cenſu, eo caſu non eſt venditio, ſed ſimplex ceſſio, ſtante præſertim dicta Bulla Pii V. & ſeſe remittit ad *dictum num.* 18. ſupponens deeſſe obligationem perſonalem, atque ita poſſeſſorem non teneri, niſi tanquam poſſeſſorem : ut patet *dicto n.* 75. *fol.* 101. *verſo, col.* 2. *in princ. verſic. qua perſonali obligatione deficiente.* Quod optimè explicat Ludov. Bell. *conſ.* 129. *n.* 28. & irrefragabili ratione confirmat : quia videlicet eſſet in facultate emphyteutæ jus domini inſcii vel inviti minuere, rem emphyteuticam in libellum concedendo, & ſic rem deteriorem faciendo : ut cùm venderetur, diminutum eſſet jus laudimiorum. Et plura de hac materia videri poterunt *d. conſ.* 129. *per tot.*

Vt interim non omittamus, non eandem eſſe rationem ſolvendæ gabellæ ſeu decimæ, & laudimii ; quia cùm ſemel de cenſus impoſitione ſecundùm leges Hiſpanicas decima ſoluta fuiſſet, non erat conveniens, aliam ſolvi decimam de venditione rei, quæ ejuſdem cenſus onere reali erat affecta, ne ratione unius, ejuſdémque rei duplex decima ſolveretur, quod eſſet injuſtum, ut advertit Ludovic. Bell. *loc. cit.* & Iacob. Cancer. *lib.* 1. *cap.* 11. *de emphyt. n.* 70. 16

CAPVT XL.

De donatione fundi dotalis per mulierem facta, non obſervatis ſolennitatibus per ſtatutum Delphinale requiſitis. Quando fundus dotalis fuit donatus cum univerſitate bonorum præſentium & futurorum, ſub modica reſervatione ad teſtandum, utrùm donatio ſubſiſtat.

SVMMARIVM.

1 *In Gallia* l. 1. ff. de fund. dotali, *eſt abrogata quoad primam ejus partem duntaxat.*

2 *Alienatio fundi dotalis etiam in Gallia valida eſt, ſi fiat cum univerſitate bonorum.*

3 *Quæ ſit differentia inter diſpoſitionem univerſalem, & generalem.*

4 *Maritus jure antiquo, ſoluto matrimonio, remanebat dominus fundi dotalis ; & de eo loquitur text.* in l. 1. ff. de fundo dotali.

5 *Non ſolùm maritus, ſed etiam uxor, in terminis* l. 1. de fundo dotali, *poterat alienare fundum dotalem.*

6 *Alienatio facta per uxorem non poteſt præjudicare marito, quoad fructus illi debitos.*

7 *Soluto matrimonio, mulier fundum dotalem alienare poteſt.*

8 *Si mulier ſpem reſtitutionis ſuæ dotis alienaverit, talis alienatio effectum ſortitur, ſoluto matrimonio, ſi dos ad mulierem reverſatur.*

9 *Iuramentum reddit validam alienationem fundi dotalis.*

10 *Contrarium in Gallia ſervatur.*

11 *Explicatur verus ſenſus* l. 1. ff. de fundo dotali, *& num.* 12. *Remiſſivè.*

13 *Quæ ſolennitates in donationibus intervenire debeant ex diſpoſitione ſtatuti Delphinalis.*

14 *Non præſumitur pro decreto Iudicis, vel Bajuli imperii.*

15 *Quando ſola præſentia Iudicis requiritur, ſufficit intervenire Iudicem, quantumvis imperitum.*

16 Domi

16 *Dominus loci potest, si velit, se supponere Iurisdictioni Bajuli sui.*
17 *Bajulus tamen in causa sui domini, potest allegari suspectus.*
18 *Suspicio omnis cessat in actibus voluntariæ jurisdictionis.*
19 *Qui dicit affines, seu propinquos non potuisse intervenire tempore contractus, pro observanda statuti solemnitate, tenetur id probare.*
20 *Donatio si per multos annos fuerit observata, pro ejus corroboratione leviores probationes requiruntur.*
21 *Præsumptio mali juris oritur contra eum, qui actionem suam tardè proponit.*
22 *In antiquis, Iudex argumentis & conjecturis contentus esse debet.*
23 *In casibus qui sunt difficilis probationis, admittitur conjecturalis & præsumptiva probatio.*
24 *Reservatio ususfructus secundum nonnullos, donationem omnium bonorum validam non reddit.*
25 *Fructus reservati, & quæsita ex eis, pertinent ad hæredes donatoris: & n. 27.*
26 *Amplia, etiamsi reservatio fructuum facta fuerit ad vitam.*
28 *Qua cautela fieri possit, ut reservata acquirantur donatario.*
29 *Iulii Clari sententia proponitur, sed reiicitur, n. 30.*
31 *Quanta debeat esse reservatio ad validandam donationem, Iudicis arbitrio remittitur.*
32 *Onus probandi tenuitatem donationis pertinet ad allegantem.*
33 *Si donator summam competentem in donatione omnium bonorum sibi reservaverit, non officit donationi, si postea illam consumpserit.*

DIfficile esse dixi donationem à muliere factam irritari ex capite prohibitionis alienationis fundi dotalis, ex lege Iulia; cùm alienatio fundi dotalis facta fuisset cum universitate bonorum, quo casu nihil impedit quominus fundus dotalis alienari queat, adinstar juris patronatus, quod per se vendi non potest, & tamen illius venditio sustinetur, si cum bonorum universitate facta fuerit, *l. 1. ff. de fund. dotal.* † Et licèt ageretur de bonis sitis in Gallia, ubi lex Iulia abrogata dicitur; tamen verum est legem illam primam *ff. de fund. dotal.* usu in Gallia non esse receptam, quoad primam illius partem dumtaxat; quâ dicitur, quod si marito non cavente de damno infecto, vicinus in possessionem prædii dotalis fuerit immissus, & deinde jussus possidere, hoc casu cessat lex Iulia: ut notat Autum. *ad d. l. primam.* Sed quoad secundam ejus partem, quâ dicitur fundum dotalem alienari posse cum universitate bonorum, lex illa abrogata non fuit: † Vnde fundum dotalem alienari posse constat, quia mulier donationem fecit omnium bonorum suorum, præsentium & futurorum, in quibus bona dotalia erant comprehensa. Bald. Novell. *in tract. at. de dote, part. 7. privil. 1. num. 22. & in l. 1. ff. solut. matrim. num.* 187. Hyppol. Riminald. *in rubric. Instit. quib. alienar. licet, num.* 169. *& sequentib.* † ubi ostendit differentiam inter dispositionem generalem, & universalem: approbat in generali non comprehendi fundum dotalem; at in univrsali comprehendi, ut per eum, *num.* 179. universalem autem esse demonstrat, quando disponens loquutus est de bonis, cum illa dictione, *Omnia*, quæ est universalis, post Dec. *in l. omnia, ff. si cert. petat.* & aliis in locis per eum allegatis.

Et quamvis text. *in d. l. 1.* videatur solùm loqui de alienatione facta per maritum, dicens talem alienationem validam esse, veluti per hæredis institutionem (quia jure antiquo dominium rei dotalis non transibat in mulierem, soluto matrimonio, quod hodie contractum est per *l. in rebus, C. de jure dot.* ut docet Bart. *in d. l. 1. ff. de fund. dotal.*) Sed tamen fundum dotalem transire in hæredem mariti, cum eodem onere illum non alienandi. Nihilominus textus ille loquitur exemplificativè, ut patet ex illa dictione, *veluti ad hæredem mariti*: sed non ideo inferri potest, quin idem in uxore alienante fundum dotalem cum universitate bonorum statuendum sit, quia utroque casu eadem militat ratio; immò & in uxore alienante deficit illa obligatio conservandi fundum dotalem inalienatum, quia aut inspicimus tempus matrimonii constantis, † & hoc casu verum est, alienationem non subsistere in præjudicium mariti, & fructuum illi debitorum super bonis dotalibus. Thesaur. *decis.* 150. *num.* 17. † Aut inspicimus tempus soluti matrimonii; & hoc respectu valida est alienatio, cùm non agatur ampliùs de mariti præjudicio, sed solius uxoris, quæ licèt regulariter dotem alienare non possit; tamen alienatio per ipsam facta spei futuræ restitutionis subsistit, & valida est: *l. constante, & ibi* Gloss. & DD. *Cod. de donat.* & præsertim Bart. qui dicit glossam illam esse valdè notandam. Bald. qui dicit illam esse singularem. Alberic. qui dicit se vidisse magnos peritos de hoc dubitare. Angel. qui dicit aliud esse donare spem actionis futuræ, aliud fundum dotalem, quem alienari prohibet lex Iulia. Odofredus, ubi tenet quod licèt fundus dotalis alienari nequeat, tamen actio ad dotem, seu spes illius donari potest. Sichard. ubi ponit casum illius legis in fundo dotali, qui alienari non potest in præjudicium mariti; sed tamen uxor in præjudicium dotis potest donare, non quidem ipsam dotem; sed spem, jus & actionem quam ipsa mulier habet in dote. † Ideirco si mulierem, marito suo præmori contingat, jus illud dotale quod tunc in spe tantùm competebat, devolvitur ad donatarium. Parpal. *in l. secunda, num.* 81. *versic. Item per hoc limito, ff. solut. matrim.* Tiraquel. *de retract. conjunct. §. 26. gloss. 3. numero septimo*, Barbos. *in quinta parte, l. 1. ff. solut. matrim. numero* 42. *versic. item ex prædictis.* Bertrand. *consilio* 105. *volumine* 6. Thesaur. *dicta decisione* 150. *numero* 17.

Pro donationis validitate accedebat juramentum quod fundi dotalis alienationem adeo validam reddit, ut illi donatrix, aut ejus hæredes contravenire non possint, præsertim si mulier vivens Regias pro restitutione literas non impetraverit, aut alia ratione conquesta non fuerit, prout in Senatu Gratianopolitano decisum testatur Expilly *arrest.* 123. † Scio tamen contrarium tenuisse Addent. ad Alexand. *consilio* 38. *libro* 2. & ad Louet *litera D. numero* 12. sed contractus de quo agitur, factus erat in patria Delphinatus, ubi prævalere debent arresta dicti Senatus.

Redeundo igitur ad decisionem quæstionis principalis, Dico quod *l. 1. ff. de fund. dotal.* in secunda ejus parte, licèt loquatur de marito alienante fundum dotalem cum universitate bonorum, eadem ratione locum habet in muliere alienante cum eadem bonorum universitate, ut expressè voluit Bald. Novell. *dict. part. 7. privil. 1. num. 22. & in l. 1. ff. solut. matrim. numero* 187. ubi propterea dicit, quod si mulier habeat Castrum (intellige non dotale,) & dederit marito in dotem quosdam reditus dicti Castri, postea verò vendat ipsum Castrum, poterit etiam cum eo vendere, & transferre dictos reditus dotales, ut sibi liceat dictam alienationem facere cum universitate,

quam

12 quam tamen ſingulariter facere non potuiſſet.† Cæterùm de vera interpretatione *dict. l. 1. ff. de fund. dot.* & de ratione differentiæ inter caſum alienationis neceſſariæ fundi dotalis, & illius quæ fit cum univerſitate bonorum ; videndus eſt Barboſ. *in d. l. 1. ff. ſalut. matrim. p. 5. n. 11. & 12.*

13 Secundum caput nullitatis donationis proponebatur, petitum ex inobſervantia ſtatuti Delphinatus, quo cavetur donationes non aliter validas eſſe, quàm ſi in Bajuli, Iudicis, aut Caſtellani loci, ſeu parochiæ domicilii donationis, vel Locumtenentis eorumdem & trium ex proximioribus conſanguineis, ſeu parentibus ipſius donatoris in dicta parochia exiſtentibus, vel ubi non reperirentur in dicta parochia, aut vocati adeſſe nollent, in donatione prædicta aliorum virorum proborum dictæ parochiæ non ſuſpectorum per alterum ex dictis Officiariis pro numero parentum non exiſtentium, aut non repertorum, aut adeſſe ut ſupra nolentium, ſubrogandorum præſentia factæ fuerint, recitatæ & publicatæ. Cujus ſtatuti ſeu edicti tenor ad longum inſeritur in recentioribus deciſionibus Guid. Pap. cum quibuſdam annotationibus Ioannis de Cruce.

14 In quo capite dubium oriebatur ex eo, quod cùm ageretur de Bajulo imperito qui huic donationi authoritatem præſtiterat, non aderat juris præſumptio pro illius decreto. Bertazol. *de clauſulis, clauſ. 10.*

15 *gloſſ. 2. num. 17. verſ. quartò limita.* † Sed hæc difficultas levis eſt, quia ſtatutum ſeu edictum non requirit interpoſitionem decreti, ſed ſolùm præſentiam Bajuli ad fraudes evitandas, qua in re non requiritur ulla cauſæ cognitio, ad effectum interpoſitionis decreti formalis ; ſed ſufficit præſentia Bajuli, unde ex hoc capite non poterat donatio impugnari.

16 Præterea opponebatur quod Bajulus ipſe erat Bajulus & officialis ipſius donantis in loco in quo donans habebat omnimodam juriſdictionem, & per conſequens Baro, ſeu Dominus loci non erat ſubditus juriſdictioni Bajuli ſui. Sed nec iſta objectio ſubſiſtere poterat, quia quod dicitur, Bajulum non habere juriſdictionem adverſus Dominum loci, eſt verum, & procedit niſi Dominus ipſe ſponte ſe illius juriſdictioni ſupponere velit, ut notavit Albert. Brun. *conſilio 146. in princ.* per text. *in l. eſt receptum, ff. de*

17 *juriſd. omn. judic.* † Vbi tamen dicit, quod tali caſu, is qui coram Bajulo, aut alio Officiali convenitur, in

18 cauſa Domini, poteſt ſuſpectus allegari.† Quæ ſuſpicio ceſſat in caſu iſto, cùm agatur de actu voluntariæ juriſdictionis, *l. ſi conſul ff. de adopt.* Gutier. *de intel. p. 1. cap. 16. num. 7.*

Tertio loco dicebatur, donationem ex alio capite ſtatuti non obſervati, nullam eſſe ; quia videlicet affines, ſeu conſanguinei, prout requirebat ſtatutum, vocati non fuerant.

19 Sed reſponſum fuit, illum qui aſſerit adfuiſſe propinquos, qui aſſiſtere poſſent donationi, teneri illud probare, tanquam fundamentum ſuæ intentionis ; non quidem quod eadem hora, ſed ſaltem eadem die qua contractus fuit celebratus, proximiores idonei & capaces in loco celebrati contractus fuerint præſentes. Caſtrenſ. *conſ. 124. n. 2. verſicul. ſecundò videndum, lib. 1.* Rot. *deciſ. 469. num. 1. & ſequentib. part. 3. recent.* non autem neceſſaria eſt probatio de exiſtentia propinquorum eadem hora contractus. Rot. *deciſ. 713. part. 2. recent.* Ludoviſ. *deciſ. 459. num. 12.*

20 Attamen cùm negotium definiendum eſſet in ſuprema Curia Gratianopolitana, quæ judicat ex æquitate : Cenſui non adeo neceſſariam præciſam illam præſentiæ propinquorum concludentem probationem ; imò ſatis fore ſi probatio conjecturalis adduceretur, ſtantibus facti circunſtantiis. Agebatur quippe de donatione jam ante triginta annos facta, adverſùs quam nihil dictum fuerat, nec donator in judicio vel extra conqueſtus erat, & propter tanti temporis intervallum, nedum difficilis, ſed & impoſſibilis

21 ob teſtium obitum facta fuerat probatio. † Ex qua ſic tarda nullitatis propoſitione non modica doli & calumniæ præſumptio naſcebatur. Bald. *conſilio 38. lib. 1.* Afflict. *deciſ. 13. num. 21. in 9. conjectura*, text. eſt *in can. Chriſtianus, 11. quæſt. 1.* Mangil. *de evict.*

22 *quæſt. 8. num. 46.* † Ideo hoc caſu Iudex argumentis & indiciis debet eſſe contentus. Caſſad. *deciſ. ult. in fin. de dolo & contumacia*, & probat text. *in l. non omnes, § à barbaris ff. de re militar.* Bart. *in l. in illâ 1. ff. de verb. obligat.* † Ratione quippe difficultatis pro-

23 bationis admittenda eſt præſumptiva probatio. Bald. *in Authent. quas actiones, penult. colum. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* & lex contenta eſt indiciis & argumentis, ſecundùm eundem Bald. *in l. ſi quis in hoc genus, Cod. eodem tit. & in l. quicumque, colum. penult.* aliàs *ult. Codic. de ſerv. fugit.* cùm alioquin ex ſola temporis antiquitate oriatur præſumptio rei ſolemniter geſtæ, ut per Maſcard. *de probat. conſilio 1229. num. 3. & ſequentib.* Menoch. *de arbitrar. caſu 115. per tot.*

Tertium nullitatis fundamentum deſumptum fuit 24 ex eo, quod donatio facta erat de magno & amplo patrimonio ſub valde modica reſervatione ; nempe uſusfructus, & ſolius ſummæ centum ſcutorum ad diſponendum ; & tamen donatio erat de omnibus bonis donatoris præſentibus & futuris, in quo capite DD. in varias ivêre ſententias : ſiquidem Anton. Faber *in ſuo Cod. lib. 8. tit. 34. de donat. definit. 9.* ex ſola uſusfructus, quamtumuis magnæ quantitatis reſervatione, donationem non reddi validâ cenſuit, & ea ratione nititur, quia quidquid donatori ſupereſt de fructibus bonorum donatorum, neceſſe eſt ut veniat ſub donatione futurorum. Quæ tamen ratio non ſubſiſtit, quia † ſi donator omnium bonorum præſen- 25 tium & futurorum, reſervatis fructibus, aliquid ex eis acquiſierit, verius eſt tale ex fructibus quæſitum, non ad donatarium univerſalem, ſed ad donatoris hæredes pertinere, ut cenſuit Surd. *conſilio 173. num. 10.* Gabriel *conſ. 139. num. 2. volum. 1.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 13. tit. 32. n. 8. &* 11. Peguer. *deciſ. 140. n. 2.* 26 Franch. *deciſ. 168. num. 3. &* 10. Quod procedit etiamſi fructuum reſervatio facta fuerit ad vitam. Trentac. *lib. 3. variar. reſol. tit. de donat. reſol. 3. num.* 18. Paſchal. *de patr. poteſt. part. 1. c. 9. num. 125.* † Et non ſolùm 27 fructus extantes tempore mortis donatoris, ſed etiam quæſita ex fructibus pertinent ad hæredes donatoris. 28 Iacob. Cancer. *part. 3. tit. 2. de invent. num. 122.* † Licèt poſſit adhiberi cautela, quod ſi donator non diſpoſuerit de reſervatione, ſit acquiſita donatario. Tuſc. *litera D, concluſ. 648, num. 39. & 55.* Theſaur. *deciſ. 97. num. 4.*

Alia ſententia fuit Iulii Clar. *in §. donatio, quæſt. 19.* 29 nempe nullam eſſe donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, ſi adeo parua ſit reſervatio, ut vigeſimam bonorum donatorum partem non attingat, cujus ſententiæ multi adhærent, quos refert Paſchalis *de patr. poteſt. part. 1. c. 8. n. 119.*

Hanc tamen ſententiam multi alii reiiciunt, & in- 30 ter cæteros Ioan. Bapt. Coſt. *de fact. ſcient. centur. 1. diſtinct. 77. in ſummario, numero 9.* vocat ridiculum commentum, & illam ſententiam repugnare communi opinioni, nullibique probari teſtatur Rimin. jun. *lib. 5. conſil. 555. num. 9.* Et Clarum ſine lege & ratione loqui aſſerit Maſtril. *deciſ. 273. numero 7.*

&

& sequentib. Cancer. qui dicit donationem subsistere, etiamsi donatio esset modica, *lib. 3. c. 2. n. 124.* Castil. *lib. 4. controvers. c. 83. n. 29.*

31 Vera resolutio meo iudicio hæc est, ut totum hoc ex iudicis arbitrio dependeat, qui consideratis bonis donatis & reservatis, ac valore reservatorum, totum hoc negotium terminabit: si enim v. g. ususfructus reservatus adeo paruus sit, ut vix ad alimenta donatoris sufficiat; aut si post alimenta donatori necessaria adeo modica supersit summa, ut verisimile sit nullum reperiri posse qui illius hæreditatem acceptare velit: eo casu propter sublatam donatori facultatem testandi, donatio invalida declarabitur. E contrà si supersit talis summa, quæ inspecta facultatum & personarum qualitate invitatura sit aliquem ad hæreditatem acceptandam, efficax erit & valida donatio: fieri siquidem potest, ut tam amplum sit patrimonium, ut illius non dicam vigesima, sed etiam centesima talis sit, ut sufficere possit inueniendo hæredi, unde nihil certi hîc definiri potest; sed ad arbitrium Iudicis remittendum est. Ideo Senatus Aquens. apud Franciscum Steph. *decis. 67.* validam declaravit donationem, quia tunc agebatur de muliere industriosa & obstetrice, quæ minimo labore aliunde quàm ex fructibus sese alere poterat, & summam sibi ad inveniendum hæredem competentem poterat conservare.

Et hæc est communis & vera resolutio, de qua Cancer. *lib. 3. cap. 12. num. 3. versic. secundò Pauli sententia, & c. 2. num. 128.* & *lib. 1. cap. 8. de donat. n. 78. in novis.* Tusch. *in verb. Donatio, conclus. 648. num. 72.* Fontanel. qui dicit se loqui cum torrente Doctorum, *conclus. 4. gloss. 23. n. 3.*

32 Advertendo tamen quod onus probandi tenuitatem reservationis pertinet ad actorem. Tusch. *lit. D. conclus. 648. n. 74.*

33 Item notandum est, non officere donationi, quod donator summam reservatam postea consumpserit; cùm solùm donationis tempus hac in re sit considerandum. Anton. Faber *lib. 8. tit. 34. definit. 9.* quem sequitur Fontanel. *d. claus. 4. gloss. 22. n. 11.*

CAPVT XLI.

De dominio directo universali, tam quoad iurisdictionem, quàm quoad omnia prædia territorii. Quomodo, & ex quibus probetur, omnia prædia certi territorii esse emphyteutica, sub dominio directo Domini illius loci. De bonis allodialibus, servilibus, & in feudo franco: & quomodò hæc tria inter se differant. Homagii præstatio utrùm dominium directum probet. Quæ sit natura feudi liberi, nobilis & gentilis; & utrùm ex eo laudimium debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Domini iurisdictionales sunt quidem fundati in toto territorio quoad iurisdictionalia, sed non quoad dominium directum prædiorum particularium.*
2 *Domini terrarum si præ endant dominium (directum, tenentur illud probare.*
3 *Amplia ut procedat, sive bona possideantur per investitum, sive per tertium.*
4 *Si in aliquo territorio sint plurima prædia merè allodialia, Dominus loci non habebit fundatam intentionem in dominio directo universali.*
5 *E contra, si nulla sint prædia libera in toto territorio, ex eo sumitur argumentum dominii directi universalis.*
6 *Non nocet dominio universali, quod aliquis alius in eo loco possideat dominia directa, quia unus potest esse dominus directus inferior, & immediatus; & alius superior, & mediatus.*
7 *Quando quis est dominus directus universalis, alii prætendentes dominium directum particulare tenentur ius suum probare.*
8 *Dominium directum superius & universale, colligitur ex eo quod dominia directa particularia illi soluunt laudimium, & super illis habet ius prælationis dum venduntur.*
9 *Argumentum dominii directi universalis colligitur ex eo, quod de prædiis franchis à censu soluitur Domino laudimium.*
10 *Ex præstatione laudimii resultat probatio dominii directi.*
11 *Fallit si domini consensus fuisset requisitus pro abundantiori cautela.*
12 *Ex locatione ad longum tempus debetur laudimium.*
13 *Expenditur Menoch.* consil. 708. n. 28.
14 *Dominii directi non oritur concludens probatio ex eo, quod maior pars prædiorum territorii est emphyteutica, erga Dominum loci.*
15 *Maximè quando agitur contra tertium possessorem.*
16 *Si quis de toto territorio fuerit investitus, utrùm ex eo inferatur per necesse ipsum esse dominum directum totius territorii.*
17 *Clausula investituræ,* cum furnis, molendinis, &c. *quid importet.*
18 *Præceptum factum per Dominum suis subditis de faciendo dinumerationem prædiorum, non arguit per necesse dominium directum universale.*
19 *Omnia præsumuntur servilia, si emphyteuta non ostendat quæ sunt emphyteutica.*
20 *Limita, nisi adesset probabilis ignorantia.*
21 *Quomodo procedant quæ dicta sunt suprà n. 19.*
22 *Explicatur differentia inter prædia merè allodialia, servilia, & franca, seu franco modo, vel in feudo franco possessa.*
23 *Allodium quid sit.*
24 *Feudum francum quid.*
25 *Ex feudo franco debetur fidelitas, sed non servitia.*
26 *Reservatio dominii directi est de naturalibus feudi, sed non de substantialibus.*
27 *In quo consistat natura feudi franchi.*
28 *Quando alienatur feudum francum, liberum, nobile, & gentile, non debetur laudimium.*
29 *Dum prædium alienatur ut liberum, censetur etiam translatum dominium directum.*
30 *De triplici iuramento fidelitatis, nempe subiectionis, domesticitatis & vassallagii.*
31 *Concessio in feudum differt à concessione in emphyteusim, & quomodò.*
32 *Quæ debeat articulare, & probare is, qui prætendit excludere dominium directum universale, ob alienationes factas tanquam de bonis liberis, & merè allodialibus.*

GRaves & diuturnæ lites motæ fuerunt, & adhuc pendent inter multas hujusce Status Communitates, & Dominos Barones, seu Iurisdictionales, super dominio directo universali totius territorii, & incolas seu bonorum possessores. Siquidem Domini

Iuriſdictionales prærendunt habere intentionem fundatam in toto territorio : ita ut abſque alia dominii directi probatione, poſſeſſores omnes teneantur in caſum acquiſitionis laudemium ſoluere, & jus prælationis domino volente pati. E contra verò particulares prætendunt ſe, nec ad recognitionem, nec ad laudimii præſtationem teneri, nec aliis juribus dominicalibus ſupponi, niſi dominus probaverit jus ſuum dominicale. Cujus quæſtionis reſolutio vel in favorem domini, vel pro particularibus, elici poterit ex ſequentibus concluſionibus generalibus, quas ad nullum caſum particularem adaptabimus, expectantes quid ex variis facti circunſtantiis deciſiones deſuper faciendæ poſſint declarare.

Prima ergo Concluſio ſit : Dominos juriſdictionales, licèt intentionem habeant fundatam in toto territorio quoad juriſdictionales actus ; tamen ſuper dominio directo omnium prædiorum particularium ex ſola juris aſſiſtentia, niſi titulus ſufficienter probetur, non eſſe fundatos : ideo, ſi prætendant laudimium, & alia jura dominicalia ſibi deberi ex prædiis particularibus, teneri hoc probare. Ratio eſt, quia de iure communi, omnia prædia libera & allodialia præſumuntur. Surd. alios allegans *conſil.* 311. *num.* 6. & 7. Neque præſumitur quidquid eſt infrà territorium eſſe emphyteuticum. Rot. *deciſ.* 409. *numero* 4. *p.* 1. *recent.* & *deciſ.* 696. *num.* 4. *part.* 4. *diverſ.*

2 † Vbi dicitur, non valere argumentum à juriſdictione ad dominium rerum particularium alicuius territorii. Cancer. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 11. *de emphyt. num.* 31. *in novis*, & *lib.* 3. *tit.* 4. *de ſervit. n.* 8. Mantic. *de tacit.* & *ambig. convent. libro* 22. *tit.* 20. *numero* 26. ubi dicitur quod ſi Dominus Iuriſdictionalis prætendat dominia directa particularia, tenetur fidem facere de ſuo titulo. Peregr. *conſil.* 16. *num.* 4. & *ſequentib. volum.* 1. ubi dicit hoc eſſe commodum poſſeſſionis, ut pro eius iuſtitia præſumatur, & ideo onus probandi dominium ſpectare ad Superiorem illud

3 prætendentem. Mareſcot. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 85. *num.* 11. 12. 13. & *ſequentib.* † Vbi hoc procedere aſſerit, ſive bona poſſideantur ab eo qui fuit inveſtitus, ſive à tertio ; atque ita teſtatur in Rota fuiſſe deciſum Surd. *conſil.* 151. *num.* 64. 65. 66. & 84. Rebuff. *in conſtit. Regias, de conſt. redit. art.* 2. *gloſ. unic. num.* 14. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 109. *n.* 5. & 6. & *ſeqq.*

Secunda concluſio : quando in aliquo territorio ſunt plurima prædia omninò franca & merè allodialia ; ex hoc excluditur præſumptio, ſi quæ adſit dominii directi univerſalis : & è converſo, ſi omnia prædicta ſunt ſervilia, ita ut in toto territorio nullum ſit prædium, quod non ſubjaceat alicui domino directo ; ex hoc magna oritur præſumptio dominii directi univerſalis.

4 Prima concluſionis pars probatur ex traditis per Brun. *conſ.* 127. *colum.* 8. *verſic. quod ſi extant*, ubi dicit quod ſi extant aliqua inſtrumenta venditionum factarum in allodium, deſtruitur facta dominii directi univerſalis : ſequitur Surd. *conſil.* 151. *num.* 80. *in fin.* & *n.* 84. *in fin. verſic.* & *hæc ſententia.* Natta *conſ.* 446. *n.* 9. & *conſ.* 514. *n.* 32. Rot. *deciſ.* 696. *n.* 4. *part.* 4. *diverſ.*

5 Secunda pars concluſionis evidenti ratione probatur, nam ſi omnia certi territorii prædia ſervilia, & nihil liberum eſſe ſupponamus, ſequitur omninò ceſſare regulam illam generalem, quâ dicitur prædia omnia eſſe libera : immò adeſt in contrarium illa regula, quod in tali territorio omnia non ſolùm præſumuntur, ſed ſunt ſervilia : unde dominus fundatam habebit intentionem in toto territorio, non obſtantibus dominiis directis particularibus ad alios fortè ſpectantibus : quia, ut mox dicemus, dominia iſta poſſent eſſe ſubalterna, dependentia à dominio directo univerſali. Et eſſentia ipſius dominii directi univerſalis, non conſiſtit in eo, quod nullus alius habeat dominium directum aliquorum prædiorum particularium ; ſed in eo, quod ſi quis dominium directum particulare prætendat, illud probare teneatur. At verò dominus univerſalis totius territorii, abſque alia probatione fundatam habet intentionem in dominio directo cujuſlibet prædii, niſi alius tale dominium particulare directum ſibi competere docuerit : ita declarat Socin. *in l.* 1. *n.* 27. *verſic. ex quibus. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Vnde cùm in Britannia nulla ſit terra quæ alicui domino directo non ſubjaceat, bene concludit Argentræus Dominos Iuriſdictionales in illa provincia fundatam habere intentionem, non ſolùm quoad iuriſdictionem, ſed etiam quoad dominium directum omnium prædiorum particularium, ut notat idem Author. *ad conſuetudines Britanniæ, artic.* 277. *gl.* 9. *per tot. in verb. entre les metes de la ſeigneurie, fol.* 1331.

Tertia Concluſio, conſequutiua eorum quæ mox 6
in ſecunda dicta fuêre, eſt ; non repugnare dominio directo univerſali, quod alii præter dominum Iuriſdictionalem poſſideant in illo feudi territorio, aliqua directa dominia certorum prædiorum ; cùm unus poſſit eſſe dominus directus ſuperior & mediatus ; alius verò inferior, ſeu immediatus : ille univerſalis, hic particularis. Ias. *inter conſil. feud. Alberti Bruni, conſil.* 8. *n.* 52. poſt Bartol. *in l.* 1. §. *per hanc*, per illum textum, juncta *l. ſequenti, ff. de rei vendicat.* & in extravag. *ad reprimendum, in verb. totius orbis*, & per illa jura *ibidem* allegata ; quod & indubitatum ſupponit Vincent. de Franc. *deciſ.* 437. † Et ideo Curt. Iun. *conſ.* 7
184. *n.* 8. dicit quod ſi quis velit excludere dominum habentem intentionem fundatam in toto territorio, debet probare ſuum dominium particulare : ſequitur Mar. Anton. *lib.* 2. *reſol.* 55. *n.* 3. & ſic apparet quod dominia directa particularia non nocent dominio directo univerſali.

Quarta Concluſio : una ex præſumptionibus ex 8
quibus dominium univerſale colligi poteſt, ea eſt ; quod habentes dominia directa particularia, illa recognoſcunt domino univerſali, ſeu juriſdictionali, qui in illis dominiis particularibus exerceat jura dominicalia, veluti laudimium ex iſtorum dominiorum directorũ alienatione percipiendo, aut illa iure prælationis retinendo, aut ſimiles actus dominicales faciendo : & hæc conjectura apud nos variis in cauſis, tam in iudicando, quàm in conſulendo, ſemper habita fuit magna conſideratione ; quam etiam amplectitur Dominus Ludovic. Bellus. *conſil.* 111. *n.* 7. *verſic. Quarò.* Et ſumma ratione nititur ; quia ſi dominia particularia directa, recognoſcunt Dominum Iuriſdictionalem, & ab eo dependent ; ex hoc arguitur maioritas & ſuperioritas Domini Iuriſdictionalis, ita ut hæc potiùs dicantur ſubemphyteuſes, quàm ſimplices conceſſiones in emphyteuſim : cùm iura iſta nullo alio titulo, quàm iure dominii directi ſuperioris exerceri queant, ex *l. final. Cod. de iure emphyteut.*

Quinta Concluſio : Alia dominii directi univer- 9
ſalis conjectura petitur ex eo, quod de prædiis franchis ſolui conſuevit laudimium domino loci. Dum de prædiis franchis loquor, intelligo de illis quæ ſunt francha à cenſu & ſervitio ; nam ſi ageretur de prædiis franchis à dominio directo, recurrendum eſſet ad ſecundam concluſionem.

Quæ autẽ ſit differentia inter prædia fráca à cenſu, & franca à dominio directo, mox exponemus. Ratio cõcluſionis eſt, quia ſi prædia, ex quibus nullus ſoluitur canon annuus, laudemium ſoluũt ; ſequitur dominium

territorii

territorii iure universali ad Dominum loci pertinere, cùm prædia omnia sint alicui domino directo suppositа, nullúmque in toto territorio à dominio directo immune, & sic locus sit iis, quæ suprà diximus in posteriori parte secundæ conclusionis, cùm illa ex quibus solvitur domino canon, emphyteutica esse non negetur. Illa verò ex quibus canon non solvitur, subiaceant solutioni laudimii: & per consequens sint etiam emphyteutica. Si omnia emphyteutica: ergo
10 datur aliquod dominium directum universale super omnibus. † Quod autem ex præstatione laudimii resultet probatio dominii directi, patet ex traditis per Menoch. *lib.3. præsump.105. num.7.* Mantic. *de tacit. convent. lib.22. tit.3. num.15.* Rot. *decis.400. n.8. part.1. recent. & decis.420. num.4. part.3. recent. & 234. n.5. part.7.*

11 Quod tamen non procederet si consensus simplex domini fuisset requisitus ad maiorem cautelam, ad evitandas difficultates & controversias, ut dicit Socin. senior *cons.266. num.7. versic. nec videtur obstare, lib.2.*

Sed si ultra consensum domini, absque ulla protestatione aut reservatione requisitum, concurrat etiam solutio laudimii, non est dubitandum quin ex eo resultet verus effectus dominii directi, ex supradictis.
12 † Et hoc procedit etiamsi laudimium fuisset solutum ex locatione ad longum tempus: quia etiam ex eâ domino directo solvendum est, ex Dec. *cons.204. n.2.*
13 Burg. *de laudim. part.2. inspect.58. num.17.* † Vnde non video quomodo conclusioni nostræ obesse possit Menoch. *consil.708. num.28.* quia sive ex locatione ad longum tempus, sive alio quovis modo solvatur laudimium, non alia ratione solvi debet, quàm respectu dominii directi; & ideo quicumque ex aliquo prædio laudimium recipit, omnino illum dominum directum talis prædii esse fatendum est, ex iam dictis. Sicut aliàs videmus quod ex solutione relevii, oritur quædam præsumptio & quasi possessio qualitatis feudalis. Rosent. *de feud. cap.12. concl.14. n.10. & 66.* Menoch. *lib.3. præsumpt.91. n.52.* cum aliis quos citat & sequitur Capic. *decis.931. n.1. & seqq.* Vbi tamen hanc præsumptionem non ita potentem affirmat, quin admittat probationem in contrarium, maximè dum agitur contra tertium, qui nec solvit, nec à solvente causam habet.

14 Sexta Conclusio: si maior pars prædiorum intra aliquod territorium positorum, sit suppositа dominio directo Domini Iurisdictionalis, non propterea fundata est ipsius intentio in toto territorio, sed eo non obstante, dum agit contra rei possessorem, tenetur probare suum dominium directum illius rei particularis. Probatur, quia licèt verum sit quod quando agitur de territorio certis limitibus circumscripto & designato, si maior pars rerum sub illis confinibus comprehensarum sit feudalis, reliqua omnia feudalia præsumuntur, non solùm quando agitur de eodem manso seu poderio, ut loquitur Bald. *in cap. 1. in fin. de content. inter masc. & fœminam, in usibus feud.* sed etiam dum agitur de territorio eiusdem Castri, certis limitibus terminato. Vrsil. ad Afflict. *decis.267. n.9.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric.9. des Mains mortes, §.4. in verb. un Meix, num.5. versic. aliquando, & quintò.* Marius Antonin. *lib.1. resol.55.*
15 *num.1. & 2.* Menoch. *consil.181. n.97. & 99.* † Tamen hoc intelligendum est, ut locum habeat quando ille qui est investitus de universitate agrorum certi territorii limitati, seu eius successores reperiuntur possidere; tunc enim, quia possessio censetur continuari vigore tituli præcedentis, omnia præsumuntur feudalia, vel emphyteutica: secus si intra idem territorium aliquis tertius reperiretur fundum possidere, quia præsumptio deducta ex eo, quod maior pars territorii sit emphyteutica, non militat adversùs istum tertium: prout ita intelligit & explicat Cancer. *lib.1. variar. resol.c.11. in novis.* Rosent. *de feud. cap.12. concl.14. n.28. & 47.*

Septima Conclusio: quando constat ex instru- 16
mento concessionis feudalis, Dominum loci fuisse investitum de loco, iurisdictione, & toto territorio; tunc maxima oritur præsumptio dominii directi universalis; ut notavit Lud. Bell. *cons.111. n.7. in princ.* ubi allegat Claper. Menoch. & alios. Ego tamen ex eo non existimo concludentem, & necessariam oriri probationem, nisi alia occurrant, vel probetur Principem concedentem fuisse Dominum universalem territorii, cùm omnis concessio facta per Principem intelligenda sit sine præiudicio tertii, *l.1. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. vel itin. fiat.* † Sicut 17
dicitur de similibus clausulis investituræ factæ *cum aquis, molendinis, &c.* quæ probant contra concedentem, sed non contra tertium. Craveta *consil.54. n.9. vers. in hoc tamen non facit, & in respons. pro genero, n.431.* Roland. *cons.82. n.17. vol.2.* Cancer. *lib.3. c.4. n.62.* Rosent. *de feud. c.12. concl.14. n.26.* Menoch. *cons.395. n.21. & 22.* Trentacinq. *lib.1. var. resol. tit. de servit. resol.1. n.10.* Ferrer. ad Guid. *decis.298.*

Octava Conclusio: quanvis Dominus Iurisdictio- 18
nalis curaverit præcipi omnibus emphyteutis de faciendo dinumerationem omnium bonorum emphyteuticorum per eos possessorum, non tamen ex hoc solo inducitur probatio dominii directi universalis. Ratio est, quia licitum est cuilibet domino directo, etiam non universali, cogere emphyteutas ad faciendam descriptionem & dinumerationem bonorum per eos possessorum. Gratian. *discept. forens. cap.188. n.36. & seqq.* Argent. *in consuet. Britan. art.140. gloss.1. n.2. & art.85. notat.2. n.1.* Alioquin 19
si vassallus, vel emphyteuta nó indicaret quænam bona sint emphyteutica, omnia præsumerentur servilia. Amed. à Pont. *quæst. laudim.44. n.9. & 10.* † Nisi 20
adesset verisimilis ignorantia, quæ iustis de causis sæpè contingit. Menoch. *de arbitr. cas.554. n.5. & 6.* Cancer. *lib.1. c.11. n.34. in novis.*

Quomodo autem procedat quod dictum est, om- 21
nia præsumi emphyteutica, nisi emphyteuta det suam dinumerationem, explicat Mantic. *de tacit. convent. lib.22. tit.20. n.17. & seqq.* ubi dicit sufficere emphyteutæ, ostendere aliqua bona emphyteutica: nam si Dominus directus alia prætendat, tenebitur id probare, prout copiosius explicat *in eodem loco*, ad quem recurrendum erit dum casus evenerit, quia hoc est extra materiam propositæ quæstionis.

Nona Conclusio: quanvis possessores recognoverint eorum census & bona, in favorem Domini Iurisdictionalis sub feudo franco, non propterea infertur, quod Dominus habeat dominium directum totius territorii: quod procedit non solùm quando recognitio facta fuit sub feudo franco; sed etiamsi adjectum fuerit, quod recognitio fiebat sub feudo franco nobili & gentili.

Pro cujus conclusionis intelligentia, & probatione 22
supponendum est primò, bona esse triplicis generis. Primú genus est bonorum merè allodialium. Secundum genus est bonorum feudalium, seu emphyteuticorũ franco modo, quæ & franca secundum quid dici possunt, seu sub feudo fráco; sed nec sunt allodialia, nec servitium, aut censum, seu canonem annuum alicui debent; & sic dicuntur franca ratione servitii. Tertium genus est bonorum omninò servilium, quæ

non ſolùm ſuppoſita ſunt alieno dominio directo, ſed etiam obligantur ad præſtationem annui canonis, vel ſervitii; in pecunia, vel fructibus: hanc diſtinctionem explicat Ioan. Reynaud. *in ſuo comp. feudal. in cap. imperialem, in rubrica, n. 16. in 8. diſtinct.* necnon *in principio cap. num. 9. in 6. quaſtion.* Vbi dicit, quod allodium valde differt à feudo, & aliis ſimilibus contractibus, per quos ſolum utile dominium transfertur. † Eſt autem allodium res propria & libera, quam quis à nemine tenet, & ſolum Deum recognoſcit; quamuis ratione jurisdictionis alteri ſit ſubdita: & hoc dicitur francum allodium. Vnde apparet quomodò differat à feudo franco, quia feudum francum recognoſcit alterum in dominum, & ab eo dependet; & pro feudo franco datur laudimium, vel trezenum, dum venditur; non autem pro franco allodio. 23

Secundò notandum eſt, feudum francum propriè illud dici, ex quo, ſeu pro quo, nullum debetur ſervitium: & hæc eſt communis ſententia, ut refert Curt. jun. multos allegans *in tract. de feudis, §. cùm igitur, num. 2. fol. mihi* 38. 24

Ex feudo, ſeu pro feudo tamen franco debetur fidelitas & fidelitatis juramentum: quia illud eſt de natura feudi. Vultejus *in tract. de feud. lib. 1. cap. 7. num. 31.* licèt enim feudum francum dicatur ex eo, quod ſit immune à ſervitiis; non tamen eximitur ab iis quæ continentur in fidelitate: ideóque facto pacto, fieri poteſt ut ſervitia non præſtentur. Vultejus *cap. 6. num. 13.* & hujuſmodi feuda vocantur franca & libera, & ſunt verè feuda, duobus concurrentibus. Primò, quod concedantur, ſeu recognoſcantur tanquam feuda franca, & libera. Secundò, quod Vaſſallus ad nulla ſervitia adſtringatur, niſi ad fidelitatem, ſeu ad contenta in fidelitate; ſervitia enim ſunt de natura feudi, non de ejus ſubſtantia. Roſent. *de feud. c. 2. concluſ. 59. per tot.* 25

Tertiò ſupponendum eſt, quod licèt aliqui DD. & inter cæteros Curt. jun. *loco ſuprà citato*, exiſtimaverint de ſubſtantia feudi eſſe, ut dominium directum remaneret penes concedentem; tamen verior & receptior eſt ſententia, dominii directi reſervationem eſſe de natura, & non de ſubſtantia feudi: 26

† ita ut feudum dari poſſit, ſeu in eo pactum apponi, quod omnia, tam dominii directi quàm utilis jura in feudatarium transferantur; & ſic francum etiam ſit & immune ab omni alieno dominio directo, ut benè probat Roſental. *d. cap. 2. concluſ. 38. n. 1. & 2.* ubi Gloſſa plures allegat. Lanar. *in repetit. §. hujus autem generis, in quibus cauſ. feud. amittatur, n. 9.* Vultejus *de feud. cap. 9. num. 50.* poſt Bald. *in l. ſi plures, num. 7. Cod. de condit. inſert.* Iaſon. *conſil. 57. num. 2. volum. 1.* Addent. ad Alexand. *conſil. 24. n. 11. in verb. naturam*, & ipſe Alexand. *conſil. 30. num. 20. volum. 1.* ſolâ quippe fidelitas, & res immobilis, ſeu immobili cohærens, ſunt de ſubſtantia feudi. Roſent. *d. cap. 2. concluſ. 53.* 27

Quartò ſupponendum eſt, quod ſtante pacto quod feudum ſit francum, liberum, nobile, & gentile: ex alienatione talis feudi, nullum ſuperiori ejuſdem feudi domino laudimium debetur, ut de verbis, *francum, liberum, nobile, & gentile*, dicitur apud Papon. *lib. 13. titul. 2. arreſt. 3.* Amed. à Pont. *quaſt. laudemial. 18. num. 14.* Roſent. *de feud. cap. 6. concl. 66. n. 3.* & *ibi* Gloſſ. ubi dicit in hoc non valere argumentum ab emphyteuſi ad feudum. † Quod multò magis locum habet, ſi adjecta fuit dictio illa, *liberum*, quæ facit ut etiam dominium directum tranſlatum cenſeatur in feudatarium, ut fusè probat Roland. *conſil. 85.* maximè *n. 52. volum. 4.* 28 29

Quintò ſupponendum eſt, juramenti fidelitatis tres eſſe ſpecies. Primum juramentum eſt ſubjectionis, quod ſubditus præſtat domino territorii, ſub cujus jurisdictione habitat: & hoc juramentum non præſtatur ratione alicuius rei, ſed ratione perſonæ: & ideò forenſes ad illud non tenentur, quia in illo loco domicilium non habent. Iacobin. *de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, num. 9.* Ioan. Andreas, Innocent. Hoſtienſ. & Panormitanus, *in cap. nimis, de iureiurando.* Secundum iuramenti fidelitatis genus eſt quod vocatur domeſticitatis, & præſtari ſolet per domeſticos Officium in Curia Principis habentes. Tertium genus eſt fidelitas Caſtellagii ſeu homagii, quæ à Vaſſallo ratione rei in feudum ſibi conceſſæ præſtari ſolet: de quo *in uſibus feudorum, cap. 1. in fin. tit. qui præcedere debeant*, & ita diſtinguit Vulteius *de feud. lib. 1. cap. 6. numer. 5. 6. & 7.* 30

His ita præſuppoſitis, ſatis clarè explicata & probata manet nova iſta concluſio: nam licèt probetur aliqua bona conceſſa fuiſſe in feudum nobile, francum, & liberum; ita ut abſque conſenſu Domini alienari poſſint, ex notatis per Roſent. *de feud. cap. 9. membr. 1. concluſ. 5. num. 2. & ibi* Gloſſ. & talis alienatio libera ſit, & immunis à præſtatione laudemii, ut in quarta ſuppoſitione diximus; tamen hoc eſt ſpeciale in feudo, de quo nos non agimus; & ideo ex eo nulla poteſt deſumi illatio, vel conſequentia in hoc caſu ab emphyteuſi ad feudum, vel è contra, vt dicit Roſent. *d. cap. 6. concluſ. 66. n. 3. in fin.* 31

Præterea ſequitur ex præmiſſis, quod ad hoc ut Dominus iuriſdictionalis poſſit excludi à dominio univerſali, propter liberam alienationem bonorum factam nullo ſoluto laudemio, non ſolùm debet illud probari in individuo, quoad bona non feudalia, ut mox dictum eſt; ſed etiam debet probari quod talia bona fuerint alienata, tanquam merè allodialia; & ea de cauſa quod nullum fuerit ſolutum laudemium, & quod prædia fuerint reputata franca & libera primo modo; non autem ſufficeret fuiſſe poſſeſſa, aut alienata tanquam franca & libera ſecundo modo, id eſt, franca duntaxat à ſervitio: & per prædictas diſtinctiones & reſolutiones, difficilis illa & intricata dominii directi univerſalis materia ſatis explicata manet. 32

CAPVT XLII.

De reſtitutione in integrum in favorem memoriæ defuncti, qui reus læſæ Maieſtatis capitaliter mulctatus eſt. Et quis ſit effectus, ſi reſtitutio fiat per viam juſtitiæ, vel gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Peti poteſt reſtitutio in integrum in favorem memoriæ defuncti damnati læſæ Maieſtatis crimine.*

2 *Mortuus abſolui poteſt per Epiſcopum ab excommunicatione.*

3 *Reſtitutio memoriæ defuncti fieri poteſt per viam gratiæ, vel per viam juſtitiæ, & quid inter utramque interſit.*

4 *Qua ratione obtineri poſſit reſtitutio memoriæ defuncti per viam juſtitiæ.*

5 *Si*

5 *Si sententia lata fuerit ob metum cuiusdam potentis, vel tyranni, datur restitutio memoriæ defuncti.*

6 *Idem si ex præciso mandato & absoluta Principis voluntate.*

7 *Metus iustus incutitur ex solo vultu terribili Superioris.*

8 *Restitutio gratiosa memoriæ defuncti, secum infert restitutionem bonorum nondum in tertios alienatorum.*

9 *Quando Princeps restitutionem memoriæ defuncti concedit per verba ampliſſima, restituuntur bona confiscata, siue alienata fuerint, siue non.*

10 *Si memoriæ defuncti restitutio concedatur per viam iustitiæ, venit ex necessaria consequentia restitutio bonorum in fauorem hæredum, & successorum ipsius.*

11 *Quid in Gallia obseruetur circa restitutionem bonorum, quando obtinetur memoriæ defuncti reintegratio per viam gratiæ.*

12 *Quid obseruetur in Gallia quando reintegratio memoriæ defuncti conceditur per viam iustitiæ.*

13 *Quando restitutio memoriæ defuncti petitur etiam quoad bona, citandi sunt tertij possessores, in quos bona fuerunt alienata.*

PRoposità quæstione ad instantiam affinium cuiusdam personæ, quæ ob rebellionem aduersùs Principem, capitalis iudicij excutionem passa fuerat, quomodò & quo remedio peti posset restitutio memoriæ defuncti, aduersùs cõdemnationem & executionem subsequutam, occasione criminis lesę Maiestatis.

1 Dixi in primis, nullum esse dubium, quin in integrum restitutio concedi vel declarari possit in fauorem memoriæ defuncti ob crimen læsæ Maiestatis puniti, & condemnati. Sicut enim mortuo delinquẽte potest illius memoria damnati in crimine læsæ Maiestatis; eâdem, imò & fortiori ratione, potest damnati memoria restitui, & in pristinum statum reponi, seu etiam absolui, cùm absolutio condemna-

2 tione fauorabilior sit. † Sicut videmus etiam in foro Ecclesiastico id practicari, vt etiam mortuus ab excommunicatione per Episcopum absoluatur. Bald. *consil.* 408. *numer.* 4. & 5. *volum.* 1. Angel. *consil.* 356. *numer.* 3. Boss. *in praxi, tit. de remed. ex sola clement. Princip. num.* 14. & 15. Sigism. Loffred. *consil.* 8. *num.* 24. & *multis sequentib.* & in Paraphrasi Feud. *cap.* 1. *de pace iurament. firmand.* §. 1. *Sacramenta puberum. fol. mihi* 84. Anchar. *consil.* 161. Peregr. *de iur. fisci, lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 70.

3 Secundò aduertendum Dixi, quod restitutio memoriæ defuncti fieri potest duobus modis. Primò, per viam gratiæ. Secundò, per viam iustitiæ. Gratia ex sola supremi Principis voluntate dependet: Iustitiæ fundamentum ex delati & condemnati innocentia, & sententiæ condemnatoriæ iniquitate desumitur. Farin. *de crimin. læs. maiest. quæst.* 113. *numero* 38. vbi loquitur de condemnatione facta inter Baliones, Bentiuolos, & Petrucios, contra Ducem Valentinum tempore Alexandri VI. & alia multa deducit quæ apud eum videri poterunt, sicut & *n.* 41. *versic. limita, & quæst.* 118. *n.* 11. & 21. & *multis sequentib.*

4 Alius modus obtinendi restitutionem per viam iustitiæ erit, si doceatur illos qui ius dixerunt, & sententiam protulerunt, non habuisse vota libera, & vota sua protulisse impulsos, & Maioris cuiusdam authoritatis violentiâ coactos. Bald. *in l.* 1. *num.* 8. & 9. *Cod. de sentent. ex breuic. recitand.* Sebastian. Medices *de casib. fortuitis, par.* 7. *quæst.* 7. *numer.* 48. *versic. trigesimo secundò.* † Et si sententia lata fuerit per im- §
pressionem cuiusdam Potentis, qui terrere poterat, veluti tempore occupationis alicuius Tyranni, de quo per Tusc. *litera T, conclus.* 304. & 305.

Idem dicendum est si sententia condemnatoria la- 6
ta fuisset ex mandato præciso, & voluntate absoluta supremi Principis, Regis, vel Imperatoris: semper enim metu factum dicitur quidquid Principe absolutè iubente, rogante, vrgente, aut enixè petente gestum est. Glos. *in l.* 1. *ff. quod iussu.* † Et metus iustus infertur etiam ex solo vultu terribili superioris. Ber- 7
tachin. *in Repert. in verb. metus, numer.* 63. Bald. *in tit. de pace iuram firmand.* §. *item sacramenta, numer.* 7. & *in* §. *iniuria, numer.* 17. *versic. dicit Ioan. Andreas.* Ias. *in l. de pupillo,* §. *si quis ipsi prætori, num.* 7. *ff. de noui oper. nunciat.*

Tertiò notandum est, quod restitutio gratiosa in- 8
fert secum restitutionem etiam bonorum, quæ nondum apud tertios reperiuntur, & nondum sunt alienata. Bartol. *in l.* 1. *in princip.* & *in l.* 2. *Cod. de sentent. pass.* & *ibi* cæteri Scribentes: Roland. *consil.* 45. *n.* 27. *lib.* 4. Farin. *in prax. quæst.* 6. *n.* 28. *versic. limita primò,* & *n.* 32. & 39.

Et si verba gratiæ essent ampliſſima, non solùm 9
bona non alienata, sed etiam ea quæ alienata sunt, successoribus condemnati restituenda essent. Siquidem emptores illorum bonorum sciebant, vel scire debebant tractari de condemnatione, & confiscatione quæ ex Principis arbitrio erat reuocabilis, & retractabilis ex illius indulgentia. Atque ita sentiunt DD. omnes in terminis iuris scripti: vt Peregrin. *de iur. fisci, lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 59. *in fin.* Farin. *dict. quæst.* 6. *n.* 38. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 99. *n.* 108. & ante eos Dec. *in cap. quia diligentia, n.* 8. *versic. limitari iamen potest, de elect.* Felin. *in cap. inter quatuor, n.* 6. *extr. de maiorit. & obedient.*

Quartò & hoc constituendum est: Quòd si resti- 10
tutio & repositio memoriæ defuncti, fiat per viam iustitiæ; multò fortius, imò ex necessaria consequentia, continebit bonorum etiam alienatorum restitutionem: cùm talis restitutio supponat pro fundamento sententiam esse iniustam; & per consequens per eam nullum fuisse illatum præiudicium successoribus defuncti indebitè condemnati. DD. & maximè Cuman. à Costa, & Alciat. *in l. Gallus,* §. & *quid si tantùm, ff. de liber. & posthum.* Odd. *de restit. in integr. quæst.* 99. *numero* 116. Peregr. *de iur. fisci, lib.* 5. *tit.* 2. *numer.* 44.

Quintò in Gallia hoc obseruatur, quod in resti- 11
tutione per viam gratiæ, bona confiscata debent restitui hæredibus & successoribus defuncti condemnati, si is qui à Rege confiscationis donum obtinuerat, nondum illa alienauerit, vendiderit, aut titulo oneroso transtulerit ante gratiæ impetrationem: si enim alienata titulo oneroso reperiantur, non possunt cogi emptores ad bonorum illorum sic acquisitorum restitutionem, & quoad illos gratia Regis nihil operatur, Bacquet. *au traicté des droits de iustice, cap.* 16. *numer.* 6.

Sed quando restitutio & repositio memoriæ de- 12
functi in pristinum statum, fit per viam iustitiæ, docendo de grauaminibus & de iniustitia sententiæ cõdemnatorię, & de innocẽtia illius qui indebitè damnatus, & capite truncatus fuit, hoc casu bona omnia tam alienata, quàm non alienata, successoribus condemnati restituenda sunt. Bacquet *loco citato, n.* 4. Papon. *lib.* 24. *n.* 17. *arrest.* 13. *circa fin.*

Debent tamen in omni casu possessores bonorum 13
confiscatorum citari, vt assistant si velint iudicio reintegrationis

tegrationis memoriæ defuncti, ſeu interinationis gratiæ, aut revocationis ſententiæ condemnatoriæ: ut notat Autum. *ad l.1. Cod. de ſentent. paſſ.*

Vnde in contingentia caſus Conſului, quod ſi affines defuncti ad ſolam illius memoriam reſpectum haberent, melior erat via reſtitutionis per viam juſtitiæ, per quam melius honori dictæ memoriæ proviſum eſſet: ſi verò bonis defuncti confiſcatis ex Principis ſupremi dono ſucceſſiſſent, & bona conſervare vellent; potius per viam gratiæ plenam quoad famam & memoriam ſine bonorum expreſſione, imò & cum illorum reſervatione in favorem eorum qui à Rege donum habuerant, reſtitutionem obtinerent. Sed neutrum factum fuit, ne imaginaria memoriæ teſtitutio, bonorum acquiſitioni jam factæ præjudicium inferret.

CAPVT XLIII.

Venditor bonorum feudalium tenetur emptori de evictione, quamvis dixerit ſe bona vendere talia, qualia poſſidebat; ſi paulò ante venditionem, bonorum illorum partem privaverit per conventionem privilegio immunitatis feudalis: & tenetur non ſolùm ad intereſſe quanti minoris res vendita fuiſſet; ſed etiam ad intereſſe totale, damna, & expenſas.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur emptorem certiorem facere de omnibus qualitatibus minuentibus pretium rei venditæ.*

2 *Præſertim ſi agatur de qualitatibus, quæ reddidiſſent difficiliorem emptorem, ſi illas ſciviſſet.*

3 *Venditor tenetur ad totale intereſſe, damna, & expenſas, ſi tacuit onus rei venditæ quod ignorare non poterat.*

4 *Venditor tenetur ad totale intereſſe, etiamſi ignoraverit onus rei venditæ, ſtantibus clauſulis in inſtrumento venditionis apponi conſuetis.*

5 *Etiamſi venditor dixerit ſe vendere bona talia qualia poſſidet, tenetur nihilominus certiorare emptorem de oneribus, quæ emptorem difficiliorem reddere poterant ad emendum.*

6 *Emptor debet certiorari per venditorem circa qualitatem rei feudalis, vel non feudalis.*

7 *Venditor præſumitur ſcire qualitates rei venditæ, non autem emptor.*

8 *Venditor dicitur eſſe in dolo, dum non clarè & ſine verborum involucro illius qualitates exprimit.*

9 *Magnum detrimentum oritur in præjudicium ementis bona nobilia, ſi deinde illa reperiantur oneri collectarum ſuppoſita.*

10 *Intereſſe intra rem debetur per venditorem, qui rem ſuppoſitam alteri uti liberam vendidit.*

VEnditor cujuſdam terræ, ſeu Caſtri feudalis & jutiſdictionalis, qui ex tranſactione medietatem bonorum in ejuſdem Caſtri tenimento conſtitutorum uti feudalem & ab oneribus collectarum liberam, aliam verò medietatem uti allodialem, & collectis obnoxiam poſſidebat: aliquot ante venditionem prædictam menſibus, cuidam tertio rus quoddam in dicto loco ſeu territorio ſitum eâ lege vendiderat, ut illud eſſet immune à collectis, & medietatis feudalis & liberæ quoad collectas privilegio potiretur. Agebat emptor ſe fuiſſe deceptum dicens, nec ſibi narratam fuiſſe diſmembrationem illam, ſeu tranſlationem privilegii immunitatis feudalis in favorem illius, qui rus emerat, factam. Dicebat venditor ſe Caſtrum cum ſuis annexis vendidiſſe, tale quale poſſidebat tempore venditionis; & ſic ad evictionem non teneri. Quæſitum fuit quid juris.

Reſpondi Caſtri emptorem adversùs vendentem eſſe fundatum, propter culpam dicti venditoris, qui onus ſuper bonis Caſtri venditis rejectum per alienationem ruris uti liberi à collectis emptori non expreſſerat. † Tenetur enim venditor certiorem facere 1
emptorem de omnibus qualitatibus pretium rei venditæ minuentibus; & diſertis verbis, & non ſub verborum involucro ipſi ſignificare onera, non ſolùm quæ ſunt intra rem ipſam, ſed etiam quæ extra. Surd. *conſil.*150.*n.*125.126.*&* 127. Ludovic.*deciſ.*119. & *ibi* Addent.*n.*3.*&* 10. Idem Surd.*deciſ.*265.*n.*8.† Præ- 2
ſertim quando agitur de qualitatibus, quas ſi emptor ſciviſſet, vel omninò non emiſſet, aut ſaltem minori pretio, vel ſe difficiliorem reddidiſſet. Surd. *dict. deciſ.*265.*n.*49.*&* 288.*n.*46.

Et hoc caſu, quia venditor non poterat ignorare 3
onus rejectum ſuper bonis feudalibus venditis, cùm ageretur de proprio ipſius facto, & recenti; non ſolùm tenetur actione quanti minoris, ſed etiam ad totale intereſſe erga emptorem, & ad omnia damna & expenſas. Theſaur. jun. *lib.*2.*quæſt.*23.*n.*5. ubi nominatim dicit hoc habere locum, ſi res vendatur tanquam allodialis, cùm tamen eſſet feudalis.

Imò ſive venditor ſciverit, ſive ignoraverit qua- 4
litates rei venditæ, indiſtinctè tenetur de evictione erga emptorem ignorantem, ſtante promiſſione evictionis, & refectionis damnorum, & intereſſe. Seraph. *deciſ.*787. maximè *n.*7. ubi loquitur de vaſſallo vendente ignoranter rem feudalem, & oſtendit ipſum teneri ad omne intereſſe, ſive ſciverit, ſive ignoraverit qualitatem rei venditæ: ſequitur Mangil. *in tract. de eviction. quæſt.*24. *n.*24.

Et quamvis venditor ſe vendere dixerit bona ta- 5
lia, qualia ipſe ea poſſedit; nihilominus cùm non expreſſerit, nec diſertis verbis ſignificaverit onus & qualitatem rei venditæ, quorum ſi emptor notitiam habuiſſet, difficiliorem ſe reddidiſſet, ſeu pretium minus exſoluiſſet; tenetur indemnem ſervare emptorem, qui ſub verborum generalitate & involucro decipi non debet, ut probatur ex traditis per Bartol. *in l.*1.§.*fin.numero* 2.*ff. de act.empt.* ubi dicit quod etſi venditor dicat emptori ſe nolle teneri de ſervitute, & non monuit emptorem dictæ ſervitutis ignarum; tenetur tamen, quia debuit illum certiorem reddere. Et magis accedendo ad caſum propoſitum, 6
Alex. *conſil.*109. *numero* 11. *volum.*4. † ubi dicit, quod ſi vaſſallus vendat rem feudalem, & non exprimat illam eſſe feudalem, ſed dicat quod in illa re Titius jus habebat; non ſufficit, niſi dicatur quale jus Titius in illa re haberet: & *conſil.*14.*num.*4. *volum.*5. ubi dicit, quod non ſufficit emptorem dubitaſſe de qualitate rei venditæ, utrùm eſſet feudalis, an non; quia non tenetur emptor inveſtigare rei qualitatem, ſed venditor ipſe tenetur monere, & certiorem facere de illa qualitate: ſequitur Mangil. *dict. tract. de eviction. quæſt.*162. *numero* 7.*&* *multis ſequentibus.* † Nam venditor præſumitur ſcire qualitates rei venditæ; non autem emptor, qui onera & conditionem rei venditæ ignorare præſumendus eſt. Mangil. *in dict. tract. quæſt.*151.*num.*22.*&* 23. Idem

tenet

tenet Surd. *consil.* 13. *num.* 31. vbi dicit quod faciens actum inter vivos, præsumitur scire qualitatem sui
8 patrimonii, emptor autem ignorare. † Ideo si venditor non exprimat qualitatem rei, ut circa feudalitatem, dicitur esse in dolo; ita ut non sufficiat quod venditor solùm dicat vendere jus quod habet, nisi etiam exprimat onera. *Ibidem. n.* 34. Gomes. *tom.* 1. *c.* 2. *de empt. & vendit. num.* 49. Menoch. *consil.* 964. *num.* 2. Et ideo Castil. *lib.* 4. *controvers. de coniect. ultim. volunt. cap.* 42. *num.* 103. dicit venditorem opponere non posse, quod tempore venditionis cautum fuerit quod ipse bona vendebat, prout ipse venditor possidebat, aut eius authores; quia verba illa sunt nimis generalia, & illis non obstantibus venditor tenetur clarè & specificè, & non sub verborum involucro designare omnia onera: quia sub tali verborum generalitate, non potest emptor scire quænam sint bona franca, & immunia, & quæ oneri collectarum obnoxia:
9 prout exemplificat ibidem *num.* 105. *in fin.* † Idque maximè attento tali tantoque detrimento, quod emptori inferretur, si bona alioqui nobilia & feudalia servituti collectarum supponerentur. Menoch. *dict. consil.* 964. *num.* 7. & 1178. *n.* 4. & *seqq.*

10 Vnde conclusum fuit, venditorem teneri ad totale interesse, non solùm ad interesse quanti minoris, quod regulariter debet venditor ignorans: ut per DD. *in l. si minor* 9. *Cod. de action. empt.* Gratian. *discept. forens. cap.* 361. *num.* 6. 7. & 19. Ioan. Baptist. Costa *in tract. de fact. scien. inspect.* 90. & *responso ibidem inserto*: sed etiam ad damna, interesse, & expensas, ut supra dictum est, propter expressam stipulationem, ex Seraph. *dict. decis.* 787. *num.* 4. 5. 7. 8. & 9. vbi dicitur hoc maximè procedere, quando agitur de interesse intrinseco circa ipsam rem, & *num.* 10. vbi quando contractus est juramento vallatus: quæ omnia in casu proposito concurrebant.

CAPVT XLIV.

Privilegium immunitatis alicui per supremum Principem, citra clausulam *pro te, & successoribus tuis*, collatum, utrùm extendatur ad tertios possessores ab eo ius habentes.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum nomen repicit eos qui succedunt iure civili; successorum verò qui iure Prætorio.*
2 *Privilegium concessum alicui pro se, & suis successoribus, non transit ad singulares successores. Contra, num.* 5.
3 *Exemptio concessa propter merita & grata servitia, dicitur realis.*
4 *Priuilegium ad certas personas restrictum, non extenditur ad alias.*
5 *Privilegium alicui pro se & successoribus concessum, ad tertios possessores transire verius est, & receptius.*
6 *Verbum* successores *etiam ad singulares extenditur, si id negotii natura patiatur.*
7 *Dictio* successores, *refertur ad quoscumque, etiam singulari jure succedentes, quando agitur de materia transitoria ad quoscumque hæredes, vel successores.*
8 *Immunitas concessa contemplatione benemeritorum & servitiorum, est realis & transitoria ad quoscumque successores.*
9 *Ampliatur etiamsi persona fuerit causa proxima, & immediata concessionis; dummodo etiam considerata sint illius servitia.*
10 *Concessiones factæ propter benemerita, sortiuntur naturam contractus irrevocabilis.*
11 *Immunitas alicui concessa, potest ad emptorem bonorum immunium per cessionem transferri.*
12 *Immunitas realis est, si non per modum privilegii, sed per viam beneficii concedatur.*
13 *Merita satis probantur ex assertione Principis immunitatem concedentis.*
14 *Privilegium immunitatis non amittitur per non usum, nisi constet de solutionibus per* 30. *annos factis.*
15 *Privilegium concessum ob servitia & benemerita, non amittitur per non usum.*
16 *Solutiones factæ metu mandati executivi non præiudicant privilegio, maximè stante decreto irritanti.*
17 *Solutiones factæ per eum qui immunis est, præiudicant quoad soluta, non quoad futuras & maturandas solutiones.*

DVdum fel. record. Sixtus V. Pontifex Maximus concesserat cuidam insigni Duci exercitus immunitatem à collectis, cum illa clausula, *pro te, & hæredibus, & successoribus tuis: ita quod tu & successores tui præfati ad aliquod onus, vel ad aliquid præstandum, vel operandum minimè teneamini*: super qua concessione dubitatum fuit, utrùm illa de solis hæredibus, & successoribus universalibus intelligenda esset; an verò etiam ad singulares successores extendenda. Dubium faciebant verba concessionis sub hæredum nomine concepta, quæ per consequens singulares successores comprehendere non poterant, nec ad illos extendi. † Hæredum quippe 1
nomen denotat succedentes iure civili in hæreditate; nomen verò *successedentes*, designat eos qui succedunt jure prætorio. Bertrand. *consil.* 307. *num.* 2. *volum.* 3. *part.* 1. Coccin. *decis.* 137. *num.* 10. Sigism. Loffred. *consil.* 38. *num.* 10. Menoch. *consil.* 1053. *num.* 6. Fusar. *consil.* 169. *num.* 26. Rot. Aven. *decis.* 68. *num.* 12. Ias. *consil.* 89. *num.* 19. *volum.* 3. Imol. Alexand. Paris. Simon de Præt. Peteg. Roland. quos citat & sequitur Fusar. *de substit. quæst.* 341. *num.* 5. & 6. Et in individuo adest consilium punctuale Ber- 2
trandi *consil.* 201. *volum.* 3. *part.* 2. ubi copiosè probat stantibus huiusmodi clausulis, privilegium exemptionis non transire ad singulares successores: quod potissimùm procedere asserit, si tales successores singulares sint in tali consuetudine soluendi onera, & impositiones publicas: quia consuetudo, & observantia dat interpretationem verbis priuilegii, & concessionis dubiæ.

Vnde licèt exemptio dicatur realis quando conce- 3
ditur bonis immediatè; quamvis etiam privilegium concessum propter servitia sit irrevocabile, & transeat in vim contractus, quale erat illud de quo agebatur, utpotè concessum propter maxima servitia sanctæ Sedi, pro tuitione fidei Catholicæ adversùs hæreticos præstita. Mastrill. *dec.* 261. *n.* 81. † Tamen quan- 4
do illud restringitur ad certas personas, non debet ad alias extendi; quia talis extensio non admittitur etiam in dispositione favorabili. Farin. *in fragment. litera E, n.* 101. non debet ergo immunitas concessa ad alios quàm ad successores universales applicari.

Sed negotio accuratè perpenso, visum fuit pro contraria sententia plures rationes & authoritates extare. Inter cæteros pro cótraria opinione consuluit Alex.

conſil.193.num.1.volum.12. nempe conceſſionem factam alicui pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, tranſire ad ſucceſſores ſingulares: quod etiam voluit Decius *conſil.171.num.5.verſic. vel pro ſucceſſoribus.* Socin. Sen. *conſil.257.in fine, & conſil.266.num.37. volum.2.* Menoch. *conſil.191.num.10.& 76.* Bellon jun. *conſil.56.num.16.* Corn. *conſil.6. num.9.volum.2.* quod appellatione ſucceſſorum veniant etiam ſucceſſores rei ſingularis: Cavaler. *deciſ.437.num.6.* & rurſus Menoch. *conſil.680.n.19. & conſil.854.num.5.* Honded. *conſil.25.num.31. volum.2.* Rot. *deciſ.322.*
6 *n.10. in fin. part.3. recent. tom.1.* † Et generale eſt, ut verbum *ſucceſſores*, intelligatur etiam de ſucceſſoribus ſingularibus, ſi vel ex circunſtantiis de intentione concedentis appareat, vel ſubjecta materia id patiatur. Barboſ. *de appellat. verb. cap.254.num.2.*

7 Quod multò magis locum habet, quando agitur de re tranſitoria ad quoſcumque etiam extraneos hæredes, vel ſucceſſores, ut videtur agnoſcere voluiſſe Rolandus *conſil.53.num.18. volum.3.* Peregr. *de fideicom. artic.32.num.84. verſic. quod tamen verum eſt.*

Cæterùm, quod agatur de re tranſitoria ad quoſcumque ſucceſſores, neque reſtringatur ad perſonam ejus in cujus favorem conceſſio immunitatis facta fuit; probatur ex eo, quod fundamentum conceſſionis conſiſtit in ſervitiis per dictum Ducem præſti-
8 tis, quorum fit mentio in privilegiis. † Quo caſu conceſſio eſt realis, & tranſitoria ad quoſcumque ſucceſſores, ad quos bona tranſeunt: quia conceſſio illa tranſit ad naturam contractus oneroſi, ut contra Boſſium probat Peregr. *conſil.7.num.16.volum.3.* poſt Menoch. *conſil.378.numero 12.& 13.* Roland. *conſil.13.lib.3.* Idem Peregr. *de iur. fiſc. libro 1. tit.3. numer.29.* ubi etiam citat Romanum & Ruyn. Menoch. *lib.3. præſumpt. 103. num. 13. & conſil.136.*
9 *num.18.* † ubi quod conceſſio facta perſonæ, quæ fuit cauſa proxima & immediata conceſſionis; ſi tamen conceſſio illa facta ſit intuitu meritorum, & ſervitiorum, eſt realis: unde licèt contrarium exiſtimet Noal. *in tract. de tranſmiſſ. caſ.21. num.10.* illius tamen opinio non debet prævalere ſententiæ Baldi, Ancharani, Socin. Tiraquel. Burſat. & Menoch. quos ipſe pro hac parte allegat deſumptos apud Menoch. *dict. præſumpt.103.n.13.cum Additio-*
10 *ne.* † Cùm apud DD. tales conceſſiones in contractus irrevocabilis naturam tranſire conſtitutum ſit. Iul. Clar. *in §. donatio, quæſt.3.n.1.* Menoch. *conſil.308. num.7.* Cavagnol. *in obſervat. ad* Menoch. *conſil.189. num.15.* & poſtquam effectus fuit ſemel conſummatus, durat etiam ceſſante cauſa, propter quam privilegium immunitatis fuit conceſſum. Maſtril. *deciſ. 268.num.20.& 21.*

11 Præmiſſis accedit, quod ille cui conceſſa fuit immunitas, vendendo bona de quibus agebatur, tranſtulit expreſsè privilegium ſuum in emptores, & promiſit evictionem pro manutentione dicti privilegii erga emptores: quo caſu tranſit in eos privilegium, ne indirectè tolleretur effectus conceſſionis factæ venditori, qui tale privilegium emptoribus manutenere promiſit. Surd. *conſil.525. num.18.* Alciat. *conſil.18.n.9.lib.4.* qui ſubdit hoc caſu emptorem fuiſſe conſtitutum procuratorem in rem ſuam, & poſſe allegare privilegia etiam cohærentia perſonæ venditoris, idque vigore clauſularum in inſtrumento venditionis contentarum. Surd. *dict. conſil.525.n.25. verſic. non movet etiam.*

12 Dicta immunitas ex alio capite realis eſt, quia non per modum privilegii ſed per modum beneficii conceſſa fuit. Menoch. *dict. præſumpt.203.n.20.* & per conſequens appellatione ſucceſſorum, veniunt etiam ſingulares. Alciat. *d. conſil.18.num.3.* & fit extenſio de perſona ad perſonam. Menoch. *d. præſumpt.103.n.46.*

Nec eſt quod opponatur, non conſtare de meritis 13
eius, in cuius favorem facta fuit illa conceſſio: cùm illa ſufficienter ex ſola Principis concedentis aſſertione probentur, teſte Maſtril. *deciſ.257.n.43.* Peregr. *conſil.7. num.17. volum.3.*

Non obſtat etiam empores amiſiſſe priuilegium 14
per non vſum: Tum quia non conſtabat de ſolutionibus onerum & collectarum ſpontaneis, durante ſpatio 30. annorum factis; quod tamen requiritur, vt quis priuilegio per non vſum renunciare cenſeatur. Ozaſc. *dec.91.n.22.* Tum etiam, quia priuilegium con- 15
ceſſum ob ſervitia & merita non amittitur per non uſum. Maſtril. *deciſ.96. n.8.* quia ut ſupra dictum eſt, tranſit in contractum irrevocabilem. † Tum & de- 16
nique, quia ſolutiones non fuerunt factæ per actus voluntarios, imò cum continua proteſtatione quod fiebant metu mandati executivi. Burat. *dec.704. num.12.* Præſertim ſtante decreto irritanti in literis exemptionis appoſito. Idem *n.10. & 11.* † Et in om- 17
nem eventum, per tales ſolutiones non fuiſſet illatum præjudicium immunitati pro ſolutionibus faturis, ſed duntaxat pro præteritis. Purpurat. *conſil.539.n.26.*

CAPVT XLV.

Vtrùm creditores uxoris poſſint in judicio diſcuſſionis opponere, quod ipſa non potuit ſe obligare pro marito ultra medietatem ſuæ dotis, ut ſuper ea cæteris præferantur, favore obligationum in ipſorum favorem per ipſam nomine proprio præſtitarum: Et utrùm hæc exceptio nullitatis illius obligationis, opponi poſſit in executione ſententiæ: ubi plures caſus deciduntur circa obligationes, per quas mulieres indotatæ manent.

SVMMARIVM.

1 *Privilegium mulieris, quod non poſſit remanere indotata, eſt perſonale.*
2 *Ius quærendum non eſt in bonis debitoris.*
3 *Ius tertii opponi poteſt excipiendo.*
4 *Officium Iudicis, reſtitutio in integrum, ius petendi dotem ſuper fideicommiſſo, tranſmittitur ad hæredes, & quomodo hoc ſit verum. Remiſſivè.*
5 *Ius mulieri competens, ut agat ad reſciſſionem ex capite indotationis, tranſit ad hæredes.*
6 *Ius agendi ad reſciſſionem, dicitur ius quæſitum mulieris, & non ius quærendum.*
7 *Tertius poteſt opponere de nullitate contractus excipiendo, quando eſt creditor, & habet intereſſe.*
8 *Remedium mulieri competens agendi ad nullitatem ex capite indotationis, ſolum habet locum quando agitur de fidejuſſione per uxorem præſtita pro marito.*
9 *Exceptio SC. Velleiani poteſt etiam poſt rem iudicatam opponi.*
10 *Pro contractu per mulierem proprio nomine præſtito, non competit remedium ex indotatione ultra dimidium dotis petitum.*
11 *Mortuo marito mulier poteſt dotẽ in totũ obligare.*
12 *Mulier quæ ſe reddidit bonorum mariti depoſitariam, ut evitaret executiones creditorum, obligatur*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

obligatur pro tota dote. Amplia etiamsi diceret, depositum esse confessionatum, & non reale, num. 13.

14 *Mulier potest se in totum pro dote alterius mulieris obligare, nec juvatur Velleiano.*

15 *Amplia, etiamsi agatur de dote restituenda filiæ communi.*

16 *Limita, nisi obligatio illa tenderet ad utilitatem mariti.*

17 *Mulier non potest se ultra medietatem suæ dotis obligare, pro restituenda dote nurus.*

18 *Pro dote communis filiæ mulier in totum obligari potest, quamvis indotata remaneat.*

19 *Barbosa distinguit inter dotem consistentem in pecunia, vel in fundis.*

20 *Verius est, pro dote communis filiæ matrem in totum se obligare posse, dummodò non fiat præjudicium legitimæ aliorum filiorum.*

21 *Obligatio mulieris rescinditur non in totum, sed pro ea rata parte, pro qua exceditur medietas dotis.*

22 *Virum hoc casu sit differentia inter magnam, & parvam dotem.*

COncurrentibus in quadam discussione creditoribus, Iudex qui sententiam ferre debebat, meam pro veritate opinionem super duabus difficultatibus requisivit. Prima, utrùm creditores uxoris possint in dicto judicio discussionis generalis, excipere de nullitate obligationum per mulierem, quam sibi proprio & privato nomine obligatam habebant, præstitarum pro marito, ex eo quòd ipsa ultra dotis suæ medietatem per tales obligationes læsa reperiebatur. Secunda, utrùm hæc exceptio post rem judicatam opponi posset.

1 In primo capite dubium faciebat contra creditores, quod privilegium mulieri concessum, ut obligationes rescindantur, per quas indotata remanet, personale est, ideò non videtur transire posse ad tertios, quales sunt creditores, ad notata *in l. quia tale, ff. solut. matrim.* non enim tales contractus ipso jure nulli sunt; sed ita demùm si mulier, de cujus præjudicio agitur, ad nullitatem agere velit; ante cujus declarationem non dicitur jus quæsitum creditoribus, sed quærendum, quo creditores uti non possunt, Cancer. *lib. 3. variar. resol. cap. 21. de transmiss. n. 154. & sequentib.* Peregrin. *de fideicom. artic. 2. num. 52. & artic.*

2 *31. num. 30.* † Iura siquidem hujusmodi non sunt in bonis debitoris. Surd. *consil. 463. num. 6. versic. sextò videmus, & decis. 140. per tot.* Vincent. de Franch. *decis. 101. num. 24. & sequentib.* Gratian. *discept. forens. 271. num. 27. & sequentib.* Pacific. *de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 2. num. 513.* Burat. *decis. 937. num. 7.* cum *ibi* citatis.

Re tamen maturius consideratâ, fui in voto, jus illud excipiendi de nullitate obligationum per uxorem illorum debitricem præstitarum, competere creditoribus; cùm ipsi non agant, sed excipiant de dicta nullitate adversùs alios creditores, qui se præfe-

3 rendos esse prætendunt. † Ius autem tertii excipiendo proponi potest, quidquid sit si agendo proponeretur. Gratian. *discept. 691. n. 19.* exceptionem quippe juris tertii, quilibet habens interesse opponere potest.

4 Rot. *diverf. dec. 247. n. 5. p. 1.* † Et non modò jus istud ad hæredes transmittitur, vt de beneficio restitutionis in integrum, vel de officio iudicis, tradit Barbos. *in dicta l. quia tale 14. num. 2. ff. solut. matrim.* Sicut & ius petendi dotem super bonis fideicommisso subiectis, transmittitur etiam ad heredes extraneos. Noal. *in tract. de transmiss. cas. 22. num. 2.* super quo tamen (quia non est præsentis indaginis) videri poterit Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 154.* Fusar. *de substit. quæst. 531. n. 48.*

Et in specie, quoad ius agendi ad rescissionem, 5 transire ad quoscumque mulieris indotatæ hæredes, tradit Cancer. *lib. 3. variar. resol. cap. 15. num. 117.* Rot. apud Cens. *decis. 31. num. 9.* Fontanel. *de pact. nuptial. claus. 7. glos. 2. part. 6. num. 43. & sequentib.*

Nec obstat si dicatur, agi de iure quærendo: Quia 6 imò verius est agi de iure quæsito mulieri per mortem, aut per vergentiam mariti ad inopiam. Bald. Nouell. *de dote part. 12. num. 24. & 25.* quem sequitur Cancer. *vbi supra.*

Et quamuis contractus non sit ipso iure nullus, vt 7 supra dictum est ex Fontanella; sed ita si mulier voluerit: non tamen prohibentur creditores per viam exceptionis opponere de tali nullitate, etiamsi mulier nihil tale declarauerit. Gratian *discept. forens. 691. num. 15.* idque ratione interesse quod habent in nullitate dicti contractus. Rot. *dicta decis. 247. n. 5 part. 1. diuers.* & optimè Castrens. *in l. cùm seruum, n. 2. Cod. de seruis fugitiu.* vbi cùm tractet de iure quærendo domino ob caducitatem, quod non acquiritur nisi eo volente & declarante, dicit de eo non posse per alium opponi ante declarationem domini. Deinde subiúgit hæc verba: *Nisi tertius qui opponeret, haberet causam ab ipso domino directo, aut esset illius creditor, & haberet bona obligata*; quia tunc posset etiam illo inuito de omni iure suo opponere.

Multò igitur magis possunt dicti creditores opponere exceptionem illam læsionis & indotationis: cùm nec personalis sit, nec circa ius quærendum versetur, ex DD. supra citatis, & nominatim ex Cancer. *dicta part. 3. cap. 15. num. 118.*

Quod attinet ad secundum caput: Censui excep- 8 tionem illam etiam in executione sententiæ opponi posse; quia causa originalis rescissionis seu restitutionis quæ datur mulieri indotatæ, est fideiussio mulieris factæ pro marito, non enim existimandum est mulieribus ex quolibet contractu, ex quo vltra dimidiam læsæ reperiuntur, competere ius agendi ad rescissionem, sed ex contractu duntaxat fideiussionis pro marito præstitæ, vt patet ex lectura omnium DD. qui de hac materia tractarunt, & nominatim Thesaur. *dec. 223. n. 1.* propter dispositionem *Auth. si qua malier, Cod. ad SC. Velleian.* Gaill. *lib. 2. obseruat. 90. n. 5.* † Cùm ergo causa primordialis huius remedij pendeat ex dispositione S C. Velleiani, per cõse- 9 quens poterit ista exceptio post rem iudicatam opponi, *l. tamen etsi, ff. ad Macedon.* & *ibi* Bartol. Castrens. & alij. Caroc. *de except. cap. 87. num. 1. cum* ibi *citatis.* Mozz. *de contractib. tit. de diuis. indeb. num. 15. fol. 146.*

Et ex præmissis sequitur, quod cùm rescissio detur 10 mulieri indotatæ ratione fideiussionis pro marito præstitæ, vt mox dictum est, & faciunt tradita per Bald. *in l. si aduersa, Cod. ad Velleian.* vbi agit de locatione facta viro & vxori. Hering. *de fideiuss. c. 7. n. 405.*

Si mortuo marito mulier obligationes contraxe- 11 rit, validæ sunt; quia soluto matrimonio mulier deteriorem dotis suæ conditionem facere potest, *l. Attilicinus, ff. de pact. dotal.* iuncta *l. si quando, §. & generaliter, Cod. de inoffic. test.* Cod. Fabr. *lib. 5. tit. 13. ne fideiuss. dot. dent. definit. 14.* Cancer. *lib. 3. variar. resol. cap. 15. num. 100. in fine.*

Sequitur præterea, quod si mulier, vt creditorum 13 mariti executiones vitaret, se proprio nomine obligauit, & mobilium mariti depositariam reddidit, non potest indotationis exceptione vti, cùm Velleiano mininè iuuetur, quod decepris, & non decipientibus

13 pientibus mulieribus ſubvenire ſolet. † Idque etiam locum habet, quamvis mulier ſe confeſſionatum, & non reale depoſitum ſuſcepiſſe proponatur decisum fuit in Cod. Fab. *lib. 4. tit. 21. ad SC. Velleian. definit.* 17. Hering. *de fideiuſſ. cap. 7. num. 416. & ſeq.* per text. *in l. ſi mulier 32. in princip. ff. ad SC. Velleian. l. ſi adverſarius, Cod. eod. tit.* hoc enim caſu non alienam mulier ſuſcipit obligationem, ſed proprium negotium principaliter gerit. Hering. *ibidem, num. 419.* & idem firmat præcisè Theſaur. Iun. *lib. 4. quæſt. forenſ. 53. num. 5.*

14 Sequitur tertiò, quod ſi mulier pro dote alterius mulieris ſe obliget, cùm non juvetur Velleiano, valida eſt in totum illius obligatio: Theſaur. *deciſ. 223. num. 15.* Trentacinq. *lib. 3. reſol. 3. de fidejuſſ. num. 16.* Lap. *de donat. inter vir. & uxor. in quinto notab. in fine num. 14. fol. mihi 106. in octavo caſu, colum. 3. & fol. 45. num. 10.* etiamſi eſſet mulier extranea, ut poſt plures

15 tradit Hodiern. ad Surd. *deciſ. 164. n. 4.* † Et de obligatione de reſtituenda dote communi filiæ data, Bald. Novell. *de dote, part. 6. priuil. 12. num. 2. verſic. quinimò.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 233. n. 44.* Mareſc. *lib. 2. variar. reſol. cap. 5. num. 15.*

16 Sed hoc non procedit, quando obligatio mulieris facta fuit causâ dotis pro utilitate mariti, qui ad dotem, ſeu pro dote erat obligatus; tunc enim mulier juvatur Velleiano, & contractus reſciſſionem obtinet, ſi lædatur ultra medietatem ſuæ dotis: & hic eſt caſus de quo Surd. *deciſ. 164.* ut *ibidem* advertit Hodiern. *num. 5.* & in iiſdem terminis Honded. *conſil. 45. num. 24. volum. 1.* Hering. *de fideiuſſ. cap. 7. n. 453.* Chriſtoph. Mart. Medic. *deciſ. 48. n. 20.* Cyriac. Nig. *controv. 295. num. 41.*

17 Et ſanè pro matre magna eſt æquitas, quando pro dote unius filiæ vel nurus ſeſe obligans, remanet tamen in totum vel pro majori parte indotata: quia eâ ratione, utilitas unius dotis compenſatur, & ejus privilegium conquaſſatur cum dote & privilegio aliarum filiarum, quas mater donare non poſſet, exhauſto per primam obligationem patrimonio; præſertim ſi agatur de dote nurus reſtituenda, pro qua ſe mater obligaſſet; cùm majus ſit filiarum quàm nurus privilegium. Mart. Medic. *dicta deciſ. 47. num. 11.* Mareſcot. *dicto lib. 2. cap. 5. num. 15. 17. & 19.* Pic. *ad ſtat. Verb. gloſ. 7. n. 240. & deciſ. 15. n. 3.*

18 Hæc de dote nurus. In dote autem filiæ communis, mulieris obligationem etiam pro marito præſtitam, non ſolùm ad concurrentiam medietatis dotis, ſed etiam in totum ſuſtineri voluit Bald. *conſil. 106. Punctus, volum. 5.* quem citat & ſequitur Card. Tuſch. *litera M. concluſ. 421. num. 28.* & videtur applicari poſſe deciſioni Senatus Neapolitani apud Gizzarel. *dec. 4. per tot.* Vincent. de Franc. *dec. 237. 277. & 278.* licèt deciſiones procedant in terminis Regiæ pragmaticæ, ut teſtatur Viſcont. *ad dictam deciſ. 237.* ſed & idem tradunt citati apud Medic. *dicta deciſ. 48. num. 20. fol. 361.* Pic. *dicta gloſ. 7. num. 245. & ſeqq.*

19 Sed tamen Barboſ. *ad l. 2. part. 2. ff. ſolut. matrim. n. 10. verſic. neque obſtat*, diſtinguit inter dotem conſiſtentem in pecunia; & illam quæ conſiſtit in bonis: hanc pro dotanda communi filia conſumi non poſſe contendit, illam verò poſſe.

20 Ego indiſtinctè inclinarem in eam ſententiam, ut non quidem pro dote nurus reſtituenda, ſed pro communi filia dotanda, dummodò non fiat præjudicium legitimæ aliorum liberorum, mater ſeſe in totum obligare poſſit, quia fauor dotis major eſt favore SC. Velleiani, ut dicit Pic. *dicta gloſ. 7. num. 248.* & quia ſi pater eſt dives, uxor habebit regreſſum contra bona mariti; ſi verò non ſit locuples, mater ſe obligans pro dote filiæ, officium proprium exercet, & proprium debitum perſoluit: atque ita non juvatur Velleiano: ut arguit Pic. *loco citato.*

Quando autem mulieris obligatio reſcinditur ex 21
eo quod remanet indotata, licèt Fontanel. *de pact. dotal. clauſ. 7. gloſ. 2. part 6. n. 21. & ſequentib.* contendat obligationem in totum reſcindi, quem ſequitur Hodiern. ad Surd. *deciſ. 86. num. 16.* verius tamen eſt, & apud nos in iudiciis obſeruatum, quod contractus mulieris reſcinditur tantùm pro parte, & pro rata læſionis, & non in totum; ita vt obligatio valida remaneat vſque ad concurrentiam dimidiæ partis dotis, adinſtar remedij *l. 2. Cod. de reſcind. vendit.* in quo licet vel rem reſtituere, vel iuſtum pretium refundere: & hæc fuit ſententia Theſauri Iun. qui id benè explicat, & probat *lib. 2. quæſt. forenſ. 65. n. 4.* Viſcont. ad Vinc. de Franc. *deciſ. 279. ad n. 3.* Gratian. *diſcept. forenſ. 108. n. 13.* vbi quod obligatio remanet valida pro dimidia parte dotis: & *diſcept. 723. num. 18.* Cyriac. Nig. *controuerſ. 216. n. 28.* † Qui tamen limitat 22
hoc procedere in magnis dotibus, & ſufficientibus ad alimenta & vltra: in paruis verò non eſſe concedendam dotis obligationem, etiam in modico, niſi quatenus coniuges ſimul, vel ſingulares ſibi victum propriis manibus parare poſſent. Cæterùm non tam facilè huic diſtinctioni adhærendum exiſtimo, quia cauſa reſciſſionis obligationis mulebris dependet ex magna vel modica læſione mulieris. An autem magna vel parua ſit læſio, conſiſtit in proportione alienationis partis, reſpectu habito ad totam dotem, quæ proportio æqualis eſt paruæ partis ad paruam dotem, & magnæ partis ad magnam, cùm in bona Arithmetica eadem ſit proportio 32. ad 64. quę 3200. ad 6400. & ſic de ſimilibus. Imò maior videtur ratio obligandi paruam dotem, quia maior paupertas, maiórque neceſſitas regulariter pro alimentis, aut pro marito excarcerando, aliiſve ſimilibus cauſis verſatur in mulieribus paruam dotem habentibus. Ideò cogitandum relinquo.

CAPVT XLVI.

Quando bona mariti qui duas uxores habuit, poſita ſunt in generali diſcuſſione propter concurſum creditorum, utrùm ſuper augmento quod ipſe lucratus eſt ob prædeceſſum ſecundæ conjugis, præferantur liberi primi matrimonii pro dote materna, & alii creditores; an verò liberi ſecundi matrimonii ſub eo prætextu, quod lucrum illius augmenti provenit ex dote ipſorum matris.

SVMMARIVM.

1 *Parens binubus tenetur reſervare lucra primi matrimonii liberis ex eo provenientibus, tam ex diſpoſitione juris, quàm ex Regia ordinatione.*

2 *Augmentum pertinet ad liberos primi matrimonii, ſi ex illo proveniat, in eo tantùm in quo eſt lucrativum.*

3 *Primæ alienationes imputantur hæredi gravato in detractiones.*

4 *Inter duas dotes ſemper præfertur ea, quæ prior eſt tempore.*

5 *Limita*

5 *Limita, nisi aliquid extaret de secundæ dote; nam super bonis illius extantibus, vxor, eiusque liberi vel creditores præferendi sunt.*

6 *Augmentum quod moriens lucratur, non capitur solum super dote, sed etiam super omnibus bonis vxoris.*

7 *Lucrum dotis capitur ante legitimam liberorum.*

8 *Quæ sit differentia inter lucrum dotis, & augmentum.*

9 *Obligatio per vxorem præstita in contractu matrimonij, per quam marito certam summam augmenti nomine promittit, est conditionalis; & conditio verificatur aduenente casu prædecessus.*

10 *Creditum seu nomen augmenti dotalis debitum marito, consideratur vti res inanimata existens in bonis mariti; ita vt illius compensatio cum dote fieri nequeat in præiudicium creditorum.*

11 *Compensatio augmenti cum dote, sit quidem ipso iure in præiudicium ipsius mariti, sed non in præiudicium tertij.*

12 *Qui exactum non tenetur restituere, non cogitur etiam compensare.*

13 *Quæ sit differentia inter alienationem hæredis grauati, & alienationes seu obligationes mariti in præiudicium hypothecæ vxoris.*

1 CErtum est, parentem binubum lucra nuptialia liberis primi matrimonij teneri reseruare, nec ex illis plus vni quàm alteri liberorum assignare: per text. *in Authtẽ. lucrum Cod. de secund. nupt.* & in corpore vnde desumitur Cui conformis est Regia ordinatio, quæ vtitur dictione illa, *Reseruer*, quæ hoc operatur, vt ea quæ mater lucratiuo ex priori coniugio acquisiuit, sint affecta liberis eiusdem matrimonij; adeo vt de illis disponere non possit, & sit veluti quoddam fideicommissum, & necessaria restitutio, vt dicit Brodeau *litera M, apud Louetium n. 3. colum. 6. circa finem*, Sanch. *de matrim. lib. 7. disput. 79. num. 3.*

2 Vnde donatio propter nuptias, quam hodie vocamus augmentum, ad liberos prioris coniugij pertinet in eo in quo excedit summam reciprocè donatam, seu in parte lucrativa. Boët. *decis. 185. num. 10.* Rot. Auen *decis. 144. num. 6.* sicuti & iocalia vxori per maritum facta. Tesaur. Iun. *lib. 1. quæst. forens. 29. num. 4.*

Sed tamen singularis aliàs mota fuit controuersia inter liberos primi & secundi coniugij, in causa concursus creditorum communis eorum patris; non quod prætenderetur augmentum in pœnam secundarum nuptiarum, sed quia liberi primi matrimonij petebant vigore hypothecæ dotalis agere contra augmentum, quod maritus titulo reciproco ex secundo coniugio ob præmortuam secundam vxorem obtinuerat: è contra verò liberi posterioris coniugij, qui vix mediam dotis maternę partem in discussione consequi poterant, ipso iure compensatum fuisse cum dote eorum matris augmentum patri debitum asserebant; adeo vt v. g. si dos esset 1000. scutorum, augmutũ verò 200. non iam mille, sed octingentorum scutorum dumtaxat se creditores esse contenderent: & si ex dote 1000. scutorum tantum super bonis paternis assequi possent, inanem reddi primæ dotis actionem quam eneruabat inopia patris debitoris: & per consequens non posse pro dote prioris matrimonij agi contra augmentum, quod non extabat; sed per com-

3 pensationẽ extinctum & solutum erat. † Sicut enim primæ alienationes per hæredem grauatum factæ imputantur ipso iure in detractiones hæredi grauato debitas, *l. Marcellus, § res quæ. ff. ad Trebell.* cum aliis per Ludouis. *decis. 580. n. 2. & 7.* Ita videbatur dicendum, quod per alienationes dotis secundæ pet partem factas, ipso iure absorptum & consumptum erat creditum augmenti maritalis.

Verùm, contrarium Respondi, nempe augmentum illud quod ob secundæ uxoris mortẽ maritus superstes acquisiuit, fuisse liberis primi matrimonij pro dote materna obligatum, & per consequens aliis creditoribus nec admittendam compensationem petitam, tum quia † inter duas dotes semper prima prę̃fertur, 4
l. assiduis, C. qui potior. in pign. habean. etiamsi adesset sola hypotheca tacita, & legalis. *Authen. vt exact instant. dot. collat. 7. tit. 5.* vbi dicitur semper primam dotem esse præferendam secundę, & tempora hypothecarum permutanda, perimenda, vel minuenda non esse: † nisi quando aliquid extaret de secunda dote. 5
Est etiam text. *in Authent. si quid, C. qui potior. in pign. habe.* vbi dicitur quod liberi primi matrimonij semper præferuntur pro dote materna liberis secundi; nisi in iis quæ extarent & apparerent de secunda dote: in quibus rebus sic de secunda dote extantibus, liberi secundi matrimonij præferendi essent: in reliquis verò, prima dos posteriorem excluderet. Cùm itaque supponatur tam primam quàm secundam dotem fuisse consumptam, sequitur liberos primi matrimonij vti creditores anteriores præferendos esse liberis secundi, in illa summa quam vxor illi in casum prædecessus promiserat. Cancer. *lib. 1. cap. 9. n. 16.* aliàs 32. Castil. *lib. 3. controuers. cap. 4. n. 28.*

Pro cuius rei comprobatione aduertendum est, 6
augmentum quod marito per vxorem in casum prędecessus promittitur, non capi de parte dotis ipsius vxoris; quia regulariter marito promittitur per vxorem simpliciter super omnibus bonis: & ideo si vxor habeat bona extradotalia, quamuis tota eius dos esset consumpta, debetur ex promissione super bonis extradotalibus: mortua itaque vxore, tale augmentum dicitur esse in patrimonio mariti; sive tale lucrum deferatur vigore pacti, sine vigore statuti: vt dicit Roland. *de lucro dot. quæst. 90. num. 1. & 2.* Quamuis si lucrum capiendum esset de parte dotis, non eadem videatur esse ratio, quæ militat cum capitur super vniuerso vxoris patrimonio: † vnde videmus, quod lucrum dotis capitur ante legitimam liberorum, vt 7
dicit Surd. *consil. 401. num. 5.* Rationem reddens, quia durante vita vxoris dos non est in bonis eiusdem. sed mariti, *l. doce ancillam, Cod de rei vẽdic.* mortuâ verò vxore, maritus retinet sibi augmentum quod lucratus est, quod nunquam fuit in bonis vxoris, saltem pro ea portione, quam maritus lucratur, vt tradit etiam Surd. *consil. 572. num. 71. & 72.* & *consil. 91. n. 14.* vbi dicit quod filij tãquam matris heredes non possunt agere nisi deducto lucro dotis, quod debet in primis detrahi tanquam æs alienum.

Sed si versaremur in terminis mariti, cui pars do- 8
tis ob vxoris prædecessum acquiritur, quamuis proposita doctrina per Surdum vera sit; non tamen inferret ad decisionem casus nostri: quia cùm capi deberet de ipsa dote, ipso iure dotem minueret: & si maritus non esset soluendo, liberi primi matrimonij, creditores primæ dotis, non possent exercere suas hypothecas super augmento, quod inutiliter maritus lucratus fuisset, super dote secundæ vxoris, ex qua nihil extaret: & ideo si in matrimonij cõtractu dictum fuisset taxatiuè, quod augmentum caperetur de dote, nulla existente dote ob insufficientiam bonorum, nullum augmentum deberetur creditoribus

ditoribus mariti;ſed in caſu propoſito vxor ſeſe obligauerat ſoluere certam ſummam marito in caſum prædeceſſus: & ſic ſiue maritus eſſet ſoluendo pro certa parte dotis, ſiue non; pro ea parte pro qua eſſet ſoluendo,v. g. ſi ex mille dotis vxoris eſſet idoneus pro 300.ſcutis,augmentum verò eſſet 200. creditores illius anteriores haberent illos 200.hypothecatos:& liberi ſecundi matrimonij tantùm 100. conſequeren-
9 tur. † Quia licèt augmenti ſolutio dilata ſit ad tempus obitus vxoris, ſtatim tamen à die contracti matrimonij ius eſt quæſitum coniugibus ſub conditione prædeceſſus:& per conſequens eius creditoribus, *l.res vxoris,C.de donat.inter vir.& vxor.* Fontanel.*de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.1.p.1.n.* 28. vbi licèt de vxore loquatur, idem tamen obtinere debet in viro,argum. à correlatiuis,*l.fin.C.de indicta viduit. tollend.*

10 Et debitum iſtius augmenti, quod maritus habet contra bona vxoris, quando non tractatur inter virum & vxorem; ſed agitur de creditoribus mariti, qui agunt contra liberos ſecundi matrimoij hæredes matris, ſeu contrabona ſecundæ vxoris; conſideratur tanquam res inanimata reperta in bonis mariti, qui eſt eorum debitor principalis,*l.bonorum,§ final.* & *ibi* Alciat.*ff.de verb. ſignif.* Surd. *conſil.4.num.*18.

11 † Vnde licèt ſi ſolus maritus ageret, opponi poſſet illi compenſatio; tamen illud eſt quando creditores agunt contra hæredes vxoris debitores mari-
12 ti ſui debitoris. † Quia creditor non tenetur ſolvere debita ſui debitoris: vnde ſi ab illo exigat, non tenetur reſtituere: ergo neque compenſare; quia hæc duo pari paſſu ambulant, *l.ſi debitor, ff.qui potiores in pign.hab.* & ita dicidit Rot.*deciſ.*703.*n.*2. *part.3.recent.* quam ſequitur *par.* 7.*recent.deciſ.*177. *num* 8.

13 Nec eadem eſt ratio hæredis grauari: quia is detractiones capit aduerſus ſubſtitutum, nec agitur de intereſſe tertij; at nos non negamus, ſi agatur inter ipſum maritum, & hæredes vxoris, compenſationem opponi poſſe; ſecùs ſi de præiudicio creditorum, vt mox dictum eſt.

CAPVT XLVII.

Quando,& ex quibus verbis inducatur ſimplex & abſolutum fideicommiſſum per prohibitionem alienationis,non ſolùm in caſum alienationis, ſed etiam in caſum mortis. Et ex quibus dicatur prohibita alienatio,tam inter vivos,quàm ex ultima voluntate. Et vtrùm eadem res poſſit deberi ex duobus fideicommiſſis, ab eodem teſtamento prouenientibus. Vtrùm ſub prohibitione alienandi extra familiam, fœminæ contineantur. Maſculum ex fœmina non eſſe de familia, & cognomine. Et ultimum vocatum de bonis fideicommiſſis liberè diſponere poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Ex prohibitione alienandi extra familiam facta per viam principalis diſpoſitionis, oritur fideicommiſſum graduale, & abſolutum.*

2 *Dictio* ſed, *tanquam aduerſatiua, non habet vim illationis; ſed potius principalis diſpoſitionis.*

3 *Dictiones geminatæ,*ſemper & perpetuò,*multùm conferunt ad inferendum perpetuum, & graduale fideicommiſſum.*

4 *Explicatur text.* in l. pater, §. filium, ff. de legat.3.

5 *Dictio* vendi, & alienari, *vtrùm etiam diſpoſitionem teſtamentariam comprehendat.*

6 *Si teſtator mandet bona perpetuò conſeruari in familia, cenſetur prohibita alienatio, etiam per viam vltimæ voluntatis.*

7 *Maximè ſi dixerit, ſe nolle ea alienari aliquo modo.*

8 *Verba* remaneant,& remanere debeant, *denotant ſucceſſiuam vocationem.*

9 *Si prohibeatur alienatio per viam teſtamenti,cenſetur inductum fideicommiſſum abſolutum in caſum mortis.*

10 *Alienationis prohibitio relata ad inſtitutos & ſubſtitutos,non egreditur illorum perſonas.*

11 *Prohibitio alienationis relata ad inſtitutos & ſubſtitutos, non complectitur filios in conditione poſitos.*

12 *Sitamen teſtator adiecerit verba generalia denotantia intentionem conſeruandi bona in familia, prohibitio vlterius progreditur, & ad ſequentes gradus extenditur.*

13 *Explicatur variæ doctrinæ circa effectum prohibitionis alienationis,veluti Seraph.* deciſ.883.*&* in recent.deciſ. 300.part.1. *Fuſar.*q.683. num.20. *&* conſil. 17. *necnon Menoch.* conſil. 900.n.7. *& alij DD. de hac materia tractantes, num.*13. 14.15.16. *&* 17.

18 *Præcedente fideicommiſſo vniuerſali, inutile eſt particulare, ex ſententia quorundam Doctorum. Sed contrarium verius eſt,* n. 19.

20 *Fideicommiſſum vniuerſale non deſtruit particulare certos caſus vel perſonas reſpiciens, nec è contrà; ſed vtrumque effectus ſuos producit in caſu.*

21 *Fœmina continetur ſub fideicõmiſſo familiæ relicto.*

22 *Hoc procedit ſine dubio quando fœmina extinctis omnibus maſculis ſuperſtes remanſit.*

23 *Multò magis ſi fœmina non ſit nupta.*

24 *Idem ſi reſpectus habitus fuerit ad nomen abſque mentione armorum.*

25 *Fœmina vltima ſuperſtes de familia,poteſt liberè diſponere de bonis familiæ relictis.*

26 *Teſtator relinquens familiæ, intelligi debet de effectiua, id eſt, deſcendentibus ſuis.*

27 *Maſculi deſcendentes ex fœmina, non ſunt de familia,nec de cognomine.*

TEſtator pluribus maſculis hæredibus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis ſine liberis decedentibus, filias ſuas ſubſtituit, & illas ſimiliter inuicem ſubſtituit: ſubiungens poſtea, quod voluit & ordinauit quod bona quæ habet, & tempore ſui obitus habebit in loco & territorio loci N. non poſſint per dictos hæredes,tã inſtitutos, quàm ſubſtitutos, caſu ſubſtitutionis aduenientes, aliquo modo vendi & alienari; ſed ſemper & perpetuò remaneant & remanere debeant in familia,& cognomine ipſius teſtatoris.

Mortuis omnibus maſculis, ſupervixit Petrus,qui tempore ſui obitus reliquit filium ſuum Emericum, & eius ſororem Catherinam tunc viduam, quæ fratre mortuo ſola ex familia ſupererat, & bona dicti loci & territorij N. ſibi adjudicari poſtulabat.

Dubitatum fuit primò,vtrum ex illa prohibitione alienationis fuerit inductum ſimplex & abſolutum fideicommiſſum in caſum mortis.

Secundò,

Secundò, utrùm dicta fœmina superstes, sit de vocatis in dicto fideicommisso.

Tertiò, utrùm fœmina illa possit de dictis bonis ad libitum disponere.

1 In prima quæstione concluſum fuit pro simplici & absoluto fideicommisso, quia testator non per viam illationis, sed per viam dispositionis principalis alienationem prohibuit, & perpetuò in familia remanere debere mandavit, ex quo resultat fideicommissum graduale, per quod unus alteri gradatim restituere gravatur, ex notatis per Roland. *cons.*23. *n.*21. *lib.*4. ubi dicit hanc esse communem opinionem, quia expressa dispositio testatoris, quæ uti lex servanda est, tendit ad simplex fideicommissum per mortem. Peregr. *cons.*45. *num.*3. *lib.*3. *& num.*6. ubi dicit hoc casu nullam esse controversiam inter Scribentes: & *in tract. de fideic. art.*14. *num.*13. Rot. *divers. decis.*561. *num.*1. *part.*1. Fusar. *de substit. q.*688. *n.*30. Idémque communiter receptum testatur Odd. *de prohib. alien. quæst.*11. *num.*46.

2 Illa autem verba, *sed semper, & perpetuò remaneant*, inducunt principalem dispositionem, quia dictio *sed*, adversatur præcedentibus, tam in jure, quàm in facto; ita ut diversum casum, & diversum jus importet, ut tradit Sanch. *de matr. lib.*6. *disput.*22. *num.*18. Castill. *lib.*2. *controvers. cap.*4. *num.*95. ergo necesse est, ut in ultima illa clausula contineatur nova dispositio, tam in jure, quàm in facto, diversa à præcedenti prohibitione alienationis contenta in priori clausula.

Et licèt non fuerit adjectum verbum *voluit*, post verbum *sed*; tamen tacitè subintelligitur, ut tenuit Rot. *divers. decis.*121. *n.*2. *par.*2.

Vnde in simili casu, dum testator dixit, *Nolo bona mea alienari, sed volo permanere in familia*; fideicommissum simplex, & absolutum oriri voluit Odd. *de prohib. alien. dicta quæst.*11. *n.*49. *& num.*236. *&* 238. Peregr. *de fideic. art.*14. *num.*33. Marta *de succeſſ. legal. part.*4. *quæst.*21. *art.*8. *num.*60. Menoch. post quinque Clarissimos Iurisconsultos *cons.*1029. *num.*1. Curt. Iun. *cons.*145. *num.*10. *versic. indagandum est igitur.* Ruynus *cons.*173. *num.*9. *lib.*2. Decius *cons.*399. & pro hac opinione 28. Doctores allegantur per Menoch. *dict. cons.*129.

3 Accedit dictio illa, *semper & perpetuò remaneant*; non enim potest fieri perpetua prohibitio, nisi adesset perpetuum fideicommissum in familia. Rot. *decis.*231. *num.*4. *part.*2. *recent.* Castill. *lib.*2. *controvers. cap.*22. *num.*90. *&* 91. Roland. *dict. cons.*23. *n.*18. 19. *&* 20. *lib.*4. Rot. *divers. dict. decis.*121. *num.*4. Peregr. *d. art.*14. *num.*45. Odd. *dict. quæst.*11. *num.*239. *&* 242. Peregr. *cons.*62. *num.*21. *lib.*1. *& cons.*49. *num.*7. *volum.*3. *& cons.*71. *num.*7. *volum.*6. Grass. *in §. fideicommiss. q.*5. *num.*8.

4 Neque obstat text. *in l. pater, §. filium, de legat.*3. ubi testator dixerat, veto ædificium meum de nomine meo exire, sed ad vernas meos, quos hoc testamento nominavi, pertinere volo: & tamen ibi solùm inducitur fideicommissum in casum contraventionis, & in casum mortis; quem text. ad hoc expendit Peregr. *dict. art.*14. *num.*18.

Quia in casu de quo agitur, magis præcisa & prægnantia erant verba testatoris, aderat enim prohibitio geminata verbis prægnantibus & perpetuitatem denotantibus expressa, in favorem familiæ & cognominis, quæ non concurrebant in casu illius legis.

Præterea textus ille, si bene perpendatur, non infert in suo casu solum fideicommissum, in casum alienationis; cùm non loquatur taxativè, neque includat casum mortis. Menoch. *cons.*197. *n.*30.

Non obstant etiam illa verba, *vendi & alienari*, 5 quæ videntur restringere prohibitionem ad alienationem inter vivos; ita ut bona illa potuerint alienari per viam ultimæ voluntatis.

Quia Respondetur, quod licèt nomen venditionis denotet alienationem inter vivos; tamen nomen generale alienationis comprehendit quamcunque alienationem, etiam per viam ultimæ voluntatis, *l. alienationis verbum, ff. de verb. signif. l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* ut optimè notat Anguissol. *cons.*191. *num.*22. *vol.*1. Menoch. *cons.*1029. *n.*4. Ozasc. *decis.*50. *num.*10.

Sed quia hæc solutio habet contradictores, ut testatur Fusar. *de substit. q.*12. *n.*5. Ideo alia, & securior responsio est: † Quod cùm testator voluerit, bona 6 perpetuò remanere in suo cognomine, & familia ipsius testatoris, censetur prohibita etiam alienatio per viam ultimæ voluntatis, ut probat Fusar. *dict. q.*712. *num.*34. *&* 35. Quia eadem prohibitionis ratio militat in hæredis institutione, quæ in alienatione inter vivos, ut *ibidem* notat Fusar. cum DD. per eum citatis.

Et supradicta omni difficultate carent, stantibus 7 verbis prægnantibus in dicto testamento contentis, *noluit aliquo modo alienari*; quia hæc universalis negativa comprehendit alienationis prohibitionem, etiam per viam successionis ab intestato. Peregr. *consilio* 45. *num.*9. *lib.*3. Menoch *dict. cons.*1029. *n.*5. Rot. *decis.*10. *n.*5. *& decis.*11. *n.*2. *p.*2. *recent.*

Item adsunt verba illa, *remaneant, & remanere de-* 8 *beant*, quæ denotant successivam vocationem. Menoch. *cons.*1166. *n.*19. Item *semper & perpetuò*, quam geminationem & inculcationem verborum consideravit etiam Odd. *de prohib. alien. q.*11. *n.*230. Menoch. *cons.*1032. *n.*11.

Et supradicta multò fortiùs procedunt ex eo, quod testator in sequenti articulo sui testamenti disposuerat, quod casu quo hæredes sui, vel substituti vellent alienare aliquid de bonis ipsius testatoris, tali casu instituti, & substituti, & proximiores de familia semper omnibus emere volentibus præferantur, præterquam in bonis dicti loci N. quæ ut supra, alienari non potuerunt.

Ex quibus clarè constat, quod testator voluit hæreditatem suam conservare inter proximiores, & illis dare jus prælationis in casibus, in quibus fideicommissum non impediet alienationes, veluti pro dotibus, & similibus; sed quoad bona illius loci, noluit ea alienari, nequidem in proximiores, etiam ex causa necessaria. Imò dispositio illa, quod proximiores possint pretium offerre, ostendit posteriorem hanc clausulam intelligendam esse de alienatione inter vivos, ex Surd. *decis.*124. *num.*14. & patet ex illis verbis, *semper præferantur, & præferri debeant cuilibet emere volenti, offerendo simile pretium quo dicta bona venderentur, omni fraude cessante:* & declarat Ozasc. *decis.*50. *n.*10.

† Sed quoad bona illius loci, prohibuit quamcun- 9 que alienationem inter vivos, vel etiam ex ultima voluntate, etiam ex causa necessaria: & sic inductum fuit fideicommissum successivum in casum mortis, quod oritur ex sola prohibitione alienationis per testamentum. Rot. *divers. decis.*322. *n.*1. *part.*1. Cùm ad inducendum simplex & absolutum fideicommissum, sufficiant conjecturæ. Rot. *in recent. decis.*231. *n.*4. *p.*2. Seraph. *decis.*1273. *n.*1. *&* 4.

Neque facit in contrarium *decisio* Surd. 85. & Se- 10 raph. 482. repetita *decis. divers.* 649. *par.*1. *& decis.* 473. *n.*3. *par.*4. *divers.* ubi dicitur, quod prohibitio alienationis relata ad institutos & substitutos, non egreditur eorum personas, ejusdémque sententiæ fuit Fusar.

conſil. 57.*num.* 18.*& conſilio* 17.*num.*143.144.*&* 145. *& conſ.*9.*num.*42.*&* 45.Rot.*deciſ.*316.*num.*6.*part.*1. *recent.*

11 Ita ut tali caſu non cenſeatur facta prohibitio filiis in conditione poſitis.Rot.*dict.deciſ.*649.*n.*1.& apud Seraph. *deciſ.*482.*n.*2.

12 Quia ſupradicta procedunt, niſi teſtator poſtea adjunxerit verba generalia, ex quibus conſtet eum voluiſſe bona conſervare in familia, prout in caſu propoſito.Fuſar.*dict.conſ.*49.*n.*29. quæ non concurrebant in deciſionibus in contrarium allegatis.

Nam in *Faventina Fideicommiſſi de Paſiis, coram Pamphilio*, inſerta apud Peregr. *deciſ.*134. *n.*6.*& deciſ.*473.*p.*4.*diverſorum*,teſtator dumtaxat fecerat ſubſtitutionem pupillarem, & adjecerat prohibitionem dependentem à principali ſubſtitutione, per modum illationis, non per viam principalis diſpoſitionis.

13 In deciſione verò *Fanenſi Bonorum, coram Seraphino*,relata apud Pereg.*dict.deciſione* 134.*numero* 30. & inter *deciſ.*Seraph.883. ſimiliter prohibitio fuerat facta per modum illationis, conſequutivè ad præcedens fideicommiſſum : ideo ad illius terminos reſtringenda. Præterea ibi agebatur de hærede fiduciario, unde nil mirum ſi ad ejus perſonam reſtricta erat prohibitio, ne ipſe ſub prætextu fiduciæ, quam erga illum teſtator habebat, bona alienare poſſet.

14 In deciſione *Bononienſi de Lambertinis*,de qua Peregr.*num.*9.*dict.deciſ.*134.quæ etiam eſt *in recent.deciſ.*300.*part.*1. potiùs confirmatur deciſio noſtra : ſiquidem negotio exactè diſcuſſo,& ſequutâ deciſione pro exiſtentia fideicommiſſi, vigore prohibitionis alienationis, quæ eſt *deciſ.*193.*part.*1.*recent.* Deinde Rota *deciſ.*300.*eadem part.*1.recedendo à deciſis declaravit nullum adeſſe fideicommiſſum, quia verba prohibitiva fuerunt appoſita dumtaxat per modum illationis,per hæc verba:*Quoniam volo,&c.*Sed quando prohibitio facta fuit principaliter, & non conſequutivè, ſemper Rota tenuit pro fideicommiſſo abſoluto, ut *deciſ.*221.*part.*2.*diverſ.*& *dict. deciſ.*300. *n.*22.*verſ. unde videtur,par.*1. *recent.* ubi loquitur de clauſula illa, *ſed remaneant, &c.*

15 Neque applicari poſſunt caſui propoſito doctrinæ Fuſar.*quæſt.*683. *num.*20.*in* 6.*caſu*, necnon *in* 4. *caſu*, *num.*13.Menoch.*conſil.*900.*num.*17.cum DD. *ibi* citatis.

Quia patet, quod in illis caſibus præcedebat fideicommiſſum ; deinde ſequebatur prohibitio alienationis relativa ad præcedentem ſubſtitutionem:& ſic per modum illationis, non autem principalis diſpoſitionis:& ſic adaptari potiùs poteſt caſus tertius Fuſarii, de quo *num.*12. & caſus quintus Menochii *dict. conſ.*900. *n.*18.

16 Similiter Fuſar.*conſ.*17.& aliis in locis loquitur de prohibitione illativa, & conſequutiva.

17 Quod autem dicitur ex Seraph. *deciſ.*482. filiis in conditione poſitis alienationis prohibitionem fieri non poſſe, verum eſt, niſi filii in conditione poſiti eſſent tacitè vocati ex conjecturis, ut notat Fuſar. *conſ.*114.*n.*24. ubi dictam deciſionem ita intelligendam eſſe exiſtimat.

18 Denique non obſtat ſi dicatur, præcedente fideicommiſſo univerſali,inutile eſſe fideicommiſſum particulare ſuper re certa factum, ex Ludovi*ſ.deciſ.*433. *num.*19. Gabriel.*conſ.*132.*num.*68. *libro* 1. Honded. *conſ.*78. *num.*47. *volum.*1.Fuſar.*de ſubſtit.quæſt.*688. *num.*101.

19 Quia contrarium verius eſt, ſtantibus verbis prægnantibus & geminatis in fideicommiſſo particulari appoſitis, prout in ſimili notavit Peregrin.*conſil.*45. *n.*21.22.*&* 23. *vol.*1. Rimin. Iun.*conſ.*20.*n.*18. *vol.*1. Fuſar.*de ſubſtitut. q.*683.*n.*28.

Præterea non eſt inconveniens, unam eandémque 20
rem deberi ex duobus fideicommiſſis,quorum alterũ ſit univerſale,alterum verò particulare,circa certæ rei alienationem in uno eodémque teſtamento appoſitum ; ita ut quoad effectus procedentes ex legis prohibitione, ſit locus fideicommiſſo quoad perſonas dumtaxat in univerſali ſubſtitutione comprehenſas, & ſpecificatas ; ſed quoad effectus prodeuntes ex prohibitione hominis, tunc illa ſpecialis prohibitio quoad perſonas in ea contentas, prævaleat in caſibus ac perſonis in eadem comprehenſis : & ſic utraque diſpoſitio ſortiatur effectum, quælibet in ſuo caſu, ut notavit Odd. *in dict.tract.de fideic. ex prohib.alienat. reſultant. q.*14. *n.*130. 131. *&* 155.*&* 160. Bertaz. *conſil.civil.*6.*n.*28.*& ſeq. lib.*1.

Poſito ergo, quod fideicommiſſum univerſale exſpiraverit per obitum Petri cum liberis ; ſemper tamen remanet fideicommiſſum particulare ex prohibitione alienationis reſultans ; quod extenditur ad Catherinam, quæ tanquam de nomine & familia exiſtens,vocata reperitur ad dictum fideicommiſſum particulare certorum bonorum in eodem teſtamento contentum.

In ſecunda quæſtione non eſt difficilis reſolutio : 21
quia fœmina ſine dubio ſub nomine familiæ comprehenditur,*l.voluntas*, *Cod.de fideicomm.l.final.Cod.de verbor. ſignific. l.pronuntiatio*, *§.familiæ.ff.eod.tit.* & textus eſt magis expreſſus *in Authent. de reſtit. fideicomm.*ubi quod prohibitus alienare,quia teſtator volebat bona permanere,& perpetuari in ſua familia,& nunquam egredi de ſuo nomine, poteſt heredem inſtituere propriam matrem.Fuſar.*conſilio* 143.*num.*20. *&* 32. ubi ampliat etiamſi teſtator uſus fuiſſet verbo perpetuitatis, & filia eſſet nupta. † Quod magis pro- 22
cedit quando ſola fœmina ſuperſtes eſt omnibus maſculis prædefunctis ; tunc enim fatentur DD.abſque dubio talem fœminam admitti ad fideicommiſſum favore familiæ relictum ; quamvis teſtator habuiſſet rationem agnationis. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.*352. *num.*12.Peregr.*de fideicom.art.*25.*num.*43.*& conſ.*58. *num.*2.*& ſequentibus*,*volum.*5. Odd.*de prohib.alien. quæſt.*9.*num.*58. etiamſi mulier eſſet nupta in aliena familia. Pereg. *conſ.*42.*num.*10. *volum.*5.† Multò ma- 23
gis ſi ſit vidua & innupta, & per conſequens extra familiam mariti. Ludoviſ. *deciſ.*464. *num.*7. repetita *in recent. part.*2. *deciſ.*282. † præſertim cum non 24
fuerit adjectum onus deferendi arma teſtatoris, ſed ſolùm habitus reſpectus ad cognomen, & familiam; quo caſu non cenſetur habita ratio agnationis. Odd. *dict.quæſt.*9.*num.*151.junctο *num.*58.Giurb.*deciſ.*32. *num.*27.*&* 28.Peregrin. *conſilio* 70. *numero* 22.*volumine* 3.

Ad tertiam quæſtionem Reſpondetur, fœminam 25
illam de bonis fideicõmiſſi liberè promiſiſſe diſponere,quia erat ultima ex vocatis,nec poſt eam aderat aliquis de cognomine & familia teſtatoris, juxta text. *in l.cum pater*,*§.libertis*,& *l qui ſolidum*, *§.penult.*& *ibi* DD.*de legat.*2.*&* in *Authent.de reſtit.fideicom.§. nos igitur.* Pereg. *de fideicomm.artic.*52. *numero* 2.*& articulo* 14. *numero* 49. Caſtill. *libro* 2. *controverſ. cap.*11. *num.*45.Bellon Iun.*conſilio* 1.*num.*18.*&* 19. Gratian.*diſcept.capite* 930.*numero* 40. Mart. *de ſucceſſ. queſtione* 23. *articulo* 4. *numero* 21. *parte* 4. † 26
Senſerat enim teſtator de familia effectiva, non contentiva ; id eſt de deſcendentibus, non de collateralibus, propter illa verba, *de cognomine & familia ipſius teſtatoris.* Peregr. *deciſ.*134. *numero* 6. *& conſilio* 57. *numero* 9. *volum.*5. † Excluſi quoque erant 27
maſcu

masculi descendentes ex illa fœmina, qui non erant de cognomine, tum ex communi usu loquendi, qui attendendus est, ex Fusar. *quæst.*352. *num.*18. tum etiam de jure. Rot. *decis.*203. *num.*7. *part.*2. *recen.* Matt. *cons.*60. *num.*13. & 14. neque descendentes ex familia dicuntur de domo. Intrigliol. *de substit. centur.*3. *quæst.*83. *num.*13. Menoch. *lib.*4. *præsumpt.*88. *numero* 12. & in propriis terminis Mantic. *de conject. lib.*8. *tit.*12. *num.*8. Odd. *de prohibit. alienat. quæst.*9. *num.*35. Peregrin. *de fideicomm. art.*14. *num.*38. & expresse *cons.*31. *num.*8. *lib.*4. Gabriel *cons.*112. *n.*6. *lib.*2. Ozasc. *decis.*127. *in fin. num.*9. ubi fuit judicatum, quod fœmina, tanquam existens de cognomine & de familia, admittitur ad talia fideicommissa; non autem ejus liberi, qui sunt de alia familia, & alio cognomine.

Et ex his concluſum fuit, fœminam ad dictum fideicommissum admitti quidem, deficientibus masculis, ex voluntate testatoris; sed fideicommissum in eius persona expirasse, & ideo illam de præfatis bonis ad libitum disponere posse.

CAPVT XLVIII.

De aquis & aquarum decursibus; an & quomodo dominus prædii, per quod aqua defluit, de ea disponere possit. Domini prædiorum inferiorum, qua ratione jus ducendi aquam præscribere possint? Et ex quibus quis dicatur usus fuisse aqua jure familiaritatis, vel servitutis. Temporis antiquitas, & publica utilitas quid operetur in materia derivationis aquarum. De concessione aquæ pluribus facta. Et de constructione molendini. De aqua turbida ad impinguanda prædia. De deductione aquæ per vias publicas, & de ponticellis. De clausula *Cum aquis, & aquarum decursibus.* De fossis, & excavationibus. De remediis possessoriis pro aquis, & aquarum decursibus introductis: Et quod illis non obstantibus liceat pro illis intentare remedium summariissimi possessorii. In quibus casibus necessaria sit tituli productio, super possessorio aquarum. Possessio quando privativè, vel cumulativè pro aquis adjudicanda. Præscriptio juris irrigandi, vel juris ducendi aquam, quod tempus, & quas probationes requirat: Et alia multa circa materiam aquarum, & derivationis ipsarum.

SVMMARIVM.

1 *Quando aqua fundum alicujus est ingressa, ipse efficitur dominus aquæ, & de ea ad libitum disponere potest.*
2 *Hoc procedit, sive aqua deducatur ex flumine publico, sive ex prædio, aut loco privato.*
3 *Alveus qui sit ad latus fluminis publici, privatus est, non publicus.*
4 *Aqua ad flumen publicum reversa, efficitur publica per commixtionem.*
5 *Nemo jus aquæ ducendæ præscribere potest, nisi doceat se illa usum fuisse jure servitutis, non autem jure familiaritatis.*
6 *Aquæ possessio non procedit, nisi scientia adversarii probetur.*
7 *Scientia colonorum in materia ductus aquæ, non præjudicat domino.*
8 *Jure servitutis aquam possidere dicitur, qui illam deducit opere manu facto; si tale opus factum fuerit in prædio illius contra quem prætenditur possessio.*
9 *In materia aquarum attendenda est consuetudo, & temporis antiquitas. Intellige ut n.*10. *ut procedat, quando inferior præscripsit jus aquæ ducendæ.*
11 *Quando agitur de publica utilitate, non potest impediri aquarum derivatio.*
12 *Concessio aquæ facta à Principe, intelligitur sine præjudicio jurium tertii. Intellige ut num.*13. *quando jus tertio est quæsitum ante concessionem.*
14 *Si aqua duobus sufficere potest, prima concessio non impedit, quin aqua alteri etiam concedatur.*
15 *Aqua dicitur sufficere duobus, quando illius usus dividi potest per tempora.*
16 *Quamvis aqua duobus sufficere possit; si tamen ex restagnatione fiat præiudicium molendino superiori, non subsistit secunda concessio.*
17 *Aquam turbidam ad impinguanda prædia, nemo accipere prohibetur.*
18 *Concessio aquæ generaliter facta, intelligenda est de ea, quæ supererat, deducto usu publico.*
19 *Concessio aquæ per Principem facta, nulla est, si ex ea oriatur publicum incommodum.*
20 *Aqua ad publicos fontes destinata, non potest pro hortorum deliciis per meatus subterraneos diverti.*
21 *Aquam nemo per vias publicas sine speciali Principis licentia deducere potest.*
22 *Viæ publicæ sunt de Regalibus.*
23 *Ponticellus super via publica sine Principis licentia fieri nequit.*
24 *Clausula, cum aquis, & aquarum decursibus, in investitura quid operetur.*
25 *Excavationes in proprio facere licèt, dummodo non ad æmulationem.*
26 *Opus in proprio facere licet, quamvis vicino noceat.*
27 *Aquam ad meum prædium cuniculo, vel fovea deducere possum.*
28 *Venas aquæ in suo prædio quilibet incidere potest.*
29 *Puteum in meo possum aperire, licèt puteus vicini exaresçat.*
30 *Solitum aquæ cursum possum impedire per opus factum in meo prædio, si nulla servitus sit constituta.*
31 *Qui est dominus fundi, est quoque dominus aquæ.*
32 *Pro aquis, & fontibus dantur interdicta possessoria.*
33 *Pro aquis datur interdictum de aqua quotidiana & æstiva.*
34 *Quod interdictum admixtam habet causam proprietatis; ideo appellationem admittit, licèt quidam id non admittant.*
35 *Interdictum de corrivalibus requirit tituli productionem.*

36 *Maximè quando uterque habet conceſſionem à Principe.*
37 *Pro aquis & fontibus competit etiam ſummariiſſimi poſſeſſorii remedium.*
38 *Titulus producendus eſt, quando duo contendunt poſſidere ex conceſſione Principis.*
39 *Item dum agitur de prætendente in re aliena uſumfructum.*
40 *Vel ſi conſtet de dominio prædii ſervientis.*
41 *Si duo conjunctim aquam poſſident, unius poſſeſſio alteri ſuffragatur.*
42 *Manutentio aquæ in dubio cumulativè concedenda.*
43 *Poſſeſſio privativè conceſſa, ſi de illa qualitate non conſtet, dicitur ſpoliativa.*
44 *Quid ſit probandum ad obtinendam poſſeſſionem privativam.*
45 *Servitus irrigandi eſt diſcontinua.*
46 *Servitus diſcontinua ſolo tempore immemoriali præſcribitur.*
47 *Contrariam ſententiam multi amplectuntur, ſed à concluſione non eſt recedendum, n.48.*
49 *Contraria ſententia quomodò procedat, & quid in tali præſcriptione ſit probandum, numero 50. & 51.*
52 *Servitus aquæductus, quæ eſt continua, præſcribitur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes.*

Variæ ſæpenumero in frequenti & utili aquarum materia, occurrunt difficultates, quas ſequentibus concluſionibus exponere, non abs re futurum eſſe exiſtimavi.

1 Prima ergo ſit Concluſio. Poſtquam aqua in alicujus fundum eſt ingreſſa, dominus illius fundi efficitur dominus aquæ; & eam alteri vendere, donare, & ad libitum concedere poteſt, etiamſi ex tali conceſſione oriatur damnum, aut præjudicium illorum, qui inferiora prædia poſſident. Hæc concluſio eſt Theſauri *deciſ.* 245. Vivii *deciſ.* 411. *num.* 5. & *ſeq.* Dec. *conſ.* 243. *num.* 2. & 3. Cancerii *lib.* 3. *var. reſol. c.* 4. *n.* 240. Novarii *quæſt. forenſ. part.* 1. *q.* 87. *per tot.* Surdi *deciſ.* 9. *n.* 11. Barboſ. *in* 2. *part. l.* 2. *in princip. num.* 41. *ff. ſolut. matrim.*

2 Ampliatur ut procedat, ſive aqua deducatur ad fundum proprium alicujus ex flumine publico, ſive ex privato. Bertrand. *conſ.* 351. *num.* 3. *volum.* 2 *part.* 1. Vbi ad hoc allegat Bart. Bald. Alex. & Iaſon. Item Boër. *deciſ.* 352. *num.* 5. Bart. *in l. quominus, num.* 22. Rip. *num.* 83. Iaſ. *num.* 88. *ff. de fluminib.* Dec. *d. conſil.* 243. Hering *de molend. quæſt.* 19. *de cluſarum ædificatione, num.* 13. qui ad hoc allegat etiam *Veſembec. conſ.* 197. *numero* 26. 27. & 31. Ruyn. *conſil.* 96. *numero* 4. qui
3 *eodem conſilio, numero* 1. † docet alueum qui ſit ad latus fluminis publici, & per quod ducitur aqua, eſſe locum privatum, ſi talis aqua decurrat per loca privatorum.

4 Secunda Concluſio. Poſtquam aqua privata ex molendino, aut alueo alicujus privati proveniens, reverſa eſt ad flumen publicum, jam non ampliùs privata eſt, ſed efficitur publica, per commixtionem cum aqua fluminis publici. Ratio eſt, quia non inſpicitur in aquarum ductu principium aquæ, ſed aluei & meatus unde emanat: ita docet Maſcard. poſt Bald. & Pariſ. *in tract. de probat. concluſ.* 123. aquam eſſe propriam, *n.* 9. & 10.

5 Tertia Concluſio. Dominus prædiorum inferiorum non poteſt præſcribere aquam, ſeu potiùs ejus uſum, niſi doceat ſe illâ uſum fuiſſe jure ſervitutis, etiamſi per mille annos aquâ uſus fuiſſet. Probatur in *l. proculus* 26. *cum l. ſequenti, & in l. fluminum* 24. §. *fin. ff. de damno infect.* Rot. *diverſ. deciſ.* 164. *num.* 1 *par.* 2. Morot. *reſponſ.* 8. *n.* 3.

Ampliatur ut non ſolùm ſufficiat ad præſcriptionem uſus aquæ fundandam probare, quod illam poſſidens fuerit uſus aquâ jure proprio, & jure ſervitutis, non autem jure familiaritatis: ſed etiam probandum ſit id factum fuiſſe ſciente & patiente domino fundi ſuperioris. Rot. *dict. deciſ.* 164. *n.* 3. 6

Adeo ut non ſufficiat ſcientia colonorum, Mart. *conſ.* 124. *n.* 24. & 25. poſt Baib. *in tract. de præſcript.* 2. *part.* 4. *partis princip. q.* 1. *n.* 12. *verſ. & nota quod ſcientia, & patientia conductoris.* 7

Quarta Concluſio. Ad probandum quod quis uſus fuerit aquâ jure ſervitutis, non ſufficit probare quod aquam ad propria prædia deduxerit opere manufacto; ſed præterea probandum eſt, quod tale opus manufactum fuerit intra propria illius prædia, contra quem prætenditur jus ſervitutis. Rot. *diverſ. d. deciſ.* 164. *n.* 2. *part.* 2. Cepol. *de ſervit. ruſtic. prædior. c.* 4. *de aquæduct. n.* 56. & 58. Cyriac. *lib.* 2. *controverſ.* 310. *n.* 160. qui id bene explicat, rationem reddens, quia ſuperioris prædii dominus non poteſt impedire poſſeſſores prædiorum inferiorum, ne faciant canales in ſuo ad libitum; ſed ſi facerent canale aut ſimile opus manufactum in loco, in quo dominus prædii poteſt prohibere, tunc ſi dominus prædii ſciens, id pateretur fieri, tale opus & deductio aquæ in conſequentiam facta, diceretur fieri jure ſervitutis. 8

Quinta Concluſio. Quamvis generalis ſit regula, in materia aquarum attendendam eſſe temporis antiquitatem, & aquam à ſolito & antiquo curſu diverti non poſſe, ut per Surd. poſt alios *conſilio* 447. *num.* 11. 9

Tamen regula illa intelligenda eſt, ut locum habeat quando inferior præſcripſit jus aquam ducendi jure proprio: ſecùs eſt, quando inferior nullam ſervitutem aquam ducendi acquiſivit; hoc enim caſu non ſufficit aquam ad inferiora prædia per longiſſimi temporis ſpatium fuiſſe deductam; quia cenſetur deducta potiùs jure facultatis, quàm jure proprio, ſeu jure ſervitutis. Surd. *d. conſ.* 447. *n.* 12. ubi dicit contrariam Cumani ſententiam procedere, quando alii non eſt quæſita ſervitus aquam ducendi: & ad hoc allegat Rimin. Iun. *lib.* 1. *conſ.* 86. *n.* 16. ubi dicit doctrinam illam Cumani *in l.* 2. §. *penult. ff. de aqua pluvia arcend.* eſſe intelligendam ut procedat quando avertens aquam non debet ſervitutem; tunc enim poteſt aquam divertere. Ejuſdem ſententiæ eſt Barboſ. *in* 2. *part. l.* 2 *ff. ſolut. matr. n.* 41. ubi refert & ſequitur Riminald. *dict. conſ.* 86. 10

Sexta Concluſio. Si agatur de publica utilitate, veluti de conſtruendo molendino, ad uſum totius Univerſitatis, & particularium ipſius, neceſſariò tunc dominus prædii ſuperioris non poteſt impedire derivationem aquarum, ut publicis uſibus inſerviat, & ut neceſſitati Reipublicæ conſulatur: Theſaur. Iun. poſt Riminal. ſen. quem ipſe allegat *in addit.* 1. *ad deciſ.* Patris 245. Cancer. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 4. *num.* 244. *verſic. videndus etiam.* Franciſc. Marc. *deciſione* 111. *numero* 12. *part.* 2. Cavalcan. *deciſ.* 5. *numero* 49. *part.* 5. 11

Septima Concluſio, Quamvis verum ſit conceſſionem alicui à Principe facultatis aquam ducendi factam, intelligendam eſſe ſine præjudicio juris tertii, *l.* 2. §. *merito, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco public.* Ruynus *conſilio* 98. *num.* 13. 14. & 15. *volumine* 4. 12

Tamen hoc intelligendū eſt de tertio qui habet jus anterius, nempe acquiſitum ante conceſſionem; quia juri jam tertio quæſito Superior concedens derogaſſe non 13

non censetur : secus est in eo qui jus posterius acquisivit,cui anterior concessio derogare potuit,& derogavit. Surd. *consil.*321.*num.*6. Cyriac. Niger *controvers.*310.*num.*9.Cepola *dicto cap.de servit. aquæduct. num.*23. *versic. & propterea.*

14 Octava Conclusio præcedentis declaratoria est: Quod prima concessio alicui per Principem, aut alium ad id potestatem habentem facta, facultatis & juris aquam derivandi & ducendi, non impedit quominus eadem aqua alteri concedi possit,si talis aqua sit sufficiens ad usum utriusque; hoc est illius qui primam, & ejus qui secundam concessionem obtinuit. Ita Menoch.*remed.*6.*retinend.possess.num.*111.*&* 112.*& sequentib.*Bertrand.*consil.*243.*num.*5.*volum.*3. *part.*2.per text.*in l. in concedendo,*& *in l.Lucio,* cũ *ibi* notatis,*ff. de aqua quotid.& æstiu.* Et hoc etiam procedit, quando aqua utrique sufficere potest, illam dividendo per tempora, veluti si agatur de aqua destinata ad irrigationem pratorum, qua non indiget is, cui facta est concessio, nisi certis hebdomadæ, vel mensis diebus.Cavaler.*decis.*7.*num.*3.Surd.*consil.*130. *num.*15.

15 Sed hoc ita intelligendum est, ut in simplici aquæ cessione locum habeat : verùm si inferioris loci dominus molendinum in eo constructe velit, quamvis aqua utrique, tam superiori,quàm inferiori molendino sufficere possit, non tamen concessio ad effectum molendini poterit suffragari,si ex ea cursus aquæ impediatur, & inde efficiatur,ut propter aquæ restagnationem damnum fiat, & impedimentum oriatur in

16 præjudicium usus superioris molendini. † Non dico, ex eo quod minor sit in superiori molentium concursus; sed ex eo quod illius usus per aquæ restagnationem impediatur : Ita fuit decisum in Cod. Fabrian.*lib.*3.*titul.*24.*de servit.& aqu.definit.*5. Quod fusiùs explicat Practic. Papiens. *in titul. de actione confess. in verb. servitus aquæductus, num.*7. *& sequentib.* ubi multas circa molendina quæstiones decidit.

17 Nona Conclusio. Quando agitur de aqua turbida & tumescente,ad irriganda privatorum prædia destinata, quam certissimum est tempore inundationum omnibus plusquam sufficientem esse, nemo potest impediri,quin eâ utatur ad impinguanda propria prædia,quia nemini fit præjudicium, & agitur de publica utilitate, cùm interest Reipublicæ prædia esse fœcundiora, prout decisum refert Riccius *collect.*3697. *versic. limita secundò.*

18 Et concessio aquæ generaliter facta intelligitur de ea quæ supereset,deducto usu publico, *l.*1.*C. de mancip.& colon.lib.*11. Surd.*decis.*321.*num.*46.*&* 47. & in divisione aquarum major utilitas prævalere debet minori, *l.*1.§. *plerunque, &* §. *plerosque, ff. ne quid in flum.public.*Thesaur.*dicta decis.*246.*num.*7.& *ibi* Addent.Amendol.ad Vincent. de Franch. *decis.*183.*n.*5. Francisc. Marc. *decis.*589. *num.*15. *part.*1. cum aliis suprà citatis.

19 Immò concessio aquæ alicui privato facta per Principem,nulla est, si fiat cum publico incommodo,*leg. servitutes* 14.§. *publico loco, ff.de servit.l.quominus, ff. de flumin.*ibi,*si modò ea aqua in usu publico non erit:*& *tot.tit. Cod.de aquæductib. lib.*11. Ias. *in dicta l.quo-*

20 *minus, num.*20. † Maximè si aqua ad publicos fontes destinata per subterraneos meatus pro hortorum deliciis traheretur, quod prohibitum est sub pœna 10. librarum auri, & sub aliis gravissimis pœnis, *l. fin. Cod. de aquæductib. lib.*11. juncta *leg.* 4. *eod. titul.*

21 Decima Conclusio. Concessio aquæ per Superiorem facta, nemini suffragatur ad effectum ut deduci possit per vias publicas, nisi specialis de hoc fiat in concessione mentio, & reservato interesse & utilitate publica : text. est in *dicta l.servitutes* 1.§. *public. ff. de servit.* per quem text. ita tenet Ias. *in dicta l. quominus,num.*20.*ff.de flumin.* Aretin. *consil.*30. *num.*5. per text.*in l.hoc jure,* §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiu.* & *in l.*1.§ *permittitur ff. eod. tit.* † (viæ 22 enim publicæ sunt de Regalibus. Cepol. *de servit. rustic. cap.*3. *quæst.*7. *num.*17. 24. 25.) † præsertim 23 sine ponticello, quod etiam fieri non potest sine licentia Principis. Bart. *dicta l.quominus* 24. Rip.*n.*90. *& sequentib.*

Vndecima Conclusio. Concessio alicui facta cum 24 clausula ista,*cum aquis,& aquarum decurrentibus,*soli concedenti,non autem tertio præjudicat.Cravet.*consil.*54.*n.*9.*versic.in hoc tamen non facio,* & *in respons. pro genero,n.*431. Roland.*consil.*82.*num.*17.*volum.*2. Cancer.*lib.*3.*variar.resol.cap.*4.*n.*62. & talis concessio non comprehendit aquas privatas. Capiblanc. *de jure Baron. pragmat.*8. *part.*2. *n.*28.

Duodecima Conclusio. Licitum est cuilibet in 25 proprio fundo fossas vel excavationes, aut aliud opus facere; quamvis ex tali opere vicino damnum inferatur, aut aqua à solito cursu divertatur, dummodo id non fiat ad æmulationem.

Probatur primò per text. in *l. Proculus* 26. *ff. de* 26 *damno infect.* ubi dicitur licere cuilibet in proprio fundo opus sibi benevisum facere,etiamsi ex tali opere vicinus damnum sentiat. † Et ideo licitum est in 27 vicino meo agro, cuniculo, vel fovea aquam meam avocare, quia non debet videri damnum facere, qui vicinum prohibet uti eo veluti lucro,quo adhuc utebatur.

Secundò probatur in *l.si in meo fundo* 21.*ff.de aqua* 28 *pluvia arcen.* ubi dicitur, quod si in meo fundo aqua erumpat, quæ ex tuo fundo venas habet, si eas venas incideris, & ob id desierit aqua ad me pervenire; tu non videris vim fecisse, si nulla servitus eo nomine mihi debita fuerit.

Tertiò ex *l fluminum,*§.*final.ff.de damno infecto,*ubi 29 dicitur, quod si in domo mea puteum aperio, quo aperto, venæ putei tui præcisæ sunt; non tenear de damno infecto, neque enim existimari debet operis mei vitio damnum tibi dari in ea re, in qua jure meo usus sum.

Quartò ex iis quæ tradit Cravet. *in tract.de antiq.* 30 *temp.part.*4.*cap.ult.num.*39.ubi dicit,quod licèt aqua scaturiens in fundo meo fluxerit per longum tempus ad fundum tuum; non tamen jure servitutis, possum præscindere venas illius in fundo meo, & solitum cursum impedire. Idem tenet Gail.*lib.*2.*observat.*69. *num.*12. Cavalc.*decis.*23.*num.*113. Vivius *decis.*411. *lib.*3. ubi dicit † eum, qui est dominus fundi, esse 31 etiam dominum aquæ,*l.aquam,Cod.de servit. & aqu.* & non cogi de ea gratiam facere,illámque posse à solito cursu divertere.

Decimatertia Conclusio.Interdictum possessorium 32 competit pro usu aquarum, & quasi possessione juris aquandi,aquæductus,fontis,& venæ.Fontan. *de pact. nuptial.claus.*7.*glos.*3.*part.*10.*num.*44.*tom.*2. Piot. *de in litem jurand.*§.3.*num.*29.*&* 33.Rota apud postium *decis.*213. *num.*1. Idem alios referens *observat.*10. *num.*50.

Decimaquarta Conclusio. Proditum est hoc casu 33 particulare remedium ex interdicto de aqua quotidiana & æstiva, quod dicitur habere admixtam causam proprietatis;cùm in eo necesse sit,ut ille qui prætendit possessionem,non solùm probet bonam fidem, sed etiam justũ titulũ exhibeat. Menoch. *remed.*6.*ret. possess.n.*11.† Et ideo tale interdictũ propter mixtionẽ

illam cauſæ proprietatis, admittit appellationem,tam quoad effectum ſuſpenſivum, quàm quoad effectum devolutivum, ex eodem Menoch.*d. remed.*6.*n.*164. Cujus tamen opinionem non eſſe tutam dicit Sigiſmund. Scacc. *de appellat. quæſt.*17. *limit.*6. *memb.*5. *num.*6.

35 Idem dicendum eſt ſi intentatum fuerit interdictũ de corrivalibus, quod admixtam ſimiliter habet proprietatis cauſam, & interdictum duplex nuncupatur: *l.*1.*§. ſi inter rivales.ff.de aqua quotid.& æſtiu.& in l.*

36 *Lucio, ff. eod. tit.* & utrobique Bart. & Angel. † Vbi ponitur exemplum de duobus invicem de aqua contendentibus,quorum uterque ſuam habet à Principe aquæ conceſſionem; tunc enim neceſſe eſt,ut de validitate cognoſcatur. Ruyn. *conſ.*230.*n.*13.*vol.*1.

37 Decima quinta Concluſio.Quamvis pro aquæ ſervitute prodita ſint remedia illa particularia ex interdictis poſſeſſoriis, quæ dicuntur remedia ordinaria; non tamen propterea impeditur actor intentare remedium poſſeſſorii ſummariiſſimi,ad hoc ut in ſtatu ſuæ poſſeſſionis manuteneatur interim, lite pendente:& de differentia utriuſque remedii,& quod unum ab alio non impediatur, optimè Monach. *deciſ. Bonon.*36.*per totam.* Qui licèt loquatur de ſimili interdicto de itinere, actúque privato; tamen idem dicendum eſt de iſtis interdictis,quæ ratione ductus aquarum prodita ſunt,ut poſt Rotam Bononienſem oſtendit Poſtius *in tract.de manutent.obſervat.*10.*num.*49. *novæ impreſſionis,*& tradit (quamvis non ſic explicet) Fontanel. *de pact.nuptial. claus.*7. *gloſſ.*3. *parte* 10. *num.*44. Plot.*de in litem jurand.* §.3 *num.*29. *&* 33. Rot. apud Poſtium *deciſ.*213. *numero* 1. Seraph. *deciſ.*971.

38 Hæc tamen concluſio non procedit in certis caſibus,in quibus nemo poteſt obtinere,niſi probet ſuum titulum. Primò ſi agatur de duobus, qui habent ambo conceſſionem Principis; tunc enim neceſſariò de titulo agendum eſt. Mareſcot.*lib.*1.*variar.reſol.c.*11. *n.*47. *&* 48.Poſt.*de manuten.obſervat.*44.*n.*62. & ſuprà diximus *num.*35.

39 Secundò, ſi agatur de prætendente uſumfructum in re aliena;hic enim titulum oſtendere & producere debet, quia uſusfructus pars eſt dominii, *l.*4.*ff.de uſufruct.*Franc.*in c.*1.*n.*11.*de præſcript.in* 6.Mareſcot. *d.c.*11. *n.*46. *verſ. limita.*

40 Tertiò, quando agitur contra proprietarium prædii ſervientis, de cujus proprietate & dominio conſtat:nam ſi de ejus dominio non conſtaret,danda eſſet manutentio poſſeſſori,etiam non docto de titulo ſuæ poſſeſſionis. Mareſc. *d.c.*11.*n.*51.

41 Cæterùm, prima limitatio non procedit, quando duo illi qui à Principe conceſſionem obtinuerunt, communiter poſſident;tunc enim ad effectum manutentionis non eſt opus producere titulum; cùm hoc caſu poſſeſſio unius ſuffragetur alteri, nec unus cenſeatur poſſediſſe animo conſortem ſua poſſeſſione privandi. Mareſcot.*d.cap.*11.*num.*49. *&* 50. Poſtius *d. obſervat.*44. *num.*63. & tradit Rot. apud Seraph. *deciſ.*971.

42 Decimaſexta Concluſio. Manutentio in jure ducendi aquam,probatâ ſimpliciter poſſeſſione, concedenda eſt cumulativè, non autem privativè, hoc eſt ut quis aquam ducere poſſit,non ut alium prohibere queat,dum utrique aqua ſufficiens eſt. Seraph.*deciſione* 339.*num.*2. † Et ſi poſſeſſio daretur privativè, di-

43 44 ceretur ſpoliativa.Idem *deciſ.*7.*num.*1.† Quia ad acquirendam quaſi poſſeſſionem privativam, oportet præceſſiſſe prohibitionem,& prohibitum illi acquieviſſe.Ludoviſ.*deciſ.*472.*n.*1.& 493.*num.*1. & *ibi* Addent. Poſtius *de manutent. obſervat.*73.*n.*29. Et hanc duplicem aquarum poſſeſſionem agnovit Rot. *deciſione* 734.*n.*2.*verſ.& rebus ſic ſtantib.part.*2.*recent.*& magis deciſivè *deciſ.*150.*n.*3. *par.*1.*recent.* Surd. *conſilio* 130.*n.*18. Coſta *de facti ſcient.centur.*2.*diſtinct.*1. *num.*52.

Decimaſeptima Concluſio. Servitus juris irriganди, cùm requirat factum hominis, nec continuè fiat, ſed ſtatis & interpolatis anni temporibus, dicitur continua,ex traditis per Guid.Pap.*deciſ.*573.*num.*3.& *ibi* Addent. *litera A.* Practic. Papienſ.*in tit.de action. confeſſor.in verb.ſervitus aquæductus,num.*20.† Vnde non poteſt præſcribi,niſi ſpatio temporis, cujus initii memoria non extet.Papienſ.*ibidem, verſic.aut ſervitus habet.* Mynſing. *centur.*4.*obſervat.*53. Guid. Pap. *d. deciſ.*573. Cujac.*ad l.ſequitur, §.libertatem, ff.de uſucap.* Cavalc.*lib.*5.*deciſ.*3.*n.*5. Vincent. de Franch. *deciſ.*183. *num.*13. Theſaur. Iun.*lib.*2.*quæſt.forenſ.*27. *num.*36. 45

Sed tamen hîc ſubſiſtendum eſt; nam multi DD. contrariam ſequuntur opinionem, exiſtimantes non eſſe conſtituendam differentiam inter continuas & diſcontinuas ſervitutes; ſed omnes ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes præſcribi, ut multis rationibus comprobat Fachin. *controverſ. quæſt.juris lib.*8.*c.*22. Zanger. *in tract.de excep.part.*3.*c.*10.*n.*178.*& ſeq.* ubi hanc dicit veriorem ſententiam, licèt contraria communibus calculis frequentata ſit,& in foro recepta. Berlich.*comm.concluſ.part.*2. *concluſ.*6. *n.*12. 47

Verùm à communi ſententia non eſt recedendum, quamvis contraria in puncto juris fortè ſit verior:ſed diſtinctio illa inter continuas, & diſcontinuas ſervitutes factum hominis requirentes,veluti viæ, itineris, actus, juris irrigandi,& ſimiles,receptior eſt: ut colligitur ex Doctoribus citatis apud Berlich.*d.concluſ.* 6.*n.*11. & apud Rot.*deciſ.*101.*n.*5. *partis* 4. *recent. tom.*2.quos hîc non tranſcribo.Gratian.*diſcept.forenſ.* 681.*num.*36. 48

Cæterùm, ſi quis contrariam ſententiam amplecti vellet, nempe ſufficere decem annos, vel viginti,in præſcribendis tam continuis,quàm diſcontinuis ſervitutibus, deberet allegare aliquem titulum in principio litis certitudinariè, à quo, vel à quibus fuerit habitus, & quod uſus fuerit ſervitute, tanquam ex titulo allegato, ſciente & patiente adverſario. Gratian. *d. diſcept.*681.*num.*39. *&* 40. Rot.*deciſ.*101.*num.*9. *&* 10.*part.*4.*recent. tom.*2. † Conſtare itaque debet de continua poſſeſſione, durante toto illo tempore; ita ut teſtes deponere debeant de uſu per illud tempus,& quod talis uſus factus fuerit,non jure familiaritatis,ſed jure ſervitutis; cum bona fide, & juſto titulo. Menoch. *conſilio* 447.*à numero* 19.*uſque ad* 35. Gratian.*loc.citat.num.*41. † Debet etiam probari per teſtes deponentes in his cauſis de initio poſſeſſionis, certo tempore,& de annis inchoatis tali tempore, & finitis tali. Gratian. id explicans *ubi ſup. n.*45. cum pluribus per eum citatis. Pract. Papienſ.*in d.tit. de confeſſoria,in verb.ſervitus aquæductus,numero* 20. *in fin.* 49 50 51

Decimaoctava Concluſio. Servitus aquæductus, cùm cauſam habeat continuam, inducitur præſcriptione decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes.Bart.*in l.*1.*§ denique,num.*3.*ff.de aqua pluvia arcend.* Rimin.Iun.*conſ.*86.*n.*1.cum aliis citatis per Cyriac. *controv.*179.*n.*4. *&* 5. 52

CAPVT

CAPVT XLIX.

Cedens nomen vel reditum annuum jam constitutum, quamvis evictionem promiserit, tenetur tantùm præstare veritatem nominis, non autem quod debitor cessus sit idoneus facultatibus, maximè si cessio per viam simplicis assignationis creditori facilioris solutionis gratiâ facta fuerit; secùs si per viam dationis in solutum, interveniente quitancia, & liberatione per creditorem facta in favorem debitoris cedētis; nisi liberatio facta fuerit cum clausula, *Et moyennant ledit Bail en payement, &c.* Quid si creditor, seu cessionarius ignoravit insufficientiam debitoris cessi; aut uterque, nempe cedens ac cessionarius, essent in probabili ignorantia? Vtrùm in hoc sit aliquid speciale favore dotis. Quæ sit vis clausularum, *d'Eviction de droit, & de fait; Garantir, fournir, & faire valoir; Prendre à soy, fournir, & faire valoir tant en principal qu'arrerages.* Item *d'estre de bon & exigible debte, faire avoir & tenir; faire jouyr paisiblement & perpetuellement; de present & à l'avenir, maintenir exigeable.* Quando & quas diligentias facere teneatur cessionarius adversùs debitorem cessum. Quid si cessionarius fuerit in culpa, aut impedimentum intervenerit ob factum Principis.

SVMMARIVM.

1 *Quamvis cedens nomen debitoris promiserit evictionem cessionario, non tamen tenetur de idoneitate, & sufficientia debitoris cessi, sed sufficit quod præstet veritatem nominis cessi.*

2 *Ampliatur etiamsi cessio facta fuerit cum clausulis ampliſsimis, non excedentibus metas evictionis, & num. 5.*

3 *Si agatur de simplici assignatione vel indicatione, totum nominis cessi periculum spectat ad cedentem.*

4 *Quando cessio dicatur facta per viam simplicis assignationis, & quando per viam solutionis, seu dationis in solutum.*

6 *Liberatio facta creditori cum clausula,* & moyennant ce a quitté, &c. *quem effectum producat.*

7 *Clausula,* moyennant ce, &c. *quid operetur, sive per viam conditionis, sive per viam modi adjecta dicatur.*

8 *Ob modum non adimpletum, quæ actio competat contra non adimplentem, vel ejus hæredem.*

9 *Datur cessionario actio in factum contra cedentem non adimplentem quod promisit.*

10 *Cedens tenetur de bonitate hypothecarum & sufficientia debitoris cessi, habito respectu ad tempus cessionis; quamvis id non esset expressè promissum.*

11 *Hoc procedit si cessionarius ignorabat insufficientiam debitoris cessi; secus si sciviſset illum non esse solvendo.*

12 *Intellige dummodo ignorantia cessionarii fuerit probabilis.*

13 *Probabilis ignorantia suffragatur cessionario, quanvis etiam cedens ignoraſſet insufficientiam debitoris cessi, tempore cessionis.*

14 *Si cessio facta fuerit pro dote, ignorantia, quanvis culposa, suffragatur cessionario, favore dotis.*

15 *Lex nullam in dote captionem admittit, nec unum ex conjugibus cum damno alterius locupletari patitur.*

16 *Promittens evictionem nominis cessi, tam de jure quàm de facto, tenetur de insufficientia debitoris cessi.*

17 *Reditus annuus an possit minori pretio emi, quando illius evictio tam de jure quàm de facto promissa fuit.*

18 *Dictio,* garantir, *utrùm impedimenta, tam juris quam facti comprehendat.*

19 *Concluditur dictionem,* garantir, *sola juris impedimenta continere.*

20 *Quid si dictum fuerit,* garantir de tous troubles & empeschemens.

21 *Quid importet clausula Gallica,* fournir & faire valoir.

22 *Quid inferat clausula,* Prendre à soy, *in instrumento cessionis apposita.*

23 *Quid clausula,* fournir & faire valoir tant en principal qu'arrerages.

24 *Quid si addatur clausula,* tant & si longuement que la rente aura cours.

25 *Clausula,* d'estre de bon & exigible debte, *quid importet.*

26 *Promissio exigibilitatis quando impleta dicatur.*

27 *Qui promisit exigibilitatem nominis, tenetur, si debitor cessus obtinuerit à Principe salvumconductum.*

28 *Bonum nomen promittere minus est, quàm si promittatur exigibile.*

29 *Promittens nomen bonum, intelligitur promittere bonitatem tempore cessionis tantùm, non in futurum.*

30 *Fallit nisi adjecta fuerint verba tempus futurum denotantia, veluti si promissum fuerit manutenere nomen bonum.*

31 *Dictio,* manutenere, *respicit tam sortem, quàm fructus futuros.*

32 *Clausula,* faire avoir & tenir, *quid importet.*

33 *Promissio faciendi habere & tenere, tribus modis fieri potest, qui ibidem exponuntur.*

34 *Servus potest sibi stipulari habere, & tenere, quia facti incapax non est.*

35 *Stipulatio habere & possidere licere, valde differt à promissione habere licere, vel habere & tenere, & quid operetur.*

36 *Habere & tenere stipulatio, ad obligationem facti refertur.*

37 *Verba,* habere & possidere, *à contrahentibus prolata, ad jus referuntur.*

38 *Sed si à testibus proferantur, vel à statuentibus, referuntur ad factum.*

39 *Verba promissionis,* de faire paisiblement jouyr, *referenda sunt ad factum.*

40 *Promissio,* d'estre de bon & exigible debte, *quid importet.*

41 *Exigibilitas promissa cum verbis tractum temporis importantibus, censetur promissa pro aliquot annis, sed non in perpetuum, ex mente Rotæ.*

42 *Hæc tamen decisio in dubium revocatur.*

43 *Si promissioni exigibilitatis adjecta fuerint verba*

perpetuitatem denotantia, cedens tenetur illam præſtare abſque præfinitione temporis.

44 *Non obſtante promiſſione bonitatis, ceſſionarius tenetur facere ſuas diligentias.*

45 *Ampliatur ut procedat etiam ſtante clauſula*, de fournir & faire valoir, *vel etiam*, de prendre à ſoy.

46 *Tenetur creditor cui ceſſio facta eſt, facere diligentias uſque ad bonorum debitoris ceſſi ſubhaſtationem.*

47 *Item tenetur denunciare cedenti, ut veniat ad defendendum.*

48 *Limita, niſi in inſtrumento onus denunciationis fuerit remiſſum.*

49 *Quando ceſſionarius agit actione ceſſa, non eſt neceſſaria denunciatio.*

50 *Diligentias nemo tenetur facere, quando conſtat quod ſi eas feciſſet, fuiſſent inutiles.*

51 *Limitatur etiam quod dictum eſt de diligentiis, ut non procedat ſi nominis exigibilitas fuerit promiſſa.*

52 *Si ceſſionarius nominis fuerit in culpa, propter quam debitor ceſſus factus eſt minus idoneus, ipſi imputandum eſt.*

53 *Evictio ceſſat quando emptor fuit in culpa.*

54 *Evictio ceſſat propter cauſam ſupervenientem poſt contractum.*

55 *Diſpoſitio* legis Lucius, ff. de evict. *non procedit in eo, qui ab ipſo principe ius habet, & num.56.*

56 *Quando agitur de edicto Principis facto ex mera, & abſoluta illius poteſtate, non eſt locus evictioni; quia tunc inter caſus fortuitos numeratur.*

FRequentiſſima eſt ceſſionis nominis materia, & hiſce partibus ſæpiùs agitata, præſertim ratione annuorum redituum, qui vel ex Regis edicto reducti ſunt, aut diminuti, vel ex debitorum impotentia inutiles redditi: qua de cauſa adversùs cedentes fuit actum ad regreſſum, & immunitatem; in qua diverſimodè reſponſum, vel iudicatum fuit, ſecundùm diverſas factorum circunſtantias. Hanc igitur materiam ſequentibus concluſionibus breviter & reſolutivè terminare conabimur.

1 Prima Concluſio. Cedens nomen, quanvis evictionem ſuo ceſſionario promiſerit; non tamen tenetur de bonitate hypothecarum; ſed liberatur, quanvis debitor ceſſus non ſit ſolvendo. Probatur per text. *in l. ſi nomen, ff. de hæred. vel action. vend.* ibi, *locupletem eſſe debitorem non debere præſtari.* Tenetur ergo cedens duntaxat de veritate nominis ceſſi, non autem de exigibilitate illius. Roder. *de ann. redit. lib.2. q.21.* Theſaur.jun. *lib.3.q. forenſ.73.* Gratian. *diſcept.527. n.4.*

2 Ampliatur etiamſi promiſſio evictionis facta eſſet cum clauſulis ampliſſimis, non excedentibus terminos evictionis; quæ omnes ad veritatem nominis, non autem ad illius bonitatem extenduntur, per text. *in d. l. ſi nomen, ff. de hæred. vel action. vendit. & in leg. ſi plus, §. fin. ff. de evict. & in l. pupilli 96. §. ſoror, ff. de ſolut.* Menoch *conſ.778.num.1.* Roder. *de ann. redit. d. lib.2. q.21. num.15. & ſequentib.* Surd. *conſ.441. n.7.* Anton. de Marin. *quotid. reſol. c.42. num.2.*

3 Secunda Concluſio. Si nomen fuerit alicui remiſſum per viam aſſignationis, potiùs quàm per viam ceſſionis, aut donationis in ſolutum; tunc qualecunque interveniat nominis periculum, etiam ex eo quod debitor ceſſus non eſſet ſolvendo tempore ceſſionis, vel ex poſt ad deteriorem fortunam devenerit, pertinet ad cedentem. † Pro cuius 4
concluſionis intelligentia ſupponendum eſt, duobus modis poſſe alicui creditori per ſuum debitorem dari, aut remitti nomen. Primò per viam dationis in ſolutum, per quam fit ut debitor ceſſus acceptetur per creditorem loco pecuniæ numeratæ, & occaſione illius ceſſionis ſuo debitori quitanciam faciat. Secundò per viam aſſignationis, ſeu indicationis pro faciliori ſolutione, & ſatisfactione creditoris, ita tamen ut creditor intendat ſalvas ſibi remanere ſemper actiones contra debitorem cedentem, ſeu aſſignantem, aut indicantem. † Primo caſu, locum obtinent ea quæ diximus in 5
ptima concluſione, limitata & intellecta ſecundùm concluſiones ſequentes. Secundo caſu, totum nominis periculum ſpectat ad cedentem, ſeu aſſignantem, aut facilioris ſolutionis gratiâ indicantem.

Iſta dictio approbatur per Maſtril. *deciſ. Sicil.179. num.12. & ſequentib. & num.19.* Marilian. *deciſ.2. num.8.* Surd. *conſil.22. num.33.* Gratian. *diſcept. forenſ.527. num.3.* Socin. Sen. *conſil.37. num.2. & per tot. vol.4.*

Tertia concluſio. Si nomen creditori remiſſum 6
fuerit per ejus debitorem, & creditor ipſum liberaverit ab obligatione, cum clauſula, *moyennant ce, l'a quitté, &c.* quanvis tunc non per viam ſimplicis aſſignationis, ſed per viam dationis in ſolutùm ceſſio facta fuerit, nihilominus periculum nominis ceſſi ſpectat, aut non ſpectat ad cedentem, ſeu in ſolutum dantem, ſecundùm varietatem caſuum & pactorum juxta ſequentes concluſiones. Et omnia quæ de venditione nominis decidimus, hoc etiam caſu locum habent, & ad illum applicanda ſunt. † Pro- 7
batur, quia verba illa, *moyennant ce*, ſeu *his mediantibus*, important conditionem: ex traditis per Bart. *in leg.1. num.35. de condit. & demonſtrat.* quia ablativi abſoluti conditionem continent, *leg. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtrat.* Pacif. *deciſ.293. num.3.* † Vel ſaltem important modum, & per conſe- 8
quens modo non adimpleto, datur actio contra debitorem, aut ejus hæredem; & ſi excipiatur de ceſſione, replicabitur de dolo non adimplentis conditionem. Grivel. *deciſ. Dolana 111. num.31.* Theſaur. jun. *lib.2. quæſt.88. numero 5.* Neguſant. *de pignor. 5. part. membr. 1. numero 54. & part. 6. membr.2. num.6. verſic. ſed dubitatur.* † Et gene- 9
rale eſt, ut ſi ceſſio hoc caſu non poſſit habere effectum, detur creditori ceſſionario actio in factum ad intereſſe ex contractu. Aſin. *de exequut. §.4.cap.2. num.2.3. & 4. & §.7. cap.290. num.3. & cap.277. num.1.*

Quarta Concluſio. Quamvis nulla facta fuerit 10
promiſſio evictionis, tamen cedens tenetur erga ceſſionarium, ſi debitor ceſſus non erat ſolvendo tempore ceſſionis. Hæc concluſio eſt notabilis, & pauci ad eam advertunt, ſed probatur ex traditis per Gaſpar. Roderic. *de annuis reditib. lib.2. queſt.21. num.22. verſic. ſi autem debitor.* Vincent. de Franch. *deciſ.108. num.3.* Anton. de Marin. *dict. cap.42. num.2.*

Intellige tamen hoc procedere, quando creditor 11
ceſſionem hujus nominis minùs idonei acceptavit ignoranter; ſecùs eſt ſi ſciviſſet debitorem ceſſum non eſſe ſolvendo, ut probatur per text. *in leg. prominittendo 42. §. ſi à debitore, ff. de iur. dot. in verb. ſciens*, argumento à contrario ſenſu, & tenet Bart. *in leg. ſi cùm dotem, §. mulier, & ibi* Alexand.

num.4.

num.4. ff. solut. matrim. Barbos. *in l. æstimatis, n.11. ff. solut. matrim.* † Vbi hoc intelligit, si emptor nominis justam allegaverit causam ignorantiæ. Roder. *dict. q.21. n.22.* Vincent. de Franch. *dict.n.3. & 4.*

12 Costa *de facti scient. lib.1. distinct.44. in fin.* Felician. *de censib. tom.2. lib.2. c.1. n.13. vers. contrarium tamen.* Censius *in tract. de censibus, quæst.72. n.23. conclus.1. in fin. vers. declaratur enim.*

13 Ampliatur dicta conclusio ut procedat, etiamsi cedens aut vendens, seu in solutum dans nomen debitoris, ipse etiam ignoraret inopiam debitoris cessi: quia nihilominus cessionarius propter probabilem ignorantiam haberet regressum contra cedentem: quia cùm debitor non sit solvendo, perinde est ac si nihil illi deberetur: & sic cùm agat de lucro captando, potiùs emptori seu cessionario succurrendum est, qui agit de damno vitando, ut post Alex. *dict. §. si mulier, in l. si cùm dotem, n.4. vers. sed ad hoc,* notavit Barbosa *dict. l. æstimatis 51. n.11. vers. ex quibus infertur, ff. solut. matrim.*

14 Quod autem supra diximus, cessionarium tunc demum agere posse, si minus idoneum acceptaverit debitorem, quando allegat probabilem ignorantiam, in omnibus causis locum habet, præterquam in dote, in qua auditur maritus agere volens contra eum, qui dotis nomine non idoneum debitorem remisit, quamvis culposa fuerit ejus ignorantia: per text. *in dict. leg. promittendo, §. si à debitore, in verb. sciens, ff. de iur.*

15 *dot.* † Ratio specialitatis est, quia in causa dotis nulla captio admittitur, neque toleratur aliquem ex conjugibus cum damno alterius locupletari: quod explicat Barbos. *dict. l. æstimatis, n.11. in fin. & n.12. ff. solut. matrim.*

16 Quinta Conclusio. Quando vendens seu cedens nomen debitoris, promisit evictionem tam de jure quàm de facto, tenetur præstare debitorem non solùm verum, sed etiam idoneum facultatibus, & facilis exactionis, unde de jure impediatur in actione nominis, sive de facto propter insufficientiam debitoris cessi, seu propter impedimentum aliunde proveniens, datur regressus contra cedentem: quia videtur ipse proprio nomine se obligasse, & quasi novũ reditum constituisse in defectum solutionis per debitorem cessum faciendæ. Gasp. Roder. *lib.1. q.8. n.23.* Giurb. *decis.117.*

17 *n.14.* † ubi propterea concludit reditum non posse minoris emi, quando promissio evictionis de jure & de facto in contractu cessionis apposita est, quia emptor nullum periculum potest incurrere. Quod ego non ita generaliter verum intelligo; quia multa contingere aliunde possunt, propter quæ emptor, seu cessionarius periculum incurrere potest: veluti si ipsemet cedens non esset solvendo, aut quid simile.

18 Sed dubitatum fuit, utrùm verbum (*garantir,*) ad molestias seu impedimenta, tam juris quàm facti referri possit? Ad utrumque referte videtur Loyseau *in tract. de la garantie des rentes, cap.3. n.15. & seqq. & num.17.* quia nomen *de garantie*, significat evictionem. Thesaur. *decis.26. n.14.*

19 Contrarium verius est, nempe verbum, *garantir,* simpliciter & sine alio adjecto appositum, solam juris, & non facti evictionem continere; & sic nominis veritatem, non autem bonitatem respicere, ut tenet Castrens. *cons.370. n.2. volum.2.* quem citat Tusch. *lit. C, concl.181. n.6.*

20 Nec quidquam facit in contrarium Loyseau *dict. cap.3. de la garantie des rentes*, cùm non loquatur de simplici dictione, *garantir*, sed cum hac adjectione, *garantir de tous troubles, & empêchemens:* quæ verba ad molestias, & impedimenta, tam juris quàm facti referuntur.

Clausula verò Gallica, quâ vendens seu cedens 21
censum promittit *de fournir, & faire valoir*, referenda est ad evictionem facti, & ad exigibilitatem nominis cessi; quia verbum, *fournir*, significat supplere quidquid deest: verbum autem *faire valoir*, significat præstare, & in se recipere periculum futurum, seu ut gallicè dicitur † *prendre à soy*, ut notat Loyseau *in dict.* 22
tract. de la garantie des rentes, cap.4. n.1. & 11. & clausula illa est majoris efficaciæ, quàm clausula *de faire avoir & tenir*, ut dicit idem Author *cap.4. n.4.* de dicta clausula, Lovet *litera D, n.25. & ibi* Addent. ubi plures alii DD. Galli citantur.

Multò magis operabitur hæc clausula, si addantur 23
illa verba, *fournir & faire valoir, tant en principal que arrerages.* Loyseau *in d. tract. c.5. n.7. & 12.* † 24
Præsertim si addantur hæc verba, *tant & si longuement que la rente aura cours*: ut *d. n.12. & c.6. n.11.* quanquam etiam cessante hac ultima clausula, sola promissio *de fournir & faire valoir*, includat promissionem bonitatis hypothecarum, ut *dict. num.11. in fine, vers. mais quand il n'y auroit.*

Sexta conclusio. Promissio evictionis additâ clau- 25
sulâ *d'estre de bon & exigible debte*, facit ut cedens teneatur de periculo nominis cessi. Scacc. *de commerc. §.2. glos.5. n.254.* post Becc. *cons.105. n.25.* † Quia pro- 26
missio exigibilitatis tunc tantùm dicitur impleta, quando nomen tale est, ut facilè exigi possit. Bart. per illum text. *in l.1. in fin. ff. ad Macedon.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.4. tit.13. n.11.* Cost. *de facti scient. centur.1. distinct.44. n.7. & 8* Roder. *de ann. redit. lib.2. q.21. n.21.* Cens. *de censib. q.72. n.23. in 2. concl. vers. Ampliatur hæc conclusio.* † Neque 27
dicitur nomen exigibile, si non sit facilis exactionis; & ideo si debitor obtinuerit salvumconductum, statim venditor tenetur erga emptorem nominis, aut si aliud superveniat impedimentum, stante promissione exigibilitatis. Rot. Genuens. *decis.156. n.10. vers. ultimo.* Felician. *de censib. tom.2. lib.2. c.1. n.14.* Monach. *decis. Bonon.35. n.3. & 19.* Quia (inquit) non dicitur exigibile quod cũ difficultate exigitur: † & licèt bo- 28
num, & exigibile convertantur; tamen fortior est significatio, si utrumque jungatur promittendo nomen fore bonum & exigibile. Monach. *d. dec.35. n.4. & 5.*

Septima Conclusio. Provisio bonitatis nominis 29
cessi simpliciter facta, intelligitur de bonitate, habito respectu ad tempus cessionis. Cancer. *lib.2. variar. resol. cap.6. de solut. n.176. in antiqua impressione, & 194. in nova*, ita ut si postea debitor cessus fiat non solvendo, periculum pertineat ad cessionarium. Becc. *dict. cons.105. n.26. & 37.*

Dixi de bonitatis promissione simpliciter facta, 30
quia si adjiciantur clausulæ habentes tractum ad tempus futurum, cedens tenebitur, si in futurum debitor cessus fiat non idoneus; veluti si cedens promisit nomen bonũ manutenere, quod facit ut bonitatis obligatio etiam ad tempus futurum protendatur. Barz. *decis. Bonon.110. n.20.* Gratian. *discept. forens.527. n.1. 5. & 7.* † ubi dicit, quod in vim illius verbi, venditor 31
nominis tenetur ad illius bonitatem, tam ratione sortis, quàm pensionum seu fructuum in futurum: cùm nullus terminus sit obligationi præfixus. Cens. *in dict. tract. de censib. q.72. n.23. vers. præterquam.* Felician. *de censib. tom.2. lib.2. cap.1. n.16. vers. præterea.*

Octava Conclusio. Si vendens aut cedens, seu in 32
solutum dans nomen debitoris, aut censum annuum, promiserit illũ facere habere & tenere, *faire avoir & tenir*, videtur dicendum, ipsum vigore hujus clausulæ teneri etiã ad præstandam debitoris idoneitatẽ. & debiti exigibilitatem, cùm in ea clausula nõ solùm juris, sed etiam facti impedimenta cõprehendantur, & per

consequens

conſequens exigibilitas : ex notatis ſuprà, *hoc capite,*
33 *num.*16. † Probatur concluſio ; quia in hac materia, tres termini diverſi conſiderandi ſunt. Primus eſt promiſſio, ſeu ſtipulatio, *habere licere* : ſecundus eſt ſtipulatio, ſeu promiſſio concepta per verba, *habere & tenere.* Tertius, dum dicitur, *habere & poſſidere.* Prima ſtipulatio refertur ad jus, & ideo ſolam juris evictionem continet : unde ſi ſervus qui ex perſona ſua juris incapax eſt, ſtipulatus fuerit ſibi, *habere licere,* inutilis erit ſtipulatio. Secunda concepta per verba, *habere & tenere,* potiùs ad factum, quàm ad jus refe-
34 renda eſt : eáque ratione † ſervus qui facti incapax non eſt, poteſt ſibi ſtipulari habere & tenere licere.

35 Tertia poſſeſſionis mentionem faciens, magis ambigua eſt, ſi enim ad poſſeſſionem juris referatur, non ſubſiſtit in perſona ſervi ; ſi verò ad detentionem facti, valida eſt. Supradicta probantur per text. *l. ſtipulatio iſta* 38. §. *ſi quis fortè, & §. hi qui,* & *ibi* Cu-
36 jac. & alii DD. *ff. de verb. obligat.* † Cùm igitur verba illa, *faire avoir & tenir,* ad factum referantur, cenſebitur in vim illorum verborum cedens promiſiſſe etiam evictionem facti ; ſi nempe ceſſionarius ſeu emptor nominis, ob inſufficientiam debitoris, aut propter aliquod aliud factum impediatur in exactione nominis ceſſi.

37 In tertio verò caſu, ſi de ſola poſſeſſione agatur, difficile exiſtimo ut promiſſa videatur exigibilitas, quia ad juris impedimenta promiſſio referenda videtur, quando verba illa proferuntur à contrahentibus ;
38 tunc enim ad jus referenda ſunt : † ſecus ſi à teſtibus ruſticis, vel à ſtatuentibus prolata eſſent, quia detentionem facti reſpicerent, & ſecundum communem modum loquendi eſſent intelligenda, ut diſtinguit Caſtrenſ.

39 Verùm ſi additum fuiſſet quod cedens promittit pacificam fruitionem, *de faire paiſiblement jouir,* tunc exiſtimandum eſt promiſſam quoque evictionem facti, & remotionem impedimentorum, quæ de facto emergere poſſunt : ſiquidem poſſeſſio pacifica ſic intelligitur, ut ceſſent omnes controverſiæ & impedimenta, tam judicialia quàm extrajudicialia ; tam juris quàm facti. Mangil. *de evict. q.* 33. *n.* 9. poſt Card. & Paul. de Eleaz. *in Clement. gratiæ, de reſcript.*

40 Nona Concluſio. Promiſſio exigibilitatis nominis tribus modis fieri poteſt. Primò ſimpliciter, dum promittitur nomen eſſe exigibile, vel *eſtre de bon & exigible debte,* vel quid ſimile. Secundò, cùm adjiciuntur verba tempus futurum reſpicientia, veluti ſi adjecta ſit clauſula, *De preſent & à l'advenir.* Tertiò, quando adjiciuntur verba temporis perpetuitatem denotantia, *De preſent & à l'avenir à perpetuité.*

41 Primo caſu procedunt tradita in ſeptima concluſione : ſecundo locum habent dicta *ibid. n.* 30. † Sed cum hoc temperamento, ut non cenſeatur cedens, aut vendens obligatus in perpetuum de nominis ceſſi bonitate & exigibilitate, ſed durantibus aliquot annis, arbitrio Iudicis, ut decidit Rota apud Cenſ. *tract. de*
42 *cenſibus, deciſ.* 506. *&* 507. *& deciſ.* 476. † Vbi per ſolutiones factas per ſpatium duodecim annorum, & in aliis ſupra citatis per ſpatium duorum vel trium annorum, (quod tamen durum mihi videtur in cenſu annuo, qui ſui natura perpetuus eſt,) cēſetur adimpleta promiſſio exigibilitatis, tam ante quàm poſt ceſſionem in obligationem deducta. Quia ut *ibi* dicitur *n.* 5. *&* 6. tractus temporis ſucceſſivi non eſt contra cedentis intentionem ad perpetuitatem trahendus.

43 Tertio verò caſu, cedens eâ ratione ad perpetuam nominis ceſſi exigibilitatem adſtrictus, tenetur in perpetuum abſque ulla temporis limitatione. Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 16. *verſ. præterea periculum.* Quod & tacitè videtur innuere Rota *dict. deciſ.* 476. *num.* 6. ubi dicit non eſſe veriſimile quod venditor voluerit ſe obligare ad exigibilitatem nominis ceſſi in perpetuum, & per conſequens ſubſiſtere illius obligationem, ſi perpetuam nominis exigibilitatem promiſerit.

Decima Concluſio. Quamvis cedens, aut vendens 44 ſeu in ſolutum dans nomen debitoris, illius bonitatem promiſerit ; tamen ab hac obligatione liberatur, ſi ceſſionarius non docuerit ſe debitas feciſſe diligentias adversùs debitorem ceſſum. Cancer. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 6. *de ſolut. n.* 169. aliàs 184. Maſtril. *deciſ.* 179. *n.* 5. Gaſpar Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 33. Menoch. *d. conſil.* 778. *n.* 3. Anton. de Marin. *d. c.* 42. *n.* 5. & 6. † Et id admittunt etiam DD. Galli in ter- 45 minis clauſulæ *de fournir, & faire valoir* ; vel etiam *de payer pour ſoy même :* Loyſeau *in d. tract. de la garantie des rentes, cap.* 8. *n.* 10. hoc idem tradit Mornac. *in l. quod te, ff. ſi cert. petat.* Louet *d. litera F, n.* 25. & *ibi* Addent. per text. *in l. decem* 116. *ff. de verb. oblig.* ibi : *à Mævio ante excuſſum Titium non rectè petetur.* † Et tenet non ſufficere quamlibet di- 46 ligentiam ; ſed præterea requiri ſolemnem ſubhaſtationem bonorum debitoris. Ciriac. Niger *controv.* 476. *n.* 5. *&* 374. *n.* 28. *& controv.* 110. *n.* 7.

Tenetur etiam interpellare cedentem, ut veniat 47 ad defendendum, eique litem denunciare. Ciriac. *d. controv.* 374. *n.* 29. *& ſeqq.*

Intellige, niſi per inſtrumentum ceſſionis fuerit 48 ceſſionario remiſſum onus denunciationis, per text. *in l. Herennius, ff. de evict.* Gom. *tom.* 2. *c.* 2. *de empt. & vendit. n.* 39. *colum.* 4. *verſ. item addo quod iſta neceſſitas.* Trentacinq. *var. reſol.* 4. *de empt. & vendit. n.* 7. Maſcard. *de probat. concluſ.* 615. *n.* 19.

Imò quando ceſſionarius agit actione ceſſa, non 49 eſſe neceſſariam denunciationem, tenet Rebuff. *in conſtit. Regias, tom.* 3. *tit. de dilat. art.* 5. *gloſ. unica, n.* 42. Tuſch. *in verb. Evictio, concl.* 353. *n.* 63. Mangil. *de evict. q.* 4. *n.* 54. & benè Decius *conſ.* 102. *Præſantiſſimè, per totum,* qui loquitur in caſu quo veritas & bonitas nominis promiſſa fuit : rationem reddens, quia ceſſionarius fuit effectus procurator in rem ſuā, & poteſt intentare directas actiones ex perſona domini ; quia cùm ſit ceſſionarius ab eodē cedente cauſam, & agendi poteſtatem habens, ipſe cedens videtur præſens fuiſſe in judicio per ceſſionariū ex illius perſona intentato, & ideo nō eſt opus alia denūciatione.

Idem dicendum eſt, nempe ceſſionarium non teneri 50 facere aliquas diligentias, vel denunciationes, ſi docuerit quod ſi illas feciſſet, fuiſſent inutiles. Ciriac. *controv.* 321. *n.* 83. Capel. Toloſ. *deciſ.* 526. *prope finem, verſ. ergo effectus.* Rimin. jun. *conſ.* 42. *n.* 69. Burat. *deciſ.* 106. *n.* 19. repetita *in recent. deciſ.* 676. *n.* 11. *p.* 2.

Cæterùm concluſio iſta intelligenda eſt, ut proce- 51 dat in ſuis terminis, nempe quando promiſſum fuit nomen fore bonum, aut debitorem idoneum, vel hypothecas ſufficientes ; ſecùs tamem erit, ſi præterea cedens promiſerit fore exigibile, tunc enim exactionis facilitas promiſſa cenſetur, & propterea non cogitur ceſſionarius uti tot diligentiis, ut diximus ſupra *hoc eodem cap. n.* 26. *& ſeqq.*

Vndecima Concluſio. Si ceſſionarius nominis fue- 52 rit in culpa, veluti ſi dum poterat exigere, non exegit, & poſtea debitor ceſſus factus fuit non ſolvendo, ſeu minus idoneus ; ipſi debet imputari, nec habebit regreſſum contra cedentem, cui culpa ceſſionarii nocere non poteſt. Ciriac. *controv.* 110. *n.* 7. Theſaur. jun. *lib.* 4. *quæſt forenſ.* 10. *n.* 8. Menoch. *conſ.* 778. *num.* 4. Ruin. *conſ.* 45. *n.* 5. *lib.* 5. † Et in materia evictionis, ſi culpa illius intervenerit, qui alioquin agere de

de evictione potuisset, cessabit actio, *l. si rem quam, §. si duplæ, & l. si mancipium, ff. de evict.* Mangil. *de evict. q.*104. *n.*18. & in nostris terminis ostendit Decius *cons.*105. *n.*25.

Pro Coronide advertendum est, magnam esse controversiam inter cedentes, & cessionarios occasione annuorum reditum cessorum super Communitatibus, quæ fuerunt declaratæ insufficientes, & non solùm obtinuerunt reduci census, & sortem ad minores summas; sed etiam ex speciali Regis edicto creditores summæ reductæ solutionem in bonis capere coacti sunt, prætendentibus cessionariis immunitatem adversus cedentes, vigore clausularum in instrumentis cessionis contentarum. Quibus tamen respondetur per cedentes, dictas reductiones, nec non solutiones in bonis ordinatas fuisse à Rege Christianissimo: imò & in nonnullis, sed paucis Communitatibus Comitatus Venayssini, veluti in loco de Pilles, & de Intercalis, à summo Pontifice supremo Principe nostro, quorum voluntas numeratur inter casus
54 fortuitos: † Ideo non esse locum evictioni, cùm casus contigerit post venditionem, seu cessionem nominis reditus: ex *l. Lucius, ff. de evictionib.* Mangil.
55 *de evict. q.*200. *n.*30. *& seqq.* † Maximè cùm emptores, seu cessionarii non habent jus à Principe mediatè, vel immediatè; & sic multò magis locus sit
56 dispositioni *dictæ l. Lucius.* † Quæ non procedit in eo, qui jus ab ipso Principe habet: ut dicit Peregr. *de iur. fisc. lib.*5. *tit.*2. *num.*69. qui ita intelligit *decis.* Ozasci 48. cujus etiam meminit Rota Avenion. *decis.*133. *n.*12.

57 Et præsertim cùm edictum Regium fuerit factum ex mera gratia, & plena Principis potestate, ut supponitur. Pure. *decis.*381. *lib.*3. sequitur Mangil. *in dict. tract. de evict. quæst.*17. *num.*8. *&* 11. Cavaler. *decis.*618. *num.*23. Burat. *decis.*106. *num.*13. *&* 25. Rota *decis.*699. *n.*2. *part.*3. *recent.* & in propriis terminis edicti Regii, Thesaur. jun. *dict. lib.*4. *quæst.*10. *num.*5. *& per totam.*

Sed quia lis pendet adhuc indecisa circa hanc quæstionem, maximè quia illius determinatio & vera resolutio dependet ex variis facti circunstantiis, & ex verbis ac clausulis contractuum, ex quarum clausularum diversitate diversimodè iudicatum vidi; ideo nihil etiam quoad hoc caput determinandum existimavi.

CAPVT L.

De electione unius ex pluribus alicui testamento commissa, ad materiam *legis unum ex familia, ff. de legat.*2. Vtrùm gravatus de restituendo liberis, possit unum ex illis eligere in præjudicium aliorum. Quomodò in hoc differant fidei-commissum prohibitorium, & restitutorium. Promissio de eligendo habetur pro vera electione. Quid de verbis *volo eligere*, aut verbis enunciativis, aut de simplici mandato alicui facto ad eligendum, utrùm hæc vim veræ electionis habeant. Per generalem institutionem hæredis, vel donationem, censeri factam electionem. Donatio simpliciter facta ab eo, qui eligendi commissionem habebat, utrùm censeatur facta de propriis bonis; an verò de bonis, in quibus cadebat eligendi facultas. Quid si donaverit cum clausula *à prendre sur tous mes biens.* Electus non potest ab eligente gravari, nisi in favorem eligibilium, aut nisi electo bona alia sua propria æquivalentia relinquat; aut nisi in ejus libertate positum sit, an eligere velit, vel non. Vxorem per transitum ad secundas nuptias non privari eligendi facultate. Electionem tempore mortis faciendam, præveniri non posse in præjudicium tertii, & ex quibus conjecturis facultas eligendi ad tempus mortis ipsius electoris relata censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Gravatus de restituendo liberis, non potest uni totum relinquere, sed omnibus restituere debet, nisi eligendi facultas sibi concessa fuerit.*

2 *Emphyteusi alicui concessa pro se, & filiis, pater non potest renunciare in præjudicium liberorum.*

3 *Pater non potest feudum uni filiorum prælegare, quia jus illud morte finitur.*

4 *Pater non potest disponere in præjudicium proximiorum, aut aliorum qui sub nomine collectivo vocati sunt.*

5 *In fideicommisso prohibitorio favore familiæ locus est gratificationi aliorum de familia; secus est in restitutorio.*

6 *In parlamento Tholosano judicatur, vocatis liberis, patrem unum, aut plures ex ipsis eligere posse.*

7 *Promissio de eligendo vim effectualis electionis obtinet.*

8 *In electione nihil agendum supereſt, statim ubi facta est animi declaratio.*

9 *Promissio de donando vim habet donationis.*

10 *Vtrùm ex promissione de donando sola personalis actio, an verò etiam ad rem donatam tradendam oriatur.*

11 *Verba illa,* volo eligere, *vim veræ electionis habent.*

12 *Verbum,* volo, *in quibus casibus habeat vim disponendi.*

13 *Verbum,* volo, *vim habet disponendi & eligendi, quando ex certa animi deliberatione prolatum est.*

14 *Verbis enunciativis expressa voluntas an sufficiat ad inducendam nominationem, seu electionem.*

15 *Quoties ex facti circumstantiis apparet de voluntate deliberata eligere debentis, electio habetur pro facta.*

16 *Mater quæ habet facultatem eligendi unum ex liberis, utrùm constituendo procuratorem ad eligendum, censeatur elegisse.*

17 *Mandatum nihil prodest, nisi probatâ illius effectuatione.*

18 *Mandatum solum ad nominandum habet vim nominationis, si illud faciens demonstret determinatam eligendi voluntatem.*

19 *Per*

19 *Per generalem hæredis inſtitutionem, electio facta cenſetur.*

20 *Quando alicui permittitur de aliqua re diſponere, ſi res illa ſub generali diſpoſitione comprehendi poſſit, cenſetur etiam comprehenſa in generali hæredis inſtitutione.*

21 *Per donationem univerſalem cenſetur quis elegiſſe in vim facultatis eligendi ſibi conceſſæ.*

22 *Simplex uſufructuarius diſponendo non cenſetur nominaſſe, ſeu elegiſſe per generalem hæredis inſtitutionem.*

23 *Donatarius univerſalis habetur loco hæredis.*

24 *Vtrùm is, qui habet facultatem eligendi, ſi ſimpliciter donaverit, cenſeatur potius donare de proprio, quàm de bonis circa quæ cadebat electio.*

25 *Alienata titulo lucrativo, per eum qui habebat facultatem eligendi, non imputantur in legitimam ſuper bonis ipſius electo debitam.*

26 *Contrarium tamen verius eſt, ut donatio cenſeatur facta de bonis propriis donantis.*

27 *Hoc tamen non procedit ſi in contrarium adſint conjectura.*

28 *Si donator dixerit ſe donare certam rem, vel ſummam*, à prendre ſur tous ſes biens, *utrùm cenſeatur donaſſe de bonis propriis tantùm.*

29 *Ius eligendi includitur in bonis illius cui competit electio.*

30 *Donatio facta per aliquem de bonis ſuis, comprehendit omnia per eum poſſeſſa.*

31 *Bonorum meorum appellatione continentur omnia quæ ego poſſideo.*

32 *Si pater filio medietatem bonorum ſuorum donaverit: deinde alteri filio tertiam partem, reſervato ſibi ſemper uſufructu; tertia pars computanda eſt ponendo in globo medietatem donatam.*

33 *Qui habet eligendi facultatem, electum gravare non poteſt.*

34 *Electus non habet ab eligente, ſed à mandante fieri electionem.*

35 *Electus gravari poteſt ab eligente in favorem aliorum eligibilium.*

36 *Ius patronatus erga liberos æqualiter pertinet ad omnes liberos, & tamen pater illud uni relinquere poteſt.*

37 *Gravatus de eligendo poteſt electum onerare, ſi illi bona propria relinquat in compenſationem.*

38 *Pater poteſt filium gravare in legitima, relinquendo illi alia bona æquivalentia.*

39 *Acceptando hereditatem ſine inventario, electus tenetur ad onera ſibi per eligentem impoſita.*

40 *Electus hæres ab eligente inſtitutus, ſi confecerit inuentarium, non tenetur ad onera ſibi per eligentem impoſita, niſi pro rata lucri.*

41 *Quando teſtator poſuit in voluntate alicujus, ut poſſit eligere, vel non eligere; tunc electus ab eo gravari poteſt, & ad hoc expenditur text.* in l. utiùm 8. §. cum quidam, ff. de reb. dubiis, *num.* 42.

43 *Verba denotantia poteſtatem, relata ad hæredem, non inducunt neceſſitatem electionis.*

44 *Quando libertas eligendi, vel non eligendi alicui data eſt, tunc electus dicitur habere ab eligente, non à teſtatore.*

45 *Verbum* rogo, *inducit neceſſitatem electionis, vel reſtitutionis.*

46 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, non amittit facultatem eligendi.*

47 *Diſpoſitio* legis hac edictali, Cod. de ſecund. nupt. *non comprehendit jus eligendi.*

48 *Gravatus de eligendo tempore mortis, non poteſt eligere ante mortem.*

49 *Si electus in vita mortuus eſt ante eum qui moriens eligere debet, electio nulla redditur.*

50 *Electio tempore mortis facienda, ſi fuerit facta in vita, confirmatur morte, niſi fuerit revocata.*

51 *Diſpoſitio relata ad tempus mortis, eſt conditionalis.*

52 *Qui habet facultatem eligendi, tenetur ſequi voluntatem teſtatoris, etiam tacitam.*

53 *Gravamen de eligendo, cenſetur ex conjecturis latum ad tempus mortis, quamvis teſtator id expreſsè non dixerit.*

54 *Variæ referuntur conjecturæ, ex quibus onus eligendi relatum cenſetur ad tempus mortis.*

MVltæ quotidie occurrunt difficultates circa electionis & nominationis facultatem, hæredi teſtamento datam: quarum præcipuas hîc adducere, & paucis reſolvere non incongruum exiſtimavi.

In primis igitur advertendum eſt, hæredem gravatum pluribus perſonis reſtituere, veluti liberis, aut aliis incertis ex certo genere perſonarum, non poſſe unum ex liberis, aliiſve ſub nomine collectivo vocatis eligere, ſed omnibus ſubſtitutis reſtituere teneri, nec remotiores in præjudicium eorum qui anteriorem gradum obtinent nominare. Probatur per text. *in l. hæredes mei* 57. §. *peto à te, ff. ad Trebellianum*, in illis verbis, *Propter gradus fideicommiſſi præſcriptos*: & *in l. cùm ita* 33. §. *in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. ibi: *qui ex his primo gradu procreati ſunt*: & in *leg. fin.* & *ibi* DD. *Cod. de verb. ſignif.* & probatur *in cap.* 1. ibi: *nulla defuncti ordinatione valente, de ſucceſſ. feud.* unde Bald. & Angel. *in l. apud Iulianum*, §. *ſi quis alicui, ff. de legat.* 1. dicunt: † Quod ſi conceditur emphyteuſis alicui pro ſe, & filiis; pater non poteſt renunciare in præjudium filiorum. Idem Angel. & Bart. *in l. Item videndum*, §. *nunc videamus, ff. de petit. hared.* ubi referunt Iacob. Butrigarium conſuluiſſe, † quod pater uni filiorum non poſſit feudum prælegare, quia jus quod pater habet, ejus morte finitur. Idem Bart. *in l. jurisjurandi*, §. *liberis, ff. operis libert.* & facit à ſimili text. *in Authent. lucrum, Cod. de ſecund. nuptiis, & in l. mater, Cod. ad Tertyll.* & ne per argumenta procedamus ubi adſunt diviſiones punctuales, hoc ita determinat Peregr. *conſil.* 53. *n.* 12. *lib.* 1. ubi dicit † patrem non poſſe ullo modo diſponere in præjudicium proximiorum, qui ſub nomine collectivo *liberorum*, aut alio ſimili vocati ſunt: nec poſſe remotiorem, aut parem præferre vocatis. Et in *tract. de fideicom. art.* 14. *num.* 7. *verſ. ac ſecus eſt*, & *in conſ.* 38. *num.* 1. *volum.* 3. *conſ.* 113. *num.* 1. *vol.* 4. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 42. Caſtrenſ. *conſ.* 383. *n.* 1. *volum.* 1. Card. Tuſch. *litera L, concluſ.* 78. Ioan. Anton. Bellon *conſil.* 1. *num.* 3. junctо *num.* 37. & 59. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 380. *num.* 1. † Qui omnes diſtinguunt inter fideicommiſſum prohibitorium, quo videlicet bonorum alienatio extra familiam prohibetur; & reſtitutorium, quo demandatur reſtitutio facienda certis gradibus, aut perſonis. Primo quidem caſu, fatentur poſſe gravatum hæredem teſtari, aut alio modo diſponere in favorem remotiorum de familia, vel unius ex proximioribus, cæteris excluſis. At in ſecundo caſu concludunt omnes ejuſdem gradus æqualiter eſſe admittendos,

tendos, nec posse remotiorem, nec parem in gradu cæ-
6 teris vocatis præferri. † In parlamento tamen Tholosano aliter iudicatur, nempe patrem qui gtauatus est liberis restituere, vnum ex illis eligere posse, ex Maynard. *lib.6. cap.3.* d'Oliue *lib.5. cap.14.* Ferret. ad Guid. *decis.184.* Barry *de succes. lib.8. tit.8. quando ex pluribus, &c. num.2. fol.310.*

7 Secundo loco aduertendum est, promissionem de eligendo, vel nominando factam per eum, cui eligendi potestas concessa est, haberi pro vera & effectuali nominatione. Quia licèt verum sit, promissionem de vendendo, de locando, & similes, non habere vim veræ emptionis vel locationis, idémque in si-
8 milibus contractibus obtinere; † tamen in contractibus electionis aliud statuendum est quia in aliis per promissiones nihil actum est, nisi accedat vlterius conuentio & mutuus vtriusque partis consensus; in electione verò quæ ex sola eligentis potestate dependet, statim declaratâ voluntate, resultat effectus electionis; cùm nihil substantiale faciendum supersit, vt bene declarat Cancer. *lib.3. variar. resol. cap.7.*
9 *num.126.* † Sicut promissio de donando, vim habet donationis. Cancer. *ibidem, num.125.* non quidem ad effectum vt transferatur dominium, sed ad producendam actionem personalem contra promittenem. Ludouis. *decis.98. n.6.* † Quanquam & actionem præcisam hoc casu dari ad rem promissam nonnulli existiment, vt testatur Christoph. Mart. Medic. *examinat.5. num.15.* quo in capite fusè explicat quid interest inter promissionem de contrahendo, & contractum ipsum.

11 Si autem quis simpliciter dicat, Volo eligere Titium ad talem hæreditatem, vtrum hæc verba vim veræ electionis habeant? affirmatiuè respondendum est, vt notauit Castill. *lib.2. controuers. cap.26. n.88.* & Sanchez. *de matrim. lib.6. disput.22. num.7. &* 8.
12 † Quo loco bene explicat quibus in casibus verbum *volo*, habeat vim dispositionis: quod etiam pluribus exponit Rip. *in l. serui electione, num.17. & sequentibus, ff. de legat.1.* Caldas *de emphyt. part.2. quæst.1.*
13 *num.12. & sequentibus,* † vbi id duntaxat admittit, dum ex facti circunstantiis apparet, verba illa *volo nominare*, prolata fuisse cum animi deliberatione, & cum deliberata voluntate; non autem ex primo
14 animi impetu, quod existimo esse verissimum. † Idémque verum est, si voluntas nominandi, verbis enunciatiuis expressa fuerit: vt idem Cald. *loc. citat. numer.33.* & multis sequentibus copiosè demonstrat; vbi explicat quando & quibus in casibus
15 verba enunciatiua disponant. † Ego autem existimo æquum Iudicem omnia ex facti circunstantiis arbitrari debere, vt quoties de deliberatione animi eligere debentis constiterit, electio pro facta habeatur; cùm animus non ex verbis tantùm, sed ex factis quoque colligatur. Castill. *dict. lib.2. cap.2. num.67. & multis seqq.*

16 Sed fuit dubitatum aliàs, vtrùm ex eo quod mater quæ sibi in contractu matrimonij potestatem eligendi vnum ex liberis, reseruauerat, conferetur elegisse per constitutionem procutatoris ad eligendum?
17 † Dubium ex eo petebatur, quia mandatum nihil prodest, nisi probata illius effectuatione. Rip. *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, num.92. & 93. versic. quintò requiritur, de caus. possess. & propr.* Rota *decis.560. n.2.*
18 *part.3. recent.* † Sed tamen Respondi, mandatum illud vim electionis habere, quia in eo mater expressè declarauerat se velle filium nominare, & talem esse suam intentionem & verbis & factis demonstauerat: & ideo cessabat omnis difficultas, ex traditis supra, *num.11.*

Tertiò notandum est; eum, cui eligendi facul- 19
tas data est; satis elegisse, & facultatem eligendi ad actum deduxisse, si personam eligibilem generaliter hæredem instituerit. Probatur per text. *in leg. vnum ex familia, §. si duos, ff. de legat. 2.* † Quia 20
quando alicui permittitur, vt de re aliqua disponere possit, si res illa comprehendi possit sub generali dispositione, tunc generaliter disponendo, censetur etiam de re illa disposuisse. Menoch. *consil. 21. numer. 67. & consil. 1154. numer. 6.* Boër. *decis. 204. numer. 32. versicul. & ideo.* Et hæc sententia, quod per generalem hæredis institutionem censeatur facta electio ab eo, qui ad id potestatem habebat, verior est & receptior, ac in praxi approbata: quidquid senserit in contrarium Socin. sen. *consil. 92. num. 23. volum. 3.* vt probat Patis. *consil. 72. numer. 62. & 63. volum. 3.* Peregr. *de fideicom. artic. 40. n. 57. vsque ad 60.* Menoch. *consil. 1130. num. 15.* Fusar. *de substit. quæst. 444. num. 8. & quæst. 550. n. 10. & quæst. 507.* Caldas, qui ad hoc bene adducit text. *in dict. leg. vnum ex familia, §. si duos,* post Bart. *ibidem, numer. 3. in tract. de nominat. emphyt. lib. 2. quæst. 7. numer. 1.* Didac. à Segura *in dicta l. vnum ex familia, §. si fundum, numer. 154.* Ioseph. de Sesse asserens ita decisum in Senatu Aragoniæ, *decis. 53. numer. 6. & 7.* Fontanel. *decis. Cathaloniæ 172. numer. 24.*

Eodem modo is qui facultatem habet eligendi, 21
satis dicitur potentiam illam deduxisse ad actum per donationem inter viuos, vel causa mortis vniuersalem, in fauorem alicuius personæ eligibilis factam. Fontanel. *decis. 467. n. 6. & sequentibus,* & in *tract. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 5. n. 64.* Fusar. *cons. 129. num. 1.* quidquid contradicere videatur *num. 3.* qui
n. 4. † hanc opinionem nostram locum non habere 22
concludit, quando habens facultatem eligendi erat simplex vsufructuarius; quia disponendo non censetur disposuisse, & electionem fecisse ratione bonorum, quorum nudum habebat vsumfructum. Eandémque sententiam, quod electio censeatur facta, dum eligendi facultatem habens bona sua donauit personæ eligibili, tenuit & comprobauit Cald. *de nominat. emphyteu. dict. cap. 2. numer. 2.* Et sanè non videtur constituenda differentia inter donationem vniuersalem, & hæredis institutionem: † Quia 23
donatarius universalis loco hæredis est, ad tradita in *l. æris alieni, & ibi* Bald. *Cod. de donat.* Tusch. *lit. D. conclus. 651. numero 12.* Cost. *remed. subsid. 108. num.15.*

Sed quæsitum fuit vtrùm pater, vel alius, qui eli- 24
gendi facultatem habet, simpliciter donando certam pecuniarum quantitatem, vel certa bona, censeatur id fecisse animo donandi de proprio, vel potius donatio illa personæ eligibili facta censeatur animo eligendi; & sic non de bonis propriis, sed de bonis super quibus exerceri poterat facultas eligendi? Quæstionem istam in vtramque partem disputauit Crot. *in l. filius famil. §. diui, numer. 16. in 4. conclus. ff. de legat. 1.* aduersùs Socin. *in leg. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell.* qui voluit † alienata titulo 25
lucratiuo in personam eligibilem, censeri translata in vim facultatis eligendi; non de bonis propriis donantis, seu titulo lucratiuo alienantis: ideo non imputari in legitimam super bonis ipsius debitam. † 26
Sed contrarium optimis rationibus comprobat Crot. *ibidem*, nempe censeri factam donationem de bonis propriis, & ideo imputari in detractiones super bonis donantis. Sequitur Pereg. *de fideicom. artic. 39. numer.10.* Mangil. *de imput. quæst. 136. numer. 58.* Videndus tamen & examinandus est in hac materia

Sfort. Odd. *de probib. alienat. quæſt.* 34. *numer.* 106. *& ſeq q.*

27 Hæc diſputatio locum habet, quando donatio ſimpliciter facta fuit; ſecus ſi in contrarium adſint coniecturæ, veluti ſi donator qui poſt mortem reſtituere debebat, donat ante tempus reſtitutionis perſonæ eligibili, reſeruando ſibi vſumfructum: in quo caſu Fontanel. *deciſ.* 38. *numer.* 7. voluit reſtitutionem non cenſeri factam in vim electionis, cùm donator non reſtituat, nec aliquid donet, iuxta formam electionis, quæ exigebat totalem abdicationem bonorum, abſque reſeruatione. Sed tamen è contra dici poteſt, quod ratione proprietatis, quam ex tunc donator transfert, videtur facta electio anticipata, morte poſtea confirmanda: ideo ſuper hoc cogitandum.

28 Cæterùm, ſi donator perſonæ eligibili dixerit ſe donare talem rem vel ſummam capiendam de bonis ſuis, *à prendre ſur tous ſes biens*, vtrùm cenſeatur donaſſe de bonis propriis, vel de bonis ſuper quibus cadebat eligendi facultas.

Reſpondi donationem intelligi factam, tam de bonis electioni ſubiectis, quàm de bonis propriis. De illis quidem in ſubſidium, quatenus propria non ſufficiant. De iſtis verò, primò & principaliter.

29 Quia verba illa *à prendre ſur tous ſes biens*, includunt ius illud nominandi, ſeu eligendi, quod includitur & continetur in bonis illius, cui competit electio. Menoch. *conſil.* 210. *num.* 32. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 550. *num.* 13. 14. *&* 16.

30 Præterea cùm donator tempore donationis collatæ in perſonam eligibilem, nullam adhuc electionem feciſſet; imò bona in quibus cadebat electio, eſſent permixta cum propriis ipſius bonis, quibus tunc actualiter fruebatur; dum de bonis ſuis loquutus eſt, omnia quæ tunc per eum poſſidebantur, in tali ſermone comprehendebantur; quamuis illorum medietas ſi deicommiſſo ſuppoſita eſſet in fauorem perſonarum eligibilium. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 197.

31 *num.* 19. *&* 20. † Bonorum quippe meorum appellatione intelligo, non illa ſolùm quorum ad me ſpectat plena proprietas irreuocabiliter, ſed ea quoque quibus fruor, & quæ poſſideo, *l. meorum*, & *ibi* DD. *ff. de verb. ſignif.* intelligendo tamen, vt infra, *cap.* 74.

32 † Vnde ſi pater filio medietatem bonorum ſuorum donauerit, reſeruato ſibi vſufructu; deinde verò alteri filio tertiam partem bonorum ſuorum etiam donauerit: computanda erunt in calculo illius tertiæ partis bona primo loco donata, quæ bonorum ſuorum appellatione continentur; cùm donator tunc temporis illorum fruitionem, & poſſeſſionem obtineret. Bertrand. *conſil.* 153. *num.* 2. *verſic. quæ ſi ita ſe habeant, volum.* 3. *part.* 2. quem citat & ſequitur Batry *de ſucceſ. lib.* 2. *tit. vlt. in fin.* Ex eo quia retentio vſusfructus, differt executionem vſque ad mortem donantis; & ſic bona primo loco donata videntur adhuc eſſe in bonis illius. Menoch. *conſil.* 1006. *num.* 57. 58. *&* 59.

33 Quartò hoc etiam ſciendum eſt hæredem, cui vnum ex libertis, aut ex aliis incertis perſonis, ex certo tamẽ genere, eligendi commiſſio data eſt, electum

34 regulariter grauare non poſſe. † Ratio eſt, quia electus nõ habet ab eligente, ſed à mandante fieri electionẽ. *dict. l. vnum ex familia, §. ſi fundum, & §. ſi de falcidia*, ibi, *qui quod reliquit, omnino reddere debuit.* Gomeſ. *in l.* 40. *Tauri, num.* 49. Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 10. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 507. *num.* 5. cum *ibi* citatis.

35 Dixi *regulariter*, quia nonnulli ſunt caſus in quibus is qui eligendi poteſtatem habet, electum grauare poteſt. Et primò quidem, ſi grauamen iniunctum ſit in fauorem aliorum, quos grauatus eligere potuiſſe; quia ſicut poterat totum vni, vel totum alteri relinquere, ita poteſt eum, cui relinquit, in fauorem alterius cui totum relinquere poterat, onerare. Bart. in *dict. l. vnum ex familia, §. ſi duo, num.* 2. *de legat.* 2. Bereng. Fernand. *de matrimon. ad morganat. contract. cap.* 9. *num.* 4. Ferret. ad Guid. Pap. *deciſ.* 184. Cancer. *lib.* 3. *cap.* 7. *de pact. n.* 119. Duran. *deciſ.* 171. *num.* 9. † Idque adinſtar iuris patronatus erga liberos, quod licèt æqualiter ad omnes liberos pertineat, illud tamen pater vni duntaxat ex liberis ſuis aſſignare poteſt, vt notauit Ferret. *loc. citato, ex l.* 1. *ff. de aſſignat. libert.* Idem quod ſupra, tenet Boër. *deciſ.* 204. *num.* 33. 36

Secundò, grauatus de eligendo, poteſt electo onus & grauamen indicere, ſi multa bona propria & acquiſita grauato reliquerit, quæ oneri impoſito æquiualeant; tunc enim electus voluntatem eligentis ſeu nominantis adimplere tenetur, ne bona propria ſibi ab eligente relicta amittat: text. eſt *in dict. l. vnum ex familia, § ſed ſi fundum*, ibi, *dixi ita demum peti poſſe, ſi præterea tantum ei relictum ſit, quod fundi pretium efficiat*: & ita deciſum eſt apud Gamm. *deciſ.* 70. *num.* 2. Cald. *de emphyt. lib.* 3. *cap.* 17. *numer.* 6. † ſicut aliàs videmus, quod licèt onus de legitima ipſo iure remoueatur; tamen ſi pater filio bona oneri æquiualentia reliquerit, grauamen tenet. Gomeſ. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 11. *num.* 24. Et donator licèt perfectâ donatione grauamen ſuper bonis donatis imponere non poſſit, tamen grauamen ſubſiſtit, ſi donator donatario bona æquiualentia reliquerit: † præſertim ſi ipſe onus acceptauerit, aut à donatore hæres inſtitutus, hæreditatem ſine beneficio inuentarij adiuerit. Caſtil. *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 10. *num.* 46. *&* 47. *ſequentibus.* † Sed ſi hæreditatem donatoris, aut electoris, ſeu nominatoris electus cum beneficio inuentarij acceptauerit, poterit petere ſeparationem bonorum, nec tenebitur niſi pro rata lucri, quod ab eligente, vel donante conſequetur. Cald. *de emphyt. lib.* 3. *capit.* 17. *numer.* 6. 37 38 39 40

Tertiò electus grauari poteſt ab eligente, quando teſtator vel donator eligentem non ſimpliciter adſtrinxit ad eligendum, vel nominandum perſonas certas de incertis; ſed in eius poteſtate poſuit ſi vellet aut nollet eligendi facultatem: text. in *l. vtrum* 8. *§. cùm quidam. ff. de reb. dub.* † cuius hæc ſunt verba: *Cùm quidam, pluribus hæredibus inſtitutis, vnius fidei commiſiſſet, vt cùm moreretur, vni ex cohæredibus, cui ipſe vellet, reſtitueret illam partem hæreditatis quæ ad ipſum peruenieſſet: veriſſimum eſt vtile fuiſſe fideicommiſſum; nec enim in arbitrio eius qui rogatus eſt, poſitum eſt, an omnino velit reſtituere, ſed cui potius reſtituat: plurimùm enim intereſt an in poteſtate eius quem teſtator obligare cogitat, faciat ſi velit dare, an impoſita neceſſitate dandi, diſtribuendi liberum arbitrium concedat*: hæc ſunt verba Iuriſconſulti, ex quibus apertè conſtat; † Quòd per verba denotãtia poteſtatem relata ad hæredem, non inducitur neceſſitas reſtitutionis vel electionis: quod etiam volunt Bart. *in leg. fideicommiſſa, §. ſi quis ita, ff. de legat.* 3. per text. in *leg. ſæpe* 8. *ff. de offic. Præſid.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 1. *numer.* 49. 41 42 43

Ideo in facti contingentia aliàs obtinui, matrem potuiſſe liberos electos inuicem grauare; quia in teſtamento mariti non erat illi ſimpliciter iniunctum onus

onus eligendi,sed illi data erat potestas & libertas disponendi ad libitum in favorem unius ex liberis ; ita ut ex lectura testamenti constaret ab eius voluntate pendere, utrùm vellet eligere , vel absque electione decedere : quo casu decisum fuit,illam liberis electis gravamen imponere potuisse : † cùm non à patre testatore , sed ab ipsa matre eligente bona ad eos de-
44 venirent:atque ita distinguit Surd. *consil.*29. *num.*18. egregiè Pereg. *decis.* 106. *num.*3. & *de fideicommiss. artic.*32.*num.*33.*circa medium,versic. cuius sententia.* Gabriel *consil.*132.*num.* 75. *&* 76. Fusar. *quæst.*511. *num.*2.

45 Neque obstat text. *in l.fideicom.* 11. §. *hæc verba, ff.de legat.*3.de quo textu agit Peregr.*de fideicommiss. artic.* 1.*n.*47.quia *ibi* testator usus fuerat verbo *Rogo* : dixerat enim , Rogo fili, ut prædia quæ ad te pervenerint,diligenter colas,ut possint ad filios tuos pervenire, sed in casu proposito testator dixerat se velle ut uxor haberet libertatem , ut posset ad voluntatem suam disponere de bonis, absque ullis verbis necessitatem importantibus ; cùm tamen in alio casu , nempe si uxor ad secunda vota convolaret, præcisis verbis electionem unius ex liberis fieri mandasset.

46 Sed quid juris si testator nullam de secundis nuptiis mentionem fecisset ; utrùm mater facultatem eligendi sibi datam amisisset ? Respondendum est, non amisisse,quia per illam nominationem vel electionem nihil matri acquiritur;sed & tantùm nuda ministra : & ita determinat Sanch. *in tract. de matrimon. lib.*7.
47 *disput.*88.*num.*15. † Et propterea si uxor donet marito ut restituat filio prioris matrimonii , non erit locus dispositioni *leg. hac edictali Cod. de secund. nupt.* ideo quia maritus fuit tantùm adhibitus tanquam nudus minister.Baldus *in d.l.hac edictali,n.*19. Salicet.*n.*7. Cancer.*lib.*3. *variar.resol.c.*15.*num.*340. *&* 341.

48 Quintò advertendum est , eum cui eligendi potestas data est , & à testatore commissa , ut eligat tempore mortis , non posse illud tempus prævenire: Ratio est quia ex hac prævention electionis fieri posset præjudicium illis,qui tempore mortis supererent
49 capaces electionis passivæ. Surd. *consil.*264.*per tot.* † Et ideo si electus in vita, non esset in humanis , aut aliàs esset inhabilis tempore mortis illius,cui competebat electio,non posset frui bonis in quibus fuit electus : quia electio ad tempus mortis collata redditur nulla,si ante tempus mortis facta fuerit.

50 Verum est tamen,quod si electio facta in vita non fuerit revocata ante mortem eligentis,& electus fuerit habilis tempore mortis,electio illa, quamvis nulliter facta, confirmatur morte eligentis. Cald. *de potest. eligen. lib.*3. *cap.*2. *num.*17. *&* *eod. lib.*3. *cap.*3. *num.*15.*&* 16. Surd. *d.consil.*264.*num.*27. Sed si fuerit eo tempore inhabilis propter incapacitatem , aut mortem,electio facta in vita nulla remanet,quia cùm supponamus testatorem mandasse ut electio fieret
51 tempore mortis , † dispositio illa ad tempus mortis relata conditionalis est,& per consequens adimplenda in forma specifica , *l.qui hæredes, & l. Mævius.ff. de condit.& demonst.* ut tradit Surd. *consil.*264.*n.*45. *versic. & quod septimò* : Cyriac. *controv.*209.*num.*49.
52 Ruyn. *consil.*24. *num.*9. *volum.* 2. † Vbi quod habens facultatem eligendi tenetur sequi voluntatem testatoris etiam tacitam : quem citat licèt corruptè alleget , Castill. *controvers. lib.*2. *cap.*26. *num.*26. *&* 86. præmissis accedit Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.*4. *num.*36. *versic.sic in ultima voluntate.*Rot.*decis.* 323. *num.*2. *versic. potuit autem revocari, part.*1. *recent.*

Cæterùm, quamvis testator purè hæredem gra- 53
uerit de eligendo,tamen ex conjecturis restitutio seu electio ad tempus mortis referenda est , ut advertit Peregr. *de fideicom. art.*45. *num.*2. & sequitur Fusar. *de substit.quæst.*270.*num.*12.

Vnde aliàs restitutionem ad tempus mortis ex mẽ- 54
te testatoris differendam esse judicatum fuit , quamvis verbis id expressum non esset ; nam cùm testator Ioanni,& Moneto , & eorum cuilibet certam pecuniarum quantitatem reliquisset post annum soluendam , non solùm voluerat inventarium per uxorem fieri,& legata solui ; sed legarum etiam illud , cujus dies post annum veniebat , per uxorem solui mandavit,quod non poterat fieri si purè & statim post mortem liberis hæreditatem restitui voluisset. Accedebat quod restitutionem Ioanni & Moneto aut eorum liberis fieri mandaverat ; quod tractum temporis præ se ferebat : maximè cùm illi nondum uxorem duxissent , & sic liberos legitimos habere non possent eo tempore ; unde fideicommissi præstatio in aliud tempus dilata omninò fuit : per text. *in l. fideicommissa, §.si filio, ff. de legat.*3. Accedebat denique declaratio voluntatis ex pluribus aliis conjecturis quas hic consultò omittimus,veluti ex dispositione posteriori per viam donationis ab eodem testatore facta : item & observantia subsequuta : ex quibus omnibus fuit declaratum, electionem fuisse ad tempus mortis dilatam ; & per consequens inutilem, propter mortem electi quæ evenit ante tempus electionis : ut superiùs probatum est.

CAPVT LI.

Eum, cui unius certi ex pluribus incertis eligendi seu nominandi commissio data fuit, non solùm unum , sed etiam plures eligere posse ; & nulla facta electione, omnes æqualiter succedere , lege testatoris voluntatem adimplente, & eligentis negligentiam supplente ; nisi agatur de re quæ apud electum perpetuò non sit permansura , veluti de emphyteusi ad vitam concessa : aut si ex conjecturis constet de voluntate disponentis , quod unus duntaxat eligeretur ; ad quod sufficiunt conjecturæ , veluti sæpiùs repetita unius vocatio in numero singulari : & hoc casu nulla facta electione , non omnes , sed solus primogenitus admittitur. Qui liberos suos eligere debet, utrùm possit eligere nepotes : Et utrùm nascituros : Quid de vocatione facta cum clausula,*qui tunc erunt viventes.* Facta semel electione , licita est variatio,si ante tempus facta sit; secùs si post adventum diei vel conditionis appositæ. Quid si nominatio facta fuerit causa dotis ; an liceat variare & revocare electionem. Quid si duo eligere debeant , & unus elegerit ac mortuus fuerit, utrùm superveniens variare queat.

SVMMARIVM.

1 *Qui eligendi facultatem demandatam habet, non ſolùm unum, ſed etiam plures eligere poteſt.*

2 *Si is qui eligere tenebatur nullam electionem fecerit, omnes eligibiles aqualiter admittendi ſunt.*

3 *Quamvis nulla facta fuerit electio per deputatum, remanet tamen valida diſpoſitio.*

4 *Mandatario non eligente, lex eligit pro ipſo.*

5 *Quando agitur de re quæ apud eligendum non eſt perpetuò remanſura, unus & non plures nominari, ſeu eligi debent.*

6 *Vnus & non plures eligendi ſunt, quando conſtat teſtatorem ſeu diſponentem noluiſſe ut bona ſua dividerentur, ſed ad unum devenirent.*

7 *Nullâ electione factâ ſolus primogenitus admittitur, quando diſponens voluit bona ſua ad unum, & non ad plures devenire.*

8 *Voluntas diſponentis, quod unus ſolus eligatur, colligitur ex ſapè repetita mentione perſonæ eligendæ in numero ſingulari.*

9 *Primogenitus ſuccedit, ſi bona ad unum devenire debeant.*

10 *Si nulla eligendi data ſit facultas, ſolus primogenitus ſuccedit in bonis quæ in plures portiones ſecari nequeunt,*

11 *Qui habet facultatem eligendi liberos ſuos, vel ſes enfans, non ſolùm liberos primi gradus, ſed etiam nepotes eligere poteſt.*

12 *Dictio* enfans, *æquipollet dictioni* liberorum; *& non ſolùm maſculos, ſed etiam fœminas comprehendit.*

13 *Nepotes eligi poſſunt, quamvis diſponens locutus fuerit de liberis ſuis, vel ex ſe deſcendentibus.*

14 *Idem, ſi diſponens mandaſſet eligi aliquem, vel ejus liberos, vel ſi dixiſſet ſuos liberos, vel meos liberos.*

15 *Magna eſt differentia inter dictionem liberorum, & filiorum.*

16 *Filii differunt à liberis, tanquam ſpecies à genere.*

17 *Filiorum nomen eſt appellativum, liberorum verò collectivum.*

18 *Quando electio in tempus incertum & futurum confertur, tunc non ſolum nati, ſed etiam naſcituri ſunt eligibiles.*

19 *Si teſtator mandaverit eligi unum ex liberis, quem uxor capacem magis judicaſſet, eligi poſſunt naſcituri: quia ſi de jam natis diſponens cogitaſſet, ipſemet elegiſſet, neque electionem fragili ſuæ uxoris judicio commiſiſſet.*

20 *Quamvis diſponens retulerit verba ſua ad liberos tunc viventes, tamen ex conjecturis Rota Romana indicavit referri debere ad poſtea natos.*

21 *Gravatus de eligendo unum ex liberis, non poteſt eligere nepotes, quando verba diſpoſitionis ſunt relata ad primum gradum, vel liberi primi gradus ſunt nominati nomine proprio.*

22 *Nepotes eligi nihil obſtat, quamvis diſponens loquendo de liberis, adiecerit verba* ſuos, *vel* meos.

23 *Explicatur* deciſio Aragoniæ 64. *apud Ioſeph. de Seſſe.*

24 *Quando diſponens diſcretivè loquutus eſt de liberis, & de liberis liberorum, veluti ſi dixerit volo quod hæres meus eligat unum liberorum meorum, & ſi liberi mei morianiur ſine liberis, &c. tali caſu, liberis in electionis diſpoſitione vocatis, non continentur nepotes.*

25 *Stante diſcretiva locutione de liberis, & liberorum liberis, electio de perſona nepotum facta nulla eſt, uti facta contra intentionem diſponentis.*

26 *Quando unus ſolus ex eligibilibus ſupereſt, ceſſat electio, & ille ſolus ſuccedit.*

27 *In electione rerum, an & quando licita ſit variatio. Remiſſivè.*

28 *In electione perſonarum variatio licita eſt, quando commiſſio, ſeu mandatum de eligendo datum fuit in diem, aut ſub conditione, ſi electio fiat ante diei vel conditionis eventum; ſi verò mandatum datum fuerit purè, factâ ſemel electione, actus dicitur conſummatus, & variatio licita non eſt.*

29 *Expenditur ad hoc text.* in l. cùm pater 79. §. à filia, ff. de legat. 2.

30 *Si electio facta fuerit ex cauſa dotis, ſequutâ traditione, cum promiſſione de non revocando, variare non licet, & electio eſt irrevocabilis.*

31 *Sed ſi electus non ſit in humanis tempore evenientis conditionis, quo fieri debet electio; ipſa pro non facta habenda eſt.*

32 *Si maritus & uxor, unum nominare debent ad bona paterna & materna, & maritus conſentiente uxore unum nominaverit, non poteſt uxor variare poſt mortem mariti, etiam quoad bona materna.*

33 *Quando pluribus eligendi facultas commiſſa eſt, vel reſervata; uno ex illis poſt factam electionem vita functo, ſuperſtes non poteſt variare; quia quando requiritur aliena voluntas, variatio debet fieri de conſenſu utriuſque.*

COntinuando materiam præcedentis capitis, ſexto loco advertendum eſt, regulam generalem tradi; eum, qui eligendi facultatem habet, non modò unum, ſed plures etiam eligere poſſe; quia ad omnes perſonas eligibiles diſponens reſpexiſſe cenſetur æquali affectione, *l. ſi quis teſtamento 16. circa med. Cod. de fideicommiſſ. libertat. & in l. unum ex familia, §. ſi duos, ff. de legat. 2.* ubi omnes DD. † Et propterea nullâ factâ electione, omnes eligibiles æqualiter ſuccedũt, *d. l. unum ex familia, §. rogo, l. cùm pater §. hæreditatem, & §. rogo, eod. tit. de legat. 2. l. cùm quidam §. idem ait; l. ſi quis Titio, §. fin. ff. eodem tit.* Roderic. Suarez in *repetit. l. quoniam in prioribus, in declarat. l. Regni, quæſt. 5. num. 1.* † Et ſic non redditur inutilis diſpoſitio illius qui eligendi facultatem conceſſit; quamvis nulla facta fuerit electio. Surd. *conſil. 375. num. 21. verſic. & quamvis mandaverit.* † Igitur eo cui electio demandata eſt non eligente, & mandatum non exequente, lex ipſa eligit & admittit omnes eligibiles, tempore & forma per teſtatorem præſcripta. Cyriac. Niger *controverſ. 548. num. 64.* iuncto *num. 46.*

Illa tamen regula locum non habet, quando agitur de re quæ eſt perpetuò penes perſonam nominandam remanſura, veluti ſi ageretur de emphyteuſi ad certum & limitatum tempus vitæ alicujus conceſſa: dum enim agitur de re perpetuò ad perſonam nominandam remanſura, non intereſt alicujus, ſive unus, ſive plures fuerint nominati: ſecus eſt ſi res non ſit perpetuò apud eum reman

remansura; quia tempus vitæ vnius, non est tempus vitæ alterius, & vita plurium longior est quàm vita vnius: ideo interest substituti, imò & disponentis, pro conseruatione & executione voluntatis eiusdem, vnum, & non plures nominari: quæ ratio cessat dum res apud electum perpetuò est remansura: vt explicat Gomes. *lib. 2. variar. resol. cap. 11. num. 7. in quarta conclus. versicul. quam tamen sententiam.* Steph. Gratian. *decis. Marchiæ 145. numer. 8.* Alia ratione mouetur Cald. *de emphyt. lib. 2. quæst. 10. num. 31.*

6 Præterea regula illa locum non habet; immò vnus tantùm, & non plures eligi possunt, quoties ex coniecturis apparet testatorem, aut alium disponentem noluisse, quod bona per eum relicta diuiderentur, sed apud vnum semper conseruarentur: vt dicit Imol. in *d. l. vnum ex familia, § si duos, num. 16. versic. potes dicere quod si ex coniecturis.* Molina *de prim. g. lib. 2.*

7 *cap. 4. num. 45. & 54.* † Quamobrem si testator aut alius disponens de vno senserit, non solùm irritatur electio de plutibus facta, sed etiam si nulla electio facta sit, non admittuntur omnes vocati, sed vnus tantùm, vt mox exponemus, & tradit Molin. *loco citato, num. 42.*

8 Voluntas autem disponentis in casu aliàs proposito, satis colligebatur ex iterata mentione vnius filij masculi nominandi: quia per octo vices facta fuerat mentio *d'vn fils maste qui seroit nommé*; cùm tamen ex numeri singularis quadruplici repetitione, non plures, sed vnum duntaxat eligendum esse concludat Surd. *consil. 375. per totum*, & maximè *num. 16. & 25.* In eodemque casu consulens, ad dubia respondens, idem Surd. *consil. 369. num. 24. & sequentib. & n. 35. in fin. versic. praterea si inspecta.* Menoch. *consil. 1007. num. 15.* Addit. ad Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 45. & 46.* Fusar. *de substitut. quæst. 380. num. 15.* vbi etiam alias affert coniecturas, ex quibus colligi possit disponentem de vnius duntaxat electione intellexisse.

9 Obiicies, quid ergo fiet de istis bonis, si is qui facultatem habet eligendi, neminem nominauerit, aut plures contra disponentis voluntatem.

Respondeo, solum primogenitum in his bonis successurum: hæc enim ab omnibus recepta est conclusio, quod quotiescumque electio non potest fieri nisi de vnius persona, primogenitus admittitur, si nulla facta fuerit electio. Gabriel *consil. 85. num. 7. vo-*

10 *lum. 2.* † Aut si simpliciter dispositione aliqua caueatur bona ad vnum duntaxat deuenire debere; nullâ data alicui eligendi facultate, censetur solus primogenitus vocatus. Roderic. Suar. *ad l. quoniam in prioribus, Cod. de inofficios. testam. ampliat. 10. n. 26.* Couar. *lib. 3. variar. resol. cap. 5. n. 3.* Guid. Pap. *decis. 467.* Peregr. *consil. 102. num. 8. volum. 4.* Surd. *d. consil. 375. num. 16.* & *consil. 369. num. 21.* Simon de Præt. *de interpret. vltim. voluntlib. 3. interpret. 3. dubit. 4. solut. 3. & vltim. num. 11. fol. mihi 224.*

11 Septimò decidendum est, vtrùm si alicui data fuerit facultas eligendi liberos suos, possit eligere nepotes. Regula generalis est, liberorum appellatione, vel etiam dictione Gallica collectiua *Enfans*, contineri quoque nepotes, *l. liberorum, ff. de verb signif.* Maynard. *lib. 5. cap. 51. num. 2.* Ludou. Bellus *consil. 89. num. 12.* Charond. *aux memorables obseruations, in verb. Enfans.* Barry *in tract. de succes. lib. 17. de condit. & demonstr. in tit. de condit. si sine liberis, n. 18. fol. 283.*

12 & hæc verba non solùm masculos comprehendunt, sed etiam fœminas, non per verborum interpretationem, sed ex propria verborum significatione Mantic. *de coniect. lib. 11. tit. 14. num. 11.* Condic. *decis. 111. num. 10. & 480. num. 3.* Tusch. *litera L, concluf. 337. num. 1. & 2.*

Præmissa ampliantur vt procedant, etiamsi dispo- 13
nens vsus fuisset dictione liberorum suorum, vel ex se descendentium; vt etiam in nomine *filiorum* tenuit Gratian. *discept. forens. 629. num. 13.* & de dictione *liberorum*, Fusar. *quæst. 317. num. 22.* Lud. Bell. *consil. 89. num. 9. 10. & 11.* Barbos. *de appellat. verb. cap. 130. n. 9.*

† Idem si testator vocasset aliquem, & eius liberos, 14
quod eo non obstante descendentes in vltetiori gradu sint comprehensi, cùm non debeat fieri differentia inter nomen *eius* & *suos*, vt tradit Menoch. *lib. 4. præsumpt. 70. num. 24. & 25.*

Fieri tamen debet differentia inter nomen *filiorum* 15
& liberorum; nam nomen *filiorum* propriè fœminas non comprehendit; secus est de nomine *liberorum*, quod est nomen commune. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 84. num. 25. & consil. 877. num. 16. & 17.*

Præterea filij à liberis differunt tanquam species à 16
genere, & vocati sub nomine *filiorum*, dicuntur specialiter vocati; qui verò sub nomine *liberorum*, dicuntur vocati in genere. Tusch. *litera L, concl. 337. n. 18.*

† & nomen *liberorum* est collectiuum, *filiorum* verò 17
appellatiuum, quod excludit nepotes. Lud. Bell. *d. consil. 89. num. 9. & 12.* Peregr. *de fideicom. artic. 19. n. 25. versic. vlterius autem, & n. 27. & consil. 40. num. 28. & 29. volum. 6.*

Et non solùm nati continentur, & eligibiles sunt; 18
sed etiam nasciturі, quando electio in tempus futurum & incertum, quod venturum sit, collata est. Lud. Bell. *consil. 89. n. 15.* Rot. *decis. 162. num. 1. part. 6. recent.*

Idem dicendum est, si testator vxori mandasset de 19
eligendo vnum ex liberis, quem magis capacem iudicaret, ex quo colligitur ipsum suam dispositionem etiam ad nascituros retulisse: Quia si ad solos iam natos respexisset, ipsemet elegisset, nec fragili vxoris iudicio electionem commisisset, vt in simili arguit Rota super testamento Illustriss. Domini Doyse *decis. 77. n. 22. versic. Quarta, parte 6. recent.* vbi est casus in fortioribus terminis: † Quia testator suam dis- 20
positionem restrinxerat ad tunc viventes, & tamen quamuis eidem testatori nulli essent nati liberi, Rota adiudicauit fideicommissum liberis post ipsius testatoris obitum conceptis & procreatis; quidquid in contrarium scripsisset Excellentissimus Dominus Bellonus Præses, qui scripserat contra aperturam fideicommissi; scripseram & Ego, cum nonnullis Iurisconsultis Auenionensibus; sed Rota ex coniecturis, & ex tractu temporis appositо in testamento iudicauit contrarium, & fideicommissum fuit apertum in fauorem filij post obitum testatoris nati: vt in *dict. decis. 162. part. 7. recent.* Peregr. *de fideicom. artic. 22. num. 50.*

Et quod grauatus de restituendo liberis, seu de eli- 21
gendo vnum ex liberis, possit restituere, vel respectiuè eligere vnum ex nepotibus, fuit decisum apud Ioseph. de Sesse *decis. Arag. 53. in secundo dubio, à num. 8. vsque ad finem*, & maximè *num. 21.* vbi dicitur electionem non posse fieri in persona nepotū, si fuerit ordinatum eligendos esse Petrum, Ioannem & Martinum, expressis illorum propriis nominibus; secùs est si hæreditas fuerit alicui relicta distribuenda in filios, non restringendo se ad filios primi gradus; quo casu absque dubio dicit comprehendi nepotes, idque non ex fictione, sed ex iusta interpretatione; & sic dicit bene fuisse iudicatum, nepotes in illo casu esse eligibiles.

Et Notandum est, quod in casu illius decisionis 22
testator vsus fuerat illa clausula, quod bona diui-

dat inter filios ſuos,& meos,& tamen non obſtantibus illis verbis *ſuos & meos*, fuit judicatum electionem fieri poſſe in perſona nepotum, ut etiam monuimus ſuprà *num.*14.

23 Et licèt in contrarium facere videatur deciſio ejuſdem authoris 64. tamen illa loquitur in terminis vocationis filiorum; nos autem agimus de vocatione liberorum, quæ duo valde differunt: ut diximus *n.*15. *& ſequent.*

Præterea in *eadem deciſione* 64.*num.*47. dictus author proteſtatur ſe nolle decidere caſum illum, in quo adjecta ſunt illa verba,*filios ſuos,& meos*; immò in eadem cauſa, *num. ult. verſic.his attentis*, fuit deciſum, filiorum appellatione non comprehendi nepotes, quando filii ſunt vocati propriis nominibus: ſed quando non ſunt vocati filii propriis nominibus, *ibidem* dicitur,ex quinque Iudicibus quatuor pro vocatione nepotum judicaſſe.

24 Cæterùm, quod ſuperius dictum eſt,datâ facultate eligendi liberos, eligi poſſe nepotes, non procedit quando diſponens diſcretivè loquutus eſt de liberis & de nepotibus ſeu liberis liberorum; veluti ſi dictũ fuerit quod ſi filius haberet liberos, & iſti liberi haberent alios liberos,volebat hæreditatem ſuam reſtitui,&c.tunc enim quia alio modo loquutus eſt de liberis primi gradus,quàm de liberis ulterioris; electio vel reſtitutio liberis facienda non comprehendit liberos liberorum,ſeu nepotes diſponentis: Cavaler. *deciſ.*465.*num.*2.Menoch.*conſil.*328.*n.*8.9.& 10. Surd.

25 *conſil.*574.*num.*6.*verſic.ad quod oſtendendum.* † Ideo electio de perſona nepotum hoc caſu nulla erit, tanquam facta contra voluntatem diſponentis. Ioſeph. de Seſſe *d.deciſ. Aragon.*53.*in* 2.*dubio, à num.*8. *uſque ad finem,& deciſ.*164. *per totam*,maximè *n.*110. *&* 112.

26 Præterea regula in principio huius capitis propoſita, quod electio poteſt fieri de pluribus, locum non habet quando unus ex eligibilibus ſupereſt; ille ſiquidem ſolus admittendus eſt, & ceſſat eligendi facultas,quæ non poteſt exerceri niſi inter plures.Cald. *de emphyt.lib.*3.*cap.*10.*num.*3. *in fine, verſic.cæterùm.* Cyriac.*controverſ.*57. *num.*3.*per totam*,Menoch.*conſil.*1226.*per totum.*

27 Octavò dum quæritur,utrùm factâ ſemel electione licita ſit variatio?Notandum eſt,quæſtionem reſtringendam eſſe ad terminos ſuos: quia alioqui nimis ampla eſſet variationis materia circa electionem,circa res,vel remedia, &c. in contractibus, in iudiciis, in ultimis voluntatibus,de quibus Imol.*in dict. l. unum ex familia,in princip. num.*7. Rip.*in l.ſervi electione, ff. de legat.*1. & alii qui brevitatis gratiâ omittun-

28 tur. † Ideo loquendo de electione perſonarum incertarum ex certis, ſolemnis eſt illa diſtinctio quam afferunt Gloſ. Bart. Imol. & alii *dict. l. unum ex familia.* Quod ſi electio alicui purè commiſſa ſit, factâ ſemel electione, non admittitur variatio, nec nova nominatio: quia cùm electio ſit valida,& actus electionis ſeu nominationis fuerit conſummatus, non eſt ampliùs de variatione tractandum. Sed ſi electio fuerit commiſſa in diem, vel ſub conditione; veluti cùm relata eſt ad tempus mortis, vel aliàs dilata, & non purè conceſſa fuit eligendi poteſtas; ſi electio fuerit facta ante tempus, licebit variare: quia actus nulliter factus non conſummavit eligendi facultatem:hanc diſtinctionem ſequuntur Gomeſ. *ad leg.*17. *Tauri*, *num* 6. Surd. *conſil.*264. *numer.*29. Molin. *de primog. lib.*2. *capit.*4. *numer.* 22. Videnda eſt addit. ad Gammam *deciſ.*36. Valaſc. *conſult.*102. *numer.*23. *& ſequentib.* Cuiac.*obſervat. lib.*10. *capit.*39. Rota *deciſ.*323. *&* 263. *part.*1. *recent.* Seraph. *deciſ.*589. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.*746. *num.* 12. Barry *de ſucceſſ. lib.*8. *titul.*8. *quando ex pluribus &c. num.*4. *fol.*310. † Videndus 29 etiam text. & DD. *in leg. cùm pater* 79. §. *à filia. ff. de legat.*2. *A filia pater petierat, ut cui vellet ex liberis ſuis, prædia cùm moreretur reſtitueret: uni ex liberis prædia fideicommiſſaria viva donauit; non eſſe electionem propter incertum diem fideicommiſſi certa donationis videbatur.Nam in eum deſtinatio dirigi poteſt,qui fideicommiſſum inter cæteros habiturus eſt,remotâ matris electione.* Hactenus I. C.qui prædictam diſtinctionem egregiè confirmare videtur.

Si tamen electio facta fuerit ex cauſa dotis, cum 30 promiſſione de non revocando,aut ſubſequuta traditione,non datur variationi locus,ſed electio ſemel facta in vita irrevocabilis eſt: ut oſtendit Additio ad Molin.*de primog.lib.*2.*cap.*4.*n.*22.*in fine,verſic.limitatur etiam*,poſt Valaſc. Caldas,Caſtill. & alios *ibidem* allegatos,& videtur tenere Cald.*de emphyt.lib.*3.*c.*2. *n.*49. & Addit. & Gamm. *deciſ.*36.*n.*1.*in fin.*ubi generaliter loquitur de electione facta ob cauſam matrimonii,quam dicit eſſe irrevocabilem. † Ego tamen 31 Cenſeo,ex quacumque cauſa facta ſit nominatio,ſi ipſa ad tempus mortis eligere debentis relata fuerit, & nominatus moriatur ante nominationem, quod electio non ſubſiſtat in præiudicium illorum, qui tempore mortis quo nominatio facienda erat,ſuperſtites fuerint, ob rationes & iura ſupra allegata.

Hoc etiam aliàs Conſului, quod ſi inter maritum 32 & uxorem conventum ſit,unum ex liberis tam ad paterna,quàm ad materna bona eligi,de cõmuni utriuſque conſenſu;Maritus autem Paulum Aldonſum primogenitum, præſente & conſentiente uxore nominaſſet,mortuo marito non poterat uxor nominationi factæ de illo primogenito contravenire, nec illam eiam quoad bona materna revocare. † Quando enim 33 pluribus eligendi facultas commiſſa ſeu reſervata eſt, vno ex illis poſt factam electionem mortuo, alius ſuperſtes non poteſt variare: quia in iis in quibus requiritur volũtas aliena,vnus abſque eo cuius exigitur voluntas variare nequit. Caſtill. *lib.*2.*controverſ.c.*20. *num.*48. ubi oſtendit quod in voluntate aliena non licet variare; licèt in propria admitteretur variatio. Cod.Fabr.*lib.*6. *tit.*20.*definit.*19.

CAPVT LII.

Fundus dotalis non cenſetur conſtitutus, quamvis marito traditus fuerit præcedente dotis promiſſione in certa pecuniæ ſumma; niſi tamen datio in ſolutum promiſcuè facta fuerit utrique coniugi; vel maritus nomine uxoris, vel tanquam ipſius procurator, prædia receperit; ſed ſi nulla præceſſerit dotis certæ promiſſio in pecunia, fundus dotalis manet, non obſtante æſtimatione, & fructus illius ſoluto matrimonio ſtatim ad uxorem pertinent, etiamſi agatur de annuis reditibus, quia loco immobilium ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Fundus in ſolutum datus pro dote promiſſa in pecunia, non eſt dotalis.*

2 *Hoc*

2 *Hoc procedit quamuis nulla præcesserit æstimatio talis fundi, quia æstimatio censetur facta à lege pro pretio quòd tunc bona valebant.*

3 *Facta reditus annui datione in solutum pro pecunia dotis nomine promissa, dominium illius transit in maritum, & uxoe remanet creditrix pecuniæ.*

4 *Vxor soluto matrimonio non potest prætendere fructus reditus annui, vel aliorum bonorum, marito pro pecunia dotali in solutum datorum.*

5 *Quæ sint coniecturæ ex quibus colligi possit fundum esse dotalem.*

6 *Leges loquentes de dote æstimata, locum habent duntaxat, quando maritus bona in solutum proprio nomine accepit.*

7 *Fundus non efficitur dotalis, nisi datio in solutum facta fuerit ipsi marito nomine proprio, & tanquam marito.*

8 *Maritus fundo in solutum accepto remanet pecuniæ debitor, si pecuniam vxori recognouerit, & restituere promiserit.*

9 *Si pater filiæ fundum in solutum dederit, & filia in eodem contractu illum marito in dotem constituerit; perinde est ac si pater ipse marito in solutum dederit, stante recognitione dotis per maritum facta cum promissione de restituendo dotem in pecunia.*

10 *Fundus dotalis efficitur si maritus illum receperit vti coniuncta persona vxoris, vel nomine ipsius.*

11 *Maritus recipiens fundum nomine vxoris, censetur illud fecisse vti procurator ipsius, & in vim mandati quod habet à lege.*

12 *Fundus, quamuis æstimatus à patre, filiæ assignatus, remanet profectitius & proprius ipsius, & hæc qualitas à fundo separari non potest.*

13 *Æstimatio fundi in solutum pro dote dati, si nulla præcedat certa summa in pecunia promissio, censetur duntaxat facta vt verus valor sciatur, non vt dominium in maritum transferatur.*

14 *Æstimatio tacitè facta dicitur, quando dantur in solutum res, quæ consistunt in pondere, numero & mensura.*

15 *Reditus annuus dotalis statim restituendus est vxori, soluto per mortem viri matrimonio, non expectato anno.*

16 *Reditus annui accedunt ad naturam bonorum immobilium.*

17 *Expenditur consil.* D. Ludou. Belli 72. *vbi tractatur quæstio restitutionis dotis consistentis in annuis reditibus, & refutatur: & num.* 18.

19 *De quibuscumque reditibus annuis agatur, semper loco immobilium haberi debent, & releuant ab onere satisdandi; & ab Ecclesia vel minoribus sine decreto alienari nequeunt, exceptâ tamen alienatione necessariâ.*

20 *Reditus annui non ex eo solum inter immobilia computantur, quòd bonis immobilibus adhærent; sed etiam ex eo quòd sunt perpetui.*

CVm dubitaretur vtrùm filia, cui pater dotis nomine summam sex millium scutorum constituerat, in cuius solutionem annuum censum, seu capitale sexcentorum aureorum cesserat super quadam Communitate Prouinciæ, quæ inter eas, quæ facultatibus non idoneæ declaratæ fuerunt numerabatur, soluto matrimonio posset contra hæredes mariti 600. aureos in pecunia petere, an verò reditum illum annuum vti dotalem in deductionem dotis periculo suo capere teneretur.

Respondi ex iis quæ in facto proponebantur, posse mulierem ad dotis repetitionem agentem petere 600. aureos sibi in pecunia numerata restitui; nec capitale super illa Communitate marito cessum in solutum capere teneri: quia capitale illud annui reditus cessum fuit marito pro certa summa, quam illi socer in pecunia promiserat: † fundus autem dotalis non dicitur, quando dote in pecunia promissâ, census annuus, aut res, seu prædium aliquod in solutum marito datur. DD. *in l. quoties, Cod. de iur. dot. & in l. si æstimatis, ff. solut. matrim.* Couar. *pract. quæst.* 28. *numer.* 1. *versic. secundò apparet.* Surd. *consil.* 39. *num.* 6. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 13. *num.* 26. † vbi post Seraph. *decis.* 1207. *num.* 1. dicit hoc procedere, quamuis nulla expressa facta fuerit æstimatio, quia illa censetur facta à lege pro pretio, quo tunc bona valebant. Gratian. *discept. forens. c.* 38. *num.* 29. † siquidem dominium reditus annui cessi fuit translatum in maritum; & vxor remansit creditrix pecuniæ. Addent. ad Ludouis. *decis.* 573. *num.* 16. *versic. quod maximè.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 74. *num.* 4. Anchar. Iun. *lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 3. & 4. Vasil. *in verb. æstimatio, conclus.* 68. *num.* 1. 3. & 12. vbi plures citat, Anton. de Amat. *resol.* 49. *numer.* 10. † Vbi propterea concludit fructus bonorum, sic marito in solutum datorum, non posse prætendi per vxorem soluto matrimonio. Addent. ad Burat. *decis.* 36. † vbi ponuntur coniecturæ ex quibus fundus censeri debeat dotalis, quæ *ibidem* videri poterunt.

1 2 3 4 5

Neque dici poterat, quod census ille fuisset assignatus & in solutum datus vxori, & non marito: † leges autem loquentes de dote æstimata locum habent duntaxat quando maritus bona in solutum proprio nomine accipit. Oldrad. *consil.* 2. *num.* 6. hoc autem casu non solus maritus, sed ipse vnà cum vxore censum in solutum acceperat: verba quippe cessionis sic concepta erant, *eede ausdits mariez*: & sic cessione factâ vtrique coniugi, † agebatur de cessione mixta, non autem facta simpliciter marito; quo casu fundus non efficitur dotalis. Bald. *cons.* 160. *in fin. versic. & ita retentis, volum.* 2. quem sequitur Tusch. *in verb. dos, conclus.* 758. *num.* 27. & 28.

6 7

Primò siquidem, quia maritus in eodem contractu summam illam 600. scutorum se habuisse & recepisse fassus fuerat, eandémque vxori recognouerat, & soluto matrimonio illi, aut quibus de iure, restituere promiserat, ita vt non esset amplius disputandum, quin verè quantitatis esset debitor. Dominus Ludouic. Bell. *consil.* 74. *num.* 1. & 2. Fontan. *d. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 13. *num.* 6.

8

Secundò, quia statim in eodem contractu vxor marito omnia bona sua in dotē constituit, & sic cùm reditus ille fuisset coniugibus in solutū datus pro certa æstimatione, fuit etiam per vxorē marito, statim & in eodem contractu, sub eadē æstimatione assignatus, qui illius æstimationē vxori recognouit, & restituere promisit: maximè cùm dotis assignatio præcedens facta fuerit vxori, & pro ea illius marito: † Fuit igitur vnus contractus occultatus cū alio, & celeritate coniungendarum actionum, eodem contextu pater filiæ, & filia marito censum eundem æstimatum tradidisse censetur. Iuxta notata *in l. singularia, ff. si cert.*

9

petat.l.ſi inter,& ibi Bald.*Cod. de iure dot.* Fontan. *de pact.nupt.d.clauſ.5.gloſ.8. part.13.n.12.fol. mihi* 197.

Cæterum ſi maritus uxori ſummam illam non recognoviſſet, & pecuniam illi reſtituere non promiſiſſet, negari non poſſet quin cenſus ille ceſſus, eſſet dotalis,ex ſupradictis *n.6.*

10 Ad quod optimè faciunt tradita per Beroüm *conſilio 204. num.42.volum.1.* ubi dicit fundum eſſe dotalem ſi maritus illum receperit,vel conjuncta perſona ſuæ uxoris. Roland. *conſilio 64. num.1.& 9.volu-*

11 *mine 4.* † Vbi dicit quod quando maritus nomine uxoris recipit prædia,cenſetur id feciſſe tanquam procurator uxoris,& in vim mandati quod habet à lege, ita ut quamvis regulariter æſtimatio videatur facere emptionem, nihilominus emptio illa cenſetur facta nomine uxoris, & illi prædia debentur, & non pretium; licèt in caſu ſuo aliter concludat: quia ceſſio facta fuerat marito jure proprio,& in perpetuum,pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque ſtipulanti: ſequitur ipſum Cyriac. *lib.2. controv.220. numero* 8. Conferunt etiam tradita per Cavalc.*in Indice deciſ. in verbo maritus & eius hæres non eſt obligatus,num.3.* Trentacinq *variar.reſol.lib.3.tit.de iur. dot.reſol.1,numero* 26.Benè Gutier.*de gabel.quæſt.25.*

12 *numero 6. verſic. Carolus.* † Ratio eſt,quia hoc caſu fundus ille, quamvis fuerit æſtimatus, tamen remanet proprium patrimonium filiæ, & eſt profectitius, tanquam à patre proveniens; quæ qualitas ab ipſo fundo ſeparari non poteſt, niſi id expreſsè dicatur; aut ſolus maritus (prout in caſu propoſito factum fuit) illum proprio nomine recipiat, *l.cum à ſocero tuo pro uxore dos tibi daretur, & l.1.l. ſi gener,Codic. de jur. dot. l. ex morte,in fin. Codic. de pact. conven.*

13 Et præmiſſa locum habent retentis ſuis terminis, nempe quando præcedit promiſſio dotis in certa pecuniæ quantitate;nam nulla præcedente tali promiſſione,ſi facta fuerit æſtimatio, illa potius facta cenſetur ad hoc ut ſciatur valor rei,quàm ut dominium in maritum transferatur.Gratian.*diſcept forenſ.cap.489. n.4.* & ideo fundus ſemper dotalis remanet,non obſtante æſtimatione Seraph.*deciſ.1207.n.1.*ubi fundat reſolutionem ſuam in eo quod præcedebat promiſſio certæ quantitatis.

14 Advertendum autem eſt,duo in hac materia conſiderari æſtimationum genera,aliquando enim ſit æſtimatio expreſsè, aliquando verò tacitè authoritate legis; videlicet quando dantur in ſolutum res conſiſtentes in pondere,numero,& menſura,*l.res in dotem, ff.de jur.dot.*Gloſſ.ſingularis *in l.æſtimatis.ff.ſolut.matrim.*Fontan.*de pact.nupt.d.clauſ.5 gloſſ.8 part.13.n.4.* Barb.*in l.æſtimatis 51.n.7. & 8. ff.ſolut. matrim.* ubi agit de nomine in ſolutum dato.

15 Et iuxta præmiſſa aliàs Reſpondi, uxorem ſoluto matrimonio conſequi debere fructus annui reditus in dotem conſtituti,quia ipſi matito pro uxore & nomine uxoris aſſignatus fuerat, neque maritus in caſum reſtitutionis dotis pecunias,ſed ſimpliciter dotẽ uxori reddere promiſerat:immò neque certa dotis in quantitate promiſſio facta erat,ideo fructus uxori debebãtur, ſoluto matrimonio. Gratian. *diſcept forenſ.c.38. n.39.in fin.*Seraph.*deciſ.1207.n.3.verſ. verùm,cum hac via agendo.* Antonin. de Amat.*reſol.49.n.10.* Cenſius *in tract.de cenſib.q.67.n.27.& ſeqq.*

16 Nam cùm cenſus annui quodammodo ſortiantur
17 naturam bonorum immobilium, ex fuſè notatis per Cenſ.*de cenſib. q.30.* † dominium ipſorum ſoluto matrimonio confeſtim abſque dilatione anni; redit ad uxorem; & fructus à die mortis mariti ad illam pertinent. Cenſ. *dict. quæſt.67. num.26. ex l.unica §. exactio,Cod.de rei uxor.actionem.*& cùm de hoc ageretur anno 1625. Ego pro Nobili & Illuſtri D. Petro de Guillens ſcripſi † adversùs ea quæ tradit D. Ludou. 18
Bellus *conſ.72* pro hæredibus D.Conſiliarii Raynaud: ideo ab ejus conſilio cavendum eſt. Nam diſtinctio illa in tria cenſuum genera huic caſui adaptari non poteſt: † cùm in quocumque genere cenſuum verſe- 19
mur, ſemper pro immobilibus habeantur: relevant enim ab onere ſatisfandi: per eos qui immobilium incapaces ſunt, poſſideri nequeunt: à minoribus ſine decreto,vel ab Eccleſiis ſine ſolemnitate alienari nequeunt,exceptâ alienatione neceſſariâ ex traditis per Cenſ. *dict.quæſt.30.n.13. & ſeq.* † Neque ex eo ſolo 20
quod immobilibus cohærent,pro immobilibus reputantur,verùm etiam ex eo quòd perpetui ſunt,& non temporales: ut notat Cenſ. *dict. quæſt.30. n.20. & ſequentibus.*

CAPVT LIII.

De eo qui petit ſe immitti in poſſeſſionem vigore teſtamenti requitentis altiorem indaginem, & quibus in caſibus hæres poſſidens ſit legitimus contradictor adversùs fideicommiſſarium non poſſidentem. Quæ ſit differentia inter poſſeſſorem docẽtem in promptu de titulo ſuæ poſſeſſionis,& illum qui dat fumum Iudici de ſuo titulo probabili & veriſimili. Articulum juris dubium & difficilem dici requirere altiorem indaginem. Articuli & teſtes ſuper poſſeſſorio quando ſint reiiciendi, non obſtante clauſula, *ſalvo iure impertinentium, & non admittendorum*: & aliis clauſulis ſalutaribus: Et de interpretatione ſtatuti Avenionenſis ſuper admiſſione articulorum.

SVMMARIVM.

1 *In poſſeſſorio iudicio non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, ſed ea ad petitorium reiicienda.*

2 *Hoc locum habet non ſolùm in remedio* l. fin. C. de edict. D. Hadr. *ſed etiam in omnibus aliis remediis adipiſcendæ poſſeſſionis.*

3 *Materia legitimi contradictoris in Salviano, æquiparatur cum* dict.l.fin.

4 *Vt detur immiſſio, conſtare debet de fideicommiſſo ex ſola lectura teſtamenti.*

5 *Quæſtio dicitur requirere altiorem indaginem, quando is qui petit ſe immitti,non eſt nominatus in teſtamento.*

6 *Hæres non poſſidens eſt legitimus contradictor adversùs fideicommiſſarium petentem ſe immitti, ſi jus iſtius pendeat ex facto dubio.*

7 *Quando certum eſt hæredi competere detractiones,denegatur immiſſio fideicommiſſario.*

8 *Quando hæres poteſt facere detractiones, Iudex gravat ſi concedat immiſſionem,etiam cum clauſula,*detractis detrahendis.

9 *Si fideicommiſſarius petat ſe immitti in caſibus in quibus immitti non debet, hæres debet abſolvi ab obſervatione indicii, ſalvo actoris jure rectius agendi.*

10 *Interdictum* quorum bonorum, *non datur contra possidentem cum titulo, quando is fuit acquisitus bona fide, secùs si mala fide.*

11 *Interdictum* quorum bonorum, *vel remedium* l. fin. de edict. D. Hadrian. *non competunt in vim contractus.*

12 *Possidens & allegans parem titulum, est legitimus contradictor ad excludendam viam executiuam, & obtinendum vt ordinariè agatur.*

13 *Non possidens est legitimus contradictor aduersùs actorem non possidentem, si alleget titulum exclusiuum iuris ipsius, si res non sit omninò dubia, nec omninò clara, ad affectum vt causa ordinariè tractetur.*

14 *Remedium* l fin. de edict. D. Hadrian. *sæpe datur contra possidentes.*

15 *Possidens non est legitimus contradictor, si non alleget titulum probabilem.*

16 *Si possidens alleget titulum probabilem ex quo jus actoris reddi possit dubium, tunc est legitimus contradictor.*

17 *Qui possidet, facilius est legitimus contradictor, quàm non possidens.*

18 *Sufficit dare fumum tituli ex parte possessoris.*

19 *Intellige ad effectum, vt detur illi dilatio ad prodandum titulum, suspensâ interim immissione.*

20 *Quando dubitatur de existentia tituli, si de eo detur fumus, concedenda est dilatio ad illum probandum: sed si non dubitetur de existentia illius, dato fumo, causa debet ordinario iudicio terminari.*

21 *Si de vocatione constet ex lectura testamenti, & nihil reluans dicatur in contrarium, datur immissio.*

22 *Satis expressum dicitur in testamento, quod per coniecturas probabiles elicitur.*

23 *Remedium* l. fin. de edict. D. Hadrian. *competit tacitè substituto.*

24 *Qui se ex eodem testamento vocatum prætendit, impedit immissionem.*

25 *Quando probanda est actori descendentia, & alia multa in facto; tunc ordinariè agere debet.*

26 *Qui potest immissionem prætendere non possidens, multò fortius illam impedire potest possidens.*

27 *Articulus iuris difficilis & intricatus, aquiparatur quæstioni facti.*

28 *Vt impediatur immissio propter detractiones hæredis, sufficit quod detractiones sint possibiles, nec necessaria est illarum probatio in specie.*

29 *In interdicto Saluiano, possibilitas detractionum excludit actorem.*

30 *Statutum Auen.* lib. 2. rubr. 9. art. 9. *circa admissionem articulorum explicatur.*

31 *Clausula*, saluo iure impertinentium, *non debet apponi, si articulo sint impertinentes notoriè.*

32 *Clausula* Ius & Iusticiam, *non operatur circa remedia contraria intentioni articulantis.*

33 *Clausulæ salutares in articulis non faciunt, vt comprehendatur possessorium, quod fuit suspensum.*

34 *Sententia prolata in petitorio suspenso, est nulla.*

35 *Suspenso petitorio, suspenditur quoad illud iurisdictio Iudicis.*

36 *Sententia est nulla si proferatur simul in petitorio & possessorio, quando constat ex actis petitorium fuisse suspensum.*

37 *Quando petitorium fuit suspensum, non debent admitti probationes ad discolorandum titulum.*

38 *Testes examinati durante suspensione nihil probant, etiam post reuocatam suspensionem.*

ACtore petente se immitti in possessionem bonorum prætenso fideicommisso suppositorum, & remedia possessoria sibi vtiliora intentante aduersùs hæredem bona illa possidentem: Dixi denegandam illi immissionem, & ipsum à limine iudicij possessorij repellendum, saluis iuribus in petitorio, provt sic iudicatum postea fuit in causa Illust. Domini de Caumons, contra Illust. Dominum del Baron, qui non erat in testamento nominatus, & agebat contra possessorem, cúsque probationes † altiorem 1
requirebant indaginem. Ideo ad petitorium erant reiiciendæ, aut ad aliud remedium ordinarium, *l. 2. & ibi* DD. *Cod. de edict. D. Adrian. & in l. fin. Cod. quorum bonorum.* Dec. *consil. 467. num. 12. versic. præterea, & numero 13. & 14. & consilio 424. numero 19. & 20.*

Quod non solùm obtinet in remedio *l. fin. de edict.* 2
diui Hadrian. sed etiam de similibus possessoriis adipiscendæ, vt in interdicto Saluiano. Rota *decis. 755. part. 3. in recent.* † Æquiparatur enim materia legiti- 3
mi contradictoris in materia Saluiana, & *d. l. finalis.* Pacif. *de Saluian. interd. inspect. 10. c. 2. num. 1.*

Ad concedendam siquidem immissionem, necesse 4
est vt constet de fideicommisso ex sola lectura testamenti, & ex solo verborum cortice; quia quæstiones altioris indaginis non deciduntur in hisce iudiciis, vt de interdicto *quorum bonorum*, tradit *Afflict. decis. 14. & ibi* Vrsil. *num. 5.* † Vbi dicit, quæstionem requirere 5
altiorem indaginem, quando is qui agit ex aliqua dispositione, non est nominatus in illa; post Gozad. *consil. 7. num. 17.* Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus Argellus Archiepiscopus Auenionensis dignissimus, creatus anno 1647. *in suo doctissimo tractatu de legit. contradict. quæst. 2. artic. 2. num. 56. & 57.* qui postea obiit die 13. Iulij, 1648.

Præsertim quia rebus in possessione bonorum prætenso fideicommisso suppositorum repertebatur: † 6
hæres autem possidens est legitimus contradictor aduersùs fideicommissarium, qui dum petit se immitti fatetur se non possidere, quando decisio fideicommissi pendet ex facto dubio, vel ex puncto iuris difficili. Idem D. Argel. *de legit. contradict. quæst. 2. artic. 6. num 206.* & in *tract. de acquir. possess. quæst. 2. num. 154. & iterum de legit. contradict. quæst. 2. art. 5. num. 179.*

Accedebat, quod notorium erat ex ipsa lectura testamenti & articulorum actoris, prætensum hæredem grauatum possidentem, multas in omnem euentum habere detractiones faciendas, quibus attentis, non poterat actor intentare possessoria remedia. Ludouis. *decis. 206. num. 11.* & *ibi* Addent. *Rota decis. 254. n. 5. part. 4. recent.* neque potest actori dari immissio, quan- 8
do faciendæ sunt detractiones. Burat. *decis. 946.* † Immò nec Iudex potest illam concedere cum clausula *salus detractionibus.* Idem D. Argellus *de legit. contradict. quæst. 13. num. 54. & de acquirend. possess. quæst. 8. num. 862.*

Debet igitur ex præmissis reus absolui ab obser- 9
tione iudicij, saluo actori iure meliùs agendi, provt ita iudicatum fuit. Angel. *in d. l. fin. Cod. de edict. diui Hadriani, colum. penult. versic. si verò contradictor obiicit.* Zuchard. *ibidem, num. 374.* Idem D. Argel. *de legitim. contradictor. art. 3. q. 2. n. 185.*

Inutiliter etiam hoc casu Dixi, intentatū fuisse in- 10
terdictum

terdictum *quorum bonorum*, quod non competit contra poſſidentem cum titulo, quando titulus bona fide fuit acquiſitus. Rota *deciſ.* 415. *numero* 9. *part.* 5. *recent.* Gabriel *conſil.* 32. *num.* 2. *volum.* 1. ſecus ſi mala fide eſſet acquiſitus. Burat. *deciſ.* 772. *n.* 6. de eodem interdicto loquuntur Afflict. *deciſ.* 14. Menoch. *remed.* 2. *adipiſc. poſſ.* Gomeſ. *ad l. Tauri* 45. *num.* 12. Peregr. *de fideic. art.* 46.

11 Ex contractu quoque non competit interdictum *quorum bonorum*, Peregr. *de fideic. art.* 46. *num.* 6. *verſic. quare alia videtur*, neque remedium *d. l. final. de edict. D. Hadriani.* D. Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 8. *art.* 8. *num.* 185.

12 Prædicta remedia poſſeſſoria multo minus actori competere dictum fuit; quia ſicut in alio ſimili caſu dicebat illuſtriſſ. D. Argellus, poſſidens & allegans parem titulum, eſt legitimus contradictor adversùs petentem immiſſionem, & excludendam viam (ut vocant) executivam, & efficiendum ut cauſa ordinaria tractetur: ut in terminis beneficii *l. final. Codic. de edict. D. Hadrian. tollend.* frequentiſſimo Interpretum calculo receptum eſt. Bart. *in d. l. fin. n.* 22. Dec. *num.* 4. Angel. *n.* 6. *circa medium*, Achilles Perſonalis *de acquir. poſſeſſ. num.* 348. Menoch. *remed.* 4. *adipiſc. num.* 565. & 566. Peregr. *de fideicomm. art.* 48. *num.* 4. *verſic. item ſi deducat.* Caſtill. *controverſ. jur. part.* 3. *cap.* 24. *num.* 113. & *ſeqq.* Ruyn. *conſilio* 151. *num.* 5. *volum.* 2. Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 34. *num.* 31. Benintend. *deciſ.* 81. *num.* 5. Coccin. *deciſ.* 347. *per totam.* Rota, *deciſ.* 198. & 366. *part.* 3. *recent.* & ipſemet Argel. *in tract. de legit. contradict. quæſt.* 15. *num.* 30.

13 Quin imò etiam non poſſidens, ſi excipiat contra non poſſidentem & petentem ſe immitti, & alleget titulum excluſivum iuris agentis, eſt legitimus contradictor ad efficiendum ut cauſa ordinariè tractetur, quando res non eſt omninò dubia, nec omninò clarat qui eſſet caſus noſter ſi reus conventus non poſſideret, ut plenè dixit idem Dominus Argel. *de legit. contradict quæſt.* 2. *num.* 146. & *n.* 145. ergo multò magis excludi debuit actor remedio poſſeſſorio & ſummario; cùm reus non ſolùm poſſideret, ſed etiam legitimum titulum excluſivum juris agentis in promptu allegaret.

Neque dicatur admiſsâ hujuſmodi concluſione, illud ſequi abſurdum, ut nunquam adversùs poſſidentem locus immiſsioni eſſe poſsit: cùm nullus ſit qui neſciat proponere aliquem titulum, & illum commi-

14 niſci ad excludendam immiſsionem. † Cùm tamen certum ſit, ſæpè contra poſſidentes dari remedium *d. l. final.* potiſſimùm ſi poſt mortem defuncti poſſeſſio fuerit obtenta. Zuchard. *d. l. fin. n.* 383. Gozadin. *conſilio* 93. *numero* 5. Gabriel *conſilio* 46. *num.* 7. *volum.* 1. Seraph. *deciſ.* 1257. *numero* 3. Rot. *in recent. deciſ.* 472. *numero* 4. & 755. *part.* 1. & *deciſ.* 33. *numero* 6. & 7. *part.* 2.

15 Nam pro reſponſione diſtinguendum eſt; aut enim poſſidens & titulum allegans nullam affert coloratam rationem, nihilque oſtendit unde allegati tituli vetitas aliqua ex parte colligatur, & probabilis appareat; & tunc adversùs poſſidentem datur immiſſio, quia poſſidens ſine titulo, non eſt legitimus contradictor. DD. *in d. l. final.* Gozadin. *d. conſilio* 93. *num.* 3. cum aliis allegatis *in d. tract. de legit. contradict. quæſt.* 4.

16 *num.* 5. † Aut verò opportunis documentis & rationibus de ſuo titulo apparente adeo docet, ut Iudicem ſaltem dubium reddere poſſit, qui allegatum titulum, tanquam omninò nullum aut ſomniatum rejicere nequeat, & tunc ceſſat immiſſio. Quando enim cauſa poſſeſſorii eſt turbida, ita ut ejus terminatio depẽdeat à terminatione petitorii: tunc non eſt poſſeſſorio agendum, ſed illud cum petitorio cumulandum, ut *in d. tract. de legitim. contradict. q.* 2. *n.* 47.

17 Quod ſi verum eſt, quando veniens ad impediendam immiſſionem non poſſidet, multò magis erit dicendum quando poſſidet, ne alioquin melior ſit conditio non poſſidentis, quod eſſet abſurdum: ad text. *in §. retinenda, Inſtit. de interdict. l. res quæ, in fin. C. de tranſact.*

18 Et licèt poſſeſſio & tituli allegatio non ſufficiat, niſi poſſidens titulum probet, ut vel ſaltem eius det fumum, juxta tradita *in d. tract. de legitim. contradict. quæſt.* 9. *num.* 94.

19 Quinimò ſi ſolùm det fumum, neque etiam abſolutè ſit legitimus contradictor, ſed ſolùm obtinere debeat dilationem ad titulum plenè

20 probandum: ut dicitur *in d. q.* 9. † Tamen eſt advertendum poſſe dubitari aut de entitate ſeu exiſtentia tituli poſſidentis, aut de viribus eiuſdem tituli. Primo caſu, ſi ſolùm detur fumus, aſſignatur dilatio ad titulum probandum. Secundo caſu, ſi de viribus tituli dumtaxat agatur, & dubitetur an ſit ſufficiens; tunc quia neceſſariò de meritis petitorii agendum eſt, excluditur omninò immiſſio, & petitorio agendum eſt, ex ſupradictis.

21 Non negamus tamen, quod ſi ex vi verborum in teſtamento expreſſorum, prætendens immiſſionem ſe vocatum eſſe probare poſſit, poſſeſſore nihil in contrarium allegante, quod in promptu actorem excludere poſſit, ſaltem evidenter ad effectum immiſſionis, de illius iure conſtare poſſit: quia ſcriptura illud evidenter dicit, quod ex vi verborum in ea expreſſorum colligitur, *l.* 1. & *ibi* Gloſſ. *ff. de his quæ in teſtam.* Rot. *deciſ.* 755. *num.* 2. *part.* 3. *recent.* † Vbi nomina-

22 tim vocatum eum profitetur, quia comprehenditur in verbis contentis in teſtamento, & ſatis evidenter expreſſum dicitur quod per conjecturas probabiles à verbis ortas conjicere poſſumus, *l. licet Imperator, ff. de legat.* 1. *l. ſi quis locuples, in fin. ff. de teſtament. manumiſſ.* Mantic. *de coniect. ultim. volunt. lib.* 6. *titulo* 1. *num.* 8.

Vnde videmus tacitè ſubſtituto beneficium *d. l. fin.* 23 competere ad obtinẽdam immiſſionem, ut *in d. tract. de acquir. poſſ. quæſt.* 7. *num.* 164. & *art.* 6. *d. q.* 7. † Ideo 24 ſequitur ut multò magis competat exceptio illi, qui ſe ex eodem teſtamento vocatum prætendit ad ſe tuendum in poſſeſſione adepta, *l. per retentionem, Cod. de uſur. l.* 2. & *ibi* Bald. *in* 3. *notab. Cod. de fideiuſſorib.* Decius *conſ.* 298. *n.* 4.

Cæterùm, in caſu propoſito prætentiones actoris 25 tules erant, quæ tam in iure quàm in facto altiorem requirebant indaginem: quia inter cætera probanda erat deſcendentia, vocatio, purificatio conditionis fideicommiſſi, & alia multa propter quæ iudicio ordinario agendum erat, & probationes illæ ad aliud, judicium rejiciendæ. Simon de Præt. *de interpret. ultim. volunt. lib.* 5. *interpret.* 2. *dubit.* 3. *n.* 48 *fol. mihi* 518. Barry *de ſucceſſ. lib.* 11. *cap.* 13. *quomodo hæres in poſſeſſ. mittatur, num.* 13. Rot. *deciſ.* 639. *num* 8. *part.* 1. *recent.* Ad prædicta faciunt ea quæ tradit Decius *conſ.* 424. *num.* 19. & 20. & *conſilio* 467. *n.* 13. & 14. Roland. *conſil. num.* 73. *lib.* 1. *conſ.* 2. *num.* 38. *volum.* 3. *conſ.* 98. *num.* 38. & 39. *lib.* 3. Cod. Fabr. *libro* 6. *titulo* 3. *de edict. D. Hadrian. definit.* 2. *numero* 5. in illis verbis: *Non idem eſt ſi fideicommiſſi quæſtio difficilis ſit, & altiorem requirat indaginem.* Rot. *diverſ. deciſ.* 520. *numero* 2. *parte* 1. Riminald. iun. *conſ.* 69. *numero* 14.

Et licèt nonnulli ex prædictis DD. loquantur in 26 hærede non poſſidente, multò tamen magis locum habent ſi ipſe poſſideat, tum ex ſupradictis *num.* 17.

tum

tum etiam ex eo, quod certa est iuris regula, quod qui potest immissionem prætendere non possidens, multò magis eam impedire potest possidens: & qui legitimus est contradictor non possidens, multo magis contradictor est possidens. Rot. *decis.* 197 *n.* 2. *part.* 2. *in recent.* facit Verall. *decis.* 346. *num.* 2. *&* 3. *part.* 2. Zuchard. *ad dict. l. fin. num.* 384. *in fin. versic. etiam aduerte, & num.* 393. *versic. secundò est aduertendum.* Roland. *cons.* 78. *num.* 27. *versic. secundò respondetur, volum.* 3.

27 Quod autem attinet ad articulos iuris dubios & difficiles, rectè suprà dictum est, illos impedire immissionem, & in hoc iudicio non esse admittendos: quia articulus iuris difficilis dicitur requirere altiorem indaginem, & ideo in possessorio non est admittendus, nec pertinens. Rot. *dict. decis.* 520. *n.* 1. 2. *&* 3. *part.* 1. *diuers.* Dominus Argel. *de legit. contradict. q.* 2. *art.* 6. *n.* 296. *& de acq. poss. q.* 2. *n.* 154. Pacif. *de Saluian. inspect.* 2. *cap.* 2. *n.* 87. Vnde concluſum fuit, articulos actoris ad petitorium esse reiiciendos, expensis in fine litis reseruatis.

28 Neque obstare visum fuit quod opponebatur, non plenè constare de detractionibus: quia fuit Responsum quod sufficiebat, detractiones esse possibiles; quamuis de illis in effectu non constaret, vt considerauit Rot. *decis.* 755. *n.* 2. *par.* 3. *recent. decis.* 639. *n.* 8. *part.* 1. *recent.* Addent. ad Ludouis. *decis.* 206. *num.* 12.

29 *in fin.* † Quod etiam locum habet in interdicto Saluiano, Pacif. *de Salu. interdict. inspect.* 3. *cap.* 4. *n.* 308. *&* 309.

30 Secundò non obstat statutum Auenionis, *libro* 2. *rubric.* 9. *art.* 9. quo caueri videtur, omnes articulos indistinctè admittendos esse, saltem cum clausula, *saluo iure impertinentium.* Quia respondetur statutum non loqui de primis & principalibus articulis, sed tantùm de secundis continentibus exceptiones, replicationes, aut duplicationes: immò quoad articulos actoris eodem statuto cauetur, *dict. rubic.* 9. *art.* 1. quod si actor compareat, & reus proponat exceptiones impedientes litis ingressum, detur reo dilatio ad illas probandum: & illis non probatis, procedatur ad litis contestationem: & si reus daret articulos, impeditiuos litis ingressus, articuli rei prius essent admittendi, quam articuli actoris. Rota Auen. *decisione* 94. *num.* 1.

31 Nec clausula, *saluo iure impertinentium*, apponi debet, quando Iudici constat de impertinentia articulorum. Grauatus ad Vestrium *in prax. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 26. post Decium *cons.* 161. Mynsing. *lib.* 2. *obseruat.* 90.

32 Similiter clausula *ius & iustitiam, &c.* nec non clausula *omni meliori modo*, appositæ in dictis articulis, suffragari non possunt: quia cùm dicti articuli expressis verbis se restringant ad possessorium, suspenso petitorio; clausulæ illæ nihil possunt operari

33 contra intentionem expressam articulantis: † neque comprehendere petitorium quod fuit suspensum. Menoch. *in pralud. recuper. poss. ff. numero* 17. Surd.

34 *consilio* 273. *num.* 23. † Alioquin si sententia proferretur in petitorio suspenso, esset nulla. Vestr. *in prax. lib.* 4. *cap. vlt. n.* 6. Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict.*

35 *ordin. num.* 139. *versic. nam si Iudex.* † Quia suspenso petitorio, suspenditur iurisdictio Iudicis quoad omnia concernentia petitorium. Pacif. *decis.* 16. *num.* 8. Et

36 quamuis sententia feratur super petitorio suspenso, & simul super possessorio; tamen nulla est. Rot. *in recent. decis.* 141. *n.* 2. *&* 4 *part.* 2.

37 Et certum est, stante suspensione, non debere admitti probationes ad discolorandum titulum. Pacif.

38 *decis.* 16. *num.* 9. Puteus *decis.* 76. *libro* 2. † & testes examinati durante suspensione nihil probant, etiam post revocationem suspensionis. Gabriel. *cons.* 54. *n.* 7. *volum.* 1.

CAPVT LIV.

Donatio facta liberis non revocatur per nativitatem aliorum liberorum, sed tantùm in casum inofficiositatis; sicut nec facta in favorem matrimonii proprii, sed tantùm alieni, si facta fuerit de omnibus bonis donatoris, aut notabili illorum quantitate, arbitrio Iudicis, dummodo donator vivens illam se revocare velle declaraverit, cùm id facere posset. Eodem modo revocatur donatio, si filium peregrè profectum donator vita functum cogitabat, cùm tamen viuus redierit: Et utrùm præmissa locum habeant in liberis naturalibus, postea per subsequens matrimonium legitimatis: nam quoad legitimatos per rescriptum Principis, certum est hic non esse in consideratione. Denique utrùm donatio transactione firmata revocetur superuenientibus liberis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta liberis non revocatur remedio* l. si unquam, Cod. de revoc. donat. *sed remedio* l. si totas, Cod. de inofficioso testamento.

2 *Donatio facta contemplatione matrimonii, non revocatur per supervenientiam liberorum.*

3 *Intellige ut hoc locum habeat quando donatio fit in contractu proprii matrimonii; secus si alieni.*

4 *Donatio contemplatione matrimonii facta propriæ nepti revocari potest ob supervenientiam liberorum.*

5 *Ampliatur, etiamsi donatio facta fuisset contemplatione matrimonii, & favore liberorum ex illa procreandorum.*

6 *Donatio non revocatur ob nativitatem liberorum, nisi facta fuerit de omnibus bonis donantis, vel illorum parte notabili.*

7 *Quæ sit pars bonorum notabilis, ad hoc ut donatio revocetur per liberorum nativitatem; Iudicis arbitrio remittitur.*

8 *Quamvis ius patronatus non sit pretio æstimabile, tamen illius donatio revocatur ob nativitatem liberorum.*

9 *Si donator vivens non fuerit conquestus, donatio firma remanet, non obstante superveniential liberorum.*

10 *Ius agendi ad rescissionem ob nativitatem liberorum, ex veriori sententia non transmittitur ad hæredes, contra Fontanellam.*

11 *Revocatio donationis ex* l. si unquam, Cod. de revocand. donat. *fit favore patris, qui potest de illis bonis disponere si velit in favorem extraneorum; dummodò filii non defraudentur legitimâ.*

12 *Revocatio donationis transmittitur ad hæredes, si donator suam voluntatem vivens tacitè vel expressè declaraverit.*

13 *Donatio*

13 *Donatio multò magis irrevocabilis eſt ex* l. ſi unquam, *quando donatarius videnti, & non contradicente donatore, quietè & pacificè bona donata poſſedit.*

14 *E contra, ſi donator vivus bona donata poſſedit, faciliùs heredes habent jus revocandi donationem ex capite liberorum ſupernaſcentium.*

15 *Si donatarius vivo donatore moriatur, faciliùs revocatur donatio ex capite ſupervenientium liberorum.*

16 *Donator poſt nativitatem liberorum recipiens alimenta à donatario promiſſa, donationem confirmare videtur.*

17 *Si donator habuit juſtum impedimentum declarandi animum ſuum circa revocationem donationis, liberi ſupervenientes faciliùs agere poſſunt ad illius revocationem.*

18 *Renunciatio* dict. l. ſi unquam, C. de revoc. donat. *non nocet renuncianti, ſi ſe nullos credebat probabiliter liberos habiturum, quos tamen deinde ſuſcepit.*

19 *Si donator filium ad remotas regiones profectum mortuum eſſe credidiſſet, qui tamen poſtea ſupervenerit, donatio revocatur.*

20 *Si donator tempore donationis aliquos habebat liberos, donatio non revocatur ex capite* dict. l. ſi unquam.

21 *Liberi naturales nati poſt donationem proſunt ad illius revocationem, ſi poſtea fuerint legitimati per ſubſequens matrimonium.*

22 *Liberi naturales ante donationem nati, & poſtea legitimati per ſubſequens matrimonium, non ſufficiunt ad donationis revocationem, ex ſententia Ripæ, & aliorum.*

23 *Verior tamen eſt contraria ſententia, quod donatio revocetur per ſubſequutam legitimationem naturalium, ante donationem natorum.*

24 *Immò ſive liberi nati ſint ante donationem, ſive poſt; donatio revocatur per ſupervenientem illorum legitimationem, juxta nonnullorum ſententiam: contra ea quæ dicta ſunt n.* 21.

25 *Per ſupervenientem legitimationem naturalium liberorum, donationem revocari aliqui tenent indiſtinctè.*

26 *Legitimati per Principis reſcriptum, non habent virtutem faciendi ut donatio revocetur* ex l. ſi unquam.

27 *Referuntur DD. ſententiæ contrariæ, & junge ſupr. num.* 24. *&* 21.

28 *Contrariæ iſtæ & invicem diſſidentes Doctorum ſententiæ fœdere diſtinctionis conciliantur, ut tam in legitimis, quàm illegitimis recurratur ad conjecturas, ex quibus colligi poſſit, donatorem habuiſſe animum revocandi donationem.*

29 *Si donatio fuerit tranſactione firmata, utrùm revocetur ob ſupervenientiam liberorum? Reſolvitur negativè, ſi ſit vera tranſactio; ſecus ſi eſſet donatio & liberalitatis in effectu exercitium, conficto tranſactionis nomine.*

30 *Non dicitur tranſactio, ſed donatio, quando ex una parte nihil datur, nec recipitur.*

Circa materiam revocationis donationis inter vivos propter liberorum ſupervenientium nativitatem, ex *l. ſi unquam, Cod. de revocand. donat.* multæ oriri ſolent controverſiæ, quarum præcipuas & magis practicabiles ſequentibus concluſionibus exponendas duxi.

Primò igitur concludendum eſt, quod non eſt locus diſpoſitioni *dict. l. ſi unquam*, quando agitur de donatione facta liberis, ſed tantùm dum agitur de donatione facta extraneis. Dum enim donatio liberis naſcitutis facta eſt, non eſt quærendum de revocatione ob ſupervenientiam liberorum, cùm ad naſcituros ipſos donatio referatur. Dum verò jam natis, locus eſt diſpoſitioni *l. ſi totas, Cod. de inoffic. donation.* Et ideo tali caſu donatio revocatur tanquam inofficioſa uſque ad concurrentiam legitimæ filiorum poſtea ſuſceptorum, ut explicant DD. *in dict. l. ſi totas*, Covarruu. *libro* 1. *variar. reſolut. cap.* 19. *numero* 1. Iul. Clar. *in §. donatio, quæſtione* 22. *numero* 3. & probatur ex verbis *dict. l. ſi unquam*, ibi, *liberos non habens.* 1

Secundò hoc etiam ſtatuendum eſt, quod donatio facta in contractu matrimonii, non revocatur per ſupervenientiam liberorum, cùm donator de liberis cogitaverit, dum in ipſo matrimonii contractu donavit, qui ad liberorum procreationem inſtitutus eſt. Tiraquel. *ad d. l. ſi unquam, in præfat. num.* 71. Boër. *deciſ.* 159. *n* 9. 2

Quod tamen ita intelligendum eſt, ut procedat quando donatio facta fuit in contractu proprii matrimonii, in quo donator de liberis ex ſe procreandis cogitabat; non autem de contractu alieni matrimonii, in quo donator non ad ſuos, aut à ſeipſo procreandos, ſed ad alienos liberos reſpectum habuit; tunc enim ceſſat ratio impeditiva revocationis. Tiraquel. *ad d. l. ſi unquam, in præfat. numero* 72. *& in verb donatione largitus, num.* 243. Boër. *deciſione* 159. *num.* 1. 3

Vnde cùm aliàs quidam Bonilienſis donationem feciſſet nepti in contractu matrimonii ejuſdem neptis: Reſpondi ſine dubio illam, cæteris requiſitis concurrentibus, eſſe ex *dict. l. ſi unquam*, revocabilem ob ſupervenientiam liberorum ipſius donatoris. Ranchin. ad Guid. Papæ, *deciſ.* 145. *in fin.* Cod. Fabr. *lib.* 8. *tit.* 36. *de revoc. donat. defin.* 2. Bereng. *ad dict. l. ſi unquam, in* 3. *ampliat.* ubi dicit illam eſſe donationem ob occaſionem, non ob cauſam, & benè explicat.† Ampliatur ut procedat, etiamſi donatio facta fuiſſet favore matrimonii & liberorum ex eo procreandorum: nam liberi ex ſuo proprio capite non habuerunt jus revocandi; quia donatio patri principaliter facta cenſetur, liberis verò ſecundatiò, quatenus illorum intereſt patrem habere divitem. Menoch. *conſilio* 286. *in fine*, & diffuſiùs oſtendemus *in cap. ſequenti.* 4 5

Tertiò non eſt locus remedio *dict. l. ſi unquam*, ſi donatio non fuerit facta de omnibus bonis donatoris, vel aliqua illorum parte notabiliter probatur per illum text. ibi, *Omnia, vel partem aliquam.*† Quænam autem ſit pars notabilis, remittitur arbitrio Iudicis qui id declarare debet inſpectâ qualitate & quantitate bonorum. Tiraquel. *in dict. l. ſi unquam, in verb. omnia, vel partem aliquam*, *numero* 24. Clar. *in §. donatio, quæſt.* 22. *numero* 15. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 133. *num.* 1. *&* 2. Fontan. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 3. *numero* 31. Cod. Fabr. *lib.* 8. *tit.* 36. *definit.* 9. Cancer. *part.* 1. *capite* 8. *num.* 126. *in novis.* † Non tamen neceſſe eſt, ut id quod revocatur ſit pretio æſtimabile, veluti ſi agatur de jure patronatus, quod huic revocationi ſupponitur: ex Tiraquel. *in verb. donatione largitus, num.* 356. 6 7 8

Quartò ceſſat etiam remedium *dict. l.* ſi donator aliquo tempore poſt donationem ſupervixit, eámque revocare vel animum revocandi declarare potuit, & tamen donationem minimè revocavit, ſeu animum ſuum circa revocationem non declaravit; hoc enim caſu 9

casu hæredes ad donationis revocationem ex capite supervenientiæ liberorum agere non possunt. Tiraq. *in d.l. si unquam, in verb. susceperit liberos, num.*211. Jul. Clarus §. *donatio, quæst.*23. *num.*10. ubi hanc
10 magis communem esse opinionem testatur. † Vnde non debemus amplecti sententiam Fontanellæ in contrarium, *in tractatu de pact. nuptial. claus.*5. *glos.*8. *part.*3. *n.*53. *& seqq. fol. mihi* 118. Contra-
11 ria enim sententia & verior est & receptior. † Quia revocatio donationis fit favore patris, non favore liberorum: cùm pater de bonis donatis etiam in favorem extraneorum, donatione ob supervenientiam liberorum revocatâ, disponere possit, dummodo liberi non defraudentur legitimâ. Rot. *decis.* 124.
12 *num.*2. *part.*1. *divers.*† Ideo requiritur tacita vel expressa donatoris declaratio circa revocationem donationis. Seraphin. *decis.*129. *n.*4. *& decis.*837. *n.*9. & ita disputata in utramque partem quæstione post quindecim DD. ab eo allegatos, concludit Menoch. *cons.*994. *à n.*28. & de communi etiam testatur Honded. *cons.*43. *n.*16. *vol.*1. & ideo recedendum etiam est ab opinione Noal. *in tract. de transmissionib. casu* 45. *n.*10. cùm adversùs eum sit communis opinio, ut mox dictum est: Pascal. *de patria potest. lib.*2. *cap.*8. *n.*113. Thesaur. *decis.*121.

13 Quam quidem sententiam in quodam casu particulari ideo libentiùs sequutus fui, ex duobus. Primò, quia donatarius erat reus & possessor, quem donator semper durante vita sua per multos annos possidentem viderat, nec unquam conquestus fuerat: quo casu indubitatum est, non admitti hæredes ad petendam revocationem, nisi prævià conquestione seu declaratione donatoris in vita sua: cùm ex tali patientia videatur confirmasse quodammodo & approbasse do-
14 nationem. Rot. *decis.*591. *n.*5. *part.*3. *recent.* † Si enim donator vivens semper bona possedisset, facilius hæredibus jus revocandi concedi censet Ferrer. ad Guid. Pap. *decis.*214.

15 Secundò, quod filius donatoris, quamvis post donationem natus, tamen postea ipso donatore adhuc vivente præmortuus est, quo casu donationem absque difficultate subsistere, testatur Tiraq. *ad d.l. si unquam, verb. susceperit liberos, n.*211.

16 Accedebat quod agebatur de donatione satis onerosa facta per senem & infirmum, qui continuò à donatario vivens alimenta sibi in contractu donationis promissa receperat, & sic illam tacitè approbaverat. Louet *litera D, n.*22. *versic. le neveu.* Jul. Clar. *in* §. *donatio, q.*24. *num.*5. Menoch. *cons.*994. *num.*11.

17 Fatendum tamen est, quod si donator vivens non potuit animum suum circa donationis revocationem declarare propter aliquod legitimum impedimentum, veluti si illicò decessisset, vel propter metum, reverentialem, ignorantiam, aliamve similem justam causam, jus agendi ad revocationem transiret ad hæredes, & in hoc amplectenda est sententia Fontanel. *d. claus.*5. *glos.*8. *part.*3. *n.*68.

18 Et propterea Respondi aliàs, donationem revocabilem esse per ipsum donatorem, si annorum pondere gravatus non sperabat ad secundas nuptias convolare; quamvis expressè renunciasset beneficio *d. l. si unquam*, videlicet ratione probabilis credulitatis & ignorantiæ, propter quam non obstabat renunciatio illius legis, quominus ad donationis revocationem agere posset: ut post Tiraq. & alios tradit Galerat. *de renunc. cap.*87. *n.*8. *vers. quartò intellige.*

19 Ex eodem probabilis ignorantiæ fonte procedit, quod si legitimè constet donantem tempore donationis credidisse nullos se habere liberos, utpote qui filium quem unicum habebat, in bello mortuum esse arbitraretur, tali videlicet communi fama existente, redeunte postea filio, donationem eadem ratione revocare posset, quâ id ageret si novus illi post donationem filius nasceretur. Ripa *ad d. l. si unquam, q.*5. Mozz. *in tract. de contractibus, cap. de donation. in tit. quomodo annulletur donatio, n.*71.

Quinto loco advertendum est, tunc demum esse 20
locum revocationi donationis ob supervenientiam liberorum, quando donator tempore donationis nullos habebat liberos: si enim tunc liberos habuisset, non est revocationi locus, ut clarè probat text. *in d. l. si unquam*, ibi: *liberos non habens*, à contrario sensu. Clar. *d.* §. *donatio, q.*22. *n.*3.

In liberis autem naturalibus id locum etiam ha- 21
bet: quia si post donationem nati fuerint, & deinde per subsequens matrimonium legitimati; pater donationem vigore *d. l. si unquam*, revocare potest: ut docet Rip. *in d. l. q.*31. *n.*86. *& seqq. &* 89.

Majus est dubium in natis ante donationem, & 22
postea per subsequens matrimonium legitimatis: nam non propterea jus esse donatori agendi ad revocationem donationis, concludit Rip. *in eadem l. d.n.*86. *&* 89.

Verius tamen est, & receptius, donationem revo- 23
cari posse propter subsequutam liberorum legitimationem per subsequens matrimonium, ut testatur Boër. *decis.*259. *n.*12. *vers. tamen Baldus.* Vbi dicit
24 ita sentire omnes DD. † Idque sive liberi naturales essent nati ante donationem, sive post. Ioan. Baptist. Lup. *in tract. de illegit. comment.*4. §.2. *n.*38. atque ita judicatum fuisse in Senatu Parisiensi, testatur Maynard. *lib.*4. *cap.*13. *ante finem, versic. toutefois c'est contre*, Bereng. Fernand. *ad dict. leg. si unquam, num.*9. *versic. sed quid si fuerit legitimatus.* Autumn. *ad dict. leg. in princip. versic. un frere ayant des bastards.*

Et generaliter per supervenientem naturalium le- 25
gitimationem concludunt DD. donationem revocari. Peregr. *de fideicom. art.*24. *n.*7. Ozasc. *decis.*121. incip. *Quintus articulus, n.*5. Cald. *de nominat. emphyteus. quæst.*13. *n.*56. Paul. Æmil. Gall. *de except. tit.* 4. *except.* 4. *part.* 2. *num.* 24. *fol.* 316. Barbosa *in cap. tanta* 6. *num.*29. *qui filii sint legitimi.*

Dixi de legitimatis per subsequens matrimonium; 26
nam legitimati per Principis rescriptum, regulariter non faciunt, ut donatio ex beneficio legis *si unquam*, revocari possit: ut explicat Lup. *in dict. tract. de illegit. comment.*4. §.2. *n.*39.40. *&* 41.

Cæterum ad evitandam omnem dubitationem quæ 27
oriri posset hoc casu ex sententia contraria Ripæ *dict.n.*86. de qua etiam agit Covar. *in tract. de sponsal. p.*2. *cap.*8. §.2. *n.*36.

Ideo considerari poterit hoc casu juxta distinctio- 28
nem Castrens. *cons.*435. *in* 3. *dubio, vol.*2. utrùm extent probabiles conjecturæ, ex quibus colligi possit donantem motum fuisse ad donandum ob carentiam liberorum; veluti si uxorem habuisset tunc sterilem, quæ postea obiisset, & ipse post uxoris obitum liberos suscepisset ex alia muliere, aliisve similibus de causis, & hôc casu certum est, donationis ex *l. si unquam*, revocationi locum esse: secùs cessantibus conjecturis. Quam etiam distinctionem in terminis liberorum illegitimorum postea legitimatorum, sequitur Tiraq. *in d. l. si unquam, in verb. susceperit liberos, num.*95. *vers. secundò intelligas.* Mynsing. *centur.*5. *observat.*64. *n.*5. Tusch. *in verb. donatio, conclus.*712. *n.*51.

Sextò quid dicendum, si donatio, post institutam 29

ſuper ejus validitate diſceptationem, fuerit tranſactione firmata; utrùm hoc caſu revocationi ſit obnoxia ex capite ſupervenientium liberorum? Reſpondetur eſſe diſtinguendum: nam ſi ſub nomine tranſactionis fuerit donatio in effectu, verius eſt revocari poſſe; ſed ſi vera ſit tranſactio, erit irrevocabilis, etiamſi donatori liberi ſuperveniant. Alciat. *conſ.80. Hæredum, n.10. lib.8.* Menoch. *conſ.994. n.7. verſ. ſecundò, & n.8.* qui loquitur in caſu, in quo tranſactio facta fuerat ex cauſa oneroſa: quia donatarius promiſerat donatorem alere, & aliqua illius
30 debita perſolvere: † neceſſe igitur eſt, ut aliquo dato vel retento tranſactio facta fuerit *l. tranſactio nullo dato, Cod. de tranſact.* Rip. *in d. l. ſi unquam, n.26. & 27. verſ. ſecunda declaratio.* Bertrand. *conſil.20. num.4. vol.1. part.2.* Tiraq. *in verb. donatione largitus, n.136. & 140. verſ. quæ omnia velim intelligas, & n.81. & 82.*

CAPVT LV.

Donatio facta filio in contractu matrimonii contemplatione ejuſdem matrimonii, & liberorum ex illo procreandorum, utrùm acquiratur liberis tanquam liberis, vel tanquam hæredibus, & utrùm pater poſſit de illis bonis diſponere, & illa ſuis creditoribus obligare. Suorum nomine qui contineantur, tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus. Quæ ſit differentia inter donationem quæ fit filio, & ſuis; & illam quæ fit filio ſtipulanti pro ſe, & ſuis. Quæ ſit natura donationis factæ contemplatione matrimonii: utrùm filius debeat eſſe hæres actu, vel habitu, ut ſuccedat in bonis ſic donatis: Et quomodo valeat argumentum à contrario ſenſu, ſi donator in certum caſum ſibi reſervaverit jus reverſionis.

SVMMARIVM.

1 *Bona patri donata contemplatione matrimonii, reſpectu nepotum dicuntur adventitia.*
2 *Donatio facta contemplatione liberorum naſciturorum, videtur jus dare liberis irrevocabiliter.*
3 *Quando conceſſio facta fuit patri, & filiis, cenſentur duæ conceſſiones in una occultatæ.*
4 *Pater filiis in bonis, quæ ipſis donata fuêre, præjudicare non poteſt.*
5 *In donatione facta per patrem filio, & ſuis, ius irrevocabile acquiritur liberis.*
6 *Clauſula,* pro ſe & ſuis, *comprehendit etiam hæredes extraneos, quando conceſſio facta fuit in contractu.*
7 *In donationibus quæ fiunt filiis per parentes, maximè in capitulis matrimonialibus, dictio* ſuorum, *debet intelligi prout in teſtamentis.*
8 *Nomen,* ſuorum, *in teſtamentis comprehendit hæredes ſanguinis, nempe deſcendentes per prius, & collaterales per poſterius.*
9 *Donationes quæ fiunt in contractu matrimonii, ſunt pars ipſius contractus, & ſunt irrevocabiles ſicut matrimonium.*
10 *Donationes matrimoniales cenſentur priùs contractæ inter affines amborum coniugum, & inter ſponſos alioquin non contracturos.*
11 *Pater non poteſt præindicare uxori & liberis in bonis matrimonii contemplatione ſibi donatis. Intellige ut infrà, n.34.*
12 *Liberi in conditione poſiti, præcipuè ſub qualitate maſculinitatis, cenſentur diſpoſitivè vocati. Contrà, num.35.*
13 *In quæſtione utrùm ius quæſitum fuerit liberis tanquam liberis, vel tanquam hæredibus, ſi verba diſpoſitionis æqualiter reſpiciant patrem & filios, cenſetur quæſitum ius illis tanquam liberis: veluti ſi dictum fuerit,* dono filio, & ſuis, *vel* filio, & ejus liberis: *ſed ſi verba diſpoſitionis principaliter dirigantur ad patrem, & per reflexionem ad filium, ut ſi dictum fuerit,* dono filio ſtipulanti pro ſe, & ſuis; *multò magis ſi dictum ſit* pro hæredibus quibuſcunque, *filiis ius quæritur tanquam hæredibus, non tanquam filiis.*
14 *Intellige ut procedat in materia tranſitoria ad hæredes: quid in non tranſitoria, numero 16.*
15 *In dubio ſtipulatio cenſeri debet facta filiis, tanquam hæredibus.*
16 *Stipulatio pro filiis uti hæredibus eſt utilior patri, etiam in materia non tranſitoria ad hæredes.*
17 *Vtilitas liberorum eſt ſecundaria, & minus principaliter conſideranda in donatione facta contemplatione matrimonii, & favore liberorum.*
18 *Vtilitas liberorum in eo conſiſtit, ut patrem habeant divitem, cui ſuccedere poſſint.*
19 *In materia tranſitoria ad hæredes quando agitur de filiis naſcituris, ſemper in dubio ſtipulatio cenſetur facta liberis tanquam hæredibus.*
20 *Quando pater ſtipulatur pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, argumentum eſt evidens excluſionis fideicommiſſi ſuper bonis donatis: ut Rota Romana iudicavit in cauſa ſancti Tronqueti.*
21 *Stipulatio pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, acquirit ius liberis tanquam hæredibus, non obſtante expreſſione maſculinitatis.*
22 *Stante dicta clauſula, oportet filium eſſe hæredem mediatum, vel immediatum primi acquirentis.*
23 *Quando in contractu requiritur qualitas hæreditaria, illa debet intervenire actu; nec ſufficit quod ſit hæres habitu.*
24 *Liberorum conſideratio eſt remota in donationibus matrimonialibus.*
25 *Donatio acquiritur donatario, & non illi cuius contemplatione donatum eſt.*
26 *Verba illa,* favore liberorum, *continent cauſam impulſivam non fictam.*
27 *Eadem verba continent demonſtrationem, non diſpoſitionem.*
28 *Si pater donans voluiſſet bona iure ſubſtitutionis ad ſuos nepotes devenire, illud expreſſiſſet.*
29 *Siniſtros eventus nemo conſiderare præſumitur, maximè quando agitur de providendo tertiis perſonis.*
30 *Vtrùm donatione factâ contemplatione matrimonii, matrimonium dicatur cauſa impulſiva, vel finalis.*

31 *Sive*

31 *Sive matrimonium sit causa impulsiva, sive finalis, non tamen quæritur ex donatione matrimoniali jus liberis uti liberis.*

32 *Pater potest disponere fraude cessante, de bonis sibi contemplatione matrimonii donatis, & numero* 34.

33 *Liberi post patrem ordine successivo vocantur, quando illorum mentio facta fuit in parte dispositiva: juxta tradita suprà, n.* 13.

34 *Pater non potest facere simulatas retrodonationes, de bonis sibi contemplatione matrimonii donatis.*

35 *Liberi in conditione positi non censentur dispositivè vocati in contractibus, nisi concurrentibus conjecturis.*

36 *Argumentum à contrario sensu facilè retorquetur.*

37 *Si donator sibi jus reversionis in incerto casu reservaverit, bona donata remanent libera in casu contrario.*

EX donatione per patrem filio matrimonium contrahenti facta, prætendebant liberi adversùs creditores paternos, sibi jus esse quæsitum tanquam liberis, non tanquam hæredibus; & ideo se ad solutionem æris alieni per patrem contracti nulla ratione teneri. Siquidem pater filio pro se, & suis, gratias agenti & acceptanti, ac stipulanti contemplatione illius matrimonii, & liberorum ex illo procreandorum, bona sua donaverat irrevocabiliter: unde liberi ad bona donata ordine successivo post patrem
1 uti liberi admittendi videbantur. † Cùm bona illa quoad nepotes, non profectitia, sed adventitia, ac aliunde quàm à patre, nempe ab avo procedere viderentur: nec per consequens pater de illis disponere, aut illa creditoribus obligare posset;
2 † cùm donatio expressè facta esset contemplatione matrimonii, & liberorum nasciturorum, *l. profectitia, §. 1. ff. de jur. dot. l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupil. substitut.* Menoch. *consil.* 81. *num.* 40. *& consil.* 161. *num.* 12. † Vbi
3 dicit, quod quando concessio facta fuit tam contemplatione patris, quam filiorum, censentur duæ concessiones ad tempus factæ; una patri dum erit in humanis, altera filiis post obitum patris: & celeritate conjungendarum actionum, unus tantùm actus expressus est, & alter occultatus, juxta text. *in l. singularia, ff. si cert. petat.* † Et ideo dicit tali casu,
4 patrem filiis suis in bonis sibi filiorum contemplatione donatis præjudicare non posse: hoc idem voluit esse Menoch. *lib. 3. præsumpt. 28. num. 1.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 21. num. 24. in fin.* fusè Surd. *consil. 488. num. 9. & multis sequentibus.* Gratian. *discept. forens. 663. num. 8.*
5 *& sequentibus.* † Et de donatione facta per patrem filio, & suis, quod ex ea jus irrevocabile filiis acquiratur, tradit Decius *consil. 607. num. 10. & sequentibus*, Cancer. *lib. 1. variar. resolut. cap. 8. num. 62. aliàs 97.* Bertrand. *consil. 138. vol. 2. part. 2. num. 12.* Purpur. *consil. 353. num. 15. & 32.* Fontanel. *de pact. nuptial. clausul. 4. glos. 9. part. 1. numero 4. fol. 129.*

6 Secundò pro hac parte facere videtur, quod licèt regulariter clausula *pro se, & suis*, intelligenda sit de hæredibus etiam extraneis, quando mentio *suorum* facta fuit in contractu, ut per Cod. Fabr. *lib. 6. titul. 18. definit. 3.* Guid. Pap. *& ibi* Ferrer.
7 *decis. 230.* † Tamen in donationibus, quæ filiis fiunt per parentes, maximè in capitulis matrimonialibus dictio *suorum*, explicari debet perinde ac si facta fuisset in ultima voluntate. Cancer. *lib. 1. var. resol. cap. 8. n. 109. nova impress.* † Et per consequens 8
eodem modo quo in testamentis comprehendere debet hæredes sanguinis, nempe descendentes per priùs, & collaterales per posterius. Castrens. *cons. 374. n. 4. vol. 2. & cons. 404. n. 1. eodem vol. 2.* plura Thesaur. jun. *lib. 2. quæst. forens. 95. n. 17. & sequentib.* D. Ludovic. Bell. *cons. 123. num. 4. & 5.* ad quos recurrendum.

Tertiò, quia donationes istæ quæ fiunt in contrac- 9
tu matrimonii, sunt pars ipsius contractus, & sicut matrimonium revocari non potest, ita nec ipsa donatio. Vincent. de Franch. *decis. 205.* fusè Rota *decis. 44. part. 6. recent.* † Quia tales donationes censen- 10
tur priùs tractatæ & conventæ inter sponsos, alioqui non contracturos; & inter affines sponsi & sponsæ. Fontanel. *de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. part. 1. n. 35. vers. si etiam.* † Ergo non potest pater de dictis 11
bonis in præjudicium uxoris & liberorum disponere aut ea creditoribus suis obligare, aut hypothecæ supponere. Gratian. *discept. forens. cap. 924. num. 32. & 984. n. 24.*

Quartò, quia in eodem contractu expressè con- 12
ventum fuit, quod decedente filio donatario sine liberis masculis, pater posset facere substitutionem de domo donata, prout sibi placeret; & ideo liberi in conditione positi in dicto contractu, præcipuè sub qualitate masculinitatis, censebantur dispositivè vocati. Ias. *cons. 108. num. 1. vers. item gloss. volum. 4.* Maynard. *lib. 5. cap. 67.*

Censui nihilominus creditores esse fundatos; & liberos ex illo matrimonio procreatos non esse ad bona donata vocatos tanquam liberos, sed tanquam hæredes, & ideo ad solutionem debitorum paternorum esse obligatos. † Considerando verba & formam 13
donationis, in qua pater non donaverat filio & suis; sed filio *pro se, & suis*: inter quas duas donationis formas magna est differentia. Quando enim pater donat filio & suis, tunc personam filiorum æquè principaliter donator respicit & considerat: sed quando donatio fit filio pro se & suis stipulanti, tunc principaliter respicit filium donatarium; & verba suæ dispositionis ad illum primariò dirigit, ad filios autem donatarii secundariò, & minus principaliter: † ideo dum agitur de materia transitoria ad hæredes, 14
prout hîc, sine dubio donatio censetur facta filiis donatarii, non tanquam filiis, sed uti hæredibus ejusdem: ut bene explicat D. Ludov. Bell. *cons. 43. n. 8. & cons. 44. n. 1. 2. 3. & 4. & cons. 109. n. 19.* Surd. *decis. 322. per tot.* Menoch. *cons. 286. per tot. & lib. 13. præsumpt. 48. n. 1.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 14. tit. 28. n. 9. & seqq. usque ad finem.* † Qui asserunt 15
in dubio stipulationem censeri factam pro filiis, non uti filiis, sed uti hæredibus, quia stipulatio facta pro filiis uti hæredibus, est patri utilior & favorabilior. 16
Mart. *cons. 72. n. 9. & 12.* † qui loquitur in materia etiam non transitoria ad hæredes, nempe feudali. Peregr. in *de fideicommiss. art. 32. n. 15.* † Et licèt considerata 17
quoque fuerit utilitas liberorum; tamen id fuit factum secundariò, & minùs principaliter, ut dicit Socin. Sen. *cons. 127. n. 9. vers. secunda; & versic. ex quibus, vol. 3.*

Vtilitas autem liberorum in hoc consistit, ut pa- 18
trem habeant divitem, qui illos commodius alere possit. Menoch. *d. cons. 286. num. ult. in fin.* Bertrand. *consil. 73. part. 2. prior.* Molinus *de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 15. num. 50. versic. non tamen.* Vbi dicit, quod licèt disputando contrarium teneri possit; tamen non est recedendum à communi sententia, ut scilicet donatio censeatur facta filiis tan-

quam hæredibus ; niſi doceant de contraria donantis intentione. Camil. de Larata *conſil.9. num.38. & 42. & per totum*, ubi etiam de communi opinione teſta-
19 tur. † Et dum agitur de materia tranſitoria ad quoſcumque hæredes,tradit Hodiern. ad Surd. *deciſ.322. num.7.& num.11.* ubi dicit hoc maximè procedere, quando agitur de filiis naſcituris , & donatori per conſequens incognitis. Hodier.*ibidem* , *num.*18. The-
20 ſaur.*lib.4. quæſt. forenſ.*2.Sanfelic.*deciſ.*200. † Et in propriis ferè terminis habemus deciſionem *conſilii* 118.D.Ludov.Belli, & Cravetæ *conſil.*288.quorum ſententiam ſequuta fuit Rota Romana in cauſa fideicommiſſi prætenſi Caſtri de ſainct Tronquet : in qua Ego laborioſè ſcripſeram contra fideicommiſſum,& fuit dictum liberos non eſſe vocatos niſi tanquam hæredes, propter clauſulam appoſitam in donatione, *proſe , & ſuis hæredibus , & ſucceſſoribus quibuſcunque*,ut patet ex deciſione facta coram R.D. Veroſpio die 30. Aprilis 1646. poſt quam , cùm actor peteret ſe admitti ad probandum aliqua in facto per eum deducta,Rota eum excluſit à Remiſſoria petita,inter cæteras rationes ; quia propter illam clauſulam *pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque* , excludebatur vinculum fideicommiſſi, & pater libere diſponere poterat, ut patet ex illa deciſione excluſiva remiſſoriæ, facta coram eodem D. Veroſpio , die 4. Februarii, anno 1647.quæ iterùm fuit confirmata,& dictum non eſſe recedendum à deciſis circa denegationem remiſſoriæ die 26. menſis Iunii ejuſdem anni 1647. Et tandem dum hæc typis mandarentur,facta fuit alia deciſio in negotio principali coram eodem Illuſtriſſimo D.Veroſpio,die 11.Martii hujus anni 1648.per quam præcedentes deciſiones fuerunt confirmatæ, ut videre eſt in fine præſentis capitis.

21 De eadem ſtipulatione *pro ſe,& hæredibus quibuſcunque* , agunt Camil. de Medic. *conſil.*142.*per tot.* Vincent. de Franc. *deciſ.*213.*num.*56. & hoc procedere , non obſtante expreſſione maſculinitatis, voluit
22 Surd.*dicta deciſ.*322.*num.*80. † Non poteſt igitur filius ſuccedere in bonis donatis, niſi ſit hæres mediatus primi acquirentis, vel immediatus. Peregrin.*dict.*
23 *art.*32. *num.*14.*&* 15. † Adeo ut non ſufficiat quod ſit hæres aptitudine & potentia , ſed debeat etiam eſſe hæres actu , cùm agatur de qualitate hæreditaria appoſita in contractu, quo caſu qualitas hæreditaria debet intervenire actu, nec ſufficit quod interveniat aptitudine, & potentia. Peregrin. *dict. artic.*32.*n.*23. *verſic. ſed contrà* , cum multis aliis quos citat & ſequitur Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*340. *num.*21. & tenuit etiam Rota in dictis deciſionibus factis in cauſa Sancti Tronqueti.

24 Neque dictam veritatem offuſcant rationes in contrarium oppoſitæ. Et primò quidem,quod dicitur de donatione facta contemplatione matrimonii , & favore liberorum ex eo procreandorum.Quia pater eſt cauſa proxima & immediata donationis , liberi verò cauſa remota,ut ſuperiùs *num.*17.dictum eſt poſt Socin. Sen.*conſil.*127.*num.*3. Menoch.*dict. conſil.*286.
25 *in fin.* † Et facit à ſimili quod quando donans alteri ex conjugibus eſt æquè conſanguineus utriuſque , & ſic donat utriuſque contemplatione ; illi tamen duntaxat acquiritur cui donatum eſt. Guttier.*lib.2.pract. quæſt.*120.*num.*12. Sanchez *de matrim. lib.6. diſput.*
26 26.*num.*5. Surd. *deciſ.*312. *num.*84.† Et nominatim de donatione facta contemplatione matrimonii , & favore liberorum,tradit Bertrand.*conſ.*71.*vol.2.prior. uſque ad n.*15.Dec.*conſ.*216.*viſa tranſactione n.*7.*v.* nõ *obſtant poſita*, ubi ex mente Oldrad. dicit quod cauſa futuri matrimonii eſt impulſiva,& nõ finalis:(de quo tamen videnda eſt Addit. ad Burat. *deciſ.*861.*poſt n.*9.

† Et quod verba *favore liberorum* , poſita fuerunt ad 27 demonſtrandum illud quod veriſimiliter futurum fuiſſet ; quia talia bona donata, ad liberos ſecundùm parentum commune votum perventura erant : ideo quod propter illa verba, nullum quæſitum fuit jus liberis naſcituris. † Et ſanè ſi pater , idémque avus 28 donator voluiſſet bona illa ad nepotes jure ſubſtitutionis devenire , nemo eum impediebat clariùs loqui ; & ſi hoc voluiſſet , hoc utique expreſſiſſet , & propoſitum in mente retentum nihil operatur. Surd. *dicta deciſ.*322.*num.*84.*in fin. & num.*85.† Neque 29 veriſimile eſt, avum cogitaſſe caſum futurorum filii ſui creditorum , quia mali eventus non habentur in conſideratione : maximè quando agitur de providendo aliis tertiis perſonis.Surd.*dicta deciſ.*322.*num. ultimo.*

Nec eſt facienda vis in illa quæſtione,utrùm matri- 30 monium fuerit cauſa finalis , vel impulſiva dictæ donationis , de qua ultra Addent. ad Burat. *d. deciſ.*861. Monter.*deciſ.*10. *Aragoniæ*, aſſerens cauſam eſſe finalem quando donatio facta fuit contemplatione certi matrimonii , cum certa & determinata perſona contrahendi.Ludov.Bell.*conſ.*29.*n.*6.plures citat Cancer. *lib.*1.*variar.reſol.c.*8.*n.*95.*in novis*,Gratian.*diſcept.forenſ.*924 *n.*28.*&* 29.*& cap.*297.*num.*1.*& ſequentib.&* 159.*num.*34. ubi diſputat utrùm tales donationes ſint conferendæ , dum contemplatione matrimonii factæ ſunt. Alii plures brevitatis gratiâ omittuntur , quia hæc quæſtio eſt extra materiam propoſitam , ut mox dictum eſt. † Quia quamvis cauſa matrimonii hoc 31 caſu eſſet finalis.juxta *d.deciſ.* Monter. non tamen ex hoc ſequitur jus eſſe quæſitum liberis uti liberis:nam favor liberorum alio modo conſiderari poteſt,nempe ut patrem habeant divitem,qui eos alere , & vitæ,ac honori neceſſaria poſſit ſubminiſtrare , aut ut liberi, patri diviti ſuccedentes honorem familiæ tueri queant , aliiſve ſimilibus modis. † Vnde non immeritò 32 donationes iſtas contemplatione futuri conjugii factas tranſire ad quoſcumque hæredes , etiam extraneos,tradunt DD.& nominatim Guid.Pap.*deciſ.*147. & poſt ipſum Paſchal. *de patr. poteſt. part.*1. *cap.*4. *num.*98.& bene Novar.*libr.*1.*quæſt.forenſ.*83.*num.*5. Theſaur. Iun. *lib.*4. *quæſt. forenſ.*2.

Similiter non obſtat quod ſecundo loco propone- 33 batur de clauſula *pro ſe, & ſuis.* Quia id verum eſſet ſi ſuorum mentio facta eſſet in parte donationis diſpoſitiva : nempe quia donatio facta fuiſſet *filio* , *& ſuis* ; tunc enim liberi poſt patrem ordine ſucceſſivo vocati eſſent; & hoc caſu vera eſt doctrina Cancerii *dicto lib.*1.*cap.*8.*num.*109. Sed quia de ſuis facta erat mentio in parte illa donationis in qua aderat ſtipulatio ; & ſic verba donationis ad filium ſtipulantem principaliter dirigebantur; ideo ſequitur , *ſuos* hoc caſu non intelligi de hæredibus ſanguinis,ſed de quibuſcumque , etiam extraneis hæredibus. D. Ludov. Bellus *conſil.*123.*num.*4. *& ſequentib.* poſt Decium *conſil.*216.*num.*5. Theſaur. Iun.*lib.*2.*quæſt.forenſ.*95. *num.*18.

Tertia objectio in hoc vera eſt , quod pater non 34 poteſt in præjudicium uxoris & liberorum donationem matrimonii contemplatione factam per ſimulatas retrodonationes revocare : & in illis terminis loquuntur DD. ex adverſo allegati ; ſed ex eo non infertur, quod pater non poſſit bona ſibi matrimonii contemplatione donata , cui voluerit teſtamento relinquere , aut quod de illis diſponere nequeat illa obligando ſuis creditoribus , vel etiam alienando : cùm verius ſit patrem de illis regulariter , niſi aliud ſpeciale vinculum adjectum fuerit , ad libitum diſponere poſſe, ut præter Doctores mox

citatos

citatos *n.*32. tradit Fontanel.*de pact. nuptial. clauſ.*4. *gloſ.*1.*num.*80. *&* 81.ubi dicit patrem liberam bonorum contemplatione matrimonii donatorum,ceſſante fraude, diſpoſitionem habere.

35 Quod autem quarto loco proponitur, liberos in conditione poſitos in contractibus cenſeri diſpoſitivè vocatos, non ſubſiſtit; quia verior eſt & receptior illa ſententia, quod liberi in conditione poſiti in contractibus, non cenſentur diſpoſitivè vocati, niſi concurrentibus conjecturis: & quod in hoc capite non eſt facienda differentia inter contractus, & vltimas voluntates; juxta ſententiam Peregr. *in tract. de fideicom.artic.*28.*num.*29.Ferrer.ad Guid.*deciſ.*39. ubi reprehenditur Maynard. ex adverſo citatus; & copioſiùs deduxi in dicta cauſa Caſtri Sancti Tronqueti, in qua Rota coram D. Veroſpio hanc opinionem ſequuta eſt, die 30. Aprilis 1646. quæ etiam confirmata fuit die 11. Martii præſentis anni 1648. ut in fine hujus capitis.

36 Immò in caſu propoſito, argumentum à contrario ſenſu facilè retorqueri poteſt contra libertos donatarii. Quia dum auus donator dixit, *ſi filius meus donatarius moriatur ſine liberis maſculis,reſervo mihi facultatem faciendi ſubſtitutiones mihi bene viſas*: ergo exiſtentibus liberis maſculis noluit habere facultatem ſubſtituendi: ſed ex hoc nihil infertur, ex quo colligamus propterea liberos maſculos eſſe ſubſtitutos: ſed auum duntaxat conſideraſſe ſpem probabilem ſuccedendi,quam habebant liberi juxta commune parentum votum. Honded. *conſil.*48. *num.*35 *vo-*
37 *lum.*1. † ubi dicit quod ſi donator jus reverſionis in certo caſu reſervaverit,bona donata remanent libera apud donatarium in caſu contrario: oprimè D. Lud. Bellus in ſimili pacto *conſil.*118. *num.*22. *& ſequentib.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*498.*num.*24. ubi ſtipulatio concepta in uno caſu,facit donationem liberam in alio.

Et ex his fuit judicatum, liberos excludendos, & bona donata fuerunt ad inſtantiam creditorum filii donatarii in publica auctione vendita,& pretium ſolutum creditoribus.

R. P. D.

VEROSPIO

Avenionen. Fideicommiſſi.

Lunæ 30. *Aprilis* 1646.

REſolutum fuerat coram me *ſub die* 27.*Iunii præteriti*,conſtare de fideicommiſſo ſuper medietate Caſtri Sancti Tronqueti ad favorem Petri de Pol per obitum Gabrielis ejus Patris purificato, & ex pluribus conjecturis in præterita deciſione deductis, uti poſitum in conditione,fuiſſe diſpoſitivè vocatum. Quo dubio repropoſito ex aliis vrgentioribus, ac efficacioribus conjecturis elicitis ab ipſo donationis inſtrumento, integrè nuper exhibito pro excluſione fideicommiſſi hodie Domini reſponderunt.Hæc enim excluſio ſuadetur: Tum ex conditione, ſi ſine liberis,pro gravamine adjecta vocationi filiorum Ioannis donatarii; quia per obitum Gabrielis Iunioris cum liberis expirata, defecit quoque fideicommiſſum ſub dicta conditione inſtitutum,*l. Patrem Severinam,§.ita fideicommiſſo.ff. de condit. & demonſtrat.*

l.à filia,ff.ad Trebell.l. is cui,ff. quando dies leg. ced.& notat Gloſſ. *in l.*1. *verb.defeciſſe,Cod. de cond. inſert.* Ripa *in l.ex facto*, §.1.*num.* 51.vbi etiam Bart.*num.*1. *& in §. ſi quis autem,ff. ad Trebell.* Card Mantic. *de conject. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 8. Craſſ.*in §. fideicommiſſum, quæſt.*34.*n.*1.Theſaur. *deciſ.*238.*n.*9.

Tum etiam ex ſtipulatione Donatarij,*pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque*,in hac indifferenti materia fideicommiſſi quotuncumque extraneorum incluſiua. Suar.*in l.quoniam in prioribus, q.* 5.*n.*10.*C. de inoffic. teſtam.* Fab. *in Cod.lib.*2. *tit.*3. *definit.*22.*verſ. plerumque.*Molin. *de rit.nupt.lib.*3 *quæſt.*85.*num.*60. *&* 64 Mareſcot. *var. lib.*2.*cap.*20. *num.*7. Clar.*in §. Emphyteuſis,quæſt.* 28. *num.* 4.Monter. *dec. Arag.*3. *num.*3. & alij relati *in deciſ.* 587.*num.* 2. *&* 3. *part.*1. *& deciſ.* 231. *num.* 6.*part.*5. *recent.* Tum demùm ex qualitate hæreditaria in inſtrumento donationis expreſſa per Ioannem donatarium,iux. text.*in l.vltima, Cod. de hæred. inſtit. & in l. in annalibus C. de legat. l. Pater filiam*, §. *penul. ff. de legat.* 3. & not. DD. communiter *in l. Gallus. § etiam ſi parente, ff. de liber. & poſthum.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt* 339. *numer.*1. *&* 8. *verſ. Ego puto*, bis repetita ſub nomine quorumcumque ſucceſſorum, *ex not.in l.hæreditas,ff. de reg. Iur. & l. quædam*, §. *nihil intereſt*,vbi notant DD. *ff. de edend.* Card. Mantic. *de conject. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 14. *numer.* 18. Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.*3. *interpret.*1. *dubit.*1. *ſolut.*5.*num.*18.*in fine*, & alij relati per eundem Fuſar. *ibidem, numer.*12. Cùm ex his manifeſta contrahentium voluntas arguatur includendi extraneos diſpoſitiuè vocatos, non autem ſolos filios maſculos poſitos in conditione; quæ debilior ipſa diſpoſitione reputatur, & nihil ponit in eſſe,iuxta text. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condit. inſtit.* & ita ratiocinantur Aym. *conſ.*288.*num.*3. Ludouic. Bell.*conſ.*118. *num.*7.*cum ſeqq.* vbi præterea ponderant contrarietatem & improprietatem inde reſultantem, ſi ſoli filij debuiſſent ſuccedere,& admitterentur extranei;vel ſi verbum, *hæres*, in indifferenti materia ad hæredes ſanguinis reſtringeretur.

Arguunt hanc quoque fideicommiſſi excluſionem ſequens filiorum ſubſtitutio facta Gabrieli ſeniori, quatenus ille prædeceſſiſſet, quæ cùm ſolam vulgarem contineat, non autem fideicommiſſariam includat, vt not. DD. *in l.Gallus.*§.*quidam rectè, ff.de liber. & poſthum.* vbi Socin.Sen. *num.*2.Aret. *num.*2. Lancell. Gall. *num.*7. Couar. *in cap. Rainutius,n.*7. *de teſtam.* Clar. *in §.Teſtamentum,quæſt.*80.*numer.*4. vbi de communi, Dec. *conſ.*201.*numer.* 4.*circa med.* Aym. *conſ.*131. *num.*3. *ad fin.* Suadet, vt ſub eadem vulgari vocati dicantur filiorum filij poſiti in conditione proximè præcedenti, ad tradita per Zanch. *in l. hæredes mei,§. cum ita, part.*7.*num.*72. *ff. ad Trebell.* Ant. Fab. *in Cod. libr.*6. *tit.*22.*diff.*38. Peregr. *conſ.*52.*num.*10. *lib.*1.*verſ. Nec valet*, Cancer. *var. lib.*3.*cap.*21.*num.*92.vbi ex hoc arguit nepotum vocationem per præcedentem Patris additionem fuiſſe extinctam, iux.text.in *l.poſt aditam, C. de impub. & aliis ſubſt.* Rota coram Caualer.*deciſ.*496.*num.*14.

Provt etiam ſubſecuta vocatio filiorum Ioannis, quos ipſe elegiſſet, & ſuſtitutio filiorum Gabrielis per vulgarem concepta, ex quibus elicitur contratia donantis voluntas non admittendi ad dictum fideicommiſſum eiuſdem Ioannis nepotes non expreſsè vocatos, ſed tantùm poſitos in conditione,vt aduertunt Socin. ſen. *conſ.*16.*num.*2.*verſ. & in terminis.& num.*5.*verſ. Præterea,lib.*3. Paciſ. *conſ.* 86.*num.*3.*lib.* 2. Ruſt.*in tract. quand. fil.in condit.poſit. lib.*4.*cap.*4. *numer.*2. Menoch. *de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.* 66.

*num.*89. Intrigliol.*de ſubſtit.centur.*3.*quæſt.*26.*n.*268.

Et ex hac facultate Ioanni attributa eligendi ex propriis filiis eum, ad quem ſpectare debuiſſet idem Caſtrum, oritur alia conjectura fideicommiſſi excluſiva propter repugnantiam reſultantem inter ſubſtitutionem omnium filiorum, & unius ex eis electionem. Ioſ. de Ruſtic. *de fil.in condit. poſit.lib.*6.*cap.*7. *n.*4. Petr. Greg. Tholoſ. *Syntag. Iur. part.*3. *lib.*42. *cap.*28. *num.*36. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.*418. *num.*12. & fortius nepotum, qui in ſecunda conditione poſiti fuerant, ut dixit Rota *in Spoletana ſucceſſionis*, 1. *Martii* 1641.*coram R.P.D.meo Peutingerio.* Hæc tamen electio licèt facta non ſit, Ioanne prædefuncto, unico tantùm filio poſt ſe relicto, deſervit ad eliciendam donatoris voluntatem, quæ non ab eventu, ſed ex eo quod potuiſſet contingere, dignoſcitur: ut in his terminis advertit Socin. ſen.*conſ.*174.*num.*15. & 16.*lib.*2. Peregr. *conſ.*54. *num.*17. *lib.*4. Giovagn. *conſ.*79. *num.*22. *lib.*1. Fuſar. *conſ.*144. *numero* 14. & 15.

Accedit his omnibus obſervantia inter Petrum, & Scipionem Fratres ſuper bonis controverſis admiſſa, in quibus dictus Scipio ab ipſomet Petro in ſolidum recognitus fuit Dominus; illa enim plurimùm attenditur ad incluſionem, vel excluſionem fideicommiſſi, *l:minimè,ff.de leg.cap.cum dilectus,de conſuetud.* Aym.*conſ.*101.*num.*3. Menoch.*conſ.*349.*num.*15. Fuſar. *conſ.*114.*num.*40. & *de ſubſtit.quæſt.*500. *num.*4. Rota *deciſ.*169. *num.*1. *part.*1. *recent.*& *in Romana fideicommiſſi de Ceulis*, 14. *Iunii, coram Reverendiſſ. Præſide Valliſoletano.*

Vnde non videntur urgere conjecturæ ex adverſo ponderatæ, quia ex præcedentibus, tanquam efficacioribus & potentioribus eliduntur, ut in propoſito not.Bal.*in l.licet* 77.*ff de legat.*2.Bero.*conſ.*109.*num.*39.*lib.*2. Bellon Iun. *conſ.*26. *num.*50. Molin. *de rit. nupt.lib.*6.*quæſt.*24.*n.*130.Card.Mantic.*de conject.lib.* 12.*tit.*17. *num.*6. Rota *deciſ.*6.*n.*36. *part.*5.*deciſ.*22. *n.*33.& 310.*n.*53.*part.*6.*recent.*& conſequenter exiſtentiam fideicommiſſi excludunt,contra quam ſemper in dubio reſpondendum eſſe monet Fuſar.*conſ.*42. *num.*32. Aym.*conſ.*180.*n.*4.*verſ.poſtremò.* Gabr.*conſ.* 95.*n.*14.*lib.*2.Hier.Leo *deciſ.*60.*num.*34.*lib.*1. Rota in his terminis *in Tudertina fideicommiſſi*, 4. *Iunii* 1640. *in* §.*penult.* confirmata 23. *Ianvarii ſequentis anni,coram R.P.D. meo Royas.* Præterquam ſingulæ ſpeciali reſponſione tolluntur.

Prima enim in præterita deciſione deducta,fundata in qualitate legitimitatis,adjecta filiis in conditione poſitis,ex ſe ſola non ſuffragatur, & plures habet contradictores,relatos per Rotam *in adductà Tudertina fideicommiſſi*, 4. *Iunii* 1640. *coram R.P.D. meo Royas*, ac prius coram Buratto *deciſ.*385. *num.*8. & 588.*num.*7.*part.*2. & 221.*num.*12.*part.*5. *recent.* ubi etiam reprobatur alia conjectura ex qualitate maſculinitatis, ut coram eodem Burat.*deciſ.*487.*num.*7.& *in deciſ.*1154.*n.* *part.*3. *diverſ.* & *in Romana fideicommiſſi de Colis*, 10.*Decembris* 1635. *coram Eminent.ſſ. D.Card. Macchiavello.*

Altera ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus removetur ex facto,quo conſtat talem digreſſum ſolùm per vulgarem in dicto donationis inſtrumento fuiſſe appoſitum, videlicet ut ſi Ioannes ſine filiis deceſſeret, Gabriel,ſi vivet,ſin minùs ejus liberi,& propterea non videtur ſufficiens ad hunc effectum,ut advertunt Giovagn. *conſ*81.*n.*20.*verſ.*6.*lib.*1. Bellon Iun.*conſ.* 6.*num.*62. Grivell.*deciſ.*125.*num.*67.*in fin.* Rota coram bo.mem. Coccino *deciſ.*294.*num.*12.& *deciſ.*211. *num.*10 *part.*5.*recent.*& coram Cavalet.*deciſ.*496. *num.*14. Nam poſt eoſdem filios Gabrielis ſubſequi debuiſſent alii ſubſtitutionum gradus,ut dici poſſent fideicommiſſo gravati. Laderch. *conſ.*58. *num.*31. Rimin.Iun.*conſ.*371.*num.*162.Aym.*conſ.*131. *num.*4.Surd.*conſ.*370.*num.*2.*verſ.Nec me turbat.*Cancer.*variar.lib.*1.*cap.*1.*num.*133.Peregrin.*de fideicom. art.*18.*num.*5.*verſ.contra tamen*, Petra *eodem tractat. quæſt.*5. *num.*169. Rota *deciſ.*357. *num.*6. *part.*1.*recent.*

Eadem reſponſione tollitur tertia deducta ex verbis denotantibus tractum temporis ſucceſſivum,cùm illa non legantur adjecta nepotibus Ioannis in conditione poſitis, prout fore neceſſarium tradunt Aymo *conſ.*125.*num.*4.Alciat.*conſ.*7.*num.*40.*lib.*4.& alii relati per Peregrin.*de fideicom. art.*18.*num.*13. Rota *deciſ.*357.*num.*6.*part.*1.*recent.* & qualia ſint declarat Alexand.*in l.Gallus,*§.*quidam rectè,num.*6.*ff. de liber. & poſthum.* Menoch.*conſ.*85.*num.*54.& *præſumpt.*71. *num*34 *lib.*4. Peregrin.*d.art.*18. *num.*14. & *conſ.*62. *num.*20. *lib.*1. Petra *eodem tractat. quæſt.*5. *num.*170. Fuſar.*de ſubſtitut. quæſt.*382.*num.*56. Hunc verò tractum ſucceſſivum non infert verbum *liberis*, quaſi tanquam plurium perſonarum collectivum,aptum ſit omnes deſcendentes comprehendere, juxta text. *in l. liberorum, ff.de verb. ſignificat. l. generaliter.* §. *ultimo, ff. de inſtit. & ſubſtit.* Aym.*conſ.*31.*num.*20. Menoch.*conſil.*44.*num.*2.Quia idem verbum non habet concomitantiam alterius verbi denotantis tractum temporis,ſine quo deſcendentes cenſentur vocati ſolùm per vulgarem in Gabriele juniore expiratam,juxta doctrinam Cumani *in l.cum ita,*§.*in fideicommiſſo, ff. de legatis* 2. *num.*4. Gloſ. *in dict. l.*1. *verb. deceſſe,Cod.de condit.inſert.* Ruin.*conſ.*19.*num.*10. *cum ſequentib.lib.*3.Socin.Iun.*conſ.*81.*n.*12.*lib.*3. Peregr. *conſ.*53.*num.*11.*lib.*3.Menoch.*conſ.*85.*num.*52.& 54. Fuſar. *conſ.*3.*num.*3. Surd.*conſ.*315.*num.*13.& 14.& *deciſ.*345. *num.*22. Rota *deciſ.*266. *num.*12. & 357. *num.*2.*part.*1.*recent.* Præterquam donator de filiis primi gradus ſenſiſſe videtur, dum poſteà de liberorum liberis mentionem fecit,& electionem Ioanni donatario conceſſit nominandi ex liberis, quem maluiſſet.

Ceſſat etiam quarta conjectura deducta ex fideicommiſſo ſuper re certa, cùm plures habeat contradictores relatos à Fuſar.*de ſubſtit. quæſt.*437.*num.* 140. & à Peregrino *de fideicom. art.*28.*num.*16. & à Menoch. *præſumpt.*76.*num.*62.*lib.*4. propterea aliis deſtituta non admittitur, ut docet idem Fuſar. *ſequenti n.*105. Ioſeph.de Ruſtic.*de liber.in cond.poſit. lib.*3. *cap.*1. *num.*2. Ceph. *conſ.*588. *num.*13. Bero. *conſ.*100. *num.*44. *lib.*2. nec etiamſi agatur de fideicommiſſo inſtituto per contractum, in quo ſtrictior fieri ſolet interpretatio, *l. quicquid aſtringenda, ff. de verbor.oblig.* ſed ſolùm locum habent in mero,ac puro legato, ad quod reſtringendam eſſe Angeli opinionem, uti à jure communi exorbitantem, monet Beroïus *conſ.*57.*num.*58.*in fine.*Ruſtic.*eodem lib.*3.*num.* 16.Fuſar.*in adduct.quæſt.*437.*num.*105.

Hinc corruit quinta, quia verſamur in contractu; cùm in eo debeant etiam concurrere concludentes conjecturæ, prout in ultimis voluntatibus requiruntur. Barboſ. *in l.ſi cum dotem* 27. *in princ. num.*34.*ff. ſolut.matr.* Alciat.*in l.Lucius,la ſegonda, ff. de hæred. inſtit. in fin.* latè Ludovicus Bellus *conſ.*118. *num.*4. *cum ſeqq.* Peregr.*de fideicomm.art.*28.*num.*29.Mantic. *de tacit lib.*12.*tit.*14.*n.*19. Rota *in Milevitana hæreditatis*,27.*Martii* 1629.*coràm bon.mem. Seleucien.* Neque urget *deciſio* 142.*num.*3.*part.*4.*recent.* in contrarium adducta; cum illa ſolùm loquatur dubitativè, prout etiam dubitativè loquitur *deciſio* 731. *num.*4. *part.*3.*recent.*

Nec

Nec demùm visa fuit obstare altera conjectura desumpta ex qualitate bonorum Iurisdictionalium, quæ præsumuntur à donatore relicta solis agnatis, licèt heredum mentio facta fuerit in instrumento donationis, ex notatis per DD. *in l. quoties*, post Glos. *C. de fideicomm.* ubi Cyn. & Bald. *num.* 8. Castrens. *n.* 4. Surd. *decis.* 125. *num.* 3. Fusar. *de substit. quæst.* 685. *num.* 35. cùm elidatur ex subsecuta acceptatione donatarii *pro successoribus quibuscumque*, quorum appellatione in indifferenti materia non solùm fœminæ, & ab ea descendentes admittuntur, sed etiam extranei, ut firmavit Rota *in addicta decis.* 587. *num.* 2. & 3. *part.* 1. & 251. *num.* 6. *part.* 5. *recent.* Qui ab initio censentur comprehensi, non autem post extinctam Ioannis descendentiam primò vocatam, juxta doctrinam Camerarii *in repetit. cap.* 1. *num.* 44. *tit. An agnati, vel filii*, & aliorum quos sequitur Rota *in Sarcinaten. fendi*, 22. *Iunii* 1645. *sub* §. *Nec Peregr. ad finem, coram Reverendiss. D. meo Decano*: Cùm illi loquantur in materia differenti, vel quoties fuissent expressè vocati descendentes; non autem si materia fuerit indifferens, vel ubi deficiat, prout hîc, expressa descendentium vocatio.

Et ex hac stipulatione excluditur etiam præsumpta agnationis conservatio ob qualitatem masculinitatis pluries repetitam, sine qua aliæ conjecturæ de facili tolluntur, & evanescunt, ut declarat Gabr. *consil.* 133. *num.* 2. *lib.* 1. Giovagn. *cons.* 82. *num.* 24. & 25. *lib.* 1. Rota coram Buratto *decis.* 387. *num.* 3. & *decis.* 3221. *n.* 13. *part.* 5. *recent.* & *in dicta Tudertina fideicommissi*, 23. *Ianuarii* 1641. *coram R P. D. meo Royas.*

Et ita utraque parte informante resolutum, &c.

R. P. D.

VEROSPIO.

Avenionen. Fideicommissi.

Lunæ 4. *Februarii* 1647.

EXcluso fideicommisso in Castro S. Tronquetti per stipulationem Notarii pro *hæredibus, & successoribus quibuscumque* receptam, & ex pluribus aliis conjecturis in præterita decisione deductis coràm me, *sub die* 30. *Aprilis* 1630. *præteriti*; Petrus de Pol pronepos donantis, ut ostenderet donationem ad hæredes sanguinis fuisse restrictam, & in ea idcircò se tantum comprehensum, non autem Catherinam adversariam uti extraneam, instítit pro Remissoria, articulando quod verbum *Hoirs*, adjectum in stipulatione per donatarium, solum in hæredibus sanguinis verificetur tum ex generali stylo Civitatis Avenion. tum ex particulari consuetudine Notarii, qui Instrumentum donationis confecerat; verbum verò *Heritiers*, extraneos etiam heredes includat. Eam tamen hodie Domini denegarunt, tanquam irrelevantem, juxta dispositionem text. *in l. ad probationem*, & per Glos. *ibi in verb. non convenit, ff. de probat. & in cap. cum contingat, in verbo nihilominus, de officio delegati*, prout aliàs ex hoc eodem fundamento pluries denegavit hoc Tribunal, ut coram Cæsare de Grassis *decis.* 1 & 2. *de dilation.* coram Mohed. *dec.* 1. *num.* 6. *de probat.* coram Veral. *dec.* 66. *num.* 1. & *dec.* 68. *n.* 2 *part.* 3. & coram Greg. *decis.* 122.

Hæc autem irrelevantia ex eo concluditur, quod in instrumento donationis, certæ ac determinatæ personæ vocantur à donante, Ioannes videlicet, ac filii ab eodem eligendi, eísque deficientibus sine liberis, Gabriel ejusdem frater, si viveret, sin minus ipsius liberi: sub qua vocatione comprehendi non poterit Petrus donantis pronepos, ex deductis *in decisione præterita*, nec etiam includi in donatione recepta à donatario pro se, & hæredibus, licèt sanguinis, dum non est hæres donatarii, à quo rem donatam habere censetur, non autem à donante, ut declarat Fontanel. *de pact. nuptial. clausula* 4. *glos.* 9. *part.* 1. *num.* 10. distinguendo inter emphyteusim patri factam, & filiis, & soli patri concessam, recipienti pro se & filiis: ut primo casu admitti debeant filii, tanquam filii, quibus idcircò quæsitum censeatur dominium rei emphyteuticæ; altero verò casu secùs, nec admittuntur nisi fuerint hæredes patris. Quam distinctionem ponderat Dec. *cons.* 210. *num.* 4. & 5. Socin. jun. *cons.* 88. *n.* 5. *in fine, cum seqq. lib.* 2. Ludovic. Bell. *cons.* 45. *num.* 2. & 3. Surd. *dec.* 324. *num.* 6. Hodierna ad eund. *in dec.* 322. *num.* 2. ubi æquitati innixam, ac in praxi recipiendam attestatur, Rot. coram Burat. *dec.* 861. *num.* 4. & 8. & in dubio quod donatio à patre stipulata pro se, & filiis, pro filiis, uti hæredibus recepta præsumatur, notat Glos. *in l. si tibi decem,* §. *si pactus, in verbo proderit, circa finem*, ubi etiam Bart. *num.* 8. Angel. *num.* 2 *ff de pactis*, idem Bart. *in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig.* Ias. *num.* 27. Alciat. *n.* 28. Menoch. *cons.* 255. *num.* 17. & plures alii adducti per Alciat. *de præsum. reg.* 1 *præsum.* 31. *num.* 1. *cum seqq.* & quoties in stipulatione hæredum etiam nomen exprimitur (prout hoc casu contingit,) ut admitti non possint filii, nisi fuerint etiam patris hæredes, tradit Bart. *in l. ut insiurandum,* §. *si liberi, num.* 3. *ff. de oper. lib. per text. in* §. *emphyteusim, Auth. de non alienan.* Iason *in l.* 2. *C. de iure emph. num.* 188. & plures alii adducti per Peregr. *de fideicomm. art.* 32. *n.* 14. & 15. Clar. *in* §. *emphyteusis, quæst.* 16. *num.* 2. & *quæst.* 37. *pariter num.* 2. & *in* §. *feudum, num.* 3. *circa finem*, & de communi testatur Grivell. *dec.* 18. *n.* 11. *vers. contrariam opinionem.*

Non obstat, quod donatio controversa contemplatione certi, ac determinati matrimonii facta fuerit, quo casu filiis censeri jus quæsitum, tanquam filiis, non autem tanquam hæredibus, tradit Ioannes Franc. à Ponte *cons.* 80. *n.* 11. & 16. & alii adducti per Addit. *ad decis. Buratti* 861. & *in Romana divisionis*, 10. *Iunii* 1641. *R. P. D. meo Cerro coram, in* §. *immò nec alia capi debet interpretatio.* Quia conclusio procedit ad effectum, ut irrevocabilis dicatur donatio respectu donantis, & sic debet intelligi, ut fuerit jus quæsitum filiis ad impediendam alienationem, non tamen si patris hæredes non extiterint, ita ut tunc admitti non debeant, ut declarat idem Ioannes Franc. à Ponte *eod. num.* 16. Ludovic. Bell. *cons.* 118. *num.* 13. Capic. Latro *consult.* 79. *num.* 54. Ricc. *in collectan. decisione* 3948. *in* §. *vanissima mihi semper est visa.* Rot. *in Romana fideicommissi de Incoronatis*, 5. *Martii* 1640. *coram bon. mem. Pirovano, in* §. *tertius est casus*, ubi præterea concludit, quod non benè inferatur ex causa matrimonii ad stipulationem pro filiis ut filiis, non autem tanquam hæredibus.

Hinc verò dignoscitur irrelevantia probationis articulatæ, dum à donante in substantia donationis non fuerunt nominati hæredes sanguinis, sed solùm in stipulatione donatarii, quæ ad hunc effectum non attenditur, ut fuit superiùs ostentum, & fortiùs demonstratur ex subsequentibus verbis stipulationis, *pro successoribus quibuscumque*, extraneorum inclusivis in hac materia indifferenti, ut respondit Rot. coram Mantic. *decis.* 18. *num.* 5. & *decis.* 587. *num.* 2.

& 3.part.1. & 251.n.6.part.5.recent. & in Portuen. ſtagni,13. Iunii 1646. & in aliis *in præterita deciſione deductis coram me,ſub die* 30. *Aprilis 1646.in §.tum etiam.* Quæ ſanè verba tanquam clara excludunt irrelevantiam articulatæ credulitatis pluries factæ per Ioannem,ac Gabrielem circa donationem Caſtri controverſam,quod illa extraneos non includeret,ſed reſtringeretur ad ſuos,cùm talis declaratio, ſeu reputatio non attendatur tanquam erronea,nec illorum hæredibus præjudicialis exiſtat,*l.1.C.de falſa cauſa adiecta,l. non probatur, ff.de confeſſis,l. ſi poſt diviſionem, C. de jur.& fact. ignor.* Rot. *deciſ.*200. *n.*12.*part.*1. *&* 320.*num.*7.*part.*5.*recent.*

Et demum articulata materia Dominis reddi viſa fuit irrelevans ex pluribus conjecturis ponderatis *in deciſione præterita coram me emanata ſub* 30. *Aprilis* 1646.quæ efficaciter ſuadent,filios Gabrielis in conditione poſitos non eſſe diſpoſitivè vocatos , & adhuc remanent in ſuo robore,licèt articulata probatio juſtificaretur ex adverſo.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.
VEROSPIO.
Avenionen. Fideicommiſſi.

Mercurii 26. Iunii 1647.

REmiſſoriam iterum fore denegandam hodie Domini cenſuerunt , ex eodem irrelevantiæ fundamento ponderato *in deciſione præterita,*ac inde reſultante , quod Gallicum illud verbum *Hoirs* , licèt ex Regionis conſuetudine ad ſolos ſanguinis hæredes probaretur reſtrictum ; non tamen poſſet includere Petrum Ioannis donatarii nepotem à Ioanne Scipione ultimo Caſtri poſſeſſore non inſtitutum hæredem. Quæ tamen qualitas hæreditaria omnino requirebatur in hac donatione per Donatarium ſtipulata *pro ſe, & hæredibus,* non autem eidem ac aliis à Donatore conceſſa , ut diſtinxit Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*4. *gloſſ.*9.*part.*1.*n.*10. Decius , Socin. ac Surd. cæteriſque *in præterita deciſione* deducti,& nuperrimè firmavit Rota *in Piſauren. donationis,* 8. *Februarii* 1647.*coram R.P.D.meo Otthobono,in §.ſed etiam.*

Ponderatis præſertim ſubſequentibus verbis donationis receptæ etiam *pro ſucceſſoribus quibuſcumque,* extraneos quoque hæredes includentibus in hac indifferenti materia,ut advertit Molin.*de ritu nupt.lib.*3. *quæſt.*85. *num.*60. *&* 64.Mareſcot. *variar.lib.*2.*c.*20. *num.*7. Rot.*deciſ.*586. *num.*2. *&* 3. *part.*1.*recent.* & aliis adductis Authoritatibus firmavit Rota *in Portuen.ſtagni,*13. *Iunii* 1646. *coram me.*

Quæ ſanè verba reſtricta dici non potuerunt ex conjecturis ad ſolos Sanguinis hæredes , ut videtur cenſuiſſe Menoch. *in conſil.*61. *num.*25.Mandell.*conſil.*382.*num.*4. Card. Mantic. *de tacit. lib.*23.*tit.*18. *num.*16. Theſaur.*deciſ.*99.*num.*22.Rot.*in Bononien. de Maluetiis,*14.*Iunii* 1621.*coram bon.mem.Pirovano:* Cùm DD. prædicti, ut patet ex eorum lectura , loquantur in feudo Nobili ad hæredes extraneos non tranſeunte,qui idcirco appellari non poterunt in hac indifferenti materia donationis , in qua verba illa, *& ſucceſſoribus quibuſcunque* , extraneos etiam hæredes includere,ex plurium DD. auctoritate probatum fuit coram me *in deciſ. hujus cauſæ, ſub die* 30. *Aprilis* 1646.

Et licèt in donatione contemplatione certi matrimonii peracta filios ibidem cenſeri comprehenſos tanquam filios , quamvis patris hæredes non extiterint , videatur cenſuiſſe Staiban. *reſol.*22. Cutell. *de donat. tom.*2. *diſput.*1. *ſpecial.*25. *num.*8. Noguerol. *allegat.*37. *num.*26. Sanfelic. *deciſ.*102. & plures alii ab Informantibus adducti , eamque opinionem admiſiſſe Rot. *in deciſ.*127.*num.*4. *part.*6. *recent. & in Romana diviſionis,*10. *Iunii* 1651. *coram R.P.D.Cerro.*

Horum tamen auctoritates non viſæ fuerunt urgere.Quia vel procedunt in donatione facta patri ſimul ac filiis , & ſic in 2. membro diſtinctionis ſupra firmatæ, in quibus terminis loquitur Sanfelic. *& deciſ.*127.*part.*6. *recent.* Vel loquuntur ad certum effectum, ut donatio reſpectu filiorum cenſeatur irrevocabilis,& in his terminis loquitur Staiban.& Rot.*in Romana diviſionis,coram R.P.D. meo Cerro.* Non tamen auctoritates prædictæ concludunt filiorum vocationem , qualitatem hæreditariam non obtinentium,& ita loquitur Noguerol. *allegat.*37.& egregiè diſcuſſo articulo reſpondit Rot.*in Piſauren. donationis,*8.*Febr.*1647.*coram R.P.D.meo Otthobono,in §. & quanquam,& §.ſed etiam,*ubi reſpondet etiam auctoritati Staibani, & Cutellii.

Neque ad hunc effectum Petro poterit ſuffragari, quod per eum non ſteterit , quin ultimi defuncti hæreditatem adierit , juxta opinionem in hoc tribunali receptam,de qua teſtatur Rot. *deciſ.*499.*n.*5. & pluribus relatis auctoritatibus *in deciſ.*382.*num.*12.*part.*5. *recent.* Cùm deciſiones prædictæ loquantur in feudo mixto ; quo caſu ſatis eſſe firmatur conſanguineum qualitatem hereditariam obtinere mediante perſona ſuorum anteceſſorum, licèt ab ultimo defuncto non fuerit hæres inſtitutus. Ideóque locum obtinere non poterunt in bonis tranſitoriis ad extraneos hæredes *pro ſucceſſoribus quibuſcumque* receptis.

Neque relevantia probationis petitæ remiſſoriæ deduci poteſt ex prima parte donationis favore Ioannis,& filiorum concepta, ilſque decedentibus ſine liberis,pro Gabriele ſeniori,ejúſque deſcendentia,quaſi Petrus pronepos Baptiſtæ tanquam in conditione poſitus vocatus cenſeatur ex conjecturis recenſitis in *deciſione coram me ab eodem reportata ſub die* 26.*Ianuarii* 1645.

Præterquam enim conjecturæ prædictæ fuerunt rejectæ in altera *deciſione, ſub die* 30. *Aprilis* 1646. *coram me,* & ex contrariis vrgentioribus conjecturis ibidem enervatæ. Dum illæ ex ipſa diſpoſitione eliciuntur,non autem poſſunt per remiſſoriam elucéſcere , nec idcirco pro relevantia probationum valent deſervire.

Prout nec etiam argui valet eadem relevantia ex articulis continentibus obſervantiam prætenſi fideicommiſſi ex confeſſionibus gravatorum , quæ pro ejuſdem fideicommiſſi inclusione plurimùm attendi ſolent,*ut notatur in l.minime,ff.de legib.& in cap.cum dilectus, de conſuetudine.*

Quia prædictæ confeſſiones dum probantur erroneæ ex ſtipulatione pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque concepta , deſervire non poterunt ad inducendam obſervantiam fideicommiſſi , quod ex partium credulitate induci non potuit, in caſu quo à Baptiſta fideicommittente non fuit inſtitutum,ut præter relatos in deciſione præterita advertit Fuſar. *conſ.* 169.*n.*136.Rot.*in Florentina fideicommiſſi de Barbadoris,*25. *Iunii* 1640. *coram bon. mem.Coccino, & in Romana Caſalis Aguſtani,*27.*Iunii ejuſdem Anni, &* 16.*Decemb.*1641. *coram R.P.D. meo Royas.*

Pro cujus etiam excluſione relevantiæ aliqui ex

Dominis

Dominis ponderabant exhibitam fidem plurium DD. à Primicerio Aven. subscriptam, ac Iudicum pariter Avenionen. articulatam differentiam inter verbum *Hoirs*, & verbum *Heritiers*, excludentium, super qua potissimùm ex adverso fundantur articuli Remissoriæ petitæ.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

VEROSPIO.

Avenionen. Fideicommissi.

Mercurii 11. *Martii* 1648.

AD disputationis trutinam revocata admissione Petri ad fideicommissum Baptistæ controversum, pro Ioanne primum, ac filiis, issque deficientibus pro Gabriele seniore ac liberis institutum in contractu donationis per ipsummet Ioannem donatarium stipulatæ *pro se, heredibus ac successoribus quibuscumque*, DD. denuò responderunt, Petrum ibidem præsumi non posse dispositivè vocatum, inspecta hujus donationis natura, quæ dum filios primi Donatarii, licèt expressè nominatos, excludere poterat, nisi Patris hæredes extitissent, & quoties sese contra ejus voluntatem ad fideicommissum admitti contenderent, juxta distinctionem Fontanel. *de pact. nupt clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 1. *num.* 10. approbatam à Dec. Soc. Surd. cæterisque relatis *in altera deciſ. facta coram me* 4. *Febru.* 1647. confirmata 26. Iunii super hac eadem causa, & in *Piſauren. donationis*, 8. *Febr. præteriti anni, coram R. P. D meo Ottobono, in* §. *ſed etiam*, coram *eodem* comprobata 31. Ianv. præteriti; eò fortius Petrum ipsum solum in conditione positum, & qualitate hæreditaria destitutum, ab eodem fideicommisso repellit, quia hæc qualitas expressè requisita in primò vocatis, necessariò repetita censetur in Petro, ac sequentibus substitutis in conditione positis, juxta text. *in l. ſi ſervus plurium* §. *ult. ff. de leg.* 1. notat. Zanch. *in l. hæredes mei* §. *cum ita*, 4. *part. num.* 318. Ludov. Bell. *conſ.* 118. Capic. Latr. *conſult.* 79. *num.* 49. & 54. *vol.* 2. Surd. *deciſ.* 322. *num.* 69. Vinc. de Franch. *deciſ.* 213. *num.* 56. & 59. Vel quia ipsa conditio nihil in esse deducit, & ipsamet dispositione debilior reputatur. *l. quis ſub conditione, ff. de cond. inſt. l. ex facto, ff. de hæred. inſtituen. l.* 1. *Codic de pact.* & notant. *ibi* DD. communiter, & *in leg. Lucius ff. de hæred. inſtitut.* Soccin. *in leg. hæredes mei*, §. *cum ita, ff. ad Trebell.* Aymon. *conſil.* 288. *numero* 3. Ludovic. Bell. *conſil.* 118. *numero* 8. Hond. *conſil.* 67. *num.* 11. *lib.* 1. Becc. *conſ.* 39. *num.* 21.

Resultare quoque visa fuit ipsius Petri exclusio ex altera stipulationis parte *pro successoribus quibuscumque* concepta, sub qua quicumque hæredes extranei, dum de indifferenti materia tractatur, censentur inclusi, ut advertit Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt* 85. *numero* 60. & 64. Maresc. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *numero* 7. Tiraquell. *de retract. lib.* 1. §. 1. *gloſſ.* 7. *numero* 22. & 25. & respondit Rot. *deciſ* 207. *part.* 6. *recent. & in Portuen. Stagni*, 13. *Iunii* 1646. *coram me.*

Neque huic intellectui repugnat antecedens expressa vocatio filiorum Ioannis cum admissione extraneorum incompatibilis, quorum idcirco inclusio ex stipulatione pro successoribus quibuscumque præsumpta, vel restricta censetur post deficientem Ioannis descendentiam, cæterósque agnatos antea vocatos, juxta doctrinam Cametarii *in repet. capt.* 1. *num.* 44. *titul. An agnati, vel filii.* Cephal. *conſil.* 173. *numero* 28. Peregrin. *conſil.* 5. *num.* 46. *lib.* 1. Frec. *de ſubfeud. lib.* 3. *form.* 3. *num.* 16. & 18. vel restricta ad sanguinis hæredes ad evitandam repugnantiam inde resultantem, ut ponderavit Becc. *conſil.* 74. *numero* 31. & 32. & post alios respondit Rot. *in Roman. ſucceſſionis de Comitibus*, 15. *Ian.* 1642. *coram Reverendiſſ. D. meo Decano, & in Roman. fructuum cenſus*, 26. *Iunii* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro, & in Firmana bonorum*, 15. *April.* 1616. *coram Remboldo.* Attenta præsertim subsecuta declaratione Baptistæ per verba adversativa, *Bene vult & intelligit, quod caſtrum pertineret ad filios maſculos Ioannis, juxta ejuſdem voluntatem*, post mentionem quorumcunque successorum appositа, ex quibus facultas Ioanni attributa ad limites subsecutæ declarationis limitata censetur. Becc. *ad dict. conſil.* 74. *num.* 31. *verſic. ultimò non obſtat.* Rot. *deciſ.* 640. *numero* 20. *part.* 1. *diverſ.*

Etenim procedere posset objectio respectu filiorum primi gradus, quorum favore specialiter Baptista disposuit, ut eorum alter vel plures admitti deberent ad Castrum juxta electionem Ioannis donatarii, cum quibus idcircò concurrere non possent extranei per stipulationem prædictam inclusi, licèt in concursu sequentium graduum, quos solùm in conditione posuerat Baptista, nec speciali provisione affecerat, iidem extranei non censeantur exclusi, ex dispositione text. *in l. in agris, ff. de aquir. rerum domin.* notat Imol. *in cap. cùm dilecti, in princip. de donat.* Casanat. *conſil.* 45. *num.* 148. *cum ſequentib.* Præsertim quia non agitur de materia differenti, de qua loquuntur auctoritates in contrarium superius adductæ, admissionem extraneorum restringentes post terminatam lineam agnationis, sed de indifferenti materia donationis sub appellatione quorumcunque successorum hæredes quoscumque licèt extraneos comprehendente, ut præter supra relatas auctoritates ponderavit Rot. *in Leodien. Beneficii*, 1. *Febr.* 1645. *coram R. P. D. meo Ottobono, in* §. *Ratio reſolutionis fuit, circa finem.*

Hinc resultat responso ad alteram objectionis partem, ad hæredes sanguinis stipulationem prædictam restringentem, quia scilicet non agitur vel de investitura, vel de emphyteusi Ecclesiastica, vel alia materia differenti, in quibus terminis procedunt auctoritates in contrarium adductæ, & decisiones superiùs recensitæ: Ibi enim vel successivum fuerat fideicommissum institutum, nec ex adverso controvertebatur, prout *in deciſ. R. P. D. mei Cerri*; vel expressè contemplata fuerat agnatio, prout *in adducta Firmana coram Remboldo*, vel demùm ex urgentibus ac inconcussis conjecturis fideicommissum eliciebatur, quæ dum in casu proposito non concurrunt, nec ideo poterunt claram extraneorum inclusionem ad sanguinis hæredes arctare: ex not. *in l. cominus, ff. verb. obligat. l. ubi eſt*, & notat ibi Soccin. *in quinto notabili. ff. de cond. & demonſtrat. & in l. cum Senatus, numero... verſic. 3. infertur, ff. eodem titul.* Ludov. Bell. *conſil.* 118. *numero* 8. Rot. *in Mutinen. dotis, decimoquinto Novembr.* 1641. *coram Eminentiſſ. Panzirolo*: subsecuta verò declaratio per verba, *bene vult, & intelligit*, operari tantùm poterit restitutionem respectu filiorum primi gradus, in quibus specialis nominationis provisio præcessit.

Suadet

Suadet etiam Petri excluſionem ſequens ſubſtitutio filiorum Gabrielis ſenioris per ſolam vulgarem ex Patris additione expiratam, ſub qua pariter vulgari alii in conditione poſiti præſumuntur vocati, ut notat Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 7. num. 72. in fin.* Anton. Fabér, Peregr. cæterique *in præterita deciſ.* deducti. Sive onus dotationis Gabriëli ſenioti, ejúſque filiis injunctum erga ſuperſtites filias Ioannis ſine maſculis prædefuncti, non tamen repetitum in filiis Gabrielis junioris, cùm horum inde eliciatur excluſio, qui eodem donationis onere erga filias prædecedentis non fuerunt gravati, argument. text. *in l. ab eo Cod. de fideicommiſ. l. planè §. ultim. ff. de leg. 1. l. imperator, in princip. ff. de leg. 2.* Cephal. *conſ. 268. num. 24.* Socin. *conſ. 118. num. 24. lib. 1.* ſive demum facultas Ioanni Donatario attributa eligendi ex filiis quem maluerit, cùm ex admiſſione unius, cæterorum reſultet excluſio, ac conſequenter agnationis contemplatio ex adverſo ſuppoſita evaneſcat, ut ponderavit Gabriel *conſ. 97. num. 24. lib. 1.* Curt. Sen. *conſ. 5. num. 44.* Papon. *conſ. 113. num. 19. cum ſequentib.* Rota *in Montis Faliſci fideicommiſſ. 26. Ian. 1625.* coram bon. mem. Coccino. Qua agnationis contemplatione ceſſante, conjecturæ omnes ex adverſo repetitæ facilè reiiciuntur, ut notat Scayn. *in addit. deciſ. 2. n. 109.* Cardinal. Mant. *de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 14. num. 24. & in deciſ. 351. num. 8. & in Tudertina fideicommiſſ. 23. Ianuar. 1641. coram R. P. D. meo Royas.*

Hinc vis fieri non poterit in qualitate maſculinitatis pluries repetita, quaſi contemplata inde videatur agnatio, cùm ea qualitas maſculorum tantùm prædilectione oſtendar, & favore ſubſtituti adjecta cenſeatur, ne à fœminis excludatur; non tamen conſervationem familiæ contineat, ut tradit Rip. *in l. centurio, num. 162. ff. de de vulg. & in l. 1. num. 8. Cod. de pact.* ubi hanc conjecturam teſtatur eſſe communiter rejectam, & *ibi* etiam Cagnol. *numero 51.* Alexand. *conſ. 202. num. 7. lib. 7.* Surd. *conſ. 448. num. 2.* Iul. Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 79. num. 1.* Rot. *deciſ. 486. num. 16. part. 1. & 667. num. 10. part. 2. rec.* Vel in qualitate legitimitatis à DD. pariter probata, ſi veſtita non fuerit ratione conſervandi bona in familia, ut advertit Bellon jun. *conſ. 26. num. 36.* Theſaur. *deciſ. 96. num. 26.* Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 9. numero 201. verſ. verumtamen hæc conjectura,* Fontanel. *de pact. nupt. clauſul. 4. gloſſ. 24. num. 13.* ubi quod talis qualitas utplurimùm ex Notariorum ſtylo, non autem ex mente teſtatoris apponitur. Grivell. *deciſ. Dolan. 125. num. 77.* Rot. *deciſ. 221. numero 12. part. 5. recent. & in Senogallien. hæreditatis, 1. Decemb. 1623. coram bon. mem. Pirovano,* & coram Burat. *deciſ. 385. num. 8.*

Nec etiam pro conjectura vocationis deſervire poterit expreſſa remotiorum ſubſtitutio, filiorum videlicet Gabrielis ſenioris, quaſi minus dilecti, Petri proximioris magis dilecti vocationem arguant. Præterquam enim hanc conjecturam, tanquam ineficacem expreſsè reiicit Zanch. *in leg. hæredes mei, §. cum ita, part. 7. numero 72. verſ. Sed contra hanc conjecturam, ff. ad Trebell.* Peregrin. *conſ. 52. numero 10. lib. 1.* ex eo potiſſimùm fundamento, quod ſub eadem vulgari proximiores in conditione poſiti invitati cenſeantur, ſub qua remotiores fuerant expreſsè vocati. Socin. Sen. *conſ. 116. numero 5. §. ponderandum, lib. 3.* Grivell. *deciſ. 125. numero 73. & 76.* Rot. coram Burat. *deciſ. 387. num. 6.* Prædilectionis argumentum ſolùm negativè procedit operando excluſionem remotioris ex non admiſſione proximioris; non tamen affirmativè, repetendo vocationem proximioris ex remotioris admiſſione, ut tradit Iaſon *in leg. Gallus, §. nunc de lege, numero 17. cum ſequentibus, ff. de lib. & poſthum.* Menoch. *conſ. 204. numero 36. & in conſ. 376. numero 62.* Aym. *conſ. 306. num. 5. in fine, & 6.* Peregr. *de fideicomm. artic. 29. num. 34. in fine,* Borgn. *deciſ. 5. numero 7. part. 3.* & fortè potuiſſet admitti, ſi ſimultaneè cum Gabriële patre ejuſdem filii ad fideicommiſſum legerentur invitati; ſecùs verò dum per ſolam vulgarem ſunt ſubſtituti, ut ratiocinatur Peregr. *in adducto conſ. 52. n. 10. lib. 1.* Scayn. *deciſ. 2. num. 101.*

Corruere quoque viſæ fuerunt aliæ conjecturæ ex adverſo repetitæ, ſive ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, poſtquam ſolùm antecedunt filios Gabriëlis, quos tamen ſubſequi debuiſſent, iuxta *conſ.* Ancharan. 74. *numero 2.* primi eius conjecturæ indagatoris. Et præter relatos *in deciſ. præterita* ponderavit Rot. coram Caval. *deciſ. 532. num. 9.* ſive ex verbis denotantibus tractum temporis ſucceſſivum deficientibus in præſumpta vocatione nepotum Ioannis, quos pariter concomitari, non autem antecedere debuiſſet, ut advertit Altograd. *conſ. 60. numero 121.* & plures alii relati per Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 18. numero 13. & 14.* Fuſar. *quæſt. 82. num. 56.* Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 5. numero 169.* Rot. *in Roman. hæreditatis de Foſſanis, 12. Febr. 1588. coram Gipſio,* poſt Giovag. *conſ. 97. num. 22. §. his accedit:* Sive ex qualitate fideicommiſſi ſuper re certa inſtituti, reprobata per Iaſon. *in l. 1. num. 11. & 12. C. de pact.* ubi etiam Curt. Sen. *num. 6.* Alciat. *in l. Lucius, n. 48 ff. de hæred. inſtit.* Soccin. iun. *in l. cum avus, num. 1. ff. de condit. & demonſt.* & pluribus aliis relatis per Peregr. *de fideicom. art. 28. num. 16.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 437. num. 104.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 76. num. 62.* ſive quia idem fideicommiſſum per contractum donationis fuerat inſtitutum: Cùm in contractu pariter conjecturæ requirantur concludentes, ac in ultimis voluntatibus, ſecundùm Bart. *in leg. ſi cum dotem, ff. ſoluto matrim.* quem *ibi* ſequuntur communiter Fontanell. *de pact. nupt. clauſula 4. gloſſ. 23. numero 18.* Corn. *conſ. 67. numero 3. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 28. numero 29.* & de communi teſtatur Ludovic. Bell. *conſ. 118. num. 4.*

Hac verò reſponſione deſtruitur demùm altera conjectura, quod verſemur in deſcendentibus: cùm in iis tales pariter exigantur, quæ certam teſtatoris mentem poſſint innuere, ut latè probat Giovag. *in conſ. 82. num. 26. cum ſequentib.* & reſpondit Rot. *in adducta Tudertina fideicommiſſ. 23. Ianuarii 1641. coram R. P. D. meo Royas, in §. ſeptem enim conjecturis, & in Roman. hæreditatis de Foſſanis, 2. Ianuarii 1588. coram Gipſio, poſt Fenzon. deciſ. 95. in §. nec ad rem pertinet,* & in *deciſ. 667. num. 4. part. 2. rec.* & in *deciſ. 221. part. 5.* in quibus plures conjecturæ reprobantur, quamvis de præſumpta vocatione deſcendentium poſitorum in conditione ibidem diſcuſſio contingeret.

Et ita utraque, &c.

CAPVT

CAPVT LVI.

Insinuatio in Gallia debet fieri coram Iudicibus ordinariis locorum, ubi bona sita sunt. Sed quid si donatio fiat Avenione, utrùm debeat ibi insinuari, vel in Comitatu ubi bona sita sunt; & è contra: Et utrùm insinuatio sit de essentia & substantia contractus, ac de solemnitate intrinseca ipsius. Concluditur donationem insinuandam esse in loco ubi bona sita sunt, & tot faciendas esse insinuationes, quot separatæ sunt jurisdictiones. Insinuationem coram Iudice laico factam, validam esse ostenditur, quamvis Clericus laico donaverit. Insinuationem necessariam esse etiam in promissione pecuniæ, nisi illius manualis intervenerit traditio.

SVMMARIVM.

1 *In Gallia insinuatio debet fieri coram Iudicibus ordinariis locorum, in quibus bona sunt sita.*

2 *In Civitate Avenionensi, & in Comitatu Venayssino constitutiones circa insinuationes sunt diversæ.*

3 *Probatur multis rationibus, donationem in Civitate Avenionensi factam, & ibidem registratam, nullam esse quoad bona Comitatus Venayssini, si non fuerit insinuata in Comitatu coram Iudicibus ordinariis locorum, ubi bona sunt sita.*

4 *Donatio facta extra Civitatem Avenionensem nulla est, si non fuerit registrata in libro insinuationum Civitatis Avenionensis.*

5 *Insinuationem respicere solemnitatem contractus, & ideo in ea attendendum esse statutum loci contractus, multi existimant, & probare conantur.*

6 *Deputatio tutoris in uno loco facta, sortitur effectum ubique terrarum.*

7 *Quando agitur de præjudicio tertii, verius est insinuationem in uno loco factam non porrigere vires suas ad alia loca, in quibus viget statutum de insinuando.*

8 *Quando bona sunt sita in diversis jurisdictionibus, perinde est ac si facta fuissent diversæ donationes.*

9 *Actus voluntariæ iurisdictionis non possunt fieri coram Iudice incompetenti in præiudicium tertii.*

10 *Statutum non porrigit vires ad bona alterius territorii, quando aliquid fit in fraudem & præiudicium tertii.*

11 *Quando in aliquo loco adest statutum particulare circa insinuationes, aliud debet observari quoad bona in illo loco sita.*

12 *Ostenditur contrarietas seu diversitas inter constitutiones Civitatis Avenionensis, & Comitatus Venayssini, nec non ordinationes Regias, quoad insinuationem.*

13 *Donatio in Comitatu Venayssino valida est usque ad summam viginti quinque scutorum, sine insinuatione, quamvis facta fuerit de longè maiori summa.*

14 *Si agatur de pluribus præstationibus annuis, veluti de pensionibus vidualibus, singuli anni separatim considerantur, & ita singulis annis donatio subsistit usque ad summam 25. scutorum.*

15 *Insinuatio non est de solemnitate essentiali & formali donationis.*

16 *Solemnitas quæ non debet adhiberi in ipso contractu, sed post contractum; non dicitur formalis solemnitas, sed effectualis.*

17 *Registratio contractus quæ potest fieri intra terminum quindecim dierum, non est solemnitas formalis.*

18 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione requisitum, non dicitur solemnitas formalis contractus, sed effectualis; quia potest intervenire post contractum.*

19 *Subscriptio testamenti non est solemnitas essentialis, quando aliundè constat voluntatem testatoris esse perfectam.*

20 *Insinuatio coram Iudice incompetenti facta, nulla est.*

21 *Refertur opinio quorumdam existimantium insinuationem fieri posse coram quocumque Iudice habente iurisdictionem prorogabilem; quæ tamen opinio refutatur, ut suprà num. 10.*

22 *Opinio illa subsistere non potest, stantibus regulamentis mandantibus insinuationem fieri coram Iudicibus locorum, ubi bona sita sunt.*

23 *Insinuatio de iure communi debet fieri coram Iudice competente, ratione personæ vel bonorum.*

24 *Si Clericus donet laico, insinuatio debet fieri coram Iudice laico. Idem dicendum est si laicus Clerico donaret.*

25 *Publicatio testamenti, & examen testium ad hunc effectum fieri debet coram Iudice ordinario laico, & non Ecclesiastico, si vel testater, vel hæres sit laicus.*

26 *Quamvis donatio fiat de certa pecuniarum quantitate, non intercedente manuali traditione, necessaria est insinuatio in locis, ubi bona donatoris sunt sita, ut evitentur fraudes.*

Circa insinuationem donationum partim ex statuto Avenionensi, partim ex regulamento patriæ Comitatus Venayssini: primò quidem per Eminentiss. bon. mem. Cardinal. de Armeniaco; deinde verò per Eminentiss. etiam bon. men. Card. de Aquaviva, tunc Legatos Avenionenses edito; partim denique ex Regiis ordinationibus in Gallia requisitam; multæ quotidie occurrunt controversiæ, quarum præcipuas nunc in medium afferendas esse censuimus.

Et primò quidem occurrit illa dubitatio, utrùm insinuatio fieri debeat in loco contractus; & utrùm sic facta sufficiat, an verò debeat fieri in loco ubi bona sita sunt.

In hac quæstione dum agitur de donatione insinuanda, si tempus insinuationi ex constitutione præfixum nondum lapsum sit; soleo consulere ut utrobique fiat insinuatio, nempe in loco contractus, & in loco etiam ubi bona sita sunt: idque ad evitandam omnem controversiam. Si verò res non sit integra, & tempus ad insinuandum sit elapsum; consi-

derandum

derandum eſt, utrùm agatur de donatione bonorum in Gallia ſitorum.

1 Et hoc caſu negotium deciſum eſt per ordinationem Regiam, quâ expreſsè cavetur, inſinuationem fideri debere *au Greffe des Sieges ordinaires de l'aſſiette des choſes données.*

Si verò agatur de bonis ſitis in Comitatu Venayſſino, & donatio facta fuerit Avenione, ubi viget diverſum & peculiare ſtatutum; vel ſi donatio facta fuerit in Comitatu Venayſſino, aut etiam in Gallia de bonis ſitis Avenione, major eſt difficultas, in qua ſæpè noſtra tribunalia perplexa fuerunt.

2 In Comitatu duo regulamenta facta fuerunt circa inſinuationes: unum anno 1577. à Cardinali de Armeniaco, quo cautum eſt inſinuationem fieri debere de omnibus donationibus factis intra Camitatum prædictum, itaut non videatur comprehendere donationes factas Avenione: ſicut nec regulamentum Cardinalis de Aquaviva factum anno 1594. quod nihil continet niſi extenſionem præcedentis, non autem illius derogationem, & ſic non videtur comprehendere donationes extra Comitatum factas, ſicut
3 in priori regulamento non continebantur. † Verùm D. Lud. Bellus *conſil.* 176. *num.* 14. exiſtimavit donationem in Civitate Avenionenſi celebratam eſſe nullam, ſi non fuerit inſinuata in Comitatu Venayſſino coram Iudice loci ubi bona ſita ſunt; neque ſufficere quod inſinuatio facta fuerit Avenione in loco contractus. Quia ſtatutum Avenionenſe non continet formam legitimæ inſinuationis, ſed tantùm mandat regiſtrari in libro ad hoc deſtinato abſque præſentia Iudicis; cùm tamen de iure pro forma requiratur, ut inſinuatio fiat coram Magiſtratu præſente, & authoritatem ſuam accommodante. Vnde concludit regiſtrationem Avenione factam nihil operari quoad bona Comitatus. † Eadémque ratio militat quoad do-
4 nationes extra diſtrictum Avenionenſe factas, quod invalidæ ſint (quamvis alio in loco inſinuatæ) quoad bona Avenione ſita, quia per illam inſinuationem in Comitatu vel in Gallia factam, non fuit ſatisfactum intentioni ſtatuentium; qui ideo voluerunt regiſtrationem donationis fieri in certo libro ad id deſtinato, ut creditores, aut quilibet tertius habens intereſſe, ſciret an liberè cum tali perſona contrahere poſſet, an verò aliqua obſtare poſſet donatio: quod ſciri nequiret ſi alibi inſinuarentur donationes, veluti ſi Avenionenſis donaret, & inſinuaret in Civitate Aquenſi, vel Maſſilienſi, aut etiam in remotiſſimis quibuſvis provinciis: & ita ſtatutum illud eſſet inutile, & ex eo daretur malevolis anſa delinquendi, & creditores decipiendi. Quod etiam conſideravit D. Bellus, in omnibus quidem, ſed maximè in negotiis huiuſce ſtatus expertiſſimus *dict. conſil.* 176. *num.* 15. *verſic. ſecundò.*

5 Dubium tamen facit doctrina Gratiani *diſceptat. forenſ.* 253. *num.* 5. ubi voluit inſinuationem reſpicere ſolemnitatem contractus, & ideo inſpiciendum eſſe quoad ipſam, ſtatutum loci in quo ipſe celebratur. Idem tenuit Bald *conſil.* 167. *num.* 6. *lib.* 5. triplici quidem ratione. Primò, quia ſtatutum porrigit vires ad bona ſita extra territorium, ex conſenſu partium. Secundò, quia donatio ſumit ſuum eſſentiale principium in loco contractus: ergo locus ille debet attendi. Tertiò quia inſinuatio eſt actus voluntariæ iuriſdictionis: ergo ubique, & à quocumque Iudice exerceri poteſt. Sequitur Tuſch. *litera I, concluſ.* 195. *num.* 18. *& litera S, concluſ.* 590. *num.* 2. Gaill. *lib.* 2.
6 *obſervat.* 123. *num.* 5. qui *num.* 6. arguit à ſimili † de deputatione tutoris, quæ ubique gentium ſortitur effectum. Burat. *deciſ.* 76. *num.* 13. Sola *in conſtit. Sabaud. tit. de regiſtrat. inſtrument gloſ.* 1. *numero* 4. Maſcard. *de ſtatut. concluſ.* 7. *numero* 31. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. part.* 1. *cap.* 324. *numero* 85. Lamberteng. *de contract. eorum qui ſine certa ſolemnit. gloſ.* 2. *in verb. mulierem, num.* 33. *& ſequentibus*, ubi ſimpliciter dicit quoad ſolemnitatem actus inſpiciendum eſſe locum, in quo contractus fuit celebratus. Bellamer. *deciſ.* 732. *verſic. ideo ſi agatur de inſinuatione.* Mareſcot. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 139. ubi ſolùm diſtinguit, utrùm ſtatutum quoad inſinuationem verba ſua dirigat ad res, vel ad perſonas.

Sed non obſtantibus prædictis exiſtimo, ſalvo ſa- 7
niori iudicio, quod quidquid ſit quando agitur de ſolo donantis præiudicio (quo caſu forſitan adducta in contrarium procedere poſſent, quod tamen nunc ego non determino:) tamen quando agitur de præiudicio tertii, veluti creditorum; tunc inſinuatio in uno loco facta non eſt valida, nec porrigit vires ſuas ad bona ſita in alio loco, quia alioqui non poſſent evitari fraudes; cùm donatio in loco ubi bona ſita ſunt, non eſſet reddita publica, & bona non ſolùm ſeparari poſſunt, ſed & ſeparata ſunt, & inveniuntur non quidem in diverſis donationibus, ſed in diverſis regionibus: & prædictam diſtinctionem amplectitur Cancer. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 8. *num.* 8. poſt Maynard. 8
lib. 2. *deciſ.* 56. † Imò diuerſas eſſe donationes, quia agitur de diverſis & ſeparatis bonis, tradit Charond. *lib.* 4. *reſponſ.* 65. quem ſequitur Maynard. *loco citato.*

Neque facit in contrarium ratio allegata per Bald. 9
quod agitur de actu voluntariæ iuriſdictionis, qui poteſt quocumque in loco fieri, & ubique gentium ſortitur effectum. Quia illud non procedit quando agitur de præiudicio tertii, ſed duntaxat quando tractatur de præiudicio ipſorum contrahentium, & iuriſdictionem voluntariam prorogantium. Cravet. *conſil.* 325. *n.* 3. *verſic. & hoc ſine dubio*, & benè explicat Cancer. *dict. cap.* 8. *num.* 9. *in novis.*

Quod autem dicitur, ſtatutum porrigere vires ad 10
bona alterius territorii, & maximè partibus conſentientibus, non habet locum quando aliquid fit in fraudem & præiudicium tertii, ut bene explicat D. Bell. *conſ.* 176. *num.* 14. *& ſequentib.*

Et prædicta maximè locum habent ſtantibus ſta- 11
tutis, ſeu regulamentis, aut conſtitutionibus particularibus, quæ vigent, & ſunt in viridi obſervantia in ſingulis provinciis: & tam in Gallia, quàm etiam in Comitatu Venayſſino, necnon in Civitate Avenionenſi: quo caſu doctrinam Baldi *dict. conſil.* 166. *lib.* 5. non eſſe admittendâ, exiſtimavit Theſaur. Iun. *lib.* 2. *quæſt forenſ.* 8. *num.* 17. in illis verbis: *niſi in loco ubi bona ſunt ſita, adeſſet ſtatutum contrarium.* † Quod 12
autem conſtitutiones ſint contrariæ inter Civitatem Avenionenſem, & Comitatum Venayſſinum quoad inſinuationem, bene deducit D. Bell. *dict. conſil.* 176. cùm multùm inter ſe differant regiſtratio, & inſinuatio, ut *ibidem* exponitur. Idem dicendum de ordinationibus Regiis, cùm regulamentum Comitatus requirat illam fieri coram Iudicibus Pontificiis; & plures aliæ inter ambas ordinationes notari poſſunt differentiæ, quas brevitatis causâ omittimus: & nominatim quia regulamentum Comitatus, donationes nullas reddit, dummodò excedant ſummam viginti quinque ſcutorum. † Et ideo licèt ſumma maior do- 13
nata fuerit, tamen donatio erit valida tantùm uſque ad illam ſummam 25. ſcutorum, cùm non annulletur niſi pro rata exceſſus, ut notavit Coſt. *de ration. rata, quæſt.* 125. *num.* 10. † Si tamen agatur de penſione 14
viduali, aut alia ſingulis annis præſtanda, tales annuæ præſtationes non conſiderandæ ſunt in globo,

ſed

sed quælibet separatim : ita ut quolibet anno donari possit pensio viginti quinque scutorum sine insinuatione, per text. in *l. sancimus, § si quis autem talem, Cod. de donat.* Rot. *decis. 292. num. 27. part. 6. recent.* & ita explicandum est illud regulamentum.

15 Neque verum est quod dicitur, insinuationem esse solemnitatē essentialem, & formalem donationis; quia hoc procedere posset si necessariò intervenire deberet
16 in ipso contractu: † quando enim aliqua solēnitas debet adhiberi post contractum celebratum, non dicitur solemnitas formalis, sed effectualis : quia robur tribuit actui jam celebrato. Angel. *cons. 36. Pro decisione quæsitorum, n. 2.* Menoch. *consil. 134. n. 34. & 35.* Atqui insinuatio ex edictis Regiis, vel regulamentis Comitatus requisita, non debet intervenire in ipso
17 actu donationis, sed post aliquot menses : † ut de registratione quæ fieri potest intra terminum quindecim dierum, annotavit Rub. *ad decis. Rotæ 542. n. 82.*
18 *p. 4. recent. tom. 3.* † Simile est quod dicitur de beneplacito Apostolico ; quod licèt requisitum sit ad validitatem alienationis, tamen est quid diversum ab ipsa, & potest separatim adhiberi. Rot. *decis. 16. n. 2. p. 7.*
19 *recent.* † Idem de subscriptione testamenti, quando voluntas testatoris jam erat perfecta, tradit Rot. *decis. 126. n. 33. & 34. p. 6. recent.* quia testamentum ante subscriptionem, si voluntas testatoris fuerit perfecta, est in statu validitatis, sicut donatio ante insinuationem vel registrationem, quæ post ipsum contractum celebratum & perfectum intervenire potest. Vnde concludendum est, insinuationem faciendam esse iuxta statutum loci, in quo bona sita sunt.

20 Porro circa præmissa notandum est, quod si insinuatio facta fuerit coram Iudice incompetenti, nulla est & invalida: ideo dicebam aliàs, stante regulamento quo insinuatio prohibetur fieri coram certis Iudicibus inferioribus, insinuationem non prodesse, si coram illis facta esset, ex Rebuff. *in const. Reg. tit. de donat. in fin.*
21 *art. 1. glos. 5. num. 1. & 2.* † Non obstantibus dictis per Anton. de Canar. *in tract. de insinuat. quæst. 12.* ubi existimat donationem fieri posse in quocumque loco, & coram quocumque Iudice per partes electo, quē dicit esse competētem ex prorogatione partium. † Quia
22 contratium verius est, præsertim stantibus regulamētis, & ordinationibus quibus mandatur insinuationem fieri coram Iudicibus seu Magistratibus locorū, ubi bona sita sunt, quo casu alius Iudex adiri non debet : ut ipse Canar. fatetur in *quæst. 13.* † Quibus regulamentis cessantibus, necesse esset insinuari donationem coram Iudice competente ratione personæ, vel bonorum donatorum. Guid. Pap. *decis. 325. n. 1.* Menoch. *consil. 84. num. 51.* maximè dum agitur de præjudicio tertii : ut supra dictum est, *n. 10. & 11.*

24 Ampliatur ut locum habeat, etiamsi donatio fieret per clericum laïco, & Iudex ordinarius esset laïcus : quia eo non obstante, insinuatio coram Iudice laïco fieri debet. Marta *de jurisd. part. 4. cas. 109. per tot.* ubi
25 idem locum habere vult, si laïcus clerico donaret. † Sicut videmus, quod pro publicatione testamenti, & testium ad hunc effectum examine, aditi debet Iudex ordinarius laïcus, & non Ecclesiasticus, si vel testator vel hæres sit laïcus. DD. *in l. publicari, & in leg. testamenta omnia, Cod. de testamentis.* Honded. *consil. 26. n. 12. volum. 2.* & alibi forsan fusiùs ostendemus.

Ampliatur secundò, ut locum habeant præmissa, si donatio fieret de certa pecuniarum quantitate, non interveniente manuali & reali traditione; (nam tunc nō esset opus insinuatione :) sed donaretur pecunia per viam promissionis : hoc siquidem casu necessaria esset insinuatio, perinde ac si bona immobilia donarentur, ne alioqui fraus legi fieri posset, ut decisum fuisse testatur Louet *littera D, n. 29. & ibi* Additio, *sub lit. B.* Maynard. *lib. 6. cap. 64. n. 8.* Mosnier *aux alliances du Droict François, in verb. donation, num. 1. fol. 263.*

CAPVT LVII.

Insinuatio facta ultima die trium mensium, ex comitatus regulamento ad illam faciendam assignatorum, utrùm sit valida. Contractus quo quis promittit solvere pro alio, etiam sciens se non posse relevari, utrùm indigeat insinuatione. Vtrùm post mortem donatoris insinuatio fieri possit. In repudiatione juris delati, sed non acceptati, & in dotis constitutione, utrùm requiratur insinuatio, sive donatio fiat à patre, sive ab extraneo.

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio quæ ex regulamento fieri debet intra tres menses, est valida, etiamsi fiat ultima die trimestris.*
2 *Dictio* à die, *ostendit diem termini computari in termino.*
3 *Idem est in dictione,* infra tres menses.
4 *Idem si dictum fuerit infra tres menses posteà subsequentes.*
5 *Insinuatio regulariter fieri non potest post mortem donatoris, secundum ius commune.*
6 *Secùs tamen est de iure Gallico, quando certus insinuandæ donationis terminus est præfixus.*
7 *Donatio insinuata intra tempus à statuto requisitum, retrotrahitur ad tempus quo facta fuit.*
8 *Contractus fideiussionis, aut Constituti, utrùm indigeat insinuatione.*
9 *Donatio dici non potest, quoties quis alienam suscipit obligationem, non propriam.*
10 *Contractus donationis est principalis, fidejussionis verò successorius.*
11 *Qui donationis causa promittit soluere summam ad quam furiosus est obligatus, validè contrahit; secùs si obligationi accedat uti fideiussor illius.*
12 *Contractus fideiussionis non potest sortiri naturam donationis.*
13 *Renunciatio vel repudiatio juris quæsiti, vel quærendi, utrùm indigeat insinuatione.*
14 *Quæ sit differentia inter repudiationem, & renunciationem.*
15 *Cessio translativa non potest fieri sine prævia acceptatione, ideo donationis naturam induit.*
16 *Repudiatio juris quæsiti præiudicat creditoribus renuntiantis in foro exteriori.*
17 *Quod procedit tam adversùs chirographarios creditores, quàm hypothecarios.*
18 *In Gallia renunciatio, tam iuris quæsiti, quàm quærendi, non præiudicat creditoribus.*
19 *Patrem gravatum fideicommissa in favorem liberorum post mortem suam restituendo, posse prævenire tempus mortis, etiam in præjudicium suorum creditorum, iudicatum Tholosæ.*
20 *Hæres cum beneficio inventarii non potest repudiare jura delata non quæsita, in præjudicium suorum creditorum.*

21 *Inſinuatio in renunciatione requiritur, non in repudiatione.*

22 *Donatio in tranſactione, alióve contractu oneroſo contenta in clauſulis executiuis, & non principaliter, non eſt inſinuanda.*

23 *Donatio ex cauſa dotis, vtrùm indigeat inſinuatione? magna eſt quæſtio.*

24 *Regulamentum aut ſtatutum generaliter loquens, non comprehendit cauſam dotis in iis in quibus dos eſt ſpecialiter priuilegiata.*

25 *Dos eſt à iure ſpecialiter priuilegiata in materia inſinuationis.*

26 *Dos conſtituta pro certo & determinato matrimonio, dicitur data ob cauſã finalẽ matrimonij.*

27 *Quando matrimonium eſt cauſa finalis donationis, non requiritur inſinuatio.*

28 *Statutum loquens de donatione, non habet locum in dotatione: intellige vt infra.*

29 *Diuerſæ referuntur Doctorum ſententiæ cum deciſionibus ſubſequutis in propoſita controuerſia.*

30 *Generalitas verborum ſtatuti talis eſſe poteſt, quæ etiam dotem quoad inſinuationem comprehendat.*

31 *Affertur diſtinctio volentium donationem dotis cauſa factam, & non inſinuatam, eſſe validam, in præiudicium donatoris, ſed non in præiudicium tertij.*

32 *Alij ſimpliciter probant non requiri inſinuationem in dote.*

33 *Propanitur diſtinctio, vtrùm contractus factus fuerit ſub nomine donationis, vt requiratur: an ſub nomine dotis, vt non ſit neceſſaria inſinuatio.*

34 *Sola promiſſio vel deſtinatio cauſa dotis, dicitur dos.*

35 *Concluditur dotis conſtitutionem factam ab extraneo dotante indigere inſinuatione, non autem factam à patre, aut ab alio qui tenetur dotare.*

1 SVperſunt aliqua notabilia circa inſinuationes præſenti capite examinanda.

Et primò quidem, quod cùm regulamento patriæ Comitatus Venayſſini caueatur, donationem inſinuãdam eſſe intra tres menſes poſtea ſubſequentes, vel vt poſteriori regulamento, infra tres menſes à die celebrationis ipſius computandos, ſufficit quod inſinuatio fiat vltima die trimeſtris: & ſic ego aliàs conſului quod donatio erat valida, quæ facta fuerat die 5.

2 Decembris, & inſinuata die 5. Martij. † Quia verba illa *à die celebrationis*, oſtendunt diem termini cõputari in termino. Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 161. num 5.*

3 *& ſequentib.* † Eiuſdẽ naturæ eſt dictio illa, *infra tres menſes*, vt dies termini debeat in ipſo termino cõputari. Barboſ. *de dictionib. cap. 161. num. 5.* Gomeſ. *in §.*

4 *rurſus, num. 10. de action.* † Idem dicendum eſt de verbis, *poſtea ſubſequentes*. Barboſ. *de dictionibus, c. 270. n. 2.* Gratian. *dict. c. 161. n. 6.* & bene explicat Rebuff. *in concord. tit forma mandati Apoſt. in verb. poſt menſem, verſ. quomodò computetur hìc menſis.*

5 Secundò notandum eſt, quod licèt verum ſit ſecundùm diſpoſitionem iuris communis, inſinuationem fieri non poſſe poſt mortem donatoris, vt fusè probat Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 783; ferè per totum,* &

6 *cap. 531. n. 3. & 26.* † tamen quando conſtitutione aliqua certum tempus, veluti trium, aut quatuor menſium, inſinuationi faciendæ præfixum eſt; quamuis donator interim moriatur, tamen ſufficit inſinuationem fieri intra trimeſtre, vel quadrimeſtre in ordinatione aſſignatum. Ita declarat Ferret. ad Guid. *dict.*

7 *deciſ. 325.* † Quia donatio facta intra tempus à ſtatuto requiſitum, retrotrahitur ad tempus celebratæ donationis. Maynar. *lib. 2. cap. 55.* Coſt *de retrotract. cap. 8. caſ. 24. num. 1. & ſequentib.*

Intellige tamen vt procedat retrotractio quando agitur de præiudicio hæredis, vel alterius donatarij, ſeu titulum lucratiuum habentis; ſecus eſt ſi tertius habeat titulum oneroſum: quia tunc in ejus præiudicium inſinuatio poſterior non retrotrahitur ad diem donationis, vt fuit deciſum apud eundem Maynard. *lib. 2. cap. 53. num. 2.* Menoch. *conſil. 292. num. 2.* Hoc autem quod de donationis inſinuatione poſt mortem donatoris facienda diximus, in Gallia indubitatum eſt; ſed apud nos conſulo, vt ad euitandas omnes difficultates, quantùm fieri poteſt, inſinuatio fiat viuo donatore.

Tertiò quæſitum aliàs fuit, vtrùm fideiuſſio, aut 8
contractus conſtituti indigeret inſinuatione. Caſus talis erat: Mater in contractu matrimonij filiæ ſuæ certam pecuniæ quantitatem conſtituerat. Philibertus patruus eiuſdẽ filiæ nubentis, matrem ab huiuſmodi promiſſione indemnẽ ſeruare, eámque releuare promiſerat; ſed hanc promiſſionẽ, tanquam animo donandi factam, impugnabat ex defectu inſinuationis. Reſpondi ipſum patruum non eſſe fundatum: cum promiſſio illa donationis appellatione contineri non poſſet, ſed potius contractus Conſtituti, fideiuſſionis, ſeu interceſſionis factus intuitu vſusfructus, eidem patruo durãte eius vita reſeruati ſuper bonis paternis, maternis, & auitis neptis ſuæ. † Non enim donatio 9
dici poteſt dũ quis ex propria obligatione non tenetur, ſed in ſe ſuſcipit alienam: tunc enim propriè fideiuſſio, vel interceſſio eſt, non donatio; & licèt qui ſcienter indebitum ſoluit aut promittit, donare videatur, *l. 1. ff. de condict. indeb. l. indebitum, & l. qui ſe debere, Cod. eod. tit. l. is qui plus. ff. eod. tit.* † tamẽ hoc in- 10
telligitur de promittente indebitum, quod qui promiſit, ſciebat ſe non debere; tunc enim eſt impropria donatio; ſed ſi quis alienam in ſe ſuſcipiat obligationem, non donatio, ſed interceſſio eſt; nec principalis eſt contractus, vt donatio; ſed acceſſorius, vt interceſſio aut fideiuſſio. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 669 n. 12.*
† Vnde videmus, quod ſi quis ſummã ad quam ſe fu- 11
rioſus obligauit, promittat donationis cauſâ, valida eſt obligatio tãquam per ſe & principaliter ſubſiſtens: ſi verò ſolo fideiuſſionis titulo, quamuis ſcienter promittat, nulla eſt & inualida obligatio, tanquã acceſſoria principalis, quæ nulla eſt, *l. ſi à reo 71. §. adeo, verſicul. ſi à furioſo. ff. de fideiuſſ.* & *ibi* Gloſ. *in verb. certũ eſt*, & per illum textum tradit Ioannes Faber *in §. de pecunia. n. 2. inſtit. de action. in verſic. credo quod ſciens.* Iaſ. *in l. 1. n. 12 in 7. limit. ff. de condict. indeb.* Menoch. *lib. 3 præſumpt. 31. n. 13.* † Qui omnes dicunt eum qui 12
alienæ accedit obligationi, non cenſeri donare, ſed contractum illum à contractu donationis eſſe omninò diuerſum.

Quartò fuit etiam diſputatũ aliàs de validitate re- 13
nunciationis facta per hæredem inſtitutum, vel ſubſtitutum, hæreditati ſibi delatæ, nondum tamen acquiſitæ, aut agnitæ, aut ſimilibus iuris quærendi renunciationibus; vtrùm pro ipſarum validitate neceſſaria ſit inſinuatio.

Pro cuius dubij reſolutione fieri debet differentia 14
inter repudiationem, & renunciationem. Renunciatio ſiquidem iuris quæſiti, fieri non poteſt quin annexam habeat illius acceptationem. Repudiatio non item. Cancer. *lib. 3. var. reſ. c. 22. n. 211. & c. 15. de renũciat. n. 171.* Vbi agit de renunciatione fideicommiſſi ante tempus per hæredem grauatum; hæc enim nõ eſt repudiatio, ſed renunciatio iuris quæſiti, quod grauatus ſubſtituto remittit ante tempus, quamuis ſibi ius eſſet quæſitum. † Idem dicit *d. n. 211.* de eo qui renunciãdo 15
cedit ius ſuum alteri: quia ceſſio iſta tranſlatiua fieri non poteſt ſine acceptatione, & per conſequens iſtæ

renuncia

renunciationes iuris quæsiti induunt naturam donationum. Ioan. Andr. Georg. *allegat.* 29. *n.* 18. Hodiern. ad Surd. *decis.* 70. *n.* 12. Ioan. Anton. Bellon. *de iur. accresc. c.* 7 *q.* 138. *n.* 36. *& eod. c.* 7 *q.* 41. *n.* 68. *&* 69. vbi sic explicat text. *in l. liberto octuaginta* 26. *in vers. neque referre, ff. de bon. libert.* Francisc. Merlin. *part.* 1. *c.* 32. *n.* 12.

16 Repudiatio iuris quærendi de iure communi in foro exteriori præiudicat creditoribus, secus est in renunciatione iuris quæsiti: text. est *in l. patrem, & in l. sequenti, ff. de priu. cred. l. si sponsus, §. si quis rogatus, ff. de donat. inter vir.* & Peregr. *de fideicom. ar-*
17 *tic.* 3. *n.* 125. *& sequentib.* † Quod locum habet, siue agatur de creditoribus chirographariis, siue hypothecariis. Pascal. *de patr. potest part.* 2. *c.* 4. *n.* 172. Gratian. *discept. forens.* 271. *n.* 10. *& seq.* Mangil. *de imput. q.* 4. *num.* 13.

18 In Gallia aliter iudicatur: nam renunciationes iuris etiam quærendi, non valent in præiudicium tertij. Mornac. *ad l. nemo* 68. *ff. pro socio, & dict. l. si sponsus.* 5. *§. fin ff. de donat. inter vir. & vxor.* Louet *litera R, n.* 19. Sed tamen iudicatum fuisse in Senatu Tholosano te-
19 statur Oliu. *lib.* 5. *c.* 29. † patrem de restituendo liberis suis fideicommisso grauatum, tempus mortis quo restitutio fieri debebat, etiam in præiudicium creditorum, præuenire posse.

20 Hæres tamen cum beneficio inuentarij, non potest repudiare iura nondum delata hæreditati, quam adiuit in præiudicium creditorum: quia hæc est renunciatio, non repudiatio. Franc. de Amic. *in suo tract. feudali, §. & veniendo ad primam, n.* 29. *fol.* 205.

21 His ita constitutis concluditur, quod insinuatio in renunciatione necessaria est, sed non in repudiatione: Ita decisum in Rota Romana *decis.* 313. *n.* 54. *decis.* 320. *n.* 24. 30 34. *& seqq. part.* 6. *recentior.* Burat. & *ibi* Adden. *decis.* 333. *n.* 8. apud quos hæc conclusio diffusiùs explicatur.

22 Quintò, insinuatio necessaria est in donatione, quamuis fiat in contractu transactionis: emptionis, vel alio contractu oneroso, si fiat principaliter & non in clausulis accessoriis: nam factâ æquè principaliter donatione, duo contractus in vno celebrantur, & vnus ab alio separabilis est; ideo donatio suam naturam retinet. Seraph. *decis.* 181.

23 Vltima supereſt difficultas de donatione facta ex causa dotis, quæ non minus frequens quàm necessaria est: Cùm in ea modò pro affirmatiua, modò pro negatiua sententia viderim iudicatum: vt ex sequentibus apparebit.

24 Quod enim donatio huiusmodi non indigeat insinuatione, videtur probari ex eo, quod statutum generaliter loquens non comprehendit causam dotis, quando dos specialiter priuilegiata est. Veral. *dec.* 199. *n.* 1. *p.* 3. Carpan. *in præludio ad statut. Mediol. n.* 238. Farin. *in decis. recollectis post consilia, decis.* 264. plures
25 allegat Ricc. *collect.* 1505. † Sed quoad insinuationem, dos est specialiter priuilegiata: vt in ea non requiratur. *l. final. Cod. de iur. dot.* & *ibi* Salicet. Anton. de Canar. *in tract. de insinuat. part.* 2. *n.* 4. Tiraquel. *de retract. consang. §.* 1. *glos.* 14. *n.* 103. 91. *&* 96.

26 Et hoc maximè procedit, quando agitur de donatione facta ob dotem pro certo & determinato matrimonio constitutam: quia tunc iuxta multorum sententiam, matrimonium est causa finalis donationis, ex Monter. *decis.* 10. Burat. & *ibi* Addent. *decis.*
27 924. *num.* 17. vnde non videtur indigere insinuatione. † Quia quando matrimonium est causa finalis donationis, non requiritur insinuatio, quæ tamen requireretur si matrimonium esset duntaxat causa impulsiua, Gabriel *consil.* 57. *n.* 11. *& sequentibus, volum.* 2. Giouagnon. *consil.* 83. *num.* 46. licèt dicat in dubio ex præsumptione legis præsumi matrimonium esse causam impulsiuam, post Oldrad. *consil.* 5. Roland. *consil.* 44. *n.* 6. *& sequentib. lib.* 4. Cravet. *consil.* 85. & alios *ibidem* citatos. † Et præterea statutum loquens de 28
donationibus insinuandis, locum non habere in dotatione, dixit Burat. *decis.* 214. *n.* 14.

In hoc articulo Rota Romana perplexa fuit: nam 29
quidam ex Dominis, tenebant pro nullitate donationis ex causa dotis, quando insinuata non fuit: alij verò pro eius validitate: sed tamen præualuit sententia pro validitate dotationis, seu donationis ob causam dotis, non obstante statuto insinuationem exigente, vt videre est in Rota *diuers. decis.* 125. *part.* 1. *per totam*, repetita apud Seraph. *decis.* 201. Et cùm aliàs similis quæstio tractata fuisset coram Illustriss. Domino Argello tunc Auditore generali in præsenti Ciuitate, in causa Dominæ viduæ Nobilis Domini d'Anselme, contra Nobilem Dominũ de Berenguier; ipse de voto duorum Assessorum declarauit donationem, etiamsi non esset insinuata, non obstantibus pluribus rationibus per me deductis eâ potissimùm ratione, quia facta erat occasione certi matrimonij. Et ipse Giouagnon. *dict. consil.* 83. *n.* 16. dicit contra eius votum fuisse iudicatum, non esse necessariam insinuationem, quamuis à statuto requisitam in donatione facta causa dotis: licèt ipse articulum valde dubium esse fateatur.

In contrarium multùm vrgere videtur generalitas 30
verborum in Regia constitutione, necnon in statuto Auenionis, ac denique in regulamento Comitatus appositorum: quibus mandatur omnes donationes, etiam onerosas aut reciprocas, etiam contemplatione matrimonij factas insinuari, seu Auenione registrari iuxta formam statuti; aliàs nullæ declarantur & inualidæ: propter quam verborum generalitatem insinuationem in istis donationibus esse necessariam dicit Rebuf. *in constit. Reg. tit. de donat. insin. art.* 1. *glos.* 1. *n.* 19. Ranchin. ad Guid. Pap. *decis.* 325.

Alij distingunt, quod si agatur contra donatorem 31
& eius hæredes, donatio sine insinuatione valida est; si verò agatur de præiudicio alicuius tertij veluti creditorum, donatio illa non obstante dotis priuilegio nulla est. Bacquet. *in tract. des droicts de iustice, c.* 21. *n.* 377. *&* 378. Idem tenet Autumn. ad *l. si quis argentum, Cod. de donat. & ad l. fin. Cod. de iur. dot.* dicens tamen quod si donatio fuerit insinuata post aliquod temporis interuallum, ob fauorem matrimonij, præiudicat etiam creditoribus à die insinuationis tantùm; & in hanc sententiam videtur inclinare Maynard. *li.* 6. *c.* 68. *n.* 1. & 2. respectu creditorum.

Alij in terminis Regiæ ordinationis voluerunt, in- 32
sinuationem non esse necessariam fauore dotis: vt Expilly *arrest.* 72. sed hoc propter modificationem illius Senatus, datam ad ordinationem Regiam: vt *ibidem* dicitur. Item Frerot *in collatione Regiarum ordinationum*, insinuationem in istis donationibus non requiri testatur *lib* 8. *tit.* 2. *§.* 2. *in marg. n.* 3. *fol.* 489. *in vers. dos hic non comprehẽditur.* Sed aduertatur, quod *ibi* explicat antiquam ordinationem Regiam, in qua nulla matrimonij fiebat mentio; de quo tamen nominatim loquitur alia posterior ordinatio.

Alij distingũt vtrùm dotis cõstitutio facta fuerit sub 33
nomine donationis, vt tunc necessaria sit insinuatio: an verò sub nomine dotationis, & hoc casu nõ requiratur. Rebuf. *in d. tit. de don. insin. art.* 1. *glos.* 1. *n.* 19. Rãchin. *ad dict. dec.* 325. *Guidonis.* † Sed hæc distinctio 34
videtur verbalis; quia sola dotis promissio vel destinatio dotis dicitur dos. Font, *dec.* 363. *n.* 10. Mant. *dec.* 166. Ias. *in l. si extraneus, n.* 16 *ff. de condict. caus. dat.*

In hoc magno opinionum & rationum conflictu, ego libenter aliorum potiùs, quàm meam ſententiam ſequi vellem: ſed ne punctus indeciſus remaneat, exiſtimo donationes cauſa dotis factas ab eo qui tenetur dotare, validas eſſe; quamuis non fuerint inſinuatæ: illas verò quæ ab extraneo (quem in hac materia intelligimus eum qui dotare non tenetur) nullas eſſe, ſi inſinuatæ non fuerint; cùm horum reſpectu meram liberalitatem & donationem contineant: reſpectu verò eorum qui dotare tenentur, non dicatur proprie exerceri liberalitas; cùm in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat. Ricci. *collect.* 1605. vbi dicit Rotam Romanam *in Anconitana dotis*, 27. *Septembris* 1598. *coram Lancelloto*, ita iudicaſſe. Quam deciſionem licèt quodammodo videatur labefactare *deciſio* 13. apud Pic. *num.* 5. Tamen eandem ſequitur eadem Rota coram Caualerio *deciſ.* 393. *numer.* 5. in terminis inſinuationis ſtatutariæ, vbi dicta deciſio *Anconitana dotis* confirmatur: quæ habetur *part.* 4. *diuerſ. deciſ.* 282. *num.* 1. poſt Socin. ſen. *conſil.* 80. *num.* 26. *lib.* 4.

CAPVT LVIII.

Vtrùm vxor hæres mariti, confecto inuentario in quo erant mobilia & pecuniæ, cenſeatur ſibi ſoluiſſe dotes ſuas & iura dotalia in præiudicium ſuorum creditorũ: Et vtrùm, eo non obſtante, creditores ipſius vxoris, vſque ad concurrentiam iurium dotalium eiuſdem præferendi ſint creditoribus mariti. Quando inducatur ficta ſolutio, & vtrùm illa retrotrahi poſſit in præjudicium tertii: Et utrùm ſaltem hoc caſu creditores mariti poſsint uti exceptione compenſationis adversùs creditores uxoris.

SVMMARIVM.

1 *Hæres idémque defuncti creditor recipiens pecunias hæreditatis, cenſetur ſibi ſoluiſſe: & iſta eſt vera ſolutio. Sed vide inferius.*

2 *Mulieri agenti ad repetitionem dotis, opponi poteſt exceptio ſolutionis, vel compenſationis, ſi conſtiterit ipſam pecuniam & mobilia mariti habuiſſe.*

3 *Creditores hæredis poſſunt petere ſeparationem bonorum aduersùs creditores defuncti.*

4 *Nomen dotale eſt obligatum creditoribus vxoris, & ſub ea qualitate graduandi ſunt eodem ordine, quo vxor fuiſſet collocata ſuper bonis mariti.*

5 *Creditores qui ante aditam hæreditatem contraxerunt cum hærede, ſunt præferendi creditoribus hæreditariis.*

6 *Tempore aditæ hæreditatis inducitur à lege ficta ſolutio ſummarum ipſi hæredi debitarum.*

7 *Ficta ſolutio inducitur ex poteſtate legis.*

8 *Hæres præſumitur ſibi ſoluiſſe, quando agitur de eius commodo.*

9 *Ficta ſolutio, aut alia fictio nunquam inducitur in præiudicium tertij.*

10 *Ficta ſolutio per aditionem non præindicat creditoribus hæredis.*

11 *Ficta ſolutio cenſetur facta præcisè in ipſo actu aditionis.*

12 *Aditio hæreditatis eſt actus qui vnico temporis momento expeditur.*

13 *Hæreditas poſt aditionem non eſt ampliùs hæreditas, ſed proprium hæredis patrimonium.*

14 *Vbi ſemel inducta fuit ficta ſolutio, non poteſt iterum vera fieri.*

15 *Obligatio ſemel extincta non poteſt vires reaſſumere.*

16 *Ficta ſolutio per aditionem præiudicat creditoribus hæredis, qui poſt aditam hæreditatem contraxerunt.*

17 *Ficta ſolutio cenſetur hæredi facta primò de mobilibus.*

18 *Confuſio indicitur potiùs quàm ficta ſolutio aduersùs illos, qui cum hærede poſt aditam hæreditatem contraxerunt.*

19 *Mobilia & ſpecies non poſſunt dici ſoluta pro quantitate debita.*

20 *Hoc procedit quando hæres proteſtatus eſt ſe nolle confundere iura ſua.*

21 *Solutio inducta ex eo, quod hæres pecunias hæreditarias exigit, non eſt vera, ſed ficta.*

22 *Solutio ficta indicitur, quando hæres duas repræſentat perſonas.*

23 *Compenſatio opponenda eſt per creditores mariti ante litis conteſtationem, aliàs non poteſt aduersùs creditores hæredis opponi.*

24 *Per litis conteſtationem cauſatur mala fides, impediens opponi creditoribus compenſationem.*

25 *Hæreditas mariti conſideratur tanquam res inanimata, repertain bonis vxoris.*

26 *Non bene infertur ab exceptionibus quæ aduersùs hæredem opponi poſſunt, ad eas quæ aduersùs creditores illius.*

27 *Non eſt verum quod creditores hæredis repræſentent illius perſonam, quoad exceptionem compenſationis, cùm immò repræſentent proprium.*

VXor creditrix mariti ſui ab eo fuit hæres inſtituta cum onere dotem reſtituendi communi illorum filio, dictique mariti hæreditatem poſt eius obitum adiuit facto inuentario, ſeu deſcriptione mobilium in illa repertorum, quæ permiſit reſtituere, proteſtando ſe nolle iura ſua confundere: poſtmodùm domum hæreditariam tam ſuo quàm filij nomine vendidit, & pretij partem recepit. Bonis mariti in generali diſcuſſione poſitis, concurrebant creditores vxoris, quibus ipſa ante aditam hæreditatem obligata reperiebatur: concurrebánt etiam creditores mariti teſtatoris, prætendentes ſe debere præferri creditoribus hæredis. Quæſitum fuit quis eſſet præferendus.

Dubium conſiſtebat in eo, quod vxor, eadémque hæres videbatur ſibi ſoluiſſe mediante receptione partis pretij dictæ domus, necnon prædictorum mobilium: quia quidquid ad creditorem peruenit ex pretio pignoris, diminuit eius creditum; dicta verò vxor & hæres recepit pretium dictæ domus, necnon dicta mobilia: & per conſequens non ficta ſolutio, ſed vera inducta fuit, *l. reſcriptum*, §. 1. & *ibi ff. de diſtract. pignor. & in l. quæſitum, ff. eod. tit.* † Et nominatim quod mulieri agenti ad repetitionem dotis opponi poſſit compenſatio, vel ſolutio, quando conſtat ad eam multas pecunias & bona mariti deuenille, tradit Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 129. *num.* 40. & 41. Mareſcot. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 121. *num.* 67.

Verùm

Verumtamen re maturè considerata in favorem creditorum hæredis, & judicio Rotæ Avenionensis ordinatum in causa concursus creditorum Nobilium Ioan. Baptistæ de Floravant & Catherinæ de Labeona conjugum, creditores Dominæ Catherinæ præferen-
3 dos esse. † Quia remedio separationis bonorum hæredis à bonis testatoris, licitum est ipsis tanquam in hypotheca anterioribus super bonis hæredis, petere & consequi super dictis bonis solutionem summarum sibi debitarum. Siquidem cùm omnia bona uxo-
4 ris hæredis sint ipsis obligata: † per consequens nomen etiam & creditum dotale ipsius, quod habebat in bonis mariti, fuit illis obligatum & hypothecatum. Surd. *consil.* 4. *num.* 19. & 20. Pacif. *de Salvian. interdict. inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 295. ubi multos allegat.

5 Sunt igitur creditores mariti anteriores, quia sunt creditores uxoris habentis hypothecam anteriorem dotalem super bonis mariti: & sic succedit regula *cap. qui prior, de regul. iur. in 6. & l. potior, cum l. sequentibus. ff. qui potior. in pignor. hab.* si verò respiciamus obligationem præstitam per uxorem tempore inventarii, creditores qui agunt contra bona ipsius sunt anteriores, cùm eorum hypotheca præcesserit additionem hæreditatis, & obligationem per uxorem hæredem tempore dictæ additionis præstitam, *d. l. potior, & d. cap. qui prior.*

6 Verum quidem est tempore aditæ hæreditatis inductam fuisse à lege fictam solutionem crediti dotalis; cùm idem non possit esse debitor, & creditor; & actio & passio non possint stare in eodem subje-
7 cto: † Quæ ficta solutio inducitur virtute & authoritate legis *l. Vranius, §. de fideiussorib. l. si hæres* 22. §.
8 *final. versic item si esset. ff. de solut.* † Immò præsumitur hæres per additionem sibi soluisse, quando agitur de favore hæredis, & hærede volente. Addent. ad Ludou. *decis.* 67. *n.* 17.

9 Sed ista ficta solutio nunquam locum habet, quando agitur de præjudicio creditorum, quia fictio nunquam inducitur à lege in præjudicium tertii. DD. *in l. si is qui pro emptore, ff. de usucapion.* Sebastian. Sapia *in l. final. Cod. de edict. Divi Adrian. num.* 30. Surd. *consil.* 203. *num.* 49. Gratian. *discept. forens. cap.* 283. *num.* 15, Gabriel *consil.* 186. *num.* 32. *volum.* 1. DD. in *d. l. hæres à debitore. §. final. ff. de fideiussor.* & maximè Bart. Castrens. & Imol. Idem Bart. *in l. si is qui, n.* 67. *ff. de usucapion.* & tradunt communiter DD. in *l. quæ dotis* 34. *ff. solut. matrim.* & fatetur Barbos. *in cad. l.*
10 *num.* 6. licèt ipse disputando contrarium sentiat. † Et in individuo de hac ficta solutione quam lex inducit per aditionem hæreditatis, tradunt Thesaur. jun. *lib.* 3. *quæst.* 44. *num.* 3. *in fin. versic. limita.* Rota *decis.* 71. *num.* 4. *versic. neque obstant, part.* 1. *divers.* Ioan. Andr. Georg *allegat.* 41. *num.* 28. Cens. *decis.* 163. *num.* 4.

11 Fictio autem ista debet intelligi, ut præcisè in actu aditionis hæreditatis inducta censeatur, non post aditionem. Rot. *decis.* 198. *num.* 6. *part.* 7. *recent.* Cavaler. *decis.* 367. *num.* 1. & 2. & probatur in *l. stichum,*
12 *§. aditio,* & *ibi* DD. omnes, *ff. de solut.* † Quia actus aditionis ex quo provenit imaginaria solutio, primo momento temporis expeditur, *l. gerit, ff. de acquir. hæred. l. si avia,* & *ibi* DD. *Cod. de iur. deliber.* Robert.
13 Marant. *in l. is potest, ff. de acquirend. hæred.* † Et post aditam hæreditatem non ampliùs dicitur hæreditas, sed proprium hæredis patrimonium ex quadam bonorum & jurium confusione, *l. sed si plures, §. filio, ff. de vulgar. & pupil. substit. §. 1. Instit. de hæred. qualit. & differ.* Decius, & Cagnol. *in l. hæreditas, ff. de regul. jur.*

Vnde colligitur non posse subsistere quod ex ad- 14
verso opponebatur, hîc non agi de ficta solutione, sed de vera propter receptionem mobiliuin & pretii domus per uxorem hæredem. Quia si solutio ficta facta fuit tempore additionis hæreditatis; ergo solutione eius quod debebatur, sublata fuit omnis obligatio & extincta: & per consequens non potest tractari de alia solutione tempore receptionis mobilium, vel pecuniarum, quia privatio supponit habitum: extincta ergo obligatione, non potest tractari de solutione. † Nam obligatio semel extincta non 15
revivisci, *l. qui res, §. aream, ff. de solut.* Sibi igitur ipsis contrariantur creditores testatoris, dum fictam solutionem allegant tempore solutionis, & veram tempore receptionis. Surd. *decis.* 92. *num.* 9. *& sequentibus.* Dicendum est igitur, inductam fuisse fictam solutionem tempore additionis in præjudicium ipsius hæredis, non autem in præjudicium creditorum.

Præmissa locum habent quoad creditores haben- 16
tes hypothecam anteriorem, ante additionem hæreditatis factam per hæredem: si enim ageretur de creditoribus qui contraxerunt cum hærede post aditam hæreditatem, tunc verum esset inductam fuisse fictam solutionem, cùm quoad istos posteriores non tractetur de præjudicio tertii: quia ficta solutio jam suum effectum produxerat eo tempore, quo ipsis nullum ius, nullaque hypotheca competebat: ut de muliere creditrice sui mariti tradit Socin. jun. *consil.* 170. *n.* 9. & 10. *volum.* 2. Surd. *decis.* 92. *num.* 2. & 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 214. *num.* 1. & *cap.* 203. *num.* 4. † 17
ubi dicit quod talis confusio bonorum trahit secum perfectam solutionem, dictaque solutio censetur facta primò de bonis mobilibus. † Præsertim quando 18
constat uxorem illa recepisse, & alienasse. Rota *decis.* 580. *num.* 7. *part.* 1. *divers.* Idem Gratian. *dict. cap.* 214. *num.* 16. Idque non tam per viam confusionis, quàm per viam cujusdam fictæ & imaginariæ solutionis. Surd. *decis.* 224. *num.* 8. & 9. & in proprio casu creditorum, qui post aditam hæreditatem contraxerunt, decidit Ioan. Andr. Georg. *allegat.* 41. *n.* 28. Afflict. *decis.* 237. *num.* 3. & hoc est quod voluit Bart. *in d. l. si is qui pro emptore, ff. de usucapionib. num.* 67. & 68. ut etiam advertit Vincent. de Franch. *decis.* 80. *num.* 18.

Cùm autem in casu proposito ageretur de creditoribus hypothecam habentibus ante aditionem, & sic non fuisset inducta ficta solutio tempore additionis hæreditatis in præjudicium ipsorum; restabant duæ difficultates examinandæ. Prima, utrùm si non ficta, saltem vera solutio fuerit inducta per receptionem mobilium & pecuniarum. Secunda, utrùm in præjudicium creditorum anteriorum.

Quoad primum duorum responsum fuit in primis, 19
quæstionem illam non posse versari circa mobilia: quia species non potest dici soluta pro quantitate dotali debita, *l. 2. §. mutui datio,* cum *ibi* notat. *ff. si cert. petat.* † Stante protestatione per hæredem facta, quod 20
nolebat jura sua confundere, cùm facta solutio locum non habeat, nisi interveniente voluntate hæredis. Surd. *decis.* 92, *num.* 7. & 8. quia quando lex vult aliquid fieri ipso jure, semper intelligitur parte volente. Gloss. *in l. si constat, Cod. de compensationibus.* Surd. *decis.* 191. *n.* 15. *& sequentibus.*

Quod autem attinet ad pecunias ex pretio domus 21
receptas, licèt ex tali receptione ipsa sibi soluisse videatur; tamen illa non potest dici vera solutio, sed impropria & ficta: necesse enim est, ut fingamus ipsam duas repræsentasse personas: unam hæredis, alteram hæreditatis. Rota Genuens. *decis.* 1, *n.* 27.

22 *& deciſ.2.num.35.& 36.* † Et per conſequens ſolutio huiuſmodi non eſt vera, ſed ficta. Scacc. *de commerc. & camb. §. 6. gloſ. 1. num. 25.* Si ficta ſolutio : ergo non operatur in præiudicium creditorum anteriora iura habentium , iuxta concluſiones ſuperiùs firmatas.

Quod ad ſecundam quæſtionem attinet , reſpondetur quomodocumque res ſe habeat, non poſſe tamen compenſationem , vel ſi mauis,ſolutionem induci in præiudicium anteriorum creditorum ipſius
23 hæredis. † Siquidem exceptio compenſationis debuiſſet opponi per creditores mariti ante litem conteſtatam,& diſcuſſionem cœptam ; aliàs opponi nequit : cùm interuenerit vnum ex tribus,de quibus *in l. 3. Cod. de nouat.* nempe litis conteſtatio, quæ vim denunciationis habet. Alberic.*in l.doli exceptio*,aliàs
24 *doli mali excepito 19. num.12.ff.de nouat.* † Et dicitur cauſata mala fides creditorum mariti per litis conteſtationem, propter quam excluduntur ab exceptioni-
25 bus compenſationis , vel ſolutionis : † cùm debitor debitoris, nempe hæreditas mariti conſideretur tanquam res inanimata reperta in bonis vxoris debitricis. Surd.*conſil.4. num.19.*& ſic ceſſat facultas ſibiipſi ſoluendi in præiudicium creditorum ; cùm hoc caſu non poſſit repræſentare duas perſonas. Vincent. de
26 Franch.*deciſ. 53. num.10.* † Vnde non benè infertur ab exceptionibus quæ opponi poſſent aduersùs hæredem , ad eas quæ opponuntur eius creditoribus ; cùm inter vtrumque caſum ſit valde diuerſa ratio : quia creditores vxoris hæredis non tenentur ſoluere
27 debita illius, vel debita eius mariti teſtatoris. † Nec eſt verum quod creditores vxoris repræſentent perſonam ipſius , quin imò repræſentant perſonam propriam ; quia volunt ex proprio capite ſatisfieri ſuper bonis dictæ debitricis, vt benè explicat Rota *deciſ.* 703. *num.2.part.3.recent.*

Et ex iis ita fuit iudicatum.

CAPVT LIX.

Si Communitas exactionem collectarum alicui commiſerit, qui alium ſubexactorem inſcia Communitate ſibi aſſociauit ; vtrùm ſi principalis exactor non ſit ſoluendo, poſſit agere via ordinaria vel executiua,contra ſubexactorem , ſeu ſocium exactoris , qui cum ipſa Communitate non contraxit. Et vtrùm ſaltem conueniri poſſit in ſubſidium vſque ad concurrentiam ſummarum per ipſum exactarum.

SVMMARIVM.

1 *Communitas non poteſt agere contra ſocios exactorum. Intellige vt infrà.*
2 *Socius exactoris non eſt ſocius conductionis.*
3 *Ad hoc vt ſocius exactoris conueniri poſſit per Cõmunitatem , neceſſe eſt , vt aſſociatio facta fuerit interueniente Communitate ; quamuis conuentum eſſet , quod ipſe ſibi ſocios aſſumere poſſet. Contrà num.8.*
4 *Electio ſociorum exactionis fieri non poteſt , niſi præſentibus & ſcientibus Conſulibus ; alioqui non ſunt ſocij exactionis ,ſed exactoris.*
5 *Angeli doctrina* in l.1. ff. de loco public. *explicatur.*
6 *Socij ignorante Communitate aſſumpti non obligantur Communitati.*
7 *Conductor conductoris mei , non eſt meus conductor.*
8 *In materia ſocietatis vectigalium , caſus mixtus non continetur in ſimplici.*
Quando ſocius ſibi reſeruauit ius nominandi participem , non tenetur exigere conſenſum Communitatis. Ibidem
9 *Socium ſocij mei , mihi non obligatum,executiuè conuenire nequeo.*
10 *Obligatio Cameralis non porrigit vires aduersùs perſonas in ea non nominatas.*
11 *Ratificans inſtrumentum verbo vel facto, an & quando poſſit executiuè conueniri.*
12 *Quando actus non fuit nomine meo geſtus, approbatio illius per me facta non meretur nomen ratificationis.*
13 *Debitor debitoris mei quando poſſit executiuè conueniri.*
14 *Debitor debitoris non poteſt conueniri viâ executiuâ , niſi priùs conſtet de debito liquido & exequibili.*
15 *Socij non poſſunt inter ſe agere executiuè , niſi prius calculatis rationibus.*
16 *Subrogati ab exactoribus tributorum fiſcalium , non poſſunt à fiſco conueniri , niſi in ſubſidium.*
17 *Quando ſocius ſocij tenetur ratione geſtionis factæ circa ſocietatem , tenetur dumtaxat vſque ad concurrentiam ſummarum per ipſum exactarum.*
18 *Liberatur tamen, ſi bona fide rationes ſuo principali reddiderit,& reliqua illi perſoluerit ante denunciationem ſibi factam.*

DVbitatum fuit, vtrùm Cõmunitas poſſet agere contra eos ſubexactores, qui à principali exactore collectarum fuerantdeputati abſque interuentu ipſius Communitatis;& quatenus agere poſſit , quibus remediis,quomodò,& qua actione ſeu via,an ordinaria,an exequutiua: vtrùm in totum,vel pro parte.

Prima concluſio eſt : Communitatem non poſſe 1
agere contra ſocios principalis exactoris regulariter. Probatur,quia ſocius ſocij mei , ſocius meus non eſt quoad obligationem,hoc eſt,non eſt mihi obligatus; ſicut neque conductor conductoris mei , meus conductor quoad obligationem dici poteſt,*l.qui admittitur , cum l.ſeq.ff. pro ſocio, l.conſilij.§ fin ff. de regul. iur.* Alciat. poſt Gloſſ.*in l. Modeſtinus, ff.de verb ſign.* Rota Genuenſ. *deciſ.17.n.1.* Cùm igitur Communitas contraxiſſet ſolùm cum principali exactore , nec aliquem actum vel contractum feciſſet cum dictis aſſociatis: † Sequitur ipſos non potuiſſe dici conductores illius exactionis , ſed dùtaxat exactoris ſocios. 2
Rota Genuenſ. *deciſ.14. num.53. & 55.* ubi dicit ſimiles aſſociatos qui cum Camera ſeu Communitate minimè contraxerunt, non poſſe conueniri tanquam liberatarios, ſeu appaltatores;quia Camera ſeu Communitas ſuum conſtituit appaltatorem , in quem ius appaltus transfert,nec illi concedit hanc facultatem conſtituendi appaltatores , ſeu conductores dictæ exactionis , cùm non fuerint nominati,nec præſentes in ipſa liberatione , & cum ipſis Communitas non contraxerit. † Et tamen vt conſtituerentur appalta- 3
tores, debebat interuenire contractus cum Communitate, ſeruatis ſeruandis. Rota Genuenſ.*d. deciſ.14. num.55.verſic.nec obſtat* , ubi loquitur de conductoribus publicorum vectigalium.

Immò ſi dictus exactor ſibi reſeruaſſet tempore libera

liberationis facultatem alios sibi associandi, & nominandi; tales nominati non poterant dici exactores, seu appaltatores; neque tanquam tales pro exactione publicorum reddituum conueniri, nisi aliorum nominatio facta fuisset formiter in præsentia Consulum, vel Agentium pro Camera, si ageretur de fiscali conductione, vel exactione. † Siquidem electio 4
sociorum, quorum nominatio reseruata fuit tempore liberationis publicarum functionum, non potest fieri nisi saltem præsentibus aut requisitis locatoribus; & deputatio seu electio exactoris alio modo facta, dicitur nulla & clandestina. Ruin. *consil.* 90. *volum.*1. *numer.*9. Sed tamen contrarium tenuit Rota Romana, de qua infrà, *numero* 8. *versic. nec etiam.*

5 Neque obstat doctrina Angeli *in l.*1 *num.*1.*versic. vltimò nota bene, ff. de loc. public. fruen.* vbi dicit quod contra conductores vectigalium & pedagiorum cuiuslibet Ciuitatis,& eorum socios, quibus isti conductores communicant ista vectigalia; & sic in vectigalibus alios acquirunt sibi socios, agi potest ad solutionem pretij per Rempublicam, sicut contra emptores: quod dicit esse menti tenendum,quia quotidianum. Eandemque sententiam Angeli sequitur Rebuff. *in constit. Reg.tit. de mercator. artic.vlt glos. vnic.num.*25.vbi dicit mercatores habentes officium vel conductionem de publico, sicut solent in solidum conueniri, ita & alios in solidum conuenire posse: & allegat Gloss. *in dicta l.*1 *ff. de loco public. fruend.* Gratian. *discept. forens. cap.*336. *num.*41. 42. *& 43.*

6 Respondetur enim,neque Angelum,neque Doctores mox citatos dicere, exactores clam & sine consensu Vniuersitatis deputatos, posse conueniri ab ipsa Vniuersitate,cum qua nullo modo cõtraxerunt. Quia contrarium est in iure verum, ex Ruyn. *dicto consil.* 90.*num.*9. *volum.*1. & si bene legatur Angel. & alij, non loquuntur de subexactore sine consensu Communitatis deputato; sed de eo qui consentiente Vniuersitate fuit nominatus, & ad exigendum commissus iuxta dispositionem iuris. Atque ita Angeli doctrinam intelligendam esse monet Rota Genuen. *decis.*14. *num.*129. *versic. ad duodecimum, & num.*130. *vsque ad versic. vel licet.* Quamuis illum aliter & malè videatur intellexisse Auend. *in tractat. de exequen. mandat. part.* 2. *cap.* 12. *num.*16. cùm eius intellectui repugnet ratio & authoritas supradictorum Doctorum.

7 Neque text. aut Glos. *in dicta l.* 1. *de loco public. fruend.* loquuntur de conductore conductoris, sed quod ibi dicitur, simpliciter est intelligendum,præsuppositis habilibus, nempe interueniente consensu Communitatis, vel de illo socio qui à principio in conductione exactionis vel vectigalis fuit Reipublicæ nominatus tanquam socius; & cuius nomine facta fuit conductio, vt videre est in dicta Glos. *in figuratione casus*, in qua supponitur fundum communem alicui fuisse locatum pro se,& pro socio.

8 Præterea doctrina Angeli & aliorum procedit quando agitur de eo qui fuit associatus in exactione onerum publicorum simpliciter; at verò exactor iste non assumpserat sibi socium in exactione istius Communitatis, sed illam deputauerat, vel associauerat in pluribus aliis negotiis diuersis,& in exactione plurium collectarum per alias diuersas Communitates impositarum: vnde non erat societas simpliciter functionum publicarum, sed secundùm quid, & per accidens. Ideo dispositio *dicta l.* 1. *ff. de loco public. fruendo*, & aliæ similes loquentes de societate vectigalium, non habent locum quando cum illa societate adest mixtura societatis aliarum negociationum, quia casus mixtus non comprehenditur sub casu simplici; & dispositio loquens de publica vtilitate, non habet locum in casu mixto, in quo adest mixtura publicæ & priuatæ vtilitatis. Decius *consil.* 213. *visis his quæ accuratè,num...* quem sequitur Felic.*de societ. cap.*32. *num.*26. Et est notandum, quod Decius consuluit in eodem casu, in quo Ruyn. *dict. consil.* 90. *volum.*1.

Nec etiam obstat *decisio* Rotæ 208. *num.* 6. *part.* 4.*recent.* Quia illa decisio non loquitur de deputato ad exigendum, sed de participe conductionis vectigalium, quem principalis conductor nominauerat in executionem facultatis nominandi reseruatæ tempore liberationis dictæ conductionis sibi factæ: vt legitur *dicto num.* 6. *in fin.* vbi reuocatur alia decisio facta in eadem causa, quæ inseritur apud Marches. *de commiss. part.*2.*fol.*509. *num.*3. *versic. nec obstat*, vbi dicebatur, non obstante reseruatione facultatis nominandi socios in appaltu, nominationem debuisse fieri in Camera. Sed hic non est casus noster. De materia autem participationis in huiusmodi locationibus fusè agit Gratian. ex dictis Rotæ decisionibus, *discept. forens. cap.* 597. *numer.*25. *& sequentibus.*

Secunda Conclusio. Casu quo ex pacto nomina- 9
tionis reseruatæ, vel alio modo, Communitas habuisset actionem contra subexactorem; non tamen agere potuisset viâ executiuâ contra ipsum, eùm non sit nominatus in instrumento obligationis præstitæ per exactorem principalem,† Cameralis autem 10
obligatio non habet effectum executiuum contra personas in ea non nominatas: licèt enim obliget efficaciùs,non tamen in plus quàm partes conuenerint. Rota apud Cens. *post tractat. de consib. decis.*33. *num.* 3. Zacch. *de obligat.Camerali.quæst.*14. † Et quamuis 11
subconductor iste instrumentum saltem facto ratificasse diceretur; tamen hæc non erat ratificatio, quia instrumenti nomine illius gestum non erat. † Quod 12
autem nomine meo gestum non est, ratificare non possum: *cap. ratum, de reg.iur. in* 6. *l. si pupilli,§. sed si ego.& ibi* Bart *ff. de negot.gest.* Sutd.*consil.*183.*num.* 40.Ergo cessat hoc casu via executiua.Scacc.*de appellat. quæst.*17. *limit.*9. *n.*11. *& multis sequentib.* vbi bene explicat, quando quis ex sua ratificatione conueniri possit viâ executiuâ.

Dices, contra debitorem debitoris agi posse viâ 13
executiuâ, quando ille est executiuè obligatus: ex Rota apud Zacch. *de obligat. Camer.decis.*7. *num.*1. & notant DD.in *l. etiam nomen,Cod. de execut. rei iudic.* Gratian. *discept. forens. cap.* 507. *à num.* 1. *ad num.* 17.

Sed facilis est Responsio, quia regula illa procedit, 14
quando constat de debito liquido & exequibili: vt habetur in *dicta decis.*& tradit Cost.*de remed. subsid. cap.*77.*n.*5. Alioqui non licet agere executiuè contra debitorẽ debitoris;cùm,vt contra eum sic agatur, multa requirantur, de quibus copiosè Addentes ad Buratt *decis.*793.*litera A.*

Creditum autem sociale non est exigibile,nec exe- 15
cutionem meretur,nisi factis priùs inter socios Computis, calculatisque rationibus, vt sciatur quis sociorum sit debitor, & quis creditor. Giurb. fusè *decis.*15. *per totam*, maximè *num.*7. *&* 8. vbi infinitos allegat.

Tertia Conclusio. Si quæ actio competeret aduer- 16
sùs subexactores, illa daretur duntaxat Communitati in subsidium, casu quo principalis exactor non esset soluendo, vel esset fugitiuus: & hac ratione DD. fisco tribuunt actionem aduersùs exactores

ſubrogatos. Petrus de Vbald. *tractat. de duobus fratribus. part. 10. princip. n. 2. verſic. ex his etiam poteſt decidi*, quem ſequitur & citat Bertachin. *in tractat. de gabellis, part. 2. quæſt. 12. num. 25.*

17 Vltima Concluſio. Actio Communitati competere poteſt aduersùs ſubexactores, ad concurrentiam & pro rata ſummarum & rerum quas ipſi exegerunt, & quæ ad eorum manus peruenerunt de bonis & pecuniis dictæ Communitatis: quia colonus coloni mei, & conductor conductoris mei, & ſocius ſocij mei non tenentur ratione perſonæ, nec ratione alicuius obligationis præſtitæ mihi; ſed ratione rei, ſeu geſtionis, aut adminiſtrationis rerum mearum, quas ipſi adminiſtrarunt, aut receperunt: vt tradit Caroc. *in tractat. de locat. part. 1. cap. 42. paruæ editionis*, Cagnol. *dicta l. conſilij. §. ſocij. ff. de reg. iur.* Coſt. *de ſubſid. remed. 77. num. 7. circa medium, & num. 8.* vbi dicit ſocium in caſum exactæ pecuniæ communis, quamuis ſit ſocius ſocij, teneri in ſubſidium pro pecunia per ipſum exacta, quando debitor principalis decoxit.

18 Hæc tamen intelligenda ſunt, niſi iſte ſubexactor vel ſocius ſocij bona fide, & ſine fraude rationes reddidiſſet, & reliqua ſoluiſſet ſuo principali ante intimationem, ſeu denunciationem, & ante illius decoctionem: adinſtar eorum quæ de conductore dicit Coſt. *ſi tract. de ration. rat. quæſt. 18. num. 16. & 17.* cùm non ſit æquum, vt binam ſolutionem facere compellatur; & quilibet bona fide ſoluens ſuo creditori liberetur; quamuis poſtea illius inſurgant creditores: vt multis citatis probat Additio ad Burat. *dicta deciſ. 793. in fine.*

19 De materia autem iſta ſocij per ſocium ſibi adiuncti, copioſè agunt vltra iam citatos, Felic. *de ſociet. cap. 15. num. 63.* Mozz. *de contractib. in tit. de ſociet. col. 3. de ſubſt. ſocietat. num. 4.*

CAPVT LX.

Vtrùm priuatus habens domum iuxta plateam publicam, in qua conſtructus eſt fons ciuium vſui deſtinatus, poſſit aperire portam vt exeat domo per illum locum inuita Communitate. Quis dicatur locus publicus quoad vſum, & quis quoad dominium Vniuerſitatis, & quæ ſit inter vtrumque differentia. Quando quis prohiberi poſſit in muro ſuo ianuam aperire. Qua ratione colligi poſſit ianuam aperiri ad æmulationem. Vtrùm per conceſſionem licentiæ, quis dicatur conſtitutus in quaſi poſſeſſione prohibendi.

SVMMARIVM.

1 *Via publica vſus communis eſt, & omnibus patere debet.*
2 *Si quis viæ ſeruitutem conſtituat, locus publicus inter prædium dominans & ſeruiens intermedius non præiudicat ſeruitutis conſtitutioni.*
3 *Locus deſtinatus ad vſum alterius loci, cenſetur pars illius.*
4 *Non dicitur via pulica ab eo quod publicè per eam itur; ſed alia plura requiruntur, nomi-*
natim quod ducat ad Ciuitatem, flumen, vel viam publicam.
5 *Si Communitas locum publicum emerit, poteſt illum ad vſus ſibi bene viſos commutare.*
6 *Locus publicus emptus à Communitate, alienari aut vendi poteſt.*
7 *Loca publica Communitatis vendi poſſunt pro illius neceſſitate.*
8 *Quæ à Communitate alienari poſſunt, impropriè publica dicuntur.*
9 *Bona Vniuerſitatis non ſunt propriè communia, quia alienari poſſunt.*
10 *Bona patrimonialia Communitatum quodammodo pro priuatis habentur.*
11 *Quæ ſit differentia inter bona quæ publica ſunt proprietate, & ea quæ ſunt in vſu publico.*
12 *Communitas vendere poteſt prædia, horrea, & alia ſimilia bona quæ ſunt proprietate publica.*
13 *Cenſus imponi poteſt ſuper bonis patrimonialibus Communitatum.*
14 *Ianua non poteſt aperiri ſuper loco, qui proprietate publicus eſt.*
15 *Etiam ſuper via publica oſtium fieri non poteſt, ſi ex eo oriatur damnum Communitatis.*
16 *Quamuis Theatra ſint in vſu publico, tamen Communitas poteſt modum illius vſus præſcribere.*
17 *Communitas poteſt impedire facturam ianuæ per quam eatur ad locum publicum, non ſolum ſi fiat præiudicium publicæ vtilitati; ſed etiam ſi poſſibile ſit illud oriri in futurum.*
18 *Damnum attendi debet non ſolum quod eſt in actu, ſed etiam quod eſt in potentia.*
19 *Porta cenſetur facta ad æmulationem, quando quis aliunde habebat aditum ad domum.*
20 *Ex facultate ſeu licentia alicui conceſſa faciendi ianuam, vel aliquid aliud, colligitur quaſi poſſeſſio prohibendi, ne fiat inuito eo qui licentiam conceſſit.*
21 *Manutentio peti poteſt in quacumque parte litis, ſuſpenſo petitorio, etiam in cauſa appellationis, num. 22.*

QVidam particularis prætendebat Conſules iniuſtè ſibi dare impedimentum, ne ianuam in ſua domo aperiret, ſeu conſtrui faceret, per quam acceſſus illi dabatur ad plateam, ſeu locum publicum, in quo fons ædificatus & erectus erat ad vſum totius Ciuitatis deſtinatus.

Quia viæ publicæ vſus communis eſt, & ad ipſam aditus omnibus parere debet; loca enim publica priuatorum vſibus deſeruiunt, iure ſcilicet Ciuitatis, non vti propria cuiuſque: & tantùm iuris habet quilibet ad obtinendum, quantum alius ad prohibendum, *l. 2. §. hoc interdictum, l. 1. ff. ne quid in loc. public.* † Vnde ſi quis in fauorem prædij, inter quod locus publicus intermedius eſt, ſeruitutem viæ conſtituat, non impeditur ſeruitus viæ, aut itineris, per locum illum publicum qui inter prædium dominans & ſeruiens medius eſt. Caſtrenſ. *in l. flumine publico, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.* † Præſertim verò cùm locus ille publicus ſit acceſſorius ad fontem Communitatis, ad quem omnibus datur acceſſus; ideo tanquam pars ipſius fontis cenſeri debet: & ſicut omnibus ad fontem datur acceſſus liber, ita & huic ciui particulari videtur denegari non poſſe liberum ingreſſum ad illum locum: quia de iure locus deſtinatus ad vſum alterius loci, cenſetur portio illius ad quem deſtinatus eſt.

est. Castrens. *in l. sepulchrum, numero 3. Cod. de relig. & sumpt. funer.*

Negotio tamen exactè perpenso, Dixi Communitatem iure impedire posse, ne vicinus iste portam in suo pariete aperiret, per quam ad illam plateam fontis liberè accedere posset. Quia supponebatur in facto verum, quod locus ille ad quem vicinus aditum postulabat, mediante portâ per eum in pariete domus suæ aperiendâ, non est locus publicus, seu via
4 publica. † Non enim ex eo solo via publica dicitur, quod ad eam & per eam publicè eatur; sed tria ad eam constituendam requiruntur. Primò quod solum sit publicum. Secundò, quod per illud publicè eatur. Tertiò, quod ducat vel ad Civitatem, vel ad flumen, vel ad viam publicam. Cepol. *de servit. via, quæstione 7.* per text. in *l. 1. §. summa cum utilitate, ff. de his qui dejecer. vel effuder.* & *ibi* notat
5 Bart. Surd. *decis. 42. numero 3. & 4.* † Immò cessabat omnis difficultas ex eo, quod supponebatur, locum illum de communibus pecuniis emptum fuisse, domósque in illo præexistentes fuisse ex consilii deliberatione destructas, ut commodior ad fontem pateret accessus, ita ut nullum sit dubium; quia si hodie Communitas vellet in illo loco apothecas, porticus, vel quid simile fabricare; id posset, aut fontem ad alium locum transferre, & de illo loco aliter ad libitum disponere, impediendo ne quis emptores vel conductores illius loci in pacifica possessione turbaret, *l. 1.*
6 *ff. de loco public. fruen.* & *ibi* Angel. & alii. † Et potest Communitas locum illum omninò alienare, sicut alia bona sua, adhibitis solemnitatibus consuetis: ut *in tit. de vendend. reb. Civit. in Cod.* & *de diversis prædiis Civitatum, lib. 11. l. 2.* & *ibi* Luc. de Penna. Ejus enim est destruere, cujus est concedere. *leg. si quis in*
7 *principio, ff. de legat. 3.* † & quod plus est, quamvis ageretur de via publica, posset Communitas procedere ad illius alienationem cum solemnitatibus requisitis, si talis alienatio esset Reipublicæ necessaria. Afflict. *in tract. de iure protomis. §. 9. numero 7. & 8.* maximè *in versic. pro solutione*, & in effectu Iudex à quo in sua sententia reservaverat ius Communitatis, quatenus locus ille à publico in privatum redigeretur.

8 Quibus sic stantibus consequens est, ut locus ille non nisi impropriè publicus dici possit: nam quæcumque alienari, mutari, vel alterari ab Vniversitate possunt, ea impropriè publica dicuntur, *l. sed & Celsus*, cum *leg. sequenti, ff. de contrab. empt. §. final. instit. de empt. & vendit. leg. inter publica. ff. de verb. signif.* & *ibi* Alciat. qui ideò dicit, non sine ratione Iurisconsultum *ibi* bona illa non publica, sed inter publica nominare, id est abusivè publica: nempe non jure gentium, sed jure civili, vel municipali pu-
9 blica: verè ergo publica dici debent, quæ usu sunt publica; proprietate non item. † Res autem Vniuersitatis & usu, & proprietate sunt communes, & propterea verè publicæ non sunt. Cujac. *ad tit. Instit. de rer. divis. in verb. & portus*, & *in verb. Vniversitatis.*
10 † Ideo bona quæ sunt in publico patrimonio, vendi possunt & pro privatis habentur, eodem planè modo quo aliàs bona Principis fiscalia, & patrimonialia distinguuntur: ut diximus *in tract. de prævent. indicial. cap. 23.* horum enim similem esse rationem & distinctionem, tradit Cujac. *ad l. sed & Celsus 6. in principio, & circa finem, in versic. publica autem sunt distinguenda.* † Eandémque differentiam inter pu-
11 blica usu, & publica proprietate & usu, tradit Pract. Papiens. *in form. libell. in action. real. in verb. veris ac legitimis titulis, numero 46. in fine, & num. 47.* per text. *in dict. l. sed & Celsus*, Cancer. *lib. 3. variar. resol. cap. 17. de sent. & earum execut. num. 198. 199. & 200.* † ubi quod Vniversitas potest vendere 12
ea quæ sunt sui patrimonii, & in illis habetur tanquam privata persona, ut sunt prædia, horrea, & alia quæ jure proprio ad Vniversitatem spectant. Gasp. Roderic. *de annuis redit. lib. 1. quæst. 14. num. 67.* ubi affert exemplum in domibus publicis, prædiis, campis, & reditibus, in quibus dicit posse procedere Communitatem ad alienationem, & de illis disponere. Cens. *de censibus, quæst. 23. numero 18.* † ubi di- 13
cit censum posse imponi in casibus ibi expressis, super rebus quæ sunt in patrimonio Reipublicæ, & ab ipsa non jure Vniversitatis, sed jure privati patrimonii possidentur. Avendan. *de exequend. mandat. 2. parte, cap. 10. num. 1.*

Si autem fatemur (prout verum est) locum illum 14
non verè publicum esse, sed privati Reipublicæ patrimonii, fateri consequens est, non posse quempiam qui ad illum locum stillicidium protensum non habet, ianuam in muro finitimo aperire. Cepol. *de servit. vrb. prad. cap. 40. de pariete, numero 6. versic. sed nunquid vicinus*, rationem reddens, quia non potest imponi servitus prædio alieno, domino nolente, *l. divus, ff. de servit. rust. prad.* & quamvis locus ille verè publicus esset, non posset in eo ostium aperiri, stante damno, vel incommodo quod Reipublicæ oriri posset in futurum: ut suprà ostensum est. † Quia 15
quod dictum est, ad locum publicum ostium aperiri posse, intelligendum est dummodo damnum non fiat Reipublicæ, aut ius publicum non lædatur. Pract. Papien. *in form. libell. pro hared. vel re singul. dividen. in verb. & in futurum percipiendis, numero 6. versic. sed an in pariete.*

Sic licèt in Thesauris Vniversitas ius publicum 16
habeat usu, non proprietate, *§. Vniversitatis, Instit. de rer. divis.* & sic sint verè publica, ex supradictis, potest tamen usui publico modum præscribere, cùm multis apud Romanos legibus præscripta sint, & distincta in Theatris loca: veluti Senatorum à plebe, nec omnia omnibus patuisse loca certum sit in Theatris, Alex. ab Alex. *genial. dier. lib. 5. cap. 16.* Balduin. *§. litorum, in verb. quæ in civitatibus, Instit. eod. tit. de rer. divis.*

Neque interest quod forsan in statu præsenti ostii 17
apertura non inferat damnum Communitati: Quia satis dicitur inferre damnum id quod habitu quamvis non actu infert: sicut dicimus de falsitate quæ nociva dicitur, si saltem possibile sit ipsam nocere posse. Farin. *de falsit. & simul. quæst. 150. n. 355. & sequentib.* † Et generale est in iure; ut non solùm attendatur damnum quod est in actu, sed etiam quod est in potentia: text. est clarus *in l. 1. §. prætor ait, ff. de his qui deiecer. vel effuder.* ibi, *nec expectamus ut noceat; sed omninò si nocere possit.* Rota *divers. decis. 31. num. 8. part. 2.*

Consideratione etiam dignum est, quod ex vicinis 18
domibus nulla habet ostia, fenestram, vel aperturam respicientem ad fontem, quod etiam fieri potuit, ne ex vicinis domibus immunditiæ ad fontem deferantur, vel projiciantur; sed omnes portæ & fenestræ erant ex alia parte: † Et ideo cùm aliunde ha- 19
beant exitum, nova ista apertura videtur fieri ad æmulationem, potiùs quàm ad utilitatem domus, ut dicit Francisc. Marc. *decis. Delphin. part. 2. decis. 484. num. 3. versic. & maximè*, qui loquitur etiam in casu fortiori, nempe quando in muro aderant vestigia portæ antiquæ. Idem repetit *part. 1. decis. 24. num. 4. & 5.*

Et præmissa multò magis procedunt, quia ipsa Communitas est in quasi possessione prohibendi, ne quis

quia in illo muro faciat aperturas, ut probatur ex licentia aperiendi, dummodo ad omnem voluntatem Communitatis clauderetur, prout ſubſequuta fuit jubente Communitate clauſura. Nam in iſtis juribus incorporalibus poſſeſſio acquiritur per unicum actũ. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*113. *num.*1. & 32. & ex conceſſione licentiæ ſequitur jus, & quaſi poſſeſſio prohibendi. Poſt *de manutent. obſervat.*24. *num.*16. qua de re tamen videri poterit Cancer. *lib.*2. *variar. reſol. cap.*2. *n.*90. *in novis.* Rota Aven. *deciſ.*165. *n.*8. *in fine,* Rota Romana *in recent. part.*4. *deciſ.*300. *n.*7. Vincent. de Franch. *deciſ.*158. *num. ult.* ibi, *& ſic acquieſcentia*, & *ibidem* Additio Viſconti. Burat. *deciſ.* 222. *num.*2.

21 Et propterea Dixi, forſitan melius eſſe, ſi Communitas ſuſpenſo petitorio intentet poſſeſſorium, quæ ſuſpenſio non ſolùm poteſt fieri in quacumque parte litis, ad notata *in cap. paſtoralis, de cauſ. poſſeſſio-*
22 *nis & propriet.* Ludoviſ. *deciſ.*307. *num.*19. † Sed etiam in inſtantia appellationis, ut tradit Seraph. *deciſ. Rotæ Romanæ* 299. *num.*1. & 2.

CAPVT LXI.

Si legatum fuerit prędium, ſuper quo cenſus annuus fuit ſpecialiter impoſitus, utrùm hæres, an legatarius ad cenſus ſolutionem & extinctionem teneatur. Quid ſi legatum fuerit *cum ſuis iuribus & pertinentiis*: utrùm intelligatur tam de activis quàm de paſſivis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres regulariter tenetur redimere cenſum ſuper re legata ſpecialiter impoſitum, quando teſtator illud ſciebat.*
2 *Ampliatur vt procedat, ſiue cenſus fuerit impoſitus ante, ſiue poſt legatum factum.*
3 *Clauſula,* cum ſuis iuribus & pertinentiis, *adiecta legato certæ rei, vtrùm comprehendat iura tam activa, quàm paſſiva.*
4 *Clauſula prædicta non continet iura paſſiua, quando ex coniecturis conſtat de contraria volun. tate teſtatoris.*
5 *Magna eſt differentia inter cenſus creatos iuxta formam Bullæ; & eos qui hac in patria frequentantur, vbi Bulla non eſt uſu recepta.*
6 *Bulla Pii V. quæ requirat circa impoſitionem cenſus ſuper certo prædio.*
7 *Clauſula,* ita quod ſpecialitas generalitati non deroget, *cuius ſit efficacia in cenſibus, qui apud nos venduntur.*
8 *Ex Bulla Pii V. licèt in contractu cenſus ultra certum prædium adſit obligatio generalis omnium bonorum, ſi tamen prædium pereat, perimitur quoque cenſus ſuper eo impoſitus.*
9 *Cenſus iuxta formam Bullæ creatus inhæret prædio, & dicitur de illius pertinentiis paſſivis.*
10 *Cenſus qui non ſiunt iuxta formam Bullæ, dicuntur eſſe de pertinentiis perſonæ, non prædii.*
11 *Cenſus iſti in quibus Bullæ forma non ſervatur, dicuntur jus à re abſtractum, & ſunt de loco ubi ſolutio deſtinata fuit.*
12 *In noſtris cenſibus ſola actio pro exigendis fructibus conſideratur, nec aliquod ius reale ſuper re obnoxia cenſui acquiritur.*
13 *Quod ad realitatem cenſus fieri debet differentia inter eum, qui pecunia redimibilis eſt, & reſervatiuum.*
14 *Explicatur* conſilium 2. *Pedrochæ, & oſtenditur ex facti per eum propoſiti circumſtantiis, nihil inferri poſſe ad quæſtionem, de qua agitur, generaliter conſideratam.*
15 *Legatum Curiæ cum ſuis pertinentiis, videtur continere tam onera, quàm honores, attẽto nomine illo* Curiæ, *quod eſt univerſale.*
16 *Nomen Caſtri, vel villæ, eſt univerſale; & in eo omnia iura, tam activa quàm paſſiva continentur.*
17 *Nomen apothecæ, ſeu menſæ, eſt quid univerſale, & continet tam commoda quàm incommoda.*

DOmus, quam maritus uxori cum eius juribus & pertinentiis legaverat, reperiebatur onerata annuo cenſu: Hæres onus ſolvendi cenſum in legatarium reiiciebat. Quæſitum fuit ad quem ſpectaret onus ſolvendi cenſum? Reſpondi ſpectare ad hæredem; non autem ad legatariam.

Quia regulariter hæres tenetur luere cenſum an- 1
nuum redimibilem, impoſitum ſuper corpore hæreditario legato, ſi teſtator illius cenſus notitiam habebat, provt de dicta notitia conſtare aſſerebatur. Anton. de Marin. *quotid. reſol. part.*1. *cap.*12. *num.*2. ubi oſtendit differentiam inter legatum & donationem. Roderic. *de annu. redit. lib.*2. *quæſt.*1. *num.*6. ubi oſtendit differentiam inter cenſum perpetuum redimibilem, & non redimibilem. Coſt. *in tract. de rata, quæſt.*72. *n.*1. † Idque locum habet ſive cenſus fue- 2
rit conſtitutus ante legatum, ſive poſt. Menoch. *conſil.*997. iuncto *conſil.*1007. Cenſ. *de cenſib. quæſt.*79. *num.*24.

Verùm, quia in dicto legato aderat clauſula illa, 3
cum ſuis iuribus & pertinentiis; ideo videbatur contrarium dicendum. Sed quod teſtator per illam clauſulam, *cùm iuribus & pertinentiis*, videatur intellexiſſe de juribus activis, & non paſſivis domus legatæ, videtur probari ex eo, quod clauſula illa videtur appoſita ad augmentum, & ad favorem legatarii; non autem ad diminutionem legati: Cenſ. *dict. quæſt.*79. *numer.*38. & 39. poſt Menoch. *conſil.*416. *num.*16. Rota *deciſ.*560. *num.*10. *part.*1. *recentior.* Ioannes Baptiſta Coſta *conſil.*9. *numer.*16. & 17. ad quod ſeipſum refert *tract. de rata, quæſtion.*72. *in principi.* † Et quamvis Rota apud Marin. *loc. citat.* 4
*numer.*9. (quæ deciſio eſt repetita apud Cenſ. *deciſ.*517. & *in recent. deciſ.*143. *part.*5.) teneat clauſulam illam habere vim transferendi omnia jura, tam activa, quàm paſſiva ad legatarium; niſi colligatur contraria voluntas teſtatoris ex conjecturis, veluti ſi per injunctum onus ſolutionis cenſus legatum remaneret inutile apud legatarium, aut ſimilibus ex cauſis, de quibus eadem Rota apud Cenſ. *deciſ.* 517. tamen causâ iterum repropoſitâ, Rota noluit punctum iſtum decidere, ut notatur in *dict. deciſ.* 517. *num.*1. Et apud Cenſ. *dict. quæſt.*76. inſeruntur Doctiſſimi viri Pauli Ranuccii allegationes, quibus conabatur Rotam inducere ut recederet à deciſis; ideo non videtur quod Rotæ deciſio ad hoc allegari poſſit, donec appareat in qua opinione Rota permanſerit.

Et ulteriùs pro confirmatione meæ ſententiæ in favorem legatariæ conſiderabam, magnam eſſe differentiam inter cenſus creatos juxta formam Bullæ Pii V. & cenſus qui frequentantur in hac Civitate, & Patria

Patria, ubi dicta Bulla non fuit usu recepta: de qua differentia aliquid etiam dictum fuit suprà, *cap.* 39. *n.* 14.

6 † siquidem juxta formam Bullæ necesse est ut census imponatur super certo fundo suis limitibus designato, qui ferat fructus sufficientes pro solutioni annuæ præstationis, & illi correspondentes; adeo ut si fructus excederent excessu considerabili valorem annuæ præstationis, contractus redderetur nullus, tanquam contra formam Bullæ factus, teste Censio *dict. tract.*

7 *quæst.* 38. *num.* 7. † Census autem seu reditus annui, qui in hac Civitate & Patria frequenter celebrantur, non imponuntur solùm super certo prædio, sed super certo prædio, juncta hypotheca generali omniũ bonorum, cum clausula, *ita quod specialitas generalitati non deroget, & è contra*: per quam clausulam fit, ut creditor possit exercere arbitrio suo hypothecas pro consequenda annui reditus solutione indistinctè, tam super prædio designato, quàm super aliis bonis sui debitoris. Puteus *decis.* 36. *num.* 2 & 3. *lib.* 1. *in correct.* Ozasc. *decis.* 159. *colum. ultim.* Marius Muta *decis. Sicil.* 24. *num.* 25. & 26. Pacific. *de Salvian. interd. inspect.* 3. *cap.* 3. *num.* 88. & hanc differentiam bene explicat D. Ludov. Bell. *consil.* 72. *num.* 6. & *sequentib.* quamvis in puncto principali illius consilii eius opinioni non adhæream, ut aliàs monui.

Census seu reditus annui primi generis eius sunt naturæ, ut prædium ipsum solum super quo census impositus est, afficiant, non autè cætera debitoris bona: quia licèt debitor secundùm tenorem Bullæ omnia bona sua hypothecæ generali supponere possit, illa tamen generalis hypotheca inseruit duntaxat pro

8 facilitate executionis: † adeo ut si res illa certa & limitata, quæ assignatur pro fundo census, periret, census quoque remaneret extinctus: ut tradit inter cæteros Cens. *in dict. tract. de sensib. quæst.* 41. *num.* 10.

9 Unde sequitur resolutio quæstionis & difficultatis propositæ; quia decisio illa Rotæ superiùs allegata, quæ faciebat ut hæreret animus, necnon Bursatus, Felicianus, Pedrocha, & alii per Rotam allegari *dict. decis.* 143. *part.* 5. *recent.* loquuntur de censu annuo creato juxta formam Bullæ, qui rem ipsam afficit, & magis ipsi inhæret; ideo facilius dicitur esse de juribus & pertinentis passivis ipsius prædii censu onerati; cùm illam rem duntaxat, & non totum patrimonium afficere possit: at verò census secundi generis, qualis erat ille de quo agebatur, non afficit rem aliquam limitatè, sed totum patrimonium debitoris; &

10 dicitur quoddam ius abstractum, & independens ab illa re, & de per se: † & dicitur esse de pertinentiis personæ, non autem de pertinentiis bonorum, ut dicit Aretin. *consil.* 10. ubi consuluit quod si bona alicuius fuerint confiscata in Civitate Ferrarien si, census qui tali sic condemnato debebatur in Civitate Bononien si, ratione rei sitæ in eodem territorio, comprehenditur nihilominus in confiscatione, tanquam non dependens à re censui suppositа; sed uti dependens

11 à persona, & sequela ipsius. † Quod etiam agnovit Rota Romana in magna illa controversia mota inter Civitatem Avenionensem, Carpentoractẽsem, & Cavallicensem, in qua fuit decisum die 6. Maij 1583. quod reditus annui nihil aliud constituunt, præter ius quoddam, sive actionem, quæ propriè immobilium aut mobilium appellatione non continetur; sed tertiam speciem constituunt, & sequuntur personam, & sunt jus quoddam abstractum & separatum per se, & dicuntur esse de loco in quo est destinata solutio, & ubi est persona creditoris, & ideo in illo loco contribuere debent pro collectis, & onetibus publicis: quæ decisio inseritur apud Censium *decis.* 3. ubi *n.* 13. & *sequentibus*, maximè *num.* 16. & apud Gratian. *discept. forens.* 29. *num.* 28. & 29. qui est apud Cens. *num.* 18. vbi fit differentia inter census impositos super certis fundis, & eos qui super omnibus bonis sunt impositi. Ratio redditur apud Gratian. *num.* 32. & apud Censium *num.* 21. Quia realitas oritur quidem ex hypotheca super bonis: attamen principalis obligatio, quæ est attendenda, est personalis; pro qua assecuranda fuit facta hypotheca, ut bene etiam ostendit Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric. des confiscations*, §. 1. *in verb. & apparent*, *num.* 18. *versic. sed iuxta, & num.* 23.

Eandem differentiam agnovit Gaspar Roderic. *in tract. de annuis redit. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 6. *ante finem, versic. limita si reditus*, ubi dicit, quod si reditus sit limitatè constitutus super re legata, ita quod sola res legata sit reditui obnoxia; tunc onus reditus ad legatarium, non ad hæredem pertinet: talis autem est census iuxta formam Bullæ creatus, in quo sola res censui obnoxia est, non autem debitor, aut cætera eius bona tenentur eo modo, quo supra ostensum est: cessante autem designatione & hypothecæ limitatione ad certum prædium, onus soluendi censum ad hæredem spectare testatur. Nec est, quod dicatur hîc tractari de reditu super re certa constituto, licèt adjecta fuerit hypotheca generalis omniũ bonorum.

Quia respondetur, eandem esse rationem in iſtis 12
reditibus, in quibus alicujus etiam prædii specialis facta est mentio; ac in aliis qui super omnibus bonis generaliter impositi sunt: nihil enim nisi ipsa actio pro consequendis fructibus in his considerari potest, nec ex certi prædii mentione sic facta, reditus fuit restrictus ad prædium designatum, nec illi ita adhæret, quin etiam perempto illo prædio reditus ipse subsistat: & hæc fuit mens Rotæ apud Cens. *dict. decis.* 3. *n.* 17. ubi sic loquitur: *Census constitutos super tenutis ac aliis bonis mobilibus ac immobilibus, &c.* Quod maximè locum habet stante illa clausula, *ita quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra*: ut optimè explicat D. Ludov. Bell. *consil.* 72. *num.* 12.

Ex quibus facilis resultat responsio ad dictam Ro- 13
tæ *decisionem* 143. *part.* 5. *recent.* & alibi insertam, & ad DD. in ea allegatos, maximè Bursat. Achil. Pedroc. & alios. Nam omisſâ responsione datâ apud Cens. *dict. quæst.* 79. *num.* 59. facientem differentiam inter censum pecuniarium redimibilem, & reservativum rei inhærentem, qui perpetua servitus dicitur, quæ optimè casui nostro adaptari potest: Respondetur Rotam & DD. ab ea allegatos, loqui de censu creato iuxta formam Bullæ, quod unum duntaxat afficit prædium, illique specialiter annectitur: nos autem agere de censu super certo quidem prædio, sed etiam generaliter super omnibus bonis impositо, quod non inhæret rei, sed stat per se, ut mox fusiùs ostensum est.

Præterea *consil. illud* 2. Achillis Pedrochæ funda- 14
tur super pluribus aliis circumstantiis, quæ in casu nostro non concurrunt; nam ut dicit Rota *dict. decis.* 522. apud Cens. circumstantiæ & conjecturæ voluntatis in hac quæstione multùm attendendæ sunt. In casu ergo illius cõsilii aderat attestatio Notarii declarantis talem fuisse mentem & intentionem testatoris, ut patet ex traditis per eundem *num.* 88. aderant etiam depositiones testium pro declaranda testatoris voluntate: *ibidem, num.* 103. & *sequentibus*. Præterea in casu illo, testator non simpliciter legaverat domum cum suis ingressibus & egressibus, juribus & pertinentiis, prout in casu proposito; sed præterea aderant verba illa, *reliquit domum magnam modo & forma, prout illam de præsenti tenet & possidet, ac cum suis omnibus & singulis eius membris, & pertinentiis,*

adjacen

adjacentibus, introitibus, exitibus, & commoditatibus quibuſcumque. Vnde Author ponderat illa verba, *modo, & forma*: ſimiliter ponderat verbum *provt*, quod eſt inductum ad reſtrictionem legati, & ſic non poteſt operari augmentum.

Præterea dictum conſilium nititur pluribus fundamentis erroneis, quæ optimè reprobantur per Felician. *de cenſibus, tom.2. lib.1. cap.1. numer.6. verſicul. quamuis autem Achilles*, quæ hîc non ſunt reperenda.

Dum autem Felician. *num.6.* allegat Pedroch. & hic *numer.42. & 159.* refert Burſat. *conſil.5. num.6. & 7. volum.1.* examinandum eſt illud Burſati conſilium. Is ſanè Author Reſpondit in caſu, qui quæſtioni propoſitæ adaptari nullo modo poteſt: ibi enim agebatur de onere reali debito ratione certę rei.

15 † Nam in illo caſu Cardinalis Mantuæ legauerat totam Curiam Pauleti, Principi Cæſari Gonzagæ, in qua curia aderant 200. iugera terræ, quæ teſtator Cardinalis acquiſiuerat à Domino de Oliuis; cum pacto quod eius hæredes tenerentur terras illas francare, & acquirere pretio 4000. ſcutorum: & ſic agebatur non de aliquo cenſu redimibili, ſed de onere ipſius rei: & cum ageretur de legato Curiæ Pauleti quod eſt nomen vniuerſale, & adeſſet clauſula illa, *cũ iuribus & pertinentiis*, dicit Buſat. in illo rei vniverſalis legato onera & honores contineri, in quibus etiam terminis loquitur Bald. ab eodem allegatus *con-*

16 *ſil. 245. num.1. volum.3.* † Vbi loquitur de villa vel Caſtro, quod eſt nomen rei vniuerſalis: & ſic etiam loquitur Innocent. per eum citatus *in cap. cum ad ſedem, numer.1. de reſtit, ſpoliat. in cap. ex literis, n.3. de iurepatronat.* Vbi quętit an venditâ, vel donatâ villâ cum iuribus ſuis, comprehendatur ius patronatus. Idem colligitur ex Beroo *ibidem* allegato *quæſt. 56. numer.9. verſic. ſi verò teſtator*, & Balb. *in l. prædia, numer.11 Codic. de fideicommiſſ. & in l. cum pater 79. § cùm exiſtimaret, ff. de legat.1.* qui tamen locus malè allegatur à Burſato; debebat enim allegare Bald. *in eadem quidem l. cum pater, ſed in § menſa negotium*

17 † vbi loquitur de legato menſæ ſeu apothecæ, quod eſt vniuerſale, & continet commoda & incommoda. Omnes igitur dicti DD. loquuntur de legatis vniuerſalibus, veluti dotis, peculij, Caſtri, & ſimilium quæ apta ſunt comprehendere iura tam actiua, quàm paſſiua.

Et non eſt opus reſpondere ad DD. allegatos apud Cenſ. *dict. quæſt.79. num.58.* quia vltra reſponſiones ab ipſo datas *num. 59. & ſequentibus*, vnico verbo ſatisfit: nempe nos agere de cenſibus diuerſis, videlicet ſuper omnibus bonis impoſitis; quamuis etiam ſuper re certa: attentâ clauſulâ, *Ita quod generalitas ſpecialitati non deroget, nec è contra*, vt ſupra fuſiùs demonſtratum eſt.

CAPVT LXII.

Vtrùm minor 25. annorum poſſit eligi ad Conſulatum, vel aliam publicam adminiſtrationem: Et vtrùm ſufficiat attigiſſe annum 25. an verò requiratur quod ſit completus. Forenſis vtrùm poſſit eligi ad Conſulatum. Quid ſi ſe habitatorem declarare velit. Quibus competat ius agendi ad nullitatem electionis Conſularis. Si Conſul electus mortuus fuerit, aut inhabilis, ſeu incapax declaratus, an ſit procedendum ad nouam electionem, an verò is qui proximè plura habebat vota, aſſumendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. annis non poteſt eligi ad Conſulatum.*
2 *Si quis electus fuerit ad Conſulatum ante 25. annum completum, non poteſt exercere, nec ſufficit illum attigiſſe.*
3 *In aliis autem muneribus quibus non eſt annexa adminiſtratio, ſufficit attigiſſe annum 25.*
4 *Deficientibus aliis capacibus, minor ad Conſulatum eligi poteſt.*
5 *Conſuetudine poteſt induci, vt minor Conſulatum exerceat.*
6 *Qui liberos habet, poteſt eſſe Conſul, quamuis minor: & de 25. annis tot tolluntur, quot adſunt liberi.*
7 *Forenſes alicuius loci non poſſunt in eo publica munera obire.*
8 *In materia electionum conſularium, conſuetudo multum poteſt.*
9 *Qui forenſium congregationibus interſunt, non ſunt ad loci congregationes vocandi, nec admittendi.*
10 *Incolatus renuntiatio, tam facto, quàm verbis inducitur.*
11 *Qui vocem habet in electionibus forenſium, non poteſt habere vocem actiuam vel paſſiuam in electionibus Conſulum.*
12 *Declaratio forenſis quod vult ſubire onera habitatorum non releuat, ſi poſt electionem facta fuerit.*
13 *Quod fit immediatè ante electionem, non ſuffragatur, vti in fraudem factum.*
14 *Emancipatio quamtumuis generalis, non ſuffragatur, ſi conſtet illam ad vnum duntaxat actum fuiſſe factam.*
15 *Declaratio forenſis poſt maturatum tempus electionis Conſulum, dicentis ſe velle ſubire onera habitatorum, illi non prodeſt.*
16 *Ius agendi ad nullitatem electionis competit cuilibet de populo.*
17 *Mortuo Conſule, ad nouam electionem procedendum eſt.*
18 *Valet argumentum ab electione in ſpiritualibus ad munera temporalia Ciuitatum.*
19 *Si maior pars Capituli minus idoneum eligat, ſuſtinetur electio in perſona illius qui proximè acceſſit in votis.*
20 *Hoc eſt verum, quando eligentes habent ius eligendi tanquam ſinguli; ſecus eſt ſi collegialiter poteſtas eligendi deuoluitur ad totum Collegium, cui minor pars errando præiudicare non potuit.*
21 *Vota minoris partis conualeſcunt aliquando ex votis & ſuffragiis aliorum, & quomodò id procedat.*
22 *Explicatur text. in cap. congregato 53. de elect. vt procedat duntaxat, quando electio facta fuit collegialiter.*
23 *Minoris partis electio præualet, quando ſcienter electus fuit indignus.*
24 *Eligentes indignum præſumuntur id feciſſe ſcienter; quia tenentur ſe informare de qualitate electorum.*

25 *Non*

25 *Non debet fieri quoad hoc differentia inter eligentes scienter indignum, & incapacem, seu ineligibilem.*

26 *Verius est, electo inhabili, procedendum esse per eosdem loci Consiliarios ad novam electionem; nec admittendum eum qui in votorum numero proximus fuit.*

27 *Jus eligendi Magistratus municipales spectat ad consilium iure proprio.*

28 *Quando quis eligit iure proprio, factâ nulliter electione, variare potest.*

29 *Qui ius habet eligendi & providendi, si nulliter elegerit, iterum eligit.*

30 *Quando impedimentum electi est duntaxat temporale, semel factâ electione, iterum ad illam rediri potest.*

CIrca quandam electionem Consularem, diversæ quæstiones propositæ fuerunt. Prima, utrũ electio minoris 25. annorum ad Consulatum esset nulla. Secunda, utrũm ex alio capite dici posset de nullitate ipsius, nempe quia facta fuerat de persona illius, qui se forensem declaraverat. Tertia, posito quod electio esset nulla, utrũm deveniendum esset ad novam electionẽ, an verò ad Consulatum admitti deberet ille, qui ad majorem numerũ votorũ proximè accesserat.

1 In primo capite fuit conclusum, electionem ad Consulatum de persona illius, qui 25. annis minor erat, invalidam esse. Text. est expressus in *l. ad Rempublicam 8. ff. de mun. & honorib.* † Ampliatur ut procedat, quamvis minor vigesimum quintum suæ ætatis annum attigisset: non enim Consul creari potest, aut si electus fuerit, non potest habere vocem in congregatione Universitatis, quia agitur de munere habente administrationem: interest autem & Reipublicæ, ut minor non exerceat; quia posset in integrũ restitui: & minoris, ut non supponatur periculo læ-
3 sionis in administrando. † Quamvis verum sit, in illis honoribus, quibus non est annexa administratio, sufficere quod annus 25. sit incœptus: text. est *in d. l. ad*
4 *Rempublicam*, §. *annus autem*. Limitatur duobus mo-
5 dis apud Lozæum *de jur. universi. part. 1. c. 3. n. 29.* †
6 Primò, quando adest defectus majorum, qui illud munus exerceant. † Secundò, quando adest longa consuetudo in contrarium. † Addi potest & tertius casus notabilis, ut non procedat in eo qui liberos habet, cui demuntur tot anni à vigesimoquinto, quot habet liberos, ad hoc ut ante illam ætatem Consulatum vel Decurionatum exercere possit. Pascal. *de patr. potest. part. 4. n. 5.* per text. *in l. 2. & ibi* Gloss. *in verb. ad honores ff. de minorib.* & in text. *ibi*, ut *singuli anni per*
7 *singulos liberos remittantur.* † In secundo capite hæc constituenda est regula: forenses in aliquo loco bona possidentes, ad publica illius loci munera, ex juris communis dispositione admitti non posse, *l. filios, C. de municip. & origin.* & *ibi* Luc. de Penna *lib. 10. l. 1. & 3. C. de incol.* ibi, *& ubi quis domicilium habere videtur, lib. 10. l. Labeo*, & *ibi* Gloss. *in verb. ad munera ff. ad municip.* Bart. in *l. assumptio*, §. *filius, n. 2. versic. tertio casu, ff. eod. tit.* Alberic. in *d. l. Labeo*, §. *filius, numero 5.* Addatur Gloss. *in l. planè, & l. nulli ff. quod cujusque universitatis nomin.* Angel. Aretin. *in §. præterea etiam, in versic. & tene menti quod semper, &c. Institut. de except.* Bertrand. *consil. 177. numero 3. lib. 5.* ubi propterea infert, Illustriss. & Exellentiss. Dominum de Anceduna, Dominum Codoleti, & Caderossiæ, posse animalia sua immittere in territorium Auriacense, quia in illo loco Consulis munus exercuerat, & sic habitus fuerat pro habitatore, in consilio Civitatis receptus, & pro tali agnitus. † Et ultra dispositionem iuris, adest quoque consuetudo universalis huius patriæ, quæ in hac materia multùm est attendenda. Barz. *decis. 58. n. 7.* 8

Eadem ratione qui forensium congregationibus intereſse solent, non sunt ad congregationes Universitatis tanquam incolæ vocandi. Qui enim facit actus ad eos, qui incolæ non sunt, spectantes, incolatui renunciare videtur. Mastril. *de Magistr. lib. 2. c. 7. n. 81.* † Sufficit enim ad incolatus renunciationem animum suum facto, vel verbis declarare. Menoch. *de arbitrar. cas. 86. num. 5.* † Ergo qui habuit vocem in electione Syndici forensium, non potest habere vocem activam vel passivam in electione Consulum, quia unâ viâ electâ, alteri renunciare censetur. Mastril. *d. lib. 2. c. 7. num. 81.* 9 10 11

Quod procedit etiamsi talis forensis declararet se in posterum velle esse habitatorem, & subito eadem onera quæ subeunt habitatores, quia si declaratio fieret post electionẽ, non suffragaretur, uti facta intempestivè, cùm habilitas requiratur tempore electionis: *c. eam te, de rescript. c. si pro tempore eod. tit. in 6.* Cavaler. *decis. 231. n. 1.* Gratian. *discept. forens. 508. n. 10.* 12

Si verò immediatè ante electionem, perinde est: quia præsumitur facta in fraudem, & ad illum actum duntaxat, ut in terminis translationis domicilii fraudulenter factæ, tradit Antibol. *in tract. de munerib. & honorib. part. 1. n. 31.* † Nam dispositio, quantumuis generalis, facta ad certum actum, non valet uti fraudulenta, veluti de emancipatione ad unum actum facta, quantumuis generaliter facta sit, docet Honded. *consil. 32. n. 48. & n. 113. lib. 1.* Maximè si talis declaratio facta esset post maturatum tempus electionis, vel eodem tempore; tunc enim fraudulenta censeretur. Honded. *d. consil. 32. n. 117. & 128. volum. 2.* 13 14 15

Ius autem agendi ad nullitatem huiusmodi electionis, competit cuilibet de populo: *l. si rem delatus*, §. *fin. & ibi* Gloss. *ff. de munerib. & honorib.* Abbas *in cap. dilecti, colum. 2. de except.* Glos. *in c. ut circa, in verb. aliqui, de elect. in 6.* Federic. de Senis *consil. 227.* 16

Quod attinet ad tertiam difficultatẽ, Dicebam aliàs primò, quod si Cõsul electus mortuus fuerit, sine dubio procedendum est ad novam electionem, quia iam consilium functũ est suo officio, *argum. l. Iudex postea quam, ff. de re iudic.* probatur per text. *in c. si electio, de elect. in 6.* † qui text. licèt loquatur de electione in spiritualibus, ex illo tamen argumentũ rectè desumi potest ad officia sæcularia, ubi non adest diversitas rationis. Apostil. *in verb. iuri, in c. si electio, de elect.* Ioseph. Ramon. *consil. 6. n. 47.* Cabed. *dec. Lusitan. 91. n. 4. par. 2.* Fontan. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 10. par. 1. n. 42. & 49.* 17 18

Secundò Dicebam, in hoc maximè attendendam esse consuetudinem, cuius in similibus electionibus præcipua ratio haberi debet, ex Barz. *decis. 58. n. 7.*

Tertio loco in dubio principali videbatur non esse procedendum ad novam electionem; sed eum qui plura vota post indebitè electum habebat, esse in Consulatu præficiendum: per text. *in cap. congregato. 53.* cum *ibi* notat. per DD. *extrà de elect.* ubi dicitur quod si maior pars Capituli indignum eligat, sustinetur electio facta per minorem partem in personam dignam, in eodem scrutinio proximè minora vota habentem. Idem in terminis plurium Patronorum decisum testatur Cavaler. *decis. 231. n. 2.* 19

Quod tamen intelligit Lambertin. *de iure patron. part. 3. art. 5. q. 4. n. 1. versic. quod tu intellige*, vt locum non habeat in præsenti casu, in quo præsentatio fit à Patronis collegialiter, non uti singulis: nam dum fit electio seu nominatio per viam Collegii, tunc potestas devolvitur ad ipsum Collegium, & maiorem ipsius partem; nec minor attenditur: quod & voluit 20

Rota *deciſ.568. num.2. part.2. recent.* & ita videntur intelligendi DD. & iura ſuperiùs allegata, ſicuti & tradita per Anchar. *in eodem c.n.2.& 3.* † Vbi dicit
21 quod ex eodem ſervitio valet electio celebrata per minorem partem, quia vota minoris partis conualeſcunt ex votis & ſuffragiis aliorum eligentium, quantumuis ante electionem peremptis: & quod fictione iuris facultas eligendi competens maiori parti, devolvitur ad minorem. Idem voluit Hoſtienſ. *in eod.c. congregato, de elect.*

22 Verùm iſte intellectus manifeſtè contrarius eſt diſpoſitioni *dict.capit.congregato* 53. ubi apertis verbis fit mentio de electione facta Capitulo congregato, & ſic collegialiter; ideo quamvis in Curiis Neapolitanis fuiſſet aliàs iudicatum juxta præfatum intellectum, quod licebat Vniverſitati iterum ſe congregare; tamen in Senatu ſententia illa fuit revocata, & is qui proximè plura habuerat vota, fuit in officio conſtitutus, ut plenè Franciſc. Merlin. *controverſ. forenſ part.1. capit.50. per totam*, maximè *numero* 26. & ego hanc Merlini & Senatus Neapolitani ſententiam aliàs ſequebar in cauſa cuiuſdam electionis Conſulum; vel ex eo maximè, quia ſcienter incapax electus fuerat, nempe minor 25. annorum, qui habebat impedimentum iuris: & ad hoc allegabam DD. volen-
23 tes † minoris partis electionem prævalere, quando maior pars ſcienter elegit indignum, ſeu inhabilem. Abbas *in c.dudum, n.10. de elect.* & poſt ipſum Menoch. *lib.6. præſumpt.85.n.6.*

24 Scientia autem probatur ex iuris præſumptione: quia eligentes tenentur ſe informare de qualitate & capacitate electi. Bart. *in l.ſi patronus, numero 1. ff. de confirmat.tutor.* Decius *in capit.cùm in cunctis, §. Clerici, verſic.ſed quantùm ad juſtum, de election. in 6.* Rip. *reſp.32. ſeu 4. de election. numero 1.2.& 3.* per text. *in capit. innotuit, eodem titul.* Bertachin. *de Epiſcop.3. part.1. partis princip. num.42. & 43.* Cavaler. *d. deiſ.231.*

25 Et prædicta locum habent, ſive indignus ſcienter electus fuerit, ſive ineligibilis, ut probat Bald. *conſil.318.n.2. verſic.quoad autem iſte Rector*, per text. in *l.2. §. ſi mater, verſic.non ſolùm*, ibi, *indignos, vel minus habiles ff. ad Senatuſconſ. Tertyll.* & ita tenet Mirand. *in manual. Prælat. regular. tom.2.q.28. artic.33. concluſ.2. in 1.& 4. caſu*, poſt Innocent. *in c.gravatum, de poſtulat. Prælat.* Cùm duplex ſit indignitas, quarum una facti, alia iuris nuncupatur. Caldas *de jur.emphyt. lib.3.c.1. num.64.*

26 Tandem re maturiùs conſideratâ exiſtimo, quod ſi electio Conſulum non ſubſiſtat, & nulla ſit, conſilium Civitatis procedere poteſt & debet ad novam electionem, & ad novum ſcrutinium; nec admittendus eſt qui proximè maiorem vocum numerum ha-
27 bet. † Primò, quia ius eligendi Magiſtratus municipales ſpectat ad conſilium Decurionum iure proprio. Moſæus *de iur.Vniverſ.par.1.c.3.n.53.* & probatur ex traditis per Bart. *in l.2. §. data, ff. de opt.legat.n.7. ver-*
28 *ſic.hic eſt advertendum.* † Si ſpectat iure proprio: ergo facta nulliter electione, licita eſt variatio. Bart. *ibid. num.5. verſic.& tunc aut habent electionem iure proprio.*

29 Secundò, quia non ſolùm electio, ſed & proviſio, & deputatio Conſulum Decurionibus competit. Quando autem quis ius habet eligendi & providendi, non videtur facta proviſio per electionem malè factam, & per conſequens ad aliam procedendum eſt, donec facta fuerit proviſio. Bart. *in d. §. data, n.5. verſic.ſecus ſi dixit providendi.*

Atque ita ſecundùm Bartoli ſententiam determinat Lozæus *d.par.1.c.3.n.104.* Roman. *conſil.491.n.2.*

Quartò id potiſſimùm procedit in caſu propoſito, 30
in quo impedimentum electi non erat perpetuum, ſed temporale, nempe ratione minoris ætatis; ſicut ex eo quod electus erat forenſis: cùm & maior fieri ſperaretur, & habitator, & incola devenire poſſet & vellet: hoc autem caſu ſi impedimentum ſit temporale, deveniendum eſt ad novam electionem, *c. ſuper eo, de elect.* Roman. *d.conſil.492.n.3.* & pro hac ſententia faciunt tradita per Bald. *conſil.318. n.5. volum.3.* & ſic credo iterandam eſſe electionem.

CAPVT LXIII.

Sola præſentia patris conſentientis alienationi bonorum adventitiorum filii, non præjudicat illi quoad uſumfructum legalem; niſi tamen filia, præſente patre, marito in dotem hujuſmodi bona conſtitueret: hoc enim caſu pater ſuo uſufructui renunciare cenſeretur. Vnde filia dotem adventitiam ſine interventu patris alienare poteſt; ſicut & alia bona, in quibus pater non habet uſũfructũ: localia verò filiafamilias alienare poteſt abſque paterno conſenſu. Quid de lucris nuptialibus. Donatio causâ mortis, vel inter vivos, bonorũ in quibus pater habet uſumfructũ, ejus requirit authoritatẽ: quâ deficiente, nulla eſt, tam quoad proprietatem, quàm quoad uſumfructum. Nec poteſt ad proprium commodum authoritatẽ, nec extra actum donationis, præſtare: In Gallia tamen poteſt ſibi ipſi author eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Pater conſentiens donationi factæ per filium in eius poteſtate exiſtentem, ſibi non præiudicat in uſufructu legali, niſi illi expreſsè renunciet.*
2 *Fallit in dote; nam ſi pater conſentiat bona adventitia filiæ in dotem conſtitui, non poteſt amplius in illis prætendere fructus.*
3 *Pater non habet hodie uſumfructum, niſi in bonis, in quibus iure antiquo proprietatem habebat.*
4 *Filiafamilias de dote adventitia, etiam abſque conſenſu patris diſponere poteſt; cùm in ea pater non habeat uſumfructum.*
5 *Refellitur Gratian. c.781. in eo quod vult patris conſenſum, ſeu authoritatem requiri, etiam in bonis in quibus non habet uſumfructum.*
6 *Filiusfamilias, in caſibus in quibus patri non quæritur uſusfructus, ſine authoritate patris in iudicio ſtare poteſt.*
7 *In huiuſmodi bonis filius habet omnimodam poteſtatem quoad actus extraiudiciales.*
8 *Filia de dote adventitia diſponit, conſtante matrimonio.*
9 *Amplia, ut de ea etiam ſoluto matrimonio diſponere poſſit.*
10 *Localia ſpectant ad filiamfumilias, tam quoad proprietatem, quàm quoad uſumfructum; & ipſa de illis ad libitum abſque interventu patris diſponere poteſt.*

11 *Idem*

11 *Idem existimant aliqui DD. de lucris nuptialibus; quod tamen revocatur in dubium, n.* 12.

13 *Filius familias cum authoritate patris donationem causa mortis facere potest, in casibus in quibus pater habet usumfructum.*

14 *Idem dicendum est in donatione inter vivos eorundem bonorum.*

15 *Donatio per filiumfamilias facta de bonis, in quibus pater habet usumfructum, sine authoritate patris, nulla est; tam quoad proprietatem, quam quoad usumfructum.*

16 *Contrarium tamen plurimi censuerunt esse verius, ut quoad proprietatem sit valida, non quoad usumfructum.*

17 *Patris authoritas requiri potest, vel pro suo interesse, vel pro integratione personæ filii.*

18 *Authoritas pro integratione requisita, non potest interponi ad proprium commodum, sicut nec alia quælibet quæ præstatur ratione officii.*

19 *Ista distinctio non potest locum habere in casibus in quibus pater non habet usumfructum; quia in his indistinctè filius sine patre contrahere potest.*

20 *Authoritas patris requiritur ad integrandam personam filii in casibus, in quibus patri competit ususfructus.*

21 *Contractus facti sine authoritate paterna in casibus in quibus pater habet usumfructum, adeo nulli sunt, ut nec juramento roborentur.*

22 *Donatio inter vivos iurata, per filiumfamilias facta, non subsistit in casibus in quibus pater habet usumfructum legalem.*

23 *Comprobatur patrem sibi authorem esse non posse, per text.* in l. fin. §. filiis autem, Cod. de bon. quæ liber.

24 *Consensus patris, seu authoritas illius in casibus in quibus habet usumfructum legalem, debet intervenire in ipso actu donationis, seu alienationis: nec sufficit quod interveniat ante, & post actum.*

25 *In Gallia, donatio filiifamilias facta ipsimet patri ad sui commodum authoritatem præstanti, valida est; & talis per arresta Supremarum Curiarum declarata.*

1 VEra est regula, solum consensum patris non ipsum excludere ab usufructu legali, quem habet in bonis filiorum, dum contractui alienationis bonorum adventitiorum ad illos spectantium interfuit: sed ad hoc requiri expressam patris renunciationem, & declarationem, quod non intendebat aliquid sibi reservare ratione dicti ususfructus, quam tradit Angel. à Gambilionib. *in tract. de testam. in fine principii, num.* 43. Anchar. *consil.* 106. cum pluribus aliis quos allegat Gratian. *discept. forens. c.* 327. *per totum, & c.* 519. *n.* 7. *& sequentib.* Rot. *decis.* 620. *n.* 4. *& 5 part.* 3. *recent. & decis.* 596. *part.* 2. repetita apud Pacif. *de Salvian. interd. d. decis.* 91.

2 Quæ tamen regula specialiter fallit in dote, in qua pater sibi per simplicem consensum præiudicat in usufructu, per text. *in l. Caius* 46. *ff. solut. matrim.* Bertrand. *consil.* 177. *n.* 4. *& 5. volum.* 4. Censetur enim patiendo, quod filia bona sua adventitia in dotem marito constitueret, voluisse ut fructus dictorum bonorum ad maritum pro sustinendis oneribus matrimonii pertinerent, *l. si is qui,* §. 1. *ff. de iur. dot.* DD. *in Authen. quod locum, Cod. de collat.* & maximè Dec. *in* 4. *notabili, n.* 6. Roman. *n.* 5. Curt. Iun. *n.* 46. Pascal. *de patr.*
3 *potest. part.* 1. *c.* 3. *n.* 39. & est text. *in dicta l. Caius.* † Ratio siquidem ob quam patri in adventitiis lex usufructum dedit, est quia iure antiquo pater in illis habebat proprietatem; unde hodie pater non habet usumfructum in illis bonis, in quibus secundum jus antiquum proprietatem non habebat: atqui in dote adventitia nullum ius antiquitus pater habebat ante leges Codicis, ergo nec hodie habebit usumfructum: *d. l. Caius,* & *ibi* Barbos. *n.* 27. *vers. ultimò amplia.* Socin. Sen. *in l.* 2. §. *quod si in patris, n.* 2. & ibidem Ias. *n.* 19. *ff. solut. matrim.*

Vnde inferebam, donationem inter vivos factam 4
per filiamfamilias absque interventu patris, validam esse de iure communi, cùm ageretur de dote adventitia, in qua pater usumfructum non habebat; cùm verum sit, filiumfamilias liberè disponere posse absque consensu paterno in illis bonis, in quibus pater nullum habet usumfructum, quia in illis non est legitimus administrator. Gratian. *decis.* 76. *num.* 6. Rot. apud Ludovis. *decis.* 391. *num.* 2. Iul. Clar. qui de communi testatur *in* §. *donatio, q.* 6. *n.* 2. Pascal. *de patr. potest. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 107. Cravet. *consil.* 92. *per tot.* Rot. *decis.* 596. *num.* 2. *vers. nec valet dicere, part.* 2. *recent.* ubi dicta decis. Ludovis. 391. confirmatur, & in eadem causa adest decisio Rotæ
eiusdem apud Cavaler. *decis.* 442. *n.* 1. † Quidquid 5
in contrarium dixerit idem Gratian. *discept. forens. cap.* 781. *num.* 10. qui scripsit in eadem causa, in qua emanarunt mox allegatæ decisiones, & ut dictum est, ipsemet *d. decis.* 76. contrarium tenuit. Nec Menoch. ab eo allegatus *remed.* 15. *recuper. possess.* quidpiam facit in contrarium: † Nam ipsemet *num.* 287. 6
fatetur receptiorem esse apud Interpretes sententiam, filiumfamilias in casibus in quibus patri non quæritur ususfructus super bonis adventitiis, sine authoritate patris in iudicio stare posse. Imò idem Menoch. *n.* 315. explicando text. *in Authent. ut liceat matri & aviæ, in princip. quæ est novell.* 117. *de diversis capitulis,* † fatetur filiumfamilias in extraiudicialibus sine 7
authoritate patris omnimodam habere administrationem in casibus in quibus patri non quæritur ususfructus. † Et in specie casus nostri, quod filiafamilias 8
de dote adventitia possit ad libitum disponere, tradit Barbos. *in l.* 2. §. *quod si in patris, ff. solut. matrim. n.* 18. † Vbi dicit hoc habere locum, sive solutum sit 9
matrimonium, sive filia sit adhuc in matrimonio, ut *ibi, in versic. secundus casus,* per text. *in d. l. Caius* 46. *ff. solut. matrim.*

Multóque magis valida est donatio jocalium per 10
filiamfamilias facta, cùm in illis pater careat omninò usufructu; sunt enim ad solum mulierum usum destinata, adeo ut illorum ususfructus masculis competere propriè non dicatur, ut in pari casu arguit, & pro validitate donationis concludit Castrens. *cons.* 381. *num.* 3. *vol.* 1. † Idem de donatione lucrorum nu- 11
ptialium existimavit Zabarel. *cons.* 37. *num.* 2. *versic. si verò erat,* quod allegat Tusch. *litera F, concl.* 362. *num.* 35. † Sed eius dicto repugnat textus, qui lucro- 12
rum nuptialium usumfructum patri concedit, *in l.* 1. *& sequent. Cod. de bonis quæ liberis.* Barbos. *in dicto* §. *quod si in patris, num.* 18. *vers. non obstat secundum.*

In casibus verò in quibus patri quæritur ususfru- 13
ctus adventitiorum, donatio causa mortis fieri potest per filiumfamilias cum authoritate patris. Grass. §. *donatio causa mortis, q.* 3. *num.* 2. text. est *in l. tam is,* §. 1. *ff. de donat. caus. mortis,* si verò patris authoritas non interveniat, donatio nulla est, *l. fin.* §. *filiis autem, Cod. de bonis quæ liberis,* & *ibi* DD. omnes. † 14
Quod procedit etiam in donatione inter vivos. Pascal. *de patr. potest. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 107. *&* 108. † Adeò 15
ut secundùm mentem Rotæ Romanæ talis donatio

abſque patris authoritate facta, ſit in totum nulla, tam quoad proprietatem quàm quoad uſumfructum, *dicta*
16 *deciſ.596.part.2.recent.* † Quamvis multi DD. donationem quoad proprietatem ſubſiſtere, non autem in præiudicium uſusfructus paterni exiſtiment, de quibus Theſaur.Iun. *in addit.ad dec.150.patris ſui, litera* C, quam opinionem veriorem eſſe, ſed non receptiorem exiſtimat Ioan.Bapt.Coſt. *de facti ſcient.centur.2. diſtinct.47.n.6.*

17 Sed maius dubium eſt, utrùm pater filio ſibi donanti authoritatem ad propriam utilitatem impertiri poſſit. In qua controverſia ego aliàs in Rota obtinui pro nullitate donationis in cauſa donationis D.Herculis Bonilienſis: cuius quæſtionis reſolutio pendet ex ſequenti diſtinctione. Aut enim patris authoritas requiritur ad integrandam filii perſonam, aut verò
18 tantùm pro intereſſe patris: † ſi ad integrandam perſonam, non poteſt pater ſibi ipſi authoritatem præſtare: quod generaliter obtinet, quoties quis ratione officii authoritatem præſtat. Viucent.de Franc. *deciſ.14.n.4.* & tenent DD. in *l.1.ff.de authorit.tutor.* &
19 *in l.1.§. fuit quæſitum, ff.ad Trebell.* † Iſta diſtinctio non cadit in bonis in quibus pater non habet uſumfructum, quia indiſtinctè filiusfamilias illa poteſt alienare ſine conſenſu patris: & ſi ſit minor, dandus erit illi curator, vel ſi pater non ſit ſuſpectus, interveniet uti ſimplex filii adminiſtrator, ut explicat Gratian. *d. deciſ.76.n.10.* & 21.

Et ſic non eſt opus hoc caſu diſputare, utrùm ſibi ipſi authoritatem præſtare poſſit: cùm vel non requiratur eius authoritas, vel ſi propter filii minorem ætatem ſit neceſſaria, certum ſit illam non præſtari, niſi ratione officii: & ſic hoc etiam caſu ſibi ipſi authoritatem præſtare non poſſe: ut mox dictum eſt.

20 Solùm igitur videndum eſt, utrùm in bonis in quibus pater uſumfructum habet; eius athoritas requiratur ratione præiudicii quod ipſe poſſet habere; an verò etiam pro habilitáda & integranda filii perſona.

In hoc articulo concludendum eſt requiri ad integrandum perſonam: Ratio eſt, quia ante diſpoſitionem text. *in l. fin.§. filiis autem, Cod.de bonis quæ liberis*, iam certum erat quod non ſolùm filius, ſed nec quilibet alius proprietarius poterat uſufructuario præiudicare, igitur ſuperflua fuiſſet illius legis diſpoſitio, ſi ſolùm intereſſe paternum reſpiceret; cui iam per generales conſtitutiones inter omnes proprietarios & uſufructuarios editas proviſum erat: ergo ne lex ſit ſuperflua, dicendum eſt illam fuiſſe factam ad evitandum damnum filii, qui vita patris durante in bonis adventitiis, in quibus pater habet uſumfructum
21 non magis contrahere poteſt, quàm prodigus. † Et propterea contractus per eum geſti ſine authoritate patris, nequidem iuramenti robore confirmantur, ut optimè exponit Caſtrenſ. *in l.& hæredi,§. filius fami-*
22 *lias, n.6. ff. de pact.& in d.l.finali,§. filiis autem.* † Et idem deciſum in donatione inter vivos iurata tradit Cæſar de Graſſ. *deciſ.2.de donat.* aliàs 150. *num.7.& ſequentib.* Cravet. *conſil.39.n.10.* Maſtril. *deciſ.186.n.22.* ubi de contractu renunciationis. Caſtrenſ. *conſil.459. num.1. volum.1.*

23 Ad cuius rei comprobationem perpendendus eſt text. in *dicto §. filiis autem*, qui loquitur de alienationibus inter vivos: *Cùm enim filius à patre debeat habere alimenta, quare* (inquit textus) *proſiliet, &c.* ex quibus verbis DD. ſupra citati concludunt conſenſum paternum non ſolùm requiri ratione præiudicii paterni, ſed etiam ad integrandam filii perſonam: fusè Gratian. *diſcept.forenſ.781. per tot.* Theſaur.Iun. *lib.2. quæſt.forenſ.37.* Vnde non poteſt ad ſui utilitatem præſtare authoritatem.

Et ex præmiſſis ſequitur quod conſenſus patris in 24
alienatione bonorum, in quibus ipſe habet uſumfructum, intervenire debet in ipſo actu alienationis, non ante, vel poſt: quod generale eſt, quotieſcumque conſenſus alicuius requiritur ad habilitandam perſonam: juxta diſtinctionem quam affert Rota *dec.294. n.21.part.5.recent.* Paſcal. *de patr.poteſt.part.1.d.cap.6. n.111.& 112.* Bellon. *de his quæ fiunt incontinenti, n.11.* ubi loquitur de caſu in quo conſenſus requiritur tam ratione præjudicii, quàm pro habilitatione perſonæ.

Sed tamen in Gallia donatio cauſa mortis facta per- 25
filium familias ipſi patri authoritatem præſtanti, ſolet valida declarari non obſtantibus prædictis rationibus & authoritatibus: prout ita Tholoſæ deciſum fuiſſe teſtatur Author *des remarques du droict françois, in verb.fils de famille, n.33.* Maynard. *lib 5.c.3.* Ferret. ad Guid.Pap. *deciſ.* ubi allegat Cujac. *conſult.43.* Addit. ad Pap. *lib.7. tit.1.arreſt.7.* Atque ita in Aquenſi Senatu iudicatum teſtatur Franc. Steph. *deciſ.56.*

CAPVT LXIV.

Poſſeſſio incerta quando & quibus in caſibus ſit manutenenda, ſive ad effectum genericæ cujuſdam communionis, ſeu ad effectum perceptionis fructuum. Dominus directus qui non habet intentionem fundatam in toto territorio agens contra emphyteutas, tenetur deſignare certa & determinata prædia pro quibus ſibi debetur canon: & hoc non probato non eſt manutenendus, nequidem ad effectum genericæ communionis.

SVMMARIVM.

1 *Non ſufficit quod dominus directus agens contra emphyteutas producat rotulum poſſeſſorum, ſed etiam tenetur deſignare & probare certa prædia, ex quibus prætendit canonem deberi.*

2 *In emphyteuſi deſignatio prædiorum neceſſaria, eſt, ad evitandam incertitudinem.*

3 *Conceſſio emphyteutica nulla eſt, ſi in genere fiat, non deſignatis & ſpecificatis certis prædiis.*

4 *Teſtes deponentes ſuper poſſeſſione de parte prædii, & non dicentes de qua parte, non probant.*

5 *Dominus agens contra ſucceſſores deſcriptorum in liſta, tenetur probare qualitatem illam quod ſint ſucceſſores.*

6 *Legitimatio perſonarum neceſſaria eſt, etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo.*

7 *Dum agitur de quaſi poſſeſſione iuris realis, neceſſe eſt, ut teſtes deponant ſolutiones factas fuiſſe pro illo prædio de quo agitur.*

8 *Quando non agitur de aliquo toto integrali, ex poſſeſſione unius partis, malè infertur ad poſſeſſionem reſidui.*

9 *Quando nulla eſt certitudo, nec in univerſum, nec in particulari, poſſeſſio non dicitur ſufficienter probata ad effectum manutentionis.*

10 *In jure perſonali ſufficit probare quod aliàs facta fuerit ſolutio; ſed in iure reali probandum eſt pro quo prædio facta ſit.*

11 *Probationes imperfectæ non coniunguntur in poſſeſſorio adverſus eum, qui pro ſe habet iuris aſſiſtentiam.*

12 *Universalitas jurisdictionis nihil infert ad dominia particularia prædiorum territorii.*
13 *Dominus loci probans dominii directi possessionem quoad certos particulares, quoad illos duntaxat manutenendus est.*
14 *Probatio possessionis quoad unum, non nocet alteri.*
15 *Testes se referentes ad scripturam incertam, non suffragantur.*
16 *Ex eo quod quis petierit dilationem ad solvendum, non sequitur creditorem manutenendum esse, ad fines exigendi.*
17 *Quando quis non habet dominium universale territorii, tenetur docere quænam sint singula corpora emphyteutica.*
18 *Etiam in summariissimo possessorio debet contra successorem probari quod sit talis.*
19 *An & quomodò ius universale manuteneri possit, & quando ad hunc effectum dicatur certum, vel incertum.*
20 *Manutentio quando detur ad effectum generalis cuiusdam communionis, quando ad effectum perceptionis fructuum.*
21 *Ad effectum manutentionis non debet attendi certitudo legis, sed hominis; id est ut res talis sit, ut ad eam ferri possit animus certus & deliberatus illius, qui vult apprehendere possessionem.*

DOminus Iurisdictionalis, cui plurima loci & territorii prædia canones annuos debebant, petebat se manuteneri in quasi possessione exigendi canones illos emphyteuticos, juxta quandam listam antiquam, in qua nec prædia particularia, pro quibus canon deberi poterat; nec nomina personarum designabantur, à quibus prædia possideri prætendebatur.

Dixi non esse locum petitæ manutentioni, quia probatio non erat certa, sed prorsus dubia & æquivoca: cùm enim ageretur de præstatione annua facienda ratione prædiorum particularium, & non ex jure
1 universali in certis & limitatis bonis competenti. † Necesse erat in rotulo seu lista producta, aut saltem in depositionibus testium specificare & designare certa prædia, ex quibus & pro quibus canon emphyteuticus deberetur: neque sola personarum sufficiebat expressio, cùm non de jure personali, sed de reali tractaretur. Surd. *consil.* 135. *n.* 64.

2 Et in materia emphyteusis, prædiorum designatio necessaria est ad evitandam incertitudinem. Marsil. *in rubric. de probat. num.* 412. *vol.* 7. Repetentium. †
3 Vbi dicit non valere hanc concessionem ratione incertitudinis: *Concedo tibi omnia quæ habes & tenes de bonis meis.* Specul. *in tit. de locat.* §. *nunc aliqua*, seu in tit. *de emphyt. quæst.* 59. *numero* 74. ubi ponitur casus de quodam Episcopo qui concesserat emphyteutæ omnia quæ possidebat ab Ecclesia, in tali Castro vel villa: postea cùm ageret contra emphyteutam, iste petebat se absolui ob incertitudinem; quia Ecclesia non probaverat certa & determinata prædia: & concludit pro emphyteuta, quia probatio Ecclesiæ erat incerta & obscura; poterat enim intelligi de modicis, vel de minimis. Item quia Ecclesia debebat singula specialiter declarare; & ideo, inquit, quia hoc non fecit, succumbere debet. Item subdit quod Ecclesia tenebatur demonstrare fines rei emphyteuticæ.

4 Et in individuo casus propositi, loquendo de testibus deponentibus de possessione, tradit Mascard. *de probat. conclus.* 127. testibus possessionem probari, *numero* 7. Cephal. *consil.* 250. *num.* 47. *volum.* 2. qui dicunt possessionem non probari propter incertitudinem, quando testes non deponunt de toto, sed tantùm de parte, & non designant quæ sit illa pars. † 5 Quia possessio debet probari certa & determinata, *l.* 3. §. *incertam. ff. de acquir. possess.* Alexand. *consil.* 110. *numero* 3. *volum.* 1. *versic. non obstat dictum*, ubi quod non sufficit probare illos de Canali possedisse, sed debent singulariter designari personæ. Quia fieri poterat quod illi qui erant in lite, non essent eorum successores: debebant igitur testes examinari ad probandam intentionem Domini jurisdictionalis, singulares prædiorum possessores, & ipsa quoque prædia particulariter designare; & quinam essent successores illorum qui in rotulo seu lista nominati erant. † Siqui- 6
dem etiam in judicio possessorii summariissimi personarum legitimatio necessaria est, & de ejus defectu in qualibet judicii parte opponi potest. Post. *in tract. de manutent. observat.* 87. *num.* 4. Et in specie quando quis convenitur ad solvendam pensionem, tanquam successor alterius; quod illa qualitas successoris sit probanda, necnon possessio ipsius, etiam in hoc judicio summariissimo, tradit idem Postius *observat.* 56. *numero* 3. post Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 36. *numero* 64.

Eandémque incertitudinis exceptionem admisit 7
aliàs Rota, dum de probanda possessione ageretur, apud Mantic. *decis.* 192. *num.* 2. ubi agitur de teste deponente aliquam partem fuisse possessam, quia hoc poterat etiam de minima intelligi: dictáque decisio fuit confirmata *ibidem, decis.* 199. hoc addito, quod testes tenentur reddere rationem suæ scientiæ, & præterea cùm agatur de quasi possessione iuris realis, necesse est quod dicant solutiones fuisse factas ex causa de qua agitur. Idem ostendit Surd. *consil.* 151. *n.* 46. *& sequentib.* quia dominus directus agens debet probare in specie quænam sint illa prædia, pro quibus agit; quia possent esse alia quàm possessa à reis conventis: & dubia probatio interpretanda est contra producentem: & quia talis probatio reddit animum Iudicis dubium, ita ut certam absolutámque sententiam ferre non possit, ne veritas offendatur, ut *ibi* altiùs per eum. † Et sanè quando non agitur de uno eodém- 8
que corpore integrali; sed de pluribus diversis & separatis prædiis, ex possessione unius nihil inferri potest ad possessionem alterius. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 91. *num.* 64.

Et quod in possessorio isto probatio dubia & in- 9
certa non relevet, maximè quando nulla adest certitudo, nec in universum, nec in particulari, tradit Post. *de manutent. observat.* 49 *per tot. & n.* 11. ubi allegat *decis.* 59. Rotæ, *part.* 2. *diversorum.* † Quæ decisio 10
non suffragaretur, sed sufficeret probatio præstationis præteritæ, si ageretur de personali præstatione: sed cùm agatur de jure reali, debuissent testes deponere de certa solutione, certis personis, & certis prædiis, ut dicitur in *d. decisione*, & tradunt Mascard. Surd. Cephal. Mantic. & alii *suprà* citati. Debet enim actoris probatio esse certa, & concludens. Postius *observat.* 1. *n.* 29. Rota *apud eundem decis.* 302. *n.* 2.

Et cùm particulares rei conventi habeant pro se iu- 11
ris assistentiam, non debent adversùs eos coniungi probationes imperfectæ. Rot. apud Post. *dec.* 166. *n.* 55. *& 56.* potéstque reus semper dicere actori; Quoad te, liberas ædes habeo. Barzius. *decis. Bonon.* 47. *n.* 15.

Præsertim quia constabat, hîc non agi de iure uni- 12
versali, & uniformi; sed particulari & difformi: cùm in illo territorio Cómunitas assereret multa esse bona libera & immunia ab aliqua præstatione; alia verò prætenderentur obnoxia præstationi tritici; alia aliorum granorum; alia pecuniæ: & quædam maioris, alia minoris quantitatis, vel summæ; & sic ista

præſtatio petita nihil habebat commune cum dominio univerſali ratione juriſdictionis : ex quo certum eſt nihil inferri ad dominium directum prædiorum particularium. Rot. *deciſ.* 696. *n.* 9. *part.* 4. *diverſ.* & fuſius ſupra oſtendimus *hoc libro, c.* 41. *n.* 1.

13 Vnde ſequitur quod ſi Dominus loci probet poſſeſſionem quoad certos particulares, quoad illos duntaxat manutenendus eſt, non quoad univerſitatem. Tuſch. *in verb. poſſeſſor, concl.* 441. *n.* 17. Alex. *conſil.* 122. *n.* 26. *in fin. lib.* 4.

14 Nec quaſi poſſeſſio quoad unum ſuffragatur quoad alium ; ſed debet probari poſſeſſio ſingulorum prædiorum & corporum. Surd. *conſil.* 135. *n.* 64. Quod procedit etiamſi res ſub eodem jure regantur veluti ſi ſint ſub eodem Caſtro, quia nihilominus tunc requiritur apprehenſio poſſeſſionis ſingulorum corporum. Surd. *d. conſil.* 135. *n.* 65. *& conſil.* 160. *n.* 11.

15 Et quamvis teſtes ſe retulerint ad liſtam, ſeu rotulum, hoc nihil prodeſt actori, quia cùm rotulus eadem laboret incertitudine, relatio incertæ diſpoſitionis facta ad rotulum incertum non relevat, neque dicitur certitudinem continere. Bald. *conſil.* 119. *n.* 1. *volum.* 1. *verſic. ſolutio hujus puncti.* Tuſch. in *verb. relatum, concluſ.* 119. *n.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 358. *n.* 4.

16 Neque ſuffragari poterat, quod aliqui teſtes deponebant, nonnullos ex particularibus petiiſſe à Domino dilationem ad ſolvendum. Quia in hoc poſſeſſorio, ut quis manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi, neceſſe eſt probare veram & actualem ſolutionem, ita ut nec ſufficiat commiſſio alicui data de ſolvendo. Poſtius *de manutent. obſervat.* 35. *num.* 10. 11. *&* 12. Sicuti nec ſufficeret quod quis per ſcripturam fateretur ſe eſſe debitorem. Idem *loc. cit. numero* 15. *&* 16.

17 Præmiſſa confirmantur ex traditis per Surd. *conſil.* 423. *num.* 37. *verſic. præterea etiamſi conſtaret*, ubi dicit non eſſe concedendam alicui poſſeſſionem, niſi doceat in ſpecie quæ & quanta corpora ab aliquo poſſideantur. Rota *deciſ.* 94. *num.* 3. poſt *dict. tract.* Poſtii, ubi dicitur quod multò magis probanda eſt identitas quando non omnia bona territorii ſunt ſub
18 dominio directo actoris,† & per eundem Poſt. *obſervat.* 87. *ante num.* 1. *& numero* 3. ubi quod ſi quis in ſummariiſſimo poſſeſſorio conveniatur tanquam ſucceſſor alterius, qualitas illa quod ſit ſucceſſor, probari debet, cùm hic nulla adſit cauſa, nec titulus univerſalis ; qui tamen probandus eſt ab eo qui in ipſo ſe fundat. Mareſcot. *lib.* 1. *variar. reſol. c.* 11. *num.* 31. *& ſequentib.* Additio ad Ludoviſ. *deciſ.* 557. *num.* 6. *& ſequentib.*

19 Et pro majori declaratione, & reſponſione ad dubia ſuper præmiſſis propoſita, fuit dictum quod quando agitur de aliquo jure univerſali, duo caſus ſunt conſiderandi. Primus caſus eſt, quando ius univerſale eſt certum, ſed corpora ſunt incerta utpote quod non fuerint probata cum ſuis confinibus, quantitate, & qualitate. Secundus caſus eſt quando ius univerſale eſt incertum, quia non eſt adhuc probatum, & nondum Iudici innotuit tale ius extare, & corpora etiam particularia non ſunt adhuc probata cum ſuis confinibus, & ſic adeſt incertitudo tam in iure univerſali, quàm particulari ratione corporum ſingularium.

Hoc præſuppoſito notandum eſt, duobus concedi poſſe poſſeſſionem generalem. Primò quidem ad effectum genericæ cuiuſdam communionis. Secundò ad effectum perceptionis fructuum ex quolibet prædio.

20 Quando ius ſeu titulus univerſalis continet certitudinem in genere, licèt bona nondum ſint probata & certificata in ſpecie cum ſuis confinibus, datur poſſeſſio generalis, ſed non ad effectum perceptionis fructuum. Secundo verò caſu (qui noſter eſt, in quo nulla adeſt certitudo, neque reſpectu iuris univerſalis, quod nec probatum erat, nec competebat Domino loci ; ſicuti nec reſpectu iuris particularis, cùm nec probata eſſet identitas prædiorum & corporum cum ſuis confinibus & demonſtrationibus ; neque qualitas illa quod rei eſſent ſucceſſores deſcriptorum in liſta :) non poterat concedi poſſeſſio, non ſolùm ratione perceptionis fructuum ; ſed nec etiam ratione genericæ cuiuſdam adiudicationis, cùm poſſeſſio undequaque remaneat incerta. Rot. apud Merlin. *de legit. deciſ.* 7. *n.* 14. ubi explicatur *deciſ.* 58. *&* 59. *par.* 2. *diverſ.* apud eundem Merlin. *deciſ.* 97. *n.* 4. *&* 5. & in *eod. tract. de legit. lib.* 5. *tit.* 4. *qu.* 10. *n.* 16.

Neque iſta incertitudo tollitur ex eo quod ius do- 21
mini actoris prætendebatur ex futuris probationibus iuſtificari poſſe. Quia ad effectum, de quo agitur, non debemus attendere certitudinem legis, ſed hominis : an ſcilicet ille qui vult acquirere poſſeſſionem, poſſit animi & voluntatis ſuæ motum, dum poſſeſſionem apprehenſurus eſt, ferre ad certum prædium ; ſine qua animi certitudine non poteſt adipiſci poſſeſſionem. Rot. *deciſ.* 161. *n.* 8. *part.* 2. *diverſ.* & ita intelligi debent dictæ deciſiones 58. *&* 59. *part.* 2. *diverſ.* quæ in contrarium facere videbantur. Et ex his ita fuit deciſum.

Verùm poſt aliquot annos facta conventione & tranſactione inter Dominum & ſubditos, ſuper variis differentis : & ſublatâ diſcordiæ radice, illi qui canones emphyteuticos debebant, bonam fidem agnoverunt, & debitam Domino recognitionem ſponte fecerunt, dimiſſis liberaliter à Domino reliquiis omnibus præteritorum canonum.

CAPVT LXV.

Si ſubditi cum domino tranſactionem fecerint, promittentes publicare cenſus & ſervitia, caſu quo contingeret Dominum loci maritare filiam ſeu filias, utrùm duplicatus cenſus debeatur pro matrimonio ſpirituali in ingreſſu monaſterii. Et utrũ pro ſola filia primogenita, an verò pro omnibus. Quid ſi agatur de filia ſpuria, vel illegitima, & utrùm ceſſante convẽtione vel cõſuetudine, ſubventio iſta debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio duplicati cenſus in caſum matrimonii filiarum, executioni demandari debet, non ſolùm in caſu matrimonii carnalis, ſed etiam ſpiritualis, dum filia monaſterium ingreditur.*

2 *Promiſſio ſupradicta locum non habet, niſi tempore profeſſionis emiſſæ.*

3 *Promiſſio facta per ſubditos in caſum matrimonii filiarum Domini, debet tantùm intelligi de filia primogenita, ſecundùm Theſaur. Sed contra, num. ſequentib.*

4 *Conventio de ſolvendo pro matrimonio filiæ, vel filiarum, non de ſola primogenita intelligenda eſt.*

Ampliatur, etiamſi dictum fuerit de filia in numero ſingulari, ibidem.

5 *In*

5 *In quibus casibus ex æquitate procedere possit Thesauri sententia circa promissam solutionem per subditos in casu matrimonii filiæ.*

6 *Pactum de adjuvando Dominum in casum matrimonii filiarum, debet intelligi in casum paupertatis Domini, & in subsidium.*

7 *Hoc non procedit quando certa & limitata summa fuit promissa: nam hoc casu solvi debet, etiamsi Dominus non egeat.*

8 *Alimenta non taxata debentur ad ratam fructuum, secus est si certa & determinata summa fuerit promissa.*

9 *Subditi allegantes possessionem contra Dominum, tenentur deducere, & probare quod cùm Dominus iura exigere voluit, fuit repulsus, & solutio illis denegata.*

10 *Quid si feudum acquirat Ecclesia, quæ liberos habere non potest.*

11 *Cessante pacto & inspecto solo iure communi, ista subventio non debetur Domino.*

12 *Utrùm debeatur ista subventio pro maritanda filia spuria, vel illegitima? Concluditur negativè.*

INitâ transactione inter Dominum cujusdam loci, & subditos pro se & successoribus tractantes, quod si contingeret Dominum, aut ejus successores fieri milites armatæ militiæ, vel accedere ad Papam, vel ultra mare, vel maritare filiam seu filias, vel emere aliquod Castrum, vel fieri captivum; quod in casibus prædictis, & quolibet eorum, duplicentur census & servitia; & ultra vigesimam consuetam, solvatur dimidium vintenum de annona duntaxat.

Dominus vigore pacti egit executivè ad obtinendam solutionem duplicati census, & dimidii vinteni pro illo anno quo filiam matrimonio spirituali addixerat in quodam monasterio: subditi renuebant. Quærebatur quid juris.

1 Dixi deberi præstationem illam Domino, quamvis filia non carnali sed spirituali duntaxat matrimonio fuisset collocata: & omissis argumentationibus, adduxi in terminis decisionem Vincent. de Franch. 42. *num.*1. & 2. Amendol. *ad decis.* ejusdem 215. *num.*11. Capiblanc. *de iur. Baron. pragmat.* 1. *num.*95. Ferret. *ad decis.* Guid. Pap. 57. *versic. quinimò exigitur etiam illud tributum pro ingressu filiæ in monasterium.* And. Capan. *in tract. de iur.*
2 *relevii, part.*3. *quæst.*14. *num.*20. & 21. † ubi dicit hanc subventionem deberi duntaxat tempore professionis, quod verissimum est: cùm ante illud tempus non dicatur contractum spirituale matrimonium. Boër. *decis.*126. *num.*12. & in effectu, ego illud jus exegi vigore transactionis à meis subditis Sancti Legerii, dum filiam meam matrimonio spirituali collocavi in devoto monasterio Sanctæ Claræ præsentis Civitatis, prout apparet ex instrumento publico.

3 Sed majus dubium erat, utrùm subuentio illa deberetur non solùm pro filia illa primogenita, sed etiam pro aliis filiabus natu minoribus, quoties illas contigerit spirituali vel temporali matrimonio collocari. Quod conventio seu consuetudo de prima duntaxat filia intelligenda sit, tenet Cancer. *lib.*2. *var. resolut. cap.*2. *num.*302. *in novis, vers. pro his facit,* Sanson. *in consuet. Turonens. tit. des Royaux aydes,* §.4. Tiraq. *in l. boves,* §. *hoc sermone, n.*14. *ff. de verb. signif.* Petr. Rebuff. *in l. unic. in* 1. *not. ab. Cod. de sent. quæ pro eo quod interest, n.*31. Rosental *de feud. cap.*5. *concluf.*79. *num.*3. *in glos. litera C,* Steph. Bertrand. *cons.*4. *per totum, vol.*4. Thesaur. Jun. *lib.*4. *quæst. forens.*69.

In contrarium, quod promissio solutionis duplicati sensus in casum futuri matrimonij filii, vel filiarum Domini, non terminetur in prima filia, sed intelligatur de qualibet, tenuit Vincent. de Franch. *decis.*215. *n.*2. & *decis.*306. & *ibi* Ricc. *in addit.* Capiblanc. *de Baronib. pragm.*1. *n.*84. qui loquitur etiam in terminis conventionis facientis mentionem de filia, in numero singulari. Capan. qui sic fuisse judicatum testatur *in tract. de iur. relevij, part.*3. *q.*14. *num.*20. Afflict. *in constit. Neapol. lib.*3. *rubric.*17. *de adiutoriis exigendis, num.*13. *ad num.*18. Masuer. *in tit.*38. *des tailles, num.*4. *vers. or ces quatre cas,* sequitur Tiraq. *in tract. de primog. q.*70. *num.*2. Boër. *decis.*131. *n.*1. Fontanel. *de pact. nuptial. in fine secundi vol. in* 1. *addit. ad clauf.*5. *glos.*4. Ferret. *in addit. ad decis.* Guid. Pap. 57. ubi sæpiùs ita decisum fuisse testatur. 4

Et hæc sententia sine dubio admittenda est in casu proposito, rejectâ contrariâ; quia conventio loquitur de filia vel filiabus; ita ut non sit dubitandum quin contrahentes intellexerint subventionem præstari debere, non semel, sed pluries, propter expressionem numeri pluralis.

Quod attinet ad DD. in contrarium allegatos; Notandum est magnam fieri debere differentiam inter duos casus diversos: quorum primus est quando agitur de secundo matrimonio ejusdem filiæ jam viduæ factæ, & hoc casu verum est quod locus est regulæ *l. boves,* §. *hoc sermone. ff. de verb. signif.* nempe quod verba intelligi debent de primo actu. Secundus casus est, quando non de eadem, sed de alia filia agitur, & hoc casu verius est iterandam esse subventionem: & ita intelligendus est Tiraquel. *in d.* §. *hoc sermone, n.*14. juxta tradita per Masuer. quem allegat; qui dictam distinctionem facit inter unam filiam secundò nubentem, & aliam filiam Domini non prius nuptam, quem propterea non immeritò pro nostra sententia allegavimus, & ita loquitur Argentr. *in consuet. Britan. art.*87. *in fin. versic. sed magna est dubitatio,* qui licèt paulò ante dicat non deberi subventionem nisi pro una filia; hoc ideo quia consuetudo loquebatur in singulari de una aliqua filia maritanda, ut *ibi* per eum, & ipsemet Tiraq. *in tract. de iur. primog. quæst.*70. *num.*2. videtur residere in sententia Afflicti, quod subventio debeatur pro qualibet filia.

Rebuff. *in d. l. unic. Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest, in* 1. *notabili, ampliat.*19. *num.*78. aliàs 31. se refert ad ea quæ tradit Masuer. *loco citato:* Ideo secundum prædictam distinctionem ab ipso allatam intelligendus est Bertrand. *dict. cons.*4. *vol.*4. ubi loquitur de transactione in qua facta erat mentio de filiabus simpliciter, & aderat pactum de faciendo unam collectam duntaxat semel in quolibet ex casibus ibi expressis; sed in casu nostro non fuit dictum de filiabus, sed *de filia, vel filiabus*; nec adest pactum illud de faciendo collectam semel duntaxat in quolibet dictorum casuum, & per consequens non nocet nostræ sententiæ.

Sicut nec Rosental, qui non loquitur in terminis conventionis eo modo quo suprà loquentis de filia, vel filiabus, nec Thesaur. Iun. *dict. quæst.*69. *lib.*4. qui se restringit *num.*7. ad casum in quo conventio loquitur de filia in numero singulari.

Præterea Thesauri casus fuit potiùs decisus ex æquitate, quàm ex rigore juris, quia cū adessent plures Condomini ejusdem feudi, ideo jus exigendi sub-

ventionem fuit reſtrictum ad primam filiam maritandam, ne res abiret in infinitum. Quod intelligit de pluribus Condominis pro diviſo: nam ſi pro indiviſo, & in ſolidum, dicit illos pro uno reputandos: quod nunc non examino. Cancer. verò ex profeſſo tractat de filia jam nupta, quæ ad ſecunda vota tranſit: ut videre eſt *dict. lib.2. cap.2. n.302. in verſic. verùm pro his facit*: loquitur quidem de caſu quæſtionis noſtræ, ſed hoc tractat incidenter & relativè, ut *ibi* videri poteſt: Igitur concludendum eſt, promiſſionem ſubventionis, de qua agitur, intelligendam eſſe tam de prima filia, quàm de aliis.

6 Nec obſtat ſi dicatur, ſubventionem iſtam non eſſe Domino juriſdictionali præſtandam, niſi in ſubſidium, quando ipſe non habet ſufficientes facultates ad dotandam filiam, ut dicit Roſental. *de feud. cap.5. concluſ.79. in princip.*

7 Siquidem reſpondetur pactum de ſolvendo ſubventionem, duobus modis concipi poſſe. Primò generaliter, quando abſque limitatione certæ ſummæ ſubditi ſimpliciter promiſerunt juvare Dominum filias ſuas matrimonio collocantem, & hoc caſu procedere poteſt doctrina prædicti Roſental. *loco citato.* Secundò, quando ſubditi ſeſe obligarunt ad ſolvendam certam ſummam taxatam & determinatam, vel certum cenſum in toto, vel in quota parte fructuum: & tunc cùm conventio ſit certa, non debet tractari de ſubſidiatio remedio, ſed certa illa quantitas præ-
8 ſtanda eſt juxta conventionem, † ſicut videmus à ſimili, quod ſi alimenta ſine taxatione promiſſa vel relicta fuerint, de ſolis fructibus debentur, & ad ratam ipſorum; ſed ſi certa quantitas fuerit promiſſa, aut relicta, tunc etiam fundus alienari poteſt: quia promiſſio certæ quantitatis non patitur reſtrictionem. Surd. *de aliment. tit.4. q.9. n.28.* Bertrand. *conſ.268. n.2. vol.2. part.1.*

9 Quod ſi Communitas probare velit contrariam conſuetudinem contra tenorem tranſactionis, non ſufficit probare quod adveniente tali caſu non fuit ſoluta ſubventio; ſed probandum eſt, quod quando Dominus voluit exigere, fuit repulſus. Ludoviſ. *deciſ.472. num.1.* Poſth. *de manutent. obſervat.13. & 14.* & Rota apud ipſum *deciſ.186. n.7.*

10 Sed quæri poteſt, quid ſi feudum donationis, aut emptionis, alióve titulo deveniat ad Eccleſiam, quæ liberos habere non poteſt; utrùm aliquid illi loco ſubventionis pro liberorum conjugio promiſſæ ſit ſolvendum? Reſponſum eſt negativè, ut per Antibol. *in tract. de muneribus, & honorib.* Argentr. *in conſuet. Britan. art.87. in fine.*

11 Hoc etiam ſciendum eſt, quod ceſſante pacto vel conſuetudine legitima, iſta ſubventio Dominis non debetur. Petr. Iacob. *in pract. rubric.63. de cauſis in quibus vaſſ. n.29. & in rub. de feud. diſtinct. rubr. 61. n.62.* Jacobin. *de feud. in verb. qui quidem inveſtiti, num.76. & in verb. cum mero & mixto imperio, n.16.* Ayell. *de jure Adhoæ, n.30.* Bertrand. *conſ.305. n.1. lib.6.* Franciſc. Marc. *deciſ.65. per totam.* Roſental. *cap.5. concl.78.*

12 Fuit etiam quæſitum, utrùm ſubventio iſta deberetur pro maritanda filia ſpuria vel illegitima? Ego negativam veriorem eſſe exiſtimo; cùm non idem debeat eſſe harum privilegium, quod legitimarum, ut tradit Argentr. *in dict. art.87. notab.2. in verb. marie ſa fille, num.4.* Roſental. *de feud. cap.4. concluſ.79. n.4.*

CAPVT LXVI.

Ceſſionarius juris prælationis & primi laudimii, factâ ſuæ ceſſionis intimatione & declaratione, quod vult uti jure prælationis ſibi per dominum directum certorum prædiorum ceſſo, renuente bonorum illorum emptore, ſéque adversùs retentionem opponente, ſi poſtea emptor pœnitentiâ ductus reſiliat à ſua oppoſitione, & conſentiat retentioni, utrùm pariter ipſe poſſit recedere à jure prælationis, & cogere emptorem ad ſolvendum ſibi laudimium, & ſumendam inveſtituram à domino directo.

SVMMARIVM.

1 *Qui non utitur iure ſuo dum poteſt, cenſetur illi renunciare.*
2 *Actori quod licet, reo denegari non debet.*
3 *Ex actibus iudicialibus oritur quaſi contractus, in quo locus eſt pœnitentiæ, quando actus introductus eſt favore facientis.*
4 *Qui bonis ceſſit, poteſt recedere à ceſſione, & ſe defendere adversùs creditores.*
5 *Qui iuramentum detulit, poteſt recedere à delatione, ſi nondum iuratum fuerit; quamvis delatio eſſet acceptata.*
6 *Omnis oblatio, ſeu declaratio iudicialis, facta in favorem alterius, debet intelligi dummodo ſtatim acceptetur.*
7 *Recedere licet à requiſitione iudiciali, ſi nova cauſa ſuperveniat.*
8 *Propoſitum ex cauſa mutare licet, etiam ſequutâ acceptatione.*
9 *Periculum rei venditæ ſpectat ad emptorem, donec facta fuerit retrovenditio in caſibus, in quibus quis cogi poteſt ad retrovenditionem.*
10 *Evictione pendente in limine contractus, danda eſt cautio emptori.*
11 *Si lata fuerit ſententia in favorem actoris in actione redhibitoria, poteſt actor ab illa ſententia recedere, & ea non uti, etiam invito reo condemnato.*
12 *Quaſi contractus qui oritur ex ſententia, fortior eſt eo, qui oritur ex ſola litis conteſtatione.*
13 *Retentio feudalis de iure non poteſt alteri cedi.*
14 *Statutum Avenionenſe prohibet ceſſionem iuris retentionis in vim directi dominii competentis.*
15 *Quando ſententia fundatur ſuper iure quodam extraordinario, is qui ſententiam obtinuit, poteſt ab illa recedere, & ea non uti, ſi velit.*
16 *Obtinens ſententiam in favorem retractus, poteſt ab illa recedere.*
17 *Donec petens retractum, pretium realiter exſolverit, res dicitur integra.*
18 *Ius prælationis competens ceſſionario fundatum dicitur in iure extraordinario.*
19 *Ceſſionarius domini directi non habet vim attractivam pro conſolidatione dominii utilis cum directo; cùm illa affixa ſit oſſibus ipſius domini directi, & ab illo inſeparabilis.*

20 *Magna*

20 *Magna est differentia inter renunciationem & acceptationem iuris prælationis, ad effectum ut res dicatur integra, vel non.*

21 *Acceptatio & declaratio quod quis vult uti retentione feudali, non dicitur perfecta, nisi retinere volens, pretium venditionis restituat.*

22 *Emphyteusis quandoque revertitur ad dominum ipso iure, & aliquando facto hominis, ita ut non sufficiat sola declaratio animi.*

23 *Qui vult uti iure retentionis tenetur declarare animum suum, & pretium offerre emptori, illudque in casum recusationis deponere.*

24 *Dominus directus habet ius reale pro uniendo dominio utili cum directo.*

25 *Cessionarius domini directi solam habet actionem confessoriam pro iure retentionis.*

26 *Res dicitur integra quoad cessionarium domini directi, donec in eius favorem lata fuerit sententia pro iure prælationis, & facta actualis pretii restitutio.*

DUbitatum fuit utrùm cessionarius domini directi Ecclesiastici, qui judicialiter significaverat emptori cujusdâ prædii existentis de domino directo Ecclesiæ, se tanquam cessionarium jure prælationis retinere velle, posset deinde pœnitentiâ ductus ab illa retentione & declaratione recedere, attento maximè quod dictus emptor qui se opposuerat, & locum esse juri prælationis judicialiter excipiebat; postea similiter pœnitentiâ ductus dictæ retentioni consentiebat, quam prius non modò non acceptaverat, sed etiam expresè impugnaverat.

Respondi cessionarium posse à petita prælatione ad libitum recedere.

1 Primò quia cùm emptor noluerit acceptare petitam retentionem, illâmque impugnaverit, sed eum suæ impugnationis deinde pœnituerit; potest cessionarius opponere emptori illud axioma: Quod potui nolui, quod volui adimplere nequivi, ex regula correlativorum de qua in *l. final. Cod. de indict. viduit. tollend.* Surd. *cons.* 401. *num.* 15. † Et quod actori conceditur, reo denegari non debet, & è converso, *cap. non licet actori* 32. *de reg. iur. in* 6. Barbos. *axiom.* 10. *n.* 7. *&* 8.

2

3 Secundò, quia licèt in contractibus non sit locus pœnitentiæ; tamen in quasi contractibus qui oriuntur ex actibus judicialibus, juxta *l.* 3. §. *sed si filius, ff. de pecul.* pœnitere licet, quando agitur de actu non obligatorio, sed inducto in favorem facientis.

4 Bartol. *l. qui bonis, ff. de cess. bonorum,* † ubi qui bonis cessit, potest à cessione recedere, & se defendere adversùs creditores: per text. *in l. quem pœnitet. ff. de*

5 *cession. bonor.* † Similiter qui juramentum detulit, pœnitere potest etiam post acceptationem juramenti, si nondum juratum fuerit. Caroc. *de iurament. lit. decisor. quæst.* 6. *principali.*

6 Tertiò, quia omnis oblatio aut declaratio judicialis debet intelligi sub illa conditione, si statim acceptetur; adeo ut non sufficiat acceptatio facta ex intervallo, *l. non erit,* §. *si neque,* & *ibi* DD. maximè Castrens. *ff. de iureiurand.* ergo non suffragatur emptori intempestiva illa acceptatio post denegationem, & oppositionem, longique temporis intervallum facta.

7 Quartò, quia recedere licet à requisitione judicialiter facta, quando supervenit justa causa recedendi.

8 Caroc. *de oblat. part.* 2. *quæst.* 96. *n.* 4. † ubi dicit quod licitum est ex causa mutare propositum, etiam sequutâ acceptatione per patrem: atque ita limitat regulam *l. nemo potest* 76. *ff. de reg. iur.* hìc autem supervenerat nova causa, quia comparuerant multi creditores, quibus prædictum prædium erat hypothecatum; cùm tamen emptor jam pretium illius venditori solvisset, & sic periculum esset, ne pretium amitteretur.

Quintò, quia cum solutio pretii, ut dictum est, 9
per emptorem facta fuisset venditori, periculum amissionis pretii non ad retinentem, sed ad emptorem spectare deberet: verum enim est donec in effectu facta fuerit retrovenditio, omne periculum ad emptorem, non autem ad retrahentem pertinere, quia hoc casu non ageretur de venditione facta respectu retrahentis, sed de venditione quæ fieri peteretur. Tiraq. *de retract. conjang.* §. *final. n.* 31. † Et 10
sic cùm penderet evictio in limine contractus, non poterat redimens cogi ad solvendum pretium, donec sibi cautio indemnitatis respectu creditorum data fuisset, *l. si post perfectam, Cod. de evict.* Surd. *decis.* 295. *n.* 7. & *ibi* Hodiern. *num.* 7.

Sextò, quod liceat à retractus petitione recedere, 11
probatur à simili; imò à fortiori. Nam si lata fuerit sententia in actione redhibitoria in favorem actoris, potest nihilominus actor ab illa sententia recedere, & illa non uti, etiam reluctante & invito reo condemnato. Glos. *in l. illud,* §. 1. *in fin. ff. de Ædilit. edicto,* quam sequitur *ibidem* Bald. *dict. l. illud,* §. *condemnatio, vers. quærit glossa.* Galerat. *de renunciat. centur.* 2. *cap.* 109. *n.* 3. † Et tamen quasi contractus 12
qui oritur ex sententia, fortior est eo qui oritur ex sola petitione judiciali, ille enim obligat ad observandam sententiam, hic verò duntaxat obligat ad perseverandum in lite. Castrens. *in l.* 3. §. *si filiusfamilias, n.* 3. *ff. de pecul.*

Septimò, quia retentio ista feudalis de jure alteri 13
cedi non potest. Guid. Pap. *decis.* 411. & de communi opinione testatur Claper. *causa* 100. *q.* 1. *num.* 12. juncto *num.* 32. *vers. ad decimum tertium.* † Stante 14
potissimum statuto Aven. quod prohibet hujusmodi cessiones juris retentionis, *lib.* 1. *rubric.* 72. *artic.* 28. Ideo si dictus cessionarius prætendens Ecclesiam non esse in statuto comprehensam, (quod tamen nunc non determino) voluerit uti jure retentionis, ejus petitio erat contraria juri communi, fundata duntaxat in prætensa consuetudine: † Et per consequens 15
etiam posito quod obtinuisset sententiam favorabilem pro retentione, potuisset ab illa recedere, quia quotiescumque sententia fundatur super jure quodam extraordinario, is qui illam obtinuit, potest si velit ab illa recedere, & ea non uti. Tiraq. *de retract.* §. *final. n.* 24. *& seqq.* Vincent. de Franch. *decis.* 346. ubi testatur ita fuisse judicatum.

Non obstat *decisio* Boërii 48. *in fin.* & Pap. *lib.* 11. 16
tit. 7. *arrest.* 7. *&* 9. ubi contrarium decidi videtur: tum quia Boërius fatetur opinionem, quâ conceditur etiam post latam sententiam à retractu posse recedi, veriorem esse, ut per eum, *n.* 24. *vers. & ista ultima pars.* Tum etiam quia posterioribus arrestis fuit judicatum pro opinione Tiraquelli, ut testatur additio ad Pap. *dict. arrest.* 9. ubi refertur decretum Senatus sub die 21. Martii 1580. Charond. *lib.* 4. *respons.* 57. *in fin. vers. toutefois,* † & ratio *ibi* reddi- 17
tur, quia donec petens retractum pretium realiter exsolverit, res dicitur integra.

Et pro majori præcedentium elucidatione adver- 18
tendum est in primis, magnam esse differentiam inter retentionem feudalem, quæ fit ab ipso domino directo, & illam quæ fit ab ejus cessionario. Quæ enim fit à domino directo, fundata est in jure ordi-

narie

nario ipſi à lege conceſſo : & de quo *in l. fin. Cod. de iure emphyteut.* Sed jus prælationis competens ejus ceſſionario, fundatum eſt in jure quodam extraordinario, quod eſt exorbitans à jure communi, ut mox oſtendimus, *num.* 15.

19 Secundò ſupponendum eſt, quod jus ceſſionari non habet vim attractivam, quam habet ipſe dominus directus, quia ſtatim facta declaratione per dominum directum, quod vult uti jure retentionis, faciliùs ſequitur conſolidatio dominii utilis cum directo ex quadam vi magnetica ipſius dominii directi, quæ ab ipſo inſeparabilis eſt, & oſſibus domini directi inhæret, adeo ut ceſſionarius non habeat jus iſtud attrahendi : ideo ſola illius declaratio, quod vult retinere, non ita facilè perficit, nec conſummat retentionem, & per conſequens quidquid ſit de ipſo domino directo retinente, de quo mox agemus ; tamen facilius quoad ejus ceſſionarium locus eſt pœnitentiæ. Hæc differentia notatur per Claper. *cauſa* 100. *q.* 1. *n.* 2. 4. *& 29.*

20 Tertiò, ſupponendum eſt, magnam eſſe differentiam inter renunciationem juris prælationis, & acceptationem illius, ad effectum ut ſciatur, utrùm res ſit integra, an non : renunciatio ſiquidem ſola animi declaratione perficitur, quia ſtatim ubi facta fuit declaratio domini directi, vel ejus ceſſionarii, quod non vult uti jure retentionis, ipſe ſe excludit ab illo jure, quia poſt animi declarationem nihil aliud ſu-

21 peresſt agendum. † Sed dum agitur de acceptatione & effectuatione juris prælationis, non ſufficit ſola declaratio animi ; ſed præterea requiritur realis ſolutio pretii facienda per eum, qui vult retinere. Claper. *dict. cauſa* 100. *quæſt.* 1. *num.* 29. *verſic. quæ*

22 *reverſio*, † ubi dicit reverſionem aliquando fieri ab ipſo jure ſola lege operante, ſine aliquo facto vel miniſterio hominis ; veluti quando emphyteuſis revertitur ad dominum propter tempus & generationem finitam ; aliquando verò requiritur factum hominis, quod conſiſtit in duobus. Primò, quod dominus declaret ſe velle retinere. Secundò, quod reſtituat pretium emptori, quod etiam tradit Solſona *in lu-*

23 *cerna laudimiorum, quæſt.* 3. *principali, n.* 156. † ubi dicit dominum directum teneri declarare animum ſuum ſuper retentione, & interpellare emptorem, & illi offerre pretium rei venditæ ; & in caſum recuſationis debet deponere pretium, & illud conſignare, & quod per talem oblationem & interpellationem & depoſitionem acquiritur jus domino directo, aut ejus ceſſionario : quod etiam ſequitur Ripoll. *var. reſol. cap.* 7. *de iure emphyt. n.* 200.

24 Quartò ſupponendum eſt, quod licèt dominus directus habeat jus incorporandi, & uniendi dominium utile cum directo, quod eſt jus reale, & à re emphyteutica dependens, prout teſtatur Claper. *dict.*

25 *quæſt.* 1. † Tamen hoc jus non competit eo modo ceſſionario domini directi, qui non habet rei vendicationem, cùm non ſit Dominus rei emphyteuticæ ; ſed tantùm habet actionem confeſſoriam, directam, vel utilem, per quam petit declarari, ſe præferendum eſſe pro eodem pretio in dicta re : & factâ per Iudicem declaratione quod ſit locus prælationi, petit officio Iudicis detentorem & turbatorem cogi, & compelli ad reſtitutionem rei, ſoluto ſibi pretio, ut opti-

26 mè explicat Caſtrenſ. *conſ.* 335. *num.* 5. *vol.* 1. † Unde ſequitur, non eſſe verum in jure, quod per ſolam ceſſionarii declarationem ipſo jure fiat unio dominii utilis cum directo ; cùm ultra declarationem requiratur quod intentetur actio confeſſoria, & ſequatur ſententia Iudicis, unà cum reſtitutione pretii : & ſic antequam hæc omnia fiant, res dicitur integra, & retentio nondum perfecta, & per conſequens etiam ſubſequutâ declaratione, licitum eſt ceſſionario ab illa recedere. Atque ita in terminis retractus determinat Grimaudet *in tract. des retraits, lib.* 2. *cap.* 33. *per totum.*

CAPVT LXVII.

Ex duobus ceſſionariis juris prælationis uter ſit præferendus ; utrùm is qui primo uſus eſt conceſſione ſibi facta, an verò qui primus eſt in data. Quid ſi conditionem tempore congruo non adimpleverit : Et utrùm gratia primi laudimii & juris prælationis alicui facta, expiret per adventum novi Vicelegati ; præſertim ſi novus Vicelegatus alteri ſimilem conceſſionem fecerit.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum conditionale non adimpletâ conditione nullum eſt.*
2 *Conditio quæ facilè adimpleri poteſt, adimplenda eſt ſtatim, aliàs habetur pro non impleta.*
3 *Qui obligatur aliquid facere, tenetur id facere quamprimum poteſt.*
4 *Non adimplens contenta in reſcripto intra tempus in eo deſignatum, non poteſt poſtea ſe iuvare illo reſcripto.*
5 *Dictio*, dummodò, *quo caſu vim conditionis obtineat.*
6 *Quando conceſſio facta fuit cum limitatione temporis, qui non obſervat tempus, non dicitur obſervare formam.*
7 *Dilatio appoſita in reſcripto numeratur à die datæ.*
8 *Omne tempus in dubio continuum eſſe cenſetur.*
9 *Qui poſterius reſcriptum obtinet, non facta mentione primi per adverſarium impetrati, excuſandus eſt ex cauſa probabilis ignorantiæ.*
10 *Iuris incerti & eventualis, ac nondum perfectè quæſiti, mentio facienda non eſt in reſcripto.*
11 *Scientia domini cum taciturnitate ipſius infert tacitum conſenſum præſtitum alienationi prædii emphyteutici.*
12 *Conceſſione duobus factâ, ſi is qui primam obtinuit non curaverit conceſſionem ſuam intimari, rectè ſolvitur laudimium, & capitur inveſtitura à Camera vigore ſecundæ conceſſionis, quia directa actiones remanent penes Cameram.*
13 *Dominus ſi recipiat laudimia, excluditur ceſſionarius iuris prælationis, qui ceſſionem ſuam non curavit intimari.*
14 *Factâ traditione reali per dominum emphyteutæ, ius illi in re quæſitum eſt adverſùs ceſſionarium iuris retractus.*
15 *In iuribus incorporalibus, primus occupans præfertur.*
16 *Diſpoſitio legis* quoties duobus, Cod. de rei vendic. *locum habet in omnibus contractibus, tam oneroſis, quàm lucrativis.*
17 *Vicelegatus licèt Principem repræſentet, non tamen*

men omnia potest quæ Princeps.

18 *Quod factum est tempore inhabili, non potest retrotrahi, maximè in præiudicium tertii.*

19 *Si non sit certum quæ concessio, vel actus præcedat, ille præsumitur prior, qui respicit favorem piæ causæ.*

20 *Conditio potestativa non trahitur retro.*

21 *Gratia conditionalis non solùm adimplenda est, sed etiam adimplenda tempore congruo.*

22 *Gratiæ conditionalis concessio per Vicelegatum, non potest sortiri effectum, nisi conditio fuerit adimpleta durante officio ipsius Vicelegati: nec sufficit adimpleri post adventum alterius Vicelegati.*

23 *Adimplementum non relevat, nisi factum fuerit tempore habili.*

24 *Maior habilitas requiritur in termino ad quem, quàm in termino à quo: ille enim debet esse habilis essentialiter, hic verò sufficit quod sit habilis potentialiter.*

25 *In rescripto gratioso attendi debet tempus adimpletæ conditionis: & sic quando conditio fuit adimpleta, finito officio concedentis, perinde est ac si concessa non fuisset.*

TEmpore cujusdam Vicelegati, concessum fuit impetranti per rescriptum, jus prælationis, seu retractus ac primi laudimii cujusdam prædii in rescripto designati, venditi vel vendendi, cum clausula, *attentis narratis, & præstita obligatione de solvendo ius laudimii Cameræ Apostolicæ, iuxta pretium appositum, vel apponendum in venditione illius prædii.*

Post tres annos, novo existente Vicelegato, quoddam monasterium obtinuit ab ipso similem gratiam, in qua etiam fuit condonata dimidia pars laudimii quolibet novennio persolvendi, quia agebatur de manu mortua.

Eodem anno & die, quo fuit ultima ista gratia concessa, primus ille concessionarius præstitit obligationem de solvendo laudimio Cameræ juxta formam sui rescripti.

Cùm disputaretur inter istos duos concessionarios, dixi concessionem secundam factam monasterio, sortiri debere effectum, neque monasterium posse molestari ab eo qui primum rescriptum obtinuerat.

1 Primò, quia rescriptum quod anterius in data reperitur, erat conditionale, per ablativos videlicet absolutos, qui conditionem important, his verbis, *præstitâ obligatione, &c.* & per consequens non adimpletâ conditione, rescriptum nullum & invalidum
2 remanet, Durant. *decis.* 87. *n.* 19. † Quod autem conditio non fuerit adimpleta, probatur quia à die primi rescripti lapsum erat triennium, ratione cujus dilationis conditio dicitur defeciſse, quia quotiescunque agitur de conditione quæ facilè potest adimpleri, qualis est conditio præstandi obligationem; tunc conditio dicitur defeciſse, quando statim & incontinenti non fuit adimpleta, *l. si ita stipulatus essem* 14. *ff. de verb. obligat.* Roland. *cons.* 63. *num.* 48. *vers. ad secundum, vol.* 4. Ruin. *consil.* 131. *num.* 11. *volum.* 1.

Neque opus erat aliqua interpellatione, quia ubicunque quis tenetur aliquid facere, tenetur illud facere quamprimùm fieri potest. Bellon. *in tract. de his quæ fiunt incontinenti, cap.* 129. *n.* 6.

Multò magis in alio casu dixi excluſum esse impe-
4 trantem à jure retentionis, stante clausula in rescripto apposita, *dummodo intra quindecim dies investituram acceperit, & laudimium solverit*; quia cùm intra dictam dilationem investituram non accepisset, & laudimium non solvisset, excluſus erat à beneficio dicti rescripti. † Quamvis enim dictio *Dummodò*, po- 5
tiùs modum quàm conditionem importare videatur tamen eo modo quo superiùs expressa fuit, verè conditionem importat, quia adjecta est substantiæ dispositionis, & non exequutioni. Seraphin. *decis.* 1017. *n.* 4. Verall. *part.* 2. *decis.* 35. *n.* 3. Cavaler. *decis.* 255. *num.* 4. ubi loquitur de illa clausula, *dummodo pacem obtineat.* Ludovis. *decis.* 311. *num.* 12. ubi loquitur de clausula, *dummodo solutio fiat.* Rota *decis.* 1160. *num.* 2. & 3. *part.* 3. *lib.* 3. *divers.* ubi dicit verba illa formam substantialem continere. † Et ge- 6
neraliter quotiescunque concessio facta fuit cum limitatione certi temporis, qui non observat tempus, non dicitur formam servare. Rota *decis.* 167. *num.* 8. & 9. *part.* 2. *recent.*

Nec dici poterat, dilationem quindecim dierum 7
intelligendam esse à die adeptæ possessionis: quia imò in rescriptis attenditur tempus datæ, *cap. eam te, de rescript.* Guid. Pap. *singular.* 715. superflua enim fuisset illa clausula, si intelligeretur de solutione laudimii post adeptam possessionem facienda. † Et in 8
dubio omne tempus censetur esse continuum. Costa *de facti scient. regul.* 14. *n.* 1.

Nec etiam est quod dicatur, in secundo rescripto 9
fieri debuisse mentionem primi: Quia respondetur primò, obtinentem secundum rescriptum, excusandum esse propter probabilem ignorantiam; maximè cùm primum illud rescriptum non esset registratum, prout in eo fieri mandabatur. Put. *decis.* 181. *num.* 4. *lib.* 1. *in correctis.*

Secundò, quia jus primi impetrantis ante adim- 10
pletam conditionem erat eventuale, & incertum; nec per illum jus erat perfectè quæsitum: ideo illius mentio non erat in secundo rescripto necessaria, ut per Rotam coram Andrea, *decis.* 48. *n.* 3. *& seqq. & part.* 5. *recent. decis.* 23. *n.* 15. Addent. ad Burat. *decis.* 576. *n.* 12.

Secunda ratio principalis est, quia Illustrissimus 11
Dominus Vicelegatus, dum posterius rescriptum concessit, præstitit consensum venditioni factæ in favorem monasterii, eique gratiam fecit de laudimio, necnon de præstatione singulo novennio faciendâ: & sic venditionem approbando, excluſit omne jus prælationis, ex notatis per Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *de iure emphyt. definit.* 49. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 79. *cap.* 9. *n.* 24. ubi dicit quod scientia domini cum taciturnitate, infert consensum ipsius præstitum alienationi.

Hinc sequitur, quod licèt alteri priùs facta fuerit 12
gratia, seu concessio juris prælationis; tamen quia actiones directæ remanebant penes Cameram, prædictúsque primus concessionarius nullam fecerat juris sui intimationem seu denunciationem, neque intervenerat unum ex tribus requisitis *in l.* 1. *Cod. de novat.* licitum fuit Cameræ habenti actiones directas, seu dicto Vicelegato per acceptilationem seu gratiam liberare monasterium à solutione partis laudimii, nullâ stante conclusione: ex traditis per Odd. *ad l.* 3. *Cod. de novat. q.* 3. *art.* 6. *vers. secundo casu.*

Et sic locus est doctrinæ Ferrerii ad Guid. Papæ 13
decis. 477. *in nova addit. vers. sed in hac causa*, ubi dicit, quod si non fuerit facta denunciatio, & dominus receperit laudimia ab emptore, non est amplius locus juri prælationis.

Et præmissa multò magis locum haberent, si se- 14
cundus iste concessionarius, & idem emphyteuta ante dictam denunciationem adeptus fuisset possessionem dicti prædii: iuxta text. *in l. quoties, Cod. de rei vendic.* quia quando subsequuta est traditio, &

concessa

conceſſa inveſtitura, jus reale quæſitum eſt poſſeſſori, quod tanquam potentius præferri debet actioni competenti primo ceſſionario, quæ nullum habet fundamentum in jure reali: ut bene oſtendit Charond. *lib.3. reſpons.6.* † Vbi dicit quod in ceſſione facultatis retrahendi, aut alterius juris incorporalis, primus occupans præfertur, quia jura iſta incorporalia poſſidentur inſimul cum corporibus, quibus inhærent: & ideo in illis locus eſt diſpoſitioni *dict. l. quoties.* † Et ita in ſimili deciſum fuiſſe teſtatur Papon. *lib.11. tit.6. arreſt.9.* Maynard. *lib.2. cap.6.* † Quia in emphyteuticis ille præferendus eſt cui priùs verè & realiter conceſſa fuit inveſtitura: nam diſpoſitio *dict. l. quoties*, locum habet in omnibus contractibus, tam oneroſis, quàm lucrativis. Gom. *lib.2. var. reſol. cap.2. de empt. & vendit. n.20. in prima ampliat. in princip.2. colum.*

Nec obſtat ſi dicatur, diſpoſitionem *dict.l. quoties*, non habere locum in conceſſione facta per Principem. Tum quia hîc non agitur de Principe, ſed de ejus Vicario, qui ut notorium eſt, multo minorem habet poteſtatem. Cùm etiam ipſe Legatus de latere non poſſit aliquid concedere contra diſpoſitionem juris communis. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.245. n.42. & cap.300.n.50.* fusè Capiblanc. *de iure Baron. pragmat.1. n.32.*

Non obſtat etiam, ſi dicatur dictum primum conceſſionarium ſatisfeciſſe conditioni appoſitæ in dicto reſcripto, & in effectu præſtitiſſe obligationem juxta formam dicti reſcripti.

Quia reſpondetur id factum fuiſſe tempore inhabili, neque poſſe retrotrahi in præjudicium juris quæſiti monaſterio, quia retrotractio nunquam fit in præjudicium tertii, cui jus eſt quæſitum. Surd. *conſ.382. n.79.* Coſt. *de retrotract.cap.8.caſ.2.n.10.*

† Quia licèt obligatio prædicta reperiatur facta eadem die, & ſub eadem data ſub qua conceſſio ſecunda fuit facta monaſterio; tamen de jure præſumitur quod gratia monaſterii ſit anterior, propter privilegium perſonarum, & cauſæ piæ. Menoch. *de arbitr. caſ.48. n.35.*

Præterea cùm conditio appoſita primo reſcripto ſit poteſtativa, non poteſt prætendi aliqua illius retrotractio, quæ nunquam fit in conditionibus poteſtativis. *l. qui balneum, ff. qui potior. in pign. hab.* Surd. *dict. conſ.382. n.78.*

Tertia ratio principalis petitur ex eo, quod cùm gratia facta per antiquum Vicelegatum eſſet conditionalis, ut mox oſtenſum fuit, nempe ſi præſtaretur obligatio de ſolvendo laudimio, non poterat dici perfecta, niſi prius dicta conditio fuiſſet adimpleta. Cavaler. *deciſ.561. per tot.* & ſic cùm dictus Vicelegatus concedens eſſet extra officium Legationis, † non poteſt quidpiam operari finito officio; cùm illo durante effectum ſortita non fuiſſet, ut determinat Rota *deciſ.628. n.11. part.4. recent. tom.1.* † Quia non poteſt gratia dici ſortita effectum, cùm implementum conditionis ſupervenerit tempore inhabili. Rot. *deciſ.46.n.6. part.6. recent.* † ſiquidem requiritur habilitas tam in termino à quo, quàm in termino ad quem, imò major requiritur in termino ad quem, quàm in termino à quo, quia licèt ſufficiat quod terminus à quo ſit habilis potentialiter; tamen terminus ad quem debet eſſe habilis eſſentialiter. Bartol. & alii *in l. ſi is qui pro emptore, ff. de uſucapionib.* Giovagnon. *conſ.98. n.3. & 24. vol.1.*

Præſertim cùm agatur de reſcripto gratioſo, in quo inſpicitur tempus impletæ conditionis, & ſic perinde eſt ac ſi prima gratia conceſſa fuiſſet tempore præſtitæ obligationis: quo tempore concedens non erat ampliùs in officio, & per conſequens nullitèr, ex notatis per Galganet. *de condit. & demonſtr. part.2. cap.1. q.106. n.3.*

CAPVT LXVIII.

Quæ ſit differentia inter adminiſtratorem generalem, & particularem, quoad redditionem rationis: Et ex quibus colligatur, utrùm adminiſtrator ſit generalis, vel particularis. Vtrùm verum ſit, Advocatum cum Cliente contrahere non poſſe. Confeſſio ad tollendum ſcrupulum facta, utrùm noceat confitenti. Notarius utrùm poſſit deponere contra inſtrumentum per ipſum rogatum: Et ſi in inſtrumento dicatur quod quis confitetur recepiſſe in præſentia Notarii, utrùm ex eo probetur realis numeratio. Cancellatio inſtrumenti quid operetur: Et utrùm metus amiſſionis ſcripturarum, ſit ſufficiens ad obtinendam reſciſſionem contractus.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator particularis tenetur duntaxat reddere rationem de adminiſtratis, nec tenetur librum conficere.*
2 *Ratio non dicitur reddita in parte, ſed in totum, ſi reddita fuerit de tota adminiſtratione particulari.*
3 *Qui non acceſſit ad adminiſtrationem omnia geſturus, non tenetur niſi de adminiſtratis.*
4 *Qui agit contra adminiſtratorem particularem, tenetur probare in ſpecie quid per eum fuerit adminiſtratum.*
5 *Vtrum quis fuerit generalis adminiſtrator, probatur ex lectura mandati.*
6 *Generalis & libera adminiſtratio non cenſetur alicui conceſſa, niſi id in mandato exprimatur in ſpecie.*
7 *Obſervantia ſubſequuta declarat quænam ſit partium intentio circa adminiſtrationem.*
8 *Procurator non poteſt dici generalis, quando principalis geſſit, aut alii ejus nomine.*
9 *Advocatus poteſt contrahere cum cliente de re in judicium non deducta.*
10 *Advocatus poteſt emere à cliente, aut ab eo donationem omnium bonorum accipere, licèt in illis aliqua ſint litigioſa.*
11 *Qui contraxit cum perſona prohibita, poteſt nihilominus ab eadem liberationem obtinere.*
12 *Scrupulus eſt nuda dubitatio, vel titubatio animi, ſine ulla ratione, vel fundamento.*
13 *Verba illa, ut omnis ſcrupulus auferatur, quid importent.*
14 *Quid interſit inter veram ſuſpicionem, & ſcrupulum.*
15 *Conſcientia ſcrupuloſa quæ dicatur.*
16 *Confeſſio debet acceptari cum ſuis qualitatibus.*
17 *Liberationem eius qui adminiſtravit, concipi ſub verbis donationis vel gratificationis, non eſt inconveniens.*
18 *Confeſſio ad hoc ut præjudicet, debet concludere per neceſſe, non per poſſibile.*

19 Confeſſio

19 *Confessio in dubio explicari debet in favorem illius qui confitetur.*
20 *Confessio quæ non continet certam quantitatem, explicari debet de eo quod minimum est.*
21 *Notarius si deponat contra instrumentum per eum rogatum, non præjudicat partibus contrahentibus.*
22 *Verba solam confessionem importantia probant realem numerationem, si addita fuerint verba illa in instrumento*, in præsentia mei Notarii, & testium.
23 *Instrumenti cancellatio solo verbo facta, illud destruit & evacuat.*
24 *Negotiorum gestor non potest teneri, nisi de his quæ administravit.*
25 *Quæ requirantur ut negotiorum gestor teneatur de non administratis.*
26 *Computorum solidatio plenam inducit liberationẽ.*
27 *Geminatio quitanciarum multum illas corroborat.*
28 *Adversus liberationem juratam nemo auditur, nisi probet verum dolum.*
29 *Agens ad revisionem computorum, non auditur nisi exhibitis scripturis ipsi remissis.*
30 *In redditione computorum potest fieri gratificatio administratori, imò & tutori, per principalem legitimæ ætatis.*
31 *Metus amissionis scripturarum dicitur justus, quando agitur de statu vel libertate.*
32 *Metus amissionis scripturarum quando justus non dicatur.*

SVpponendum est in primis, magnam esse differentiam inter administratorem generalem, qualis est tutor, curator, aut negotiorum gestor, seu procurator, qui generaliter omnia alicujus negotia administranda suscepit, & particularem, cui vel simplex exactio, vel certarum rerum, & non universi patrimonii administratio concessa, vel demandata fuit.
1 † Generalis enim administrator librum rationum conficere tenetur, non autem particularis seu simplex redituum exactor. Rota coram Ludov. *decis.* 199. *n.* 4. & *decis.* 274. *n.* 3. & 4. Item administrator generalis de omnibus rationem reddere tenetur, particularis
2 autem de iis duntaxat, quæ per eum gesta sunt. † Non enim dicitur ratio pro parte reddita, quando fuit reddita de tota administratione particulari. Rota *decis.* 342. *n.* 2. & 4. *post conf. Farin.* & ideo administrator qui non est generalis, tenetur duntaxat de administratis, ut dicitur *in eadem decis. n.* 2. Gratian. *discept. forens. c.* 665. *n.* 23. Rot. *decis.* 470. *n.* 1. & 4. *part.* 1.
3 *recent.* repetita *dec.* 475. *n.* 1. & 4. *part.* 3. *recent.* † Et ratio est, quia cùm hoc casu administrator non accesserit ad administrationem omnia gesturus, non tenetur nisi de administratis. Corn. *conf.* 81. *n.* 6. *lib.* 4. Rot. *decis. mox allegata, n.* 1. & apud Cavaler. *decis.* 412. *num.* 2.
4 Secundò supponendum est, eum qui agit contra administratorem particularem, non esse fundatum, nisi probet in specie quid & quantum per eum fuerit administratum. Socin. *conf.* 24. *n.* 35. *volum.* 1. ubi dicit quod licèt libellus generalis procedat, dum quis petit reddi rationem administrationis, non tamen potest ferri sententia, nisi actor probet in causæ prosequutione res, vel quantitates certas. Sequitur Craver. *conf.* 231. *n.* 14. Citiac. Nig. *controvers.* 29. *n.* 12. & 13. *vol.* 1. Munnoz *de ratiocin. cap.* 4. *n.* 17. *in fine.*
5 Tertiò supponendum est, quod cùm præallegati DD. & maximè Corneus *dict. conf.* 81. *n.* 6. *lib.* 4. distinguant utrùm administrator accesserit omnia gesturus, an non, loquuntur de eo qui non habebat certam aliquam potestatem, qualis est negotiorum gestor: & sic in casu dubio. Aliud est, si de potestate constet ex lectura mandati; tunc enim non est ad conjecturas recurrendum, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* † Ad hoc enim ut alicui censeatur 6
concessa generalis & libera bonorum administratio, necessariò fieri debet ea de re specifica mentio in mandato, *l. quam tuberonis* 7. §. *alia, ff. de pecul.* Cavaler. *dict. decis.* 412. *n.* 1. † Et in effectu observantia 7
subsequuta declarare debet mentem contrahentium in casu dubio, utrùm administrator fuerit generaliter constitutus, an non. Ludovis. *decis.* 274. *n. ult. in fine.*

Maximè autem dicitur exclusa qualitas generalis 8
administratoris, quando verificatur quod principalis per se, vel per alios multa exegit. Rota *decis.* 342. *n.* 5. *post conf. Farin.* Cavaler. *dict. decis.* 412. *ante n.* 1. *versic. & licèt Domini.*

Quartò resolvendum est, contractum liberationis 9
factum administratori, non posse impugnari sub eo prætextu, quod ille fungeretur munere Advocati in causis sui principalis: Quia regula illa generalis, qua dicitur contractus inter Advocatum & Clientẽ factos non valere; debet intelligi ut locum habeat quando pactio facta fuit super re litigiosa, aut in judicium deducta, si enim facta fuit super alia re, validus est contractus, nec impugnari potest propter qualitatem personæ Advocati, ut bene decidit Guid. Pap. *decis.* 102. & *ibi* Addit. Ranchin. & alia Additio *litera A*, Carpan. *ad statut. Mediol. cap.* 429. *n.* 1. *part.* 1. Sicard. *ad l. creditori* 5. *n.* 4. *Cod. de pact.* ubi cum prius *num.* 2. proposuisset regulam generalem quod Advocati prohibentur inire pacta cum Clientibus suis, sicut expressum est *in l.* 1. §. *si cui, de variis & extraordinariis cognitionibus*, his verbis utitur, *n.* 4. *Præterea non obstat quod diximus, prohibitam esse pactionem inter Advocatos, & Clientes, quia omnes leges loquentes de illa prohibitione, intelligi debent ne paciscantur de quota super litem.* Hactenus Sichard. qui dicit hanc esse pulchram limitationem ad dictas leges. Idem tradit Roland. *conf.* 36. *n.* 21. *vers. secùs ubi promitteretur, vol.* 3. Plotus *tract. de in litem iurando*, §. 16. *n.* 10. ubi dicit quod valet pactum inter Advocatum & Clientem, quando fit non respectu ejus quod in litem deducitur, sed ratione alicujus certæ rei in litem non deductæ. Bald. *in l. si quis Advocatorum* 5. *n.* 2. *Cod. de postuland.* ubi dicit quod valet pactum de re quæ non est in lite inter Clientem & Advocatum. Idem dicit Aloysius de Leo *in eadem l. n.* 3. post Bald. Angel. & Salicet. *ibidem* allegat Gratian: *decis.* 218. *n.* 2. ubi tamen hoc limitat, *n.* 3. nisi pactum fieret in casum victoriæ, & *ibi* Additio rationem reddens: quia hoc casu esset pactum de quota litis; fieret enim habito respectu ad rem in judicium deductam, & bene Codex Fabr. *lib.* 2. *tit.* 6. *de procurat. definit.* 22. † Vbi dicit licitum esse 10
Advocato emere, aut aliter contrahere cum suo Cliente, dummodo non emat rem litigiosam, vel alienari prohibitam, imò universorum bonorum donationem à suo Cliente Advocatum recipere posse asserit; quanvis in illis bonis aliqua adessent litigiosa, *dict. tit.* 6. *definit.* 21. Nam ut ipse ait *definit.* 23. *n.* 6. sequeretur alioquin magno incommodo affici hujusce conditionis homines, ex publici officii susceptione, quod dici non debet.

Et hoc potissimùm locum habere debet favore li- 11
berationis necessariæ, ac dependentis ex contractu præcedenti inter easdem personas confecto, sicut depositarius rectè restituit pecuniam Monacho, vel ser-

uo,cum quo priùs contraxerat. Ludoviſ.*deciſ.*511.*n.*6. Rot.*deciſ.*487.*n.*4.*part.*1.*recent.* Addent.ad Ludoviſ. *dict. deciſ.* 511. *n.*32.

12 Neque nocere poteſt allegata confeſſio adminiſtratoris petentis ſibi condonati , vel fieri gratificationem, ad tollendum omnem ſcrupulum : quia talis confeſſio nullo modo nocere poteſt confitenti. Siquidem ſcrupulum dicitur quis iniicere , qui ſollicitudinem iniicit animo cujuſpiam ; & ſcrupulum tollit qui ſollicitudinem eximit : & ſic illa confeſſio nihil infert , aut probat , niſi ſollicitudinem animo
13 inhærentem, à quo confitens eximi deſiderabat,† ut probatur per text. *in l.cùm proponas, Cod. de interd. matrimon.* in illis verbis , *ut omnis ſcrupulus auferatur* ; ubi quod licèt ſine ratione dubitaretur utrùm ſocer prohiberetur dari curator nurui , cùm de jure id fieri poſſit ; tamen ut omnis ſcrupulus auferatur, peti poteſt ut alius ejus loco detur : & *ibi* Gloſ. *in verb. omnis ſcrupulus*, dicit ſcrupulum poſſe conſiſtere vel in jure,vel in facto : & Bald. *in ead. l.cum proponas, n.*2. dicit illum eſſe ſcrupulum ſuſpicionis , & ideo dicit quod vir bonus in eo quod facit, ita debet facere, quod non poſſit eſſe ſiniſtra ſuſpicio : & *ibidem n.*2. dicit , quod ad omne ambiguum removendum lex dat ibi conſilium , ut omnis tollatur ſcrupulus , ut *ibi* per eum.

Et ſanè ſcrupulus ita definitur,ut ſit levis quædam ſuſpicio , aut exiſtimatio ex levibus orta rationibus & fundamentis ; quia quis credit aliquid eſſe peccа-
14 tum,quod non eſt.† Quod intelligendum eſt non de vera ſuſpicione , vel credulitate , quæ aſſenſum producat ; ſic enim eſſet opinio,aut de ea quæ utriuſque partis aſſenſum excludat, ſic enim eſſet dubium ; ſed quando vehemens eſt apprehenſio ex levi fundamento quæ aſſenſum partis contrariæ non excludit , ſed titubare aliquantulum facit , unde ſcrupuloſa conſcientia dicitur quæ dubitat,ſed ex cauſa frivola,abſque tamen rationabili fundamento. Ita loquitur Sanch. *in præcept. decalog. lib.*1.*capit.*9.*numero* 2. vel aliter , ſcrupulus dicitur ſuſpicio levis , orta ex levibus fundamentis , qua quis putat aliquid eſſe peccа-
15 tum,quod revera non eſt. † Et conſcientia ſcrupuloſa,eſt illa quæ uni parti adhæret cum formidine partis contrariæ ex levi motivo,& minus ſufficienti fundamento, timendo ubi non eſt timendum : ut loquitur Bonacin. *in tract. de peccat. diſput.*2. *q.*4.*punct.*6.
16 *n.*2.*&* 3.† & ideo confeſſio illa acceptanda eſt,prout jacet,& cum omnibus ſuis qualitatibus. Surd. *conſil.*
17 258. *num.*4. Rot.*deciſ.*434.*num.*5.*part.*5.*recent.*† & verba gratificationis ſeu donationis petitæ ad fines tollendi ſcrupula non nocent , & non ſunt contraria redditioni rationum,in qua licitum eſt,ut omnis tollatur ſcrupulus , uti verbo donationis : ut bene deciſum fuit ad propoſitum in *Romana curæ* , *coram Illuſtriſſ.bonæ mem du Nozet, die Mercurii* 11. *Martii* 1620. quæ hodie reperitur inſerta *recent. tomo* 2. *partis* 4. *deciſ.*190.*n.*6.*&* 7. ubi dicitur non obſtare quod liberatio facta fuerit per viam donationis, quia hoc potuit fieri ad tollendas ſcrupuloſitates,quæ contingere potuiſſent.

18 Rurſus confeſſio illa non nocet , cùm non contineat aliquam ſummam certam,claram & determinatam, debet enim confeſſio concludere de neceſſitate, non per poſſibile. Surd.*conſil.*5. *numero* 45. Rota *deciſ.*131.*num.*18.*part.*1.*diverſ.*& 443.*numero* 8.*part.*1.
19 *recent.*† & in dubio interpretatio fieri debet ad favorem confitentis. Surd.*dict.conſil.*5.*numero* 48. Rot. *deciſ.*207. *num.*13. *part.*7. *recent.* Addent. ad Burat.
20 *deciſ.*443.*num.*5.*&* 6.† Et cùm dicta confeſſio nullam contineat certam quantitatem , debet intelligi de re modica , imò & de minima : per text. in *l.ſemper in obſcuris, quod minimum eſt ſequimur, ff.de reg. jur.* Tuſch.*tom.*2.*liter.C,concluſ.*651.*n.*1.poſt Oldrad. *conſil.*133.*n.*3.

Quintò concludendum eſt, Notarium deponen- 21
tem contra inſtrumentum per ipſum receptum , non poſſe præjudicare partibus contrahentibus. C.Fabr. *lib.*4.*tit.*16.*de fid.inſtrum.definit.*11.quem citat & ſequitur Hodierna ad Surd. *deciſ.* 107. *num.*2. & ideo quamuis Notarius deponeret ſcripturas juſtificativas computorum , non fuiſſe receptas per principalem, non obſtante confeſſione facta in inſtrumento , ejus depoſitio pro nihilo habenda eſſet.

Quamvis enim inſtrumentum videatur nudam 22
confeſſionem continere de receptis ſcripturis juſtificativis computorum ; tamen quia adſunt illa verba, *Confeſſus eſt ſe recepiſſe in præſentia mei Notarii & teſtium*,verba illa, maximè juncta clauſula illa,*præſentialiter,& in præſentia mei Notarii*, importat realem & actualem traditionem : quia verba illa non ſunt verba partis, ſed verba Notarii ideo referri non poſſunt ad partis confeſſionem, & ſic important realem traditionem : maximè cùm ſcripturæ eſſent præſentes tempore contractus.Socin.Senior.*conſil.*143.*n.*1. *verſic. hoc etiam demonſtratur,volum.*1.& aliam rationem ſubiicit Rota *deciſ.*310.*n.*4. *& ſequentib.part.*4. *recent.*Quod cùm in initio contractus,in quo de confeſſione fit ſermo,apponatur illa clauſula,*in præſentia mei Notarii, & teſtium* , repetitio eorundem verborum ineptè fieret in hac poſteriori clauſula , ſi non referretur ad realem & actualem traditionem.

Sextò concludendum eſt , non eſſe dubitandum, 23
quin mãdata dicto adminiſtratori facta,revocata fuerint ab illa die , qua principalis declaravit ſe velle quod illa habeantur pro cancellatis; cùm inſtrumenti cancellatio poſſit fieri verbo, vel facto;& ſola verbalis cancellatio ſufficiat. Tuſch.*litera C,concluſ.*20.*n.*3. *& concluſ.*22.*n.*23.

Neque poteſt dici,quod adminiſtratio facta fuerit 24
poſt revocatum mandatum , tanquam à negotiorum geſtore, quia in omnem eventum non teneretur reddere rationem,niſi de geſtis, cùm non acceſſerit omnia geſturus , juxta tradita *in l. tutori* 20.*Cod.de negot. geſtis.* † Et ut quis negotia alterius gerens teneа- 25
tur de non adminiſtratis , probanda ſunt requiſita ſequentia. Primò , quod alius erat geſturus illa quæ ipſe neglexit. Secundò , quod ille alius erat diligens. Tertiò , quod ille alius omiſit gerere , ex eo quod ſciebat iſtum adminiſtratorem omnia eſſe geſturum. Corneus *dict. conſil.*81.*n.*6. *volum.*4. Rot. *dict. deciſ.* 470.*n.*4.*part.*1. *recent.*

Septimò concludendum eſt, ex computorum ſoli- 26
datione facta inter principalem & adminiſtratorem, induci plenam liberationem. Surd.*deciſ.*217.*num.*144 Cyriac. *controverſ.*494. *numero* 16. ubi aderat ſola confeſſio quod computa fuerant ſolidata:imò ſolam enunciativam ſolidationis computorum probare, & fidem facere cenſuit Gratian.*diſcept.forenſ.capit.*739. *num.*30. *&* 35.† Accedente maximè geminatione 27
confeſſionum, & ſolidationis computorum , quæ facit ut omnia præſumantur facta cum majori deliberatione.Tuſch.*litera A,concluſ.*203.*num.*87. Montan. *de tutel.c.*38.*n.*162. Vnde non poteſt audiri principa- 28
lis adversùs liberationem juratam, niſi probet dolum verum , & non præſumptum. Rot. *deciſ.*101. *per tot. poſt conſil. Farinac.*

Imò antequam audiatur, non debet audiri niſi 29
reſtitutis ſcripturis prius acceptis ; alioqui ipſi deneganda eſt audientia , etiamſi jurejurando præſtito affirmare vellet coram Iudice ſe ſcripturas illas amiſiſſe,

aut

29 aut præ manibus non habere, †ut decidit Rot. coram Illustriss. Domino du Nozet, 14. *Ianuarii* 1619. *in tract. Romanæ Curiæ, decis.* 71. *n.* 6. *part.* 4. *recent. tom.* 2. & 11. *Martii* 1620. coram eodem inserta, *ibid. decis.* 190.

30 Nec obstant verba gratificationis, cùm non sit inconveniens, nec à jure alienum, quod creditor legitimæ ætatis suo administratori multas partitas per eum debitas gratiosè condonet, & remittat, cùm bonis suis uti & abuti possit, & de illis gratiam facere, vel donare, ut per text. *in l. calculi, vers. sed & si gratiosè, ff. de administr. rer. ad Civit. pertin.* & determinat Montan. *de tutel. c.* 38. *n.* 165.

31 Vltimò concludendum est, metum amissionis instrumentorum, justum dici, quando ageretur de libertate vel statu personæ, & ideo tunc ille metus sufficeret ad rescindendum contractum, ut dicit text. *in l. isti quidem* 8. & *ibi* Gloss. & DD. *ff. de eo quod metus caus.* quem ita intellexit Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 5. *n.* 6. Farin. *in fragm. in verb. metus, n.* 117.

32 Sed quando agitur de aliis instrumentis, dicta regula non procedit, nisi talia essent instrumenta, in quibus consisteret verificatio majoris partis bonorum, quæ aliunde haberi non posset; idque non propter instrumenta, sed propter metum amissionis bonorum, quorum major pars amitteretur si instrumenta deperderentur, aut comburerentur, ut dicit Glos. *in d. l. isti quidem, §.* 1. *in verb. metu,* & *ibidem* Bald. Alberic. & alii; & ideo ratio cessat, si instrumenta non sint prædictæ qualitatis, maximè si sint simplices extractus, quorum originalia facilè apud Notarios reperiri possunt.

CAPVT LXIX.

Matrimonio contracto secundum usus & consuetudines civitatis Parisiensis, utrùm debita pendente matrimonio exacta, quorum origo matrimonium præcedebat, inter acquæstus numerentur ad effectum, ut cadant in conjugalem societatem. Fructus pendentes & radicati tempore mortis mariti, utrùm incidant in communionem. Quid sit dicendum de arreragiis, seu reliquis annuorum redituum: expensa funeris an sit onus communionis conjugalis, an verò spectet ad hæredes mariti. Quid de legatis per maritum factis in favorem domesticorum. Redemptio bonorum instantibus antiquis creditoribus vili pretio distractorum, si per maritum constante matrimonio facta sit de suis pecuniis, an in eo quod utilitatis accessit, partem habeat uxor bonorum socia, an etiam in melioramentis constante matrimonio factis, & quomodo illa ad hoc debeant æstimari.

SVMMARIVM.

1 *Stante pacto communionis inter virum & uxorem, debita ante matrimonium concepta, & per maritum constante matrimonio exacta, non numerantur inter acquæstus.*

2 *Diminutiones patrimonii post mortem testatoris convenientes, si causam habeant à tempore vitæ testatoris, falcidiam diminuunt.*

3 *Quæ post mortem obvenerunt in hæreditate, ex causa, quæ habet originem vivente testatore, augent hæreditatem & falcidiam.*

4 *Consolidatio ususfructus facta tempore matrimonii ex causa præcedenti, censetur facta ante matrimonium.*

5 *Quod dependet causativè à suo principio, referri debet ad principium.*

6 *Si pactum redemptivum executioni demandetur, soluto matrimonio, referendum est ad tempus matrimonii, quo fuit contractum.*

7 *Fructus pendentes, & radicati tempore mortis mariti, sunt hæreditarii; sed expensa culturæ pertinet ad communionem.*

8 *Fructus pendentes in bonis patrimonialibus uxoris, non communibus, spectant ad uxorem tempore mortis mariti, & fit eorum compensatio cum fructibus pendentibus in bonis mariti.*

9 L. divortio, ff. soluto matrimonio, *non habet locum in Gallia, quoad bona in quibus maritus & uxor ex consuetudine sunt in communione.*

10 *In fructibus tamen beneficiorum,* l. divortio, *servatur in Gallia, & fructus mortuo beneficiato pro rata dividuntur inter hæredem, & successorem beneficii.*

11 *Arreragia annuorum reddituum spectant ad societatem conjugalem.*

12 *Reditus annui currentes tempore mortis mariti & dissolutæ communionis, reputantur inter acquæstus.*

13 *Pensiones seu præstationes reales quæ debentur occasione bonorum immobilium, eodem jure censentur quo fructus bonorum immobilium.*

14 *Expensæ funerum sunt onus hæreditatis, non societatis conjugalis.*

15 *Legata gratuita per maritum facta, de illius hæreditate, & non de bonis communionis solvenda sunt.*

16 *Legata in eo in quo sunt onerosa, & verè remuneratoria, uxor bonorum socia pro parte sua solvere tenetur.*

17 *Si maritus bona antiquis creditoribus viliori pretio distracta redemerit, utilitatem inde provenientem communem esse verum est, sed dubium, utrùm communicari debeat æstimatio maioris valoris, an verò ipsum prædium, seu res redempta.*

18 *Verius est hoc casu uxorem, solam pretii partem prætendere posse.*

19 *Si de bonis ante matrimonium quæsitis transactum fuerit mediante pecuniâ, sola pecunia in communione ponenda est.*

20 *Si maritus prædium patrimoniale retraxerit, non prædium, sed pecunia qua retractus factus est, in communionem venit.*

21 *Ius retractus competit ratione personæ, non autem ratione bonorum socialium.*

22 *Quando finis habet necessariam connexitatem ad suum principium, debet haberi respectus ad principium, & non ad finem.*

23 *Reparationes & melioramenta per maritum constante matrimonio facta, annumerantur inter acquæstus, quatenus bonorum æstimatio aucta fuit.*

24 *Melioramenta solo cedunt, & sunt ejusdem naturæ, prout ipse fundus.*

25 *Æstimatio reparationum fieri debet, prout bona meliora facta fuerunt, habito respectu ad tempus dissolutæ societatis.*

26 *In societate conjugali, inæqualitas omnino vitanda est.*

MAritus uxori medietatem acquæſtuum & conquæſtuum, ſecundum uſum & conſuetudinem Pariſienſem in contractu matrimonii donaverat: mortuo marito, variæ ortæ fuerunt difficultates, ut dicta medietas ad praxim reducta & liquidata uxori traderetur: quarum reſolutio pro interpretatione ſimilium contractuum utiliſſima eſt.

In primis dubitatum fuit utrùm ſummæ quæ marito debebantur ante contractum matrimonii,& pendente matrimonio exactæ fuerunt,numerari debeant
1 inter acquæſtus. † Reſpondi debita exacta pendente matrimonio,dependentia ex contractibus ante matrimonium celebratis, inter acquæſtus pendente matrimonio factos numerari non poſſe,cùm originem ducant à cauſa antecedenti,ideo à primordio tituli poſterior formetur eventus.Probatur per text.*in l.in rationem* 11.*§.Imperator,ff.ad l.falcid.* †
2 ubi deciditur diminutiones patrimonii teſtatoris, ſi poſt mortem ipſius ſupervenerint, habeant tamen caſum & originem tempore vitæ ipſius,cenſeri ſuperveniſſe tempore vitæ,& per conſequens per ipſas falcidiam diminui, ita ut ſemper debeat haberi ratio cauſæ & originis, *l. ſervi qui apud hoſtes* 42. *ff.ad leg. falcid.* ubi dicitur quod ſervi qui apud hoſtes ſunt, poſt mortem teſtatoris reverſi, quod ad falcidiam pertinet, locuple-
3 tiorem faciunt hæreditatem. † Ex qua lege Alexander colligit res quæ poſt mortem ſupervenerunt ex cauſa habente originem in vita teſtatoris,in patrimonio computari.Chaſſan.*in conſuet Burg.rubric.*4.§.9. *n.*3. Lupus *in tract.de lucris mariti, & uxor.c.*6. aliàs
4 §.62.*n.*13.*verſ.cogitabis*,ubi dicit† quod conſolidatio uſusfructus cum proprietate, quanvis fiat tempore matrimonii; tamen habet originem à tempore præterito, antequam matrimonium eſſet contractum, nempe vel ratione legati, vel alterius diſpoſitionis, propter quam poſtea fit dicta conſolidatio: unde ju-
5 dicari debet ac ſi ante matrimonium facta fuiſſet.†Et ex quo finis, id eſt ſolutio,habet neceſſariam conſequentiam ad ſuum principium, maximè cauſativè, habetur reſpectus ad initium, & non ad finem. Argent. *in conſuet. Britan.art.*219.*gloſ.*6. *n.*4. *litera E,*
6 *& F*: † ubi dicit,quod ſi virtute contractus durante matrimonio facti acquiratur in vim pacti redemptionis in eo appoſiti, cujus pacti conditio poſt ſolutum matrimonium exiſtat; de eo ſic debet judicari, ac ſi diſſoluti matrimonii tempore res in rerum natura,& in bonis conjugum reperta eſſet in primatia ſua natura. Louet *litera A,n.*3. & *ibi* Addent.

7 Secundò concludendum eſt, fructus bonorum patrimonialium, ſeu propriorum mariti pendentes & radicatos tempore mortis mariti eſſe hæreditarios,& pertinere ad hæredem; cum onere tamen ſolvendi communioni ſeu ſocietati conjugum medietatem laboris & ſeminis, juxta *art.*231.*conſuetud. Pariſien.* Bacquet. *in tract. des droits de juſtice, cap.*15. *n.*59.
8 † ubi idem dicit obſervandum eſſe, tam in fructibus pendentibus in bonis patrimonialibus uxoris, quàm mariti, & ſi fructus bonorum,tam mariti quàm uxo-
9 ris concurrant,fieri compenſationem.†Et hac ratione legem *diuortio,ff.ſolut.matrim.* aſſignantem marito fructus bonorum dotalium pro rata temporis,quo ſuſtinuit onera matrimonii, non obſervari in caſibus in quibus viget conſuetudo Pariſienſis, dum agitur
10 de fructibus bonorum dotalium: † ſecus ſi agatur de fructibus beneficiorum, in quibus locus eſt diſpoſitioni *dict.l. divortio*, in Gallia, ſicuti & *c. fin.§.porrò, de offic.Ordin. in* 6.cùm poſſidentes beneficia faciant fructus ſuos pro rata temporis,quo ſuſtinuerunt onera beneficii, ſive ſit Epiſcopatus, ſive Abbatia, ſive Prioratus, aut alia Eccleſia. Et quod ſupradictumeſt de fructibus bonorum dotalium confirmatur ex traditis per Bouvot *in qq. notab. part.*2. *in verb. fruits, quæſt.*1.

Tertiò concluditur, omnia arreragia, ſive reliqua 11
annuorum reditnum inter acquæſtus & mobilia numerari,& per conſequens in iis uxori competere medietatem vigore pacti, ipſam verò ſortem ſeu capitalia dictorum annuorum reditnum, immobilia judicari: ut notat Argentr. *in conſuet. Britan.art.*219. *gloſſ.*5,*n.*5.maximè ſtante *art.*94. *conſuetud.Pariſienſis*, quo ſtatuitur reditus in pecunia numerata conſtitutos, inter immobilia numerari antequam redimantur.†Sed quod attinet ad reditus currentes tem- 12
pore mortis mariti, certum eſt illos computari debere pro rata temporis inter acquæſtus & mobilia,cùm ſint fructus civiles,qui ſingulis diebus percipiuntur. Bald. *in c. cùm M, n.*5. *col.*2. *verſ. nota quod domina, de conſtitutionib.* Covar. *lib.*1. *var. reſol. c.*15. *n.*10. *& ſeqq.* Tiraq. *lib.*2. *de retract.* §.5. *gloſ.*3. † Sed 13
hoc intelligendum eſt de penſionibus perſonalibus, non autem de realibus, quæ debentur reſpectu fructuum bonorum immobilium,pro quibus debentur, ut notant Covar. & Tiraq.*in locis ſupra citatis.* Caſtill. *de uſufruct. c.*78.

Quartò quoad expenſas funerum illæ ſolvi debent 14
per hæredem de bonis hæreditatis, non de bonis communionis ſeu ſocietatis conjugalis,quia mortuo marito uxor non tenetur ad aliquam contributionem, ideo debet remanere exempta à ſolutione expenſarum funeris, quæ incipit duntaxat deberi poſt mortem mariti, per quam extincta fuit ſocietas conjugalis. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.*4. §.9. *in verb. ez frais funeraux, n.*1. *& ſeqq.*

Quintò, quod attinet ad legata per maritum facta 15
in favorem familiarium & domeſticorum,diſtinguendum eſt: aut enim ſunt legata gratuita, aut remuneratoria: ſi gratuita,non potuerunt per maritum fieri in præjudicium uxoris, ad quam medietas acquæſtuum & conquæſtuum pertinebat. Chaſſ. *d.* §.9. *in verb.& ne ſont point legats,n.*1.*&* 2.nam per *art.*196. aliàs 94. *dictæ conſuetudinis Pariſien.* prohibita eſt marito diſpoſitio teſtamentaria in præjudicium acquæſtuum & conquæſtuum, quorum medietas pertinet ad uxorem.

Si verò ſint legata oneroſa & remuneratoria, ca- 16
pienda ſunt ſuper bonis ſocietatis conjugalis pro rata oneris. Argentr.*d.art.*219. *gloſ.*5.*n.*1.*&* 2. Segura *in d.tract.de lucris mari. & uxor.n.*34. Roder. Suar. *in eod. tract. n.*52. aliquid ſimile Renat. Chopin. *in tract.de privileg.ruſtic.lib.*3.*c.*4.*verſ.ita autem legib.*

Sextò majus dubium videtur circa ſolutiones fa- 17
ctas creditoribus bonorum patrimonialium antiquorum, quæ cùm vili pretio diſtracta fuiſſent, illáque publico decreto creditoribus antiquis adjudicata; fuerunt per maritum,teſtituto illis pretio,redempta; utrùm videlicet major ille bonorũ valor pro medietate ad uxorem,tanquam acquæſtus pertinere debeat; an verò ad hæreditatem mariti,jure patrimonii;ſiquidem Chopin. *d. c.*4.*mox citato*, necnon Additio ad Papon.*lib.*15.*arreſt.*22.*in verb. ſi le mary vend*,loquũtur alternativè, nempe quod maritus redimens bona antiqua propriis pecuniis,tenetur in ſocietate reponere vel acquiſiti fundi, vel pretii partem, & eodem modo loquitur arreſtum Kalendis Martii,anno 1567. prolatum, de quo loquitur Chopin. *loco citato.*

Nihilominus tamen verum videtur, viduam ni- 18
hil poſſe prætendere ultra dimidiam partem pretii per maritum ſoluti. Ratio eſt, quia bona redempta ſunt antiqua, & patrimonialia: & per conſequens maritus non auxit patrimonium ſuum, niſi quoad

pretium

pretium exbursatum, in eo verò quod est ultra pretium solutum, non tam acquirere quàm non amittere maritus censetur, unde Argentr. *d.art.219. glos.5. n.5.* de sola pretii computatione loquitur. Lovet. *litera T, n.5.* † Vbi concluditur, quod de bonis ante matrimonium quæsitis, factâ transactione mediante pecuniâ, sola pecunia incidit in communionem, non autem bona transactione quæsita; non enim omnis acquisitio communicatur inter virum & uxorem, sed solùm ea quæ fit constante matrimonio, & non dependet à jure jam alteri eorum ante matrimonium quæsito, ut dicit Addit. *ad dictum n.5. litera A.* Idem Louet *litera A, n.3.*

19

20 Et præmissa probantur ex communi DD. conclusione, qui dicunt quod quando maritus fundum patrimonialem retraxit, pretium per eum solutum pro retractu commune sit inter conjuges, non autem ipse fundus. Ita Sancius *in tract. de divis. bonor. lib.2. c.11. n.11. & 47.* Ratio est in jure fundata; † quia videlicet jus retractus acquiritur contemplatione personæ, & ex causa speciali, & per consequens non debet ejus occasione quidpiam acquiri societati, *l. verè, §. si servo, ff. pro socio,* & generale est, † quod quando finis habet connexitatem necessariam cum suo principio, debet haberi respectus ad principium, non ad finem, *l. damni infecti, §. Sabini, ff. de damno infect. l. quod ait lex, §. final. & l.3. §. scio, ff. de minor. d.l. in ratione 1. §. Imperator, ff. ad leg. falcid.* & per has rationes, aliáque jura per eum deducta sic resolvit Anton. Gom. *ad l.70. Tauri, n.28.*

21

22

23 Septimò, quod attinet ad reparationes & melioramenta notabilia per maritum constante matrimonio facta, illa reputantur inter acquæstus, quatenus illis mediantibus hæreditas aucta fuit in valore; & æstimationes; nam quoad melioramenta pro sola commoditate facta, vel ea quæ non sunt magni momenti, inter acquæstus computanda non sunt. Consideranda igitur tantùm sunt melioramenta, in quantum bonorum valorem adaugent. Charond. *lib.2. respons.63.* †

24 cùm meliorationes & reparationes solo cedant, & ejusdem naturæ sint cujus ipse fundus, si sint permanentes, veluti muri, solaria, camini, & aliæ similes concernentes partes integrales domus, quæ propterea non debent æstimari, nisi quatenus bona in valore aucta sint, juxta relationem per peritos faciendam. Bouvot *in qq. notab. part.2. in verb. Mere, q.3. vers. enquis aussi si les reparations.*

25 Æstimatio autem hac ratione facienda est, ut non rudera, aut materia vel cæmenta, nec omnes expensæ per maritum factæ inspiciantur; sed quantitas & valor auctus bonorum mediantibus reparationibus, non quidem respectu temporis quo meliorationes factæ sunt; sed respectu temporis quo societas conjugalis dissoluta fuit. Bouvot *in cõsuet. Burgund. tit. des droits appartenans aux gens mariez, §.25. vers. s'il y a edi-*

26 *fice, fol.193.* † Et ratio evidens est, quia si aliter fieret, oriri posset magna inæqualitas & disproportio inter socios acquæstuum, contra naturam societatis; & maritus forsan potuisset fecisse magnas expensas, per quas bona non fuissent aucta in notabili valore; vel forsan ex aliqua causa exterioti, utilitas per reparationes causata ad nihilum, vel ad modicum reduci; & hoc casu sequeretur absurdum, nempe quod ad maritum nulla aut pauca devenisset utilitas; ad uxorem verò magna: & tota jactura marito, tota verò expensa societati tribueretur, quod non est dicendum. Hæc probantur *in l. domos 61. ff. de legat.1.* ibi, *ædificiorum, &c.* Bart. *in l.3. ff. de impens. in reb. dotal. factis*, Barbos. *in l. divortio, §. fin. n.40. vers. est tamen advertendum, ff. solut. matrim.*

CAPVT LXX.

Matrem gravatam de restituendo alicui ex filiis hæreditatem, in qua adsunt pecuniæ & mobilia, teneri cavere non solùm juratoriè, sed etiam idoneè. Quomodo intelligendum sit quod dicitur, illam non teneri cavere, nisi pro possibilitate. Quomodo substituto consulendum sit, si mater idoneè cavere non possit. Et quid continere debeat hujusmodi cautio.

SVMMARIVM.

1 *Hæres gravatus tenetur regulariter cavere de restituendo fideicommissum.*

2 *Pater vel mater gravati de restituendo fideicommissum, non tenentur cavere: quod an verum sit, vide inferius, n.17.*

3 *Pater vel Dominus qui filium emancipavit, vel servum manumisit, non tenentur ad cautionem fideiussoriam, sed tantùm ad juratoriam.*

4 *Textus in l.* jubemus, §. in supradictis, Cod. ad Trebellian. *non est extendendus extra casum suum.*

5 *Mater gravata de restituendo liberis suis ab alio, quàm à proprio parente primi gradus, tenetur cavere de restituendo fideicommissum liberis.*

6 *Mater etiam à proprio parente gravata tenetur fideicommissi nomine cavere liberis suis, si ad secunda vota transierit.*

7 *Quando mater gravata non est filia primi gradus gravantis, tenetur liberis suis cavere fideicommissi nomine.*

8 *Cautio de fideicommissis præstandis, est in usu quoad mobilia & pecunias, non quoad immobilia.*

9 *Mater tenetur cavere liberis pro possibilitate. Intellige ut n.14.*

10 *Cautio per hæredem gravatum præstanda est de bonis fideicommissi servandis, & non deteriorandis, & de dolo malo abfuturo, & de restituendo bona casu restitutionis adveniente.*

11 *Cautio fideicommissi nomine præstari debet idonea, datis pignoribus, vel fideiussoribus.*

12 *Si hæres gravatus solam offerat juratoriam cautionem, peti potest per fideicommissarium, ut mittatur in possessionem bonorum.*

13 *Cautio juratoria non admittitur, quando alio modo partibus potest esse consultum, veluti per depositum, vel aliis modis.*

14 *Quod dicitur, hæredem teneri cavere tantùm pro possibilitate, intelligendum est ut procedat quoad immobilia; nam quoad mobilia & pecunias debet cavere idonee.*

15 *Cautio admittitur pro possibilitate, quando agitur de Regno, vel Ducatu.*

16 *Idem dicendum est si ageretur de tam magno & amplo matrimonio, ut impossibile esset reperiri fideiussorem.*

17 *Quando mater, aut alius gravatus non potest cavere idoneè, mittitur fideicommissarius in possessionem bonorum causâ rei servanda, vel providetur partibus per depositum, seu sequestrum apud personam idoneam.*

DVbitatum fuit, utrùm mater hæres inſtituta, & gravata de reſtituendo filio, teneatur & cogi poſſit ad dandam cautionem, ſaltem pro mobilibus reſtituendis, adveniente caſu fideicommiſſi.

1 Regula generalis eſt, quod hæres gravatus de reſtituendo, tenetur dictam cautionem præſtare, ut tradunt plurimi DD. allegati per Fuſar. *de ſubſtit. q.* 515. *n.* 1.

2 Sed tamen regula illa limitatur per Peregr. *art.* 40. *n.* 10. *in fine*, ut locum non habeat in patre vel matre, gravatis de reſtituendo liberis ſuis: ſequitur Fuſar. *de ſubſtit. d. quæſt.* 515. *n.* 12.

3 Verùm, hæc limitatio non procedebat in caſu propoſito, quia text. *in l. filio* 7. *ff. ut legat. & fideicom. nom. caveatur*, quo præcipuè nititur Fuſar. *loco citato*, loquitur ſpecialiter in patre qui filium habebat in ſua poteſtate, vel Domino qui erat gravatus de reſtituendo ſervo ſuo ſub conditione. Nam ſi pater filium emanciparet, vel Dominus ſervum manumitteret, diſputabatur utrùm cautio peti poſſet: ſed in hoc dubio Paulus Iuriſconſultus mediam viam eligendo dixit, illos teneri præſtare cautionem duntaxat cum hypotheca rerum ſuarum, & ſic juratoriam, non autem fidejuſſoriam. Quod ideo ſic conſtitutum fuit, ne patri, vel Domino beneficium emancipationis, ſeu manumiſſionis eſſet oneroſum: ut dicit Gloſſ. *in d. l. filio*, & *ibi* DD. & ideo textus ille non debet extendi ad matrem, cui non convenit emancipatio, cùm liberos non habeat in poteſtate.

4 Textus autem *l. jubemus* 6. §. *in ſupradictis*, *Cod. ad Trebell.* ad quem ſe remittit Peregr. obiter tantùm loquens, & non ex profeſſo tractans, *loc. cit. n.* 10. *in fine*, procedit duntaxat in ſuo caſu ſpeciali, ut probatur ex verbis dicti textus, ibi, *in ſupradictis autem caſibus*. Vnde cùm *in d. l. jubemus*, expreſſus tantùm fuiſſet caſus, quando pater vel mater, qui erat filius vel filia primi gradus reſpectu teſtatoris, gravatus vel gra-
5 vata erat reſtituere liberis ſuis: † ideo diſpoſitio *d. l.* ceſſare debet quando non agitur de matre gravata reſtituere liberis ſuis ab alio, quàm à proprio parente primi gradus: ut benè advertunt Molin. *tract. de primogen. lib.* 1. *cap.* 15. *n* 31. *verſ. qua ratione*. Rota *deciſ.* 168. *à n.* 4. *uſque ad* 11. *part.* 5. *recent.* Bertrand. *conſ.* 19. *n* 2. *part.* 1. *poſter.* Cancer. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 2. *n.* 130. *in fin. in novis.*

6 Gallus autem (quem allegat Fuſar. in contrarium) *in tract. de except. part.* 2. *except.* 23. *n.* 93. *fol.* 537. non loquitur de matre, ſed tantùm de patre, per text. *in d. l. filio* 7. *ff. ut legatorum & fideicom. nomine caveatur*; & dum dicit quod conjux ad ſecundas nuptias tranſiens, tenetur cavere de reſtituendo fideicommiſſo, loquitur in caſu dicti §. *in ſupradictis*, non autem generaliter de qualibet matre gravata.

7 Plotus autem in loco per Fuſar. allegato, nempe *in tract. de in lit. iurand.* §. 26. *n.* 6. *in fin.* ſe remittit etiam ad diſpoſitionem *dictæ l. jubemus*, & ad Gloſſ. *l.* 1. *ff. ut legat. vel fideicom. nomin. caveat.* quæ in *verb. ſemper*, *in fine eiuſdem gloſſæ*, allegat *l. jubemus*, ut probet quod liberi teſtatoris non ſatiſdant, niſi teſtator id præceperit; ſtatim ſubdit id eſſe ſpeciale, quando filius à patre rogatus eſt reſtituere filio ſuo: & ſic paret quod illa limitatio locum habere non poteſt quando mater illa, quæ eſt gravata de reſtituendo filiis ſuis, non eſt filia ipſius teſtatoris: atque ita remanet firma ſententia Molinæ *loco citato*.

8 Et licèt aliqui DD. aſſerant cautionem iſtam nomine legatorum, & fideicommiſſorum non eſſe in uſu, prout D. Ludov. Bell. *conſ.* 106. *n.* 7. tamen conſuetudo illa locum habere non poteſt quoad mobilia, ſed tantùm quoad immobilia, ut tenuit Rota Romana *deciſ.* 168. *num.* 5. *part.* 5. *recent. & deciſ.* 193. *n.* 11. *part.* 6. *recent.*

Sed iterum dubitatum fuit, poſito quod mater te- 9
neatur cavere pro mobilibus & pecuniis hæreditariis, utrùm teneatur tantùm cavere juratoriè, & pro poſſibilitate, juxta Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 10. *poſt medium*, *verſ. pro poſſibilitate tamen.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 82. *n.* 5. *cum aliis per eum allegatis.*

His non obſtantibus remanet firma concluſio, ma- 10
trem teneri ad præſtandam idoneam cautionem de bonis fideicommiſſi ſervandis, & non deteriorandis, & de dolo malo abfuturo, & de reſtituendo bona caſu reſtitutionis adveniente, iuxta formam traditam per Riminald. jun. *conſ.* 656. *n.* 13. Ratio eſt, quia cau- 11
tio iſta eſt prætoria, & propterea non ſufficit juratoria; ſed debet eſſe idonea, datis pignoribus, vel fidejuſſoribus: ut benè comprobat Cujac. *lib.* 9. *obſerv. c.* 5. *& in notatis ad Paul. lib.* 14. *ad edictum*, *in l. de die* 8. §. *tutor*, *ff. qui ſatisdar. cogant. vol.* 1. *fol. mihi* 983. quod etiam tradit Lupus *in repetit. cap. per veſtras*, *de donat. inter vir. & uxor. in* 2. *part.* §. 44. *n.* 5. *fol. mihi* 67. *& in* 3. *&* 4. *col.* Peregr. *d. art.* 40. *n.* 10. his verbis, *& cautio cum fidejuſſoribus idoneis eſt præſtanda*, per text. *in l.* 1. *ff. ut legat. nom. caveat.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 15. *&* 18. per *l. quoties*, *ff. qui ſatisdare cogant.* † Ita ut ſi hæres ſolam jurato- 12
riam offerat cautionem, non audiatur, ſed fideicommiſſarius mittendus ſit in poſſeſſionem. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 18. *n.* 104. & ita fuit deciſum per Ioſeph. Ludoviſ. *deciſ. Peruſ.* 63. *per tot.* maximè *n.* 10. *& ſeqq.* ea ratione, † quia cautio juratoria non admitti- 13
tur, quando alio modo conſultum eſſe poteſt utrique parti, prout in hoc caſu, in quo pecunia & mobilia, ſeu pretium ipſorum reponi poſſunt penes honeſtam perſonam, & ad honeſtum lucrum, ut ſic hæres fructus habeat, ſubſtitutus verò capitale, eveniente caſu reſtitutionis conſequatur: ut dicitur *in d. deciſ.* 63. per Ioſeph. Ludoviſ. *n.* 23. *&* 24. poſt Roland. *conſil.* 43. *n.* 49. *vol.* 2. Hering. *d. cap.* 18. *n.* 111. Surd. in ſimili caſu, *deciſ.* 141. *n.* 14.

Et ex his non obſtant tradita per Gratian. & Pe- 14
regr. *in locis ſuprà citatis*, quod ſcilicet hæres non teneatur cavere niſi pro poſſibilitate: quia intelligenda ſunt quando fideicommiſſum conſiſtit in rebus immobilibus, prout ita intelligenda eſſe cenſuit Rota Romana *d. deciſ.* 168. *n.* 5. *& 6. part.* 5. *recent.* cùm ut mox diximus, ipſemet Peregr. *d. n.* 10. aſſerat, cautionē hujuſmodi cum fidejuſſoribus eſſe præſtandam, qui niſi ita intelligeretur, ſibi eſſet contrarius, & in effectu DD. ferè omnes ſe remittunt ad Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 18. *&* 19. qui loquitur in caſu ſpeciali, videlicet † ſi ageretur de Regno, Ducatu, vel 15
alio magno patrimonio, pro quo nullus idoneus poſſet reperiri fidejuſſor; quo caſu dicit admittendam eſſe cautionem pro poſſibilitate. Rodetic. Suar. *de comperendinationibus*, §. *nunc opportunè*, *n.* 18. *verſ. unum tene menti*, *fol. mihi* 199. † Vbi dicit quod ſi 16
pupillus eſt ita dives, ut nimis eſſet difficile invenire talem fidejuſſorem, poterit tolerari etiam minus ſufficiens, quod probat per text. elegantem *in l. fin.* §. *ſed ſiquidem*, *Cod. de curat. furioſ.* ibi: *tunc etiam fidejuſſio in quantum poſſibile eſt*, *ab eo exploretur*, quem textum dicit allegari per Bald. *in l. fin. Cod. de Magiſtrat. conveniend.* & in hoc caſu intelligenda ſunt ea quæ dicuntur per præfatos DD. dum volunt cautionem admittendam eſſe pro poſſibilitate.

Et hoc caſu ſi mater gravata non poſſit alia ra- 17
tione cavere pro mobilibus & pecuniis, aliis remediis pro poſſibilitate providetur; nempe quod ſi cautio præſtari non poſſit, fiet immiſſio in poſſeſſionem bonorum

bonorum, causâ rei servandæ, vel alio iuris remedio providebitur, ut tenet Gomes. *in l. Taur. 40. num. 78.* Lup. *in d. cap. per vestras, §. 44. numero 5. in fine*, ubi dicit quod potest fieri tali casu sequestrum apud idoneam personam, quæ bona teneat pro securitate successoris.

Vnde sequitur non sufficere cautionem juratoriam pro mobilibus & pecuniis, sed Iudicem debere securitati & indemnitati successoris, quando agitur de pecuniis vel mobilibus, providere.

CAPVT LXXI.

Incrementa per alluvionem territorii alicujus loci accedentia, utrùm spectent ad Dominum jurisdictionalē hujus loci, an verò ad particulares prope ripam prædia possidentes; an denique ad fiscum. Quid si Dominus fuerit investitus de toto territorio, aut si concessa illi fuerint Regalia? Vtrùm flumen non navigabile omni genere navigii, contineatur sub nomine Regaliorum. Et quando verum sit, Communitatem esse fundatam in pascuis, nemoribus, & terris herbidis.

SVMMARIVM.

1 *Quibus concessum est prædium limitatum, jus alluvionis competere non potest.*
2 *Alluvio non mutat confines territoriorum, nec parochiarum, quando sunt limitati.*
3 *Alluvio utrùm mutet terminos iurisdictionum. Remissivè.*
4 *Si agri non sint limitati, quod alluvione quæritur, pertinet ad prædium vicini iure gentium.*
5 *Officiales Principis iure prætendunt incrementa alluvionis, si talis sit consuetudo.*
6 *In Gallia incrementa pertinent ad Regem.*
7 *Hodie iure Romano fiscus occupat incrementa alluvionum.*
8 *Iure novissimo, omnia ferè prædia limitata conceduntur.*
9 *Quidquid prædiis ultra mensuram limitatam accedit, hodie ad principem spectat, cùm nullius in bonis sit.*
10 *Dominus loci investitutus de toto territorio, dominus est incrementorum.*
11 *Idem dicendum est, si Domino iurisdictionali concessa fuerint à Principe Regalia.*
12 *Rates appellatione navigii continentur.*
13 *Flumen dicitur navigabile, quamvis non omni navigii genere sit navigabile, ideo illius incrementa dicuntur de Regalibus.*
14 *Cursus aquarum, flumina & lacus pertinent ad eum, ad quem pertinent Regalia.*
16 *Bona vacantia pertinent ad fiscum, si quis nullo relicto hærede moriatur, nec non omnia bona herema, & à nemine possessa.*
16 *Si dominus loci incrementa alluvionis possideat, præsumuntur feudalia.*
17 *Si bona possideantur per feudatarium, præsumendum est illa à Principe fuisse possessa tempore concessionis, & tradita feudatario per Principem.*
18 *Investitus de territorio, præsumitur investitus de omnibus contentis in ipso.*
19 *Bona herema & pascua quæ non possidentur per Communitatem, sed per Dominum, præsumuntur esse Domini.*
20 *Princeps concedens investituras cum clausulis amplissimis, censetur concessisse prædia inculta.*
21 *Non datur actio spolii contra feudatarium ratione illius rei cuius possessio erat apud concedentem.*
22 *Dominus non potest uti pascuis, nisi moderatè, non autem ut convertat totum in suam utilitatem.*
23 *Intellige de pascuis in quorum possessione est Communitas, non autem quoad pascua in quorum possessione Dominus loci reperitur: cùm in illis habeat pro se iuris præsumptionem.*
24 *Ex generali Galliæ consuetudine Domini iurisdictionales præsumuntur Domini pascuorum, nemorum, & similium bonorum.*

NOn levis est disceptatio circa incrementa territorio per alluvionem adjuncta, cùm particulares prædia vicina habentes, illa ad se spectare contendant, Dominis iurisdictionalibus eadem vindicare volentibus, quibus accedit fiscus supremi Principis, seu Agentes & Officiales ipsius, qui & Dominos loci & particulares excludere volunt, prætendentes jus sibi competere illa in emphyteusim concedendi sub reservatione directi dominii, & canonis annui.

Particulares quidem, si agri ipsis limitati concessi fuerint, nullum ius alluvionis prætendere possunt, *l. in agris, ff. de acquir. rer domin.* † Vnde nec alluvio mutat confines territoriorum, nec parochiarum, quando sunt limitati. Peregr. *de iure fisc. lib. 8. n. 77.* † Qui *n. 80.* explicat, utrùm ex alluvione mutetur iurisdictio. † Si verò agri non sunt limitati, quidquid per alluvionem accrescit, pertinet jure gentium ad dominum prædii vicini: *l. adeo, §. præterea, ff. de aquir. rer. domin.* Peregr. *ibidem, num. 69.* 1 2 3 4

Officiales fisci incrementa ista jure petere possunt, si talis sit consuetudo, ut ad fiscum seu Cameram Principis pertineant, ut dicit Peregr. *loco citato, n. 70.* † talis autem consuetudo viget in Gallia, ubi *les isles atterissemẽs, & establissemens appartiennent au Roy*, ut testatur Bacquet *des droicts de iustice, cap. 30. num. 5. & 6.* facit *l. Cæsar 15. ff. de public.* ubi legitur Cæsarem insulam Cretæ legasse, & *l. insulæ 9. ff. de iudic.* ubi dicitur insulas Italiæ esse partem Italiæ, & cujusque provinciæ: & *l. adeo 7. § si insula, ff. de acquir. rer. domin. l. 1. § si insula, ff. de fluminib.* Ex quibus colligitur, cessante consuetudine contraria, Principis fiscū nihil prætendere posse super insula in flumine publico nata, quia si agri limitati fuerint, fit occupantis: sin minus, ad eos pertinet qui vicina prædia possident. † Quanquam hodie ex jure Romano, prædii incrementa ex alluvione prodeuntia, ad fiscum pertinere testetur Bernard. Autum. *in d. l. in agris 16. ff. de acquir. rer. domin.* † Talia autem, nempe limitata, hodie sunt omnia ferè quæ conceduntur prædia, teste Menoch. *consil. 201. n. 158.* † Ideo cùm quidquid prædiis ultra mensuram limitatam accedit, nullius in bonis sit, ad Principem spectare debet, ut dicit Guid. Conchilius *in suis quæstionib. quæst. 7.* 5 6 7 8 9

Sed dominus loci si in ius Principis successerit, Fiscum ipsius, seu Cameram iustè potest excludere, veluti si investituram loci & totius territorii obtinuerit; cùm enim totum territorium sit feudale, incrementa quoque feudalia territorio accedentia erunt feudalia: ut notatur *in l. si quis de manso, & in cap. 1. si de investitura feudal. fuerit controvers.* quod fusiùs explicat Roland. Cavagnol. *decis. consult. lib. 1. decis. 41.* 10

11 Eadem militat ratio in Domino iuriſdictionali, cui ex Principis conceſſione competunt Regalia: cùm enim Regaliorum appellatione flumina publica cóti-neantur, quale eſt flumen de quo agitur, quod eſt navigabile, quamvis non omni nauigii genere, ſequitur ipſum flumen, & quod ab eo dimittitur, ad Feudata-
12 rium pertinere. † Quod autem ad hoc ut flumen publicum dicatur, ſufficiat illud eſſe navigabile, non omni, ſed certo navigii genere, probat Georg. Everard. *conſil.* 47. *n.* 26. 27. & 28. *volum.* 1. per text. in *l.* 1. *in*
13 *princip. iuncto* §. *ait prætor. ff. de flumin.* † ubi navigii appellatione rates etiam continentur, quia plerumque & ratium uſus neceſſarius eſt. Igitur Regaliorum appellatione continetur incrementum per flumen
14 illud dimiſſum: † curſus enim aquarum, & flumina, & lacus ad eum pertinent, ad quem pertinent Regalia, per text. *in c.* 1. *quæ ſint Regalia.* Bart. *in rubric. ff. ut in flumin. public. navig. lic.* Angel. *in l. flumina, in princip. n.* 3. *ff. de dam. infect.* Cepola *de ſervit. cap.* 31. *de fluminib. ante n.* 5. dicens quod qui habet Regalia, dicitur habere proprietatem fluminum. Boſſ. *in tit. de aquis & fluminib. ante num.* 13. Si igitur proprietas fluminis pertineat ad Dominum loci, cui Princeps conceſſit Regalia, eodem modo ad ipſum pertinere debent crementa, quæ non ad poſſeſſores prædiorum vicinorum, ſed ad Principem concedentem pertinuiſſent, conceſſione ceſſante, ex tradit. per Bacquet. Autumn. & Guid. Conchil. *locis proximè citatis.*

15 Quanvis enim nonnulli DD. exiſtimaverint illa ſolùm bona vacantia fiſco deferri, quæ nullo relicto hærede ex teſtamento, vel ab inteſtato, à nemine poſſidentur; verior tamen & receptior eſt ſententia, etiam bona herema, & à nemine unquam poſſeſſa, ad fiſcum pertinere, ut tradunt Caſtrenſ. Socin. & alii in *l.* 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Roland. *conſil.* 46. *num.* 33. *volum.* 3. Et plures citat Pereg. *de iur. fiſci lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 29.
16 † Imò cùm talia bona poſſiderentur ab ipſo Domino iuriſdictionali, qui à pluribus annis conſueverat de illis ad libitum diſponere; ſequitur quod etiamſi non habuiſſet Regalia, tamen bona illa iure ſuo petere poſſet tanquam feudalia, ex iure ſibi per infeudationem quæſito. Honded. *conſil.* 84. *num.* 12. *volum.* 2.
17 † ubi dicit, quod ex eo quod bona poſſidentur per alium, quàm per Principem; & non apparet quod alius tempore inveſtituræ illa poſſideret: Præſumendum eſt illa fuiſſe Principis infeudantis, & poſtea poſſeſſa per Feudatarios ex titulo præcedenti, ad quod allegat Natt. *conſ.* 460. *n.* 12. *lib.* 2. ubi dicit quod poſſeſſio operatur præſumptionem dominii, niſi alius doceat de iure ſuo; & quod præſumitur Feudatarium poſſidentem habuiſſe conceſſionem illorum à Prin-
18 cipe: & *conſil.* 506. *n.* 33. *lib.* 3. † ubi quod inveſtitus de territorio, præſumitur inveſtitus de omnibus contentis in eo. Ruin. *conſil.* 26. *num.* 6. *volum.* 1. ubi dicit,
19 † quod ſi aliqua ſunt bona immobilia, poſſeſſa per Dominum loci, cùm non fuerint ab aliquo apprehenſa, præſumuntur ad Dominum loci pertinere. Ad quod conferunt tradita per Cavagnol. *dict. deciſ.* 41. & per nos antea *cap.* 25. ubi oſtendimus, Cameram non eſſe fundatam contra Communitatem, quando probatum fuerat, bona fuiſſe per eam poſſeſſa, locata & eorum fructus converſos in utilitatem Communitatis, quod in caſu propoſito non verificabatur: Imò conſtabat Dominũ iuriſdictionalem eſſe in antiquiſſima poſſeſſione bona illa locandi vel concedendi in emphyteuſim, & aliàs de ipſis ad libitum diſponendi. Et ratio præmiſſorum eſt, † quia Princeps
20 concedens inveſtituras, aut approbans conceſſiones ſeu tranſactiones feudorum, cum clauſulis ampliſſimis factas, omnes utilitates & commoda, & nominatim quoad prædia inculta, tranſfert in Feudatarium, maximè conceſſis Regalibus. Pereg. *conſil.* 13. *num.* 15. *volum.* 1. † ubi propterea quod ſtante titulo 21
inveſtituræ ſpolium argui nequit contrà Feudatarium ejus rei, cujus poſſeſſio apud concedentem erat, *l. quædam mulier ff. de rei vendicat. l.* 2. *Cod. de acquir. poſſeſſ.*

Neque obſtat quod diximus in *d. cap.* 25. & quod 22
dicunt multi DD. Dominum non poſſe uti paſcuis, niſi moderatè, non autem ut totum convertat in ſuam utilitatem, ut fusè Covarr. *pract. quæſt. cap.* 37. Honded. *dict. conſil.* 84. † Quia illud intelligendum eſt 23
de paſcuis, quorum proprietas pertinet ad Communitatem, quæ eſt in poſſeſſione & conſuetudine illis utendi, ut *ibidem* diximus: ſecus eſt in paſcuis, in quorum poſſeſſione Dominus loci reperitur, cùm in illis habeat pro ſe præſumptionem, ut optimè ex-24
plicat Pereg. *dict. conſil.* 13. *num.* 17. *volum.* 1. Ludovic. Bell. *conſil.* 103. *num.* 1. ubi loquitur de Domino inveſtito de toto territorio: & ſubdit *num.* 5. † quod ex generali Galliæ conſuetudine Domini iuriſdictionales præſumuntur Domini paſcuorum, nemorum, & ſimilium bonorum. Et ita concluſum fuit in favorem Domini iuriſdictionalis.

CAPVT LXXII.

Creditor magno ære alieno gravatus, non poteſt dici decoctor ex eo ſolo, quod tempore ſolutionis ſuis creditoribus non ſatisfecerit; cùm magna ſit differentia inter decoctorem, & illum qui ſuis creditoribus ſatisfacere non poteſt. Et ideo contractus per eum celebrati ſunt validi, quamvis ille ad domum religioſam receſſerit, non animo fraudandi creditores, ſed ut commodiùs cùm ipſis tractaret: præſertim ſi poſtea liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habuerit, & publicè videntibus & conſentientibus creditoribus negotiatus fuerit. Explicatur ſtatutum Avenionenſe *in tit. de his qui foro cedunt, lib. primo, rubric.* 40. *artic.* 3. Explicatur quid ſit latitatio, & quis dicatur latitator; & an, & quomodò cum debitore proximè decocturo contractus celebrari poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Omnes contractus, aut alienationes facta per fallitum poſt detectam decoctionem ſunt nulli.*
2 *Non debet fieri differentia inter decoctorem, & eum qui proximè decocturus eſt.*
3 *Recognitio chirographi, aut aliud inſtrumentum factum per eum, qui infra duos dies decoxit, non præiudicat aliis creditoribus.*
4 *Inſtrumentum factum per duos menſes ante decoctionem, ab eo qui ſciebat debitorem paratum eſſe ad decoctionem, non præiudicat creditoribus.*
5 *Creditor chirographarius cogitur venire in tributum cum aliis pariter chirographariis, non obſtante recognitione facta per debitorem decoctum, vel qui ſe præparabat ad decoctionem.*

6 *Recognitio vel aliud instrumentum est validum, si factum fuit à debitore eodem tempore quo nemo cogitare poterat illum esse decocturum.*

7 *Magna est differentia inter debitorem qui decoxit, & eum qui non est solvendo, seu creditoribus suis satisfacere non potest.*

8 *Ad hoc ut quis dicatur fallitus, necesse est ut omnia bona sua remittat in manibus creditorum, & illorum possessione ac administratione privetur.*

9 *Decoctor habetur pro mortuo, & perinde est ac si non esset in humanis.*

10 *Explicatur statutum Avenionis,* sub tit. de his qui foro cedunt, lib. 1. rubric. 40. art. 3. *& ostenditur ex mente illius, ad hoc ut quis dicatur decoctus requiri, quod bona sua occultaverit, vel se in fugam dederit, aut latitaverit animo fraudandi creditores.*

11 *Latitatio dicitur turpis sui occultatio animo fraudandi creditores.*

12 *Rotæ Genuensis maxima est authoritas, maximè in negotiis mercantilibus.*

13 *Mercator qui recessit in domum religiosam, non ut creditores fraudaret, sed ut commodius cum illis tractaret, non potest dici decoctor, seu latitator.*

14 *Quando debitor recognoscit bonam fidem pro summa verè per eum debita, & ad cujus solutionem cogi poterat, cessat suspicio fraudis.*

15 *Licitum est unicuique sibi consulere, & uti diligentia pro obtinenda solutione, vel assecuratione sui crediti, quamvis inde damnum alterius indirectè emergat.*

16 *Licèt quis credat probabiliter debitorem non esse solvendo, sibi tamen præcavere potest.*

17 *Diligentia quæ adhibetur pro conservatione bonorum suorum, dolo carere præsumitur.*

18 *Qui vult impugnare contractum vel alium actum celebratum per eum, qui post aliquod tempus decoxit, tenetur probare non solùm decoctionem, sed etiam quod is qui cum tali debitore contraxit, habebat notitiam futuræ decoctionis.*

19 *Quamvis timore futuræ decoctionis debitores concesserint dilationem communi debitori; ipse tamen non expectatâ dilatione sibi concessâ, solvere potest suis creditoribus: & talis solutio valida est, non obstante quod facta fuerit pendente dilatione sibi à creditoribus concessa.*

MErcator quidam magni nominis, videns se multis & diversis creditoribus obnoxium, secessit in domum quandam religiosam, ut facilius cum creditoribus componere posset; ibique visus, & visitatus fuit ab amicis & creditoribus, & in favorem aliquorum ex ipsis fecit instrumenta publica tam recognitiones apocharum, quàm alia plurima, tandemque ad domum rediens apertâ semper manente apothecâ dilationem obtinuit à creditoribus: quâ pendente, negociationem continuavit & publicè emit, vendidit, literas Cambii conscripsit, & solvit. Sed deinde morte præventus, intra dilationem sibi assignatam à creditoribus, illis satisfacere non potuit, sed ejus bona inter creditores generali discussionis judicio distributa fuerunt. In qua distributione & concursu creditorum, magnum exortum fuit dubium circa validitatem instrumentorum per dictum debitorem confectorum eo tempore, quo intra domum illam Religiosam secesserat. Siquidem creditores alii contendebant dictos contractus nullos, & fraudulentos declarari
1 debere: † Quia regulariter omnes alienationes, vel contractus per fallitum post decoctionem detectam facti, nulli sunt & invalidi. † Imò non debet fieri dif- 2
ferentia inter decoctorem, & eum qui proximè est decocturus. Strac. *de mercat. tit. de decoct. part. 3 n. 28. versic. consueverunt.* Pascal. *de patr. potest. part. 2. cap. 7. num. 53.* Gratian. *discept. forens. 391. n. 12.* † Vbi dicit 3
quod si instrumentum, vel recognitio facta fuerit uno aut altero die ante decoctionem, non potest præiudicare aliis creditoribus. Mart. Med. *decis. 81. n. 7.* Rot. *decis. 46. part. 2. recent.* quæ est apud Burat. *decis. 9.* Iterum Gratian. *discept. cap. 768. num. 7. &* 8 Bald. *consil. 400. à n. 2. ad 5. volum 5* quod est reperitum *consil. 249. vol.* 1. ead. Rota *post. 2. volum consil. Farin. decis. 157.* † Imò de actu facto duobus mensibus ante 4
decoctionem, idem dicit Rota *post consil. Farin. decis. 110.* Vbi tamen dicit potuisse contractum fieri ab eo, qui ignorabat futuram decoctionem.

Ergo cùm creditor die immediatè sequenti post confecta instrumenta, de quibus agebatur, recessisset in domum Religiosam ob timorem creditorum, prætendebant alii creditores dictum instrumentum uti factum in fraudem, nullum esse, nec illis præjudicare posse: † sed illum in cuius favorem recognitio & 5
obligatio facta fuerat, cogendum esse ut veniret in tributum cum aliis creditoribus; quia cessante dicta recognitione erat chirographarius, & nullam habebat hypothecam, sed solùm actionem personalem: DD. *in l. privilegia,* & maximè Rip. *ff. de privileg. credit.* Gaill. *lib. 2. observ. 25. per tot.*

Attamen dictam recognitionem & instrumentum 6
obligatorium validum esse, & legitimum, Censui; & illius vigore creditorem in instrumento nominatum aliis chirographariis ac etiam posterioribus hypothecariis, tanquam tempore antiquiorem præferendum esse, *l. potior. ff. qui potior. in pign. hab.* quia verum non erat, quod de eo tempore, aut post illud tempus debitor præfatus decoxisset, aut decoctor nominari potuisset. † Siquidem magna est differentia inter de- 7
bitorem qui decoxit, & eum qui non est solvendo, seu creditoribus suis satisfacere non potest: ex eo enim quod quis soluit, vel solvere non potest, non propterea decoctor dicendus est. Ruin. *consil. 90. n. 12. vol. 1.* ubi dicit aliud esse egestatem, aliud decoctionem: & idem tenuit Rot. Avenionen. *decis. 146. num. 3.* Seraph. *decis. 1475. num. 1.* ubi dicit quod licèt quis defecerit in solutione, ex hoc tamen non potest argui dolus. † 8
Et ratio præmissorum petitur ex traditis per Scacc. *de commerc. & cambiis, §. 2. glos. 5. num. 446.* & per Vincent. de Franch. *decis. 55. num. 2. &* 3. quia decoctus aut fallitus dicitur ille, qui omnia bona sua remittit creditoribus suis, vel in manibus Curiæ, & privatur & spoliatur illorum administratione. Camill. Medic. *cons. 98. n. 25.* † Seraph. *decis. 794. num. 17.* ubi dicit de- 9
coctum haberi perinde ac si non esset in humanis; & diximus infra, *cap. 100. n. 19.* dictus autem mercator semper habebat administrationem bonorum suorum, imò & publicum officium in Cancellaria Apostolica exercebat: quod si decoctus fuisset, sine dubio exercere non potuisset: & quod plus est, libera bonorum administratio ipsi à creditoribus durante dilatione relicta fuit, unde decoctus nullo modo dici potuit. † Quod etiam probatur ex dispositione statuti 10
Aven. *in tit. de his qui foro cedunt,* ubi dicit decoctorem eum appellari seu fallitum, qui tempore solutionis non satisfecerit, sed se in fugam dederit, vel latitaverit, sui copiam non faciendo, vel bona sua occultaverit: ut habetur in *lib. 1. rubr. 40. art. 3.* ex quo patet quod ut quis decoctor nominari possit, non solũ requiritur quod deficiat in solutione; sed præterea requiritur quod aufugerit, & personam vel bona sua occultaverit, ut patet ex illis verbis; *sed se in fugam dederit*

dederit, &c. quæ verba debent intelligi ampliative & copulative ; ita ut utrumque verificari debeat, ad hoc ut quis decoctor dici poſſit, ut explicat Rota Aven. *deciſ.* 146. *num.* 3. ubi ita explicatur dictum ſtatutum in ſimili caſu.

11 Neque dici poteſt dictum creditorem latitaſſe, cùm ille non dicatur latitare, qui non habet animum fraudandi creditores, ſiquidem latitatio definitur turpis ſui occultatio gratiâ fraudandi creditores. Roman. *conſil.* 474. *num.* 7. & *ſingulari* 595. Tuſch. *littera L. concluſ.* 12. & eſt textus expreſſus in *l. fulcinius, in § quid ſit latitare. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.* Abbas *conſil.* 43. *volum.* 2. *verſic. ſecundo non voluit,*

12 *volum.* 2. † Et in ſimili caſu deciſum fuit per Rotam Genuenſ. cujus in his materiis mercantilibus maxima eſt authoritas, prout teſtatur Menoch. *conſil.* 400.

13 *num.* 38. † Prædicta igitur Rota Genuenſis *deciſ.* 168. *num.* 15. dicit quod licèt quidam mercator receſſiſſet intra Conventum, ex eo tamen non poterat inferri, ipſum eſſe decoctorem, vel fallitum ; quia non probatur talem receſſum fuiſſe fraudulentum, & factum animo decipiendi creditores, quamvis (inquit Rota) teſtis dicat de Gregorio qui latitavit in Monaſterio, non tamen probat, quia non dicit quod doloſè latitaverit, & causâ fraudandi creditores ; quod fuiſſet neceſſarium, quam deciſ. Rotæ Genuenſis ſequitur Rota Romana coram Cavaler. *deciſ.* 654. *num.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 392. *numero* 20. Surd. *conſil.* 528. *numero* 38. & ſic cùm dictus mercator intra domum religioſam exiſtens tractaverit cum creditoribus, & amicis ; deinde palam & publicè mercaturam & negotiationem continuaverit ; non poteſt nominari decoctor, nec inſtrumenta per eum facta tempore dicti receſſus, uti fraudulenta impugnari.

14 Idque maximè quia ceſſat omnis ſuſpicio fraudis, cùm conſtaret de debito præcedenti tam per ſcripturam privatam, quàm per libros ejuſdem, quo caſu minor eſt fraudis ſuſpicio, & contractus multò faciliùs legitimus declarandus eſt ; cùm debitor illud fecerit, ad quod cogi poterat. Vincent. de Franch. *dict. deciſ.* 55. *num.* 4. *verſic. & ultimò dicebatur.* Rota *dict. deciſ.* 157. *n.* 2. *& 3 poſt conſil. Farin.* Gratian. *diſcept.* 392. *num.* 15. *&* 16.

15 Et ſanè licitum eſt cuique pro bonorum ſuorum conſervatione uti diligentia, quamvis ex ea damnum alterius emergat, quia qui jure ſuo utitur, nemini injuriam facit ; & vigilantibus, & non dormientibus

16 iura ſubveniunt : *l pupillus, ff. quæ in fraud. credit.* † Et licitum eſt ſibi præcavere, quamvis probabiliter credatur debitorem non eſſe ſolvendo, *l. qui autem, §.*

17 *ſciendum, ff. quæ in fraud. cred.* Et diligentia pro conſervatione bonorum non præſumitur doloſa. Surd. *conſil.* 528. *num.* 35. 36. *&* 37.

18 Et ſi creditores alii velint impugnare dicta inſtrumenta, non ſolùm tenentur probare qualitatem decoctoris, ſed etiam quod creditor qui cum eo contraxit, haberet notitiam certam futuræ decoctionis. Rota *deciſ.* 163. *num.* 2. *part.* 4. *recent.* Surd. *conſil.* 528. *num.* 6. iuncto *num.* 37. *verſic. ſecundo loco reſpondeo, & n.* 42. Gratian. *dict. cap.* 392. *num.* 23. 24. *&* 25.

19 Et quanvis deinde creditores dederint dilationem aliquot annorum dicto debitori ; tamen licitum illi fuit, non expectatâ dilatione ſibi conceſſa anticipare ſolutiones, & tali caſu ſolutio rectè facta dici debet : ut notavit Apicell. *in tutamine pauperum, tit.* 1. *n.* 191. *verſic. nec quod ſoluit debitor.*

Et ex his concluſum fuit, & iudicatum pro validitate contractus ; quamvis à dicta ſententia fuerit interpoſita appellatio.

CAPVT LXXIII.

Quando, & in quibus caſibus falcidia detrahatur de legatis piis ; & utrùm quod non detrahitur de legatis piis, aut aliis ptivilegiatis, reiiciatur in onus aliorum collegatariorum non privilegiatorum, ſive hæreditas ſit ſolvendo, ſive non : Et utrùm diminutio falcidiæ fiat æqualiter ſuper legatis cõſiſtentibus in ſpecie, & in quantitate. Quæ ſit praxis computationis falcidiæ, quando adſunt legata pia, ſi hæreditas ſit in totum legatis abſorpta. Quæ verò, ſi non in totum ? Et quæ, ſi adſint legata privilegiata, non ex diſpoſitione juris, ſed teſtatoris. In legato uſusfructus, quando locus eſt facidiæ, quæ ſit praxis ſupputationis.

SVMMARIVM.

1 *Ex legatis piis falcidia non deducitur.*
2 *Fallit ſi legatum factum fuerit ad certum & determinatum opus, quando aliunde fieri poteſt.*
3 *Quando in hæreditate adſunt legata pia, & non pia, utrùm quod non deducitur de legatis piis, deducatur ſuper non piis.*
4 *Si legatum uni, eidémque perſonæ factum ſit privilegiatum, & aliud non privilegiatum ; quod non deducitur de privilegiato, capitur ſuper non privilegiato.*
5 *Quod deeſt de falcidia ex legatis piis, ſuppleri ſuper non piis quidam exiſtimant ; ſed contrà, inferiùs numeris ſequentib.*
6 *Quando hæreditas eſt in totum exhauſta legatis, omniatã pia, quàm non pia falcidiam patiuntur.*
7 *Amplia, ut falcidia detrahatur etiam de legatis in ſpecie conſiſtentibus.*
8 *Praxis ſupputationis falcidiæ, quando hæreditas eſt in totum exhauſta legatis, tam piis, quàm non piis.*
9 *Si legata non exhauriunt totum patrimonium, pia eximuntur à falcidia.*
10 *Quando non detrahitur de legatis à jure privilegiatis, non cedit damno aliorum legatariorum, ſed ſolius hæredis.*
11 *Privilegium exemptionis legalis legatorũ non facit ut falcidia, quæ ex illis capienda fuiſſet, reiiciatur ſuper aliis legatis.*
12 *Quæ ſit praxis ſupputandi falcidiam, quando tota hæreditas non eſt legatis abſorpta.*
13 *Cauſa pia adversùs aliam cauſam piam non detrahit falcidiam.*
14 *Si legatum non ex diſpoſitione juris, ſed ex ordinatione teſtatoris eximatur à falcidia, quod in hoc deficit, capitur ſuper aliis legatis non exemptis.*
15 *Praxis ſupputandi falcidiam adversùs legatarium uſusfructus.*
16 *Falcidia detrahitur ex legato uſusfructus, ſicut ex aliis legatis.*

CIrca praxim detractionis falcidiæ ortâ controverſiâ, cùm in hæreditate aliqua adeſſent legata pia ; 1

pia,alia non pia : Dixi in primis,regulam generalem esse, falcidiam ex legatis piis detrahi minimè posse : per text.*in Authen. similiter, Cod.ad leg.falcid.*

2 Si tamen legatum factum fuisset ad certum & determinatum opus , vel ad certam causam quæ posset mandari executioni cum detractione falcidiæ ; tunc legatum,quantumuis pium, pateretur falcidiam : ut post Angel.*in l. decem, de fideicom. libert.*& Alexandrum *in l.Marcellus,num.7 ff.ad Trebell.*tradit Peregrin. *de fideicom.artic.3. num.68.* Exemplum datur si legatum factum fuerit pro constructione alicujus capellæ, vel sepulturæ ; si enim is usus explicari potest, & perfici cum detractione falcidiæ , illa detrahitur. Tiraquell.*de privileg.piæ cauſ. privileg.26.in 2. limit.* Mangil. *de imput. quæſt.121. num.8.*

3 Verùm in casu quo falcidia non detrahitur de legatis piis, dubitatur utrùm illud cedat in onus hæredis , an legatariorum , ita ut quod non detrahitur de legatis piis , reiiciatur & detrahatur super non piis. Pro cujus quæstionis resolutione Peregr.*dicto artic.3. num.67.* & Mangil. *dicta quæſt.121.n.6.*distinxerunt.

4 † Quod si legatum privilegiatum , & non privilegiatum factum fuerit uni & eidem personæ,hoc casu legatarius patitur falcidiam integram tam ex legato privilegiato, quàm non privilegiato ; sed si agatur de duobus legatis factis diversis personis,tali casu legatum privilegiatum non patitur falcidiam , nisi respectu sui legati,& damnum non factæ diminutionis,vel detractionis falcidiæ ex legato pio vel privilegiato spectat ad hæredem : quod & sequitur Mangil.*quæſt. 122.num.15. & quæſt.123.num.21.*

5 Sed tamen Grassus *in §. falcidia*, asserit illam quæ non detrahitur de legatis piis vel privilegiatis , reiiciendam esse , & capiendam ab hærede super aliis legatis non privilegiatis , ut per eundem Graſſ.*§ falcidia, quæſt.3. num.8.* Gall. *de except.tit.4. except.29. part.2. num.45.*

6 Pro vera solutione hujus difficultatis hoc constituendum est , quod regulariter si hæreditas non sit solvendo , omnia legata veniunt in contributionem; & quodlibet ex ipsis diminuitur pro rata ; nec legata non pia diminutionem patiuntur pro legatis piis , ut fuit decisum in Curia Archiep. Neapol. apud Ricc.
7 *deciſ.221. part.1.* † Nec datur prælatio inter plures legatarios,sed omnes pro rata diminutionem patiuntur , etiamsi aliqui essent legatarii speciei , alii verò quantitatis : ut dicit Peregrin. *de fideicom.art.4.n.65. verſic.difficultas eſt.* Anchar.jun.*part.1.quæſt. famil.4. per totã.*Gomez.*lib.1.variar.resol.cap.12.de legat.n.34.* cum pluribus quos sequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.646.à n.1.uſque ad 25.* Ideo non est vera sentẽcia, Cevallos *pract. quæſt.103. n.35.* quem sequitur Cost. *de rata, quæſt.107.num.5.*cùm adversùs eos sit verior & receptior sententia.De eadem quæstione agit Vincent. de Franchis *deciſ.236. num.3.& ſequentib.* quod etiam confirmat Ricc. *in addit.ad dictam deciſionem*, ubi dicit , quod quando hæreditas non est solvendo, diminutio debet fieri pro rata, tam de legatis piis,
8 quàm de non piis. † Quod quia difficile esset ad praxim reducere , optimum erit exemplo declarare, ex traditis per Castrens.*in l.ſi poſt miſſionem,ff.ad leg. Falcid.* ponamus igitur testatorem habentem in bonis quadraginta , legasse quadringenta ad non pias causas,& centum ad pias : hoc casu illa centum non debentur integra piæ causæ , sed de illis etiam quadringentis, non piæ causæ relictis deduceretur quinta pars, ut reducantur ad vires patrimonii , atque ita piæ causæ deberentur solum octuaginta,& eam quintam partem,scilicet viginti,hæres retinebit,& de quadringentis legatis ad non pias causa detrahet falcidiam:ita etiam explicat Tiraquel.*de privileg.piæ cauſ. privil.26.in 4.limit.*sequitur Graſſ.*in § falcidia,quæſt. 3. num.8.* Cost.*de remed.ſubſid.remed.84.num.7.*

Dices quando igitur locus erit privilegio piæ cau- 9
sæ? Respondeo locum fore quando legata non transcendunt vires patrimonii ; nam si vires patrimonii transcendant, nullum ex legatis,quantumuis privilegiatis,potest impedire quominus fiat detractio falcidiæ in favorem hæredis : & hæc notanda sunt , quia sæpiùs in praxi occurrunt.

Hoc etiam secundo loco statuendum est , quod 10
etiam legata non transcendant vires patrimonii , & sic pia causa utatur privilegio excludente falcidiam, quod non detrahitur ex legatis piis ; non dicit in damnum collegatariorum non piorum , sed in damnum hæredis : quia quarta sua detrahitur ex quolibet legato non pio pro rata, & nihil amplius.Castrens.*in dicta l.ſi poſt miſſionem.* Peregrin.*de fideicom. artic.4. num.31.*Mart.*de ſucceſſ.legal.quæſt.28.artic.2.num.24. & 25.* Gratian.*diſcept.forenſ.cap.59.num.6.verſic.veriorem.*† Quod eodem modo obtinet in quibuscum- 11
que legatis,in quibus à jure privilegium datum est,ut à falcidia sint immunia : nam privilegium immunitatis non reflectitur in onus aliorum legatorum,sed in onus hæredis:& hæc est communis opinio,quam sequitur Ioan.Anton. Bellon.*in tract.de iure accreſcend. cap.6.quæſt.4.num.6.& 14.*

Praxis erit hoc casu,quod legata pia diminutionem 12
non patiuntur, ut illa in primis de hæreditate detrahantur tanquam æs alienum,& de eo quod superest post detracta pia legata, quarta pars hæredi pro sua falcidia assignetur. Peregrin. *de fideicom. artic.3. num.31.*Mart.*de ſucceſſ.legal part.3. quæſt.28.artic.2. num.24.& 25.*

Si tamen hæres legatis gravatus , esset causa pia, à 13
legatariis æqualiter piis & privilegiatis falcidiam non detraheret , ut communiter receptum testatur Graſſ.*dicto §.falcidia,quæſt.3.n.9.* Vasquius *de ſucceſſ. progreſſ.lib.3.§.26.num.24.* Magon.*deciſ.Florent.130.* quem sequitur Mart. *ff.noviſſ. tom.5.in verb falcidia.*

Porrò supradicta intelligenda sunt , ut procedant, 14
quando agitur de legatis in quibus falcidia cessat ex dispositione legis ; qualia sunt legata pia , aut alia à jure privilegiata : secus est quando agitur de legatis exemptis à falcidia , ex testatoris dispositione , qui quoad aliqua legata falcidiam prohibuit , quoad alia verò nihil dixit, tunc falcidia quæ de legato excepto solui debuisset , non reflectitur in onus hæredis , sed detrahitur pro rata portione privilegiati , & non privilegiati legati super legato non exempto. Ita Bart. Alexand.Castrens.& Imol.quos citat & sequitur Bellon. *de jur.accreſcend.cap.6.quæſt.4.num.17.*qui hanc quæstionem benè examinat *à num.6.ad 27.* Gratian. & Peregrin.*locis citatis*,Mantic.*de conject.lib.9.tit.14. & ultimo, num.24.*

Sed quomodò fiet calculus,si legatum ususfructus 15
alicui factum fuerit , ex quo detrahenda sit falcidia ? Respondeo verius , certius , & commodius ita calculum instituendum esse , ut singulis annis ex fructibus hæres quartam partem , reliquum verò legatarius ususfructus percipiat:ita docet Gloss.*in l.1. §. ſi uſusfructus ff.ad leg.falcid.*Bart.*de ſucceſſ.lib.14.tit.de falcid.cap.2.num.12.* † Certum enim est,etiam ex le- 16
gato ususfructus falcidiam esse detrahendam , *l. omnium, ff.de uſufructu, & l.1.§.ſi uſusfructus.*Marta *de ſucceſſ.legal.part.4. quæſt.28. artic.2.n.26.*

CAPVT

CAPVT LXXIV.

In legato generali uſusfructus omnium & quorumcunque bonorum, utrùm comprehendatur uſusfructus bonorum, quæ ad hæredes illius inſtitutos ex teſtamento alterius obvenire debebant; & ſic illorum bonorum reſtitutio ipſimet hæredi fieri aliunde debebat. Fructus perceptos filius etiam primi gradus in falcidiam imputare tenetur: Et quomodò hoc procedat.

SVMMARIVM.

1 *Res propria hæredis non continetur in legato generali.*
2 *Amplia, etiamſi factum eſſet legatum cum clauſula omnium & quorumcunque bonorum ubilibet conſtitutorum.*
3 *Declara id maximè procedere, poſſe, ſi adiecta fuerit mentio bonorum ſuorum.*
4 *In re communi teſtator partem ſuam legaſſe duntaxat cenſetur, non autem partem hæredis.*
5 *Sub legato uſusfructus omnium bonorum, res poſſeſſa tempore teſtamenti per teſtatorem reſtitutioni ſubjecta non continentur.*
6 *Niſi tamen reſtitutio ipſi hæredi facienda eſſet; tunc enim continentur, ſi legatarius ſit uxor, vel coniuncta perſona; & legatum ſit generale & amplum.*
7 *Teſtatorem propriam rem hæredis legare potuiſſe indubitatum eſt.*
8 *Quod res hæredis in uſufructu contineatur, ſi ipſi hæredi reſtitutio ſit facienda; verius eſt & receptius.*
9 *Res hæredis non continetur in legato generali uſusfructus, ſtantibus coniecturis in contrarium.*
10 *Legatum uſusfructus francum ab omnibus oneribus hæreditariis, ſimilibúſque verbis conceptum, comprehendit res quarum reſtitutio ipſi hæredi facienda eſt.*
11 *Fideicommiſſa ex alterius teſtamento debita, ſunt tanquam æs alienum.*
12 *Fructus per hæredem percepti in falcidiam ſunt imputandi.*
13 *Intellige de fructibus perceptis ex rebus legatis, non de iis qui ex hæreditate percipiuntur; hi enim in falcidiam non imputantur.*
14 *Quæ ſit hoc in caſu diverſitatis ratio inter falcidiam, & Trebellianicam.*
15 *Hæres non tenetur negotiari ex pecunia hæreditaria pro legatario.*
16 *Vſuræ imputantur in falcidiam, ſi probetur hæredem illas percepiſſe.*
17 *Hæres ſemper poteſt dicere ſe tenuiſſe pecunias hæreditatis otioſas, & ſic fructus in falcidiam occaſione pecuniæ imputare non teneri.*

TEſtator hæredem inſtitutum gravavit de ſolvendo quinque fratribus, vel ſororibus, ſummam ſexcentorum aureorum poſt mortem dicti hæredis. Verùm caſu quo Agneſia una ex ſororibus nuberet, ipſi legavit penſionem annuam dicti legati ad rationem triginta aureorum: dictoſque collegatarios invicem ſubſtituit.

Agneſia moriens marito ſuo uſumfructum omnium bonorum ſuorum & hæreditatis per integrum decennium reliquit, dictos verò collegatarios fratres & ſorores ſubſtitutos in dicto legato 600. aureorum hæredes inſtituit. Maritus in legato generali dictam penſionem triginta aureorum contineri prætendebat, hæredibus dictæ Agneſiæ contrarium aſſerentibus. Ideo dubitatum fuit, utrùm in legato generali uſusfructus, dicta penſio triginta aureorum contineretur.

In hac quæſtione controverſa, hæredes uxoris dictam penſionem non contineri in legato generali uſusfructus probabant: quia licèt iidem ſint hæredes Agneſiæ & eiuſdem fideicommiſſarii ex teſtamento ſororis, non tamen tenebantur uſufructuario penſionem illam ſolvere, quæ ad ipſos vigore fideicommiſſi pertinebat: † Cùm res hæredis non cenſeatur per generalem diſpoſitionem alteri legata; & bona alienari prohibita, qualia ſunt fideicommiſſo ſubjecta, in legato verbis generalibus concepto non includantur, neque de illis teſtatorem voluiſſe diſponere credendum ſit: cùm de bonis propriis, non de alienis diſpoſitio intelligenda ſit: ut per plures rationes quæ hìc non tranſcribuntur, oſtendit Peregrin. *de fideicom. artic. 6. num. 10.* † Ita ut ſi domina Agneſia legaſſet uſumfructum etiam cum clauſula *omnium & quorumcunque bonorum, ubique exiſtentium*, tale legatum non eſſet ampliandum ad res hæredis, ut multis illuſtrat Cavalcan. *de uſufruct. num. 104. & 105. & ſequentib.* quem ſequitur Caſtill. *de uſufruct. cap. 39. num. 17.* & quatuor fundamentis confirmat Mantic. *de conject. lib. 9. titul. 6. à num. 8. uſque ad 13.* † Præſertim quia dicta Agneſia ad ſua bona ſe reſtrinxit; ex Roland. *conſil. 71. n. 28. lib. 2.* per quæ verba bona hæredum videtur excluſiſſe. Rota *deciſ. 375. part. 1. recent. Theſaur. quæſt. forenſ. 19. n. 3. lib. 3.* † Nam in re communi cùm teſtator legat fundum ſuum, non cenſetur legaſſe rem hæredis, neque ejus partem. Rip. *in l. ſervi electione, §. fin. n. 14. de legat. 1.* Capra *conſil. 105. n. 9.* Raudenſ. *deciſ. 10. n. 22.* & iſtam communem opinionem adſtruit Pariſ. *conſil. 98. n. 14. volum. 4.* eandem communem firmat Cavalc. *loco mox citato*, & Graſſus *in §. legatum, quæſt. 27.* Cephal. *conſil. 515. volum. 4.* Et ita bis ſe obtinuiſſe teſtatur Peregrin. *loco citato*, & deciſum in Rota *d. deciſ. 375. part. 1. recent.*

Ex adverſo pro parte mariti dicebatur, quod quævis regulariter bona ſubjecta fideicommiſſo poſſeſſa per teſtatorem de tempore teſtamenti non comprehendantur ſub legato univerſali uſusfructus omnium & quorumcunque bonorum, ex ſupradictis; & ex Beroo *quæſt. 95. numer. 2. & 3.* Cavalcan. *de uſufruct. num. 95.* Caſtill. *de uſufruct. cap. 39. num. 13.* Sola *de alienat. bonor. minor. gloſſ. 3. num. 27.* Peregr. *deciſ. 123.* Cancer. *part. 2. cap. 20. n. 289.* & diximus ſupra *cap. 50. num. 30. & 31.*

Attamen quando bona ſubiecta fideicommiſſo ſunt reſtituenda per teſtatorem ipſimet hæredi per eum inſtituto; & legatarius eſt uxor, ſeu conjuncta perſona teſtatoris, & legatum eſt factum ſub univerſitate verborum; tunc fructus hujuſmodi bonorum comprehenduntur ſub legato univerſali uſusfructus omnium & quorumcunque bonorum; & eo caſu teſtator cenſetur illa voluiſſe comprehendere: † non enim dubitatur quin teſtator potuerit, *l. cùm rem alienam, Cod. de legat. l. unũ ex familia, §. ſi rem. ff. de legat. 2.* & ita reſponderunt Capra *conſil. 146.* Corn. *conſil. 84. volum. 2.* Ruin. *conſil. 75. volum. 2.* Dec. *conſil. 57. per tot.* cui Peregrin. qui ex adverſo conſuluit, multos ſolemnes DD. ſubſcripſiſſe teſtatur. Alciat. *conſil. 135. lib. 9.*

1
2
3
4
5
6
7

lib.9. Abbas *cons.17. & cons.73.* & alii relati à Peregrin. *de fideicom. art.7. n.10.* & ultra eos Menoch. *præsumpt.142. n.12. lib.4.* & *cons.955. volum.10. per tot.* & *præsumpt.197.n.22.eod. lib.* & licèt in eodem loco Peregr. omninò contrarium teneat, prout Mantica *de conject. lib.2.tit.2.n.1.*cum aliis in contrarium allegatis.

8 Opinio tamen pro usufructuario est magis communis, ut testatur Thesaur. *quæst.forens.19. lib.3. per tot.* & pro ea judicavit Rota Bononiens. apud Beniotend. *decis.ult. n.10.* Maynard. *lib.3. c.40.* & per Rotam Florent. apud Tusch. *in verb. usufructuarius, concl.309. n 9. & in verb. legatum, conclus.60. n.4.* ubi dicit, Senatum Mediolanen. litem illam inter potentes existentem,& in qua valentissimi Advocati hinc inde scripserunt, non determinasse; & interim usufructuariam gavisam esse semper usufructu,lite nunquam finita in Senatu Mediolan.

9 Et licèt Thesaurus *loco citato,* asserat Senatum pro hærede pronunciasse contra usufructuarium, id fuit propter conjecturas, quæ in casu per eum relato militabant. Hærebam equidem in casu proposito, propter rationes & authoritates hinc inde deductas nisi ex verbis testamenti fuisset desumpta conjectura vo-
10 luntatis: † dum Agnesia legatum usumfructum omnium bonorum marito fecit francum & liberum ab omni ære alieno,legatis, & aliis oneribus hæreditariis: quod idem est ac si dixisset se nolle per quæcunque legata & onera hæreditatis usumfructum marito legatum ullam pati diminutionem, ex traditis per Surd. *consil.218. n.9. &* 10. Ruin. *cons.41. vol.2.* Cravet. *cons.563. n.1.*

11 Cùm itaque bona fideicommissaria sint tanquam æs alienum, & sint de oneribus hæreditatis, ut decidunt Cavalcan. *loc. cit.* Peguer. *dicto cons.123.* Rota *d.decis.375.part.1.recent.*concluſum fuit usumfructum legatum non debere minui per diretionem bonorum fideicommissariorum ab hæreditate legantis, & per consequens comprehendi in legato usufructus.

12 Contra hæredem aderat regula generalis,quod fructus quos hæres percipit in falcidiam imputare tenetur. Peregr. *de fideicom. art.49. n.50.* quod procedit etiamsi hæres sit de liberis primi gradus. Mantic. *de conject. lib.7. tit.2. n.12.*

13 Tamen præmissa debent intelligi de fructibus quos hæres percipit ex bonis legatis, sed non de iis quos percipit ex hæreditate, quos in falcidiam imputare non tenetur; cùm illos jure proprio, & tanquam suos percipiat, *l. in ratione 30.* in illis verbis: *Quemadmodum ad hæredis lucrum pertinent fructus:* & ibi, *quorum nihil in rationem legis falcid. cadit, ff. ad leg. falcid.* Grass. *in §. falcidia, q.18.* Cujac. *ad l. qui quadraginta 87. §.qui ducenta, ff.ad leg.falcid.*
14 Cancer.*lib.1. var.resol. cap.2. n.24.* aliàs 76.† Ratio est,quia non idem obtinet circa falcidiam, quod in Trebellianica: in hanc enim omnia imputantur quæ ex judicio testatoris capiuntur, etiamsi non jure institutionis; in falcidiam verò,quod jure institutionis capitur duntaxat: fructus autem non eo jure capiuntur,sed jure dominii.

15 Fructus igitur ex hæreditate perceptos non imputabit hæres in falcidiam: quia oportet quod hæres quartam suam cum illis fructibus sibi præcipuam habeat, *l. quod de bonis, §. fructus,* & *ibi* Bart. & alii, *ff. ad leg. falcid.* Ex legatis verò, si quid perceptum esse prætendatur,per legatarios probandum est; non enim tenetur hæres negotiari ex pecunia hæreditaria; pecunia autem pecuniam non generat. Castr. *d.§.qui*
16 *ducenta, vers. ad contrarium,* † ubi quod si probaretur hæredem percepisse usuras ex pecuniis legatis,

locus esset imputationi dictarum usurarum in falcidiam. Rip. *in l. fideicommissariam, n.52. in fin. ff. ad Senatusc. Trebellianum.* Sed si non probatum fuerit hæredem fructus ex pecunia percepisse,non tenebitur ad imputationem fructuum,quos non accepit. † Et 17
sic hæres semper potest dicere se tenuisse pecuniam otiosam, ideoque non teneri ad aliquas usuras in falcidiam imputandas. Castrens. *cons.125. Viso testamento Ambrosii, col.2. ad med. versic. in quibus patet, & ante num.2. vers.potest ergo dicere, lib.1.* quem citat & sequitur Gratian. *discept. forens. cap.400. num.31.*

CAPVT LXXV.

Si Baro concesserit alicui feudum liberum & francum ab omnibus utilitatibus feudalibus, & cum pacto redimendi, non debetur laudimium, nec de prima, nec de aliis alienationibus. Domino autem redimente,debent in primis investito restitui omnia melioramenta per ipsum facta,etiam à Castro separata, si ad usum Castri facta sint, præsertim stante clausula in pacto redemptivo apposita, *solutis priùs melioramentis, & ædificiis quibuscumque.*

SVMMARIVM.

1 *Feudum concessum francum ab omnibus utilitatibus feudalibus, francum est à laudimiis, sed non à fidelitate.*
2 *Laudimium inter utilitates feudales recensendum est.*
3 *Laudimium est utilitas ex re, vel propter rem proveniens.*
4 *Ex alienationibus feudi translati per Dominum cum pacto redimendi, nullum debetur laudimium.*
5 *Per quamcunque immunitatem quanvis generaliter concessam, non censetur quis exemptus à solutione laudimii.*
6 *Fallit quando in Feudatarium fuit translatum omne dominium, cum clausulis immunitatem importantibus.*
7 *In materia laudimiorum, magna est differentia inter feudum, & emphyteusim, nec semper licet inferre ab uno ad aliud.*
8 *Laudimium esse feudi obventionem extrinsecam voluit Surdus.*
9 *Sed contrarium verius esse ostenditur.*
10 *Laudimia continentur in legato ususfructus, & pertinent ad conductores fructuum redituum.*
11 *Immunitas ob numerum duodecim liberorum non eximit à solutione laudimiorum.*
12 *Laudimium seu relevium non solvitur ex mutatione manus dominantis, sed servientis.*
13 *Stante clausula,* solutis priùs, &c. *debet omninò præcedere solutio.*
14 *Quoties feudum devoluitur ad Dominum sine culpa Vassalli, debent illi in primis restitui expensæ melioriationum.*
15 *Sufficit meliorationes factas fuisse in territorio, quanvis non fuerint facta in Castro; illas enim Dominus redimens resarcire tenetur.*

16 *Caſtri appellatione etiam territorium continetur.*
17 *Quando agitur de re univerſali, veluti de Caſtro, datur retentio totius pro melioramentis in una re factis.*
18 *Ædificia facta ad uſum Caſtri in loco vicino, reſtituenda ſunt per Dominum retinere volentem.*
19 *Quando agitur de re univerſali, vel de pluribus rebus connexis, unâ re melioratâ, omnes retineri poſſunt, donec æſtimatio melioramentorum reſtituatur.*

EMptorem juriſdictionis à laudimii ſolutione liberandum eſſe reſpondi ex iis quæ in facto proponebantur, cùm venditor eâ lege vendiderit, ut emptor & ejus ſucceſſores fidem & homagium Domino Baroni & ejus ſucceſſoribus præſtare tenerentur in qualibet mutatione, abſque eo quod ſolverent aliquas utilitates feudales, attenta facultate perpetuò redimendi, Domino Baroni conceſſa in eodem con-
1 tractu. † Quia cùm feudum venditum fuerit francum, non ſolum à ſervitiis, ſed etiam ab omnibus utilitatibus feudalibus: ſequitur non eſſe quidem francum à fidelitate & homagio, ſed eſſe immune à præſtatione laudimii, quod eſt commodum pecuniarium, ut explicat Amed. à Pont. *q.* 18. *laudimial. num.* 1.
2 *& ſeqq. & n.* 13. *&* 15. † Quod enim laudimium dicatur utilitas feudalis, indubitatum eſt: cùm ſit loco fructuum feudi, unde & ad uſufructuarium pertinet.
3 Peregrin. *de fideicom. art.* 10. *n.* 6. † Et vocatur utilitas ex re, vel propter rem proveniens. Clar. *in §. emphyteuſis, quæſt.* 23. *n.* 5. Pacif. *de ſalvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 560. Faber *in Cod. tit. de jur. emphyt. definit.* 4. rationem reddens, quia fructuum nomine continentur omnes præſtationes, & obventiones: laudimiorum autem ſolvendorum obligatio ex re ipſa proficiſcitur, & ex ipſius alienatione, & tranſlatione debetur.

Imò quanvis nihil fuiſſet conventum in dicto contractu de exemptione à ſolutione utilitatum feudalium; nihilominus tamen dictum feudum ceſſante pacto in contrarium, eſſet immune à laudimio, attentâ facultate perpetuò redimendi in eodem contra-
4 ctu contentâ. † Laudimium ſiquidem non debetur pro alienatione rerum, quas ipſemet Dominus conceſſit cum pacto redimendi; quia licèt ex alienationibus quæ fiunt poſt primam alienationem perpetuam, de jure laudimium debeatur ratione dominii directi, quod retinetur per concedentem, tranſlato duntaxat utili in conceſſione; ſecùs tamen eſt quando conceſſio ſit cum facultate redimendi; tunc enim, quia contractus dicitur potiùs emptio & venditio, per quem tranſlatum fuit dominium, tam utile, quàm directum, nullum debetur laudimium. Burg. *in tract. de laudim. part.* 1. *inſpect.* 5. *n.* 25.

5 Et quanvis per quamcunque immunitatem generaliter conceſſam, nunquam cenſeatur comprehenſa immunitas à ſolutione laudimii, ex notatis per Menoch. *conſ.* 297. *n.* 24. Gratian. *diſcept. forenſ.*
6 *c.* 377. *n.* 11. † Tamen hoc non procedit, quando conceſſio facta fuit per modum venditionis, & tranſlatum fuit tam utile quàm directum dominium, cum pactis immunitatis ab omnibus oneribus feudalibus, ut ſuperiùs oſtenſum fuit, *n.* 4.

7 Et in materia laudimiorum magna eſt differentia inter feudum & emphyteuſim, nec ab uno ad aliud in materia iſta argumentum valet: quia in emphyteuſi laudimium debetur, ex diſpoſitione *l. fin. Cod. de jur. emphyt.* in feudo autem non debetur laudimium niſi ex pacto, vel conſuetudine; & ideo in feudis pacta quæ eximunt Vaſſallum à præſtatione laudimiorum, amplam & favorabilem recipiunt interpretationem. Roſental *de feud. cap.* 6. *concluſ.* 66. *n.* 6. Ergo cùm Menochius & Gratianus loquantur de emphyteuſi, non licet ab ea arguere ad feudum de quo agitur.

Quanvis etiam Surd. *deciſ.* 200. *n.* 2. *&* 5. dicat 8
laudimium non eſſe onus feudi, ſed quandam præſtationem extrinſecam; tamen contrarium verius eſſe ſupra oſtendimus, cùm proficiſcatur ex re ipſa, & ex tranſlatione dominii rei feudalis ducat originem: ideo fructuum & emolumentorum feudi appellatione continentur. Faber *d. tit. de jur. emphyt. defin.* 4. Amed. *quæſt. laudim.* 20. *n.* 5. † ubi dicit laudimium 9
pertinere ad conductorem reditum & emolumentorum feudalium, & in legato uſusfructus laudimia & relevia comprehendi; cùm ſint obventiones feudales. Sola *in conſtit. Sabaud. tit. de jur. emphyt. decreti in caſibus*, 1. *part. gloſ.* 1. *n.* 33. Blancard. *in notit. laudim. not.* 20. † ubi quæſtionem in utramque par- 10
tem examinat, tandémque concludit, laudimia ob rem ipſam & ex re deberi. Quod etiam concludit Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 31. *n.* 32. *&* 33. Camil. de Medic. *conſil.* 18. *n.* 3. *& ſeqq.*

Verum quidem eſt, quod ſi ſimpliciter immunitas 11
alicui fuerit conceſſa, veluti ob numerum duodecim liberorum, aliámve ſimilem cauſam, non cenſetur comprehenſa immunitas à laudimio: ſecus eſt, cùm conceſſio facta fuerit de feudo, cum exemptione ab omnibus immunitatibus feudalibus, ut ſupra oſtenſum eſt, *num.* 5. *&* 6.

Et præmiſſa multò magis locum habent, ſtante conventione quod in qualibet mutatione ſolvetur unum par calcarium pro omnibus juribus relevii, & utilitatibus feudalibus; cùm verba illa non poſſint referri ad àliam mutationem quàm ad mutationem poſſeſſoris. † Relevium enim (quod in materia feuda- 12
li confunditur cum laudimio) non ſolvitur ob mutationem manus dominantis, ſed manus ſervientis. Roſent. *de feud. c.* 6. *n.* 7. *& in gloſ. litera C.* Clara igitur eſt conventio, quod ſolutione unius paris calcarium, novus poſſeſſor eximatur à ſolutione relevii ſeu laudimii: quæ duo pro eodem ſumi, probatur ex traditis per Roſent. *d. c.* 6. *concluſ.* 66.

His omnibus conſideratis rationibus, Dominus Baro confugit ad pactum redemptivum, cui poſſeſſor reſiſtere non potuit, ſed oppoſuit de melioramentis de quibus conſtabat ſaltem in genere: ſed quæſtio erat de ædificiis, quæ poſſeſſor fecerat extra Caſtrum, in ipſo tamen feudi territorio. † Quæ poſſeſſori in 13
primis reſtituenda eſſe dixi, propter verba pacti redemptivi, *ſolutis priùs melioramentis ædificiorum, & omnibus ſumptibus, & loyaux couſts, &c.* cũ verba illa conditionem importent, quæ ante exequutionem in primis verificanda eſt per actualem melioramentorũ ſolutionem. Maſtril. *dec.* 98. Pacif. *de ſalvian. interd. inſpect.* 2. *c.* 2. *n.* 257. Immò etiam ceſſante pacto, quoties
feudum devoluitur ad Dominum, ſine culpa Vaſſal- 14
li, Dominus tenetur illi reſtituere omnes expenſas factas in ædificiis, ſive illæ conſiſtant in faciendo, ſive in reficiendo. Roſent. *de feud. c.* 10. *concl.* 43. *n.* 51. Clar. *in §. feudum, q.* 81. *n.* 1. Guid. Pap. *dec.* 169. *n.* 1.

Neque intereſt, quod expenſæ ædificiorum nõ fue- 15
rint factæ in ipſo Caſtro: Quia ſufficit illas fuiſſe factas in territorio; cùm pactum loquatur de melioramentis & ædificiis factis *en ladite terre.* † Et tamen 16
quanvis facta fuiſſet duntaxat mentio Caſtri, comprehenſum etiam fuiſſet territorium. Cancer. *lib.* 3. *var. reſol. c.* 13. *de jurib. Caſtror. n.* 23. & dum agitur de re 17
univerſali, prout eſt Caſtrũ, datur retentio totius pro melioramentis factis in una parte. Peregr. *de fideicom. art.* 50.

18 *art.*50. *num.*69. † Immò quod plus est, si ædificium factum fuerit per Vassallum in loco separato à terra vendita, illi tamen vicino, & ad usum & commoditatem rei venditæ; facta redemptione Castri, debet etiam redimi istud ædificium, quanvis videatur separatum: cùm in effectu sit de pertinentiis Castri. Abbas *cons.*62. *in* 4. *dubio*, *vol.*2. ubi loquitur de quadam controversia, quæ erat inter Ducem Austriæ, & Ducem Burgundiæ in simili casu. Et conferunt tradita per Marescot. *lib.*1. *var. resol. c.*112. *num.*26.
19 & 27. † Vbi quod quando agitur de re universali, vel de duabus particularibus invicem connexis, si una res fuerit meliorata, omnes retineri possunt, donec melioramenta fuerint restituta. Illustriss. D. Argel. *de legit. contradict. q.*20. *art.*3. *per totum*, ubi ita resolvit, & optimè explicat.

CAPVT LXXVI.

Mater debitrix filiæ in summa satis notabili, extorsit à futuro ejus marito ad illius nuptias aspirante dilationem quadriennii, qua durante, ad fructus minimè teneretur. Dubitatur, utrùm ad collocandam matrimonio filiam, hanc commoditatem obtinere potuerit? Et an sit locus rescissioni hujusmodi promissionis, & præsertim si mater sit tutrix filiæ suæ.

SVMMARIVM.

1 *Mater tutrix testamentaria filia suæ, si aliquid utilitatis consequatur pro collocanda filia in matrimonio, tenetur illud restituere condictione ob turpem causam.*
2 *Tutrix in tutela nullum commodum regulariter percipere potest, cùm tutoris officium debeat esse gratuitum.*
3 *Et nominatim ex matrimonio suæ pupillæ, tutrix nihil commodi recipere potest.*
4 *Idem est tutori pro matrimonio aliquid solvi, & dilationem ad solvendam summam notabilem concedi.*
5 *In materia condictionis ob turpem causam, pro eodem reputantur recipere, & retinere.*
6 *Retentio facta per tutorem, ut matrimonio pupillæ consentiat, subiacet condictioni ob turpem causam.*
7 *Expenditur* consil. *Nattæ* 76. *ubi vult parentes pro maritanda filia non prohiberi aliquid recipere.*
8 *Considerandæ sunt in hac quæstione circunstantiæ, utrùm quid tutori sponte datum fuerit, an per extorsionem obtentum, & an in magna, vel parva quantitate.*
9 *Turpitudo duplex est, una expressa, alia tacita.*
10 *Tacita turpitudo colligitur ex actuum correspectivitate.*
11 *Si alicui promitto centum, & statim sequatur plagium, illud præsumitur factum in executionem promissionis.*
12 *Obligatio facta ex turpi causa non valet, sive turpitudo sit expressa, sive tacita.*
13 *Si causa turpitudinis sit de præterito, is qui scienter solvit, donare videtur; ideo repetitioni locus non est.*
14 *Turpitudo expressa vitiat contractum ipso jure, tacita verò, ope duntaxat exceptionis.*
15 *Munuscula tutori gratuitò & sine conventione præcedenti data, non repetuntur condictione ob turpem causam: secùs est, si agatur de muneribus magni valoris.*

MAter vidua non potuit obtinere dilationem 1
solutionis duodecim millium scutorum filiæ suæ dum nuberet legatorum: Quia cùm ex testamento mariti gratis restituere teneretur, nihil commodi ex tali restitutione consequi potest, per text. *in l. final. vers. quod si ut id quod ex testamento, ff. de condict. ob turpem causam*, ubi quod sic promissum repetitur condictione ob turpem causam, cùm actio ex testamento sit stricti juris, ut *ibi* per DD. Nam in actionibus bonæ fidei, datur repetitio, vel actione ex contractu seu primeva, vel condictione ob turpem causã.

Tantò magis, quia dicta vidua erat tutrix filiæ suæ, 2
& per consequens nullum lucrum ex tutela quomodolibet habere poterat; cùm officium tutoris sit gratuitum. Surd. *de alim. tit.*1. *q.*47. *n.*7. ubi quod si quid lucretur tutor ex tutela, datur adversùs ipsum condictio ob turpem causam. Gratian. *discept.*919. *num.*6. & 7. ubi quod ne quid minimum capere potest. Gutier. *de tutel. part.*3. *cap.*2. *n.*1.

Et propiùs accedendo ad casum nostrum, adest 3
decis. apud Mastrill.63. quæ determinat tutricem nihil utilitatis ex matrimonio pupillæ suæ consequi posse, & fusè comprobat Fontan. *de pact. nuptial. p.*2. *claus.*5. *glos.*7. *n.*1. & *seqq.* ubi etiam ostendit hoc casu locum esse condictioni ob turpem causam.

Et quanvis nihil datum tutrici videatur; tamen 4
cùm solutioni legati, quod purè præstari debebat, adjectum fuerit tempus quadriennii, certum est quod minus solvisse dicitur, qui minus tempore solvit propter commoditatem & interusurium medii temporis, §. *sed si uxori*, cum *ibi* notat. *Instit. de legat.* §. *plus autem. Instit. de actionibus.* † Et in materia condictio- 5
nis ob turpem causam, idem est recipere & retinere. Alex. *in l. fin. ff. de condict. ob turpem causam, n.*2. & *ibi* Ias. & alii. † Et in individuo de retentione fa- 6
cta propter dotem constitutam, tradit Lup. *in cap. per vestras, de donat. inter vir. & uxor. in* 3. *notab.* §.3. *n.*25. *fol. mihi* 87. & in quolibet alio recipiente, vel retinente pro eo quod gratis facere tenetur, tradit Hypolit. de Marsil. *singul.*432.

Et quanvis etiam Natta *cons.*76. existimaverit con- 7
dictionem illam ob turpem causam non habere locum adversùs parentes nuptui filias suas tradentes; tamen Natta loquitur per verbum *crederem*, & videtur se restringere ad patrem, in cujus arbitrio erat minorem dotem constituere, si voluisset: & præterea adversùs Nattam adest punctualis decisio Lup. *in d.*3. *notab.* §.3. *à n.*21. *usque ad* 26. & Gutier. *de tutel. part.*2. *cap.*11. *n.*10. *in fine.*

Opponebatur doctrina Pelei, quem sequitur Ioan. 8
Andr. in Addit. ad Speculatorem, *in tit. de re judic.* §. *generalia, ad num.*23. *lit. G*, ubi distinguit utrùm maritus tutori pro suo matrimonio solutum sponte contulerit; an verò tutor extorserit. Si extorserit, distinguit inter magna & parva munera: sed si sponte contulerit; tunc existimat, sive magna, sive modica sint munera, non teneri tutorem, maximè si perfecto jam matrimonio data sint.

Sed respondetur, nullam ex istis propositionibus 9
subsistere. Nam quod attinet ad primam propositionem, verũ est Doctores distinguere duplicem turpitudinem, unam expressam, aliam tacitam. Expressa est, quando dictum est, *do vel remitto tibi talem rem, vel*

quantitatem, ut tale quid facias. Tacita, quando res donata fuit abſque expreſſione cauſæ propter quam donabatur. Hæc eſt diſtinctio communis DD. *in d.l. ſi plagii, ff. de verb. oblig.* & *in rubr. ff. de condict. ob turpem cauſam*, optime Sichard. *in rubrica Cod. eod. tit. n. 4.* † Quod autem tacita ſufficiat, quando agitur de donatione facta in eodem contractu propter correſpectivitatem; quia promiſſio præſumitur facta contemplatione ejus cui promittitur, & ſic turpiter, tradit benè Caſtrenſ. *in d. l. ſi plagii, n. 2. verſ. in gloſ.* † ubi dicit quod ſi promitterem centum, & in eodem inſtanti tu faceres plagium, mea promiſſio præſumitur facta contemplatione plagii. Et Sichard. *ubi ſupra, n. 4. verſ. ſed cùm rubrica*, ubi poſita diſtinctione turpitudinis expreſſæ, & tacitæ, dicit illum textum de utraque intelligendum eſſe; cùm rubrica generaliter loquatur: & de utraque etiam intellexit Card. Tuſch. *in verb obligatio, concl. 39. n. 1.* † ubi dicit obligationem ex turpi cauſa non valere, ſive ea expreſſa ſit, ſive tacita. † Et hoc admittunt omnes DD. licèt aliqui dubitent quando agitur de promiſſione facta ex cauſa de præterito: quia tunc ſcienter ſolvens ex cauſa turpi, videtur donare: ad inſtar illius qui promiſit uſuras, & poſtea ſciens illas eſſe indebitas, liberaliter ſolvit: ut per Alexand. *in d.l. ſi plagii, n. 4. verſ. & ſubdebat Angel.* Idem Imol. *ibid. n. 1.* Iaſi. *n. 7. & 9. verſ. quarit eadem Gloſſa.* Imò Bart. *in l. generaliter, ante n. 1. ff. de verb. oblig. verſ. ſi verò non exprimitur*, quem ſequitur *in eadem l.* Alexander, † voluit expreſſam turpitudinem vitiare contractum ipſo jure, tacitam verò duntaxat ope exceptionis: quam concluſionem probari aſſerit per *l. 1. C. de condict. ob turp. cauſ.* unde Bald. *in l. qui ſine uſuris, ff. de negot. geſt* relatâ Pelei doctrinâ, format quæſtionem, & indiſtinctè tenet, tutorem teneri ad reſtituendum quod recipit, quia officium ejus debet eſſe gratuitum, & nihil poteſt recipere, nec lucrum ex adminiſtratione ſua procurare. † Et Gutier. *in tract. de tutel. part. 2. cap. 11.* qui aſſerit data tutori munuſcula gratuitò, & ſine pactione, non repeti; quod & verum eſt: ſecus de muneribus magni valoris, & conventione tacita, vel expreſſa præcedente: ut notavit in caſu noſtro Caſtrenſ. *in dict. l. ſi plagii, num. 2.* fuit tamen hoc negotium inter partes amicis tractantibus concordatum.

CAPVT LXXVII.

Hæres gravatus de reſtituendo facit ſuos fructus hæreditatis, non ſolùm pendente conditione perceptos, ſed etiam poſt eventum conditionis, antequam fuerit interpellatus de reſtituendo; niſi tamen fuerit hæres fiduciarius, qui nudus eſt miniſter, & ideo fructus reſtituere tenetur. Dicitur autem fiduciarius, ſi concurrant quatuor à jure requiſita: Et ex quibus conjecturis colligi poſſit, hæredem eſſe fiduciarium: Et quæ ſit differentia inter fiduciarium hæredem, & legatarium, de quo teſtator confiſus noluit teſtes adhibere in ſua diſpoſitione.

SVMMARIVM.

1 *Hæres regulariter fructus pendente conditione fideicommiſſi perceptos non tenetur reſtituere fideicommiſſario.*
2 *Hæres ſuos facit fructus poſt eventum conditionis, ſi fideicommiſſarius fuerit negligens in petendo.*
3 *Limitatur ſi fideicommiſſarius habuerit juſtam cauſam abſentiæ, vel ſit minor, pupillus, vel furioſus.*
4 *Quatuor requiſita concurrere debent ad faciendum hæredem fiduciarium.*
5 *Hæres fiduciarius eſt potius miniſter, quàm verus hæres.*
6 *Hæres gravatus de reſtituendo quidquid ad eam ex hæreditate pervenerit, non propterea dicitur fiduciarius.*
7 *Fructus hæreditatis non ſunt hæreditarii.*
8 *Acquiſita per hæredem ex fructibus, ad ipſum jure proprio pertinent.*
9 *Poteſt tamen teſtator mandare, ut fructus inveſtiantur ad utilitatem fideicommiſſi.*
10 *Vxor convolans ad ſecunda vota, non tenetur reſtituere liberis primi matrimonii quæſita ex fructibus bonorum mariti.*
11 *Non minus uxor eſt fiduciaria, ſi cætera concurrant, quanvis gravata ſit de reſtituendo in caſum mortis, vel ſecundarum nuptiarum, & num. 13.*
12 *Non convenit fiduciario gravamini quod inſtitutioni adjecta ſit conditio, quæ etiam vivente fideicommiſſario potuerit non exiſtere.*
13 *Concurrentibus conjecturis hæres fiduciarius declarandus eſt, non obſtante mixtura aliarum conditionum extrinſecarum.*
14 *Quod uxor gravata ſit reſtituere poſt mortem, non præjudicat fideicommiſſario confidentiali.*
15 *Gravamen impoſitum de reſtituendo integrè & ſine detractione, deducta certa ſumma, arguit hæreditatem confidentialem.*
16 *Juſſus aliquid retinere, videtur juſſus totum reſiduum alteri reſtituere.*
17 *Si mulier juſſa fuerit hæreditatem reſtituere, dote retenta, ex eo confidentia arguitur.*
18 *Pupillaris ætas filiorum eſt magnum argumentum confidentiæ.*
19 *Quando dilatio data fuit favore tam hæredis, quàm ſubſtituti, quidam exiſtimant etiam fructus eſſe reſtituendos.*
20 *Geminatio & inculcatio verborum multùm prodeſt ad inducendam fiduciariam reſtitutionem.*
21 *Vxor hæres fiduciaria dotem ſuam cum fructibus illius deducit de fideicommiſſo.*
22 *Mulier cui legatum à marito factum eſt, caſu quo convolet ad ſecunda vota, perinde eſt quoad illud legatum, ac ſi ad illas convolaret de licentia mariti.*
23 *Mulier non tenetur liberis petere tutorem, qui nihil præter alimenta habent.*
24 *Mater quæ tutelam formiter non acceptavit, non amittit legatum ſibi à marito factum, quamvis ad ſecunda vota non petito tutore tranſierit.*
25 *Fiduciaria reſtitutio non inducitur, ſi ex conjecturis colligatur, ipſum fuiſſe abſque fiducia gravatam.*
26 *Non inducitur fiduciarium gravamen, niſi ultra cauſam adſint etiam verba teſtamenti, ex quibus fiducia argui poſſit.*
27 *Magna eſt differentia inter ſubſtitutionem fiduciariam hæreditatis, & legatum ſecretò fidei hæredis*

hæredis commissum, quod justis de causis testator coram testibus declarare noluit.

28 *Hoc posterius confidentiæ genus probatur etiam per testes singulares.*

29 *Sufficit quod testes deponant se audivisse hanc confidentiam ex ore testatoris, vel hæredis.*

30 *Favore liberorum declaratio testatoris circa fiduciam, probatur duobus testibus.*

31 *Confessio hæredis quando respicit actum proprium ipsius, dum dicit testatorem suæ fidei aliquid commisisse, probat contra ipsum.*

CVm uxor gravata fuisset fideicommisso ex testamento mariti de restituendo illius hæreditatem liberis suis in casum secundarum nuptiarum, liberi petierunt restitutionem, non solùm proprietatis, sed etiam fructuum usque in diem secundarum nuptiarum perceptorum: & hoc quia † licèt regula generalis sit, hæredem gravatum non teneri restituere fructus post aditam hæreditatem perceptos, ante advenientem casum fideicommissi, *l. si quis bonorum. ff. de leg. 1. l. fideicommissariam, & l. postulantem, §. sed si hujusmodi, ff. ad Trebell.* & clarè probat text. *in l. Herennius, ff. de usuris*, & tradit Rip. *in dicta l. in fideicommissariam, n. 4.* Gabriel *consil. 121. num. 58. lib. 1.* Surd. *consil. 291. num. 6.* cum aliis per eum allegatis. 1

Quod adeo verum est, ut non solùm hæres gravatus suos faciat fructus perceptos ante adventum conditionis, sub qua gravatus reperitur; verùm etiam fructus quos percepit post adventum conditionis, antequam fuerit interpellatus per fideicommissarium de restituendo hæreditatem, idque propter negligentiam fideicommissarii non potentis, *l. mulier 22. §. si hæres, ff. ad Trebellianum.* Peregr. *de fideicom. art. 49. num. 79.* Pacif. *de salvian. interdict. inspect. 3. cap. 4. num. 375.* † Quod tamen limitatur ut non procedat, quando fideicommissarius propter propriam absentiam non petit hæreditatem sibi restitui. Bart. & alii *in dict. l. in fideicommissariam*, ubi Rip. *n. 10.* Idemque procedit si fideicommissarius sit pupillus, vel furiosus, aut similis persona, quæ absentibus æquiparatur; quia hoc casu nihil est quod ipsi fideicommissario imputari debeat, si non petierit, *l. in minorem, Cod. quib. ex caus. in integr. restitut. non est necessar.* Gabr. *cons. 121. n. 58. & 59. lib. 1.* Menoch. *de arbitrar. cas. 256. num. 26.* Idem dicendum est in minore, per textus *in dicta l. in minorem.* Vincent. de Franch. *decis. 16.* textus est *in l. cùm quidam, §. si pupilli, ff. de usur. & in l. ait prætor, §. 1. juncta gloss. in verb. ultra usuras, ff. de minoribus.* Circa quod videri poterit Cost. *de rat. q. 28. num. 8.* Honded. *consil. 36. num. 15. volum. 2.* Gaspar Roderic. *de annu. redit. lib. 3. quæst. 7. num. 92.* ubi id limitat, & explicat. 2

Tamen ex facti circunstantiis, & ex verbis testamenti eliciebatur voluntas mariti faciendi hæredem uxorem duntaxat fiduciariam, cùm quatuor à jure & Doctoribus requisita ad faciendum hæredem fiduciarium concurrant. Primò, quia fideicommissarius erat filius testatoris. Secundò, quia hæres instituta erat uxor, erga quam maritus magnam habebat confidentiam, quam & ex verbis testamenti colligi asserebant. Tertiò quia uxor erat in tota hæreditate institura, & de tota restituenda gravata, etiam exclusâ quacunque detractione. Quartò, quia conditio fideicommissarii præbuit causam dilationis, cùm esset adhuc in pupillari ætate constitutus. † Quibus it a concurrentibus concludunt communiter Doctores, matrem aut aliam similem personam confidentem, ministram potiùs & custodem bonorum, & fiduciariam nuncupari debere, quàm veram hæredem, & eâ ratione cogi posse ad fructuum post aditam hæreditatem perceptorum restitutionem, *l. Sejus Saturninus*, & *ibi* DD. *ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideicom. art. 3. num. 29.* Rot. *decis. 765. num. 1. part. 2. recent.* Gratian. *discept. forens. cap. 650. per totum*, & maximè *num. 5.* cum pluribus *ibi* citatis. Corneus *consil. 335. n. 29. lib. 1.* Fontanel. *de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 5. num. 74. & sequentib.* Fusar. *quæst. 626.* 3 4 5

Non sufficeret autem, si testator simpliciter onerasset uxorem, ut liberis restitueret quidquid ad ipsam ex hæreditate pervenisset. Mantic. *de conject. lib. 7. tit. 10. num. 7.* † Ratio est, quia fructus hæreditatis non sunt hæreditarii. Surd. *decis. 271. num. 8.* † Multò minus acquisita per hæredem ex fructibus, quæ ad ipsam jure proprio pertinent. Cravet. *consil. 295. num. 4.* † Nisi tamen testator expressè mandasset fructus investiri in favorem fideicommissarii, & pro augmento fideicommissi. Rot. *decis. 682. num. 8. part. 2. recent.* relata apud Gratian. *discept. 640.* † Et facit à simili de uxore convolante ad secunda vota, quæ licèt teneatur restituere liberis primi matrimonii omnia quæsita ex substantia mariti; non tamen tenetur restituere quæsita ex fructibus bonorum mariti. Franch. *decis. 18. per totam*, Ioannes Andreas Georgius *allegat. 24. num. 8. & seqq.* maximè si tales acquisitiones fuerint factæ per hæredem gravatum nomine proprio. Surd. *decis. 15. n. 8.* 6 7 8 9 10

Neque obstat si dicatur, dictam uxorem non simpliciter fuisse institutam hæredem, & gravatam de restituendo, advenientibus casibus in testamento expressis, ob solum favorem filii; cùm adjectæ fuerint aliæ conditiones quæ ostendunt etiam favorem matris fuisse in consideratione apud testatorem, qui voluit quod ipsa restitueret post mortem suam, vel in casum secundarum nuptiarum: quo casu dilatio non censetur apposita favore solius fideicommissarii, sed etiam favore ipsius hæredis gravatæ, ut per Angel. & Alexand. *in dict. l. Sejus Saturninus.* † Quia legis illius dispositio non procedit, quando institutioni adjicitur conditio, quæ etiam vivente fideicommissario potuit non existere. Gabriel *cons. 128. num. 3. vol. 1.* Ripa *in l. cum filiofamilias, num. 61. ff. de legat. 2.* Mantic. *lib. 7. de conject. titul. 10. num. 16.* 11 12

Quia responsum fuit hoc esse verum, quando aliæ circunstantiæ non traherent animum Iudicis, ut ex illis colligeret intentionem disponentis, ut dilatio seu conditio per eum adjecta fuisse favore fideicommissarii crederetur, prout in casu proposito plures concurrebant conjecturæ, ut notanter dicit Peregrin. *de fideicommiss. artic. 49. numero 26.* † Immò multi existimant, non præjudicari fideicommisso confidentiali, quanvis uxor post mortem suam rogata esset restituere. Menoch. *consil. 1135. num. 14. & 17.* ubi præcisè loquitur de matre gravata de restituendo liberis post mortem suam hæreditatem mariti, consideratâ juvenili ætate ipsorum. Fontanel. *de pact., nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 4. num. 82. versic. quoad tamen requisitum.* 13 14

Conjecturæ autem in casu proposito erant evidentissimæ: quia testator declaraverat distertis verbis se velle, ut uxor restitueret integrè & sine detractione omnia bona & hæreditatem suam, ita quod ipsa haberet super dictis bonis summam decem millium librarum pro omnibus juribus sibi competentibus; 15

16 & totum reſiduum reſtitui eâ ratione mandavit: † ut per text. *in l. 3. §. cùm Pollidius, ff. de uſur.* tradit *ibidem* Bald. *in 2. notabili*, quod juſſus aliquid retinere, videtur juſſus totum reſiduum alteri integraliter reſtituere: & magis ad propoſitum eſt text. *in l. cùm*
17 *quis, §. mulier, ff. de dote præleg.* † Vbi mulier cui dos à marito relicta fuit, & ab eo hæres inſtituta, gravata de reſtituendo totam hæreditatem, tenetur etiam fructus ex hæreditate perceptos reſtituere: ut bene Cujac. *in explicatione d. §. cum Pollidius, ad librum 19. quæſt. Papin.* Peregr. *de fideicom. art. 49. n. 27.* & Ioan. Copus *in tract. de fructib. tit. 3. 3. p. cap. 2. n. 5.*

18 Et ſanè negari vix poterat, quin propter pupillarem ætatem filii, dotio favore ipſius duntaxat appoſita cenſeretur: & ideo fructus illi reſtituendi eſſent, maximè concurrentibus aliis requiſitis per text. *in l. ſi ita, §. Pegaſus, ff. de legat. 2.* Rip. *in dicta l. in fideicommiſſariam, n. 7.* Copus *loco citato, n. 6. & 7.* Cancer. *part. 3. cap. 20. de leg. n. 29. & 30.* Mantic. *de*
19 *coniect. lib. 7. tit. 10. n. 10.* † Immò ſi credimus Menochio, fructus reſtituendi ſunt per hæredem gravatum, quando reſtitutio demandata fuit ſub dilatione in gratiam utriuſque, tam fideicommiſſarii, quàm hæredis gravati, ut notavit Menoch. *in tract. de arbitrar. caſ. 256. n. 18. in fine, verſic. quam declarationem.*

20 Perpendenda etiam erat geminatio verborum, quibus teſtator dictam ſummam decem millium librarum uxori reliquerat, pro omnibus & quibuſcunque juribus, quæ ipſa prætendere poterat ſuper bonis & hæreditate ſua: quam geminationem conſiderat Menoch. *de arbitr. dict. cap. 256. num. 16.* Mantic. *loco citato, num. 12. & 13.* Peregr. *dicto art. 49. num. 28.*

21 Reſtituenda igitur erit tota hæreditas cum fructibus à die mortis perceptis, deducta tamen in primis dote ſua, & juribus dotalibus, cum fructibus ipſorum: per text. *in dicta l. cùm quis, §. mulier, ff. de dote præleg.* Peregr. *dicto art. 49. n. 27.* Copus *in tract. de fructib. tit. 3. part. 3. cap. 2. n. 5.* Socin. jun. *conſil. 170. n. 6. & 7. vol. 2.* uxor enim ſtatim poſt aditam hæreditatem cenſetur dotem ſuam deduxiſſe: & ideo fructus uſque ad concurrentem dotis quantitatem non tenetur reſtituere.

22 Neque petitioni legati decem millium librarum nocebat tranſitus ad ſecunda vota, cùm maritus illas legaſſet in caſum ſecundarum nuptiarum; quo caſu perinde eſt ac ſi ad illas convolaſſet cum licentia mariti. Cod. Fabr. lib. 5. tit. 5. *de ſecund. nupt. definit. 5.* Gutierr. *de matrim. cap. 109. n. 60.* Sanch. *in eodem tract. lib. 7. diſp. 89. n. 52.*

23 Neque tenebatur liberis petere tutorem, cùm nihil haberent præter alimenta, *l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertyll.* Montan. *de tutel. cap. 15. n. 104.* Gutierr. *in eo tract. part. 1. cap. 16. n. 101. & 103. iuncto n. 134. & 135.*
24 † Immò non perdit legatum mulier, quæ formiter tutelam non acceptavit, prout ab hac vidua acceptata non fuerat. Surd. *conſ. 175. n. 33.*

25 Cæterùm præmiſſa procedebant ſtantibus prædictis circumſtantiis: nam ſi illæ ceſſarent, aut aliæ in contrarium adducerentur, concludendum eſſet contra fideicommiſſum fiduciarium, prout in caſu occurrenti aliquando reſpondi, juxta egregiam deciſionem Burat. 616. *n. 23. & ſequent. & per totam deciſ.* quæ tamen aliis de cauſis fuit revocata apud eundem Bu-
26 rat. *deciſ. 901.* † Vna autem ex conjecturis eſſet, ſi in teſtamento nulla adeſſent verba, quibus deſignaretur teſtatorem habuiſſe confidentiam erga perſonam hæredis inſtituti, ut per Bald. *in dict. l. 3. §. cum Pollidius, ſub num. 1. ff. de uſur.* & *ibi* Cujac. *verſ. ego duplici.* Peregr. *dicto art. 3. n. 19. verſic. fiduciam autem, & verſic. quartum.* Illuſtriſſ. Dominus Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt. 15. num. 60.* Cavaler. *deciſ. 381. num. 2. verſic. Nam hæredem, & num. 5. verſic. concurrentibus igitur*, & probatur *in l. quidam cùm filium 46. verſ. reſpondi*, ibi: *manifeſtum eſſe debet, ſcriptum hæredem fidem dediſſe, & teſtatorem fidem eius ſecutum fuiſſe, ff. de hæred. inſtit.* Hodiern. *in l. hac edictali, q. 28. n. 34.* Rot. *deciſ. 351. num. 13. part. 4. recent. tom. 2.* ſeu *part. 8. recentior.* & *in deciſionibus inſertis in fine huius capitis.*

Verùm diligenter advertendum eſt, magnam eſſe 27
differentiam inter caſum prædictum, & illum qui continetur *in l. fin. Cod. de fideicom.* Nam *in dict. leg. fin.* ſupponitur quod teſtator de uxore confiſus fuerit, & propter talem confidentiam teſtes adhibere noluerit; dum illam de reſtituendo legatum gravavit. Corn. *in d. l. fin. n. 4.* Fuſar. *conſ. 32. n. 9.* Propriè enim fiducia non cadit in relictis particularibus. Rota *deciſ. 351. n. 14. part. 4. recent. tom. 2.* ſeu *part. 8.*

Quæ confidentia circa legatum probatur per te- 28
ſtes, quos etiam ſingulares ſufficere voluit Caſtrenſ. *conſil. 395. n. 1. verſ. hi quidem teſtes, vol. 2.* quem ſequitur Rot. in caſu fiduciæ hæreditatis, *deciſ. 765. part. 2. recent. num. 7. & 8.* † Et ſufficit quod depo- 29
nant ſe ita audiviſſe à teſtatore, vel ab hærede. Cravet. *conſ. 73. num. 3.* Mantic. *de coniect. lib. 12. tit. 16. num. 20.* † Præſertim ſi agatur de favore liberorum, 30
quo caſu duo teſtes ſufficiunt. Seraph. *deciſ. 1302. num. 6. & 7.*

Confeſſio etiam ſola hæredis probat fideicommiſ- 31
ſum, quando reſpicit actum proprium ipſius hæredis confitentis, ut cùm fatetur teſtatorem ſuæ fidei commiſiſſe, ut aliquid certæ perſonæ præſtaret: ut bene explicat Fuſar. *d. conſ. 32.* Bellon. jun. *conſ. 18. n. 30. verſ. 4. & ult. caſus.* Sed iſta confeſſio probari debet ſaltem per duos teſtes. Rota *d. deciſ. 351. n. 20. p. 8. recent.*

DECISIO ROTÆ ROMANÆ in cauſa Carpentoracten. hæreditatis, coram R. P. D. BICHIO.

28. *Iunii* 1647.

CVilibet ex filiis, tam natis quàm naſcituris Bernardus Fabre in teſtamento, quod condidit de anno 1584. legavit jure particularis inſtitutionis florenos 600. certis temporibus ſolvendos. Et ulteriùs mandavit illos enutriri, veſtiri, & educari in omnibus bonis moribus & virtutibus, maribúſque de bona arte provideri ſumptibus hæreditatis, addito quod nihil aliud habere, aut petere poſſint ſuper ejus bonis, & hæreditate; ſive jure legitimæ, quartæ Trebellianicæ, Falcidiæ, aut quocunque alio jure, quia vult dicto legato eſſe contentos.

Deinde ſcripſit hæredem univerſalem Claudium fratrem germanum, ſolum & pro toto, per quem voluit, & ordinavit ſupradicta legata realiter ſolvi & ſatisfieri. Qui Claudius ab anno 1596. quo deceſſit teſtator, bona hæreditaria tanquam verus, & ſolus hæres pacificè poſſedit uſque ad annum 1620. & ſucceſſivè poſſederunt ejus filii, & hæredes uſque ad annum 1641. tunc enim, & ſic elapſis 45. annis, Ioanna filia Bernardi teſtatoris, & Franciſcus ejuſdem nepos

ex

ex Theofredo filio contra illos petierunt immitti, sub prætextu quod Claudius ut suprà institutus hæres universalis à Bernardo fuerit dumtaxat hæres confidentialis, seu fiduciarius, cum onere restituendi hæreditatem filiis testatoris.

Prodiit hæc lis coram Iudice de partibus in Civitate Carpen. donec per appellationem à decreto admissionis articulorum à D. Vicelegato ad utrumque effectum admissam devoluta ad Curiam, finis primæ instantiæ recedit à sententia absolutoria contra actores lata, & nunc secundam instantiam sortitur in Rota, ubi proposito à me hodie dubio, an actoribus sit danda immissio, non esse dandam Domini censuerũt.

Vt enim hæres fiduciarius quis institutus dicatur, copulativè inter cætera requiritur causa ob quam testator proprios filios, non potius recta via, sed mediante alio hærede fiduciario ad suam hæreditatem vocaverit, & verba testamenti, ex quibus fidei hæredis instituti hæreditatis restitutionem committere voluisse deducatur, ut notat Bald. *in l. in fideicommissis 3. §. cùm Pollidius. ff. de usur.* ibidémque Cujac. *vers. ergo duplici*, Bertaz. *cons. civil. 8. n. 8.* Honded. *cons. 51. n. 88. lib. 2.* Peregr. *de fideic. art. 3. n. 19. vers. & fiduciarium*, & *de iur. Fisc. lib. 3. tit. 19. n. 3.* Rot. *decis. 381. num. 2. coram bon. mem.* Card. Cavaler. *decis. 616. n. 15. & 23.* coram bon. mem. Burat. *decis. 351. n. 13. part. 4. tom. 2. recent.* & *in Bononien. Iurispatronatus, 4. Iulii 1640. coram me*, §. 1. desumiturque ex text. *in d. l. in fideicommissi*, §. *cùm Pollidius, ff. de usur. in l. quidam cùm filium familias 46. ff. hæred. instit. in l. Sejus Saturninus 46. ff. ad Trebell.* in quibus utrumque concurrebat. Probandum autem utrumque est ab allegante, ut habetur *in d. l. quidam cùm filium familias*, ibi, *non aliter ab eo fideicommissum peti posse, quàm si & ipsum testatorem fidem eius secutum esse probaretur.*

At in casu nostro non probarunt actores, immò verba testamenti excludunt penitus fiduciariam, sive attendamus institutionem hæredis, ibi, *instituit hæredem Claudium Fabre, eius fratrem dilectum solum, & pro toto*; ponderando præsertim verba illa, *solum & pro toto*, quæ importare videntur plenum dominium tam in proprietate, quàm in fructu, & per consequens plenariam ac liberam institutionem, ut ad propositum ponderat Ioseph. Ramon. *cons. 67. sub n. 17.* quamvis hoc solum non sufficit si alia adessent signa fiduciæ. Bertazz. *d. cons. civili, lib. 8. n. 17. vers. secundò per facultatem.* Cancer. *var. resol. tom. 1. cap. 1. n. 219. & seqq.* Sive attendamus præcedens legatum factum filiis cum expressa prohibitione plus petendi, per quam dicuntur penitus excluſi ab universali successione. Bart. *in l. quoties*, §. *si duo, n. 1. & 5. ff. de hæred. inst.* Ruin. *cons. 90. n. 11. lib. 2.* Gabr. *cons. 132. n. 42. lib. 1.* Rovit. *cons. 47. n. 14.* ubi ait ex dicta prohibitione resultare claram mentem testatoris, quod taliter instituti in nullo casu possint plus habere, *lib. 1.* Rot. *decis. 635. n. 4. part. 1. recent.* Præsertim quia prohibiti sunt petere ex causa legitimæ, Trebellianicæ, & Falcidiæ, aut quocumque alio iure, atque ita nec jure fiduciatiæ institutionis, quod ad omne aliud sub universalitate verbi *quocumque*, comprehenditur. Ruin. *cons. 98. n. 11. lib. 2.* Ceph. *consil. 13. num. 2.* cùm tamen sufficeret non adesse aliquod verbum confidentiæ indicatiuum. Bart. *dict. decis. 616. n. 18. vers. maximè*, Rot. *dict. decis. 351. n. 13. vers. nam de verbis, part. 4. tom. 2. recent.*

Causa pariter non est ex adverso probata; nec allegare sufficit, quod filii testatoris essent impuberes, ad tradita per Pereg. *de fideic. art. 3. numero 19. versic. quia impubes*, Neguſ. *quæst. 310. numero 53. versic. minor ætas*, Moder. Neapol. *in l. hac edictali, quæst. 28. sub numero 35. versic. item potest. Cod. de 2. nupt.* Aut quod testator hoc modo providere voluerit filiis de administratore, eidémque Claudio administratori filiorum successivam obedientiam, de qua alioquin verebatur, conservare.

Quia cùm non omnes filii essent impuberes (aderat enim Franciscus ætate major tempore testamenti) in omnibus non militabat causa pupillaris ætatis, sive timoris inobedientiæ, qui in impuberibus cadere non poterat, & per consequens ne eadem institutio quoad aliquos filios censeatur fiduciaria, libera verò quoad alios, dicendum est nullatenus fiduciariam esse, *ut in his terminis advertit* Burat. *dict. decis. 616. sub numero 23. vers. causa non conveniebat, & num. 24.*

Eo minùs, quia testator aliter poterat Claudio fratri hæredi instituto filiorum administrationem, ac gubernium, & filiis obedientiam erga Claudium injungere. Bertrand. *cons. 47. sub n. 7. vers. si enim, vol. 3. part. 2.* Cuman. *cons. 108. sub num. 1. vers. justius tamen.* Grat. *discept. 446. n. 5.* Prout specialiter per Capitulum separatum injunxit: Vnde instituendo postea Claudium hæredem universalem, tanquam fratrem dilectum, ibi, *eius fratrem dilectum*, præsumitur nõ ex alia causa quàm dilectionis motus ad instituendum, ut in proximis terminis Decius *cons. 601. sub num. 4. ver. & in favorem*, & in puncto Rot. *ut suprà citata Bononien. Iurispatronatus, coram me*, §. *neque pro causa, vers. quem potius.* Vel in omnem eventum negati saltem non potest, quin allegata causa simulandi institutionem fratris, ac fiduciæ sit dubia, sed certa requiritur: Abb. *cons. 9. num. 1. &* 8. Natt. *cons. 628. num. 17. & sequentib.* Honded. *cons. 46. num. 3. & lib. 1.* Farinac. *cons. 40. sub num. 60. lib. 1.* & fuit dictum *in Bononien. bonorum de Monterentiis, 27. Iunii 1611. coram bon. mem. Penia.*

Hinc non obstant testes ex adverso examinati: Quia nemo deponit de causa fiducialitatis, nec interfuerunt testamento, & quatenus deponunt de verbis longè post testamentum prolatis à Bernardo testatore, vel à Claudio hærede, ex quibus fiducialitas probari potest. Castill. *quotid. contr. lib. 5. cap. 69. col. 8. & 9.* Rot. *decis. 765. n. 10. part. 2. recent.* non merentur fidem.

Primò, quia aliqui ex illis examinati fuerunt vigore monitorialium absque citatione partis, Surd. *cons. 129. num. 23.* Giurb. *decis. 95. numero 1.* Rot. *decis. 250. num. 23. part. 6. recent.* Alii examinati fuerunt post interpositam appellationem à decreto admissionis articulorum, quæ licèt quando tale decretum interlocutorium est, non impediat, quominus Iudex à quo possit ad ulteriora in examine procedere, donec per Iudicem appellationis fuerit inhibitus, Lancell. *de attent. part. 2. cap. 12. limit. 1. numero 1. & sequentib.* Rot. *decis. 17. de appellat. in antiq. & in Mantuana bonorum*, 20. *Maij 1611. coram Vbaldo seniori, impress. apud* Marches. *de commiss. part. 1. fol. 1221. numero 1.* obest in casu nostro quo decretum est diffinitivum, ut patet ex lectura, ibi, *servatis terminis, & conclusione in causa, &c. Christi nomine, &c.* Summ. *Ioannes & litis cons. numero 12.* Et ultro verificata fuit causa appellationis coram Iudice superiori, nempe V. Legato Avenionensi, ad cujus signaturam spectant appellationum admissiones, illéque appellationem ad utrumque effectum admisit; nam talis admissio vi retrotractionis ad diem decreti reddit attentatum examen testium, & quicquid medio tempore gessit Iudex à quo. Lancell. *de attent. part. 2. capite 12. ampliat. 19. numero primo*, Reverendiss. Vrgellen. *decis. 96. numero quarto*, cum aliis allegatis ab Adden. ad Burat.

deciſ.902.n.6. & in Collen. Decanatus,7. Maii 1640. coram R.P.D.meo Rojas.

Secundò quia eſto quod ſufficerent duo teſtes, eo quòd agitur de probanda, ſive voluntate patris inter liberos, quæ duobus teſtibus probatur, *l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto*,ubi Iaſ.*n.6. Cod.de teſt.* Gabr. *de teſtam.concluſ.7. n.1. & 2.* Michaël Graſſ.*in §.teſtamentum,quæſt.11.n.4.* Seraph.*deciſ.1302.n.6.* ſive conventione inter teſtatorem & hæredem de reſtituendo hæreditatem filiis teſtatoris, quæ pariter non ultra duos teſtes requirit,ut in his terminis Iaſ.*in l.ſi. n.17.& 18.Cod.de fideic.* Alb.*conſ.529.n.5.& 6.* Grat. *diſcep.650.n.31.*aliique allegati per Mart.*de ſucceſſ.leg. part.4.q.3.art.4.n.19.& 20.* Moder.Bononien.*de acq. poſſ.q.15. ſub n.69.* Burat.*deciſ.616.n.7.* prout plures non requiruntur ſi probatio tendit ad declaranda verba teſtamenti,ubi dubia ſunt. Nam ubi ſunt clara,ut in caſu noſtro,non eſt locus declarationi, ſed inducitur ex verbis poſt teſtamentum,ad quam probandam ſeptem omnino teſtes neceſſarii ſunt,non ſecus ac ad illam inducendam, juxta magiſtralem diſtinctionem, quam aliis relatis tradit Surd. *conſ.129.n.29.* Hond. *conſ.51.n.76. & ſeq. lib.2.* Io. Franc. à Ponte *conſ.63. num.9.& ſeq.lib.1.* Cancer.*var.reſolut.part.3.cap.20. n.408.& ſeqq.* & in his terminis ſequutus eſt Grat.*d. diſcep.650.n.25.& ſeq.* Rot.coram Burat.*d.deciſ.616. num.4.& part.2. recent.deciſ.765.num.6.& 7.* Licèt in eo caſu Rota duos tantùm teſtes admiſerit,quia in teſtamento aderant verba confidentialia, ut patet *num.13.*

Eſto, inquam, quod duo teſtes ſufficerent, tot in caſu noſtro non adſunt; nam ſolùm ſextus teſtis deponit audiviſſe longè poſt teſtamentum à Bernardo teſtatore & Claudio hærede, ipſius Claudii factam fuiſſe inſtitutionem ſub promiſſione reſtituendi filiis teſtatoris.

Tertius autem teſtis deponit audiviſſe à Claudio, quod quamvis teneret, & poſſideret bona Bernardi fratris,nihilominus redderet contentos,& ſatisfactos ejus filios,& poneret illos in quiete & pace,quæ verba non important per neceſſe promiſſionem reſtituendi bona, cùm verificari poſſint reſpectu ſupplementi legitimæ,quod deinde Claudius ſoluit filiis teſtatoris;cúmque ſint admodùm generica,& ferè honorifica & curialia non obligant,aut deponunt, *cap. cum veniſſent,circa med.verſ.ipſe verò,de inſt.* Iaſ.*in l. ita ſtipulatus, n.5.ff.de verb.oblig.* Seraph.*deciſ.155. n.3.* Andr.*dec.92.num.8.*

Secundus pariter teſtis nullius eſt momenti, quia ait Bernardum & Claudium fratrem conveniſſe ſimul de faciendo donationem reciprocam, & Claudium recepta per publicum inſtrumentum donatione à fratre,finxiſſe ſe ægrotum,ne ſimilem fratri faceret, de quo inſtrumento donationis Bernardi erga Claudium nullibi conſtat, & quatenus dicatur deperditum,non probatur eius tenor per teſtes,non docto de inſtrumenti amiſſione. Caſtr.*in l.1. n.3.Cod. de fid. inſtr.* Bart.*in auth.ſi quis in aliquo,n.6.C.de ædēd.* Ceph. *deciſ.171.n.48.* Surd.*conſ.109.n.10.* Afflict.*deciſ.274. n.4.* Rot.*in Biſuntina cenſus,24. Maii prox. præt.§.1. quia,coram R.P.D.meo Corrado.*

Vnde non urget quod ad probandam fiducialitatem admittuntur eriã teſtes ſingulares. Caſtrenſ.*conſ. 395.n.3.verſ. iſti quidem teſtes,part.2.* Aym.*conſ.73. n.33.* Simon de Petr.*conſ.67.num.12.* Mant.*de conject. lib.12.tit.16.n.20.* Seraph.*dec.1302.n.1.* Rot.*dec.765. n.7.& 8.part.2.recent.* Quia ut dicebam,unicus teſtis, nempe ſextus, deponit de confeſſione extrajudiciali, ad quam probandam regulariter nec ſufficiunt teſtes ſingulares, etiam ſingularitate adminiculativa. Alex. *conſ.68.n.8.lib.5.* Put.*deciſ.466. n.1.lib.2.in corr.* Burat.*deciſ.117.n.8.* Et præterea quamvis teſtes deponerent de ipſa diſpoſitione ſeu pacto confidentiali, eorum ſingularitas non poſſet admitti, niſi verba teſtamenti eſſent dubia,ut in puncto reſpondendo contrariis declarat Burat.*d.dec.616.n.16.* Grat.*diſcept.650. n.24. & plur. ſeqq.* Et teſtes deponerent de diverſis actibus tendentibus ad eundem finem, ſecus verò quando deponunt de eodem actu, ſed diverſimodè, prout in caſu noſtro deponit ſecundus, & ſextus teſtis,& ratio diverſitatis eſt,quia primo caſu ſingularitas eſt adminiculativa, ſecundo verò obſtativa, quæ dicta teſtium deſtruit; ita ut nullam omnino faciant probationem. Farinac. *de teſtib. quæſt.64.n.5. & 6. & n.54.* Ciriac. *contr.487. n.1. & 2.ſeqq.* ubi allegat concord.

Rurſus non obſtat,quod etiam conjecturis fiducialitas probari poſſit.Salyc.*in l.etiam,n.7.verſ. item dico,C.ad leg. Falc.* Rot.*d.deciſ.765. n.11.part.2. recent.* cum aliis alleg.à Moder.Bononienſi *de acq.poſſeſſ.q.15. n.70.* & ſic concurrat tum præſumptio majoris dilectionis erga proprios filios quàm erga fratrem,quam in puncto ponderat Bertazz. *conſ.civil.8.n.9.* Pacian. *conſ.66.n.14.& ſeqq.* Alb.*conſ.529.n.37.* Cancer.*var. reſol.tom.1.cap.1.n.217.* Tum ſucceſſiva declaratio facta per Bernardum teſtatorem, quod Claudius ſcuta 600.quæ ei debet Bernardus,detrahere in primis poſſit,ſi quando mortuo Bernardo ad diviſionẽ cum eius filiis deveniret; id quod ſupponit bona Bernardi ad filios eſſe devoluenda.Tum obſervantia, nã Claudius poſtea in ſuo teſtamento æquè inſtituit cum propriis filiis filios Bernardi, ut in his terminis ponderat Bertaz.*conſ.8.n.12.verſ.quartò,& n.13.*& idem Claudius vivens ſoluit filiis Bernardi ultra quantitatem florenorum 700.à patre legatam.

Conjecturę enim admittuntur ubi verba teſtamenti clara non ſunt: at in claris non eſt locus conjecturis *l.continuus,§.cum ita ff.verb.oblig.l.ille aut ille,§.cũ in verbis,ff.de l.3.*& in his terminis Ioſeph. Ramon. *conſ.67. n.17.* Præter quod ex adverſo adductæ non relevant.

Nam paterno amori, & obligationi erga filios ſatisfactum fuit mediante legato in cauſam legitimæ, ultra quam potuit pater ad libitum de bonis diſponere.Dec.*conſ.246.ſub n.4. & conſ.547.n.1.* Patriſ.*conſ. 34.n.24.lib.2.* Menoch.*conſ.685.n.4.& ſeqq.*& in reliquis bonis præſumitur magis quàm filios dilexiſſe eum,quem hæredem univerſalem inſtituit.Simon de Præt.*de interpret.ult.voluntat.dub.2.lib.4.n.7.* Grat.*diſcep.565. n.11.* aliter dicendum eſſet quod teſtamentum patris ſemper eſſet fiduciale,quando filios hæredes univerſales non inſtituit.

Declaratio debiti detrahendi in caſum diviſionis procurata fuit à Claudio,ut ſibi ſuffragaretur in eventum,in quem Bernardus inſtitutionem de eo factam revocaret,ut poterat.Oldr.*conſ.174.n.2.* Gutier.*conſ. 2.n.6.* Ciriac,*contr.168.n.5.& per tot.*

Obſervantia eſt pro Claudio,quia prius teſtamentum,in quo ille etiam nepotes ex Bernardo fratre hęredes inſtituerat, non habuit effectum,ſed per ſecundum continens dumtaxat inſtitutionem propriorum filiorum revocatum fuit,*l.1.§.penult.ff.ſi tabul.teſtam. null.extab.* Bald.*in l.ſancimus,n.2.Cod.de teſtam.* Bart. *in l.ſi jure 18.n.2.ff.legat.2.* cum aliis allegatis *in Nepeſina hæreditatis,27. Martii 1626. coram bon.mem. Romboldo.*

Quodque Claudius ſolvit filiis Bernardi ultra quãtitatem legatam à patre,ceſſit in cauſam ſupplementi legitimæ eiſdem filiis debiti,non obſtante patris prohibitione,*l.quoniam in prioribus,C.de inoff.teſtam.* Dec. *conſ.*

conf. 495. *n.* 22. *& conf.* 688. *n.* 7. Peregr. *de fideicom. art.* 39. *n.* 2. aliique allegati per Moder. *de leg. lib.* 3. *tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 3. & per hanc solutionem factam à Claudio, tanquam hærede Bernardi, ipsum dicti filii in verum hæredem agnoverunt : ad tradita per Surd. *conf.* 212. *n.* 10. *& decis.* 104. *num.* 7. *&* 8. Rot. *decis.* 338. *num.* 8 *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Quo magis contrahendo pluries cum Claudio, tanquam vero hærede, ac permittendo quod ille hæreditario titulo omnia alia bona Bernardi possideret per 45. annos, intra quos gratis negatur eos ignorasse assertum pactum confidentiale, cùm testes ex adverso inducti deponant fuisse de hoc publicam vocem & famam, Peregr. *de fideicom. art.* 52. *n.* 104. *vers. quintus.* Farinac. *in fragment. lit. I, n.* 138. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de transact. resol.* 1. *n.* 26.

Hæc autem observantia subsequuta confidentiam excludit. Burat. *d. decis.* 616. *n.* 20. concurrentibus præsertim in idem aliis conjecturis, nempe quod Bernardus certos exequutores sui testamenti reliquit, nec reliquisset, si de fide hæredis integrè confidisset: Quod Claudium hæredem filiis in quantitate illis legata substituit, nec è converso eosdem in hæreditate substituit Claudio in certum tempus, aut eventum, ut solet quando institutio est fiduciaria; ita ut non sufficiat substitutio in eventum incertum. Alexand. *in l. Sejus Saturninus* 46. *n.* 3. *& 4. ff. ad Trebell.* Ias. *in l. si cui legatur, § hoc autem, n.* 10. *ff. de l.* 1. Negus. *q.* 310. *n.* 53. Quod licèt Claudius tempore testamenti conditi à Bernardo, filiis, & uxore careret, nupsit tamen postea, & filios suscepit : nec Bernardus qui diù supervixit, testamentum revocavit, aut aliquam declarationem favore filiorum ipsius Bernardi à Claudio fieri procuravit, ut verisimiliter fecisset si fidei Claudii hæreditatis restitutionem secrerò commisisset, cùm eadem fides suspecta reddita esset ob superveniențiam filiorum.

Ex quibus conjecturis, necnon observantia, & verbis testamenti initio ponderatis, confunduntur conjecturæ in contrarium adductæ, *l. divus, ff. de præsumpt.* Surd. *conf.* 16. *n.* 23. & in his terminis Grat. *discept.* 650. *n.* 33. Burat. *dec.* 616. *n.* 23. & in dubio pronunciandum est pro possessore. Casan. *consil.* 45. *sub n.* 163. *vers. quia in dubio iudicandum.*

Et ita decisum, utraque parte informante.

R. P. D.

BICHIO,

Carpentoracten. hæreditatis.

Veneris 5. *Iunii* 1648.

FVndamentis decisionis in hac causa editæ sub die 28. Iunii 1647. inhærendum esse Domini censuerunt, non obstantibus, quæ pars adversa in memoriali porrecto die 31. Ianuarii anni currentis, contra illa deduxit. Causam enim fiducialiter instituendi hæredem universalem Claudium fratrem præbere Bernardo testatori non potuit ejus filiorum pupillaris ætas, quia tempore testamenti ipsorum alter, nempe Franciscus, erat ætate major, cui gratis dicitur quia dissipabat, noluisse testatorem fidere hæreditatis administrationem, cum suppositum dissipationis non probetur, nec præsumatur, *cap. fin. vers. nos causam, de succes. ab intest.* Mant. *de conject. ultim. volunt. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 2. Gratian. *discept.* 125. *num.* 28. Rot. *dec.* 34. *n.* 8. *part.* 5. *recent.* Et stante quod pupillorum indemnitati, illorúmque erga patruum obedientiæ testator specialiter in testamento consuluerat, ætatis ratio, seu dilapidationis timor, qui in omnibus filiis non militabat, censeri non possit causa motiva instituendi hæredem fiduciarium fratrem, ne eadem institutio fiduciaria quoad aliquos filios, quoad alios libera dicatur, ut per Burat. *decis.* 616. *sub n.* 23. *&* 24. *advertit* 1. *decis. in* §. *quia cum omnes, &* §. *seq.*

Voluntas verò testatoris faciendi fratrem hæredem fiduciarium tantùm, nec probatur ex verbis testamenti, quæ imò apertissima esse pro exclusione fiduciæ, comprobat prima decisio, §. at in casu, nec ex testibus. Primò quia primum eorum examen est nullum ex defectu citationis : alterum attentatum ob præcedentem appellationem interpositam à decreto admissionis articulorum, quod appellabile esse meritò fuit in Signatura R. P. D. Vicelegati Avenionensis judicatum, sic suadente ordine judicii, & ipsius decreti forma : siquidem redolet decretum diffinitivum, & circa declarationem verborum testamenti non applicabilem verbis nostris penitus claris. Castr. *in l. hæredes palam, § si quid, sub n.* 4. *ff. de testam.* Becc. *conf.* 3. *n.* 44. Rimin. Iun. *conf.* 131. *n.* 9. *& conf.* 200. *n.* 13. Surd. *decis.* 29. *n.* 6. Articuli ac testes desuper examinandi præstare non poterant voluntatis probationem, sive per viam ultimi elogii, sive per viam pacti pertinentem ad judicium immissionis, ex remed. *l. fin. Cod. edict. divi Adrian. tollend.* ex adverso petitæ, cùm remedium hujusmodi non competat ubi voluntas defuncti extra actum nuncupativè testandi probatur solùm per testes, ut notat Zuccard. *in l. fin. n.* 89. ubi respondet omnibus contrariis. Bald. *in l. generali n.* 4. *& 5. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *n.* 107. *& sequentibus,* & in simili Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limitat.* 9. *sub num.* 64. *vers. tamen ita.* Gallesi. *de obligat. Camer. quæst.* 26. *sub num.* 3.

Secundò, quia testes non sunt septem numero, ut requiritur ad probandam ultimam voluntatem; & quanvis duo satis essent ad probandum pactum de restituendo hæreditatem filiis Bernardi, totidem non adsunt in casu nostro qui deponant de pacto, sed aliqui conantur deponere de confessione extrajudiciali; sunt tamen singulares singularitate, vel obstativa, vel saltem adminiculativa, quæ efficit ut confessio extrajudicialis non dicatur satis probata. Alexand. Pur. & Burat. allegati *in* 1. *decis.* § *unde,* quibus additur Seraph. *decis.* 1172. *n.* 5. æquitas namque Canonica, quæ recedendo à regula contraria juris civilis, desumpta ex text. *in Auth. rogati, Cod. testib.* §. *Et licèt, Auth. eodem tit.* Glos. *in l. unica, verb. solvere, Cod. confess.* Alciat. *in rubr. ff. de verb. oblig. n.* 13. Oldrad. *conf.* 291. *n.* 3. admittit quod confessio extrajudicialis plenè probet, exposcit ut cautè procedatur in admittenda probatione hujusmodi confessionis. Rot. *decis.* 466. *n.* 4. *part.* 3. *recent.* Esto itaque quod fiducialitas probari possit per testes singulares, conclusio non applicatur casui nostro, quo singularitas versatur circa confessionem extrajudicialem fiducialitatis, nec de pacto, seu dispositione fiduciali testes deponunt, & quod plus est, verba testamenti non sunt dubia, ut ad hunc effectum requiri dixit Buratt. *decis.* 616. *num.* 16. Gratian. *discept.* 650. *num.* 24. *& seqq.*

Tandem conjecturæ, & observantia prævalent contra fiducialitatem, ex ponderatis *in prima decisione,* §. *rursus, & seqq.* Adeo quod nullatenus filii Claudii instituti hæredis universalis in testamento

Bernardi

Bernardi amovendi ſint à poſſeſſione bonorum hæreditariorum, capta à Bernardo uſque de anno 1595. & per annos 45. continuos per ipſum, & ſucceſſivè filios continuata in vim dicti teſtamenti, quo filiis etiam Claudii teſtatorem ſuffragari voluiſſe deprehenditur quoque ex eo, quod poſtquam ſuſcepti fuerant, illud non revocavit, licèt ſupervixerit: ſignum evidens, quod voluit cum eo teſtamento favorabili Claudio, & filiis decedere, *l.3.C.de inoff.teſtam.* Gloſſ. *in l.tractabatur, verb.nihil novi, ff.teſtam.milit.* Pariſ. *conſ.62.n.25.lib.2.* Dec. *conſ.490.n.7.* Rot. *deciſ.279. num.13.part.4.tom.2.recent. & in Romana Domunculorum, 10. Februarii 1648. coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Et ita deciſum, informante ſolùm Ioanne Fabri, & litis conſortibus, altera tamen parte pluribus citationibus vocata, & expectata per quatuor, & amplius menſes poſt conceſſam novam audientiam.

CAPVT LXXVIII.

Teſtamentum filiæfamilias, authoritatem præſtante patre, utrum ſuſtineatur ſaltem vigore clauſulæ codicillaris, vel in vim donationis cauſa mortis. Quid ſi nemo pro abſentibus acceptaverit, aut ſtipulationem interpoſuerit? Et an neceſſaria ſit acceptatio, quando ſubſtitutus eſt in infantia conſtitutus. Et quæ hoc caſu patri competant detractiones, & an authoritatem interponendo donationi ſibi præjndicaverit quoad ſuas detractiones, & nominatim legitimæ & Trebellianicæ, quæ hoc caſu ſimul concurrere poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Si filia patri præmoriatur, relictis liberis, dos à patre profecta non redit ad patrem, ſed pertinet ad liberos ex conſuetudine Martini ubique recepta.*
2 *Liberis poſt matrem defunctis ſuccedit auus ſi ſolus ſit; ſi verò alii adſint liberi, fratres defuncti omnes pro virili cum avo ſuccedunt in dote profecta ab ipſo avo.*
3 *Filiafamilias quantumvis nupta, teſtamentum condere non poteſt, cùm per matrimonium non liberetur à patria poteſtate.*
4 *Filiifamilias generaliter teſtamẽti cõdere nequeunt.*
5 *Filiafamiliar de dote profectitia teſtari nequit.*
6 *Conſuetudo poteſt filiisfamilias deferre poteſtatem teſtandi.*
7 *Quæ requirantur ad probandam conſuetudinem qua filiifamilias teſtandi facultatem habent.*
8 *Teſtamentum filiæfamilias de dote profectitia ſuſtinetur in vim donationis cauſa mortis, quando in eo adſunt clauſulæ requiſitæ.*
9 *Teſtamentum in quo nemo pro abſentibus ſtipulatus eſt, non ſuſtinetur, etiam tanquam donatio cauſa mortis; quamuis illi pater authoritatem dederit.*
10 *Per donationem cauſa mortis acquiritur ius abſentibus, ſaltem in vim legati, vel fideicommiſſi.*
11 *Intellige quando ille qui diſpoſuit, erat capax teſtandi; aliàs non.*
12 *Donatio cauſà mortis facta ab eo qui teſtari non poteſt, non valet neque ut donatio, neque ut fideicommiſſum.*
13 *De forma donationis cauſa mortis eſt, ut per eam abſentibus nihil acquiratur.*
14 *Infantibus acquiritur per donationem, nemine pro eis ſtipulante.*
15 *Subſtitutio facta in donatione ſuſtinetur in vim pacti.*
16 *Quando donatio cauſa mortis fuit invalida quoad primum donatarium, non poteſt ſimpliciter ſubſiſtere quoad ſubſtitutum.*
17 *Primo gradu donationis exiſtente valido propter præſentiam & acceptationem patris filii infantis, ſecundus eſt etiam validus; quamvis pro ſecundo nemo acceptaverit.*
18 *Mater non poteſt de dote profectitia diſponere in præjudicium ſuorum liberorum, quibus conſuetudo illam defert, ex Hondedeo.*
19 *Sed hoc decidi non poteſt, niſi conſideratis verbis contractus.*
20 *Conſenſus paternus adhibitus ad authoriſandam donationem cauſa mortis factam per filiam, non præjudicat patri in ſuis detractionibus.*
21 *Et nominatim pater ſimpliciter conſentiens, ſibi non præjudicat quoad legitimam, quæ illi debetur ex perſona filii: & præterea non cenſetur illi renunciatum etiam per aſcendentes, niſi de ea ſpecifica facta fuerit mentio.*
22 *Pater facta per filium donatione cauſa mortis, duas quartas detrahit.*
23 *Donatarius à donatario Trebellianicam minimè deducit.*
24 *Hoc eſt verum, quando ſuccedit tanquam donatarius; ſecus ſi tanquam hæres ab inteſtato donatarii primi, qui gravatus eſt de reſtituendo ſecundo: quia Trebellianicam detrahit uti hæres filii gravati, non tanquam filii, ſed tanquam hæredis ab inteſtato.*
25 *Legitima & falcidia concurrunt quando quis gravatus eſt reſtituere, non purè, ſed ſub conditione.*
26 *Donatarius cauſà mortis patitur detractionem falcidiæ, non autem Trebellianicæ.*
27 *Pater non poteſt authoritatem ſuam interponere in donatione, per quam illi acquireretur uſusfructus.*

Filiafamilias, cui pater dotem in matrimonii contractu conſtituerat, morti proxima, teſtamentum condidit cum licentia & conſenſu patris, & mariti; inſtitutóque hærede unico filio, illi pro ſumma 700. ſcutorum fratres ſuos, pro reſiduo maritum ſubſtituit, cum clauſula codicillari, & omni meliori modo & forma. Mortuâ teſtatrice, ac poſtea filio unico hærede, ortæ fuerunt plures controverſiæ inter maritum, & ſocerum; quarum petita fuit deciſio tam circa dicti teſtamenti per filiamfamilias conditi validitatem, quàm circa vim & effectum clauſularum prædictarum, & aliæ quæ ſequentibus concluſionibus terminantur.

Prima Concluſio. Dos à patre profecta ad eum non redit, attento quod filia moriens reliquit filium ſuperſtitem, quo caſu eſt locus conſuetudini Martini; quamvis filius matri per ſpatium duntaxat unius horæ ſupervixerit. Rot. *deciſ.148. per tot. & num.12. part.4.diverſ.* Theſaur. *deciſ.190.* Barboſ. *in l.poſt dotem 46 ff.ſolut.matrim.* 1

Et per conſequens pater in totum tanquam proximior filio ſuccedit, nullis aliis extantibus liberis, alioquin pro virili portione. *Authent. defuncto, Cod. ad Tertyl.* 2

Tertyllian. Capriol. *de succeſſ. ab inteſt. lib. 2. n. 7.* auus autem qui dotavit, non ſuccedit niſi deficientibus aliis in gradu proximioribus. Capriol. *ibid.*

3 Secunda Concluſio. Filiafamilias teſtamentum condere non poteſt, quamvis ſit nupta: quia matrimonium illam non liberat à poteſtate patris, *l. ſi uxor, Cod. de condit. inſert.* Capriol. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in prothеor. num.* 199. Clar. *in §. teſtamentum, quæſt.* 18. *n.* 3. † filium autem familias teſtamentum condere non poſſe indubitatum eſt: *l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. §.* 1. *Inſtitut. quib. non eſt permiſſ. facer.*

5 *teſtam.* † Et quod filiafamilias de dote profectitia teſtari non poſſit, communiter receptum eſt, ex Gratian. *diſcept. cap.* 382. *n.* 1. Hond. *conſil.* 32. *num.* 81. *volum.* 1.

6 Fallit tamen niſi in contrarium adeſſet conſuetudo permittens filiisfamilias teſtari, ut in Hiſpania, teſte Gomeſ. *ad l.* 5. *Tauri*, & Neapoli, ut refert Ioan. Andr. Georg. *allegat.* 27. *numero* 7. & Paduæ, ex Pe-

7 tegr. *deciſ.* 110. *num.* 2. † Ad quam conſuetudinem probandam in terminis caſus noſtri quæ requirantur, oſtendit Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 79. *num.* 1. *& ſeqq.*

8 Tertia Concluſio. Quando in teſtamento adſunt clauſulæ, omni meliori modo, & codicillaris; & quod valeat in vim donationis causâ mortis, & aliæ ſimiles, diſpoſitio de dote profectitia per filiamfamilias in teſtamento facta, ſuſtinetur in vim donationis causâ mortis. Bald. *in l. eam quam, num.* 14. *Cod. de fideicom.* Graſſ. *§. donatio causâ mortis, quæſt.* 9. *num.* 5. Clar. *in §. donatio, quæſt.* 6. *num.* 8. Gabriel communem refert *conſil.* 16. *n.* 8 *vol.* 1. & magis communem Bertrand. *conſil.* 221. *num.* 2. *volum.* 2. idem tenet Paſcal. *de patria poteſt. part.* 1. *c.* 6. *n.* 116. Theſaur. *deciſ.* 150. *num.* 12.

9 Quarta Concluſio. Quando teſtamentum ſuſtinetur in vim donationis causâ mortis, ſi donatarius eſſet abſens, & nullus pro eo fuiſſet ſtipulatus, tale teſtamentum non valeret, quamvis factum cum authoritate paterna, & cum clauſulis prædictis, omni meliori modo, & codicillari; neque uti teſtamentum, neque uti donatio cauſa mortis, neque jure codicillorum: quia neceſſe eſt ut intervenerit acceptatio, præſentia vel ſtipulatio donatarii. Clar. *in §. donatio, quæſt.* 6. *numero* 8. Roland. *conſil.* 82. *numero* 27. *lib.* 1. Graſſ. *§. donatio causâ mortis, quæſt.* 3. *numero* 4. *& quæſt.* 9. *num.* 2. Theſaur. jun. *ad deciſionem patris* 150. *verſic. utrum autem donatio cauſa mortis.* Gratian. *diſcept. cap.* 382. *num.* 10. Paſcal. *dict. cap.* 6. *numero* 116. Guid. Pap. *deciſ.* 222. Ricc. *collect.* 1175.

10 Et ideo quod dicitur, ex donatione causâ mortis acquiri abſentibus ſaltem in vim legati, & fideicommiſſi. Betrand. *conſil.* 168. *num.* 6. *lib.* 3. *poſterior. & conſil.* 83. *num.* 3. *eod. volum.* Rota *diverſ. deciſ.* 245. *n.* 6. *part.* 1.

11 Intelligendum eſt ut procedat, quando ille qui fecit teſtamentum, erat capax illud condendi. Franc. *deciſ.* 4. *num.* 19. Betrand. *dict. conſil.* 168. *num.* 6. *lib.* 3. *poſterior. & conſil.* 25. *num.* 6. *& conſil.* 110. *n.* 3. *& 4. volum.* 1. *poſterior.* Peregr. *de fideic. artic.* 1. *num.* 11. *& ſequentib.*

12 Secus eſt quando illa diſpoſitio facta fuit per eum qui teſtari non poterat: quia tunc non poteſt valere tanquam legatum, neque tanquam teſtamentum; ſed præcisè tanquam donatio causâ mortis, & ſecundùm illius naturam duntaxat regulari debet: ex Franch. *dict. deciſ.* 4. *num.* 19. Betrand. *dict. conſil.* 25. *n.* 6. Peregr. *dict. art.* 1. *n.* 14.

13 Forma autem donationis causâ mortis eſt, ut per eam abſenti nihil quæratur. Covar. *de teſtam. part.* 3. *num.* 9. niſi aliquis pro abſente paciſcatur, vel ſtipuletur. Gratian. *dict. cap.* 382. *num.* 10. Franch. *dict. deciſ.* 4. *num.* 19. Betrand. *dict. conſil.* 83. *num.* 3. *lib.* 3. *poſterior.* Paſcal. *dict. cap.* 6. *num.* 117. Cancer. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 1. *num.* 55. *aliàs* 65. Quod verum eſt, etiamſi donatarius eſſet infans, pro quo neceſſarium eſt ut aliquis interveniat. Honded. *conſil.* 32. *num.* 30. *volum.* 1. videtur tamen quod ſola patris præ- 14
ſentia ſufficiat favore primi donatarii in infantia conſtituti: ex Gabriel. *conſil.* 16. *n.* 15. *volum.* 1. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 75. Gutierr. *conſil.* 20. *num.* 7. *&* 8. Paſcal. *de patr. poteſt. part.* 4. *cap. ult. num.* 53. & probatur *in l. iubemus, Cod. de emancipat. liberor.* in illis verbis: *Niſi infantes ſint.* Et per illum text. ita tenet Decius *conſil.* 245. *n.* 3.

Hinc oritur non leve dubium. Verum enim eſt 15
quod ſubſtitutio facta in donatione cauſa mortis ſuſtinetur in vim pacti, ex beneficio *leg. quoties, Cod. de donat. quæ ſub modo.* Gloſſ. *in l. final. §. ſin autem, in verb. donationibus, Cod. de caduc. tollend.* Pereg. *de fideicomm. artic.* 1. *in fine, n.* 14.

Quod potiſſimùm procedit, quando donatio cau- 16
ſa mortis reſpectu primi donatarii fuit valida; ſed ſi primus gradus donationis fuerit invalidus, fruſtra quæritur de validitate donationis in perſona ſubſtitutorum, cùm illa non poſſit ſortiri effectum in perſonam primi. Gabriel *dict. conſil.* 16. *n.* 20. *lib.* 1. Honded. *conſil.* 32. *n.* 31. *lib.* 1.

Hîc autem præſupponimus primam donationem 17
fuiſſe validam propter præſentiam patris ratione infantiæ filii: ergo ſecunda ſuſtineri debet, ex *dict. l. quoties*, Gabriel *dict. conſil.* 16. *num.* 15. per ea quæ notantur in *l. quod dicitur, ff. de verb. oblig.* Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bonis matern. part.* 2. *num.* 73. & Gabrielio ſe ſubſcripſit Honded. *dict. conſil.* 32. *numero* 31. *&* 93.

Propter hanc difficultatem recurrebat pater dicti hæredis defuncti ad quaſdam nullitates ex defectu ſubſcriptionis inſtrumenti, & alias ſimiles.

Præterea dicebat, quod cùm ageretur de dote ma- 18
terna, quam filius propter conſuetudinem Martini habiturus erat à lege ſeu conſuetudine; non poterat mater de dote illa profectitia diſponere in præjudicium liberorum ſuorum, & filium gravare onere ſubſtitutionis: ut tradit in terminis Honded. *dict. conſil.* 32. *n.* 25. *volum.* 1. cùm filius illam non eſſet habiturus tanquam hæres matris, ſed tanquam filius ipſius. Honded. *ubi ſupra*, Capic. *dec.* 176. *n.* 24. Theſaur. *deciſ.* 237. *num.* 7. ſed quia hæc quæſtio altiorem requirit indaginem, nec poteſt terminari niſi juxta verba, & pacta contractus matrimonii, ideo pro nunc indeciſam relinquo, de ea forſan alio capite particulari dicturus. † Aliquid hac de re tradit Barboſ. *in* 19
l. 2. *§. quod ſi in patris, num.* 41. *& plenius in l. poſt dotem* 41. *ff. ſolut. matrim.* Tuſch. *liter. P, concluſ.* 364. *num.* 22. Cravet. *conſil.* 84. *num.* 7. Theſaur. & *ibi* Addit. *deciſ.* 150.

Quinta Concluſio. Conſenſus patris præſtitus in 20
donatione, non præjudicat illi in ſui detractionibus, caſu quo ſubſtitutio facta favore fratrum eſſet valida, quia detractiones non facit ex capite proprio, ſed tanquam hæres filii infantis prædefuncti, cui per conſenſum acquirere voluit, non præjudicare; & ſi maximè voluiſſet, non potuiſſet; multò minùs igitur tacitè dictis detractionibus ex perſona dicti filii ſui competentibus præjudicaſſe cenſendus eſt. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 247. *num.* 28. 33. *&* 35. † ubi 21
dicit quod licèt pater intervenerit in contractu donationis, & conſenſum præſtiterit ſubſtitutioni, non

cenſetur

cenſetur propterea præjudicaſſe legitimæ ; quamvis ſibi jure proprio debererur, multò igitur minus, quando illa debetur filio donatario ; cùm legitima requirat ſpecialem expreſſionem, ut etiam docuit Peregr. *de fideicom. artic.51. num.25.* quod etiam procedit in legitima debita aſcendentibus. Roderic. Suares *in l.quoniam in prioribus, ampliat.16.num.3.* Couarr. *lib.1. variar. reſol.cap.3. num.23.* & in terminis do-
22 nationis Cephal. *conſil.148. num.24.25.& 29.* † Et quod pater uti filii hæres duas quartas deducere poſſit, non obſtante donatione causâ mortis, tradit Bald. *conſil.290. num.3. volum.3.* Gabriel *dict. conſil.16. num.28.*

23 Et licèt donatarius à donatario Trebellianicam non deducat, ex *l.mulier 22.§.final.ff. ad Trebellian.* Gratian. *cap.247.num.13.* Cephalus *conſil.148. n.13.*
24 *volum.1.* † hoc verum eſt, quando adeſt ſola qualitas donatarii, ſed quando ultra illam qualitatem adeſt qualitas filii qui potuit omiſsâ donatione causâ mortis ſuccedere ab inteſtato ; tunc qualitas donatarii non impedit qualitatem filii habentis legitimam ſucceſſionem, qui propterea duas quartas detrahere poteſt. Gabriel *dict.conſil.16.num.28.* Bald. *dict.con-*
25 *ſil.290. num.3. volum.3.* † Concurrunt enim legitima, & falcidia, quando agitur de fideicommiſſo conditionali. Pereg. *de fideicom.art.3. num.55.verſic. contrarium.* Gabriel *dict. conſil.16.numero 29.* Quanquam in hoc caſu non ſit tractandum de falcidia, quia ultra legitimam detrahitur quarta ex perſona filii, non tanquam donatarii, ſed tanquam hæredis univerſalis ab inteſtato.

Si enim quartam detraheret tanquam donatarius causâ mortis, detraheret falcidiam, & non Trebellianicam per viam retentionis, ſi poſſideret ; ſi verò non poſſideret, remedio quorum legatorum. Hypolit. Riminald. *Inſtit. de donat. in principio, n.569.* Ioan. Faber *in §.hac mortis cauſa, n.3. Inſtit.eod.tit.* & probatur *in l.penult.Cod.ad leg.Falcid.*

26 Sed dubitatur utrùm hoc caſu, ſuppoſito quod ſubſtitutio locum habeat in favorem fratrum ipſius teſtatoris, utrùm pater dictæ teſtatricis & fratrum ipſius habiturus ſit uſumfructum in bonis per ſubſtitutionem ad liberos ſuos obvenientibus ? ſuper quo ſit.

27 Vltima Concluſio. Vſumfructum non ſpectare ad patrem, ſed ad generum, qui fuit hæres primi donatarii gravati. Ratio decidendi eſt, quia pater non potuit authoritatem ſuam interponere, quatenus ex donatione aliquid redundaret in ſui favorem. Paſcal. *de patr.poteſt part.1.cap.6.n.113.* ergo nec pro uſufructu ſibi quærendo.

CAPVT LXXIX.

Contractus ex quibus cenſeatur emphyteuticus, vel cenſualis. Si autem partes illum emphyteuticum nominaverint, & in eo appoſuerint pacta contraria naturæ, & ſubſtantiæ contractus emphyteutici, vitiantur, & vitiant : & contractu nullo exiſtente, propter pacta contraria ejus ſubſtantiæ, non faciunt ut valeat alio jure quàm expreſſo : ideo nullum debetur ex illo laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Contractus talis declarandus eſt qualem partes illum nominarunt.*
2 *Conceſſio ad nouum acapitum, ſeu à nouueau bail, arguit emphyteuſim.*
3 *Reſervatio iuris laudimiorum convenit contractui emphyteutico.*
4 *Item reſervatio iurium dominicalium, prælationis, & ſimilium.*
5 *Conceſſio prædii ad meliorandum probat emphyteuſim.*
6 *In dubio contractus potius cenſualis judicandus eſt quàm emphyteuticus.*
7 *In contractu cenſuali dominium prædii ſervientis eſt apud ſolventem, non autem apud eum cui ſolvitur.*
8 *Verba impropriantur ad efficiendum contractum potius cenſualem, quàm emphyteuticum.*
9 *Qui non accipit rem à concedente, non dicitur emphyteuta illius rei.*
10 *Reſervans ſibi dominium directum, non prædii, ſed annuæ præſtationis ; non ideo ſub ſe dicitur habere emphyteutam.*
11 *Virùm contractus ſit emphyteuticus, in dubio ex pretii quantitate iudicandum.*
12 *Quando res annuæ ſolutioni obnoxia non proceſſit originaliter à creditore, non eſt emphyteuſis, ſed cenſus.*
13 *Pactum quod res in defectum ſolutionis cadat in commiſſum, non infert de neceſſitate contractum emphyteuticum.*
14 *Res cuius totum dominium eſt penes debitorem, non poteſt ſubiacere caducitati.*
15 *Rem propriam ab alio accipiens in emphyteuſim, ſibi non præiudicat, licèt ſæpius recognouerit per errorem.*
16 *Contractus eſt emphyteuticus ſi prouenerit à concedente, & adſint clauſulæ proportionatæ huic contractui.*
17 *Non repugnat emphyteuſi, quamuis canon annuus fructibus æquiualeat.*
18 *Subemphyteuſi facta ſine conſenſu domini directi, conceſſio eſt nulla, nec ex ea debetur laudimium.*
19 *Ex ſubemphyteuſi laudimium debetur. Intellige ſi conceſſioni interueniat conſenſus domini, alias contractus eſt nullus : & ideo ex illo laudimia non debentur.*
20 *Contractus emphyteuticus non poteſt transformari in aliam ſpeciem contractus, ſi in eo adſint pacta contraria ſubſtantiæ talis contractus : tunc enim & pacta, & contractus ipſe vitiatur, nullúſque remanet ex defectu conſenſus.*
21 *Pacta appoſita contra ſubſtantiam contractus, quem partes ſe velle inire declararunt ; adeo reddunt contractum nullum, vt in alterius naturam transformari non poſſit.*
22 *Venditio non transformatur in alium contractum, ſed in tantum vitiatur, ſi pacta contraria ſubſtantiæ illius contractus fuerint in inſtrumento appoſita.*

COntractum de quo agebatur dixi eſſe emphyteu- 1
ticum, & non alium, ex pluribus. Primò quia partes illum nominauêre emphyteuticum : & in dubio talis præſumitur qualem partes nominauerunt : Cranet. *conſil.10.n.4.* Roland. *conſil.96.n.14 & ſequentib. volum.2.* Alex. *conſil.3 lib.1.vol.1.* Natta *conſil.194.n.1.* Menoch. *lib.3.præſump.105.n.1.* Surd. *conſil.164.n.11.*

Secundò,

2 Secundò, quia in contractu dictum fuit, quod prædium concedebatur in novum acapitum, seu *à nouveau bail* : quæ verba non possunt convenire alteri contractui quàm emphyteutico, iuxta communem usum loquendi, qui in omnibus attendendus est. Claper. *caus.* 15. *q.* 1. *n.* 6. & 7. & *q.* 2. *n.* 70. & 71.

3 Tertiò, quia in dicto contractu concedens reservavit sibi jura laudemiorum, quæ reservatio non potest convenire alteri cõtractui quàm emphyteutico, nec possunt applicari contractui censuali, vel livellario. Mant. *de tacit. convent. lib.* 22. *tit.* 3. *n.* 15. Rota *decis.* 420. *n.* 4. *part.* 3. *recent.* Dec. *consil.* 138. *n.* 5. Rota
4 *diversi. decis.* 168. *n.* 2. & 4 *part.* 2. † Reservavit etiam sibi jus recipiendi omnia jura dominicalia, concedendi investituras, retinendi iure prælationis, & alia quæ non nisi contractui emphyteutico convenire possunt:
5 iuxta *l.* 2. cum *ibi* notat. *C. de iur. emphyt.* † Sicuti & confessio dicti prædii facta ad meliorandum, arguit contractum emphyteuticum; cùm talis contractus à melioratione nomen acceperit. Gloss. *in* §. *adeo, Instit. de locat.* & probatur ex notatis in *d. l.* 2. & *l. final C. de iur. emphyt.* & hoc argumento utitur Alexand. *consil.* 117. *n.* 11. *versic. hoc etiam, lib.* 4.

6 Verum quidem est, quod si versaremur in dubio, contractus potius censualis, quàm emphyteuticus di-
7 cendus esset. Rot. *decis.* 420. *n.* 3. *part.* 3. *recent.* † dicens hoc casu dominium prædii non esse apud illum cui soluitur, sed apud soluentem; & consequenter non subjacere caducitati, ad favorem recogniti. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 106. *num.* 3. Mantic. *decis.* 134. *num.* 3. *circa medium.* Rot. *in recent. decis.* 188. *num.* 4. & *sequentib. part.* 6. & *decis.* 110. *n.* 1. & *sequentib. eadem parte.*

8 Imò & sæpè verba emphyteusim denotantia improprientur, ad efficiendum contractum potiùs censualem, quàm emphyteuticum. Menoch. *d. præsumpt.* 106. *num.* 11. Corbul. *de iur. emphyt. tit. de causis privat. ob non solut. canon. limit.* 33. *n.* 1.

9 Advertendum etiam est, utrùm totum ius rei super qua imponitur annua solutio, remaneat penes debitorem annua præstatione onerarum; tunc enim multò magis contractus dicendus est censualis, ut notat
10 Corbul. *d. limit.* 33. *n.* 1. † Et ideo si concedens reservaverit sibi dominium directum v. g. tot solidorum censualium, verba illa non inferunt concessionem emphyteuticam, in qua reservatio dominii directi debet fieri respectu rei concessæ, non respectu canonis. aut respectu pretii, Menoch. *d. lib.* 3. *præsumpt.* 106. *num.* 17.

11 Multùm etiam confert consideratio pretii: si enim pensio quæ singulis annis præstatur; æquivaleat censui qui percipi posset ex pecunia illi tradita qui rem suam censui supposuit, talis contractus non emphyteuticus, sed censualis & submissivus censendus est, prout aliàs Consului, non obstante quod partes illum nominassent emphyteuticum: quia debitor prædium proprium supposuerit annuo censui octodecim grossorum: & tamen triginta florenos duntaxat constituentes 360. grossos receperat, atque ita decidit Afflict. *dec.* 80. *n.* 8. Cæsar Manent. *de iur. contract. livellarii, p.* 3. *num.* 22. & ab illius sententia non recedit
12 Thesaur. jun. *lib.* 4. *quæstione* 45. *numero* 2. † Scilicet quando res super qua imponitur census, non procedit originaliter à concedente, sed spectabat ad ipsum debitorem, qui rem suam censui supposuit; ita ut hoc casu non sit locus commisso, seu caducitati, non obstante pacto in contrarium apposito in contractu.
13 Manent. *loco citato*, *part.* 4. *num.* 14. Et licèt pactum illud quod res obnoxia censui cadat in commissum, non repugnet naturæ contractus censualis, Valasc. *de iure emphyt. q.* 32. *n.* 31. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 306. *n.* 17. † Tamen pactum illud nihil operatur, quando 14
res emphyteutica non processit originaliter à concedente; sed pertinebat ad illum qui censum imposuit: quia cum totum dominium sit apud soluentem non potest res subjacere caducitati in favorem creditoris. Rota *d. decis.* 20. *n.* 3. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 22. *tit.* 3. *n.* 10.

Neque rem propriam accipiens sibi præjudicat, 15
etiamsi sæpius canonem solverit; & rem suam sive sciente, sive ignoranter recognoverit. Cost. *de fact. scient. centur.* 2. *distinct.* 89. *n.* 5. Corbul. *de iur. emphyt. tit. de privat. ob non solut. canon. ampliat.* 39. *n.* 6. & 12. Manent. *d. part.* 4. *n.* 8. 11. & 18. qui totam quæstionem latissimè explicat.

Sed tamen in casu proposito verissimum est, con- 16
tractum stantibus tot clausulis, de quibus supra, non alium quàm emphyteuticum nuncupari posse, præsertim cùm res, seu prædium, ex quo canon solvendus erat, proveniret originaliter à concedente, & stantibus hujusmodi clausulis contractum esse emphyteuticum decidit Rota *d. decis.* 420. *n.* 4. *part.* 3. *recent.*

Neque obstare dicebam naturæ contractus em- 17
phyteutici, quod annuus canon integris propemodùm prædii fructibus æquivaleret, cùm verior sit sententia contractum semper emphyteuticum remanere; quamvis pensio fructibus respondeat, si partes illum emphyteuticum nominaverint. Gratian. *discept. forens. c.* 460. *n.* 50. & *sequentibus.* Thesaur. jun. *lib.* 4. *q.* 45. *n.* 25. *versic. si tamen.*

Præsuppositio autem, quod dictus contractus fuerit 18
emphyteuticus, sequitur ex eo nullum deberi laudemium illi qui verus est Dominus directus, cùm alienatio titulo emphyteuseos facta ab eo qui dominiũ directum non habebat prædii concessi, nulla sit & invalida, nec possit emphyteuta alium emphyteutam facere, nisi consentiente domino directo. Claper. *d. caus.* 1. *q.* 1. *n.* 92. Valasc. *de emphyt. q.* 13. *n.* 11. & 12. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 33. ex contractu autem nullo certum est laudimia domino directo non deberi. Amed. *q. laudem.* 39. *n.* 1. & *sequentib.*

Neque obstat quod allegatur ex Burgio *in tract. de* 19
laudimiis, part. 2. *inspect.* 31. *num.* 3. ubi dicit deberi laudimium si emphyteusis subconcedatur in emphyteusim: Quia hoc intelligendum est, si talis subconcessio facta fuerit consensu domini directi, ut ipsemet fatetur *num.* 6. Cùm ergo dominus directus consensum non præstiterit, contractus ille non valet, neque converti potest in contractum censualem, vel livellarium: imò pacta reservationis dominii directi, juris laudemiorum, prælationis, & alia (de quibus) vitiantur & vitiant totum contractum, cùm sint cõtraria non solùm naturæ, sed etiam substantiæ contractus emphyteutici, quem partes expressis verbis
se celebrare velle declaraverunt: † idque propter de- 20
fectum consensus partium, qui facit ut contractus emphyteuticus non possit transformari in alium actũ, seu contractum de quo partes minimè cogitarunt: imò pacta contraria substantiæ illius adhibuerunt ut clarè determinant DD. *in l. ubi ita donatur ff. de donat. caus. mort.* & *ibi* Bart. *in summario, ante num.* 1. Angel. *in fin.* Castrens. *num.* 2. Signorol. *numer.* 4. *versic. solutio*, ibi, *non transit in alium contractum, volum.* 5. Repetent. *fol.* 204. Natta *consil.* 123. *n.* 8. & 9. Decius *consil.* 293. *n.* 6. *versic. præterea textus.* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 1. *titul.* 12. *num.* 22. *versic. tunc autem: & lib.* 11. *titul.* 10. *numero* 16. Rot. *decis.* 366. *numero* 32. *part.* 1. *divers.* & apud Cens. *decis.* 493. *numer.* 6. post Bald. qui benè loquitur *consil.* 475. *numero* 7. *versic. tertio casu*, *numero* 1.

21 Cenſ. *in tract. de cenſib. quæſt.60. numero* 8. † Qui omnes unanimi conſenſu dicunt, quod ſi partes expreſſerint certum contractum quem celebrare volebant, pacta apposita contra ſubſtantiam actus expreſſi, vitiantur & vitiant, & contractus remanet invalidus, neque tranſformari poteſt in naturam diverſam, cùm deficiat animus & conſenſus partium, qui reſtrictus & limitatus fuit ad certum & determinatum contractum: atque ita in ſimili determinavit

22 Rota Romana *deciſ.567. numero 6. part.3. recent.* † Vbi dicit, quod dum verba contractus reſtringuntur ad inſtrumentum venditionis, non poteſt tranſire in alium contractum contra expreſſam partium intentionem, atque ex iis judicatum fuit per Rotam Avenionenſ. in favorem Nobilis & Illuſtr. Domini de Chaſteauneuf d'Alemant, & fratrum Saureaux, loci Mazani, re maturè diſcuſſa, & declaratum, contractum emphyteuticum nullum eſſe, & per conſequens laudimia Domino directo non deberi.

CAPVT LXXX.

Pater primus acquirens, an & quomodo liberis præjudicare poſſit in emphyteuſi. Quando emphyteuſis dicatur conceſſa titulo oneroſo, & quomodò probentur merita æquivalentia conceſſioni. Patrem non poſſe gravare ullo onere liberos in emphyteuſi non hæreditaria, niſi vocato ad emphyteuſim bona propria reliquerit, & uſque ad concurrentiam valoris ipſorum. Hæres utrùm ſibi præjudicet quoad beneficium inventarii, ſi bonorum propriorum obligationem adjecerit. Quid ſi ſe obligaverit tam nomine proprio, quàm hæreditario, aut aliàs animo novandi legalem obligationem. Vtrùm conſtitutio dotis generalis comprehendat bona emphyteutica.

SVMMARIVM.

1 *Primus acquirens feudum vel emphyteuſim, poteſt bona illa creditoribus obligare, aut aliàs de illis diſponere.*

2 *Intellige ſi acquiſitio facta fuerit titulo oneroſo, & ex re & pecunia acquirentis; ſecùs ſi lucrativo.*

3 *Titulus oneroſus in materia conceſſionis emphyteuticæ quis dicatur.*

4 *Quando conceſſio procedit à liberalitate concedentis, dicitur adventitia: quando verò ex pecunia, vel meritis patris, eſt profectitia.*

5 *Pater primus acquirens non poteſt præiudicare filiis emancipatis in emphyteuſi.*

6 *Verba conceſſionis attendenda ſunt, dum quæritur utrùm conceſſio emphyteuſis facta fuerit ex cauſa oneroſa.*

7 *Aſſertio meritorum generica non probat merita.*

8 *Specifica mentio meritorum non relevat à toto genere probationis.*

9 *Merita probari per Principis aſſertionem, quomodò intelligendum ſit.*

10 *Sola aſſertio meritorum non probat illa eſſe æquivalentia conceſſioni.*

11 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica regulariter non tranſit ad extraneos, maximè ſine conſenſu Domini.*

12 *Pater emphyteuſim Eccleſiaſticam alienare non poteſt ad extraneos; quamuis ſit primus acquirens.*

13 *Qui vult ſuccedere in emphyteuſi Eccleſiaſtica, debet eſſe filius & hæres.*

14 *Primus acquirens non poteſt fundare Capellam de fructibus prædij emphyteutici.*

15 *Si tamen bona propria aquiualentia reliquerit, fundatio ſubſiſtit uſque ad concurrentiam illorum bonorum.*

16 *Filius hæres cum beneficio inuentarij, poteſt agere pro ſua indemnitate aduersùs bona paterna ratione oneris impoſiti ſuper fructibus bonorum, ad quæ vocatus eſt ex conceſſione emphyteutica.*

17 *Grauamen ſuper bonis hæredis impoſitum ſubſiſtit pro ratâ bonorum propriorum ſibi à patre relictorum.*

18 *Hæres faciens mandatum ſub qualitate hæredis cum inuentario, & obligatione bonorum propriorum, ſibi non præiudicat.*

19 *Obligatio bonorum propriorum hæredis locum habet duntaxat in cauſam contrauentionis.*

20 *Ampliatur à quibuſdam, etiamſi hæres ſe obligaſſet in ſolidum; volentibus requiri ſpecificam renunciationem beneficij inuentarij.*

21 *Contrarium verius eſt, ſi obligatio inceperit à nomine proprio, & poſtea adiecta fuerit mentio qualitatis hæreditariæ.*

22 *Idem ſi nomen hæredis præcedat, vel ſi conſtet illum vtroque nomine, æquè principaliter obligare ſe voluiſſe.*

23 *Si hæres dixerit quod ſe obligabat tam particulari nomine, quàm vti hæres, & pro ſua vtilitate, tenetur de proprio.*

24 *Quando non conſtat hæredem habuiſſe animum novandi legalem obligationem, non tenetur de proprio.*

25 *Pater in teſtamento non poteſt onerare bona emphyteutica, & tale onus habetur pro non ſcripto.*

26 *Acceptatio legati facta ſub qualitate hæredis cum beneficio inuentarij, non onerat hæredem vltra valorem bonorum.*

27 *In generali dotis conſtitutione non continentur bona prohibita alienari ſub pœna caducitatis.*

28 *In caſibus in quibus nulla incurritur caducitas, bona emphyteutica poſſunt in dotem aſſignari.*

29 *Caducitas non incurritur, ſi filia marito in dotem conſtituerit bona emphyteutica, in quorum conceſſione ipſa fuit comprehenſa; cùm ſit proprium patrimonium vxoris.*

COnceſſo in emphyteuſim prædio patri uſque ad tertiam generationem, pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, tam maſculis quàm fœminis; ita quod non poſſit alienari ſine licentia concedentis ſub pœna caducitatis; variæ ex tali conceſſione ortæ fuerunt difficultates. Prima, vtrùm pater primus acquirens dictum prædium obligare potuerit in præiudicium ſuccedentium in dicta emphyteuſi. Secunda, vtrùm filia dicti primi acquirentis, conſtituendo omnia bona ſua in dotem, cenſeatur illa conſtituiſſe marito, ita vt de fructibus dicti prædij diſponere poſſit, & pro dicto prædio tanquam dotali in iudicio comparere.

Tertia, vtrùm dicta filia ſibi præiudicauerit acceptando hereditatẽ paternam, & ſe in favorẽ cuiuſdam legata

legatarii obligando. Pro quarum difficultatum resolutione constituendæ sunt sequentes conclusiones.

1 Prima Conclusio. Regula generalis est, quod primus acquirens feudum vel emphyteusim, potest præjudicare vocatis ad ipsam, non solùm expressè, sed etiam tacitè de nova illa emphyteusi disponendo, vel illam creditoribus obligando. Gratian. *disc. forens.* 663. *per tot. & c.* 405 *n.* 1. Fachin. *lib.* 7. *q. c.* 8. Rota apud Ludovis. *decis.* 529. *n.* 4. *&* 23.

2 Secunda Conclusio. Pater primus acquirens, liberis suis præjudicare tunc demùm potest in nova emphyteusi, quando illius acquisitio facta fuit titulo oneroso, ex re & pecunia acquirentis; secùs si titulo merè lucrativo. Tusch. *lit. A, conclus.* 439. *n.* 20. *&* 22. Marescot. *lib.* 1. *variar. resol. c.* 74. *n.* 2. Rota *decis.* 50. *n.* 2. *part.* 6. *recentior.*

3 Titulus autem onerosus dicitur in proposito, qui excludit liberalitatem concedentis: nam si gratia Principis præponderet meritis, feudum vel emphyteusis dicitur provenire ex gratia, & liberalitate concedentis. Socin. Sen. *consil.* 4 *n.* 6. *volum.* 3. Marescot. *d. c.* 74. *n.* 5. Rota *d. decis.* 50. *n.* 5.

4 Et ratio est, quia quando concessio procedit à liberalitate concedentis, dicitur advantitia: quando verò ex re, vel pecunia patris, aut meritis æquivalentibus; filii rem illam habent ex liberalitate paterna: & ideo dicitur profectitia: & sic non mirum si pater

5 possit hoc secundo casu liberis præiudicare. † Vnde videmus quod pater primus acquirens nó potest præjudicare filiis emancipatis. Seraph. *decis.* 341. *num.* 22. præcipuè verò si duo simul copulativè concurrant, nempe quod quæsita fuerit emphyteusis ex re patris, & filius sit emancipatus: tunc enim pater filio præjudicare non potest; quia donatio est perfecta. Natt. *consil.* 475. *n.* 5.

6 Tertia Conclusio. Ad dignoscendum utrùm concessio processerit à mera liberalitate concedentis, verba quidem concessionis attendenda sunt, ex Ro-

7 sental. *de feud. c.* 9. *conclus.* 66. *n.* 49. † Sed tamen simplex assertio meritorum in genere facta, merita non

8 probat sufficienter. Mart. *de claus. p.* 2. *c.* 49. *n.* 1. *&* 2. † Imò specifica mentio meritorum non sufficeret, cùm illa non relever à toto genere probationis. Mart. *ibidem, n.* 3. Rota *d. decis.* 50. *n.* 78. *&* 9. † Et ita intelligen-

9 dum est quod dicitur, merita probari per Principis assertionem, ex Surd. *consil.* 419. *n.* 65.

10 Quod maximè procedit, quando dubitatur utrùm merita sint æquivalentia rei concessæ, sive versemur inter personas prohibitas, sive non prohibitas. Mascard. *de probat. conclus.* 184. *n.* 10. *&* 11.

11 Quarta Conclusio. Dum agitur de emphyteusi Ecclesiastica, & præsertim si concessioni adjecta fuerit prohibitio alienationis, non potest primus acquirens bona emphyteutica ad extraneos transferre, ad quos regulariter emphyteusis hujusmodi transire non potest. Magon. *decis. Lucens.* 12. *numero* 7. Mantic. *de tacit. convèt. lib.* 22. *tit.* 17. *n.* 30. Ricc. *in praxi, decis.* 132. *n.* 1. Maximè si non intervenerit consensus domini. Valasc. *de iur. emphyteut. quæst.* 49. *n.* 5. *versic. limitatis autem, & num.* 6. *in fine, versic. solus autem pater.*

12 † Vnde nec pater ullo modo talem emphyteusim extraneis dare potest; quamvis sit primus acquirens.

13 Tusch. *dict. conclus.* 439. *numero* 11. † Et qui succedere vult in dicta emphyteusi, necesse est ut simul sit filius, & hæres. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 2. *tit.* 17. *num.* 32.

14 Quinta Conclusio. Pater primus acquirens non potest fundare Capellam super fructibus prædii emphyteutici, quod tenetur ex investitura liberis suis restituere, quod probatur ex supradictis, & ex iis, quæ tradit Caldas *de iur. emphyteut. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 1. *& seqq.*

Sed tamen si bona propria liberis ad emphyteusim 15
vocatis fundationi capellæ æquivalentia reliquerit, valet fundatio; & filius tenetur illam observare usque ad concurrentiam valoris bonorum suorum, ut probatur ex iis quæ supra diximus, *cap.* 50. *numero* 37. dum tractavimus quæstionem illam, utrùm is qui eligendi facultatem habet, electũ gravare possit. † Vn- 16
de aliàs Consului hæredi qui gravatus fuerat in fructibus bonorum emphyteuticorum, quia hæreditatem accepeverat cum beneficio legis & inventarii; ut pro indemnitate sua, ratione capellæ super fructibus prædii emphyteutici ad se spectantis, vigore primæ concessionis fundatæ ageret & regressum peteret contra bona ipsius, & peteret separari bona adversùs substitutos, super quibus relevari posset pro rata oneris dictæ capellæ: iuxta tradita per Pereg. *de fideicom. artic.* 6. *num.* 29. Alex. *consil.* 91. *numero* 10. *versic. non obstant. & versic. unde si hoc casu, volum.* 1. Afflict. *decis.* 111. *n.* 16. *&* 17. & *ibi* Pizanell. & Caravit. *in addit. in fine.*

Quod intellige, ut gravamen teneat duntaxat pro 17
modo relicti. Caldas *dict. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 25. *& cap.* 17. *num.* 4. quod probatur per text. *in l. Imperator, §. cùm quidam, & in l. cùm pater, §. Titio ff. de legat.* 2. quos textus benè inducit Peregr. *consil.* 62. *numero* 1. *volum.* 4. Cyriac. *controvers.* 340. *num.* 46. *cum* ibi *citatis.*

Sexta Conclusio. Quamvis hæres fecisset manda- 18
tum ad solvendum creditum capellæ de fructibus prædii emphyteutici, sub qualitate hæredis cum beneficio inventarii, cum promissione de non contraveniendo, & obligatione omnium suorum bonorum, sibi tamen non præindicavit quominus uti possit beneficio inventarii. Ratio est, quia obligatio illa bonorum propriorum referenda est ad suum principium, & ad consensum nomine hæreditario præstitum, videlicet quod censeatur obligasse bona propria, casu quo tanquam hæres contravenisset consensui, seu mandato nomine hæreditario facto. Gratian. *discept. forens. c.* 553. *n.* 31. *&* 32. *& cap.* 34. *n.* 30. Vincent. de Fiach. qui *dec.* 423. nihil determinavit, sed in *dec.* 648. refert decisum in favorem hæredis. Rota *decis.* 392. *part.* 1. *recent. & decis.* 700. *p.* 3. *etiam recent.* † Obli- 19
gatio ergo bonorum propriorum hæredis utilis erit ad effectum, ut hæres teneatur de bonis propriis, casu quo nomine hæreditario contractui contraveniret. Ricc. *collect.* 3412. † Vbi id procedere ait, etiamsi 20
hætes cum beneficio inventarii, se obligasset proprio nomine, & in solidum, & sub quibusvis aliis clausulis: nisi expressa & specialis renunciatio dicti beneficii interveniat, vel obligatio satisfaciendi, etiam ultra vires hæreditarias: quod confirmat *collectan.* 3418. dicens ita fuisse decisum per quatuor Rotas 16. Martii 1613.

Ego tamen contrarium teneo, quando hæres se 21
obligavit tam proprio nomine, quàm hæreditario; vel se & bona propria ac hæreditaria in solidum obligavit, maximè si obligatio inciperet à nomine proprio, & subsecutum fuerit nomen appellativum hæredis, ex Bartolo & aliis Doctoribus in *l procurator qui pro evictione, ff. de procurat.* per text. in *leg. servus communis, ff. de stipul. serv.* Quanquam etsi nomen hæ- 22
dis præcederet, idẽ dicendum esset, si constaret utroque nomine hæredem se obligare voluisse. Boër. *decis.* 273. *num.* 6. *versic. sed ubi promisit.* Gutierrez *de tutel. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 29. Aretin. *consil.* 29. *numero* 3. Costa *de claus. convent. claus.* 58. *num.* 2. † Et 23

ita intelligo Craver. *conſil.*214. *n.*7. ubi hæres bona propria in ſolidum obligaverat,& Rotam *deciſ.*545. *n.*9. *part.*5. *recent.* ubi hæres obligaverat bona ſua propria, ac etiam hæreditaria,in illis verbis: *Non ſolum tanquam hæres, ſed etiam proprio & particulari nomine, & propter propriam utilitatem.* Et ſic habuit animum novandi legalem obligationem qua tenetur tanquam hæres:ut patet in *d.deciſ.*545.*in principio,&*
24 *n.*4. † Nam quando non conſtat hæredem habuiſſe animum recedendi ab obligatione legali, tunc non tenetur nomine proprio, etiamſi bona ſua obligaverit,ut dicitur *d.deciſ.*545.*n.*5. ubi allegat dictam deciſ. Vincentii de Franch. 648. necnon deciſionem 392. *part.*3.*recent.*

25 Nec nocet quòd pater in ſuo teſtamento appoſuit pœnam privationis ſuæ hæreditatis, nec non dicti prædii emphyteutici, & in caſum non adimplementi vocavit ſequentem in gradu: Quia Reſpondetur illum hoc facere non potuiſſe, & tale onus haberi pro non ſcripto. Caldas, *loc.citat.d.cap.*17.*n.*15.*&* 16.*& num.*14.

26 Neque nocet acceptatio legati: Quia non fuit facta ſimpliciter, ſed ſub qualitate hæredis beneficiarii Caldas,*ubi ſupra,c.*16.*n.*25. Pereg.*de fideicom.artic.*6. *n.*29.cum aliis ſupra citatis.

27 Septima Concluſio.Conſtitutio dotis facta per filiam vocatam ad emphyteuſim, de omnibus & quibuſcumque bonis, & jutibus præſentibus & futuris; comprehendit etiam emphyteuſim:Quia licèt in generali diſpoſitione non comprehendantur bona quæ ſunt expreſsè prohibita alienari ſub pœna caducitatis,qualia erant illa de quibus agebatur,Pacif. *de ſal-*
28 *vian.interdict.inſpect.*3.*cap.*2.*n.*45. † Tamen hoc intelligitur, ut locum non habeat in caſibus in quibus per alienationem nulla caducitas incurritur. Cyriac.
29 *controverſ.*205. *n.*219. † Bona autem emphyteutica poſſint in dotem aſſignari abſque caducitatis incurſu.Coibul.*de iur.emphyt.de alienat.irrequiſito domino facta, limit.*21. Barboſ. *in l.uſufructu* 58.*n.*25. *verſic. iuxta hæc quæritur. ff.ſolut.matrim.* quia dos eſt proprium patrimonium uxoris,quæ eſt de comprehenſis in conceſſione,ſeu inveſtitura.

CAPVT LXXXI.

Teſtamentum à Parocho, aut alio qui non ſit Notarius in ſcripturam tempore peſtis redactum,quomodò & coram quo publicari debeat. Teſtium numerus quis requiratur in hoc teſtamento peſtis tempore confecto. Quid ſi teſtamentum à cœco fuerit factum,quæ ſolemnitates requirantur.In codicillis,an minus quàm quinque teſtes tempore peſtis intervenire poſſint. Quid in teſtamentis Officialium à publico deputatorum pro conſervatione Ciuitatis. An neceſſe ſit teſtamentum debere unico contextu fieri tempore peſtis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſcriptum à perſona non habente fidem publicam (qualem habet Notarius) debet publicari.*
2 *Publicatio teſtamenti fieri debet præcedente citatione eorum qui habent intereſſe; incertorum quidem per proclama,certorum verò in ſpecie.*
3 *Citatio in publicatione teſtamenti, nec non in teſtium productione intervenire debet.*
4 *Qui teſtamentum publicari poſtulat tenetur iurare de calumnia.*
5 *Publicatio teſtamenti coram Iudice ordinario loci facienda eſt.*
6 *In teſtamento peſtis tempore confecto ſeptem teſtes requiri nonnulli exiſtimant; verius tamen eſt quinque ſufficere.*
7 *In terris Eccleſiæ in teſtamento etiam extra tempus peſtis confecto duo teſtes cum Parocho ſufficiunt,vel quatuor ſine Parocho.*
8 *Quinque teſtes ad minus in teſtamento tempore peſtis confecto requiri, magis communis eſt Doctorum ſententia.*
9 *Tholoſæ tamen ſufficit quod teſtamentum fiat coram duobus teſtibus.*
10 *Quinque teſtes in teſtamento requiruntur tempore peſtis, licèt teſtator eſſet peſte afflictus, & peſtis eſſet magna.*
11 *In teſtamento cœci multò cautius tempore peſtis procedendum eſt.*
12 *Quæ ſit forma & praxis teſtamenti cœci. Remiſſivè.*
13 *In codicilli tempore peſtis ſævientis confectis, non minor quàm quinque teſtium numerus exigitur.*
14 *Officiales à publico deputari tempore peſtifero poſſunt validè teſtari, adhibitis tantùm duobus teſtibus.*
15 *Teſtamentum debet fieri unico contextu, ſed tamen tempore peſtis fieri poteſt per intervalla.*
16 *Intellige dummodò intervallum ſit modicum,aliàs teſtes non coniungerentur; ſed perinde eſſet ac ſi diverſa eſſent depoſitiones.*
17 *Duæ imperfectæ probationes circa diverſas diſpoſitiones ſeu diverſis temporibus factas non conjunguntur, ad faciendam unam perfectam probationem.*
18 *Si teſtamentum factum fuerit coram inſufficienti teſtium numero, non poteſt per alios teſtes extra teſtamentum adhibitos coadiuuari.*
19 *Subſtantia & perfectio teſtamenti conſiſtit in teſtium numero ſufficienti.*
20 *Si teſtes teſtamenti ob aliquam neceſſitatis cauſam diſiunguntur; oportet actum perfici & renovari illis redeuntibus, aut alios in ipſorum locum adhiberi.*

CIrca teſtamenta tempore peſtis facta, quædam 1
non inutilia notanda ſunt: & primo quidem, quod ſi teſtamentum coram ſufficienti teſtium numero fuerit celebratum,vel etiam à Parocho aut alio in ſcripturam redactum, non ſubſiſtit, niſi illius publicatio facta fuerit vocatis illis qui ab inteſtato erant ſucceſſuri;alioquin publicatio vitio nullitatis corruit: ut uno ore aſſerunt omnes DD.*in l.publicati. Cod.de teſtam.*Dilect.*de arte teſtand.tit.*2.*cautel.*7.*n.*1.*verſic. & examen.* Calcan.*conſil.*9.*verſic.ſuper omnia.num.*9. *fine.*

Et debet Iudex publicè proclamari facere, ſi 2
quis velit contradicere, & non ſufficit generalis illam proclamatio, niſi ſpecialiter citentur illi quorum intereſt, & ſi dicta citatio non interenerit, teſtamentum non facit fidem. Roland. *conſil.*36. *numer.*11, *volum.*1. Graſſ. in §. *teſtamentum. quæſtion.* 61. *numer.*2. Menoch. *remed.*4. *adipiſcend. poſſeſſ.*

num.

3 *numer.*660. † Vbi dicit talem citationem debere interuenire in actu productionis testium. Honded. *consil.*26.*n.*16.*& sequentib. volum.*2. vbi quod etiamsi examinati fuissent mille testes, non citata parte, fidem non facerent, & publicatio testamenti nulla & inualida remaneret.

4 Præterea is qui petit publicationem, tenetur præstare iuramentum calumniæ, quod iuramentum omnino esse necessarium testatur Mantic. *de coniect. lib.*1. *tit.*6.*n.*7.

5 Debetque publicatio fieri coram Iudice ordinario loci. DD. *in d. l. publicati.* Gloss. *in* §. *testamentum. q.*61. *n.*2. & si facta fuerit coram alio Iudice, nulla est, ex defectu iurisdictionis. Honded. *d. consil.*26.*n.*16. *volum.*2.

6 Secundò, quia sæpius disputatum fuit quis testiũ numerus in testamento tempore pestis facto requiratur? Dixi semper ex communi DD. sententia quinque saltem testium numerum in tali testamento omnino interuenire debere, iuxta magis communem DD. opinionem, quanquam & nonnulli septem interuenire debere existiment, per text. in *l. casus, Cod. de testam.* quam ad hoc citat & sequitur Fachin. *lib.*5. *controuers. cap.*2.& de hac communi sententia, quod septem testes in hoc testamento requirantur, testatur Ceual. *communium opinionum c.* 290. *part.*1.

7 Sed tamen magis communis opinio quinque saltem testibus contenta est, nisi tamen iudicandum esset in terris Ecclesiæ, in quibus nos versamur: quia propter dispositionem iuris Canonici sufficiunt duo testes cum Parocho: *cap. cùm esses, de testam.* vel quatuor sine Parocho: vt *ibidem* notat Couar. & alij. Genuens. *in practicabilib. Eccles. q* 660.

8 Dictam autem sententiam, quod quinque testes saltem requirantur, amplectuntur DD. communiter in *l. final. Cod. de testam.* Bald. Salicet. Ias. Nicol. de Matarel. Angel. *in* §. *final. Instit de testam. & in tract. de testam.* Barbat. Corn. Alex. Florian. Socin. Albert. Brun. Decius, Socin. iun. Rubeus Alexandrin. Patis. & Boërius, quos congerit & citat Roland. *consil.* 18. *n.*47. *volum.*1.

Idem Chassan. Dilectus, Vasquez, Viuius, Gabriel, Ottoman. Afflict. & Clar. quos citat & sequitur Grass. §. *testamentum, qu.* 54. *numer.*5. vbi citato in contrarium Gaill. & Mynsing. concludit cautum debere esse Iudicem, ne contrariam illorum sententiam sequatur: quia alioquin daretur occasio committendi falsitates. Quinque alios DD. refert & sequitur Mascard. *conclus.*1358. *numer.*18. Rip. plures citat *in tract. de peste, titul. de priuileg. vltim. volunt. causâ pestis, in* 2. *part.* 2. *partis principal. versic. contrariam opinionem*: Cardin. Tusch. *litera T, conclus.* 122. *numer.*23. *&* 24. Gomes. *l.*3. *Tauri, numer.*48. atque ita iudicatum testatur Papon. *lib.*20. *titul.* 1. *numero* 1. Maynar. *lib.* 5. *capite* 16. † Licèt

9 Tholosæ contrarium obseruetur propter particularem loci consuetudinem, secundùm quam in quolibe testamento sufficiunt duo testes, de qua consuetudine testatur Ferrerius *ad decis.* Guid. Papæ 543. Etiam decisum fuit in C. Fabr. *titul. de testament. definit.* 5. & per Rotam apud Pureum *decis.* 372. *lib.*1. iuxta nouam impressionem, & nouissimè *decis.*356. *n.*7. *&* 8. *part.*6. *recent.* vbi dicitur hanc opinionem esse magis æquam, & sequendam: accedit præmissis Mart. *de succession. legali, parte* 4.*q.*1. *artic.*8. *num.*21. vbi quod secundùm hanc opinionem semper fuit iudicarum in tribunalibus: vt in Rota Roman. in Camera Imperiali, in Senatu Pedemontano, & Gra-

10 tianopolitano. † Quod etiam procedere voluit Mascard. *concl.*1358.*n.*23. *&* 24 quamuis pestis esset magna & valde sæuiret, & testator in effectu esset peste correptus, quod verum est, quidquid Ferrer. *loco citat.* & alij in contrarium dixerint. Nam quocumque, etiam sæuissimæ pestis tempore testatores, vel ex fenestra, vel ex alio loco remoto voluntatem suam declarare possunt, neque desunt testes qui illam ex longinquo exaudire possunt. Quod si testari volens inopinato aliquo casu morte præuentus fuerit, ipsi imputandum est; sicut & illi, qui morte subita ex improuiso defunctus est, si rebus suis congruo tempore non prouiderit: & quod periculosa sint testamenta tempore pestis facta, egomet testari possum, qui certis de causis coactus remanere in hac Ciuitate peste afflicta, multa vidi quæ præstat tacere quàm loqui.

Quod multò magis in speciali casu verum esse 11
Consului: quia agebatur de testamento cæci, in quo multò plures solemnitates requiruntur propter maius periculum falsitatis: *l. hac consultissima, Cod. qui testament. facer. poss.* §. *cæcus, Institut. eodem tit.*

† Formam autem testamenti cæci ponit Aretin. *in* 12
d. §. *cæcus,* & *ibi* Addit. vbi ad longum ponitur forma testamenti cæci facti anno 1498. in hac Ciuitate Auenionensi. Bellam. *consil.*2. *colum.* 24. *versic. quæritur de testamento cæci.* Turret. *de clausul. codicill. quæstion.* 20. *numer.* 12. Fulgos. *consil.* 90. Boër. *decis.*240. *numer.*20. Giouagnon. *consil* 5. *&* 6. *per tot.* Peregr. *consil.*48. *numer.*4. *volum.*4. Vasquius *controuers. lib.*3. *capit.* 103. *numer.*15. Marta *de succes. legali, part.*4. *quæst.* 1. *articul.* 9. *numer.* 6. *& sequentibus, & articul.*5. *à numer.*50. Barry *lib.* 1. *titul.* 1. *fol.* 48. *&* 49. Seraph. *decis.* 966. apud quos tota materia testamenti per cæcos faciendi tractatur.

Cæterùm in materia dispositionis tempore pestis 13
factæ hoc constituendum est vti verissimum, quod licèt in testamentis minor exigatur testium numerus tempore pestis; non tamen minus quàm quinque in codicillis interuenire debent, vt censuit Mart. *de successione legali, part.*4. *quæst.*20. *art.*2.*n.*4. post Grass. *in* §. *codicillus, numer.*6. *in fin.* Thesaur. *decis.*180. *in fin.*

In testamentis tamen Officialium à publico depu- 14
tatorum pro sanitate publica tuenda, duos testes sufficere tenet Thesaur. iun. *ibi, in addit.* post Magdalen. *de numero testium cap.*20.*n.*2.*&* 3. Rip. *de peste, tit. de priuileg. vlt. volunt. causa pestis, n.* 14.

Denique & hoc notandum est, quod licèt aliàs te- 15
stamentum debeat fieri vnico contextu, tamen si fiat tempore pestis, fieri potest per interualla, & cum discontinuatione: *l. casus* 8. *Cod. de testam.* † Intelligen- 16
do tamen de parua & modica discontinuatione; nam si testes de diuersis temporum interuallis super vltima voluntate deponerent, considerandi essent vti testes deponentes super diuersis dispositionibus, nec eorum depositio esset coniungenda, vt Corn. & Castrens. *in d. l. casus*, optimè declarant, & dicunt iuxta text. *in l. cùm antiquitas, Cod. eodem titul.* Magnum temporis interuallum nocere vnitati depositionis. † Et ideo duas imperfectas depositio- 17
nes & probationes non esse coniungendas ad faciendam vnam perfectam. Vasquius *de testator. potentia, lib.*1. §. 4. *numer.*38. *& sequentibus.* † Vbi dicit, 18
quod si testamentum fiat coram sex testibus duntaxat, & hæres scriptus velit probare per alios duos, vel tres testes, quod testator antea voluntatem suam declarauerat, duæ illæ imperfectæ probationes non coniunguntur. † Et ratio est, quia substan- 19
tia & perfectio testamenti consistit in solemnitate numeri testium. Marta *de successione legal.*

20 *part.4. quæſt.1. artic.8. numero 4. & 5.* † Ita ut ſi teſtes propter aliquam neceſſitatis cauſam diſiungantur, oporteat ſtatim ipſis redeuntibus teſtamentum perfici, aut aliis in locum abſentium ſubrogatis, totum actum renovari cum ſufficienti teſtium numero, ex traditis in *d. l. cùm antiquitas.* Graſſ. §. *teſtamentum, quæſt.58. numero 1.* in teſtamento ergo tempore peſtis facto, nec nimius rigor quoad continuitatem attendendus eſt, nec nimia diſcontinuatio admittenda.

CAPVT LXXXII.

In teſtamento ſolemni, qua forma teſtium ſubſcriptio fieri debeat pro illius validitate, defectus ſigillationis huius teſtamenti in Gallia non multùm attenditur; ſed de jure communi non parvi eſt momenti. Octauus teſtis, qui teſtamentarius ab aliquibus nuncupatur, adhibendus eſt in teſtamento ſolemni, quando teſtator propter infirmitatem aut alia de cauſa ſcribere non poteſt; qui quidem teſtamentarius non poteſt fungi officio Notarii, dum teſtamentum coram teſtibus remittitur, & quomodo ejus ſubſcriptio concipi debeat. Teſtamentum ſolemne quod nullum eſt, quando non poſſit valere uti nuncupativum, & quando valeat jure codicillorum. Vtrùm codicilli in ſcriptis fieri poſſint, & quæ in illis ſolemnitates requirantur hoc caſu.

SVMMARIVM.

1 *In teſtamentis obſervanda eſt ſolemnitas loci ubi celebrantur, non autem ubi bona ſita ſunt.*
2 *In teſtamento ſolemni multæ requiruntur ſolemnitates, ſed una ex præcipuis conſiſtit in ſubſcriptione teſtium.*
3 *Subſcriptio teſtium in teſtamento ſolemni non ſufficit quod fiat per ſolam ſcripturam nominis teſtium; ſed præterea debet teſtis dicere quis, & cuius teſtamentum ſubſcripſerit, & ibi datur forma huiuſmodi ſubſcriptionis.*
4 *Si teſtis in teſtamento ſolemni non exprimat cuius teſtamentum ſubſcripſit, nulliter ſubſcribit.*
5 *Subſcriptione facta, non obſervata forma juris, teſtamentum corruit.*
6 *Subſcriptio & ſigillatio in teſtamento ſolemni fieri debet per ipſos teſtes, & non per teſtatorem, aut aliam extraneam perſonam.*
7 *In Gallia defectus ſigillationis non eſt magni momenti.*
8 *De jure communi utrumque requiritur in teſtamento ſolemni, nempe teſtium ſubſcriptio, & ſigillatio.*
9 *Defectus formæ vitiat etiam in levibus & modicis.*
10 *Si in teſtamento ſolemni dictum ſit, teſtem ſigillaſſe ſigillo unius, & ſigillaverit ſigillo alterius, ſigillatio nulla eſt.*
11 *In teſtamento ſolemni, ſi teſtator illud non ſcripſerit, requiritur octauus teſtis, quem teſtamentarium vel ſcriptorem nuncupant.*
12 *Non ſufficit quod ſcriptor octauus teſtis ſubſcribat in dorſo teſtamenti, tanquam Notarius recipiens inſtrumentum remiſſionis illius.*
13 *Notario non creditur, niſi de iis quæ tempore inſtrumenti coram ipſo & teſtibus inſtrumentariis geſta ſunt.*
14 *Idem non poteſt eſſe ſcriptor teſtamenti, & Notarius inſtrumenti exhibitionis illius, coram teſtibus facta.*
15 *Notario creditur quoad probationem inſtrumentalem, non tamen ipſi ſoli quoad probationem teſtimonialem.*
16 *In teſtamentis ſolemnibus, in quibus pro forma teſtium numerus requiritur, Notarius non poteſt computari in numero teſtium; & ideo non poteſt eſſe octauus teſtis.*
17 *Scriptor teſtamentarius non ſufficit quod ſimpliciter ſubſcribat teſtamentum ſolemne, ſed præterea debet declarare, quod ſubſcriptio facta fuit de mandato teſtatoris, & ſcripturam illam verè illius eſſe teſtamentum.*
18 *Teſtamentum nuncupatiuum implicitum hoc requirit, quod ore proprio teſtator hæredem nominet, relativè ad ſcripturam.*
19 *Non ſufficit in teſtamento nuncupativo implicito, quod teſtator dicat ſcripturam quam exhibet eſſe ſuum teſtamentum, niſi adiiciat ſe nominare hæredem eum, qui in ſcriptura deſignatur.*
20 *In teſtamento verò ſolemni, non eſt opus nominare hæredem; ſed ſufficit quod teſtator ſcripturam exhibeat, dicens in ea ſuum teſtamentum contineri.*
21 *Teſtamentum ſolemne invalidum propter defectum ſolemnitatum, ſuſtinetur tanquam codicillus, vigore clauſulæ codicillaris: & ſcriptus hæres in illo teſtamento, capit hæreditatem de manu venientium ab inteſtato.*
22 *Codicillorum duo ſunt genera, unum in ſcriptis, aliud verò nuncupatium.*
23 *In codicillis in ſcriptis ſufficiunt quinque teſtes, qui ab ore proprio codicillantis audierint, illam eſſe ſuam ultimam voluntatem.*

TEſtamentum mihi propoſitum, Dixi non poſſe valere tanquam ſolemne, nec tanquam nuncupatiuum, ſuſtineri tamen vigore clauſulæ codicillaris, & aliarum in eo appoſitarum.

Tanquam ſolemne ſuſtineri non poſſe conſtabat ex eo, quod factum fuerat non ſervatâ formâ à jure in ſimilibus diſpoſitionibus præſcriptâ, cuius omiſſio totum teſtamentum nullum reddit, *l. ſi unus 12. Cod. de teſtam.* quia cùm teſtamentum factum eſſet in loco, ubi jus commune ſervatur; intervenire debebant ſolemnitates à jure communi requiſitæ; quamvis teſtator originem duxiſſet ex locis ubi particularis aderat conſuetudo contraria circa teſtamenta. Cujac. *conſult.36. verſic. & præterea.* Le Veſt *arr.82.* Expilly *arreſt.78.* 1

Inter ſolemnitates requiſitas in huiuſmodi teſtamento, de quibus Caſtrenſ. *in l. hac conſultiſſima 21. Cod. de teſtam.* una ex præcipuis eſt ſubſcriptio teſtium: † Neque ſufficit quod illa ſimpliciter fiat per adiectionem nominis & cognominis ipſorum; ſed præterea debet apponi nomen teſtatoris, & ſcribi quis & cuius teſtamentum ſubſcripſerit, *l. ſingulos 30. & penultima. ff. de teſtament.* Gloſſ. *in d. l. hac conſultiſſima, in verb. non ſubſcriptum,* Cujac. *in l. ad* 2 3

ad testium 22. §. *si quis ex testibus, ff. de testam.* hoc modo, *Ego Lucius Titius Gaij Seij testamentum consignaui* : & melius Bart. in *dict. l. penult.* his vtitur verbis : *Ego talis dico & affero me esse adhibitum in testem, in præsenti testamento facto per talem ; & ideo*
4 *propria mana me subscripsi & sigillaui.* † Quod cùm factum non est, testamentum nullum & imperfectum remanet. Paris. *consil.* 46. *numero* 5. *volum.* 3. Angel. in *tract. de testam. glos.* 5. *numero* 4. Ægid. bellamer. *consil.* 1. *colum.* 13. *versic. vndecimò dixi*, his verbis : *& est de necessitate quod subscribens scribat cuius testa-*
5 *mentum signauit.* † Vnde subscriptione facta præter formam iuris, illa haberi debet pro non facta, & testamentum corruere necesse est, *dict. l. hac consultissima*, ibi, *non subscriptum autem pro infecto haberi conuenit.*

6 Secundò requiritur in testamento solemni, quod subscriptio & sigillatio fiat per ipsos testes, & non per testatorem, aut aliam personam extraneam : & probat text. in *d. l. hac consultissima*, ibi, *testibus subscribentibus & consignantibus.* Quod in casu proposito obseruatum non fuerat.

7 Non ignoro, quod si negotium disputandum sit in Gallia, defectus ille sigillationis non magni momenti futurus est : vt notat Theuen. *sur les ordonnances, lib.* 5. *tit.* 5. *des testamens, artic.* 1. *in verb. seront signés.*

8 Sed apud nos defectus ille erit considerabilis, quia habemus expressam dispositionem text. *in l. ad testium, § si quis ex testibus ff de testam.* cuius hæc sunt verba : *si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, veruntamen signauerit ; & si adscripserit se tamen non signauerit ; idem dicemus.* Et quamuis hæc forma sigillationis non videatur magni momenti, cùm possit etiam quis alieno sigillo signare, vt tenet Rota Romana *decis.* 30. *num.* 3. *part.* 1. *diuers.* debet nihilo-
9 minus obseruari, † quia defectus formæ vitiat etiam in leuibus & modicis, *d. l. si vnus* 12. & *ibi* Sicard. *n.* 2. *Cod. de testam.*

10 Et hoc maximè locum habere debet, si in testamento adscriptum sit, testem sigillasse sigillo. Titij ; & tamen sigillauerit sigillo Mæuij ; hoc enim valde nocet validitati subscriptionis, vt dicit Ioan. Faber, *in § possunt, Instit. de testam. n.* 2. *versic. quid si litera continet duo sigilla.*

11 Tertiò corruit testamentum, si loco testatoris qui subscribere non poterat, vel nesciebat, non fuerit adhibitus octauus testis, quem vocant testamentarium, qui octauus testis vti scriptor debet subscribere testamentum præsentibus & assistentibus aliis septem testibus : quod probatur per text. in *dict. l. hac consultissima*, in illis verbis : *eique ipse coram testibus sua manu in aliqua parte testamenti subscripserit.* Quod
4 etiam notauit Speculator *in tit. de instrument. edit. §. compendiosè, num* 40. in illis verbis ; *necnon coram eis ibidem præsentem subscriptionem subjiciens.* Et per Azonem *in sum. in Cod. de testam. numero* 6. ibi, *coram eis sua manu subscribat.* Ruin. *consil.* 193. *num.* 5. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 639. *numer.* 12. Bellam. *dict. consil.* 1. *colum.* 12. *versic. ad primam quæstionem*, ibi, *in præsentia mea, & aliorum testium propria manu se subscripsisset : & colum.* 13. *versic. Idem si testator sic loquitur, octauus adhibitus scriptor pro eo se subscripsit* : & clariùs *colum.* 11. *versic. duodecimum capitulum*, & *colum.* 4. *versic. nonum capitulum.*

12 Neque sufficit quod ipse scriptor, seu testamentarius scripserit in dorso testamenti instrumentum remissionis illius, tanquam Notarius in præsentia septem testium, clauso iam & sigillato testamento, nulla facta mentione suæ subscriptionis appositæ in pede eiusdem testamenti, nisi tanquam de re in absentia testium iam facta.

Quia Notario non creditur de his quæ ante testa- 13
mentum facta sunt, sed tantùm de his quæ ipse fecit in præsentia testium instrumentariorum. DD. communiter *in authen. si quis in aliquo*, & ibi maximè Bart. *num.* 9. *Cod. de edend.* Cùm ergo subscriptio iam facta esset & clausa, ac consignata per istum scriptorem ; non probat illius assertio facta in dorso testamenti iam clausi, & quam subscriptionem fecerat in absentia testium testamentariorum.

Neque fieri potest, vt idem sit & scriptor testamen- 14
ti, & Notarius exhibitionis, seu remissionis eiusdem coram testibus factæ ; non enim idem potest esse Notarius, & testis : *l. Domitius*, & *ibi* DD. *ff. de testam.* † 15
Qui dicunt testimonium Notarij validum esse quando iudicialiter examinatur, nullâ habitâ ratione instrumenti per eum rogati ; secus est quando agitur de rebus quæ debent redigi in scripturam, & tractatur de probatione instrumentali, & non de testimoniali, † sicut in testamentis solemnibus, quæ pro for- 16
ma essentiali scripturam requirunt ; tunc Notarius non potest computari in numero testium, nec tenere locum scriptoris, seu testamentarij, qui est tanquam octauus testis, vt ostendit Paris. *consil.* 46. *numero* 8. *lib.* 3. Menoch. *consil.* 313. *num.* 25. Bertrand. *consil.* 128. *versic. tamè illud instrumentum, volum.* 4. Covar. *in cap. relatum* 11. *n.* 19. *in tertia conclus. de testam.* Magdalen. *in tract. de numero test. in testam. requisit. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 8.

Præterea non sufficit quod scriptor simpliciter sub- 17
scribat testamentum ; sed præterea necesse est, vt ipse declaret subscriptionem fuisse factam de mandato testatoris, & scripturam illam verè esse eiusdem testamentum. Hæc est forma quam tradit Cuiac. *in tit. Cod. de testam. colum. mihi* 681. *in fin. tom.* 3. *Lucius Titius pro Gaio testatore nomine suo, testatorisque huic testamento subscripsit.* Roland. *consil.* 36. *colum.* 2. *versic. si verò de mandato, volum.* 1. Menoch. *consil.* 313. *numero* 24. & melius hoc modo : *Ego Gaius Seius testis adhibitus & rogatus à Sempronio testatore, qui scribere ob infirmitatem non potest, eius nomine & mandato subscripsi, affirmans hoc esse eius testamentum.*

Secundo loco Dixi dictum testamentum non pos- 18
se sustineri tanquam nuncupatiuum, quia licèt verum sit, & menti Rotæ Romanæ conueniat, dari testamentum nuncupatiuum implicitum, quando non potest valere tanquam solemne, si testator coram testibus scripturam remittens declarauerit se illum hæredem instituere qui in dicta scriptura nominatus reperitur, iuxta tradita per Clar. *in §. testamentum, quæst.* 4. *n.* 3. Burat. *decis.* 475. *num.* 2. *l. si quis ita* 36. *l. hoc artic.* 29. *l. asse toto* 77 *ff. de hæredib. instit. l. institutio talis* 10. *ff. de condit. instit. l. quoties* 9. *§. si quis nomen, ff. de hæred. instit.* † Tamen non 19
sufficit quod testator dicat coram testibus se ostendere scripturam in qua continetur eius vltima voluntas ; sed præterea requiritur, quod dicat se nominare hæredem illum, qui est nominatus seu descriptus in illo testamento quod exhibet : quod probatur per textus super quibus fundatur opinio illorum qui admittunt testamentum nuncupatiuum implicitum, provt apud nos admitti solet : nempe *in dict. l. si quis ita* 36. *l. hoc articulo* 29. *l. asse toto* 77. *l. quoties* 9. *§. si quis nomen, ff. de hæred. instit. l. institutio talis* 10. *Cod. de condit. instit.* † Qui omnes textus præsupponunt 20
hanc differentiam inter testamenta nuncupatiua & & solemnia ; quod in nuncupatiuo testator debet nominare hæredem viua voce, & non per scripturam :

eandémque differentiam facit text. *in dicta l. hac conſultiſſima, in princip.* juncto §. *per nuncupationem*, quia loquendo de teſtamento myſtico, dicit ſufficere quod teſtator coram teſtibus dixerit ſuum eſſe teſtamentum, quod offertur; ſed in nuncupativo neceſſe eſt quod ſeptem teſtes teſtatoris voluntatem teſtamentum facientis audiverint. Quod clariùs etiam dicitur in *l. hæredes palam 21. ff. de hæredib. inſtit.* Guillelm Benedict. *in cap Raynutius, in verb. in extremis poſitus, de teſtam.* & probatur in *l. iubemus 29. Cod. de teſtam.* ibi; *in elogio, quod ſine ſcriptura conficitur, neceſſe eſt teſtatorem voce exprimere nomen, vel nomina hæredum*: & ita judicatum fuit apud Fabrum *in Codice, tit. de teſtam. definit. 4.* Prædicta probantur per Cyriac. *controverſ. 444. num. 98. & multis ſequentib.* Quibus tamen adverſatur Alexand. *conſil. 176. num. 5. & 6. lib. 5.* Socin. ſen. *conſil. 173. lib. 2.* quos ſequitur Tuſch. *in verb. Teſtamentum, concluſ. 111. n. 23.* Ego autem ſententiam Cyriaci veriorem eſſe exiſtimo per jura, & rationes ab ipſo allegatas.

21 Tertio loco Dixi, diſpoſitionem illam ſuſtineri poſſe vigore clauſulæ codicillaris in ea appoſitæ, & ſic proximiores ab inteſtato cenſerentur gravati de reſtituendo hæredibus ſcriptis, juxta tradita per DD. communiter *in Authen. ex cauſa. Cod. de liberis præteritis.* Rot. *deciſ. 206. numer. 4. & 17. part. 7 recent.* & quod dicta diſpoſitio valeat jure codicillorum, comprobat Turret. *in tract. de clauſ. codicil. quæſtion. 126. effect. 79.*

22 Quia licèt duo codicillorum genera DD. admittant, quædam videlicet nuncupativa, & alia in ſcriptis vel ſecreta, Comenſis, Iaſ. & Alexand. in *l. final. Cod. de codicil.* tamen codicilli ſecreti & in ſcriptis non ſubjacent tot ſolemnitatibus, ſicut teſtamenta myſti-

23 ca: † ſed ſufficit quod in iſtis adſint quinque teſtes ſubſcripti, qui audierint ab ore proprio diſponentis illam eſſe ultimam ſuam voluntatem. Graſſ. *in §. codicillus, num. 10.* Bellamer. *dicto conſil. 1. colum. 21. verſic. circa iſtud tertium dubium*: quia codicilli nullam ordinationis ſolemnitatem deſiderant, §. *final. Inſtit. de codicil.* Formam autem huiuſmodi codicillorum in ſcriptis, fuſiùs explicat Bellamer. *d. conſil. 1. in loco mox deſignato.*

CAPVT LXXXIII.

Si venditio facta fuerit cum pacto de retrovendendo, venditor qui vult redimere rem venditam vigore illius pacti, præfertur domino directo volenti uti jure retentionis feudalis.

SVMMARIVM.

1 *Si emptor declaraverit ſe paratum eſſe retrovendere in vim pacti de retrovendendo, quod alioqui poterat impugnare, tenetur procedere ad retrovenditionem.*

2 *Dominus directus per ſuum conſenſum alienationi præſtitum, à iure prælationis excluditur.*

3 *Dominus directus petendo laudemium, tacitè renunciat iuri prælationis.*

4 *Generaliter quicumque poteſt habere regreſſum ad rem feudalem, ſibi præiudicat per ſuum conſenſum.*

5 *Quod procedit, ſive conſenſus fuerit expreſſus, ſive tacitus.*

6 *Renunciatio emptoris excludit eum à iure præſenti quoad retrovenditionem, ſed non à futuro poſtea nato.*

7 *Clauſula renunciationis omni legum auxilio, non poteſt extendi ad ius poſtea ſuperveniens.*

8 *Per pactum de retrovendendo dominus directus excluditur à iure prælationis, ſi venditor emptorem cogere velit ad retrovendendum.*

9 *Dominus directus retinens jure prælationis, tenetur ſubire eadem pacta & onera quæ ſunt in venditione comprehenſa.*

10 *Ius Congrui locum habet in venditione ſub pacto de retrovendendo facta, non tamen in præiudicium pacti redemptivi.*

11 *Contractus venditionis tranſlatus cenſetur in retinentem iure Congrui.*

12 *Ius prælationis domini directi potentius eſt iure vicini retrahere volentis.*

13 *Pactum de retrovendendo appoſitum in venditione, conſtituit partem pretii.*

14 *Dominus directus qui ſcivit pactum de retrovendendo, & non reclamavit tale pactum, etiam in ſui præiudicium approbare cenſetur.*

15 *Annus qui datur à conſuetudine vicinis retrahere volentibus, non currit niſi lapſo tempore retrovenditionis convento.*

16 *Pactum de retrovendendo excludit vicinum à iure Congrui rem venditam retinere volentem.*

17 *Ius prælationis ceſſat quando dominus directus non poteſt præſtare illud, quod emptor venditori promiſit.*

18 *Retrovenditio dependens à partium conventione dicitur fieri ex cauſa præexiſtente & neceſſaria, nempe in executionem contractus præcedentis.*

FActa venditione cuiuſdam prædii cum pacto redemptivo intra quadriennium in favorem emptoris pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis quibuſcumque ſtipulantis, venditor tertio jus pacti redemptivi ceſſit, qui dum adversùs emptorem pactum exercere & redimere voluit, reſpondit emptor ſe paratum eſſe prædium dimittere, & pacto redemptivo acquievit. Deinde pœnitentiâ ductus dominum directum adivit, & ab eo jus prælationis dominicale quæſivit juxta Comitatus Venayſſini conſuetudinem, quâ (ut aliàs diximus) licitum eſt domino directo alteri jus prælationis concedere.

Quare cùm concurreret conſenſus emptoris, item pactum de retrovendendo, & jus domini directi emptori ceſſum; duæ ortæ fuerunt difficultates. Prima, utrùm emptor per conſenſum, quem præſtitit pacto de retrovendendo, ita ſibi præjudicaverit, ut à domino directo jus prælationis poſtea acquirere non potuerit. Secunda, utrùm caſu quo ſibi non præjudicaverit, pactum redemptiuum contractui venditionis appoſitum potentius ſit jure prælationis, ſeu retractus feudalis, domino directo, ſeu eius ceſſionario competenti.

In prima quæſtione Dixi emptorem tanquam em- 1
ptorem ita quidem pacto redemptivo conſenſum præſtitiſſe, ut ſub illa ſola qualitate emptoris nullo modo contravenire queat: quia per conſenſum redemptioni præſtitum, tacitè renunciavit juri quod forſan potuiſſet habere ad impugnandum pactum, vel aliàs ad impediendam retrovenditionem. † Ad- 2
inſtar domini directi, qui ſi tacitè vel expreſsè venditioni conſenſerit, excluditur à jure prælationis; veluti ſi in venditione intervenerit, vel pro evictione caverit. Rip. *variar. reſol. cap. 7. num. 466. & 467.* † Si 3

laude

laudemium petierit, vel exegerit. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 24. *num.* 11. & aliis modis de quibus Ripol. *loco citato*. Sed non ideo excluſus eſt emptor à jure prælationis, ſibi poſtea per dominum directum ceſſo: quia licèt verum ſit renunciantibus etiam tacitè non dari regreſſum ad bona, vel iura renunciata; *l. poſt diem, ff. de lege commiſſ. l. ſi ea quæ, Cod. qui accuſare nõ*
4 *poſſunt.* † & in terminis rei feudalis adeſt text. *in cap.* 1. § *præterea quib. mod. feud. amit.* & *ibi* DD. aſſerunt eum qui poteſt habere regreſſum ad rem feuda-
5 lem, ſibi præjudicare per ſuum conſenſum: † quod extenditur etiam ad conſenſum tacitum: Roland. *conſil.* 57. *num.* 12. & *ſequentib. vol.* 3.

6 Tamen renunciatio illa tacita per conſenſum introducta non nocet emptori renuncianti, quoad jus futurum & poſtea quæſitum, de quo non cogitabat tempore præſtiti conſenſus; atque ita quòd uti emptor facere non potuit, illi præmiſſum eſt tanquam ceſſionario domini directi, & ab eo ius & cauſam habenti. Renunciatio enim quælibet quantumvis juramento firmata, intelligenda eſt, dummodò ſubſit eadem cauſa: *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. l. qui ſervum, ff. de verb. obligat.* Menoch. *conſil.* 749. *n.* 14. & 806. *numero* 5. & *ſequentib.* Surd. *deciſione* 289. *numero* 13. Galerat. *de renunciat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 24.
7 Addit. de Burat. *deciſ.* 20. *num.* 11. † Vbi clauſula renunciationis omni legum auxilio, non extenditur ad iura poſtea ſupervenientia. Odd. *ad fideicom. quæſt.* 4. *art.* 6. *num.* 51.

Sed dubium ad hoc reducendum erat, utrùm ius prælationis dominicale potentius eſſet iure competente venditori, ex pacto redemptiuo? † Dixi ven-
8 ditorem in vim pacti de retrovendẽdo excludere dominum directum ciúſve ceſſionarium à jure prælatio-
9 nis: † Nam dominus non poteſt rem venditam iure retractus feudalis retinere niſi pro eodem pretio, & pactis in venditione contentis: Quia cùm utitur iure ſuo, & prædium venditum retinet, ſubrogatur in locum emptoris. Vincent. de Franch. *deciſ.* 506.
10 *num.* 18. † ubi dicitur quod licet ius Congrui locum habeat contra ementem cum pacto de retrovendendo; tamen qui in vim illius juris rem emptam ſibi retinet, debet eam tenere ſub eodem pacto de retrovendendo: quia vicinus non poteſt rem ex illo iure retinere ſeu vendicare, niſi cum iiſdem qualitatibus eum quibus emptor emit, Gratian. *diſcept. forenſ.*
11 *c.* 460. *num.* 36. † & contractus venditionis cenſetur tranſlatus & transfuſus in eum, qui vult retinere rem
12 venditam. Idem *num.* 65. & 66. † Ius autem directi dominii potentius eſt iure vicini, ex conſuetudine vel ſtatuto retrahere volentis: ex Vincent. de Franch. *deciſ.* 610. Ratio differentiæ eſt, quia dominus directus reſpectu vicini fundatus eſt in iure communi, quod eſt potentius conſuetudine vel ſtatuto particulari, in quo cenſetur reſervatum ius domini quod erat ante conſuetudinem fundatum in diſpoſitione legis: ut dicit Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 21. *gloſ. unic. num.* 2. & 3. ſed dum agitur de ipſo emptore, ius ipſius fundatur in ipſo contractu venditionis, in quo pactum retrovenditionis afficit dominum directum retinere volentem; cui ius non dat retentionem, niſi ſub iiſdem pactis & conditionibus inter emptorem & venditorem conventis; cùm non poſſit retinere niſi pro eodem pretio: *dicta l. final. Cod. de iur. emphyteut.* ibi, *quantum pretium revera ab alio percipi po-*
13 *teſt.* † Pacta autem hujuſmodi de retrovendendo, partem pretii conſtituunt. Salycet. *in d. l. final. num.* 3. & ex text: in *cap. potuit, de locat.* ibi, *quantum ſibi ab aliis offertur.* Et faciunt tradita per Cenſum. *de cenſib. quæſt.* 65. *num.* 3. & *ibidem, deciſ.* 71. *numero* 2. Rota, *deciſ.* 571. *num.* 1. & *per totum, part.* 1. *recent.* † Et in 14
terminis domini directi rem ſub pacto de retrouendendo venditam retinere volentis, quod non poſſit impedire venditorem rem redimere volentem, maximè ſi dominus ſciuerit illud pactum, & non reclamauerit; tradit Petrus Iacob. *in praxi, in forma libelli ſuper re emphyteut. fol.* 13. *verſo, colum.* 2. *in principio.* hoc etiã decidit Grimaudet, *in dicto tractatu, des retraicts, lib.* 5. *cap.* 4. *in princip.* vbi allegat Caſtrenſ. *conſil.* 74. *colum vlt. volum.* 2. qui dicit vicinum non habere ius retractus, ſi emptor rem venditori reſtituat in vim pacti de retrouendendo; ſed hoc nihil ad caſum noſtrum; ſed amgis expreſsè hoc tenuit Chenu. *in addit. ad Papon. lib.* 11. *tit.* 7. *arreſt.* 8. qui ſic loquitur, *Auſſi pour tel contract, le Seigneur direct ne peut vſer du droit de prelation & retention, qu'apres le temps de réemer expiré.* † & facit à ſimili quod annus qui da- 15
tur conſanguineis ad retrahendum, non incipit currere niſi poſt tempus retrouenditioni præfixum. Louet & *ibi* Addent. *litera R, num* 46. res enim non dicitur alienata quamdiu à venditore recuperari poteſt. † Vnde indubitatum aſſerunt DD. in agnato qui 16
iure retractus conſanguinitatis rem venditam retinere vellet, quod hoc non poſſit in præiudicium venditoris volentis vti pacto retrouenditionis in contractu appoſito. Rip. *in l.* 1. *num.* 20. *verſic. vltimo fallit. ff. de priuileg. credit.* Ioan. Igneus, *in repetit. l. contrahentem. num.* 82. *verſic. & iſta dilatio. Cod. de contrah. empt.* inter Repetent. *volum.* 7. *fol.* 473. & nominatim quod dominus directus non poſſit impedire vim & effectum illius pacti, tradit Cald. *de iure emphyt. lib.* 3. *cap.* 13. *numero* 23. *verſic. nec ſimiliter conqueri poteſt.* † Imò generale eſt, vt quamdiu dominus directus 17
tantundem præſtare non poteſt, quantum emptor promiſit, ceſſet ius prælationis. Cald. *ibidem, num.* 33. *in fine.*

Et retrouenditio quam nunc petit emptor, ſiue 18
eius ceſſionarius, fieri dicitur ex cauſa præexiſtente & neceſſaria, in executionem contractus venditionis. Gratian. *diſcept. cap.* 180. *num.* 16 & 17.

Vnde concluſum fuit venditorem retrahere volentem domino directo ciúſve ceſſionario præferendum eſſe.

CAPVT LXXXIV.

Vendito feudo, vel Caſtro, an cenſeatur de venditione comprehenſa juriſdictio. Feudum cum juriſdictione utrùm nobiliter poſſeſſorem. Dominus directus alicujus territoriis quis eſſe poteſt nullum habens iuriſdictionem. Hominibus, ſubditis, & homagiis venditis quid in venditione contineatur.

SVMMARIVM.

1 *Quamvis Caſtrum fuerit conceſſum in feudum, non tamen ideo ſequitur per neceſſe quòd conceſſa fuerit iuriſdictio.*

2 *Si Vaſſallus feudum habens, juriſdictionem illi ex propria pecunia acquiſieverit, finito feudo revertitur quidem ad Dominum, ſed ſine iuriſdictione, qua ſpectat ad Vaſſallum acquirentem.*

3 *In actibus tranſlativis, acceſſorium non omnino cohærens*

cohærens ſuo principali, & quod ab eo diuidi & ſeparari poteſt, non continetur.

4 *Iuriſdictio eſt quid acceſſorium Caſtri, non tamen illi omnino cohærens, & ab ipſo inſeparabile.*

5 *Vnum dominum eſſe Caſtri, alium dominum iuriſdictionis, non eſt inconueniens.*

6 *Feuda iuriſdictionem & ſubditos habentia nobilitant poſſeſſores.*

7 *Feuda quædam ſunt ignobilia, quæ non eximunt poſſeſſores à collectis.*

8 *Feuda quæ ſubditos habent, cæteris præſtantiora ſunt & nobiliora.*

9 *In Gallia omnia feuda ſunt nobilia, & nobiliter tenentur.*

10 *Feudum nobile ſolus Rex erigere poteſt.*

11 *Feuda ab alio quàm à Rege obtenta non ſunt nobilia, neque nobilitant.*

21 *Feudum duobus modis nobile dici poteſt; nempe aut quia nobilem facit, vel nobilem inuenit.*

13 *In dubio tamen ſi nihil aliud obſtet, conceſſo feudo præſumitur conceſſam quoque fuiſſe iuriſdictionem.*

14 *Tunc maximè cum Caſtro vendita ſeu cõceſſa iuriſdictio cenſetur, quando conceſſio procedit à perſona priuata; ſecùs ſi à Principe.*

15 *Si tamen coniecturæ vel probationes ſint in contrarium, etiam in conceſſione facta à priuato non comprehenditur iuriſdictio.*

16 *Dominium directum & priuatum alicuius territorij poteſt eſſe apud vnum, iuriſdictionis verò ius publicum apud alium.*

17 *Venditor exprimendo ſe vendere Caſtrum cum iuriſdictione, ſi illa ſibi non competat, tenetur de euictione, vti vendens rem ad alium ſpectantem.*

18 *Quando Caſtrum venditur tanquam quid vniuerſalem cum ſua iuriſdictione, & pertinentiis, venit iuriſdictio, & alia acceſſoria; ſecùs ſi vendatur tanquam res particularis.*

19 *In venditione omnia comprehenduntur quæ emptor credidit comprehendi.*

20 *Clauſula, cum ſuis iuriſdictionibus, intelligitur ſi & quatenus de iure competant venditori.*

21 *Hoc procedit dum agitur de conceſſione facta à Principe; ſed in tranſlatione facta à priuato continetur iuriſdictio.*

22 *Homo meus dicitur ille, qui mihi præſtat ſeruitium & fidelitatem.*

23 *Subditi & homines licèt ſint ingenui, tamen ſunt adſtricti erga Dominos iuriſdictionales ad aliquam ſpeciem ſeruitutis, & ad homagium & ſeruitia.*

24 *Homagium, & fidelitas quæ præſtatur à ſubditis erga Dominos, eſt quædam adſtrictio ſeruitutis liberi hominis, non ſolùm bona, ſed etiam perſonas reſpiciens, in quo differt ab emphyteuſi, quæ ſola bona reſpicit.*

INter multiplices eósque antiquos iuriſdictionis titulos, in & ſuper quodam Caſtro & territorio, & ad docendum Caſtrum de quo agebatur eſſe iuriſdictionale, productum fuit inſtrumentum per quod authores, & dicti Caſtri poſſeſſores ſe Regi Chriſtianiſſimo declararunt, illius occaſione *Hommageables, Vaſſaux, & ſuiects du Roy*: & quod intendunt tenere ſub feudo nobili ab ipſo omnes & quoſcumque cenſus, reditus & feuda nobilia quæ habent & poſſident in dicto loco, territorio & mandamento; & Ipſi reddere homagium, & iuramentum fidelitatis. Super quo requiſitus Reſpondi, ex illo inſtrumento † non probari iuriſdictionem Caſtro eſſe annexam; cùm feudum ſit quid diuerſum & diſtinctum à iuriſdictione, & conceſſo ſimpliciter Caſtro in fundum, ex tali conceſſione nihil inferri poſſit ad iuriſdictionem. Mantic. *de tacit. conuent. lib. 23. tit. 6. num. 49.* † vbi dicit quod ſi iuriſdictio feudo per Vaſſallum fuerit acquiſita, illa feudo finito, veluti ob finitam lineam; pertinet ad Vaſſallum, ſeu eius hæredes, & non ad Dominum; cùm ſit diuerſa & ſeparabilis à feudo. Clar. §. *feudum, quæſt. 88. in fin.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 97. num. 1. & ſequentib.* † & in actibus ſignificantibus tranſlationem iuris de vno ad aliud, acceſſorium ſuo principali non omnino cohærens, & quod diuidi ab eo poteſt, non continetur in tranſlatione principalis, *l. quoties, ff. de contrab. empt. l. final. ff. de ſupellectil. legat. l. 2. ff. de feudo inſtruct.* † Licèt autem iuriſdictio ſit acceſſorium Caſtri, non tamen eſt acceſſorium omnino cohærens: ergo non ſequitur, conceſſo Caſtro conceſſam eſſe iuriſdictionem. Menoch. *dicto loco, num. 7. & ſequentib.* Ludouiſ. *deciſ. 556. n. 1.* Roſental. *de feud. cap 5. concluſ. 6. num. 5. & ſequentib. iunctis gloſſis.*

1 2 3 4

Et non eſt inconueniens, vnum eſſe dominum Caſtri, & alium iuriſdictionis. Hieron. de Mont. *de finibus regund. cap. 11. numer. 14.* Loyſeau *des Segneuries ſubalternes, cap. 4. numer. 26. & 29. & cap. 10. num. 44. & ſequentib.* Nec ſimiliter qualitas feudi nobilis inferebat illud eſſe iuriſdictionale. † Quia licèt dicatur feuda iuriſdictionem & ſubditos habentia nobilitare poſſeſſores illorum; non tamen ex eo ſequitur, omnes feudorum poſſeſſores habere iuriſdictionem; cùm aliqua poſſint eſſe feuda nobilia, & tamen iuriſdictione carentia. Papon. *lib. 5. tit. 11. arreſt. 29.* † vbi dicit quod ignobiles tenentes feuda nobilia ſine iuriſdictione, conſiſtentia ſolùm in reditibus, prædiis & aliis rebus huiuſmodi, non ſunt exempti à taleis & collectis ac ſubſidiis. † Sic dixit Octau. Bammacar. *in c. filij nati ſi de feud. fuerit controuerſia*, ex feudis contrahi nobilitatem, præſertim ſi ſubditos habeant: † Tamen in Gallia omnia feuda ſunt nobilia, & nobiliter tenentur. Bacquet *in tract. des francs fiefs, cap. 3. num. 2. & 3.* non tam reſpectu feudi quàm Regis illa concedentis Loyſeau *in tit. des Seigneuries mediocres, cap. 8. num. 23.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 7. num. 14.* Amad. à Pont. *in tract. qui feuda dare poſſ. num. 128.* Mozzius *de diuiſion. feud. num. 30.* † Quia ſolus Rex poteſt erigere feudum nobile. Franc. de Amic. *in repetit. tit. qui feud. dare poſſ. in §. explicatis, numero 3. fol. 319.* † Et feuda ab alio quàm à Rege conceſſa, non ſunt nobilia, neque nobilitant. Camil. de Curt. *in diuerſ. iur. feud. part. 1. num. 2. & 3.* vbi ita iudicatum refert. † Præterea feudum duobus modis nobile dici poteſt; aut quia nobilem inuenit ſeu recipit, aut quia nobilem facit: Bald. *in cap. inter dilectos, de fide inſtrument.* Schneidewein *de feud. in prælud. part. 1. numero 33.* ergo quamuis homagium præſtitum fuerit pro feudis nobilibus, nihil ex eo infertur ad iuriſdictionem, quia aliunde nobilia dici poſſunt, quàm ratione iuriſdictionis: nempe quia nobiles illi receperunt; & feuda nobiles non fecerunt, ſed inuenerunt.

5 6 7 8 9 10 11 12

Et ex his cùm non fuiſſet edoctum feudum eſſe iuriſdictionale, & poſſeſſor haberet titulos legitimos, ex quibus clarè conſtabat ſibi ſuper illo competere iuriſdictionem; fruſtra ad iuris præſumptionem recurrebatur: † quia licèt de iure qui feudum obtinet, aut concedit, præſumatur obtinere vel concedere iuriſdictionem, Menoch. *lib. 1. præſumpt. 97. num. 48.* Boër. *deciſ. 50. numer. 11.* Mantic. *de tacit. conuent. lib.*

13

*lib.4.tit.14.numer.8.& sequentib.*Menoch *consil.*498.
14 *num.* 35. & 36. † Præsertim quando agitur de venditione, & alia dispositione inter priuatos, Menoch. *dicto consil.n.*48.post Bart.*in l.inter eos.ff.de acquir.rer. domin.* Rosental *de feud. cap.*5. *quæst.*7. *in glos. A.in fine.*Mantic.*dicto tit.*14.*num.*11.*versic.& hac quidem sententia.* Roland. *consil.*42. *n.*17.& 22.*lib.*2.Mastrill. *de magist.lib.*4.*c.*16.*n.*32. & 33.

15 Tamen hæc præsumptio contrariis probationibus eneruabatur; & certum est, præsumptionem cedere veritati:& recognitio facta Regi,de qua suprà actum est,potiùs sonabat in recognitionem ratione dominij directi, & censuum ac canonum emphyteuticorum. Nam vt bene aduertit Loyseau *des petits Seigneurs, c.* 10. *num.*44. fieri debet differentia inter dominium publicum,quod consistit in iurisdictione, & iustitia reddenda, & dominium directum, quod est priua-
16 tum: † sicut sub huius æquinoci fauore, illi qui habent dominium directum domorum alicuius Castri, quod ipsi censum debet, se vocant Dominos illius Castri: cùm tamen verum dominium publicum spectet ad eum cui competit iurisdictio. Vnde stante possessione antiquissima, & titulis sufficientibus in contrarium productis,non erat sufficiens dicta recognitio ad probandum dominium iurisdictionale; sed solum dominium directum.

17 His suppositis, emptor dicti Castri egit contra venditorem,vt sibi de euictione teneretur; non solùm quia vendendo Castrum censetur & vendidisse iurisdictionem, quæ tamen illi non competebat, sed tertio, vt supra ostensum fuit: verùm etiam quia in venditione, expressa iurisdictionis mentio facta fuerat per verba valde generalia: vnde merum & mixtum imperium venditum censebatur, quod tamen ad alium spectabat. Couar.*pract. quæst. cap.*1.*num.*10.*in*
18 *decima conclus. versic. qua ratione.* † Et quando Castrum venditur tanquam quid vniuersale cum sua iurisdictione, iuribus, pertinentiis, & hominibus seu subditis, omnia continentur, etiam ipsa iurisdictio: quidquid aliud sit quando Castrum venditur tanquam res particularis. Cancer.*lib.*3. *variar. resol.capit.*13. *de iurib. Castror.num.*30.& 31.Mantic.*de tacit. conuent.lib.*4. *tit.*14.*numer.*11.& non solùm vendita
19 fuerunt dominia directa, & canones emphyteutici;† sed etiam ipsum dominium iurisdictionale: vnde in venditione omnia comprehensa censentur, quæ emptor venire credidit, & quæ sub verborum significatione continentur.Mantic.*de tacit.conuent.lib.*4.*tit.*9. *num.*9.

20 Neque obstat quod dicebatur,non fuisse venditum simpliciter Castrum, sed cum suis iurisdictionibus, quæ verba intelligenda sunt de iurisdictionibus,quatenus concedenti, seu venditori competant: & ideo non esse locum euictioni,ex tradit.per Tusch. *in verb. feudum,conclus.*173.*n.*30.& 174.*n.*32.Mantic. *de tacit. conuent. lib.*23. *tit.*6. *n.*11. & 20.

21 Quia magna est differentia inter concessionem Principis, de qua loquuntur DD.ex aduerso citati, & venditionem factam per priuatum. In hac enim,stantibus illis verbis, *& cum sua iurisdictione*, censetur vendita iurisdictio, quæ in dubio ipsi Castro seu feudo cohæret: & hanc differentiam inter concessionem Principis, & venditionem factam inter priuatos,refert Mastril.*in tract. de magistr. dicto lib.*4.*cap.*16.*numer.*32.& 33.& cùm homines & subditi venditi fuerint, non est dubitandum quin iurisdictio compre-
22 hensa censeatur. † Nam homo meus dicitur ille, qui
23 mihi præstat seruitium & fidelitatem. † Licèt enim homines & subditi non sint propriè serui, sed ingenui; tamen remanent sub aliqua specie seruitutis, & debent subuentionem domino,& sunt sub eius iurisdictione. Iacobin. *de homagio, num.*20. *& sequentib.* vbi dicit, non esse hominem meum, nisi ratione homagij: quia nomen subditi & hominis denotat subiectionem, fidelitatem & iurisdictionem. Gaill.*de arrest.Imperij,cap.*7.*per totum,*& colligitur *ex cap.vnic. de forma fidelitatis.* † Quia homagium & fidelitas 24
quæ præstatur à subditis,est adstrictio seruitutis liberi hominis,& ita continet plusquam dominium emphyteuticum,quod respicit bona; cùm tamen homagium respiciat etiam personas.

Et per consequens cùm vendita fuisset iurisdictio, quæ tamen ad alium pertinebat; non erat dubitandum quin emptori daretur actio pro euictione aduersùs venditorem, tam ex dispositione iuris, quàm in vim clausularum in instrumento venditionis contentarum.

CAPVT LXXXV.

In quibus casibus legatũ, vel substitutio pupillaris comprehendatur in fideicommisso vniuersali,& quæ sit differẽtia,vtrùm substitutus per compendiosam admittatur ex vulgari, vel fideicommissaria substitutione: & vtrùm detur electio substituto? Et quid in casu dubio?Et quando substitutio ad certa bona restricta, possit valere tanquam pupillaris:Et quas quartas detrahere possit substitutus vulgaris, vel pupillaris? Et vtrùm in casum detractionis Trebellianicæ,fructus per substitutum imputentur in quartam.

SVMMARIVM.

1 *Dictionis* &, *quæ sit vis, circa inclusionem prælegati in fideicommisso, quando institutio facta fuit cum clausula*, in aliis autem bonis, *substitutio verò illi iuncta est per copulam.*

2 *Prælegatum non continetur in fideicommisso vniuersali, quando institutio facta fuit cum clausula*, in aliis autem bonis.

3 *In dubio prælegatum factum coniunctæ personæ, non continetur in fideicommisso, vt illa minus grauetur.*

4 *Si testator declarauerit se velle vt prælegatarius de bonis prælegatis ad libitum disponeret, prælegatum erit extra fideicommissum.*

5 *Quamuis pupillaris substitutio extendatur ad omnia bona pupilli, tamen in casibus in quibus eximitur à fideicommisso, non continetur quoque in substitutione pupillari facta in hæreditate.*

6 *Si testator voluit vt substitutus in prælegato illud integrè haberet, non comprehenditur in fideicommisso vniuersali.*

7 *Idem si dictum fuerit,vt illud haberet sine diminutione, vel plenè, aut pleno jure.*

8 *Prælegatum hæredi à se ipso factum non valet, quia idem non potest esse agens, & patiens.*

9 *Legatum præceptionis non restituitur cum hæreditate.*

10 *Prælegatum iure institutionis factum eiusdem est*

naturæ,

naturæ, cuius inſtitutio vniuerſalis, & venit cum hæreditate reſtituendum.

11 *Legatum vni ex cohæredibus factum, reſtitui debet vnà cum fideicommiſſo vniuerſali pro rata portionis hæreditariæ.*

12 *Non debere fieri differentiam quoad reſtitutionem prælegati; ſiue vnus, ſiue plures ſint inſtituti hæredes.*

13 *Marta Peregrinum in hac materia, contrarietatis arguit.*

14 *Defenditur Peregrinus ab impugnationibus Martæ.*

15 *Hæres non poteſt quidem à ſeipſo legatum accipere, quamdiu eſt hæres; ſed tamen adueniente caſu reſtitutionis hæreditatis, poteſt legatum ſibi factum retinere.*

16 *Legatum à ſe ipſo factum nullum eſſe; & ideo tractu temporis conualeſcere non poſſe: ſed vide num. ſequenti.*

17 *Legatum hæredis à ſe ipſo factum non eſt omnino nullum, ſed eius effectus differtur in tempus quo non erit hæres, nempe reſtitutionis hæreditatis faciendæ ſubſtituto.*

18 *Legatum præceptionis dicitur, dum quis vna re præcipiâ, reſiduum reſtituere debet.*

19 *Quamuis per aditionem inducatur confuſio, tamen illud non procedit in damnum adeuntis: quia non impedit quin adueniente caſu reſtitutionis, hæres ſua iura & prælegata detrahat.*

20 *Senatus Tholoſanus iudicauit pro incluſione prælegati in fideicommiſſo, propter alias circunſtantias omninò diuerſas.*

21 *Verba teſtamenti, & coniecturæ voluntatis maximè attendendæ ſunt in illa quæſtione incluſionis prælegatorum, vel eorum excluſionis à fideicommiſſo.*

22 *Quando ſubſtitutio facta fuit per viam compendioſa, ſicut prælegatum non continetur in vulgari in ea comprehenſa, ita nec in fideicommiſſaria.*

23 *In vulgari prælegatum non comprehenditur, ſi hæres inſtitutus repudiauerit; ſecus ſi mortuus fuerit ante teſtatorem, vel ante conditionis euentum: nam illo caſu, continetur prælegatum in vulgari ſubſtitutione.*

24 *In dubio concludendum eſt prælegatum non contineri in fideicommiſſo, vt hæres minus grauetur.*

25 *Refertur arreſtum Senatus Gratianopolitani, quo fuit declaratum prælegatum non comprehendi in fideicommiſſo vniuerſali, fundatum in rationibus ſupra deductis.*

LEgatum Dixi in fideicommiſſo vniuerſali non contineri: quia facto legato cum onere ſubſtitutionis, teſtator eundem legatarium, poſt interpoſitam longam orationis ſeriem, in aliis bonis ſuis inſtituerat: & ipſi morienti ſine liberis alios ſuos liberos ſubſtituerat: vnde cùm inſtitutio vniuerſalis tanquam facta cum clauſula *in aliis bonis*, excluderet legatum ipſi hæredi in pupillari ætate conſtituto factum; † ita & ſubſtitutio annexa inſtitutioni, eidémque coniuncta per copulã[&]excludebat ſubſtitutionem factam in legato à reſtitutione vniuerſalis fideicommiſſi: quamuis clauſula *in aliis bonis*, appoſita in inſtitutione, non eſſet repetita in ſubſtitutione; 1 idque propter naturam illius copulæ, &, quæ omnia repetit, *l. final.* ibi, *& coniuncta ſcriptura*, *ff. de rebus dubiis.* Neuiſan. *conſ.* 72. *n.* 14. Menoch. *conſ.* 106. *n.* 291. Rota *in recent. deciſ.* 143. *n.* 8. *p.* 1. Peregr. *de fideicom. artic.* 7. *n.* 48. vbi dicit ſequentem ſubſtitutionem fideicommiſſariam immediatè copulatam poſt inſtitutionem, videri factam in eiſdem bonis in quibus facta fuit inſtitutio. Theſaur. iun. *lib.* 1. *q. forenſ.* 17. *numer.* 14. vbi dicit clauſulam *in aliis bonis*, appoſitam in inſtitutione propter naturam copulæ cenſeri repetitam in ſubſtitutione: & ideo nec prælegatum in ſubſtitutione contineri, niſi concurrentibus aliis coniecturis; † cùm natura illius clauſulæ, *in aliis bonis* ea ſit, vt excludat prælegatum à fideicommiſſo vniuerſali Pereg. *dict. artic.* 7. *n.* 44. Theſaur. *dict. cap.* 17. *n.* 14. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 650. *numer.* 24. Sicut è conuerſo, quando inſtitutio facta fuit ſine illa clauſula, inde oritur præſumptio quod prælegatum contineatur in fideicommiſſo. Pereg. *conſil.* 52. *numer.* 4. *volum.* 4. 2

Sicuti in dubio prælegatum factum coniunctæ perſonæ non cenſetur comprehenſum in fideicommiſſo, vt illa minùs grauetur. Peregr. *de fideicom. artic.* 7. *numer.* 15. quanquam hæc ratio non omninò concludat, quando ſubſtituti ſunt perſonæ æquè dilectæ. Fuſar. *d. quæſt.* 650. *num.* 14. *& conſil.* 82. *num.* 1. *verſic. & ad quæſtionem.* Mantic. *de coniect. lib.* 7. *tit.* 7. *num.* 11. 3

Similiter non comprehenduntur legata in fideicommiſſo, quando teſtator expreſsè voluit vt legatarius de illis bonis ad libitum diſponere poſſet. Pereg. *dict. numer.* 14. Fuſar. *dicta quæſt.* 650. *numer.* 45. & Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 154. *n.* 16. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 74. *n.* 145. *&* 146. apud quos materia prælegati in fideicommiſſo includendi copioſiùs tractatur. † Sed in caſu propoſito ſubſtitutio adiecta legato dicitur ſubſtitutio particularis, ſicut & ipſum prælegatum: & in caſibus in quibus prælegatum non continetur in reſtitutione fideicommiſſi, non continebitur etiam in eo ſubſtitutio pupillaris. Pereg. *de fideicom. artic.* 8. *numer.* 37. Fuſar. *quæſt.* 655. *num.* 12. 4 5

Et ceſſare videbatur omninò incluſio in fideicommiſſo, ex eo quod teſtator voluit vt ſubſtitutus legatum integrè haberet. Peregr. *dict. artic.* 7. *numer.* 14. Intrigliol. *contur.* 2. *quæſt.* 74. *numer.* 148. † idem dicendum, ſi teſtator vſus fuerit clauſula, *ſine diminutione.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 194. *num.* 21. cui æquipollet clauſula *Integrè.* Peregr. *artic.* 3. *num* 90. Menoch. *conſil.* 918. *numer.* 3. æquiualet etiam dictioni *plenè, ſeu pleno iure*, cuius ea vis eſt vt prælegatum excludat à ſubſtitutione vniuerſali. Menoch. *dict. præſumpt.* 184. *n.* 20. Mantic. *de coniect. lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 12. *in fine.* 6 7

Præterea ad legatum ipſemet hæres vniuerſalis vocabatur, quod de iure ſubſiſtere non poteſt, cùm ipſi hæredi à ſe ipſo legari non poſſit, *l. legatum eſt delibatio §. heredi. ff. de legat.* 1. cum ſimilibus. † Quo caſu legatum capitur ab hærede iure præceptionis, & habet illud veluti præcipuum, nec cum fideicommiſſo reſtituere tenetur. Peregr. *dict. artic.* 7. *num.* 11. *&* 16. Boër. *deciſ.* 280. *numero* 7. Surd. *conſil.* 205. *numero* 9. *& ſequentib.* Honded. *conſil* 62. *numero* 23. *volum.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſtion.* 650. *numero* 9. *& conſil.* 44. *in fin. verſic. ad vltimum, & conſil.* 82. *numer.* 12. 8 9

Sed contra hanc rationem dubium oritur ex eo, quod legatum iure inſtitutionis factum eiuſdem eſt naturæ cum fideicommiſſo vniuerſali, & cum tota hæreditate reſtituendum eſt. Fuſar. *dict. q.* 650. *n.* 88. Menoch. *conſil.* 884. *n.* 15. *verſic. quartò comprobatur, & lib.* 4. *præſumpt.* 194. *n.* 50. 10

Imò DD. dicunt quod quando factum eſt prælegatum vni ex cohæredibus, illud reſtituendum eſt cum 11

gatum uni ex cohæredibus, illud restituendum est cum fideicommisso universali pro portione hæreditaria, pro qua portione non potest valere tanquam legatum, sed capitur jure hæreditario, & per consequens eodem modo restituitur quo ipsa hæreditas fideicommisso gravata. Fusar. *d. quæst.* 650. *numero* 66. Peregr. *d. artic.* 7. *num.* 53. cum pluribus apud eos
12 citatis. † Nulla autem videtur differentiæ ratio inter vicinum hæredem, cui factum est prælegatum, ut totum restituat, & cum tota hæreditate prælegatum; & inter plures hæredes, ut pro portione hæreditaria legatum in restitutionem fideicommissi
13 veniat: † Vnde Matta *in tract. de succession. legali part.* 4. *quæst.* 21. *artic.* 11. *n.* 33. arguit Peregr. & alios contrarietatis, & adversus Peregr. sentire videtur Cyriac. *controvers.* 204. *num.* 113.

14 Sed non obstantibus istis impugnationibus, non existimo recedendum à sententia Peregrini, qui quandiu loquitur de eodem casu, sibi nullo modo contrarius est, si attentè legatur: ipse enim existimat, dum verba testamenti sunt indefinita (juxta casum de quo loquitur ipse Peregr. *n.* 34.) quod ubi legatarius est solus hæres, de necessitate si prælegatum non restituitur, totum retinetur. Cùm verò cohæredes habet, eadem (inquit) videtur ratio: quia à fideicommisso prælegatum fuit exceptum. Hæres igi-
15 tur dato sibi cohærede, † donec est hæres, cum effectu portionem suam jure legati habere non potest: Veniente autem casu restitutionis, illam à residui restitutione separare potest. Idem Peregr. *num.* 52. *in fin. & num.* 20.

16 Nec bona est ratio Cyriac. *d. controvers.* 204. *n.* 113. quod sicut ab initio à seipso quis legatum consequi non potest; ita & legatum illud quod nullum est, tractu temporis non convalescit, *l. quod ab initio* 26. *& l. quæ ab initio* 209. *ff. de reg. iur.*

17 Quia non est verum quod legatum sit ab initio nullum; quinimò est validum, sed eius effectus differtur ad tempus restitutionis hæreditatis, sicut si hæres grauatus, esset aliunde creditor hæreditatis, aut haberet detractiones ex ipsomet testamento fa-
18 ciendas, † veluti legatum præceptionis, quod clarè testator excepisset à restitutione fideicommissi: quia illud habetur veluti titulo particulari, §. *si quis una, Institut. de fideicommiss. hæreditat.* sanè illas detractiones à seipso facere non posset: cùm actio & passio non possint stare in eodem subiecto; sed adueniente casu restitutionis, detractioni sine dubio locus esset, quia non detraheret hæres contra se, sed contra substitutum. Itaque licèt prælegatum à seipso factum sibiipsi, non valeat quoad hoc, vt quis sibiipsi obligetur; valet tamen quoad alios effectus, & operatur vt id quod ita legatur, maneat penes hæredem, & conseruetur in euentum in quem ipse non sit amplius hæres, vt post Socin. iun. *consil.* 8. *à numero* 26. *volum.* 3. *& in repetit. leg. in quartam, ff. ad leg. falcid.* notat Ioseph.
19 Ramonius *consil.* 67. *numero* 13. † Subdens quod licèt per additionem hæreditatis iura confundantur, illud in effectu non procedit in damnum adeuntis; sed tunc dicitur extingui ius per quandam imaginariam solutionem, quæ non impedit quominus hæres quod sibi soluisse videtur, retineat adueniente casu restitutionis: & in hanc Peregrini & aliorum sententiam eo tantò facilius, quod videam eundem etiam fuisse sensum Rotæ Romanæ, *in*
20 *recent. decision.* 418. *numero* 5. † Quamuis ego aliàs in contraria fuissem sententia consulens super testamento Illustrissimi & Excellentissimi Domini Francisci de la Baume, Comitis Suzæ, juxta quod consilium fuit judicatum Tholosæ: sed in illo casu alia multa concurrebant, quæ in proposito non verificabantur, & verba gravaminis referebantur tam ad hæredis institutionem, quàm ad prælegata. † Et 21
in his quæstionibus maximè attendenda sunt verba testamenti, & conjecturæ voluntatis testatoris, ut dicunt omnes, & maximè Bart. *decis.* 168. & *ibi* Additio.

Præmissis accedebat alia ratio, propter quam præ- 22
legatum in fideicommisso contineri non poterat: quia substitutio universalis facta fuerat per viam compendiosæ, in qua sciunt omnes contineri vulgarem, & fideicommissariam, quamlibet in suo casu. Vnde sicut prælegatum non continetur in substitutione vulgari, si hæres repudiasset, *leg. Sextiliam, ff. de legat.* 3. Peregr. *de fideicommiss. d. artic.* 7. *num.* 5. Fusar. *quæst.* 69. *num.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 195. *num.* 1. Pariter non continebitur in fideicommissaria, ut eadem sit utriusque determinatio, per *l. jam hoc iure. ff. de vulg.* Ita arguunt Peregr. *d. articul.* 7. *n.* 16. *& 47. & consil.* 44. *num.* 10. *lib.* 3. Fusar. *consil.* 44. *num.* 11.

Dixi, *si hæres repudiasset*; quia si hæres cui prælegatum à seipso factum est, decesserit ante testatorem, 23
vel ante existentiam conditionis; portio illa remanet in globo hæreditatis, ut dicit Peregr. *dicto art.* 7. *num.* 5.

Quod copiosiùs explicat distinguendo casus Cy- 24
riac. *controvers.* 352. *num.* 12. *& sequentib.* ad quem dum casus occurret recurrendum erit. † Et in omnem eventum, casu quo negotium esset dubium, concludendum esset pro hærede, ut ex universali fideicommisso legatum detrahere posset. Peregr. *d. art.* 7. *n.* 22. *& consil.* 44. *num.* 5. *lib.* 3. Fusar. *dicta quæst.* 650. *n.* 26. *& 131.*

Et secundùm hæc scripta pro Nobili & Illustriss. 25
Domino Francisco de Damians, Domino loci du Vernegues, fuit judicatum in suprema Curia Parlamenti Gratianopolitani, ex delegatione Regis Christianissimi, pro quo ego scripseram 18. Iunii 1635. his verbis: *La Cour*, &c. *Ordonne que le legat de* 6000. *livres dont est question, sera deduit au profit dudit François de Damians, des biens du fideicommis dont s'agit, avec interest, dés le temps que la restitution des fruits a esté adjugée à Noble Louys de Damians, que fust du* 9. *Octobre* 1614. *dépens de l'instance compensez.* Monsieur du Pilhou Rapporteur.

CAPVT LXXXVI.

Emphyteusis ex quibus dicatur, vel feudum? Et utrùm dicatur ex pacto & providentia, an verò ad hæredes extraneos possit transire, si concessio facta fuerit *prote, & tuis hæredibus, & successoribus quibuscumque, tam masculis quàm fœminis*: aut, *prote, filiis, hæredibus, ac successoribus quibuscumque utriusque sexus.*

SVMMARIVM.

1 *Concessio potius est emphyteutica quàm feudalis, si Princeps concedens emphyteusim nominaverit.*

2 *Si in conceſſione Princeps nullum ſibi ſervitium perſonale reſervaverit, ſed canonem in pecunia, potiùs eſt emphyteuſis, quàm feudum.*

3 *Conceſſio facta cum clauſula,* adinſtar feudorum ruſticorum, *potiùs ſonat in emphyteuſim.*

4 *Bona ex conceſſione emphyteutica reſtitutioni obnoxia poſſunt alienari pro dote.*

5 *Feuda quando non ſunt hæreditaria, non poſſunt pro dote alienari.*

6 *Quanvis cum qualitate emphyteutica concurrat fideicommiſſum paternum, bona reſtitutioni obnoxia alienari poſſunt pro dote.*

7 *Ampliatur ut procedat, etiamſi in conceſſione dictum fuiſſet, quod fœminæ non ſuccederent ſtantibus maſculis.*

8 *In dubio emphyteuſis, vel feudum, potiùs hæreditaria ſunt judicanda.*

9 *Clauſula* pro hæredibus quibuſcumque, *reddit emphyteuſim, vel feudum merè hæreditarium.*

10 *Etiamſi feudum ſit mixtum, tamen ad illud nemo admittitur, niſi ſit hæres.*

11 *Vi quis admittatur ad emphyteuſim hæreditariam, vel mixtam, non ſufficit eſſe hæredem habitu, ſed requiritur quod talis ſit actu.*

12 *Qui vult admitti ad feudum hæreditarium, tenetur ſolvere debita ultimi poſſeſſoris, cui ſucceſſit uti hæres.*

13 *Sive agatur de feudo hæreditario, ſive mixto, hæres quanvis confecerit inventarium, tenetur approbare factum defuncti.*

14 *Feudum ex quibus dicatur hæreditarium, & num: ſequentib.*

15 *In emphyteuſi Eccleſiaſtica ſtipulata pro ſucceſſoribus quibuſcumque, admittuntur hæredes etiam extranei.*

16 *Vxor admitti poteſt ad feudum, quod eſt hæreditarium.*

17 *Si conceſſio facta fuerit cum clauſulis perpetuitatem denotantibus, præſumitur facta iure hæreditario.*

18 *Si conceſſio fuerit cum clauſula,* ita quod quandiu extabunt maſculi, fœminæ non ſuccedant; *vel ſi dictum fuerit,* pro te, & ſucceſſoribus quibuſcumque, tam maſculis quàm fœminis; *utrùm illud deroget naturæ feudi hæreditarii.*

19 *Clauſula,* & quibus dederit, *oſtendit feudum, vel emphyteuſim eſſe hæreditariam.*

20 *Verba illa,* tam maſculis, quàm fœminis, *etiam hæredibus extraneis adaptari poſſunt.*

21 *Diſputatum fuit à nonnullis, utrùm fœminæ capaces eſſent ſuccedendi in feudo merè hæreditario; quanvis illas ſuccedere poſſe verius ſit.*

22 *Conceſſio feudi facta* pro maſculis quibuſcumque, *non ſolùm deſcendentes, ſed quoſlibet extraneos comprehendit.*

23 *Si feudum alicui conceſſum fuerit* pro ſe, & deſcendentibus, tam maſculis, quàm fœminis, ita quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant; *non ideo minus feudum eſt hæreditarium.*

24 *Quando conceſſio feudi facta fuit alicui* pro ſe, filiis, & hæredibus quibuſcumque utriuſque ſexus, *feudum eſt hæreditarium, & tranſitorium ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos.*

25 *Feudum Domino de Agonto conceſſum* pro ſe, ac ſuis hæredibus utriuſque ſexus ex ſuo corpore natis, vel naſcituris, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *eſſe hæreditarium conſuluit Bertrandus.*

26 *Dictio,* quibuſcumque, *in caſibus ſupradictis cenſetur appoſita ampliativè, ut aliquid operentur verba.*

27 *In iſtis tamen caſibus conſultius eſſe, ut obtineatur, ſi fieri poſſet, ampliatio ſeu declaratio à Principe concedente.*

FElicis recordationis Clemens Papa VIII. conceſſerat cuidam Nobili Caſtrum in emphyteuſim perpetuam *pro ſe, ſuiſque hæredibus, & in perpetuum ſucceſſoribus,* pro annuo canone, ſeu cenſu & reſponſione ſex ſcutorum auri Solis: qui Nobilis dictum Caſtrum alteri vendidit, dictáque venditio à felic. recordat. Paulo III. fuit ad majorem cautelam approbata in favorem emptoris, *pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis*; & canon auctus fuit ad octo aureos.

Denique Pius IV. promiſſa omnia confirmavit in favorem emptorum, & hæredum, & ſucceſſorum quorumcunque ipſorum, & ulteriùs conceſſit ut etiam filiæ & fœminæ in dicto Caſtro, & feudo, in defectum tamen maſculorum ſuccedant, & ipſe emptor de eo qui quòs voluerit hæredes & ſucceſſores hujuſmodi pro ſuo libito & mera voluntate diſponere valeat; nullúſque ex hæredibus & ſucceſſoribus prædictis in eo abſque ejus voluntate ſuccedere poſſit; eidémque jus Regaliorum conceſſit, *pro ſe, ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, tam maſculis quàm fœminis.*

Dubitatum fuit, utrùm feudum illud ſive Caſtrum eſſet alienabile in extraneos, & poſſet à creditoribus de pignore capi.

Dixi conceſſionem illam eſſe tranſitoriam ad quoſcunque etiam extraneos, quia dicta conceſſio potiùs emphyteuſis quàm feudum cenſeti debet; quia ſummus Pontifex illam emphyteuſim nominavit: † & ideo conceſſio talis præſumitur, qualis à 1
concedente fuit nominata. Mantic. *de tacit. convent. lib. 22. titul. 8. num. 1.* Roſental. *de feud. cap. 2. concluſ. 63. num. 1. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 460. n. 47. & 49.*

Et id maximè, quia ſummus Pontifex ex tali conceſſione nullum ſibi ſervitium perſonale reſervavit, ſed penſio in pecunia conſtituta fuit; quo caſu 2
contractus magis accedit ad emphyteuticum, quàm ad feudalem. Mareſcot. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 63. num. 5. & 6.* Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt. 39. numero 5.* Et in effectu, in dicta conceſſione non vocatur feudum, ſed inſtar feudi: † imò dum dicitur 3
adinſtar feudorum ruſticorum, potiùs infertur emphyteuſis, quàm feudum. Mart. *de clauſ. part. 2. clauſ. 48. n. 3.*

Quo ſic præſuppoſito, ſequitur Caſtrum illud cum 4
ſua juriſdictione & pertinentiis, ſaltem pro reſtitutione dotis, potuiſſe alienari in favorem uxoris illius ultimi poſſeſſoris, qui erat deſcendens emptoris inveſtiti: quia *Authent. res quæ, Cod. comm. de leg.* locum habet etiam in bonis emphyteuticis. Peregr. *de fideicom. art. 42. n. 63.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 189. n. 164.* † Quanvis regulariter aliud dicendum ſit de 5
feudis, quando non ſunt hæreditaria, aut non ſunt redacta adinſtar patrimonialium: ſic intelligo tradita per Monet. & alios ab ipſo allegatos *in tract. de commut. ult. volunt. cap. 9. n. 218.*

Quod procedit etiamſi ultra qualitatem emphy- 6
teuſeos, concurrat etiam fideicommiſſum paternum. Menoch. *dicta præſumpt. 189. num. 165.* dicens quod quando emphyteuſis pervenit ad mulierem ex cauſa dotis, ipſa poteſt de ea ad libitum diſponere.

Et

7 Et quamvis in dictis concessionibus caveatur, quod dicta emphyteusis non transeat ad fœminas, nisi in defectum masculorum; hoc non obstat, quin sit locus dispositioni *dictæ Authent. res quæ*; quia ad hoc sufficit quod fœminæ non sint in totum exclusæ, ut ostendit Odd. *in tract. de fideicom. ex prohibitione alienat. resultantibus, quæst. 42. num. 29. & 54.* Idque etiam si agatur de emphyteusi Ecclesiastica. Idem *loc. citat. num. 61.*

8 Sed ut omnis tollatur difficultas, hoc fundamentum statuendum est, quod dicta emphyteusis seu feudum est merè hæreditarium; tum quia potiùs in dubio præsumendum est hæreditarium, quàm ex pacto
9 & providentia. Gratian. *discept. 451. num. 17.* † Tum etiam propter clausulam *pro hæredibus, & successoribus quibuscumque*, quæ infert qualitatem hæreditariam in feudo. Idem Gratian. *discept. 351. n. 1. & 2.*

10 Et casu quo non esset absolutè hæreditarium, sed mixtum, semper qui in eo succedere deberet, excludere-
11 retur si non esset hæres. Gratian. *discept. 456. n. 26.* † Et non solùm debet esse hæres habitu, seu quod per eum non stet quin sit hæres, ut voluerunt aliqui DD. sed oportet etiam quod sit hæres actu ultimi possessoris, quamvis agatur de feudo mixto. Capriol. *in tract. de succes. ab intest. in protheor. n. 67.* Et hæc est communis opinio: etiam testatur Menoch. *cons. 464. n. 31.* & multos allegat Thesaur. jun. *lib. 2. q. forens. 12. n. 30.* licèt ipsa aliter sentiat contra communem opinionem.

12 Hinc sequitur, quod quicumque volet admitti ad hoc feudum, tenebitur solvere debita ultimo loco defuncti, cui successit tanquam hæres. Mantic. *de tacit. convent. lib. 23. tit. 9. n. 16.* Franch. *decis. 704. per tot.*

13 Et hoc, quia hæres tenetur ratum habere factum defuncti, illúdque impugnare non potest, sive agatur de feudo absolutè hæreditario, sive de feudo mixto; & sive hæres confecerit inventarium, sive non. Capriol. *ubi sup. n. 72. 73.* & 74. Gratian. *discept. cap. 511. n. 17. & 18.*

14 Cùm tamen feudum de quo agitur sit absolutè & propriè hæreditarium, propter clausulam facientem mentionem de successoribus quibuscunque, ut præter jam citatos tenuit Rota apud Seraph. *decis. 188. n. 2.* & *in recent. decis. 280. num. 2. part. 1.* Rosental *de*
15 *feud. cap. 2. conclus. 35. num. 4.* Gratian. *decis. 351.* † Idque etiamsi agatur de emphyteusi Ecclesiastica, in qua veniunt etiam in dicto casu hæredes extranei. Gratian. *ibidem, n. 14.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 28. n. 9. & quæst. 83. n. 1.* Mart. *d. clausul. 45. n. 3. & 46. n. 2.*
16 *part. 2.* † & uxor in tali feudo seu emphyteusi admitti potest. Mart. *dict. clausul. 45.*

17 Arguitur quoque emphyteusis seu feudum hæreditarium ex dictionibus, quæ perpetuitatem denotant: ut quia dictum fuit, *concedimus in emphyteusim perpetuam.* Rota *decis. 280. n. 2 part. 1. recent.* Seraph. *decis. 868. n. 3.*

18 Oritur tamen difficultas considerabilis ex illis verbis: *ita quod stantibus masculis, fœmina non succedant.* Et ex restitutione successorum quorumcunque ad masculos & fœminas; per quas clausulas videtur concessio de solis descendentibus, & hæredibus sanguinis intelligenda.

Sed respondetur verba illa in dicta concessione apposita, non stare restrictivè, sed ampliativè, ut patet ex illis verbis infeudationis, *& ulterius, &c.* Item ex illis, *extendimus ut successores hujusmodi pro vestro libito & voluntate disponere valeatis*: ex quibus feudum reddi
19 hæreditariũ testatur Rosent. neminem discrepare dicens, *in tract. de feudis, c. 2. cons. 36. n. 1.* † ad instar ver-

borum, *quibus dederis*; quæ feudum constituunt hæreditarium, vt reprobato Menochio sibi contrario docet Marta *de clausul. part. 2. clausul. 58. n. 5. & seqq.*

Conferunt etiam verba illa, *pro vestro libito, & mera voluntate disponere valeatis*, ex traditis per omnes DD. supra citatos.

Verba autem illa, *tam masculis quàm fœminis*, non 20
solùm ad hæredes sanguinis, sed etiam ad extraneos &
successores quoscumque referenda sunt, † tanquam 21
apposita ad tollendam illam controuersiam, quã aliqui DD. excitarunt, vtrùm fœminæ admitti debeant ad feudum merè hæreditarium, quos tamen reprobat Rosent. *de feud. cap. 2 conclus. 37 num. 4. & in glos. D.* Menoch. *consil. 1155. n. 46.*

Vnde concessio feudi facta pro masculis quibus- 22
cumque, intelligitur etiã de extraneis. Mantic. *de tacit. connent. lib. 22. tit. 19. n. 23.* propter vim illius dictionis *quibuscumque.* † Et eadem ratione, si feudum alicui 23
concessum fuerit pro se & descendentibus masculis & fœminis, ita quod stantibus masculis fœminæ non succedant, non ex eo dicendum est esse feudum ex prouidentia, sed efficitur hæreditarium: quidquid in contrarium dixerit Decius *con. 395. n. 6.* quia veritas est quod ex illis verbis non fit feudũ ex pacto & prouidentia, sed hæreditarium manet: ex Deciano *consil. 24. n. 68. & 69. vol. 1.* quem sequitur Mantic. *de tacit. conuent. lib. 23. tit. 3. n. 41.*

Et præcisè in casu isto quando concessio feudi fa- 24
cta fuit *pro se, filiis, & hæredibus quibuscumque vtriusque sexus*; feudum esse merè hæreditarium & transitorium ad quoscumque hæredes, etiam extraneos, tradit Monachus *de recta feudor. interpret. c. 38. n. 26.* Steph. Bertrand. *consil. 182. vol. 5.* † vbi dixit feudum 25
Domino de Agonto concessum, ac suis hæredibus vtriusque sexus ex suo corpore natis, vel nascituris, & successoribus quibuscumque, trãsire ad extraneos; † propter vim dictionis illius, *quibuscumque*, quam di- 26
cit *ibidem, n. 3. in fine.* esse appositam ampliatiuè: & quod si dispositio non referretur etiã ad hæredes extraneos, clausulæ illæ remanerent sine effectu operandi. † Atque ita ego Consului, licèt pro maiori 27
corroboratione veritatis crediderim bonum esse si obtineretur à summo Pontifice declaratio super hoc, provt factum fuit, vt constat ex Pontificio diplomate quod postea mihi fuit exhibitum.

CAPVT LXXXVII.

Ex quibus verbis testator cẽseatur legatario reliquisse vsumfructũ mobilium, aut aliarum rerum legatarum? Et vtrùm hærede decedente ante legatarium, legatum temporale finito tempore limitato deveniat ad hæredes & successores ipsius hæredis instituti. Et an jure successionis uti succedentes legatario; an verò iure proprio, uti repræsentantes hæredem institutum, & sic iure consolidationis.

SVMMARIVM.

1 *Si quis relinquat alteri fundum ad utendum, proprietatem fundi, & non usumfructum relinquere censetur.*

2 *Legatum fundi ab illo fruendum, tranſmiſſibile eſt ad hæredes.*

3 *Quando vſusfructus mentio diſpoſitioni acceſſoriè, & per modum cauſæ relictus eſt, proprietas legata videtur.*

4 *Fallit ſi dictum fuerit, quod res legata erat ad fruendum ipsâ tempore vitæ legatarij; tunc enim ſolus vſusfructus in legato continetur.*

5 *Legatum factum ad fruendum tempore vitæ, non continet proprietatem ad tempus vitæ reſtrictam.*

6 *In dicto legato non ſuccedunt legatarij hæredes ſed res deuoluitur ad ſubſtitutos, vel ad inſtitutos.*

7 *Si in vno legato detur facultas diſponendi ad libitum, in alio verò ad tempus vitæ, multò fortiùs legatum hoc ad ſolum vſumfructum reſtringendum eſt.*

8 *Quid & quantum in legato comprehendatur, ex qualitate, & indigentia legatarij arguitur.*

9 *Ex facultate alienandi legatario conceſſa; non vſusfructus, ſed proprietas legata cenſetur.*

10 *Quamuis teſtator legatarium mobilium exemerit à præſtatione cautionis; non tamen ideo proprietatem reliquiſſe videtur.*

11 *Onus iniunctum legatario reſtituendi mobilia poſt mortem ſuam in ſtatu in quo reperientur, non arguit proprietatem illi fuiſſe relictam.*

12 *Bona in locum alienatorum ſubrogata veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

13 *Datur medium inter reſtituere bona in ſtatu in quo reperientur, & non reſtituere.*

14 *Loco mobilium conſumptorum reſtituitur illorum æſtimatio.*

15 *Argumentum à contrario ſenſu nunquam ſumitur ad correctionem alterius partis teſtamenti.*

16 *Si clarè vſusfructus fuerit relictus, non poteſt deſumi coniectura contraria ex aliis partibus teſtamenti, cùm nemo ſeipſum ſtatim corrigere velle cenſendus ſit.*

17 *Si hæres præmortuus fuerit legatario, non eſt locus tranſmiſſioni legati in fauorem hæredis prædefuncti, ſi teſtator poſt obitum legatarij iniunxerit onus reſtituendi hæredi, inſpecta ſolùm perſonâ illius, & per verba perſonalia.*

18 *Hoc procedit quando perſona hæredis non fuit appoſita demonſtratiuè, ſed taxatiuè: in dubio autem demonſtratiuè adiecta videtur.*

19 *Teſtator eandem cenſetur habere affectionem erga hæredem, & illius liberos.*

20 *Quando legatum temporale alicui relictum fuit, finito illo tempore, deuoluitur ad hæredem, vel illius ſucceſſores; non tanquam ius habentes à legatario, ſed iure proprio, nempe iure conſolidationis propter temporalitatem legati.*

EX clauſula legati propoſiti, concluſum fuit vaſa argentea in illo deſignata pertinere ad ſucceſſores hæredis, ſtante morte legatarij; & ſubſtitutione, quâ dictus legatarius in teſtamento grauatus reperiebatur.

Supponendo imprimis ex verbis & mente teſtatricis conſtare non quidem proprietatem, ſed ſolùm vſumfructum fuiſſe legatum, dum teſtatrix vaſa & mobilia argentea vnà cum ornamento vnius lecti hyemalis, & alterius æſtiualis, duaſque pendentium periſtromatum ſeries illi legauit, *pour du tout en iouyr, & s'en ſeruir ſa vie durant.* † Quia licèt dum 1
teſtator fundum vel aliud quidpiam relinquit ad vtendum, proprietatem relinquere videatur; quia verba illa, *ad vtendum*, non reſtringunt naturam legati præcedentis, *l. donationes* 31. §. *ſpecies* & *ibi gloſ. in verb. puellæ*, & Bart. *ſub num.* 1. Angel. & Cuman. *ſub numer.* 4 *ff. de donat. & in l. ſpecies* 16. & *ibi* Bart. *ff. de aur. & argent. legat. l. libertis* 4. *in princip. ff. de aliment. & cibar. legat.* & *ibi* Bart. *num.* 3. & 6. Rota *deciſ.* 537. *ſub num.* 1. *part.* 2. *recent.* † Et 2
ideo hoc caſu legatum eſt tranſmiſſibile ad hæredes legatarij, vt dicunt Gloſ. & Doctores ſuprà allegati; & plures citat Cyriac. *controuerſ.* 145. *num.* 57. † Et 3
generale eſt quod quando teſtator acceſſoriè mentionem facit de vſufructu, proprietas relicta cenſeatur; cùm diſpoſitio ipſa proprietatem contineat, vſusfructus verò vel fruitio adiecta fuerit tantùm per modum cauſæ, Bald. *in l. Titio* 35. §. *final. verſic. quærit Gloſ.* & *verſic. & nota* Imol. *ibidem, in verſic. ſed certè* & Caſtrenſ. *num.* 2. *ff. de legat.* 2. Socin. ſen. *conſil.* 102. *num.* 10. *volum.* 3. Cæpol. *de ſeruit. vrban. prad. cap.* 4. *n.* 5. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 133. *num.* 11. Mantic. *de coniect. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 29. *& tit.* 5. *num.* 13.

Tamen regula illa, ſtantibus verbis teſtamenti lo- 4
cum habere non poteſt; cùm non ſimpliciter prædicta ſupellectilia relicta fuerint ad fruendum, ſed ad illis fruendum & vtendum tempore vitæ legatarij: qua reſtrictione ſtante, non proprietas, ſed ſolus vſusfructus legatus cenſetur: quia verbum *gaudere*, reſtrictum ad tempus vitæ legatarij, ſolum vſumfructum importat: quicquid in contrarium voluerit Peregrinus, qui exiſtimauit hoc caſu proprietatem legatam cenſeri, reſtrictam tamen ad tempus vitæ, vt ipſe notauit *conſil.* 59. *num.* 5. & 6. *volum.* 1. † Nam 5
contrarium verius eſt, nempe per illa verba ſolum vſumfructum in legato contineri: & hæc eſt communis ſententia, à qua non eſſe recedendum tenuit Rota Romana, in cauſa Dominorum de Tertulliis, apud Burat. *deciſ.* 257. *n.* 5. & *part.* 7. *recent. deciſ.* 195. *num.* 3. poſt Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 133. *num.* 12. qui ab hac opinione recedendum non eſſe contendit; quamuis Caſtrenſ. & alij contrarium teneant: & *conſil.* 352. *n.* 18. & 19. † vbi clarè Menochius oſtendit 6
legatum eſſe ſolum vſumfructum non tranſmiſſibilem ad hæredes: eiuſdémque ſententiæ fuit Picus *in l. Titia cum teſtamento*, §. *Titia cùm nuberet*, *num.* 12. & 13. *ff. de legat.* 2. & communem aſſerit Graſſ. *in* §. *legatum, quæſt.* 38. *num.* 3. *verſic. aduerte tamen*, & quod poſt mortem legatarij bona legata hoc caſu deuenire debeant ad hæredem inſtitutum, vel ſubſtitutum, non autem ad hæredes legatarij, tradit Caualcan. *de vſufruct. n.* 79.

Quod maximè comprobatur ex verbis alterius le- 7
gati diſtincti facti eidem legatario, in quo datur illi facultas de hoc poſteriori legato diſponendi ad libitum; quod non fuit factum in primo legato ad vitam reſtricto, ex qua diuerſa loquendi forma colligitur voluntas teſtatoris: ad tradita per Ludouiſ. *deciſ.* 372. *n.* 3. & vna pars teſtamenti aliam declarat. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 134. *n.* 8. & 9.

Præſertim quia qualitas legatarij ſatis intentionē te- 8
ſtatricis declarabat, cùm ipſe eſſet religioſus, & Eques Melitenſis, & per conſequens incapax legati proprietatis, nec haberet facultatem teſtandi; & ſic magis illi conueniebat legatum vſusfructus, quàm proprietatis; vnde vſusfructus ſolus relictus cenſetur, tanquam magis proportionatus illius cōditioni. Menoch. *dicta*

præ

*præsumpt.*134.*n.*3. & nominatim de religioso Gratian. *discept. forens. c.*138.*n.*18.

9 Neque obstat si dicatur, quod testatrix dederat facultatem huic legatario alienandi dicta mobilia in priori legato designata; quo casu non vsusfructus, sed proprietas relicta censetur. Castil. *de vsufruct. cap.*30. *n.*49. Gratian. *discept. c.*216.*n.*7.8. & 9. vbi reprobat Gabriel contrarium tenentem.

10 Quia Respondetur negando quod testatrix alienandi licentiam concesserit: dum enim illam concedere voluit in aliis diuersis legatis, dedit legatario facultatem de illis disponendi ad libitum, absque eo quod teneatur ad aliquam restitutionem, quouis & quocumque tempore: sed in legato de quo agitur nihil tale dixit; imò potius omnino restitutionem fieri voluit ipsi hæredi, vel substitutis; quamuis legatarium exemerit à præstatione cautionis: quæ verba satis ostendunt, non fuisse datam alienandi licentiam in hoc legato, sed solum vsumfructum fuisse relictum: vt post Ruyn. *consil.*165.*n.*1. *lib.*3. notauit Menoch. *dicta præsumpt.*134. *n.*16.

11 Nec ex eo quod testatrix dictis mobilibus existentibus in statu, & in potestate legatarij tempore obitus ipsius, mandauerit illa restitui in statu in quo reperientur; aliquid inferri potest, ex quo alienandi facultas illi data fuerit. Nam inter restituere in statu in quo reperientur, & non restituere, datur medium; nempe restituere æstimationem illorum, vel restituere alia mobilia eiusdem valoris, seu etiam restituere alia vasa argentea, quæ forsan per legatarium fuissent confecta, & in aliorum locum subrogata: iuxta tradita per Pereg. *consil.* 35. *numero* 8. *libr.* 3.

12 † vbi dicit bona subrogata in locum alienatorum,
13 venire in restitutionem fideicommissi. Sicut datur medium inter sedere, & ambulare, nempe stare: Item datur medium inter noctem, & diem; nempe aurora, vel crepusculum; & ideo hoc casu non valet argumentum à contrario sensu; veluti si quis diceret, non est dies; ergo est nox: vel Titius non sedet: ergo ambulat. Similiter inter hæredis institutionem, & exhæredationem, datur medium; nempe præteritio: propterea non valet illa consequentia, Titius non est hæres institutus; ergo est exhæredatus: ergo eadem ratione non valet consequentia, testatrix in casum non alienationis voluit mobilia restitui in statu in quo reperientur: ergo in casum alie-
14 nationis voluit non restitui. † Quia vt dictum est, datur medium, nempe restitutio æstimationis mobilium consumptorum: & hanc solutionem bene explicat Mantic. *de coniect. lib.*4. *tit.*3. *n.*37. & 38. *in additione.*

15 Præterea argumentum à contrario sensu nunquam sumitur ad correctionem alterius partis testamenti; cùm testator non videatur se voluisse incontinenti corrigere. Mantic. *de coniect. lib.*3. *tit.*18. *num.* 14. &
16 *lib.*12. *tit.*1. *num.* 3. † Cùm ergo testatrix expressè solum vsumfructum reliquerit, vt iam dictum est, non potest ex sequenti clausula inferri argumentum à contrario sensu ad derogationem claræ voluntatis in testamento expressæ: Burat. *decis.*863. *num.*14.15. & 16.

17 Denique non obstat quod hæres præmortuus fuerit legatario, & sic videatur non esse locum transmissioni; cùm testatrix respectum habuerit ad personam hæredis, non ad ius hæreditarium; dum dixit, restitutionem legati fieri *à l'heritier aprés nommé.*

18 Quia non obstantibus illis verbis legatum temporale vsusfructus deuenire debet ad illos, ad quos deuoluitur hæreditas. Cephal. *consil.*158. *n.*29. Siquidem persona hæredis hoc casu demonstratiuè tantùm apposita censetur. Mantic. *decis.*19. *n.*4. † Cùm 19
par sit ratio, & par affectio erga hæredem nominatum, & eius liberos. Fusar. *de substit. quæst.*343. *n.*16. †Idque iure consolidationis, propter temporalitatem 20
legati. Cephal. *dict. consil.*158. *n.*57. *versic. nec obstat.* Bellon. *de iur. accresc. cap.*7. *q.*19. *n.*138. Ludouic. *decis.*398. *n.*8. & 9. Marius Medices *decis.*4. *n.*14.18. & *seqq.* & fusè Bellon *de iur. accresc. dict. c.*7. *q.*19. *in primo*, & 2. *casu.*

CAPVT LXXXVIII.

Paries quando & ex quibus præsumatur proprius, vel communis? Et quando est communis, vtrùm pro diuiso, vel pro indiuiso. Vtrùm in muro communi vicinus aperire possit fenestram respicientem in domum alienam: & è conuerso, vtrùm possit quis altiùs eleuare, vel ædificare obscurando fenestras vicini. Quando, & quibus concurrentibus quis possit ædificare super muro communi, illumque altiùs attollere inuito & renuente vicino.

SVMMARIVM.

1 *Paries præsumitur communis, si adsint signa communionis: proprius verò, si adsint signa proprietatis.*

2 *Qui plura habet signa dominij, dicitur dominus muri: si verò plura sint signa communionis, paries dicitur communis.*

3 *Proprietatis muri signum est, habere fenestram ex parte sua penetrantem totam muri spissitudinem.*

4 *Latrinæ intra muri crassitiem sine muro contra posito, indicant proprietatem muri.*

5 *Tigna immissa per totam spissitudinem, & scalæ innixæ muro, signa sunt proprietatis.*

6 *Fenestella totum murum non penetrans, non arguit dominium parietis.*

7 *Murus continuatus sub eadem forma, si meus sit ex vna parte, præsumitur etiam meus per totam extensionem continuatam.*

8 *Qui est dominus partis muri, præsumitur dominus totius: & qui est in possessione partis, manutenendus est in toto muro.*

9 *Paries fornicatus muro vicini innixus, proprietatẽ arguit muri.*

10 *Imò potiùs præsumitur innixus iure seruitutis.*

11 *Aquarium quod clandestinè fieri potuit, non probat proprietatem parietis.*

12 *Paries in duas domos, in dubio communis præsumitur.*

13 *In dubio communio parietis præsumitur pro diuiso: & quiẽ sit esse communem pro diuiso, vel pro indiuiso.*

14 *Paries non dicitur communis pro diuiso, quando vnus ex vicinis perforat, & eo vtitur vltra medietatem.*

15 *Quando murus est communis pro diuiso, quilibet ex vicinis potest illum aperire vsque ad medietatem à latere suo.*

16 *Si murus sit communis pro indiuiso, non potest fieri in eo fenestra inuito vicino.*

17 *Ille cuius murus proprius eſt, poteſt in eo feneſtram aperire ſuper aream vicini.*

18 *Fallit ſi fiat ad æmulationem: & quando ita fieri dicatur.*

19 *Vicinus non poteſt petere obturari feneſtras à vicino factas in ſuo muro proprio.*

20 *Si murus ſit communis, poteſt ædificari obturando lumina vicini, niſi id fiat ad æmulationem.*

21 *Ædificans ſuper muro communi, tenetur ſoluere medietatem expenſarum factarum in conſtructione muri.*

22 *In re communi melior eſt conditio prohibentis, quando quis non vtitur ad vſum deſtinatum.*

23 *Si paries ſit deſtinatus ad ædificandum, poteſt altius tolli, inuito ſocio.*

24 *Quomodò probetur, murum eſſe deſtinatum ad ædificandum.*

25 *In dubio non præſumitur ædificium fieri ad æmulationem.*

26 *In muro communi pro indiuiſo, non poteſt ædificari, ſi per tale ædificium obſcurentur feneſtræ domus vicini.*

27 *Ampliatur vt procedat etiamſi is qui vult ædificare, paratus eſſet ſoluere medietatem pretij muri.*

28 *Ex quibus colligatur, parietem non eſſe deſtinatum ad altius eleuandum.*

29 *Tectum parieti ſuperimpoſitum, oſtendit illum non eſſe deſtinatum ad altius eleuandum; ſecus eſt, ſi tectum ſit parieti tantum cohærens.*

30 *Quilibet poteſt in ſolo proprio ædificare, etiam cum incommodo vicini, niſi conſtituta ſit ſeruitus altius non eleuandi.*

31 *Ampliatur hoc procedere, quamuis per tale ædificium claudatur feneſtra vicini, niſi conſtituta fuerit ſeruitus altius non tollendi.*

32 *Relicto ſpatio duorum pedum, iuxta vicini domum ædificari poteſt.*

33 *Duo pedes an menſurandi ſint à pariete, vel à loco vbi cadit ſtillicidium.*

34 *Quando paries eſt communis pro diuiſo, vicinus poteſt illum proprium facere ſoluendo medietatem pretij conſtructionis.*

35 *Intellige, dummodò murus poſſit ferre onus ſuper impoſitum: nam ſi debilitaretur, ædificans cogi poteſt ad ſublenandum pondus.*

36 *Quando murus eſt communis pro indiuiſo, non poteſt altius tolli in præiudicium vicini, cuius lumina obſcurantur.*

37 *Quando murus eſt limitatus per cornicem, vel coronam, vel per tectum ſuperimpoſitum, non poteſt ſuper eo ædificari.*

38 *Lapides proiectitij deſtinati ad colligandum nouum murum, oſtendunt illum poſſe incraſſari, non autem attolli.*

INter duos vicinos inuicem magna cum animi contentione litigantes, de quatuor dubitatum fuit. Primò vtrùm murus intermedius eſſet communis, an verò proprius actoris. Secundò, vtrùm eſſet communis pro diuiſo, vel indiuiſo. Tertiò, vtrùm actor in illo muro, poſſet facere feneſtram reſpicientem ſuper area vicini. Quartò, vtrùm caſu quo actor poſſet aperire feneſtram in illo muro, reus poſſet contra talem murum ædificare, & ſic feneſtram illam obturare.

1 Ad primum caput Reſponſum fuit, regulam generalem eſſe; quod ſi extent ſigna communionis, paries præſumitur communis: ſi verò extent ſigna proprietatis, præſumitur proprius: ita concludunt vnanimiter DD. & inter cæteros Menoch. *lib.6. præſumpt.7. numer.2.* Maſcard. *de probat.concluſ.1144.* aliàs *1143. num.1.*

Et qui plura habet ſigna dominij, ille dicitur do- 2
minus muri, ſi adſint ſigna hinc inde: ſicut è contra, præſumitur communis, quando plura adſunt ſigna communionis. Theſaur. *deciſ.219. num.4.*

Proprietatis ſigna pro actore multa proponeban- 3
tur: & primò, quia ipſe habebat feneſtram in ſuperiori parte domus, penetrantem totum murum ex parte ſuæ domus, quod eſt ſignum proprietatis: teſte Cepol: *de ſeruit. vrban. prædior. cap.40. numer.3. verſic. item per feneſtras.* & *conſil.35. numer.6.* cum pluribus allegatis per Menoch. *lib.6. dicta præſumpt.73. num.10.* Theſaur. *dicta deciſ.219. numer. primo.* Tuſch. *liter. M, concluſ.432. num.5.* Gratian. *diſcept. cap.273. num.1.*

Secundò ex parte dicti actoris aderant latrinæ, tam 4
in ſuperiori, quàm inferiori parte parietis conſtructæ, etiam intra muri craſſitiem, abſque aliquo muro contrapoſito, vulgò *contremur*: quod indicat proprietatem muri; quia ſi murus non fuiſſet proprius, non potuiſſet actor in eo facere ſedem, ſeu feneſtram latrinarum, multóque minus foueam ipſarum, per quam murus debilis redditur ob continuum humorem & fœtorem: vt declarat Berterand. *conſil. 5. volum.4.* Menoch. *loco citato, numero 13.* † Idémque 5
probatur ex tignis immiſſis per totam ſpiſſitudinem parietis, & ſcalis eidem muro innixis, ex traditis per Cepol. *dicto cap.40.* & alios Doctores ſupra citatos.

Non tamen poteſt fieri fundamentum in quadam 6
feneſtella, ſeu paruo foramine in pariete relicto, totum murum non penetrante. Quia potuit fieri clandeſtinè, ignorante vicino. Menoch. *conſil.1237.n.41.* & *dicta præſumpt.73. num.12. in fine,* Tuſch. *dicta concluſ.432. num.6. liter. M.*

Aderat tamen aliud ſignum notorium proprieta- 7
tis, ex eo quod cum murus ille contineatur ex vtraque parte vltra aream rei, & eodem tempore, ac ex eadem materia conſtructus appareat; & in aliis partibus eiuſdem muri adſint portæ feneſtræ actoris totum murum perforantes, aliáque indubitata proprietatis indicia; rectè ex eo infertur ad dominium reſidui muri, ne vna & eadem res diuerſo iure cenſeatur. Menoch. *dicta præſumt.73. num.19.* Gratian. & 8
diſcept.263.n.2 † & qui eſt in poſſeſſione certæ partis muri, mediantibus portis, feneſtris, & ſimilibus: debet in poſſeſſione totius manuteneri, cùm ſit vnicus murus. Gratian. *diſcept.425. num.38.* Poſtius *de manuten. obſeruat.73. num.70.* & ſine dubio actor intentans poſſeſſorium, fundatus erat in illo indicio, ſtantibus prædictis.

Ad ſecundum quæſitum Reſponſum fuit, illud eſſe 9
ſuperfluum; cùm ex ſupradictis ſufficienter appareat de iure actoris non ſolùm in poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio: nam reus duo tantùm ſigna proprietatis proponebat, eáque valde debilia; videlicet parietem fornicatum, muro actoris innixum: quod fieri non poteſt regulariter, niſi iure dominij, vel ſeruitutis. Theſaur. iun. *lib. 2. quæſt. forenſ. 89.* † Imò potiùs 10
iure ſeruitutis: ideo non probat communionem muri, cùm contraria ſint habere aliquid iure ſeruitutis, & iure dominij. Theſaur. *deciſ.219. num.5. & deciſ.23. num.3.*

Proponebatur etiam, adeſſe in muro rei aquarium, 11
quod conſtrui potuit clandeſtinè; cùm non potuerit

videri

videri ab actore dum construebatur, nec dum reus ipso vtebatur : & sic eadem militat ratio quam supra de fenestella adduximus.

12 Vtrùm, posito quod murus esset communis, qualis regulariter præsumitur quilibet paries inter duas domos ædificatus, nisi constet de contrario per legitimas probationes, vel præsumptiones, *l. arbor, ff. commun. dividund.* Honded. *consil.* 80. *n.* 19. *volum.* 2.

13 † Tamen si in genere illum constet esse communem, in dubio præsumendum est communem potiùs esse pro diviso, id est, ut quilibet usque ad medietatem parietis à latere propriæ domus existentem dominium prætendere possit, quàm pro indiviso, id est, ut quilibet ex duobus vicinis, in solidum super toto muro, & qualibet eius parte, totáque illius spissitudine proprietatem obtineat. Gabriel *consil.* 149. *n.* 3. *volum.* 1. post Corneum *consil.* 90. *volum.* 2.

14 Sed in facti serie proposita potiùs dicendus est paries communis pro indiviso, quàm pro diviso : nunquam enim dicitur paries communis pro diviso, quando unus ex vicinis perforat & penetrat totum murum, & eo utitur ultra medietatem à latere suo existentem. Gabriel *dicto consil.* 439. *num.* 1. Honded. *dicto consil.* 80. *num.* 29. *volum.* 1.

15 Ad tertium dubium Respondetur, quod si murus esset communis pro diviso, quilibet ex vicinis posset facere fenestram, quatenus protenditur medietas spissitudinis parietis à lateræ suæ domus. Cepol. *c.* 62. *num.* 4. *versic. secùs si esset pro diviso.* Thesaur. *decis.* 41. *num.* 21.

16 Si verò murus esset communis pro indiviso, non posset in eo fieri fenestra invito vicino : ex Surd. *consil.* 387. *per totum*, Thesaur. *decis.* 41. maximè *num.* 15. Menoch. *dicto consil.* 1237. *num.* 14. Bursat. *consil.* 111. *num.* 3, Paris. *consil.* 63, *num.* 3, *volum.* 1. Quia in re communi melior est conditio prohibentis. Cyriac. *controvers.* 460. *num.* 1. *& seqq. &* 28. *n.* 16. Felic. *de societ. cap.* 27. *num.* 26. *& cap.* 28. *num.* 24.

17 Sed si murus proprius sit actoris, licitum illi est fenestram aperire super aream vicini, ex communi DD. sententia, in *l. altius, Cod. de servit. & aqua.* Cepol. *de servit. tit. de fenestra, tit.* 62. *num.* 1. & decidit Rota revocando decisionem Burat. 631. ut notat Rubeus *in singularib. ex decisionibus Rotæ Romanæ, fol.* 518. Additio ad Burat. *dicta decis.* 631. *num* 28. Additio ad Afflictum *decis.* 225. *n.* 1. Carpan. *ad statuta Mediol. c.* 333. *num.* 11.

18 Quod verum est, nisi vicinus volens fenestram aperire, id faciat ad æmulationem, videlicet quando ipse nullam aut modicam percipit utilitatem : veluti dum aliunde lumen habere potest : si enim commodum ex tali fenestræ apertura percipiat, tunc cessat æmulatio. Honded. *dicto consil.* 80. *n.* 34. & 35. *vol.* 1. Laurent. de Pinu *consil.* 164. *n.* 3. Bertrand. *consil.* 333. *per totum, volum.* 3. *part.* 1. ubi dat formam articulandi super æmulationem.

19 Ad ultimum quæsitum Respondetur, quod si murus est proprius actoris, non potest reus petere ut illius fenestræ obturentur. Surd. *consil.* 126. *num.* 1. &

20 *sequentibus* : † si verò murus sit communis, licebit fenestras vicino obturare ædificando, nisi id fiat ad æmulationem : Honded. *loc. citat.* Cavalcan. *p.* 2. *decis.* 9. *de contract. num.* 14. Riminald. Iun. *cons.* 443. *per totum.* Tusch. *litera E, conclus.* 37. *per tot.* Bursat. *consil.* 111. *num.* 1. *volum.* 1. Paris. *consil.* 63. *num.* 1.

21 *& sequentib. volum.* 1. † Tenebitur tamen ædificans super muro communi, soluere medietatem expensarum fabricæ dicti muri. Cost. *de ratione rata, q.* 50. *num.* 1.

Et licèt in re communi melior sit conditio prohi- 22
bentis ; tamen hoc intelligitur quando quis non vult uti re communi ad usum destinatum : † ideo si pa- 23
ries sit destinatus ad ædificandum, licitum est illum altius tollere, invito socio. Thesaur. *dicta decis.* 23. *num.* 1. *& decis.* 41. *num.* 1. qui etiam *numero* 24. † ostendit, quomodò probetur murum esse destina- 24
tum ad ædificandum, & quis hoc probare teneatur : intelligendo tamen semper, ut ædificium fiat sine æmulatione. Mascard. *conclus.* 920. † In dubio ta- 25
men non præsumitur æmulatio. Gail. *observat.* 69. *num.* 17. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 745. *num.* 37. & 40. & *decis.* 752. *num.* 92.

Sed quæritur utrùm in pariete communi pro in- 26
diviso, socius possit ædificare invito socio, cui parietis elevatio potest esse damnosa ; veluti si per talem elevationem obturentur fenestræ domus vicini ? Respondetur, non posse : Menoch. *dicto consil.* 1237. *à num.* 20. *usque ad* 26. & *num.* 32. *versic. præterea admisso*, & *num.* 41. *versic. & admisso citra veri præjudicium.* Vbi † dicit hoc intelligendum esse, etiamsi 27
vicinus vellet soluere pretium partis muri : & *num.* 45. *versic. nec potest.* Cyriac. *controvers.* 460. *n.* 10. & *controvers.* 28. *num.* 16. 17. 18. & 31. Corneus *consil.* 78. *in fine, volum.* 1.

Quod maximè procedit si agatur de pariete, qui 28
non est destinatus ad altiùs elevandum ; veluti si sit paries coronatus, aut alia similia adsint signa ; vel si tectum sit super illo pariete impositum. Corn. *d. consil.* 28. *num.* 1. *versic. in casu autem nostro, volum.* 4. Thesaur. *decis.* 41. *num.* 24. *versic. vel si tectum, habet.* Menoch. *dicto consil.* 1237. *num.* 27.

Neque obstat *decisio* Duran. 450. *num.* 5. & 6. Quia 29
loquitur de tecto cohærente muro communi, nos autem loquimur de tecto superimposito ipsi muro ; nam tectum cohærens non impedit quin murus sit destinatus ad elevandum, secus quando tectum est ipsi muro superimpositum.

Cæterum pro intellectu materiæ diversi casus sunt 30
considerandi. Primus est, quando quis vult ædificare in solo, & fundo proprio ; & hoc casu licitum est cuilibet ad suam utilitatem ædificare, dummodo hoc non faciat ad æmulationem vicini ; quamvis ex eo in consequentiam vicinus aliquod damnum patiatur, per text. *in l. altius, Cod. de servit. & aqua :* Duran. *dict. decis.* 450. *numero primo*, † ubi dicit 31
hoc habere locum quamvis per tale ædificium claudatur fenestra vicini, nisi constituta fuerit servitus altiùs non tollendi : † Et generale est, 32
ut quilibet possit relicto duorum pedum spatio, juxta vicini domum ædificare : ex *leg. finali, ff. finium regund.* † Qui duo pedes mensurandi sunt 33
à loco ubi cadit stillicidium : iuxta tradita per Cepol. *de servitut. urban. pradior. cap.* 28. *in* 8. *quæst.* quamvis dictos duos pedes à pariete mensurandos esse, & non à loco ubi cadit stillicidium, dixerit Dominus Ludovicus Bellus *consil.* 100. *num.* 2.

Secundus casus est, quando quis vult ædificare 34
in muro qui communis est pro diviso : & hoc casu vicinus totum parietem sibi communem facere potest, mediante solutione pretii illius partis superioris muri adhuc non communis ; nempe supra tectum. Thesaur. *decis.* 41. *num.* 7. *versic. sed huic, & decis.* 219. *sub num.* 5. *versic. istis sic in facto.* Cost. *de rat. quæst.* 50. *num.* 1. *& sequentib.* Quod † intelligen- 35
dum est, dummodo murus sit talis, qui possit onus ædificii superimpositi sustinere : nam si paries communis ob ædificium suprà factum debilitaretur, pos-

ſet cogi ædificans ad ſublevandum pondus : ut dicit Rebuff. *conſ.*156, *num.*3.

36 Tertius caſus eſt,quando agitur de muro communi pro indiviſo, & tunc elevari non poteſt in præjudicium vicini, cujus lumina obſcurantur, ut ſuperius ex Cyriaco, & aliis oſtenſum fuit. Et hanc magis eſſe receptam Doctorum ſententiam probat Menoch. *conſil.*1237.*n.*48. ubi ita judiciatum teſtatur : *& num.*49. ubi reprobat Iaſonem contrarium ſentientem *conſil.*98.*lib.*1.contra quem dicit conſuluiſſe Riminaldum ſeniorem.

37 Et quando murus eſt limitatus per tectum ſuperimpoſitum (non dico cohærens) vel per cornicem, vel coronam ; certum eſt ſuperædificari non poſſe, ut ex Theſauro, Corneo & Menochio ſuprà oſtenſum fuit.

Et ex his explicantur jura & Doctores volentes ſuper muro communi poſſe ædificari invito ſocio : quia intelliguntur in pariete communi pro diviſo, non autem in eo qui communis eſt pro indiviſo.

38 Non obſtat prædictis,quod in muro,de cujus elevatione tractabatur, adeſſent lapides projectitii, qui videntur deſtinati ad colligandum novum murum. Quia lapides illi arguunt poſſe murum incraſſari,non autem attolli ; cùm reſpiciant partem lateralem,non ſuperiorem. Honded. *conſil.*80.*num.*33.*verſic. præterea, volum.*1.& de eadem laterali ædificatione,loquitur Corneus *conſil.* 90. *num.* 14. *verſic. & ita tenendum,volum.*2.

CAPVT LXXXIX.

In primogenituris utrùm frater ſecundogenitus,mortuo fratre primogenito, ſuccedat excluſis filiis maſculis fratris primogeniti. Quid ſi inſtituens primogenituræ vocavit maſculos primogenitos, & illorum deſcendentes. Vtrùm, & ex quibus teſtator habuerit reſpectum potiùs ad prærogativam ætatis, quàm primogenituræ. Quid dicendum, ſi teſtator vocaverit proximiores, vel ſuperſtites.

SVMMARIVM.

1 *In magna controverſia ſucceſſionis in primogenituris inter patruum & nepotem, prævaluit hodie pro nepote contra patruum ſententia.*

2 *Nepos admittitur excluſo patruo in omnibus diſpoſitionibus teſtamentariis : & ita judicatur in Rota, & in pluribus aliis ſupremis Tribunalibus.*

3 *Primogenitus ſtatim ubi natus eſt, acquiſivit jus primogenituræ, & in ejus perſona ius eſt formatum,tam proipſo, quàm pro omnibus ejus deſcendentibus.*

4 *In primogenituris quatuor conſideranda ſunt, nempe linea,gradus,ſexus & ætas.*

5 *Gradus ſunt in linea, & lineæ ex gradibus cauſantur : ſcala verò ex diverſis gradibus componitur.*

6 *Gradus non conſiderantur niſi inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ.*

7 *Quandiu aliquis ſupereſt ex linea primogenitorum, omnes alii ex linea ſecundogenitorum excluduntur.*

8 *Quæſtio inter patruum & nepotem fuit aliàs deciſa in favorem nepotis in hac civitate Avenionenſi per Regem Robertum, cum aſſiſtentia duorum Cardinalium.*

9 *Si teſtator primos filios maſculos vocaverit, & eorum deſcendentes in infinitum ; nepotes abſque difficultate patruis præferendi ſunt.*

10 *Vocato minore natu, ſi teſtator ulteriùs proceſſerit, & vocaverit filios & deſcendentes illius, ſublato minore natu, eius liberi cæteris ſunt præferendi.*

11 *Quando tota linea eſt vocata, quandiu aliquis ſupereſt ex ipſa,non fit tranſitus ad aliam lineam.*

12 *Quando teſtator habuit reſpectum ad ſolam ætatis prærogativam, patruus præferendus eſt nepoti ; cum ſit ætate major.*

13 *Repræſentatio ceſſat,quando teſtator ad ſolam ætatis prærogativam reſpexit ; quia ætas repræſentari non poteſt.*

14 *In primogenitura non attenditur ætatis prærogativa ; ſecus eſt in majoratu.*

15 *Ordo deſignatus in primogenitura per illa verba,* proximiores antiquioribus præferendo, *intelligendus eſt inter primogenitos eiuſdem linea, quales non ſunt patruus & nepos.*

16 *Tunc dicitur habitus fuiſſe reſpectus ad ſolam ætatis prærogativam, quando teſtator ſimpliciter vocaverit majorem natu ex aliquo genere, & habitâ conſideratione certi gradus, & linea, veluti primogenitorum.*

17 *Quando majoratus inſtitutus eſt reſpectu certæ lineæ filii maioris ; tunc ſolus primogenitus cuiuſlibet gradus illius lineæ admittendus eſt ad primogenituram.*

18 *Dictio* ſuperſtites *non nocet filiis primogeniti,quia intelligenda eſt reſpectu deſcendentium ex primogenito, & inter ipſos, quandiu durat linea primogeniti.*

19 *Dictio* proximiores, *non nocet nepotibus in primogenitura : quia nepos proximior eſt eo modo quo pater ipſius ; cùm in eius locum ſubintret non ſolum per repræſentationem, ſed etiam ex proprio capite.*

20 *In quæſtione inter patruum & nepotem, in dubio iudicandum eſt pro poſſeſſore.*

21 *Amplia ut hoc multò magis procedat, ſi poſſeſſio fuerit acquiſita facto, vel renunciatione patrui.*

PRimogenitus admiſſus fuerat ex diſpoſitione teſtatoris ad fideicommiſſum ; cùm duos maſculos ſuſcepiſſet,primogenitus hujus primogeniti mortuus eſt,relicto maſculo filio ſuo,necnon patruo, qui erat filius primi primogeniti.

Dubitatum fuit, utrùm mortuo filio primogeniti admittendus eſſet eius frater ; an verò filius, idémque dicti fratris nepos.

Pro filio ſeu nepote adversùs patruum Reſpondi. Ratio eſt, quia licèt admodum controverſa ſit quæſtio prærogativæ nepotis erga patruum, in fideicommiſſariis ſucceſſionibus : & plurimi DD.pro patruo,alii verò pro nepote ſecundùm caſus contingentiam conſuluerint, aut decideriut. † Prævaluit tamen opinio pro nepote contra patruum ; & in ſupremis tribunalibus magis communiter admiſſa fuit,& hodie recipitur in primogenituris Gallicis, Hiſpanicis, Italicis,& ubique gentium : & pro hac ſententia tanquam

quam magis communiter recepta 45. DD. citat & sequitur Menoch. *cons.* 1082. *num.* 20. Communem etiam testatur Mich. de Aguirre *de succession. Regni Portugal. part.* 2. *num.* 113. ubi recenset 36. DD. in favorem nepotum, pro quibus Communem esse Doctorum sententiam testatur. Idem tenet Cyriac. *lib.* 3. *cap.* 314. *num.* 15. Franc. Leo *decis. Valent.* 109. *per tot.* & ita servatur in Rota Romana, *decis.* 495. *p.* 4. *diversi.* † Vbi dicitur, hanc opinionem in dispositionibus testamentariis esse communiter receptam, & in omnibus Regnis & Provinciis ita servari. Et in Gallia ita respondit Charond. *lib.* 3. *cap.* 86. & plures alii, quos citat Barry *de succession. lib.* 8. *tit. de substitut. fideicomm. cap.* 7. *de quib. fideicomm. relict. intellig. num.* 57.

Et ratio est, quia filius primogenitus, statim ubi natus fuit, acquisivit jus primogenituræ radicatum, quod transit ad liberos, qui cum patre sunt una caro, una utriusque vox, & alter alterius pars: adeo ut potius ex jure proprio nepos patris locum subintret, quàm ex jure repræsentationis: & mortuo patre, filius eius primogenitus tanquam existens de linea primogenitorum patruum excludat, qui respectu illius linea est collateralis: † cùm in primogenituris lineam rectam sequi oporteat, quæ statim fuit admissa ad jus formatũ, ubi pater primogenitus natus est. Quatuor enim in hujusmodi primogenituris gradatim considerandа sunt: primò linea, secundò gradus, tertiò sexus, quartò ætas, ut dicit de Ponte *in tractat. de potestate Proreg. tit.* 9. *de succession. mulier. num.* 30. & 42. *& in addit. fol.* 159. Castill. *lib.* 3. *controvers. c.* 19. *num.* 327. † gradus enim sunt in linea, & lineæ ex gradibus causantur, & linea est quædam veluti scala, in qua sunt diversi gradus: & ideo qui sunt ex una linea primogenitorum, donec extant, præferendi sunt omnibus, qui sunt ex linea secundogenitorum: † neque gradus considerantur nisi inter eos qui sunt eiusdem lineæ, ut etiam voluit Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 30. ubi benè ostendit, † quod quandiu aliquis supereſt ex linea primogenitorum, omnes alii ex linea secundogenitorum excluduntur. Cancer. *lib.* 3. *variar. resolut. c.* 21. *de transmiss. n.* 297. & 299. Gratian. *discept. forens. c.* 456. *num.* 43. Ioseph Ramon. *consil.* 100. *n.* 487. Cyriac. *lib.* 3. *controvers.* 543. *num.* 14. *& controvers.* 23. *num.* 4. super qua possent infiniti DD. allegari; sed isti sufficient, † hoc adjecto quod in præsenti Civitate Avenionensi quæstio ista aliàs in favorem nepotis fuit decisa contra patruum per Regem Robertum, assistentibus duobus Cardinalibus, ut testatur Vivius *decis.* 502. *num.* 6. *lib.* 3. *part.* 2. Franc. Leò *dicta decis.* 109. *num.* 13.

Porrò in casu de quo agebatur, cessabat dubitatio, cùm testator non solùm primos filios masculos vocaverit, sed etiam eorum descendentes ex primogenitis masculis fuerint expressè vocati: quo casu DD. unanimi consensu dicunt, nepotes esse omninò fundatos adversùs patruum, ut post longam disputationem concludit Thesaur. jun. *lib.* 1. *quæst. forens.* 35. *num.* 23. *in fine, & num.* 15. *versic. nisi dicamus.* Quod & voluit Rota Romana *decis.* 912. *part.* 3. *lib.* 3. *& decis.* 209. *part.* 2. *diver.* ubi concluditur, † quod vocato minore natu, si testator ulteriùs processerit, & vocaverit filios & descendentes illius; minore natu sublato, eius liberi cæteris præferuntur; † cùm tota linea fuerit vocata: & quamdiu aliquis supereſt ex ipsa, non fit transitus ad aliam lineam, *cap.* 1. *de natur. succession. feudi*, & *ibi* communiter DD. sicut enim si successisset filius, ejus linea in totum & in infinitum esset inclusa; per Castrens. *consil.* 164. *lib.* 2. ita etiam linea descendentium ab ipso in infinitum inclusa fuit: ut dicitur in *decis.* Rotæ Romanæ 395. *ante fin. part.* 4. *divers.* Fusar. *de substit. quæst.* 387. *num.* 52. *& 53.*

Neque prædictæ veritati nocebat, quod testator in præcedenti testamenti parte, non ad solam primogeniti qualitatem respectum habuerit, sed etiam ad ætatem & gradus proximitatem; neque ad tempus nativitatis liberorum, quo tempore nascitur & formatur primogenitura, sed ad tempus mortis ultimi possessoris: primogenitura enim est qualitas habens actum momentaneum, & statim acquiritur cùm quis natus est, sed proximitas habet tractum successivum, & variabilem, & non acquiritur nisi tempore mortis ultimi possessoris: & ideo videretur concludendum in favorem patrui, qui vivens tempore mortis fratris sui ultimi possessoris est proximior, & antiquior, & superstes. Cancer. *lib.* 3. *resol. cap.* 21. *num.* 305. † Quia in ætate non cadit repræsentatio. Fusar. plures allegans *consil.* 39. *num.* 28. Pereg. *consil.* 17. *num.* 14. *volum.* 6. Marta *consil.* 13. *n.* 16. Thesaur. jun. *lib.* 1. *c.* 35. *num.* 45. Pereg. *decis.* 114.

Nam pro dicti dubii resolutione notandũ est, magnam esse differentiam inter primogenituram, & majoratum; si enim simpliciter testator primogenitum vocavit, servanda est prærogativa primogenituræ, non ætatis: † & ordo designatus per illa verba, *proximiores remotioribus præferendo*, intelligendus est inter primogenitos eiusdem lineæ, quales non sunt patruus & nepos, & sola qualitas ætatis non est attendenda, nisi quatenus ille qui successurus est, esset major, vel minor natu, de linea primogeniti: & ideo major natu secundæ lineæ excluditur à minori natu primæ lineæ: quia alioquin non servaretur forma primogenituræ, nec linea primogeniti excluderet lineam secundogeniti, quod est contra voluntatem testatoris: & ita explicat Anton. de Amat. *variar. resolut. cap.* 1. *num.* 27. *&* 28. *& sequentib.* Cancer. *lib.* 3. *c.* 21. *n.* 300. *& sequentib. & num.* 304. † Vbi dicit tunc habitum fuisse respectum ad solam ætatis prærogativam, quando testator non respectu certi gradus, sed simpliciter vocavit majorem natu ex aliquo genere.

Sed si institutus fuerit tantùm majoratus, quod sit cùm vocatus est major natu simpliciter; tunc sola prærogativa ætatis sufficit. Quod idem non est, quando vocatus est major natu ex recta linea filii majoris; nam tunc non censetur vocatus major natu ex quolibet gradu: quod fieret si simpliciter, & non respectu rectæ lineæ testator prærogativam ætatis considerasset; sed admittendus est primogenitus cujuscumque gradus eiusdem lineæ rectæ primogenitorum, & hanc differentiam agnovit Peregr. *consil.* 39. *n.* 18. *versic. secundò principaliter, volum.* 1.

Non obstat etiam vox illa, *superstites*. Quia sic intelligenda est, ut singula singulis referantur, & quod in bonis succedat primogenitus si supersit; aliàs, eo mortuo, ipsius primogeniti descendentes, donec linea illius sit finita, ut explicat Rota *dicta decis.* 395. *num.* 3. *part.* 4. *divers.*

Verbum quoque *proximiores*, nepotibus non nocet; quia nepos proximior est eo modo quo pater ipsius defunctus proximior erat; filius enim eundem patris locum subintrat, & ut non solùm per repræsentationem, sed etiam ex proprio capite admittatur: ut benè inter cæteros explicat Castill. *lib.* 2. *controv. cap.* 20. *num.* 13. *& sequentibus.*

Et quia hæc quæstio est de apicibus juris, ad fortificandum ius nepotis. Dixi melius esse, quod ipsi procurarent, vivo avo sibi fieri restitutionem fideicommissi, ad hoc ut possessionem bonorum obtinere possent. † Cùm in dubio in hac materia pro possessore judican

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iudicandum ſit: vt dicit Theſaur.iun.*dicta quæſt.35.*
21 *num.43.* Multóque magis ſi talis poſſeſſio acquiſita fuerit facto, vel renunciatione patrui, vt copiosè idem Theſaur.oſtendit *lib.1. quæſt.34.per tot.* Supradictis rationibus patruus renunciauit in fauorem nepotum, promiſsâ ſibi annuâ penſione, vita durante.

CAPVT XC.

Solutio momentanea, quando pecuniæ demonſtrationis tantùm causâ fuerunt exhibitæ; an & quomodo ſit valida; & quæ probanda ſint ab eo qui talem ſolutionem impugnat. Quitancia facta contemplatione literarum quas debitor ad alium ſcripſit, quando & ex quibus habeat vim ſolutionis. Quæ ſit differentia inter exceptionem non numeratæ pecuniæ competentem debitori, & eã quæ competit creditori: Quando dicatur nouata actio per receptionem literæ Cambij. Liber Proxenetæ, an & quomodò fidem faciat.

SVMMARIVM.

1 *Quando pecunia fuit exhibita tantùm demonſtrationis causâ, non inducitur vera ſolutio.*
2 *Quæ probanda ſint ab eo qui ſolutionem impugnat ex eo, quod pecunia demonſtrata fuerit, & exhibita; non tamen ſoluta.*
3 *Conuentio præcedens de reſtituendo pecuniam exhibitam probatur coniecturis.*
4 *Conuentio præcedens præſumitur propter vicinitatem actuum.*
5 *Solutio momentanea non extinguit obligationem.*
6 *Soluens contemplatione literarum quas debitor ad alium ſcripſit, retinet præcedentes actiones & hypothecas, donec ille tertius ſoluerit, & mandatum adimpleuerit.*
7 *Quæ ſit differentia inter exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ competit debitori; & illam quæ datur creditori: & creditori datur duntaxat intra triginta dies, debitori verò intra biennium.*
8 *Quamuis actio prima remaneat creditori, cui ſolutionis loco literæ datæ ſunt; ſi tamen creditor per triginta dies tacuerit, onus probandi quod mandatarius non ſoluerit, ſpectat ad creditorem literas recipientem.*
9 *Creditor acceptans literas loco ſolutionis habet præſumptionem contra ſe poſt lapſum triginta dierum.*
10 *Qui literas retinuit & non fecit debitas diligentias aduersùs eum, aduersum quem literæ erant directæ, eſt in culpa.*
11 *Qui literas tranſmiſit ad debitorem cui directæ erant, & illas apud ipſum longo tempore dimiſit, videtur fidem illius ſequutus.*
12 *Conſultius eſt, vt poſt oſtenſionem literæ, creditor illam ſibi reſtitui faciat.*
13 *Creditor cui datur literæ Cambij vel ſcedulæ bancariæ, videtur potiùs illam acceptare pro ſua ſecuritate, quàm loco ſolutionis.*
14 *Si tamen mercator cui literæ diriguntur ſoluerit, vel depoſitum fuerit, debitor remanet liberatus.*
15 *Acceptatio & effectuatio literarum Cambij remiſſarum creditori, extinguit obligationem & hypothecam.*
16 *Mercatores magni nominis ſemper cenſentur habere pecunias paratas; & illorum acceptatio, vel promiſſio eſt loco pecuniæ numeratæ.*
17 *Mercator ad quem literæ diriguntur, ſi pecunias depoſuerit, & creditorem cui ceſſæ erant literæ, conſtituerit in libris ſuis creditorem pecuniæ depoſitatæ, dicitur inducta ſolutio.*
18 *Libris campſorum ſtandum eſt, quando in illis creditum reperitur ſcriptum ſub nomine alterius.*
19 *Obligatio creditoris extincta eſt, ſi remiſſis ipſi per debitorem literis Cambij, mercator ad quem illæ diriguntur, ipſum ſcripſerit debitorem.*
20 *Debitor liberatur ſi creditor nomina in ſolutum acceperit ſuo periculo, & fortuna.*
21 *Inter mercatores proceditur ex æquitate, & inducitur nouatio ex ſolo nudo pacto.*
22 *Liber Proxenetæ fidem non facit, ne plus credatur voci mortuæ, quàm viuæ.*
23 *Contra libros Proxenetæ admittitur probatio in contrarium, ex communi ſententia.*

NOn fuiſſet ſocer fundatus contra generum, ſi contendere voluiſſet confeſſionem dotis per generum factam, ipſi genero nocere debere; etiamſi gener per inſtrumentum publicum cum clauſulis & renunciationibus opportunis tamen confeſſionem feciſſet; † dum gener probaret pecuniam tem- 1
pore quitanciæ fuiſſe tantùm exhibitam demonſtrationis causâ, & concurrerent omnia requiſita per DD. in terminis *l.qui ſic ſoluit. ff. de ſolut.* † Primò, 2
quod ſolutio non fuerit facta in pecunia numerata, quamuis eius exhibitio realiter facta fuerit. Secundò, quod ipſe gener ex talibus pecuniis nullum percepit commodum, ſed pecuniæ ſtatim reſtitutæ fuerunt ſocero. Tertiò, quod hoc fuit factum ex conuentione præcedenti; duo enim prima requiſita probantur ex confeſſione & declaratione ſoceri in ſcriptis facta: † conuentio verò præcedens pro- 3
batur ex variis epiſtolis & coniecturis, quæ in facto proponebantur, pro qua probatione ſufficiunt coniecturæ. Bart. *in l. ſingularia. numero 25. ff. ſi certum petat.* & ita in ſimili caſu fuit deciſum per Rotam Coram Durano *deciſ.11. numero 6.7.8.9. & ſequentib.* † & nominatim propter vicinitatem actuum, vt *ibid.* 4
num.11. † Vnde non erat extincta prior obligatio, 5
cùm ſolutio fuiſſet tantùm momentanea, & facta pro monſtra, ſeu demonſtrationis causâ duntaxat. Monter. *deciſ.1. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ.cap.962. n.38. & 39.* Bellon. *de his quæ fiunt incontinent. c.83. num.5. part.1.* vbi etiam dicit, conuentionem præcedentem de reſtituendo pecunias exhibitas probari ex coniecturis: & ex iis quæ poſtea breui temporis interuallo interpoſito facta fuerunt, poſt Honded. *conſil.35. num.13.14. & 42. volum.2.* Rota coram Burat. *deciſ.928. num.5. & 6.* 6

Itaque aliunde deſumenda eſt iſtius controuerſiæ deciſio, nempe ex diſpoſitione *l.ſi literarum 23. Cod. de ſolut.* vbi dicitur quod ſi literarum contemplatione, quas quis ad alium ſcripſit, quitanciam fecerit, ipſi integra remanet actio, donec tertius ille ad quem literæ ſcriptæ ſunt, mandatum adimpleuerit. Verum quidem eſt, quod licèt gener quitanciam fecerit totius ſummæ dotalis, illam tamen non receperit, ſed confeſſionem & quitanciam fecit, ſub ſpe & contemplatione literarum Cambij, ad quoſdam mercatores Lugdunenſes per ſocerum tranſmiſſas.

Super cuius puncti interpretatione ſupponendum 7
eſt

est, magnam esse differentiam inter exceptionem non numeratæ pecuniæ creditori competentem, & eam quæ competit debitori. Ille enim sponte & volens in creditum ire solet; hic verò etiam invitus cogitur creditori suo morem gerere, & ad ejus libitum apocham, aliámve scripturam illi tradere: unde debitori datur spatium duorum annorum ad proponendam non numeratæ pecuniæ exceptionem, creditori verò triginta duntaxat dies assignantur, si impugnare velit confessionem solutionis à seipso factam, tanquam emanatam sub spe futuræ numerationis: dicens se quitanciam quidem fecisse, sed pecuniam non recepisse, *l. in contractibus*, §. *super cæteris*, *Cod. de non numerat. pecun.* Zanger. *in tract. de exception. part. 3. c. 14. n. 25. & seqq.* Gaitus *de credito*, *cap. 2. tit. 7. num. 2546.* & dixi *in tract. de prævent. indicial. cap. 25. num. 19.*

8 Quo sic præsuppositio, sequitur in terminis propositæ quæstionis, quod si creditori suo debitor solutionis loco literas dederit, quanvis non sequuta solutione, vel aliâ re, quæ vim solutionis obtineat; actio prima remanere videtur, per text. *in d.l. si literarum 23. Cod. de solut.* si tamen ipse creditor per spatium triginta dierum tacuerit, non tenetur debitor probare quod mandatarius ad quem literæ directæ fuerunt solverit, sed onus probandi spectat ad creditorem cui litera tradita fuit: unde ex solo hujus temporis lapsu excluſus est gener ab actione sua, & perinde est ac si solutionem à mercatoribus Lugdunensibus recepisset. Ratio est, quia si reclamasset, facile fuisset socero vel solutionem procurare, vel pro-

9 bare solutionem fuisse factam. † Vnde cùm gener habeat præsumptionem contra se, onus probandi non fuisse sibi solutum spectat ad dictum generum: ut decidit Gloss. *in dicta l. si literarum, in verb. impedire potest, Cod. de solut.* Salicet. *ibidem, in vers. Glossa opponit.* Rot. Genuens. *decis. 26. n. 27.* ergo imputandum est genero, quod non solùm intra triginta dies, sed nec intra viginti annos de partitis sibi remissis, & in dictis literis Cambii contentis ullo modo conquestus fuerit.

10 Aut enim gener literas retinuit, aut ad mercatores Lugdunenses transmisit: si retinuit, est in culpa, quia debitas diligentias facere tenebatur. Cancer. *lib. 2. var. resol. c. 6. de solut. n. 187. in novis.*

11 Si transmisit (prout verius est,) ex hoc solo socer fuit liberatus, ut advertit Salicet. *dicta l. si literarum, vers. sed sustinendo,* ubi dicit quod dimittendo literas penes eum ad quem scriptæ sunt, creditor vi-

12 detur illius fidem sequutus. † Et ideo dicit consultius esse, ut post ostensionem literæ faciat illam sibi restitui: atque ita dicitur apud Campsores observari. Addo Nicol. à Ian. *in tract. de script. privat. tit. de liter. Camb. n. 74.* Mascard. *de probat. concl. 990. n. 8.*

13 Præterea licèt regulariter debitor suo creditori tradendo literas, vel scedulam bancariam non videatur consequutus liberationem, cùm hujusmodi traditio videatur potiùs facta pro securitate, & in executionem debiti præcedentis. Seraph. *decis. 1419. n. 2.* & habetur *in decis. 244. n. 7. & 8. part. 4. divers.*

14 Tamen quando creditor fidem mercatoris cui literæ diriguntur sequutus est, eum in debitorem acceptavit, & in effectu mercator vel solvit, vel actuale depositum pecuniarium fecit; tunc dicitur inducta novatio, vel solutio, remanetque primus debitor liberatus, ut determinat Bald. *in dicta l. si literarum, Cod. de solut.* † ubi tunc demùm obligationem cessare & extingui asserit, si literæ fuerint acceptatæ, & habuerint effectum. Rot. apud Burat. *decis. 500.* & *ibi* Addent. & apud Ludovis. *decis. 347. n. 19.* Rice. *collect. 3524.* † Et ratio est, quia mercatores magni 16
nominis, quales sunt illi ad quos literæ dirigebantur, semper censentur habere pecunias paratas: ideo illorum acceptatio vel promissio habetur loco pecuniæ numeratæ. Bellon. jun. *cons. 92. n. 17. & 22.* † 17
Atqui in facto verum erat dictos mercatores effectualiter pecunias deposuisse, & dictum generum in libris suis constituisse creditorem pecuniæ depositæ, ex quo dicitur facta solutio. Rot. Genuens. *decis. 4. n. 13.* & passim per totam illam decisionem, præsertim stante generali consuetudine mercatorum, de qua *in dict. decis. 4.* † & in hoc standum esse libris Campso- 18
rum, quando illis reperitur creditum sub nomine alterius, testatur Bald. *in l. fin. Cod. ad leg. falcid.* Socin. Sen. *in l. qui usumfructum, n. 13. ff. de verb. oblig.* Bellon. *dicto cons. 92. n. 15.* Rota *decis. 10. n. 11. post consil. crimin. Farin.*) † & sic extincta fuit omnis 19
obligatio soceri erga generum. Rot. *dicta decis. 10. n. 11.* & Socin. Sen. *in dict. l. qui usumfructum, n. 14. & 16. conclus. 3. & 5.*

Prædicta multò fortiùs locum habent ratione no- 20
minum, quæ gener in solutum & pro totali satisfactione recepit, suo periculo & fortuna: quo casu certum est, creditorem fuisse consequutum liberationem. Socin. *dict. l. qui usumfructum, n. 13.* Cancer. *lib. 2. variar. resol. cap. 5. n. 189. in novis.* Bald. *dicta l. final. num. 5. Cod. ad leg. falcid.* Surd. *consil. 145. num. 14.* Durant. *decis. 266. n. 17.* Mastril. *decis. 129. n. 12. & 19.* Gratian. *discept. forens. cap. 527. num. 3.* Socin. Sen. *cons. 37. n. 2. & per tot. vol. 4.* † præser- 21
tim cùm agatur inter mercatores, inter quos proceditur ex æquitate, & inducitur novatio ex solo nudo pacto. Durant. *dict. decis. 266. n. 25.* Bald. *dict. l. fin. Cod. ad leg. falcid.* Dyn. *cons. 17.* Gabriel *cons. 155. num. 28. lib. 1.*

Quæ opponebantur de libro Proxenetæ, non fa- 22
ciebant ad propositum: Quia liber ille nullam fidem facit, ne plus credatur voci mortuæ quàm vivæ. Mascard. *conclus. 1040. num. 7.* Rota Genuens. *decis. 110. num. 8. circa finem*, Nicol. de Ian. *in tract. de script. privata, tit. de libro proxenetæ, à num. 6. usque ad 10.* † & contra tales libros, ex veriori & communi opi- 23
nione admitti probationem, notavit idem Ian. *in dicto tract. de lib. mercat. num. 109.* cum aliis per eum citatis.

CAPVT XCI.

Vendito dominio directo, utrùm emphyteuta possit se redimere pro eodem pretio, quo dominium directum fuit venditum, tam ex dispositione juris communis, quàm ex Bullis Pontificiis in Comitatu Venayssino concessis. Quid dicendum sit de subditis qui volunt impedire alienationem feudi, & se sub immediata Principis jurisdictione, oblato pretio, supponere. Quid dicendum sit, si emphyteuta vigore dictarum Bullarum velit se redimere, quando totum feudum fuit alienatum, & ipse vult luere unum prædium particulare, quod est de dependentiis feudi.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Vendito dominio directo, emphyteutam de jure communi ſe poſſe oblato pretio redimere quidam exiſtimant.*
2 *Sed contrarium verius eſt in terminis juris communis.*
3 *Ius prælationis domino directo competens, fundatum eſt in jure, ratione cuiuſdam ſuperioritatis; ſecus in eo quod emphyteuta prætenderet adverſùs dominum.*
4 *Si ſubditi alienentur, poſſunt ſe redimere, quia illorum intereſt non habere dominum inferiorem.*
5 *Sed hoc caſu tenentur ſolvere pretium venditionis.*
6 *Fallit niſi ſemel ſubditi alienationi conſenſerint.*
7 *Si alienetur iuriſdictio ſine feudo, ſubditi non poſſunt ſe redimere.*
8 *Subditi non poſſunt ſe redimere, quando alienatio illorum facta fuit cum univerſitate caſtrorum.*
9 *Quando agitur de Caſtro limitrophio, ſubditi facilius reclamare poſſunt ad libertatem ſoluto pretio venditionis.*
10 *Ius agendi ad domanium ſeu redemptionem competit ſubditis, ut ſingulis.*
11 *Si ſemel Vniverſitas reclamaverit ad domanium, non poteſt deinde invito Principe pœnitere.*
12 *Subditos alienatos non poſſe ſe redimere, multi DD. exiſtimant.*
13 *Quid agendum ſit in caſu dictæ reclamationis, & quomodò practicari debeat.*
14 *In Comitatu Venayſſino, alienato directo dominio, emphyteuta poteſt ſe pro eodem pretio redimere.*
15 *Molendina feudalia & bannalia invito domino à feudo ſeparari nequeunt.*
16 *Res dicitur individua, quando pars non tantam affert utilitatem reſpectu partis, quantam afferret in toto reſpectu totius.*
17 *Ius retractus ex ſui natura individuum eſt.*
18 *Intereſt domini res ſub eius feudo exiſtentes non diſmembrari.*
19 *Dominus non eſt cogendus alios veluti ſocios in ſuo dominio pati.*
20 *Quando res particularis cum univerſitate alienata redimitur, non debet æſtimari prout ſeparata, ſed ſecundùm pretium tale venditionis.*

VAtiæ ſunt Doctorum opiniones circa quæſtionem illam, utrùm quemamodum dominus directus poteſt retinere jure prælationis, rem emphyteuticam venditam pro eodem pretio, ita & emphyteuta poſſit ſe redimere ſoluto eodem pretio, quando dominus directus vendit ſuum dominium di-
1 ctum alteri: † Nam pro emphyteuta tenuit Boër. *deciſ.*107.*n.*1. ubi poſt Speculatorem dicit, quod emphyteuta præfertur cæteris emptoribus, cùm dominus vendit proprietatem, quam tamen vendere poteſt cui vult, niſi adeſſet conſuetudo in contrarium. Cavalcan. *in tract. de uſufruct. num.*173. *in fine, verſic. & confirmatur.* Cancer. *lib.*1. *variar. reſol. cap.*11. *num.*51.

2 Sed tamen attentâ juris communis diſpoſitione, veritas eſt in contrarium, nempe non poſſe emphyteutam præferri emptori dominii directi; ſed omninò teneri illum recognoſcere, & jura dominicalia illi præſtare, ut notat Iaſ. *in l.*3.§. *cùm dubitatur. num.* 17. & 18. *Cod. de iur. emphyt.* Surd. *conſil.*208. *num.*6. Vincent. de Franc. *deciſ.* 17. *num.*7. & 8. vbi ita iudicatum teſtatur. Maſtril. *de Magiſtr. lib.*3. *in allegat. inſert. c.*10. *n.*50. Franc. de Pont. *in tract. de poteſt. Prorge. tit. de diuerſ. proviſion. cap.*10. *n.*9. Claper. *cauſ.*69. *quæſt.*2.

Nec rationes pro contraria opinione allatæ ſuſti- 3
neri poſſunt: Quod enim dicitur æqualitatem eſſe ſeruandam inter Dominum, & emphyteutam, non eſt verum, quia illi non ſunt æquales in emphyteuſi; cùm Dominus directus habeat ſuperioritatem quandam erga emphyteutam ratione dominij directi: & longè diſpar eſt ratio inter vtrumque: nam Dominus directus eſt fundatus in iure, nempe *in l. final. Cod. de iur. emphyteut.* At verò emphyteuta nullam pro ſe habet legem, quæ ipſi ius prælationis tribuat; & ſanè incongruum eſſet quod emphyteuta, qui aliqua ratione ſubditus eſt domino directo, ipſum cogere poſſit ad ſibi denunciandum quando vult vendere ſuum dominium directum: & propterea verius eſt, emphyteutam teneri recognoſcere emptorem dominij directi, & iura dominicalia illi præſtare: vt fusè probat Surd. *dicto conſil.* 208.

Non eadem eſt ratio ſubditorum, quando Baro 4
vendit dominium ſuum alteri, cùm illorum interſit non mutare Dominum; præſertim ſi alienentur in inferiorem, ſeu hominem inferioris conditionis. Surd. *conſil.*323. *n.*1. & 2. Marta *conſil.*190. *n.*22. vbi addit *n.*27. † quod illo caſu poſſunt ſe redimere pro eodem 5
pretio: & *conſil.*182. *n.*2. & 7. quia Domini inferiores, ſæpè vexant ſubditos. † Quod tamen limitat niſi ſubditi alienationi conſenſerint, *num.* 11. † Item 6
quod poſſint alienari ſubditi ratione iuriſdictionis 7
etiam ſine feudo; quia iuriſdictio eſt ſeparabilis à feudo, & poteſt pertinere ad vnum, feudum verò ad alium.

Eodem modo poſſunt inuiti alienari quando alie- 8
natio fit cum vniuerſitate Caſtrorum. Puteus *deciſ.*37. & 38. *lib.*1. Viuius *opin.*637. *n.*2.

His ceſſantibus, poſſunt ſubditi reclamare fauore 9
libertatis, præſertim ſi agatur de Caſtro limitrophio; tunc enim faciliùs ſubditi admittuntur ad ſe redimendum. Menoch. *conſil.* 426. *num.* 27. Cauagnol. *ad conſil.* Menoch. 32. *num.*24. Larath. *conſil.*86. *num.*38. & *ſequentib.* vbi hoc fusè comprobat, vt reducantur Communitates ad priſtinam libertatem: qui *num.*67. † oſtendit ius competere ſingulis vti ſin- 10
gulis. Ioan. Andr. Georg. *allegat.* 17. *num.* 1. Matthæus ad Guid. Pap. *deciſ.*560. Nouar. *quæſt. forenſ. lib.*1. *quæſtion.*106. & 120. Camil. de Med. *conſil.*164. † qui volunt quod ſi ſemel Vniuerſitas petierit do- 11
manium (hoc eſt ſe admitti ad redemptionem, vt ſit ſub immmediato Principis dominio) non poteſt ideo ſine aſſenſu Principis pœnitere. Idem Nouar. *lib.*1. *quæſt.*19. Theſaur. *deciſ.*257. *n.*6.

Quanquam & hoc caſu plurimi DD. magni nomi- 12
nis in contrariam iuerint ſententiam; videlicet non poſſe admitti ſubditos ad ſe redimendum pro eodem pretio, quando dominus ipſorum feudum vendidit, & inter cæteros, aduersùs ſubditos ſe redimere volentes, renuit Maſtrill. *conſil. vnic. inſerto poſt librum* 1. *deciſionum*, vbi fusè de materia, & *in tract. de Magiſtr. lib.*3. *c.*10. *n.*35. & *multis ſequentib.* Paſcal. *de patr. poteſt. cap.*10. *n.*128. Camil. de Curt. *in diverſ. jur. feud. fol.*10. Claper. *cauſ.*69. *q.*3. & fusè de materia Ioſeph. Ramon. *conſil.*37. & apud eum Caſanat. *ibid.* & *conſil.*38.

Ego in hac quæſtione dicere ſolitus ſum, prout 13
Dixi Communitatibus Serignani & Camareti, dum peterent ſe pro eodem pretio admitti ad redemptionem, huius negotij deciſionem pendere à voluntate Principis:

Principis: & ideo illi hoc casu esse supplicandum ad sciendum illius intentionem, juxta quam Communitates prosequi, vel non prosequi debent causam dictæ prælationis seu redemptionis. Ideo praxis est, ut Vassalli alienati Principi libellum supplicem porrigant petentes, ut ex ejus persona possint se redimere, soluto emptori pretio, cum pacto quod Princeps teneat illos in suo dominio, & amplius non alienet: quam practicam docet Maria *dict. cons.* 182. *num.* 36.

14 Sed ut ad rem redeamus, quoad bona sita in Comitatu Venayssino, adest statutum dicti Comitatus, *art.* 251. desumptum ex Bulla Sixti summi Pontificis, quo cavetur emphyteutas in Comitatu Venayssino posse retinere feudá per eos possessa, in casum venditionis pro eodem pretio quod per alium offertur.

15 Hinc orta fuit alia controversia inter dominum & subditos ratione prælationis per subditos prætensæ adversùs novum Dominum, qui Castrum, feudum & territorium emerat, in quo reperiebatur quoddam molendinum pertinens quoad dominium utile ad Communitatem, quoad verò dominium directum ad Baronem) quod aliàs fuerat permutatum anno 1577. inter Dominum loci, & Communitatem cum quibusdam prædiis (quod quidem molendinum erat bannale, & sic non poterat à feudo separari in præjudicium Domini superiotis dicti feudi, & cujus subfeudatarius, seu Vassallus erat ejusdem feudi possessor; cùm enim esset de dependentiis feudi, non poterat, nec debebat invito Domino alienari, aut
16 à feudo cum suo canone separari. † Quia quando res ipsa non affert tantam utilitatem in parte respectu partis, quantam potest afferre in toto respectu totius, tunc habetur pro individua, *l. si quis aliam, ff. de solut. l. fundus ille*, & *ubi* Gloss. *ff. de contrahend. empt.* Bart. *in l. stipulationes non dividuntur, in princ. n.* 25. *ff. de verb. oblig. & in l quarta* §. *quæstio, ff. eod. tit.* quem alii DD. communiter sequuntur.

17 Prætendebat autem Communitas vigore dictæ Bullæ & statuti retinere dictum molendinum jure prælationis, quam tamen ab hujusmodi prætentione censui excludendam, maximè ratione dictæ individuitatis, quod scilicet non posset retinere rem illam particularem cum universitate venditam, quæ non afferebat tantam utilitatem respectu partis, quantam totalis emptio respectu totius acquisitionis, cùm retractus sit individuus. Giurba *decis.* 52. *n.* 5. & 21. *versic. sed contrarium.*

18 Interest enim Domini res sub ejus dominio directo intra limites feudi existentes non dismembrari, aut alienari, quando ex retentione seu redemptione oriretur difformitas, vel diminutio juris universalis. Guido Pap. *decis.* 508. quem sic intelligit Costa *in tract. de rat. q.* 109. *n.* 9. Giurb. *d. decis.* 52. *num.* 30. Amed. *quæst. laudim.* 23. *n.* 16. & 17. Tiraquel. *de*
19 *retract. conjang.* §. 23. *num.* 17. † Nec præter intentionem suam cogendus erat emptor in suo territorio pati alios dominos directos, veluti socios in suo directo dominio universali, ut per Tiraquel. *dict. num.* 17.

20 Quod si dominus voluisset dictam redemptionem admittere, non debuisset molendinum æstimari quantum valet ex se separatum; sed habito respectu ad totum pretium venditionis, & facta collatione ad omnes res venditas, ob quas dictum pretium admodùm augeretur, ut tradit Cost. *de ration. rata, quæst.* 100. *n.* 6. Giurb. *dicta decis.* 52. *n.* 28.

CAPVT XCII.

Donationes per patrem filio, aut liberis ex certo matrimonio nascituris non insinuatæ, jure Gallico validæ sunt, & pactum illud in dicto contractu appositum valet in vim fideicommissi, quod inducitur ex verbis illis *à defaut*, tanquam temporis tractum continentibus. Vno ex substitutis propter religionis professionem in Gallia existente incapaci, alii verbis tantùm conjuncti admittuntur. Bona ab avo donata nepotum patri, in ipsius patris legitimam utrùm imputentur. Substitutus pupillaris succedens ex fideicommisso detrahit Trebellianicam, sed fructus in eam hoc casu imputat, quanvis esset de liberis primi gradus. Filio substitutus pupillariter, utrùm possit repudiare hæreditatem paternam, & acceptare solam successionem pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causâ matrimonii per filium contrahendi cum substitutionibus iure Gallico, etiam sine insinuatione, subsistit in vim pacti.*

2 *Pactum successionis in donatione appositum valet pro vocatis in vim fideicommissi, in quo æqualiter admittuntur masculi & fœmina.*

3 *Pacta matrimonialia in Gallia non indigent insinuatione.*

4 *Substitutus vocatus cum clausula* à defaut, *maximè cum aliis verbis, etiam tractum temporis importantibus, est fideicommissarius.*

5 *Conjuncti verbis in substitutione admittuntur ad partem alterius coniuncti incapacis.*

6 *Verbis coniuncti, qui & ex quibus dicantur.*

7 *Ad coniunctionem verbalem necesse est quod vocati sint plures sub eadem oratione, eodémque verborum contextu.*

8 *Inter verbis tantùm coniunctos, an sit locus iuri accrescendi, disputari potest in puncto iuris; sed affirmativa sententia, tanquam communiter approbata, tenenda est, tam in iudicando, quàm consulendo.*

9 *Quando pater donavit filio, nepotes ex eo habent legitimam super huiusmodi bonis donatis; secùs est si non filio, sed nepotibus ex eo donatio facta sit.*

10 *Trebellianica detrahi potest de bonis pupilli, ad substitutum pupillarem devolutis, subjacentibus oneri restitutionis.*

11 *Quanvis substitutus pupilli bona capiat ex substitutione pupillari; si tamen ipse sit postea gravatus de restituendo alteri, restituit per fideicommissum.*

12 *Substitutus pupillaris filius gravatus de restituendo quæsita ex pupillari substitutione, detrahit duas quartas.*

13 *Substitutus pupillaris gravatus de restituendo, fructus imputat in Trebellianicam.*

14 *Ampliatur ut procedat, etiamsi substitutus esset de liberis primi gradus.*

15 *Si ſubſtituti pupillares paternam hæreditatem adeant ſine beneficio inventarii, tenebuntur etiam de proprio ſolvere omnia debita, & legata paterna; ſi verò cum beneficio inventarii, non tenebuntur ultra vires paternæ hæreditatis, quæ hoc caſu conſideratur tanquam diverſa ab hæreditate filii pupilli.*

16 *Filius à patre inſtitutus & fratri ſuo pupillariter ſubſtitutus, poteſt paternam hæreditatem repudiare, & amplecti pupillarem, neque tenebitur hoc caſu ad onera paternæ hæreditatis.*

17 *Filius fratri pupillariter ſubſtitutus falcidiam de legatis per patrem factis detrahere poteſt, quamvis pupillus aliunde bona habeat.*

18 *Si ſubſtitutus pupillaris paternam repudiaverit hæreditatem, ſubſtitutio illa juvat, & ſortitur effectum quoad bona materna, & alia adventitia pupilli.*

19 *Hæreditas tranſmittitur quidem ex potentia ſuitatis, ſed tranſmittitur ut adeunda, non ut adita.*

20 *Is ad quem tranſmittitur hæreditas, eodem modo illam repudiare poteſt quo poterat tranſmittens.*

21 *Conſiderantur tres caſus diverſi in propoſita quæſtione, circa ſubſtitutos pupillares. Remiſſivè.*

22 *Teſtamentum patris & ſubſtitutio pupillaris quæ eſt veluti teſtamentum filii, conſiderantur tanquam duo diverſa & diſtincta teſtamenta, vel duarum hæreditatum.*

23 *Quæ ſit ratio cur acceptans paternam hæreditatem, non poſſit repudiare pupillarem; è contrà verò is qui pupillarem acceptat, paternam amplecti non cogatur.*

24 *Speciali pupilli favore introductum eſt, ut patris hæreditatem acceptans pupillarem repudiare non poſſit.*

IN quadam cauſa mihi tanquam tertio arbitro per perſonas graves commiſſa, diverſæ reſolutiones communi conſenſu cum aliis Juriſconſultis ex Galliæ Tribunalibus nominatis captæ fuerunt.

1 Et in primis, quod donationes factæ per patrem filio ſuo Jacobo in contractu matrimonii, necnon per Jacobum de medietate bonorum ſuorum præſentium & futurorum in favorem liberorum ejuſdem matrimonii, valida erat jure Gallico, non obſtante defectu inſinuationis, & ſubſiſtebat in vim pacti in contractu matrimonii appoſiti: juxta ea quæ decidit Loüet *litera S, n.9.* & *ibi* Scholiaſtes *lit. D, n.64.* & 66. Et hoc maximè, quia dicta donatio jam fuerat valida declarata per arreſtum ſupremæ Curiæ Parlamenti Aquenſis, 29. *Maii* 1637.

2 Quod pactum operatur in vim fideicommiſſi in favorem liberorum ejuſdem matrimonii, *l. qui filium 74. ff. ad Trebel.* Peregr. *de fideicom. art. 5. n. 10. circa medium*, Alciat. *conſ. 169. n. 5. lib. 9.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 277. n. 15.* quia vigore illius pacti ſibi donator facultatem abſtulit teſtandi de bonis datis, quo caſu fideicommiſſum inductum cenſetur, in quo ſuccedunt æqualiter duo liberi, quorum unus eſt maſculus, alius verò fœmina, juxta notata per Fuſar. *loco cit.* Et ſic fuit deciſum per arreſtum Curiæ Parlamenti *dicta die* 29. *Maii* 1637. Nam pactum hujuſmodi, inſtantibus uxoris conſanguineis appoſitum, non alia de cauſa factum fuit, quàm ut maritus in caſum ſecundarum nuptiarum de bonis ſuis non diſponeret in favorem liberorum alterius matrimonii, quæ prohibitio æquè reſpicit maſculos, & fœminas: † valent igitur tales conventiones, non in vim donationis, ſed tanquam pacta matrimonialia, quæ ſi indigerent inſinuatione, lædereturpublica utilitas, ut dicitur apud Loüet *dicta lit. D, n.64.* 3

Præterea quod attinet ad bona de quibus pater Jacobi in ſuo teſtamento diſpoſuerat, in quo eundem filium ſuum hæredem inſtituerat, ipſique ejus liberos maſculos ſubſtituerat, & in defectum maſculorum filias quas ex legitimo matrimonio ſuſceperurus erat, concluſum fuit bona ejuſdem propter defectum maſculi mortui ſine liberis ad ejus ſororem unicam ſuperſtitem eſſe devoluta, vigore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ contentæ in illis verbis, *& à defaut des mâles les femelles qu'il pourra avoir procreées de vray & legitime mariage*; cùm perinde ſit dicere in defectum, & poſt mortem: & verba illa reſpiciant tempus futurum, & per conſequens ex illis inducatur fideicommiſſum. Peregr. *de fideicom. art. 18. n. 16.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 379. num. 58. & quæſt. 392. n. 44.* Roland. *conſ. 39. n. 55. & 56. vol. 4.* Surd. *conſ. 110. n. 9.* Ioan. Anton. Bellon. *conſ. 50. num. 12. & ſequentibus*, Grivel. *deciſ. Dolan. 18. num. 17. & 125. n. 12. & 135. n. 46.* 4

Tertiò, diximus ſubſtitutionem fideicommiſſariam contentam in teſtamento Iacobi apertam eſſe in favorem aliorum ſubſtitutorum, propter incapacitatem unius ex ſubſtitutis, quæ religionem profeſſa fuerat tempore mortis dictæ hæredis gravatæ; attento quod in Gallia religioſi profeſſi in ſucceſſionibus pro mortuis habentur: & ideo aliæ vocatæ ad ſubſtitutionem, eædémque religioſæ verbis conjunctæ ingrediuntur in locum dictæ profeſſæ incapacis per jus accreſcendi, attento quod cum ipſa erant verbis conjunctæ in dicta ſubſtitutione, ex notatis per Cancer. *lib. 3. var. reſol. cap. 22. de iur. accreſcend. num. 22.* Peregr. *de fideicom. art. 9. n. 8.* Fuſar. *conſ. 84. num 3.* & *in tract. de ſubſtitut. quæſt. 495. num. 14.* Rota diverſ. *deciſ. 506. num. 1. part. 4.* Bellon. *in tract. de iur. accreſc. cap. 5. quæſt. 16. num. 28. verſic. iterum*, ubi dicit quod licèt in diſputando multa in contrarium allegari poſſent, prout etiam in hoc caſu contra jus accreſcendi validæ rationes adductæ fuerant; tamen Barroli ſententia ita in foro recepta eſt, ut ab ea nefas ſit in conſulendo vel iudicando recedere: † quæ vult, quod quando teſtator non 6 iungit quidem nomina, ſed iungit clauſulas vel per copulam vel per orationem ſolutam, & verbum ſemel exprimit, ut cùm ita ſcribit: *Mævio fundi partem dimidiam, & Sejo alteram dimidiam lego*; vel *Sejo alteram dimidiam lego*: ut in ſpecie *l. Mævio 42. in princip. ff. de legat. 2.* hoc caſu ſic vocati dicuntur verbis coniuncti, ut dicit Bart. *in dicta l. Mævio, in princip. num. 1.* & *ibi* Bald. Caſtrenſ. & Imol. cum pluribus aliis quos citat Bellon. *loc. cit. n. 26.* † Ratio eſt, quia verbis coniuncti dicuntur, qui ſunt 7 poſiti in una eadémque oratione: ſed quando teſtator ſub uno verbo, quod totam regit orationem, plures vocat, dicitur illos vocare ſub una tantùm oratione, & per conſequens illi dicuntur verbis coniuncti: ex Bart. *in l. re coniuncti, num. 12. in fin.* & *in dicta l. Mævio, in principio.*

Nemo autem negare poteſt quin inter verbis tan- 8 tum coniunctos, ſit locus iuri accreſcendi, & *dict. l. re coniuncti 87. ff. de legat. 3.* & *leg. triplici 142. ff. de verb. ſignif.* Bellon. *in dicto tract. de iur. accreſc. cap. 5. q. 38. num. 13.* licèt ipſe in puncto iuris contrarium vetius eſſe exiſtimet; non tamen negat ab hac noſtra ſententia in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum.

Quartò

9 Quartò in legitimæ calculum venire diximus omnia bona Iacobo tam à patre donata, vel testamento relicta, vel aliunde quomodolibet provenientia, juxta Cravet. *consil.*165. *num.*5. Surd. *consil.*332. *n.*14. Berengar. Fernand. *in repet. l. in quartam, in 2. præfat. num.*13. *vers. quod verò non esset*, & *ibi* Apostil. *in verb. aliud si dedi*, quod aliàs fusiùs ostendimus, *cap.*35. *n.*20. Nam distinguendum est, utrùm donatio facta fuerit filio, an verò liberis ipsius : ut primo casu ponatur in globo in computatione legitimæ filii; non autem in secundo.

10 Quintò, quod attinet ad supputationem Trebellianicæ, fuit concluſum fructus ex bonis proprtiis filii masculi Iacobi prædefuncti perceptos, in eam esse imputandos : juxta tradita per Peregr. *de fideicommiss. art.*8. *num.*41. ubi dicit Trebellianicam detrahi posse de bonis pupilli, ad substitutum pupillarem devo-

11 lutis, subjacentibus oneri restitutionis. † Quia licèt substitutus pupillo bona capiat ex substitutione pupillari; tamen ille cui restitutio facienda est per substitutum pupillarem, capit ex substitutione fideicommissaria, ut notavit Ancharan. *consil.*27. *Non servato, in tertio dubio, num.* 3. & *in principio*, ubi dicit parum esse curandum, sive prima substitutio inter filios fuerit pupillaris, sive fideicommissaria : quia attentis verbis fideicommissum importantibus, quod capitur ex substitutione pupillari, restituitur tanquam ex fideicommisso. † Et ideo locus est detractioni utriusque quartæ, ut *in eodem consil.*

12 *versic. concludo.* † Fructus autem hoc casu imputantur in Trebellianicam, ut tradit Corneus *consil.*158.

13 *n.*6. *vol.*3. † Quod locum habet etiamsi substitutus pupillaris gravatus, esset de liberis primi gradus, quia

14 *l. iubemus, Cod. ad Trebell.* non est ad istum casum extendenda. Castrens. *consil.*239. *col. ult. vol.*2. quem sequitur Peregr. *loc. cit. n.*41. & ideo cùm fructus fuissent percepti per substitutum pupillarem, durante spatio viginti annorum, fuit dictum Trebellianicam absorptam & consumptam fuisse.

15 Vltimò circa petitionem solutionis legati per dictum Iacobum uxori suæ facti in suo ultimo testamento; diximus illud capiendum esse de bonis hæreditariis dicti Iacobi, obventis per jus accrescendi, de quo supra in favorem substitutorum pupillarium : † cum ea tamen distinctione, quod si substituti pupillares acceptent hæreditatem Iacobi patris sine beneficio inventarii, teneantur in solidum & de proprio; si verò cum beneficio inventarii, teneantur duntaxat ad onera hæreditaria & legata, usque ad concurrentiã valoris bonorum hæreditariorum, per text. *in l. si filius qui patri* 12. *ff. de vulgar. & pupill. substit.*

16 † Vbi dicitur, quod filius à patre institutus & fratri pupillariter substitutus, potest paternam hæreditatem repudiare & amplecti pupillarem, & non tenebitur ad legata, nisi quæ relicta sunt in tabulis pupil-

17 laribus, deductâ falcidiâ, si imminet. † In cujus quidem falcidiæ supputatione non veniunt hoc casu bona paterna, sed bona pupilli : unde constat, quod substituti pupillares possunt, si velint, repudiare hæreditatem Iacobi patris substituentis, aut illam acceptare cum beneficio legis & inventarii; quo casu non tenebuntur ultra vires hæreditarias : nam si possunt substituti pupillares in totum hæreditatem paternam repudiare, sola pupilli successione contenti, multò magis possunt patris substituentis hæreditatem acceptare cum beneficio inventarii, ne teneantur ultra vires hæreditatis : etenim jus dicentis propositum est liberos oneribus hæreditariis non sponte susceptis liberare, non invitos ab hæreditate remo-

18 vere : ut dicitur in dicta *l. si filius qui patri.* † Et ideo si substitutus pupillaris repudiaverit paternam hæreditatem, juvat tamen substitutio pupillaris quoad alia bona pupilli materna, & adventitia, quæ nihil commune habent cum paterna hæreditate, cùm & exhæredato substitutio pupillaris fieri possit. Peregrin. *consil.*46. *n.*14. *vol.*1.

19 Et licèt ex vi suitatis hæreditas transmittatur, ta-

20 men non transmittitur ut adita, sed ut adeunda : † ac ideo per illum ad quem transmittitur, recusari potest, sicut poterat transmittens recusare, *l. si quis filium*, §.1. *ff. de acquir. hæred.* ubi sic notaverunt Bart. & communiter cæteri. Peregr. *dicto consil.*46. *n.*28. *lib.*1. Trentacinq. *in tract. de substitut. part.*2. *cap.*18.

21 † ubi considerat tres casus. Primus, quando pupillus solus fuit institutus, eique substitutus extraneus. Secundus, quando cum pupillo institutus est idem, qui ipsi fuit substitutus. Tertius, quando pupillo exhæredato facta fuit substitutio, quos ipse optimè explicat, & ad eum cùm casus advenerit, recurrendum erit. † Idem quod supra, tradit Vanderan. *in tract.*

22 *de privileg. credit. cap.*17. *n.*8. ubi rationem reddit, quia testamentum patris & filii videntur quasi duo testamenta, alterum patris, alterum filii; tanquam si ipse filius sibi hæredem instituisset : vel verè unum testamentum duarum causarum, idest, duarum hæreditatum : *Et num.*10. † rationem reddit, cur is qui

23 pupillarem hæreditatem non rejecit, paternæ renunciare possit : contra verò qui paternam hæreditatem semel acceptam habuit, pupillarem aspernari non possit, *l. quidam, Cod. de iure deliberandi*, † dicens hoc

24 introductum esse speciali favore pupilli, juxta Vlpian. *in l. si pupillus, ff. de acquir. hæred.* Idem habetur apud Monticul. *inter tract. diverſ. de invent. q.*239. *n.*98. *usque ad* 106. & apud Phanuc. *q.*236. *n.*40. 41. 42. & 43. Atque ita per nos judicatum.

CAPVT XCIII.

Distinctè explicatur quæstio validitatis testamenti, quando posthumus fuit scienter, aut ignoranter præteritus, sive clausula codicillaris concepta sit per verba præsentis, vel futuri temporis. Item ostenditur differentia inter præteritionem filii posthumi, & filii jam nati. Vtrùm convalidato testamento per clausulam codicillarem, una vel duæ quartæ detrahi possint; & si una, utrùm detur electio gravato, quam ex duabus quartis eligere velit.

SVMMARIVM.

1 *Vtrùm testamentum subsistere possit, quando filius est præteritus in primo gradu, & vocatus in secundo.*

2 *Testamentum, non obstante filii præteritione, regulariter sustinetur vigore clausulæ codicillaris, cum distinctionibus, de quibus numeris sequentibus.*

3 *Posthumo scienter vel ignoranter præterito, testamentum illius nativitate rumpitur, si clausula codicillaris sit concepta per verba præsentis temporis.*

4 *Si verò sit concepta per verba futuri temporis, & præteritio scienter facta, sustinetur testamentum;*

& hæres ab inteſtato cenſetur gravatus de reſtituendo hæredi ſcripto.

5 *In poſthumo ignoranter præterito magna eſt difficultas, utrùm teſtamentum ſuſtineatur per clauſulam codicillarem.*

6 *Oſtenditur verius eſſe, quod licèt teſtator diu vixerit, & teſtamentum mutare potuerit, quod tamen non mutavit, cenſetur voluiſſe mori ab inteſtato, eo quòd credens teſtamentum illud eſſe nullum, aliud non fecit; ſed in hoc multùm poteſt Iudicis arbitrium.*

7 *Dum agitur de præteritione filii iam nati, indiſtinctè teſtamentum ſuſtinetur per clauſulam codicillarem quibuſcunque verbis conceptam.*

8 *Quæ ſit ratio diverſitatis inter poſthumi, & jam nati præteritionem.*

9 *Diſtinctio clauſulæ codicillaris per verba futuri, vel præſentis temporis, locum habet in poſthumo, non autem in iam nato.*

10 *Clauſula* omni meliori modo, *ſupplet vim præteritionis.*

11 *Clauſula* omni meliori modo, *habet vim tranſſubſtantiandi actum.*

12 *Clauſula inſtitutionis omnium prætendentium in quinque ſolidis, utrùm ſuppleat vitium præteritionis.*

13 *Filia præterita ſtatim à die mortis patris habet legitimam cum fructibus, quando teſtamentum ſuſtinetur vigore clauſulæ codicillaris.*

14 *Quando agitur de præteritione filii iam nati, una tantùm quarta illi debetur, quia reſtitutio illi purè fieri debet.*

15 *Ampliatur ut procedat, ſive inſtitutus fuerit hæres extraneus, ſive filius teſtatoris.*

16 *Filio præterito, quando teſtamentum ſuſtinetur in vim clauſulæ codicillaris, datur electio utram ex duabus quartis petere malit.*

1 VIdebatur primo intuitu, ſubſtitutionem factam per patrem in favorem filiarum, quibus uxor hæres inſtituta gravata erat paternam hæreditatem reſtituere, validam remanere ad effectum ut teſtamentum à ſecundo gradu inciperet, cùm primus gradus eſſet nullus propter præteritionem unius ex filiabus, per text. formalem *in l. ex facto* 43. §. *Lucius, ff. de vulgari & pupil. ſubſtit.* ubi cùm Lucius Titius haberet liberos in poteſtate, uxorem hæredem inſtituerat, eique filios ſuos ſubſtituerat: Quæſitum fuit utrùm inſtitutio uxoris nullius eſſet momenti, eo quòd in primo gradu liberi non eſſent inſtituti, nec exhæredati. Reſpondit Juriſconſultus, eum gradum à quo filii præteriti ſunt, nullius eſſe momenti: & ideo cùm iidem ſubſtituti proponantur, illos videri ex teſtamento hæredes inſtituiſſe: ſcilicet quia non totum teſtamentum infirmat filius, ſed tantùm eum gradum qui ab initio non valuit. Igitur annullato primo gradu, in quo uxor erat hæres inſtituta, videbatur ſecundum remanere validum, & teſtamentum incipere à ſecundo gradu, in quo nulla ex filiabus erat præterita.

2 Super hoc conſultus reſpondi, non obſtante præteritione unius ex filiabus, in primo gradu teſtamentum convalidari, vigore clauſulæ codicillaris & clauſulæ *omni meliori modo*, in eo appoſitæ; ſed tamen dictam filiam præteritam ſtatim habituram ſuam legitimam cum fructibus illius à die mortis paternæ; onus tamen injunctum cenſeri filiabus ſubſtitutis hæreditatem reſtituendi earum matri hæredi inſtitutæ.

Nam quod attinet ad celebrem illam quæſtionem, utrùm clauſula codicillaris ſuſtineat teſtamentum in quo filius fuit præteritus, ut omnis evitetur confuſio, duo caſus diſtinguendi ſunt. Primus eſt, quando agitur de poſthumo. Secundus eſt quando agitur de filio jam nato. In primo caſu quando agitur de poſthumo, diſtinguunt Doctores utrùm ſcienter, aut ignoranter facta fuerit præteritio; & ſi ignoranter, utrùm clauſula codicillaris ſit facta per verba præteriti, vel futuri temporis.

Quando pater præterit poſthumum, & clauſula 3
codicillaris concepta eſt per verba præſentis temporis, *ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum*, tale teſtamentum omninò rumpitur, nato poſthumo, ſive ſcienter, ſive ignoranter præteritio facta fuerit; neque ſuſtinetur jure fideicommiſſi in vim clauſulæ codicillaris. Menoch. *lib. 4 præſumpt. 32. n. 3.*

Quando verò clauſula codicillaris concepta eſt per 4
verba futuri temporis, *ſi non valet, vel valebit*; & pater ſcienter præterierit poſthumum; hoc caſu poſthumus ipſe qui eſt ſucceſſor ab inteſtato, cenſetur gravatus de reſtituendo hæredi ſcripto. Menoch. *dicta præſumpt. 32. n. 7.*

Quando autem pater ignoranter præterit poſthu- 5
mum in teſtamento, in quo adjecit clauſulam codicillarem, magna eſt inter DD. controverſia, utrùm teſtamentum ſuſtineatur vigore clauſulæ codicillaris, de qua Menoch. *loc. cit. n. 9.* qui teſtamentum non ſuſtineri arbitratus eſt.

Breviter verius eſt, poſthumum ignoranter præ- 6
teritum, rumpere teſtamentum paternum in totum, nec illud ſuſtineri per clauſulam codicillarem, etiam verbis futuri temporis conceptam; quanvis teſtator diu vixerit poſt conditum teſtamentum, quod mutare potuit, & non mutavit: cenſetur enim voluiſſe mori ab inteſtato ex eo quod teſtamentum videns eſſe nullum, voluit aliud condere, ut tenuit Theſaur. jun. *lib. 2. quæſt. forenſ. 70. n. 3.* Menoch. *dicto lib. 4 præſumpt. 32. n. 12. & conſ. 499. n. 18.* Theſaur. *deciſ. 141. n. 11.* licèt id remittat Judicis arbitrio. Rota Aven. *deciſ. 177.* ſic Tholoſæ judicari teſtatur Additio ad Guid. Pap. *deciſ. ult.* qui de materia tractat *deciſ. 129. 323. & 513.* Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 46.* Fachin. *lib. 4. cap. 11.* Dilect. *de arte teſtandi, lib. 5. cautel. 10. num. 4.*

Sed nos verſamur in ſecundo caſu, cùm agatur de 7
præteritione filiæ jam natæ, quam teſtator non ignorabat eſſe in humanis, & ſic ſcienter præteritio facta fuit: quo caſu DD. omnes conveniunt, per clauſulam codicillarem quibuſcumque verbis, ſive præteriti, ſive futuri temporis conceptam, indiſtinctè ſuſtineri teſtamentum, atque ita hæredes ab inteſtato ſuccedentes, cenſeri rogatos de reſtituendo hæreditatem uxori hæredi ſcriptæ. † Ratio enim 8
propter quam in poſthumo præterito fit illa diſtinctio inter clauſulam codicillarem verbis præſentis, vel futuri temporis conceptam, ea eſt; quia teſtamentum non rumpitur, niſi poſteaquam poſthumus natus eſt; & ideo clauſula codicillaris per verba præſentis temporis concepta, non poteſt referri ad tempus futurum, quo poſthumus naſciturus eſt, & nativitate ſua teſtamentum irritum facturus; ſed quando agitur de præteritione filii jam nati ſcienter facta, tunc cùm nullus futurus expectetur eventus, certum eſt quod ex tunc teſtamentum non valet tanquam teſtamentum, & propterea quanvis clauſula codicillaris per verba præſentis temporis concepta fuerit, ſemper validum reddit teſtamentum, quod ex tunc erat invalidum, & de quo verificatur ex tunc illa conditio, *ſi non valet iure teſtamenti*: † & ita omnes DD. intelligunt, dum diſtingunt ſolùm verba futuri, & præſentis temporis in clauſula

codicilla

codicillari, quando agitur de posthumo, non autem quando agitur de jam nato, ut videre est apud Iulium Clar. *in §. testamentum, quæst. 46. num. 1. & 2.* Grass. *in §. codicillus, num. 21.* Cost. *in tract. de facti scientia, centur. 2. distinct. 2. num. 13.* Turret. *de claus. codicil. q. 54. effectu 33. per totum*, ubi testatur de communi, & magis communi Doctorum sententia. Fusar. *de substit. quæst. 569. n. 1.* apud quos plures alii allegantur.

10 Et hæc multò magis procedunt, quando ultra clausulam codicillarem, apposita quoque fuit clausula, *omni meliori modo*, quæ supplet vitium præteritionis.

11 Peregr. *cons. 60. n. 3. vol. 1.* † Clausula enim illa habet vim transubstantiandi actum factum per modum inutilem ad alium modum utilem, per quem fieri potuisset. Peregr. *cons. 54. n. 8. vol. 4.*

12 Accedit clausula institutionis facta in summa quinque solidorum, in favorem omnium ad successionem venire prætendentium, quæ saltem operatur cùm est conjuncta dictæ clausulæ, *omni meliori modo.* Peregr. *de fideicom. art. 36. num. 58.* Guid. Pap. cum Addit. *decis. 459.* Cravet. *cons. 162.* Papon. *lib. 20. tit. 1. des testamens, n. 11.*

13 Dictam autem filiam præteritam, statim à die mortis paternæ, habituram esse suam legitimam cum fructibus, superiùs ostendimus: & probatur ex notatis per Gabriel. *cons. 109. n. 5. vol. 1.*

14 An autem habitura sit etiam Trebellianicam, quæstio est controversa: verius tamen esse existimo, quod solam habitura sit legitimam, quia restitutio fit purè, & sic duæ quartæ in eadem persona ratione ejusdem rei purè restituendæ concurrere non possunt, ut quando agitur de præteritione filii jam nati, verius esse tradit Fusar. *in tract. de substitut. quæst. 569. numero 49. & 50.* Gratian. *discept. cap. 901. num. 28.*

15 Rot. *decis. 568. n. 4. part. 1. recent.* † Quidquid dicat Thesaur. *decis. 141. n. 18.* de æquitate detrahi posse duas quartas, quando institutus fuit hæres extraneus, quia contrarium verius est, ex notatis per Franc. Merlin. *controvers. farens. centur. 2. cap. 78. n. 5.* & per Turret. *in tract. de claus. codicil. q 54. effectu 33. num. 24.* ostendentem contra Thesaurum adesse communem opinionem.

16 Notandum tamen est, quod in isto casu erit in electione filii præteriti detrahere legitimam, vel Trebellianicam, prout sibi magis expediet, & eligere poterit pinguiorem. Cuman. *in l. cohæredi, §. cùm filiæ, n. 4. ff. de vulg.* Cyn. *in l. quanquam, num. 3. vers. aut quæritur, Cod. ad leg. falcid.* Bald. *in l. jubemus, n. 6. vers. in l. autem, Cod. ad Trebell.* Gabriël *cons. 113. n. 5. in fin. vol. 1.* Merlin. *de legitima, lib. 1. tit. 3. q. 1. n. 16. vers. quod autem eleganter declaratur.*

CAPUT XCIV.

Hortus domui donatæ contiguus utrùm contineatur in donatione domus per patrem filio facta, quando talis hortus etiam erat contiguus magnæ domui per patrem sibi reservatæ, & inter utramque domum intermedius, magisque conveniens cum structura magnæ domus, quam sibi pater reservaverat: Et ex quibus conjecturis constare possit de intentione donatoris, quoad hortum domui donatæ contiguum.

SUMMARIUM.

1 *Hortus non comprehenditur in donatione domus, quando verbis claris fuit à donatione exceptus.*

2 *Quando hortus ponitur tanquam unum ex confinibus domus donatæ, non censetur in donatione contentus.*

3 *Si aliquæ cameræ sint extra terminos domus donatæ, non continentur in donatione.*

4 *Si fabricæ modus domus reservatæ & horti sit conformis, domui potiùs reservatæ hortus adiudicandus est.*

5 *Hortus in dubio non comprehenditur sub donatione domus.*

6 *Ut hortus ex conjecturis sub donatione domus contineatur, requiritur concursus plurium conjecturarum.*

7 *Tres proponuntur conjecturæ ex quibus hortus domui accedat.*

8 *Hortus accessorius domui reservatæ illi adiudicari debet.*

9 *Hortus diverso tempore & diverso pretio comparatus, non continetur sub domo donata.*

10 *In casu dubio, ut sciatur cui domui accedat hortus, standum est libris rationum patris donatoris.*

11 *Si donatarius post donationem hortum ab ipso donatore titulo locationis acceperit, ex hoc desumitur conjectura, non eam fuisse partium intentionem, ut hortus donatus esset.*

12 *Sola conjectura petita ex eo quod donator hortum destinasset vivens ad usum parvæ domus, non sufficit ut ex eo concludatur, hortum sub donatione domus contineri; sed præterea aliæ conjecturæ requiruntur.*

13 *Pro conjectura non sufficit quod ad hortum pateat aditus ex domo donata, sed probandum est, ita ex ea ad hortum patere aditum, ut aliunde patere non possit.*

14 *Divisio horti facta per sepem ligneam & amovibilem, nihil infert ad proprietatem prædii divisi per illam sepem temporariam.*

15 *Accidens non mutat naturam rei, nec impedit quominus ipso sublato, res redeat ad pristinam naturam: ideo clausum ad tempus, finito tempore perinde est ac si nunquam clausum fuisset.*

HOrtum sub domus donatione minimè compre- 1
hendi, constabat ex verbis donationis per patrem in favorem filii facta, cùm ipse sibi reservaverit nominatim magnam domum suæ habitationis, & hortum illi contiguum: † ita ut non esset recurrendum ad ad prætensam observantiam interpretativam, seu assertam destinationem donatoris, quæ non debet attendi quando verba dispositionis sunt clara, prout hîc. Cùm de jure hortus, quanvis cum domo fuisset emptus, vel ad usum domus destinatus, non veniat in donatione domus, quando fuit exceptus. Glos. & Bart. *in l. olympico, ff. de servit. urban. præd.* Mantic. *de conject. lib. 9. tit. 2. n. 36. vers. sed an hortus.* Castr. *dicta l. olympico, n. 2. in fine,* Rot. *decis. 136. num. 9. part. 1. recent.*

Idque tantò magis procedit, quia in donatione 2
parvæ domus facta filio secundogenito, dictus hortus ponitur tanquam unum ex confinibus ejusdem parvæ domus: ideo ab illa censetur excluſus. Confines enim apponuntur ad certificandam rem ipsam donatam, *l. forma, in princ. ff. de censib. l. cùm servo,*

§.1. *ff. de contrahend. empt. l. Titius hæres, ff. de action. empt.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 657. *n.*29. Alex. *conſ.* 54 *ponderatis verbis, in princip. lib.* 3. *& conſ.* 204.

3 *n.*4. *verſ. accedit, lib.*6. † Et idem dicendum eſt de cameris inferioribus, quæ notoriè ſunt extra confines domus donatæ. Mantic. *de tacit. convent. lib.*4. *tit.*15. *n.*32. *& 34. verſ. idem conceditur.* Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*129. *n.*17. *& 21.*

4 Et quanvis res eſſet dubia; tamen dicendum potiùs eſſet hortum ſub tali donatione minimè contineri, quia cùm utraque domus habeat aditum ad hortum, & ambulacrum ſuperius, contiguum aulæ magnæ domus per patrem ſibi reſervatæ; quod quidem ambulacrum, ſeu *galerie*, tantum ſe protendit, quantum ipſemet hortus inferior, & parietes dicti ambulacri eadem forma eadémque materia compoſiti ſunt quo ipſa magna domus, ac cum eadem proportione: & è contrario, parva domus donata longè inferior eſt magna domo, necnon muro dicti horti, qui murus è magna domo uſque ad parvam per totum horti ſpatium eodem contextu diffunditur, eodémque faſtigio & pennis ac frontiſpicio exornatur; omninò concludendum eſt, patris donatoris intentionem fuiſſe, ut quemadmodum tota obſtructio muri, & ambulacri ad magnam domum pertinet, ita & hortus qui muro ſubjacet, eidem magnæ domui accedat: cùm in ſimilibus controverſiis recurri debeat

5 ad conjecturas, & ad id quod eſt veriſimile. † Et ſi res ſit dubia, potiùs hortus magnæ domui quàm parvæ adjudicandus eſt, ut teſtatur Dec. *conſ.*109. *n.*1. *& 2.* Cravet. *conſ.*234. *n.*2. *verſ. ſecundò.* Mantic. *de tacit. convent. lib.*13. *tit.*28. *n.*37.

6 Præterea, quia ut hortus dicatur comprehenſus in diſpoſitione facta de domo, non ſufficit una conjectura, ſed plures requiruntur: quoniam ex uno argumento non rectè elicitur præſumptio voluntatis: ut benè notavit Cujac. *ad l. prædiis* 91. *ff. de leg.*2. *ſup.*

7 *lib.*7. *reſponſ. Papiniani.* † Nempe attendendum eſt utrùm hortus, domus causâ fuerit comparatus, utrùm per domum in hortum aditus ſit, denique utrùm hortus ſit additamentum, & acceſſio domus: ut habetur

8 *in d. l. prædiis, §. qui domum, ff. de legat.*3. † Hortus autem de quo agitur, non fuit comparatus causâ parvæ domus, adituſque principalem habet per magnam domum, & ipſe cum toto ejus ambulacro magnæ domui acceſſorius eſt. Potiùs igitur ad magnam domum pertinere cenſendus eſt, ex Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*129. *n.*11.

9 Et in facto conſtabat, quod tempore emptionis parvæ domus hortus jam erat unitus magnæ domui: hic enim comparatus fuerat anno 1476. parva verò domus anno 1528. & ideo cùm diverſo tempore, & diverſo pretio hortus fuerit comparatus, ſequitur illum in donatione parvæ domus non eſſe comprehenſum, ut probat text. *in dicta l. prædiis, §. balneas, ff. de legat.*3. quem ad hoc allegat Menoch. *dicta præſumpt.*129. *n.*12. & tradunt omnes DD. *in dicta l. prædiis, §. qui domum, de legat.*3. & *in l. olympico, ff. de ſervit. urban. prædior.*

10 Accedit quod dictus teſtator in ſuo libro rationum nominatim expreſſerat, præfatum hortum ad parvam domum minimè pertinere: unde libris donatoris in hac materia, ſi caſus eſſet dubius, credendum eſſet: præſertim cùm ageretur de viro perſpectiſſimæ probitatis, & integritatis: *dicta l. prædiis, §. Titio, & §. balneas, & ibi* DD. Tuſch. *pract. concluſ. tom.*2. *lit. D, concluſ.*227.

11 Rurſus res clara redditur ex eo, quod donator filio ſecundogenito donatario parvæ domus partem horti cum cameris inferioribus titulo locationis conceſſerat, quod factum non fuiſſet ſi illa in donatione eſſent comprehenſa: & ideo ſi de deſtinatione tractandum eſſet, ultima conſuetudo teſtatoris, quæ in dicta locatione conſiſtebat, fuiſſet attendenda. Surd. *conſil.*195. *num.*16. Mantic. *de conject. lib.*3. *tit.*9. *num.*5.

Sed & hæc deſtinationis conjectura, licèt in ſe 12
vera ſit, non ſufficit; ſed requiritur concurſus aliarum conjecturarum, nec debet Iudex unquam temerè ex una conjectura voluntatis quidquam de ea decernere; non ex uno ſcalino navem ædificare, ut loquitur Cujac. *in dicta l. prædiis, §. Titio, tom.*4. *fol. mihi* 996. † Vbi dicitur, non ſufficere quod ad hor- 13
tum ſit aditus ex parva domo, ſed oportere aditum eſſe ex ſola parva domo; aut ſi ſit aditus etiam aliunde, oportere quod unico pretio, & eodem tempore cum parva domo ſit acquiſitus: Cùm ergo aditus pateret ad hortum illum, tam ex parva, quàm ex magna domo, conjecturæ locum non habent favore parvæ domus, quia requirebatur quod ita pateret, ut patere non poſſet aliunde, ut bene explicat Caſtrenſ. *in dicta l. olympico, n.*2. Mantic. *de tacit. convent. lib.*4. *tit.*15. *n.*26. *verſ. rurſus objicitur.* Gabriel *conſil.*94. *n.*9. *&* 10. *vol.*2.

Et quanvis ſecundogenitus donatarius dimidiam 14
partem horti prædicti ſibi à patre locatam diviſerit per ſepem ligneam ex lignis ſiccis confectam; non tamen ex eo prærendere poteſt illam medietatem ad ſe pertinere, cùm clauſula illa facta fuerit ad tempus duntaxat: nempe ne famuli unius domus ad alteram accedere poſſent, durante tempore conductionis. Certum autem eſt, aditum clauſum ad tempus, finito tempore cenſeri debere ac ſi clauſus nunquam fuiſſet. Caſtrenſ. *conſ.*211. *in fine, volum.*1. Gabriel *conſ.*94. *num.*13. *vol.*2. † Quia accidens non immutat natu- 15
ram rei, quæ finito tempore illius redit ad primum ſtatum, *l. arbor, §. de veſtibulo, ff. communi divid.* juncta *l. ſicut ædes, ff. de legat.*3. & *l. quod conclave, ff. de damn. infect.* Caſtrenſ. *loco citato, verſ. certè idem puto.*

Hæc cauſa poſt longam controverſiam inter fratres Nobiles, & prudentes, fuit tranſactione ſopita.

CAPVT XCV.

Quando filiæ dos conſtituta eſt in pecunia, & præterea marito fuerunt tradita ſcrinia quæ fuerunt æſtimata cum mobilibus, & mundo muliebri in illis contento, & maritus talem æſtimationem ſoluto matrimonio promiſit reſtituere illis, quibus dos reſtituenda erit, maritum teneri uxore mortuâ non ſolùm dotem, ſed etiam mundi muliebris, & ſcriniorum æſtimationem reſtituere, non obſtante pacto quod mundus muliebris pertineret ad ſuperſtitem: quod de ipſo corpore mobilium intelligendum eſt, at æſtimatio hæredibus, ſeu ſucceſſoribus uxoris reſtituenda eſt.

SVMMARIVM.

1 *Mundus muliebris eſt quid ſeparatum à dote, nec partem dotis conſtituit. Intellige ut infrà.*

2 *Si*

2 *Si maritus dotem receperit partim in pecunia, partim in mobilibus æstimatis, soluto matrimonio tenetur ad restitutionem æstimationis mobilium unà cum residuo dotis in pecunia consistentis.*

3 *Mundus muliebris, seu* les coffres, *in Provincia Provinciæ constituit partem dotis, & eodem modo restituitur.*

4 *Pro mundo muliebri, vestibus & apparatibus filiæ, bona fideicommisso supposita alienari possunt.*

5 *Apparatus isti dicuntur supplementum dotis, & de illis judicatur tanquam de ipsa dote.*

6 *Donatio inter patrem & filiam in potestate constitutam sustinetur ex causa scriniorum, & apparatuum nuptialium.*

7 *Frater qui tenetur dotare sororem, cogi potest ad illi tradenda scrinia, & apparatus nuptiales.*

8 *Muliere decedente, scrinia & omnia in eis contenta restituenda sunt hæredibus mulieris.*

9 *Quando valor scriniorum non est valde magnus, multò magis restituenda sunt hæredibus uxoris.*

10 Decisio *Seraph.* 132. *procedit in casu dubio, quando nullum aderat pactum de restituendo scriniorum æstimationem, nullâque illorum recognitio in pecunia.*

11 *Pactum quod mundus muliebris ad superstitem pertineat, non est incompatibile cum pacto quod illius æstimatio soluto matrimonio hæredibus uxoris restituatur.*

12 *Inæqualitas donationis inter virum & uxorem sustinetur, præsertim quando procedit ex conventionibus ante contractum matrimonium factis.*

13 *Recognitio facta per maritum cum promissione restituendi valorem conventum mundi muliebris, superstua esset, si maritus illum non teneretur soluto matrimonio restituere hæredibus, & successoribus uxoris.*

14 *Verba illa, quæ pertinebunt ad superstitem, bene adaptantur restitutioni scriniorum, sed hoc non obstat recognitioni & promissioni de restituendo illorum æstimationem in contractu matrimonii conventam.*

15 *In dubio relatio fieri debet ad proximiora.*

16 *Quod maximè procedit ad evitandam contrarietatem in eadem dispositione.*

IN contractu matrimonii pater filiæ summam quatuor millium aureorum in dotem assignavit, ipsa verò marito omnia bona sua præsentia & futura in dotem constituit, qui recipiendo recognovit ex tunc, & adveniente casu restituere promisit: fuitque conventum quod maritus uxori mundum muliebrem recognoscerer juxta consuetudinem Provinciæ, prout recognovit pro summa septingentarum librarum, illi qui ex conjugibus superstes erit, applicandarum: & quoad alias vestes & jocalia nuptialia, maritus promisit illa facere propriis expensis, usque ad summam quingentorum scutorum, cum pacto quod illa ad superstitem pertinebunt. Super quo dubitatum fuit, utrùm mundus muliebris per patrem datus, & per maritum recognitus pro summa 700. librarum, soluto per mortem filiæ matrimonio, sit eidem patri restituendus.

1 Dubium faciebat primò, quia mundus ille muliebris non fuit comprehensus in summa 4000. scutorum per patrem filiæ in dicto contractu matrimonii promissorum: Ideò cùm non constituat partem dotis, sed sit ab ea separatus, non venit restituendus. Seraph. *decis.* 126. & 132.

Secundò, quia pacto expresso conventum fuit, quod pertinebit ad superstitem: cùm itaque maritus uxori superstes fuerit, videbatur dicendum illum cedere lucro mariti, & non esse restituendum.

Sed tamen verius est, summam 700. librarum, ad quam ascendit æstimatio dictorum mobilium, ultra dotem filiæ datorum, eidem patri restituendam esse ob filiæ prædecessum. † Pro cujus rei comprobatione supponendum est in primis, quod si maritus dotem receperit partim in pecunia, partim in mobilibus: v. g. mille in pecunia, & centum in mobilibus, vel vestibus, ad ornatum uxoris, ad summam illam æstimatis, maritus tenetur uxori, seu ejus hæredibus soluto matrimonio restituere pecuniam; & non res, per textum expressum *in l. æstimata, ff. de iur. dot.* per quem ita tenent communiter DD. Covar. *pract. quæst. cap.* 8. *numero* 5. *versic. quintò si mentem*, Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *resol.* 1. *de iur. dot. num.* 7. 2

Supponendum quoque est, istum mundum muliebrem, quod Itali *aconcium* vocant, ex sui natura esse partem dotis, & de appendiciis ipsius dotis, præsertim in Provincia Provinciæ, ubi talis est consuetudo ut maritus illum uxori recognoscat. † Adeo ut pro his vestibus & ornamentis bona fideicommissò supposita alienari possint. Rot. *decis.* 556. *numero* 1. *part.* 1. *diversi.* ubi ratio affertur *num.* 2. † Quia si isti apparatus non fuissent dati, dos tanto minor fuisset data per patrem, & dicuntur supplementum dotis, ac de illis uti de dote ipsa judicandum est. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 14. *num.* 31. & 32. *fol. mihi* 580. Castrens. *in l. cùm pater, §. pater filiæ, ff. de leg.* 2. † ubi ex hoc infert quod donatio causâ istorum scriniorum, quæ apud nos vocantur *les coffres nuptiaux*, est valida inter patrem & filiam in potestate constitutam, & scrinia post mortem uxoris sunt illius hæredibus restituenda. Ripoll. *variar. resol. cap.* 9. *num.* 185. † ubi dicit fratrem qui tenetur dotare sororem, cogendum esse eidem dare arcas, vestes nuptiales, & alia solita tradi puellis tempore matrimonii, & *cap.* 10. *num.* 493. † ubi dicit, quod muliere decedente, arcæ, & omnia intra eas immissa restituenda sunt hæredibus ipsius, aut illi cui dotis restitutio fuerit stipulata, quia istæ arcæ sunt sequela dotis. Quod & voluit Gratian. *discept. forens. c.* 498. *n.* 57. & 58. Præsertim verò quando agitur de summa modica, habito respectu ad dotem, prout hîc, quia non erat decimaseptima pars totius dotis. Thesaur. *decis.* 195. *n.* 7. ubi voluit sufficere quod non excedat tertiam partem dotis, ut de eo judicemus tanquam de dote. 3 4 5 6 7 8 9

Neque obstat illa *decisio* Seraph. 132. Quia loquitur in casu dubio, in quo nullum aderat pactum de restituendo æstimationem: hîc autem maritus expresse summam illam 700. librarum recognoverat, & simul cum dote restituere promiserat, casu restitutionis adveniente. 10

Nec oberat pactum, quod mundus muliebris ad superstitem ex dictis conjugibus pertineret: Cùm nihil implicet quod scrinia tradita pertineant ad superstitem, eo modo quo illæ vestes & jocalia per maritum facienda; æstimatio verò illorum, tanquam pars dotis soluto matrimonio sit restituenda; perinde ac si pater illa genero vendidisset, quo filia sua ornatior incederet. Itaque verba illa, *ad superstitem pertinebunt*, referenda sunt ad scrinia, vestes, & mundum muliebrem; recognitio verò & promissio restitutionis 11

ſtitutionis ad illius æſtimationem, ad 700. libras ta-
12 xatam. † Nec refert quod ex eo reſultet inæqualitas donationis factæ inter virum & uxorem in caſum ſupervitæ: Quia inæqualitas illa ſuſtinetur præſertim dum ante contractum matrimonium facta fuit promiſſio, ſeu donatio. Gratian. *diſcept. forenſ. c.498. n.31. & 32.*

13 Quod ſi ea non fuiſſet partium intentio, ut æſtimatio hæredibus uxoris redderetur, fruſtra fuiſſet facta recognitio valoris, & æſtimationis ſcriniorum, cum promiſſione de reſtituendo, eodem planè modo quo recognitio dotis, & promiſſio reſtitutionis illius, prout facta fuit relativè ad recognitionem dotis: argumentum autem vitandæ ſuperfluitatis optimum eſt, dum agitur de interpretatione voluntatis contrahentium. Mantic. *de tacit. convent. lib. 2. tit. 12. num. 2. & 3.*

14 Præterea cùm in dicto contractu facta fuerit mentio de jocalibus, & ſcriniis per maritum recognitis pro 700. libris, adduntur ſtatim verba illa, *ad quam ſummam fuerunt æſtimata per amicos communes, & pertinebunt ad ſuperſtitem ex dictis conjugibus*: quæ verba manifeſtè demonſtrant clauſulam illam, *& pertinebunt ad ſuperſtitem*, ſolum intelligendam eſſe de ipſis ſcriniis, & non de illorum æſtimatione, quia non fuiſſent uſi contrahentes verbis illis, *& pertinebunt*; ſed dixiſſent, *quæ ſumma pertinebit, &c.* Et in dubio relatio fieri debet ad proximiora. Gloſſ. *in l. 1. ff. de legat. præſtand.* Bartol. Caſtrenſ. & alii *in l. hæredes palam, §. ſed ſi notam, ff. de hæredib. inſtit.* atqui verba illa proximiora videlicet, *quæ fuerunt æſtimata per amicos communes*, non poſſunt intelligi niſi de ipſis ſcriniis, & non de pretio eorum. Denique ut evitetur contrarietas, neceſſe eſt dicere quod clauſula recognitionis, & reſtitutionis promiſſæ, de ſola æſtimatione intelligenda ſit; cùm ſtatim conventum fuerit, quod corpus ipſorum mobilium, ſcriniorum & jocalium pertinebit ad ſuperſtitem. Atque ita fuit obſervatum, & mobilia patri reſtituta.

CAPVT XCVI.

Pactum de ſuccedendo in contractu matrimonii, de jure invalidum eſt, quando reſpicit ſucceſſionem hæreditariam, ſed moribus Gallicis ſuſtinetur: Et quomodo debeat concipi illud pactum, ut etiam ſubſiſtat ſecundum jus commune. Si donans reſervaverit ſibi facultatem diſponendi in favorem tertii, vel donatarii, & poſtea dictam facultatem exequutioni demandet, utrùm illa exequutio reſervationis operetur ut ex nunc, tempore ſecundæ diſpoſitionis; aut ut ex tunc, reſpectu temporis donationis.

SVMMARIVM.

1 *In Gallia promiſſiones de ſuccedendo factæ in contractu matrimonii, validæ declarantur.*

2 *Promiſſiones verò de ſuccedendo, extra contractum matrimonii, vel poſt illud factæ, nullæ & invalidæ etiam in Gallia declarari ſolent.*

3 *Reſervatio diſponendi nihil operatur, niſi quatenus de jure licita eſt, & exequutioni demandata diſpoſitio.*

4 *Quæſtio eſt admodùm controverſa, utrùm pater qui tranſivit ad ſecunda vota, poſſit plus relinquere liberis ſecundi matrimonii, quàm liberis primi.*

5 *Ordinatio Regia conformis* l. hac edictali, Cod. de ſecund. nupt. *comprehendit etiam relicta liberis ſecundi matrimonii, ut non minus habere debeant filii primi matrimonii, quàm ſecundi.*

6 *Declaratio facta in conſequentiam matrimonii, cenſetur ineſſe ipſi matrimonio.*

7 *Sed tamen pactum de ſuccedendo invalidum eſſe, quanvis fiat in conſequentiam matrimonii; ſi non fiat in eodem contractu, nullum eſſe in Gallia fuit deciſum per Senatum Tholoſanum.*

8 *Pactum de ſuccedendo reſpiciens inſtitutionem hæreditariam, nullum omninò eſt.*

9 *Fallit niſi fieret pactum de certis rebus particularibus.*

10 *Promiſſio ſucceſſionis univerſalis, quanvis facta favore liberorum, & contemplatione matrimonii, nulla eſt de jure communi.*

11 *Qui perſuaſit genero matrimonium ſub promiſſione ampli patrimonii & hæreditatis, utrùm ratione doli poſſit conveniri. Remiſſivè.*

12 *Promiſſio de ſuccedendo continens ſolam obligationem perſonalem, cujus exequutio differtur poſt mortem promittentis, eſt valida, nec poteſt vocari pactum de ſuccedendo.*

13 *Promiſſio bonorum, & non hæreditatis, eſt valida.*

14 *Ampliatur ut procedat, etiamſi verbum ſuccedere, reperiatur admixtum cum hac obligatione; quia non inde infertur ſucceſſio hæreditaria.*

15 *Ex promiſſione facta favore liberorum primi matrimonii in odium filiorum ſecundi, quod liberi primi patrimonii ſuccedent æqualiter in bonis, non oritur prohibitio facultatis teſtandi.*

16 *Explicatur conſil. Decii 184. & declaratur quomodo procedat.*

17 *Reſervatio ſola nihil operatur, niſi tamen poſtea tranſeat in diſpoſitionem.*

18 *Diſpoſitio facta in exequutionem præcedentis reſervationis, retrotrahitur ad tempus primæ diſpoſitionis, maximè ſi tempore intermedio non fuerit ius quæſitum tertio.*

19 *Reſervatio facta per filium, ſucceſſionis ſibi deferendæ, nihil iuris tribuit. Aliud eſt, quando donans ſibi reſervavit facultatem diſponendi de bonis donatis; tunc enim cenſetur reſervata facultas diſponendi expreſsè, vel etiam tacitè, ſi donans moriatur ſine teſtamento.*

FIlium mediante certorum bonorum donatione pater à reſiduo ſuæ ſucceſſionis excluſerat, ſed poſt quinquennium pœnitentiâ ductus, & ne inter liberos lites oriri contingeret poſt ejus obitum, declaravit quod eo non obſtante, volebat quod ille ſuccederet æqualiter, ſicut unus ex ſuis aliis liberis cui plus relictum erat in omnibus bonis ſuis, qualia reperientur tempore mortis, facta collatione bonorum ſibi donatorum. Tamen condito teſtamento, ſolùm ei legavit dicta bona donata, revocavíſque in dicto teſtamento poſteriorem illam declarationem in favorem filii ſui factam.

Dubitavit

Dubitavit filius seu nepos ex eo natus, utrùm dispositio illa, seu declaratio per avum facta, potuerit in testamento revocari.

1 Difficultas in eo consistebat; primò quia ex consuetudine generali Galliæ, ubi bona erant sita, promissiones de succedendo extra contractum matrimonii factæ non subsistunt, quanvis in matrimonio sustineantur. Pap. *lib.* 20. *tit.* 2. *arrest.* 11. *&* 12.

2 Cod. Fabr. *lib.* 5. *tit.* 9. *definit.* 6. *&* 7. † & per consequens declaratio illa quinquennio post matrimonium facta subsistere non potest. Siquidem successiones hæreditariæ per contractum deferri non possunt, & in terminis promissionis factæ de non relinquendo plus masculo quàm filiæ, pro nullitate decisum fuit apud Dec. *cons.* 184. *per tot.* multis rationibus: & nominatim quia libera testandi facultas per tales promissiones restringitur, quod bonis moribus contrarium est.

3 Et quanvis pater in dicto contractu matrimonii reservaverit sibi facultatem disponendi de aliis bonis suis in favorem filii sui donatarii; tamen reservatio illa nihil operatur, nisi circa id quod de jure patri permissum erat. Ludovis. *decis.* 85. *num.* 11. *& sequentibus.*

Verùm re diligenter consideratâ respondi, nepotem ex filio patri suo donatario succedentem, esse fundatum in sua prætentione, ipsique deberi æqualem portionem, quantam habuit unus ex fratribus ex posteriore conjugio natis, juxta declarationem fa-

4 ctam per patrem. Supponendo † quæstionem valde controversam esse inter DD. utrùm pater potuerit minus donare, vel relinquere filio suo ex primo matrimonio progenito, quàm filio secundi matrimonii, cùm adsint plures Doctorum & supremorum Tribunalium decisiones, quibus statutum fuit, *l. hac edictali, Cod. de secund. nupt.* locum habere, quando pater aut mater plus relinquit liberis secundi matrimonii quàm primi, ut videre est apud Vincentium de Franch. *decis.* 435. Thesaur. *decis.* 179. Mastril. *decis.* 175. Castil. *de usufruct. cap.* 2. *n.* 30. D. Ludov. Bell. *cons.* 81. *n.* 16. *vers. superest, & n.* 18. apud quos plures alii allegantur.

5 Et in effectu quanvis ordinatione Francisci I. & Henrici II. per quas dicta *l. hac edictali*, fuit naturalisata & effecta Gallica, non loquantur nisi de matribus; tamen judicatum fuit prohibitionem non solùm matres, sed etiam patres afficere; & non solùm comprehendere parentes ipsos ad secunda vota convolantes, sibi invicem aliquid relinquentes, sed ipsos filios, ut non minus habere debeat filius primi matrimonii, quàm secundi, ut testatur Autum. *ad dictam l. hac edictali, in princip.* Theveneau *sur les ordonnances, lib.* 2. *tit.* 3. *art.* 1. *glos.* 1.

Itaque pater qui prævidebat litem super hoc capite probabiliter obventuram inter filium unicum primi matrimonii, & liberos secundi, stante potissimùm dicta constitutione Regia, & arrestis, voluit mediante dicta declaratione huic futuræ liti obviam ire, & æquiorem, magisque in Gallia receptam opinionem sequi, ut filio primi matrimonii non minus daret quàm uni ex liberis secundi, cui plus relictum esset.

6 Dictáque declaratio quodammodo facta videtur in consequentiam matrimonii & reservationis in eo contentæ: quia licèt non sit expressa causa matrimonii, tamen sufficit quod fiat ex causa quæ inde dependet, vel quando causa matrimonii secundum subjectam materiam & personarum conditionem tacitè intelligi potest, ut tunc illa præsumatur. Bald. Novel.

7 *de dote, part.* 6. *privileg.* 14. *num.* 3. † Sed tamen quia ista ratio non omnino concludit, & adversùs ipsam expressa adest decisio Maynard. *lib.* 5. *c.* 90. ubi omninò requirit pro validitate hujusmodi pactorum de succedendo, quod fiant in ipsomet contractu matrimonii: ideo ut negotium hoc cum faciliori fundamento decidatur.

Notandum est, pacta hujusmodi de futura successione tribus modis concipi posse. † Primò, quando 8
verba promissionis respiciunt directè institutionem hæreditariam universalem; veluti si quis dixerit, *promitto quod Titius erit meus hæres*: & hoc casu talis promissio nulla est, tanquam contraria liberæ testandi facultati. Glos. *in l. final. in verb. paciscì, Cod. de pactis*, & est communis Doctorum traditio. Peregr. *de fideicom. art.* 33. *num.* 50. Marta *de succes. legali, part.* 3. *quæst.* 4. *artic.* 2. *num.* 15. † Nisi tamen 9
pactum fieret de certis rebus particularibus: ut idem docet *consil.* 191. *num.* 7. † In universali autem pro- 10
missione res est indubitata, ex Grasso §. *successio ab intestato, quæst.* 9. *per tot.* Fusar. *de substit. quæst.* 308. *per totam*, etiamsi ageretur de favore liberorum, *l. pactum quod dotali*, & *ibi* DD. *Cod. de pact.* quanvis donatio facta fuisset contemplatione matrimonii. Peregr. *consil.* 65. *&* 69. *vol.* 1. Ciriac. *controvers.* 88. *num.* 6. Circa quod tamen (quia nostri non est instituti) videndus est idem Peregr. *consil.* 118. *num.* 8. *vol.* 5. *& per tot.* † ubi de eo qui persuasit 11
genero matrimonium sub promissione hæreditatis, & ampli patrimonii. Menoch. *consil.* 1136. *num.* 8. de quo etiam Fontanel. *de pactis nuptialib. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 4. *num.* 15. Nevisan. *in sylva nupt. lib.* 2. *num.* 120. Cancer. *part.* 3. *cap.* 7. *de pact. num.* 143.

Secundus casus est, quando promissio respicit obli- 12
gationem personalem illius qui promittit, relatam ad tempus quo evenire debet post obitum promittentis; & hoc casu non dicitur pactum de hæreditate viventis, sed promissio bonorum, quæ valet in vim contractus, & est irrevocabilis. Bart. *in dicta l. fin. num.* 11. *Cod. de pact. & consil.* 212. *num.* 1. Mich. Grassus *in dict. §. successio ab intestato, quæst.* 9. *n.* 18. Marta *de succes. legali, part.* 3. *q.* 4. *artic.* 2. *num.* 15. quia conditio est quidem obventura post mortem, sed ex tunc vivente testatore nascitur obligatio, quæ postea adimplenda est per hæredes; & sic non est pactum futuræ successionis. Menoch. *consil.* 1126. *n.* 8. ubi undecim Doctores pro hac sententia allegat. Craver. *cons.* 139. *n.* 2.

Tertius est casus, isque à jure approbatus, quando 13
promissio facit mentionem bonorum, & non hæreditatis, prout in hoc casu, in quo pater voluit quod filius suus succedat æqualiter in omnibus bonis suis, qualia reperientur tempore mortis suæ, nec ullam hæreditatis mentionem facit. Gabriël *consil.* 137. *numero* 21. 22. *&* 23. *vol.* 1. † Nam etiamsi verbum *de* 14
succeder, reperiatur admixtum in hac promissione, & obligatione; tamen quia testator bonorum, non autem hæreditatis mentionem facit, pactum illud est validum, non obstante mentione successionis; cùm de bonis tantùm in eo facta fuerit mentio, & exequutio dilata post tempus mortis; quanvis hanc distinctionem inter bona & hæreditatem, impugnare videatur Ciriac. *dicta controvers.* 88. *num.* 22. tamen contraria opinio pro validitate pacti verior est, & receptior: ut dicit Menoch. *loco citato*, Anchar. *dict. quæst.* 32. *num.* 4. *lib.* 3. Gabriel *dicto consil.* 137. *num.* 23. *in quinta conclus.* Bellon. Iun. *consil.* 22. *num.* 12. 13. *&* 14. Purpurat. *cons.* 402. *num.* 83. cum pluribus allegatis per Ciriac. *dicta controversia* 88. *num.* 6.

Et

15 Et ex his reſolvuntur dubia in contrarium allata; quia ex tali promiſſione non aufertur libera facultas teſtandi patri, ſicut dum vigore *l. hac edictali*, illi prohibetur plus relinquere uni quàm alteri. Neque dicta promiſſio poteſt dici contra bonos mores, cùm ſit conformis æquitati arreſtis, & ordinationibus Regiis, & plurimorum Doctorum opinioni, faveátque liberis primi matrimonii: juxta tradita per Theſaur. *dicta deciſ.* 170. *n.* 17.

16 Quod attinet ad *conſil.* Decii 184. Reſponſio clara eſt apud Purpurat. *dicto conſil.* 402. *n.* 2. quod doctrina illa non habet locum quando promiſſio incipit à promittente, exequutio verò incipit ab hærede, ut ſuprà explicatum fuit.

17 Poſtremò, quod opponitur, reſervationem nihil operari, verum eſt quando contrahens remanet in ſimplicibus terminis reſervationis: aliud eſt quando reſervatio tranſit in diſpoſitionem, prout hîc, quia pater in exequutionem dictæ reſervationis proceſſit ad diſpoſitionem in dicto inſtrumento declarationis. Menoch. *conſ.* 341. *num.* 22. *verſic. tertius caſus*, poſt Cravet. *conſ.* 211. *num. ult.* & alios apud ipſum citatos. † Et certum eſt, diſpoſitionem factam in exequutionem præcedentis reſervationis, retrotrahi ad illius tempus; & ab ipſo initio pro facta haberi debere, præſertim cùm tempore intermedio, inter primam donationem, & declarationem, nullum jus fuiſſet quæſitum liberis primi matrimonii, quod ſolum prætendunt vigore teſtamenti poſtea confecti: quod optimè explicat Franciſc. Merlin. *controverſ. centur.* 2. *c.* 9. *per tot.*

18

19 Deciſio verò Ludoviſ. 85. *num.* 11. & aliæ ſimiles, quibus dicitur reſervationem ſubſtitutionis debere duntaxat intelligi de ſucceſſione ab inteſtato, intelligenda eſt ut locum habeat quando ipſemet filius ſibi jus ſucceſſionis reſervat, non autem quando pater ſibi reſervat facultatem diſponendi: nam tunc illa reſervatio intelligitur propriè de diſpoſitione expreſſa; impropriè verò de tacita, quæ fit dum reſervans moritur ſine teſtamento. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 27. *per tot.* Rot. *deciſ.* 163. *num.* 14. *part.* 7. *recent.*

Et ex his reſpondi dictam declarationem à patre factam quinquennio poſt donationem matrimonialem in favorem filii primi matrimonii, validam eſſe, nec per liberos ſecundi matrimonii impugnari poſſe. Et ſecundum hæc ſcripta judicatum fuit per ſupremam curiam Parlamenti Auriacenſis, Clariſſimo & Excellentiſſimo Domino de Servan Præſide, viro ut eruditione, ita & integritate conſpicuo, in cauſa D. Guillelmi de Ruat, contra D. Bartholomæum de Ruat, his verbis.

La Cour en enterinant la requeſte dudit Guillaume Ruat, condamne ledit Barthelemy Ruat à luy vuider la moitié des biens & heritages dudit defunt Guillaume Ruat, ſuivant le partage qui en ſera fait entre leſdites parties par Experts, deſquels elles conviendront; ou qui à defaut de ce ſeront pris d'office par le Commiſſaire executeur de l'arreſt: Et qu'à ces fins exhibera audit Guillaume le livre de raiſon & tous autres actes & documens de l'heritage dudit defunt Guillaume, toutes les fois que beſoin ſera, pour en tirer par ledit demandeur telles inſtructions qu'il aviſera, avec reſtitution des fruits dés le decés dudit feu Guillaume, faites au preallable les detractions & imputations qui doivent eſtre faites de droit. En rapportant & conferant par ledit Guillaume demandeur au corps des biens dudit feu Guillaume, tout ce qui avoit eſté par luy donné à feu Louys Ruat ſon fils, Pere dudit demandeur, en ſon contract de Mariage, ou leur legitime valeur, avec ſemblable reſtitution des fruits dés le decés dudit Guillaume, &c.

Publié à la Barre du Parlement d'Orange, le 26. jour de May 1648.

CAPVT XCVII.

Contractus annui reditus, utrùm ſit nullus ex eo, quod fuit conceptus ex arreragiis annorum præcedentium. Item utrùm ſit licitum creditori annui reditus accipere pignora pro ſui ſecuritate. Denique utrùm cenſus impoſitio ſit valida, quando facta fuit ſuper re aliena, vel non libera, quando dominus illius rei poſtea conſenſit, vel quando ſuperſunt alia bona ſufficientia pro ſecuritate creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe alterius intereſſe non debetur.*
2 *Cenſum ex cenſibus decurſis conceptum invalidum eſſe, multi DD. exiſtimant.*
3 *Contrarium verius eſt, quando agitur de vero intereſſe debito.*
4 *Si debitor annui reditus non ſolvat penſiones currentes, condemnandus etiam eſt ad intereſſe illarum, probatis requiſitis.*
5 *In cenſu verum debitum præcedens, vim habeat numerationis, ubi Bulla non eſt recepta.*
6 *Cenſus decurſos ceſſante Bulla in ſortem converti poſſe verius eſt, dummodo ceſſet depravata intentio.*
7 *Intereſſe debetur ex alio intereſſe calculato.*
8 *Pignora capi poſſunt pro ſecuritate cenſus annui, quando adeſt ſpes luitionis; ſecus ſi illa ſpes non adſit.*
9 *Pignora multo magis capi poſſunt pro ſecuritate annui reditus, in locis ubi Bulla Pii V. non eſt in uſu.*
10 *Impoſitio cenſus ſuper re aliena validatur, ſi dominus illius rei conſenſum poſtea præbeat, vel alia ſint bona æquivalentia hypothecata.*
11 *Idem obtinet, ſi non quidem res ſit aliena, ſed alicui reſtitutioni obnoxia.*
12 *Si tamen cenſum imponens doloſè ſe geſſerit, poteſt agi ad ſortis reſtitutionem, loco damnorum & intereſſe, & ad contractus annullationem.*
13 *Si quis ſcienter ſuper re aliena tanquam propria cenſum impoſuerit, conſenſus proprietarii ſuperveniens non reddit validum illum contractum.*
14 *Intellige ut locum habeant prædicta ex mente aliquorum, ſi cenſus fuerit impoſitus ſuper certo prædio; non autem generaliter, quando ſuper omnibus bonis debitoris, vel ſuper pluribus aliis prædiis idoneis.*
15 *Sed tamen hoc caſu unum ſaltem prædium cum ſuis confinibus debet deſignari.*
16 *Deſignationem certi prædii cum ſuis confinibus, etiam ubi Bulla Pii V. non eſt recepta, eſſe neceſſariam in cenſu, quidam tenent.*
17 *Deſignationem certi prædii cum ſuis confinibus in locis ubi Bulla Pii V. non eſt in uſu, neceſſariam non eſſe, verius eſt.*

Contractus

CONtractus annui reditus tribus ex capitibus impugnabatur. Primò sub eo prætextu quod pars dicti census concepta fuerit ex arreragiis seu reliquis alterius anni reditus. Secundò, quod emptor pro sua securitate habere voluerit pignora præ manibus, quod dicebatur quodammodo sapere usuram, vel alium contractum illicitum. Tertiò ex eo, quod super alienis bonis absque consensu domini impositus reperiebatur.

Quoad primum caput, cùm in his partibus Bulla Pii V. de censibus non observetur, ut aliàs diximus, & dictus annui reditus venditor verè & realiter deberet pensiones illas decursas; verius est contractum
1 non potuisse ex illo capite impugnari. † Licèt enim generalis sit regula, quod fructus fructuum, & interesse alterius interesse non debeatur, exceptis certis casibus, *l. fin. ff. de peric. & commod. rei vendit. & l. fin.*
2 *Cod. de usur. rei. judic.* † Adeo ut non desint Doctores qui contractus ex censibus decursis conceptos, invalidos esse censuerint, ut Madius, *in tract. de cens. requisit. vers. ad decimum septimum.* Manent. *de iur. contract. livell. quæst. 6. num. 24.* & alii quos recensent Giurb. *decis. Sicil. 24. n. 3.*

3 Tamen DD. illi loquuntur ferè omnes in terminis dictæ Bullæ Pii V. quæ realem & actualem exigit numerationem pecuniæ; sed cessante Bulla, contrarium verius est; quia istud interesse non amplius est interesse, sed sors principalis; quamvis aliud sit quando ageretur de alio interesse usurario, aut quod jure actionis minimè deberetur. Gratian. *discept. forens. cap. 224. num. 48. & 52.* Gaspar Roderic. *de annuis reditib. lib. 3. quæst. 7. num. 28. vers.*
4 *secundò limita.* † Itaut si debitor annui reditus non solvat singulis annis, & condemnationem expectet, etiam ad interesse istius summæ procedentis ex reliquis annui census condemnandus sit, probatis requisitis. Vrsil. ad Afflict. *decis. 291. num. 6. & ibi* Pisanell. necnon Thesaur. Iun. *lib. 1. quæst. 32. num. ult. in*
5 *fin.* † ubi dicit sufficere, quod loco numerationis per Bullam requisitæ, detur in solatum pro censu debitum præcedens: quod & voluit Surd. *consil. 162. n. 28.* quamvis propter Bullæ præcisa verba, opinio Surdi sit dubia, & eam impugnet Gratian. *discept. forens. cap. 853. num. 36.* nisi tamen census esset constitutus ante Bullam, vel in loco ubi Bulla non est recepta. Gratian. *ibidem, num. 35.* Rota apud Censium
6 *decis. 92. num. 5. & 6.* † Et ideo contractum esse validum, cessante Bulla, quamvis reditus decursi in sortem conversi fuerint, judicatum refert Peregr. *de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 33. in fin. vers. vidi tamen posterioribus.* Mut. *decis. Sicil. 73. num. 8.* ubi hanc dicit esse tutissimam & facilem opinionem. Giurb. *decis. 24. num. 34.* quia fructus induunt naturam sortis. Roderic. *de annuis redit. lib. 3. quæst. 7. num. 28.* Giurba *dicta decis. 24. num. 38.* Quod maximè procedit quando interesse decursum est notabilis quantitatis, Vrsil. *ad dictam decis. 291. num. 6.* Cavalcan. *decis. 21. num. 30. part. 1.* dummodo (inquit) absit depravata intentio: & *decis. 14. num. 24.* Cost. *de rata,*
7 *quæst. 142. num. 13.* † Qui generaliter dicunt interesse deberi ex alio interesse calculato: sed in propriis terminis idem quod suprà, tenet Mastrill. *decis. 262. num. 19.*

8 Quod attinet ad secundum caput, non propterea minus creditor potest recipere fructus decursos & in futurum decurrendos, quamvis pignora pro sua securitate acceperit: quia licèt aliqui DD. contrarium existiment, tamen intelligendi sunt quando non adest spes redhibitionis; & hoc cogitum est tam debitori quàm creditori, secus est quando adest spes probabilis reluitionis, vt explicat Duard. *in tract. de censib. §. 5. quæstion. 44. in 1. & 2. conclus.* quia dum nulla adest spes reluitionis, perinde est ac si pignora fuissent alienata; & per consequens non possunt haberi simul pignora, & exigi reditus. Quod enim sit vera alienatio, probatur ex traditis per Pacif. *de saluian. interdicto, inspect. 3. capit. 2. numero. 41.* & in illis terminis loquitur Cens. *in tract. de censib. quæstion. 60. num. 44. & 45.* dicens hoc casu perinde esse, ac si census esset extinctus, & redemptus: & *quæst. 107. n. 29.* † Vltra quod 9
loquitur in terminis Bullæ, quæ apud nos vsu recepta non est: & ita doctrinam Censij intelligit Duard. *dicta quæst. 44.* maximè *num. 10. versic. & quamvis contrarium.*

In tertio capite verum est, census impositionem 10
factam super re aliena, vel non libera, sustineri, si dominus illius rei consentiat, vel alia bona sufficientia sint obligata: vt de primo Cens. *quæstion. 14.* Rota apud eundem, *decis. 13. num. 1.* Duard. *de censib. §. 1. quæstion. 25. num. 21.* † De secundo, Foller. *de* 11
censib. num. 18. Pacif. *decis. 83. num. 15.* Cens. *decis. 57. numero 6. & 64. numero 1.* Rota *in recent. decis. 571. numero 3. part. 1.* quæ fuit confirmata *decis. 620. numero 3. part. 2. recent.* Mangil. *de enicl. quæstion. 83. numero 30.*

Hæc vera sunt quando agitur de simplici impo- 12
sitione census super re aliena; sed quando quis censum imposuit dolosè super re aliena, tanquam propria, contractus nullus est: & emptor potest agere ad restitutionem sortis, loco damnorum & interesse: Ludouis. *decis. 88. n. 5. & 10. & decis. 564. numero 5.* Quod procedit etiam in locis vbi Bulla Pij V. non est recepta. Duard. *de censib §. 1 quæst. 15. numero 18.*

Sed quod plus est hoc casu, quando quis per 13
mendacium censum imposuit super re aliena tanquam propria, censensus veri domini superueniens non conualidat impositionem census nulliter factam, inuito & reclamante census emptore. Giurb. *decis. 24. num. 1. & 2.* dolus enim qui dedit causam contractui, illum reddit nullum, *l. & eleganter, in princip. ff. de dolo* quia alioquin emptor non fuisset empturus, *l. qui harer, in princip. vers. est in potestate, ff. de except. rei indic.* Seraph. *decis. 1275. n. 3.* & in puncto casus propositi, Gratian. *discept. forens. cap. 175. num. 22. & 23.* & *decis. 13. num. 18. 19. & 24.* Cens. *de censib. quæstion. 106. num. 9. & quæst. 42. numero 21.*

Sed tamen doctrinæ superius allatæ locum ha- 14
bent, quando census fuit impositus super certo prædio; non autem quando generaliter super bonis debitoris, vel super pluribus bonis stabilibus sufficientibus, verè ad venditorem census pertinentibus; tunc enim sustineretur, & validus esset census, vt patet ex *dicta decis.* Rotæ *571. num. 3. part. 1. recent. & decis. 620. num. 3. part. 2.* Gratian. *capit. 777. num. 7.* † Intelligendo tamen, vt saltem vnum 15
prædium verè pertinens ad venditorem, fuerit designatum, vt dicit Bocac. *de censib. part. 1. numero 38. 39. & 41.* Surd. *consil. 318. num. 6. vers. ad id verò.* † Quia etiam in locis vbi Bulla Pij V. non 16
est recepta, designationem certi fundi cum confinibus esse necessariam, quamuis adsit generalis bonorum obligatio, ex ipsis Martini & Calixti constitutionibus, tenuit Censius *quæst. 40. numero 4. & 24.*

Sed quidquid dicant præfati DD. census potest ge- 17
neraliter constitui super omnibus bonis debitoris, etiamsi non designentur cum suis confinibus. Duard. *de censib. §. 1. quæstion. 4. num. 22. & 23.* & *eodem §. 1.*

quæst.

quæſt. 51. *num.* 4. Atque ita paſſim in his partibus obſervatur ab antiquiſſimo tempore : & ideo contractus non annullatur, quanvis unum prædium indebitè fuerit deſignatum, niſi ut dictum eſt, probetur verus dolus, dummodo alia prædia & bona generaliter obligata, ſint idonea & ſufficientia pro ſecuritate creditoris.

CAPVT XCVIII.

Oſtenditur ex communi Doctorum opinione, liberos in conditione poſitos in contractibus, non eſſe diſpoſitivè vocatos, niſi concurrentibus legitimis conjecturis : neque quoad hoc fieri debere differentiam inter contractus & ultimas voluntates, & eodem modo in contractibus, ſicut in teſtamentis filios cenſeri poſitos in conditione duntaxat ad excludendum ſubſtitutos ; non autem ut ipſi includantur : Et conditionem ſi ſine liberis, appoſitam eſſe favore donatarii, & in odium ſubſtituti ; non autem ut donatarius vocetur. Oſtenditur non poſſe hoc caſu duci argumentum à contrario ſenſu ; & ſi duceretur, eſſe erroneum : Et quomodo dictum argumentum à contrario ſenſu procedere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Filii in conditione poſiti, non cenſentur diſpoſitivè vocati ex eo ſolo, quod poſiti fuerint in conditione in contractu : ſed præterea neceſſe eſt, ut concurrant conjecturæ ſufficientes : ex veriori & receptiori ſententia.*

2 *Conditiones appoſitæ in contractu donationis cenſentur potius appoſitæ ad excludendum ſubſtitutos, quàm ad includendum poſitos in conditione.*

3 *Filii in conditione poſiti in contractibus, non poſſunt alienata revocare ; ſed pater donatarius poteſt de bonis donatis ad libitum diſponere.*

4 *Filii in contractibus ponuntur principaliter in conditione favore gravati, & in odium ſubſtituorum.*

5 *Sicut in ſtatutis, ita & in pactis, filii in conditione poſiti non cenſentur vocati.*

6 *Statutum Vrbis vult filios in conditione poſitos cenſeri vocatos, quod effecit ut Rota nonnunquam pro illorum vocatione in contractibus judicaverit.*

7 *Ex actibus conditionalibus regulariter non inducitur aliqua diſpoſitio, vel conventio.*

8 *Filii habent jus tantùm in ſpe, quando ſunt poſiti in conditione, etiam in contractibus : id eſt, quatenus patri ſuccedant ex teſtamento, vel ab inteſtato.*

9 *Argumentum à contrario ſenſu debet ſtrictè & ſecundum limites verborum accipi.*

10 *Ex argumento à contrario ſenſu non poteſt colligi diſpoſitio, ſed duntaxat excluſio.*

11 *Datur medium inter excludere, & vocare.*

12 *Non valet conſequentia, ſi ex eo quod filiis ſine liberis decedentibus facta fuerit ſubſtitutio, inferatur ipſos filios eſſe vocatos.*

13 *Oſtenditur quod tria ſpecialia contra juris diſpoſitionem in eodem caſu concurrerent, ſi argumentum à contrario ſenſu non caperetur præcisè juxta limites verborum.*

14 *Ex eo quod favore donatarii conſtitutum eſt, non debet capi conſequentia in odium ipſius.*

15 *Poſiti in conditione in ſtatutis, non cenſentur diſpoſitivè vocati ; ſed tantùm ad excludendum eum, qui ſuccedere deberet in defectum ipſorum.*

16 *Rota Romana judicavit filios poſitos in conditione in contractibus, non cenſeri diſpoſitivè vocatos, niſi concurrentibus conjecturis legitimis, eodem modo quo in teſtamentis.*

DOnatione facta ſorori cum ſubſtitutione Monaſterii, ſi ipſa ſine liberis decederet, ipſa ſorore pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque ſtipulante : Dubitatum fuit, utrùm liberi in conditione poſiti in illo contractu eſſent diſpoſitivè vocati. In qua quæſtione Dixi, quanvis ageretur de contractu, liberos non eſſe diſpoſitivè vocatos, niſi concurrant vocationis conjecturæ, ita ut non debeat fieri differentia inter teſtamenta, & ultimas voluntates ; & ad hoc in medium adduxi Doctores ſequentes.

1 Bart. *in l. cum dotem, num.* 9. *&* 10. *ff. ſolut. matrim.*

2 Bald. *in l. hæreditariis, n.* 10. *& ſequent. C. de hæreditar. actionib.*

3 Alciat. *in l. Lucius, ff. de hæredib. inſtit.*

4 Caſtrenſ. *in dicta l. ſi cum dotem, num.* 9. *ff. ſolut. matrim. verſ. ſecundo caſu.*

5 Angelus *in dicta l. ſi cum dotem, n.* 2. *verſ. finaliter dixit.*

6 Alexander *in eadem l. n.* 16. *verſ. quam ſecundo modo limita.*

7 Sanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 722. *ff. ad Trebell.*

8 Purpurat. *in l.* 1. *n.* 684. *ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdict.*

9 Barboſ. *in dicta l. ſi cum dotem, num.* 34. *& ſequentibus.*

10 Ruſtic. *de filiis in condit. poſit. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 7.

11 Mantic. *de tacit. convent. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 19.

12 Franciſc. Marc. *part.* 2. *deciſ.* 22. *n.* 2.

13 Craveta videndus *conſ* 288. *n.* 3.

14 Ludov. Bellus, *conſ.* 118. *n.* 11. ubi teſtatur de magis communi.

15 Socin. Iun. *conſ.* 108. *n.* 34. *vol.* 2.

16 Papon. *notar.* 1. *tit. de fideicom. ſubſtit. verſ. Aucuns ont.*

17 Ruin. *conſ.* 99. *n.* 14. *lib.* 1.

18 Galgan. *de condit. & demonſtr. part.* 2. *c.* 1. *q.* 97. *num.* 15.

19 Pileus *q. illuſtr.* 54. ubi ita deciſum teſtatur.

20 Ferrer. ad Guid. Pap. *q.* 39. ubi ita judicatum teſtatur in Curia Tholoſana.

21 Barri *de ſucceſſ. lib.* 8. *c.* 2. *n.* 28. ubi ita judicatum refert.

22 Peregr. *de fideicom. art.* 28. *num.* 29. ubi poſtquam illam ſententiam tenuiſſet in prima impreſſione, eandem confirmat in nova additione per ipſum facta.

23 Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 24. *numero* 15.

24 Cancerius *lib.* 1. *var. reſol. c.* 1. *n.* 102. *in novis,*

quos

quos omnes aliàs allegabam anno 1636. in causa Communitatis Villæ Insulæ, contra dominum de Nesmont, tunc pendente coram Domino Auditore Legationis, quibus etiam postea respondendo dubiis addebam.

25 Castillo *lib.4. controuersiar. capit.55. num.15. & sequentibus.*

26 Argentr. *in consuet. Britan.articul.220. des donations.*

27 Castellion. *in repetit.l. si constante,num.19.& 20.*

28 Mastrill.*decis.175. num.1.* vbi in hac quæstione æquiparat contractus, & testamenta: & se remittit ad tradita per eum *decis.121.* concludens in suo casu filios positos in conditione,in contractu censeri vocatos ex coniecturis.

29 Casanar,*consil.48.num.7.* vbi loquitur in fortioti-

2 bus terminis, & benè ostendit † quod conditio apposita in donatario,censeri debet apposita ad excluden-

3 dum, non ad incidendum: *& num.9.* † vbi quod pater tali casu potest de bonis liberè disponere, & filij in conditione positi non possunt alienata reuocare: & ad hoc allegat Castrens. *in dicta l.si cùm dotem, &*

4 *per totum illud consilium, & num.70.* † vbi dicit quod hoc casu filij ponuntur in conditione principaliter fauore grauati, & secundariò fauore ipsorum filio-

5 rum: & *n.81.* † concludit doctrinam Castrens. qui loquitur in statuto, locum etiam habere in pacto: quod etiam voluit *eodem consil. n.37.*

Et quamuis ex aduerso diceretur ex catalogo nostro delendos esse Bald. & Castrens. Tamen hoc non ita se habet,si benè verba vtriusque perpendantur: & Addition. ad Bald.*in dicta l.pro hæreditariis,in verb. liberis,* clarè concludit pro nostra sententia: quem ideo Peregr. *in dicta additione ad articul.28. à num.* 29. pro hac sententia allegat.

6 Nec Rota *in recent. decis.142. num.3. part.4.* aliquid determinat,sed loquitur conditionaliter, vt patet in illis verbis, *data veritate illius opinionis*; sicuti & in aliis decisionibus quæ in contrarium allegari possent, quæ vel nihil præcisè determinant, vel loquuntur in terminis statuti Romani volentis filios in conditione positos censeri dispositiuè vocatos.

7 Et præmissa sententia optimis nititur rationibus; quia ex verbis conditionalibus nunquam inducitur dispositio, siue conuentio, *l. si quis sub conditione, ff. si quis omiss. caus. testament.* Præterea liberi censentur tantùm positi in conditione ad excludendum, non autem vt includantur in dispositio-

8 ne: † sed tantùm in spe eis prouidetur, si patri ex testamento, vel ab intestato succedant: iuxta tradita in *gloss. final.in l. Lucius, secunda. ff. de hæred. instit.*

9 Neque hoc casu validum est argumentum à contrario sensu, imò planè ruinosum, quia illud debet strictè & secundùm limites verborum acci-

10 pi; † & ideo non potest duci ad inducendam dispositionem, sed tantùm ad excludendum quod disponitur in casu contrario. Ioan. Anton. Bellon. *consil.1. numero 44.* Peregr. *consil.144. numero 6. vo-*

11 *lum. 5.* Nam inter excludere, & vocare, datur medium: & ideo liberis extantibus,donator non vocat, nec excludit, sed relinquit dispositioni iuris communis: vnde Purpuratus *in dicta l. 1. de officio eius, numero 684.* dicit Iasonem malè vti hoc argu-

12 mento. † Nam in bona Logica sic fieri debet argumentum; substituo, si Titus decesserit sine liberis, ergo si cum liberis decesserit, non substituo: non enim valet consequentia si dicatur; donator substituit Richardæ hospitale, si Richarda sine liberis decesserit: ergo si cum liberis decesserit, substituit ipsos liberos, vt *ibi* benè explicat Purpurat. Atque ita ferè respondet Bellus *consil. 118. num.12.* subdens *num. 13.* † Quod si hoc casu argumentum à 13
contrario sensu procederet, tria specialia simul concurrerent. Primò, quod verba conditionalia disponerent. Secundò, quod disponerent à contrario sensu. Tertiò, quod istud argumentum duceretur ex verbis priuatiuis, & negatiuis: quod dici non debet.

Et sanè dum donator liberos grauati posuit in 14
conditione, illud censetur factum in fauorem grauati, & ad exclusionem substituti: & sic cùm principalis intentio donatoris fuerit excludere substitutum in casum euenientis conditionis, non debet ex eo sumi consequentia, vt voluerit donator retorquere donationem in odium donatarij; cùm eius intentio fuerit excludere,non grauare, & principalis intentio sit attendenda.

Vnde si in statuto dictum fuerit, quod filiis non 15
extantibus, maritus in dote succedat, si filij extent, habent tantùm vim excludendi, ita vt illis reseruata tantùm sit successio legitima, quatenus necessaria sit ad exclusionem mariti, respiciendo videlicet principalem intentionem statuentium, quæ versatur circa exclusionem, non respiciens ad inclusionem. Casanat. *dicto consil. 48. num.6.* † Et per supradi- 16
cta, & alia quæ etiam deduxi in causa Illustr. Dominæ Catharinæ de Fortias, contra Illustr. Dominum de Pol in Auenionensi Fideicommissi super Castro sancti Trõqueti, iunctis aliorum doctissimis allegationibus,Rota Romana sic decidit *die 30. Aprilis 1646.vers.Hinc corruit quinta,* vbi fuit determinatum,quamuis ageretur de donatione facta in contractu, filios in conditione positos non censeri dispositiuè vocatos,nisi concurrant concludentes coniecturæ, prout in vltimis voluntatibus requiruntur. Quæ decisio fuit confirmata per eandem Rotam Romanam *die 11. Martij 1648.* coram R. P. D. Verospio eiusdem Rotæ Auditore eruditissimo, *in vers.ic. Cùm in contractu pariter requirantur coniectura concludentes, &c.* quæ decisiones superiùs inseruntur post *c.55.* Et secundùm hanc sententiam ego aliàs consulueram anno 1636. requirentibus Dominis Consulibus Villæ Insulæ Comitatus Venayssini: Et in illa etiam causa sic fuerat coram Domino Auditore Legationis tunc iudicatum.

CAPVT XCIX.

In fideicommissis ascendentium locum esse repræsentationi, maximè si adiecta sit clausula, *in stirpes, & non in capita.* Qui tamen vocatus non est, non potest repræsentare vocatum, maximè si dispositio sit ad certas personas, & gradus restricta; aut de solis primi gradus liberis testatorem sensisse colligatur. Et ad effectum repræsentationis, vtrùm attendatur persona testatoris grauantis, vel hæredis grauati. Clausulam *in stirpes,* non esse extendendam extra gradum, & personas; quarum respectu fuit apposita; sed ad illas restringendam,& referendam esse.

T SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Repræſentationi locus eſt in fideicommiſſis, & nepos concurrit cum patruo, quando agitur de fideicommiſſo aſcendentium.*

2 *Tunc maximè repræſentationi locus eſt, quando adiecta fuit clauſula, in ſtirpes, & non in capita.*

3 *Repræſentatio non habet locum, niſi reſpectu portionis ad quam tam pater, quàm filius vocantur.*

4 *Filius per repræſentationem ſuccedens, debet ſuccedere ex proprio capite, per & conſequens debet eſſe vocatus.*

5 *Repræſentationi non eſt locus, quando teſtator ad certas perſonas & gradus diſpoſitionem ſuam reſtrinxit.*

6 *Subſtituis liberis teſtatoris, vel eorum liberis, de quibus diſcretiuè mentio facta eſt cum liberis vlterioris gradus, ceſſat repræſentatio.*

7 *Qualibet coniectura ſufficit vt diſpoſitio ad ſolos primi gradus liberos reſtringatur.*

8 *Diſcretiua loquutio de liberis, & liberorum liberis, fortius operatur quando teſtator eâ loquendi formâ vſus eſt in diuerſis ſui teſtamenti partibus.*

9 *Clauſula,* ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes inter ipſos, *eſt merè perſonalis, & excludit repræſentationem.*

10 *Subſtitutio de ſuperuiuentibus, & eorum liberis, excludit repræſentationem.*

11 *Vna pars teſtamenti aliam non declarat, quando conſtat de contraria voluntate.*

12 *Verba illa,* ex ipſorum propriis corporibus, *ſunt perſonalia & contraria repræſentationi.*

13 *Verba* leurs enfans, *ſignificant immediatos & proximiores, & ſic excludunt repræſentationem.*

14 *Dictio* ſuos, *perſonalitatem continet, & repræſentationem excludit.*

15 *Similiter verba* dictorum liberorum, *ſunt perſonalia.*

16 *Clauſula,* ex eorum corporibus, *reuocatur in dubium; ſed tamen iuncta cum aliis, operatur ad excluſionem repræſentationis.*

17 *Coniecturæ non ſunt ſeparatim conſideranda, ſed ſimul coniungendæ; & in coniecturis non eſt cum rigore procedendum.*

18 *Quando teſtator Iuriſperitus non eſt, appellatione* des enfans, *liberi ſoli primi gradus continentur: iuxta communem vſum loquendi, qui attendendus eſt.*

19 *Imò in genere dum agitur de teſtatore imperito, ſoli primi gradus liberi appellatione liberorum continentur.*

20 *Multi exiſtimant dum quæritur vtrùm agatur in fideicommiſſis de aſcendentibus, aut collateralibus, inſpiciendum eſſe an vltimus defunctus & grauatus fuerit collateralis, an aſcendens.*

21 *Si grauatus non ſit patruus, ſed patrui filius, multi tenent non eſſe locum repræſentationi.*

22 *Quando mutatur linea vel ſexus, inſpicitur perſona grauantis.*

23 *Vltimi grauati proximitatem regulariter attendendam eſſe.*

24 *Sed in hac quæſtione cuius proximitas ſit attendenda, prævalent coniecturæ voluntatis.*

25 *Etiam mutata linea proximitatem grauati inſpiciendam, plurimi crediderunt.*

26 *In hac quæſtione proximitatis, inſpiciendum eſt ad quem verba teſtatoris dirigantur.*

27 *Verba* leurs enfans, *oſtendunt, teſtatorem reſpexiſſe perſonas grauatas.*

28 *Quæſtio cuius proximitas ſit attendenda, ceſſat quando nepotes non fuerunt vllo modo vocati, tunc enim ceſſat quæſtio repræſentationis.*

29 *Quando vnus vti proximior, aut alia ratione vult alium excludere, ceſſat repræſentationis quæſtio.*

30 *Clauſula* in ſtirpes, & non in capita, *producit effectum quoad illum gradum & perſonas, inter quas adiecta fuit.*

31 *Ex illa clauſula nihil infertur ad alios ſine ipſa in aliis teſtamenti partibus vocatos.*

32 *Per illam clauſulam non fit alteratio gradus, ſed diſpoſitio eaſdem perſonas continet, quas contineret ſi illa clauſula appoſita non eſſet.*

REpræſentationi locum in fideicommiſſis, & eo iure nepotem concurrere cum patruo, DD. vnanimi conſenſu fatentur, quando agitur de fideicommiſſo appoſito in teſtamento aſcendentis, vt teſtatur Couar. *pract. quæſt. c.* 38. Menoch. *conſil.* 124. *n.* 84. Honded. *conſil.* 70. *n.* 20. *& n.* 73. *lib.* 1. *& conſil.* 63. *n.* 9. *lib.* 2. Alciat. *conſil.* 59. *num.* 12. *lib.* 9. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 485. *n.* 22. 1

Quod præſertim ita dicendum eſt, quando teſtator vocauit ſubſtituros cum clauſula, *in ſtirpes, & non in capita*: quo caſu omnes concludunt locum eſſe repræſentationi, non ſolùm in fideicommiſſis aſcendentium, ſed etiam collateraliũm. Peregr. *de fideicom. q.* 21. *n.* 18. *& conſil.* 58. *n.* 8. *lib.* 4. *conſil.* 129. *lib.* 5. Menoch. *conſil.* 357. *numer.* 7. Rota *deciſ.* 426. *n.* 5. *verſic. & maximè, part.* 4. *diuerſ.* idem Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 95. *num.* 35. Graſſ. *§. fideicommiſſum, quæſt.* 11. *num.* 7. 2

Contrarium tamen negotio diligenter examinato verius eſſe Dixi, ex ſequentibus.

Primò, quia repræſentatio præſupponit vocationem, neque locus illi eſt, niſi ad portionem, in qua tam pater quàm filius vocantur, ita vt neceſſe ſit vtrumque ad fideicommiſſum ordine ſucceſſiuo vocatum eſſe. Gabriel *conſil.* 2. *numero* 16. *volum.* 1. † 3

Quia cùm per repræſentationem filius ex proprio iure admittatur, impoſſibile eſt id fieri, ſi ipſe filius vocatus non ſit. Rot. *deciſ.* 100. *numero* 8. *part.* 2. *recent.* & apud Seraph. *deciſ.* 1479. *numero* 3. vbi redditur ratio: quia ſi aliter diceremus, ſemper per indirectum defunctus repræſentatiuè in perſona filij ſuccederet: & quamuis *ibi* in margine citentur aliqui DD. in contrarium; illi tamen nihil decidunt contra principalem concluſionem, ſed tantum tractant illam quæſtionem, vtrùm nepos ſit vocatus ad portionem patrui: imò pro hac ſententia citantur Soccin. & Mantic. Ille hoc idem teſtatur *conſil.* 41. *n.* 7. *volum.* 3. hic in *tract. de coniect. lib.* 8. *tit.* 9. *n.* 2. vbi dicit quod ſi nepotes non intelligantur vocati, non eſt diſputandum, vtrùm poſſint ſuccedere in locum patris defuncti. 4

Quotieſcumque enim conſtat de voluntate teſtatoris reſtricta ad certum gradum, & ad certas perſonas, veluti quando ſolos liberos primi gradus vocauit, non poteſt locus eſſe repræſentationi. Addent. ad Alexand. *conſil.* 204. *n.* 6. *lucra A. volum* 2. Curt. Iun. *conſil.* 22. *n.* 11. Couar. *pract. qq. c.* 38. *n.* 4. *verſic. quimò.* Cancer. *lib.* 1. *variar. reſol. capit.* 5. *num.* 54. *verſic illud* 5

etiam

etiam,Peregr.*consil.* 52.*num.*8.*& sequentib.lib.*3.*& de fideicom.art.* 21.*num.* 24.Intrigliol.*de substit.centur.*3. *q.*87.*num.*28. ubi plures allegat. Ruin.*consil.* 181.*n.*5. *lib.*2.

6 Vnde cùm testator substituerit filios suos, quos propriis nominibus designaverat, vel eorum liberos legitimos & naturales, procreatos ex illorum corporibus, & de legitimo matrimonio; apertè declaravit se de solis primi gradus liberis intellexisse. Dum postea subdidit, quod casu quo unus vel plures dictorum liberorum sic nominatim disignatorum, vel liberorum ex ipsis procreandorum decederet sine liberis, substituit sic morienti vel morientibus superviventes inter ipsos, & liberos præmortuorum: ex quibus verbis apparet ipsum fecisse differentiam inter liberos & liberos liberorum; non enim fuisset opus novam repetere substitutionem in liberis liberorum, si in primo capite testator illos sub nomine liberorum Thomæ, & aliorum nominatorum nomine comprehendere voluisset: Itaque discretiva loquutio diversitatem arguit ad superfluitatem evitandam. Ludovis.*decis.* 344.*n.*6.*& decis.* 372.*num.*7.& nominatim de vocatione filiorum juxta casum nostrum, tradit Additio ad Ludovis.*decis.* 301.*n.*18.Rot. *decis.*667. *num.*5.*part.*2. Menoch. *consil.*328. *num.*6. Martius Medic.*examinat.*1.*num.*29.Cavaler.*dec.*465. *num.*2.Giovagn.*consil.*24.*n.*55.*lib.*2. Surd *consil.*554. *num.*6. *versic. id quod ostenditur, & num.*21. *versic.*

7 Quinò, † ubi addit sufficere quamlibet conjecturam, vt verba testatoris ad liberos primi gradus restringantur.

8 Multò magis quia discretiva illa loquutio non solùm fuerat apposita in illa parte substitutionis; sed etiam in aliis partibus ejusdem testamenti: dum dictum fuit, quod si liberi nominati decederent sine liberis, substituit superviventem vel superviventes liberos; & sic liberos primi gradus ab ulterioribus in dispositione separavit, ut una pars testamenti aliam declaret, ut dicit Rot.*decis.*507.*num* 8.*part.*2.*recent.* Medic. *decis.*1.*num.* 29. Peregr.*consil.*41. *n.*19.*lib.*5. *consil.*74. *num.*8. *lib.*6. Fusar. *de substit. quæst.*486. *num.*60.

9 Idem constat ex eo, quod si liberi Thomæ & aliorum nominatorum decederent sine liberis, sic morienti vel morientibus substituit *superviventem vel superviventes inter ipsos*, quæ verba sunt merè personalia, & excludunt nepotes seu liberorum liberos, quorum statim facta fuit mentio: ut de verbo illo *superstites*, tradit Mantic. *dicto lib.*8. *tit.*9. *num.*5. Giovagnon.*consil.*80.*num.*4.*lib.*1.Menoch.*lib.*4.*præsumpt.*95.*num.*22.& de dictione *superviventes*, Medic. *examinat.*1.*n.*33.

10 Et licèt dictum fuerit quod substituebantur supervivens vel superviventes de illorum liberis, ex quibus verbis videtur quod habita fuerit intentio conjungendi & simul vocandi nepotes cum patruis, ex

11 Fusar. *de substit. quæst.*321. *num.*80. † Tamen hoc fuit limitatum ad casum particularem, quo liberi Thomæ morerentur sine liberis, ut patet ex illis verbis, *ledit Thomas venant à deceder sans enfans*. Sed in primo casu quo liberi Thomæ sunt dispositivè vocati, nulla fit mentio nepotum: & sic tantùm abest ut ex eo inferatur ad vocationem, quin potiùs inferri debet ad exclusionem nepotum. Menoch.*dict.consil.*328.*num.*8. *versic.quartò comprobatur*, Fusar.*q.*327. *num.*19. & hoc casu una pars testamenti aliam non declarat, quando constat de contraria mente testatoris.

21 Concurrunt etiam alia plurima verba personalia,

ad personam liberorum primi gradus coarctata, & restricta, veluti dum dictum fuit, *vel eorum liberos legitimos & naturales ex ipsorum propriis corporibus procreatos*: quæ verba propriè ad liberos primi gradus referenda esse ostendit. Rot. *dict. decis.*587. *numer.*10.*part.*2.*recent.* † eadem ratione verbailla *leurs* 13 *enfans*, merè personalia esse ostendit Rota *ibidem*, *numer.*9. significant enim descendentes immediatos & proximiores. Menoch. *consil.*774. *num.*7. Fusar. *quæstione* 327. *num.*15. sicut dictio *suos*, personalitatem 14 continet & nepotes excludit. Rota *decis.*667.*num.*6. *part.*2.*recent.* Menoch.*dict.consil.*328. *n.*14.*&* 15.† 15 Rursùs prætulit masculos *dictorum liberorum* fœminis; quæ clausula *dictorum liberorum*, est etiam personalissima, & nepotes excludit. Menoch. *lib.*4. *præsumpt.*95.*n.*28.

Et licèt aliqui D D. loquantur sub dubio de illa 16 clausula, *ex eorum corporibus*, ut videre est apud Intrigliol. *centur.*3. *quæstione* 87. *numero* 24. & Fusar. *quæst.*485. *num.*67. *& quæst.*321. *num.*18.*&* 21. Tamen negati non potest, quin saltem omnes illæ dictiones personales simul junctæ, debeant sufficere ad colligendam intentionem testatoris: † cùm con- 17 jecturæ non sint separatim considerandæ, sed simul conjungendæ: quia una aliam corroborat, & in discutiendis conjecturis, non est ita rigidè procedendum, quia si requirerentur conjecturæ necessariò concludentes, non essent amplius conjecturæ, sed demonstrationes: ut dicit Rota *decis.*21.*n.*26. *& sequentib. part.*5 *recent.*

Consideratione etiam digna est persona testatoris 18 qui juris erat imperitus, & vim dictionis collectivæ ignorabat, & probabiliter credere poterat, provt eum credidisse colligitur ex lectura testamenti, quod sub nomine *des enfans*, intelligerentur tantùm liberi primi gradus, juxta communem, qui apud nos est, loquendi modum: quem valde attendendum esse dicit Rota *dicta decis.*507. *num.*3. *part.*2. *recent.* † Et quando testator juris est imperitus, non debe- 19 re attendi illam interpretationem, quod sub nomine liberorum nepotes contineantur, dixit Menoch. *dicto consil.*328. *n.*24.Fusar. *dicta quæst.*327.*n.*31.*&* 32. Et ex his fuit conclusum, non esse locum repræsentationi quoad substitutionem, de qua agitur; sed solum patruum admittendum esse, exclusis nepotibus, fratris prædefuncti liberis: provt hodie patruus bona illa possidet absque ulla controversia nepotum.

Quod autem superiùs dicebamus, indistinctè lo- 20 cum esse repræsentationi quando agitur de fideicommisso instituto ab ascendente, non transit sine difficultate. Nam plurimi maximæ authoritatis Doctores censuerunt, in fideicommissaria substitutione non esse inspiciendam personam gravantis, sed illam gravati atque ita cùm persona ultimo loco gravata, sit tantùm collateralis, juxta horum sententiam non ageretur nunc de substitutione ascendentis: imò de successione collateralis gravati, cujus persona inspicienda esset: & hanc sententiam amplexus fuit Fusar. *dict. quæstione* 485. *numero* 101.*versic. Ego existimo veriorem.* † Imò Bellon. jun. *loco infrà citando*, exi- 12 stimat ad hoc ut locus sit repræsentationi in fideicommissis, duo necessariò requiri. Primò, ut ille qui testamentum ordinavit, sit ascendens, vel saltem patruus, aut avunculus. Secundò, quod gravatus sit talis cui ab intestato nepos cum patruo fuisset successurus: nam si nepos non fuisset gravato successurus, quia gravatus non esset patruus, sed filius patrui: tunc verius esse dicit, non esse tractandum de repræ-

ſentatione, etiamſi fideicommiſſum relictum eſſet ab aſcendente, vt tradit Peregr. *de fideicommiſſ. articul. 21. num. 22. verſic. cum autem*, quem ſequitur Bellon. Iun. *conſil. 61. num. 5. 6. 7. 8.* vbi dicit hoc apud ſe dubio carere.

22 Non negamus attendendam eſſe proximitatem grauantis, quando mutatur linea, vel ſexus. Fuſar. *quæſtion. 484. num. 21. & 485. num. 23. circa finem.*

23 † Licèt aliàs regulariter attendenda ſit proximitas vltimi grauati: vt per Bollon. *dicto conſil. 61. num. 7.* & paſſim tenet Rota Roman. veluti *deciſ. 681. n. 2. part. 2. recent.*

24 Tamen certum eſt totam hanc quæſtionem, cuius proximitas ſit attendenda, (quæ ex ſe valde eſt intricata) dependere ex præſumpta teſtatoris voluntate, vt dicit Rot. *deciſ. 627. num. 4. part. 2. recent.*

25 † Et in effectu multi cenſuerunt attendendam eſſe proximitatem grauati, etiamſi linea mutaretur, vt notavit Fuſar. *dicta quæſtion. 484. numero 29. & ſequentibus.*

Hîc autem coniectura voluntatis euidens eſt, quod teſtator habuerit reſpectum ad perſonas grauatorum, cum ad illa verba ſuæ diſpoſitionis direxerit, dum dixit *ou leurs enfans*; Et iterum, *preferant les maſles*

26 *deſdits enfans*: † Quæ verba ſic relata ad perſonas grauatotum, faciunt vt ipſorum proximitas non autem teſtatoris ſit attendenda: vt plutibus citatis concludit Fuſar. *dicta quæſtion. 484. numero 51.* Mantic. *de coniect. lib. 8. titul. 12. num. 39. verſic. & ſi quidem teſtator dixerit.* Graſſ. *in §. fideicommiſſum quæſtion. 18. n. 5.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 20. n. 9. verſic. primus eſt cùm ex diſpoſitis.* Et *ibi* in *verſic. ſecundus caſus*, dicit ſemper inſpiciendum eſſe in quos teſtator verba ſua direxerit. Intrigliol. *centur. 3. q. 78. num. 15.*

27 Quod autem teſtator verba ſua direxerit ad grauatos, conſtat ex prædictis; & nominatim ex illis verbis, *les maſles deſdits enfans*: & illis verbis, *leurs enfans*: provt de ſimilibus verbis *lors proſſimi*, tradit Rota apud Buratt. *deciſ. 770. in principio.*

28 Sed in noſtro caſu, quæſtio illa de proximitate grauantis vel grauati ſuperflua eſt, cùm antequam ad illam deueniatur, neceſſe ſit videre, vtrùm ille qui vult admitti iure repræſentationis, fuerit vocatus: vt clarè dicit Peregr. *conſil. 41. num. 24. volum. 5. & de fideicommiſſ. articul. 20. numero 10. & 11.* Fuſar. *quæſtion. 484. num. 72.* & hoc ſuperiùs copioſè probauimus. Si igitur nepotes hoc caſu non fuerunt vocati, non eſt ampliùs tractandum de proximitate grauati, vel grauantis, neque diſputandum eſt vtrùm concurrant cum patruis; cùm hi ſint vocati, nepotes verò non ſint vocati: non igitur poſſunt non vocati cum vocatis de ſucceſſio-

29 ne ſeu proximitate contendere. † Quando enim non eſt quæſtio de conſanguinitate, ſed de excluſione propter aliam cauſam, ob quam quis ſe prætendit potiorem; veluti quod fuerit magis dilectus, aut prælatus in vocatione, tunc ceſſat quæſtio repræſentationis, vel proximitatis grauati, vel grauantis. Et ratio eſt in promptu, quia nemo poteſt repræſentare niſi veniat iure propriæ vocationis. Fuſar. *quæſt. 485. n. 72. verſic. hunc articulum*, & ſupra oſtenſum fuit.

30 Quod autem dicebatur de clauſula *in ſtirpes & non in capita*, ſatis explicatur, conſideratis verbis teſtamenti: cùm illa clauſula bis fuerit appoſita. Primò inter Thomam, & eius liberos: Secundò inter liberos liberorum Thomæ inuicem ſubſtitutos. Prima clauſula non poteſt explicari, niſi inter ipſos filios primi gradus, & liberos primi gradus ipſorum, neque protendi ad alios vlteriores in quibus adeſt ſpecialis prouiſio: & clauſula illa *in ſtirpes*, fuit inter ipſos repetita, nec de ipſis vlterioribus in primo capite vllo modo teſtator loquitur; imò ex eo colligitur intentio teſtatoris, qui ſi in primo capite voluiſſet includere nepotes, & referre ad illos prædictam clauſulam, illam non repetiiſſet in ſecundo caſu.

Ergo clauſula illa ſic debet intelligi, vt caſu quo Ioannes v. g. qui erat ex liberis primi gradus, habuiſſet vnum filium, Ludouicus verò duos, & Thomas tres, illi fuiſſent admiſſi in ſtirpes, id eſt tantum habuiſſet vnus filius Ioannis, quantum duo Ludouici; & tantum habuiſſent filij Thomæ, quantum duo Ludouici: ita vt clauſula *in ſtirpes*, fuiſſet verificata inter liberos primi gradus filiorum teſtatoris. † Nec ex eo quidquam inferti 31
potuiſſet ad ulteriorem vocationem, de quibus in illo capite teſtator non loquebatur: & ita clauſulam illam interpretata fuit Rota *dicta deciſ. 507. num. 13. part. 2. recent.* Peregr. *conſil. 49. numero 16. 17. & 18. lib. 5. & conſil. 65. numero 31. lib. 1.* Fuſar. *dicta quæſtione 485. num. 75.* vbi explicat mentem Peregr. dicens: † Quod per clauſulam illam, 32
in ſtirpes, &c. non inducitur vocatio plurium perſonarum, quàm vocatæ eſſent ſine ea: & ſic quod non ſit alteratio gradus, ſed diſpoſitio continet eoſdem gradus, provt contineret ſi illa clauſula poſita non eſſet: & ideo per illam clauſulam diſpoſitio teſtatoris reſtricta ad liberos primi gradus Thomæ in primo capite ſubſtitutionis, non eſt extendenda ad nepotes, de quibus in ſecundo capite: præſertim quia illis per repetitionem illius clauſulæ in dicto ſecundo capite expreſſæ, fuit ſpecialiter prouiſum.

CAPVT C.

Dos à patre profecta ad patrem redire debet: ſed ſi filia præmoriatur, ſuperſtite marito, & liberis, dos à patre aufertur, & liberis applicatur: ſed quando maritus præmoritur, & poſtea vxor; dos ad patrem redit, excluſis liberis, nec hoc caſu conſuetudini Martini locus eſt. Eadémque ratione dos redit ad patrem, ſi maritus ſuperſtite vxore & liberis præmoriatur; illam tamen dotem ad ſe reuerſam pater minuere non poteſt. Sed ſi actio dotis ſit propria ipſius filiæ, veluti ſi ſit emancipata, aut ipſa patre præſente, & conſentiente dotem ſibi reſtitui fuerit ſtipulata, ius reuerſionis ceſſat. Idem ſi pater ſit decoctus, quia pro mortuo reputatur: & his caſibus filia præfertur paternis creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Si filia moriatur ante patrem, ſuperſtite marito, & liberis, dos non redit ad patrem; ſed liberis acquiritur, ex conſuetudine Martini.*

2 *Si*

2 *Si maritus præmoriatur, & postea uxor, dos redit ad patrem, exclusis liberis.*

3 *Marito præmortuo, superstitibus vxore, liberis & patre vxoris, dos ex veriori sententia redit ad patrem.*

4 *Pater dotem ad se reuersam non potest minuere, vel alienare.*

5 *Hæc procedunt tam in dote promissa, quàm soluta.*

6 *Dos ad patrem reuersa remanet adhuc dos, & habet dotis priuilegia.*

7 *Ampliatur siue dos consistat in specie, siue in quantitate: quia vtroque casu dominium illius non transit ad patrem.*

8 *Virùm filia habeat hypothecam pro dote ad patrem reuersa, difficilis est quæstio.*

9 *Qui non potest dotem, aut rem aliam alienare, non potest hypothecare.*

10 *Ex verbis contractus colligitur, vtrùm dotis actio sit propria filiæ.*

11 *Pater filiæ dotis causa donare non prohibetur, licèt in eius sit potestate.*

12 *Quando filia dotem sola stipulatur, efficitur patrimonium filiæ, & nepotes illam in legitimam aui non tenentur imputare.*

13 *Dotis recognitio facta ad vtilitatem vxoris, arguit dotem illius esse propriam, & actionem pro dote soli filiæ competere.*

14 *Pater diuestiendo se de dote, & filiam inuestiendo, & illam constituendo procuratricem irreuocabilem, censetur consensisse vt actio dotis illi soli acquireretur.*

15 *Reditus annui filiæ ad eius vtilitatem constituti, sunt fundi dotales.*

16 *Pecunia dotalis quæ ex pacto inuestienda est ad vxoris vtilitatem, est veluti fundus dotalis.*

17 *Inuestitio pecuniarum facienda ad beneplacitum filiæ, illi soli actionem quæsitam esse demonstrat.*

18 *Quando actio dotis soli filiæ fuit quæsita, creditores paterni super illa nihil prætendere possunt.*

19 *Quando pater decoxit ante solutum matrimonium, habetur pro mortuo, quoad dotis restitutionem: & ideo non illi, sed filiæ dos restituenda est, quamuis filia non fuisset sola stipulata.*

20 *Quando filia est emancipata, dotis actio non quæritur patri, sed filiis, quæ de dote illa ad libitum disponere potest: nec in ea ius aliquod quæsitum est paternis creditoribus.*

21 *In foro interiori ius quærendum non potest in præiudicium creditorum repudiari; sed in foro exteriori valet repudiatio.*

22 *Ampliatur vt procedat etiam postquam dies debiti cessit; quia ius non dicitur quæsitum patri, nisi post acceptationem.*

23 *Quando ius quærendum repudiatur, perinde est ac si nunquam dominium fuisset quæsitum.*

24 *Pater emancipans filium, non potest molestari à suis creditoribus sub eo prætexu, quod talis emancipatio facta fuerit in fraudem ipsorum.*

25 *Lucrum à lege delatum repudiari potest, quamuis inde damnum creditorum contingat.*

26 *Quando stipulatio dotis restituendæ fuit per patrem ad sui vtilitatem interposita, ius est illi quæsitum & radicatum, ita vt pater non possit illi renunciare in præiudicium suorum creditorum.*

27 *Cessante pacto dotis ad patrem deuoluendæ, imò stipulatione per filiam nomine suo, & ad vtilitatem suam interpositâ de consensu patris, nullum ius patri, nec paternis creditoribus acquiritur, sed restitutio dotis soli filiæ facienda est.*

28 *Explicatur* decis. *Capicij Latro* 34. *per totam, ibidem.*

IN contractu matrimonij pater filiæ suæ, & pro ea eius marito summam viginti millium scutorum dotis nomine promisit, soluendam modis & formis in dicto contractu designatis: & nominatim in quodam annuo censu 11177. scutorum, cum promissione reinuestiendi summas per maritum recipiendas: fuitque expressè conuentum quod bona in quibus fiet reinuestitio erunt dotalia, & maritus promittit recognoscere, provt ex tunc recognouit ad vtilitatem suæ vxoris, summas per eum exigendas, illásque promittit restituere dictæ suæ vxori, aut suis, & aliis, quibus restitutio debebit fieri in omnem casum & euentum restitutionis, & repetitionis dotis.

Creditores patris, mortuo marito, relictis liberis 1
& vxore superstite, prætendebant dotem ad patrem reuersam, sibi hypothecatam esse, & viduam nihil de ea consequi posse, nisi solutis debitis paternis.

Regula quippe generalis est quod dos à patre profecta, quæ ad patrem redire debet, iuxta *l. dos à patre, Cod. solut. matrimon.* ab eo aufertur & applicatur liberis, si filia præmoriatur patri, superstite marito, & communibus liberis, ex consuetudine Martini, de qua Thesaur. *decis.* 190. *per totam.* † Sed 2
quando maritus præmoritur, & postea vxor; dos à patre profecta ad eum redit, exclusis liberis, nec dictæ consuetudini locus est. Thesaur. *decis.* 138. *per totam.*

Sed ille non est casus noster, cùm filia adhuc viuat 3
cum liberis superstitibus; nihilominus tamen isto etiam casu, dotem ad patrem redire, neque vxori aut liberis esse restituendam, receptius videtur, quidquid Ias. & alij in contrarium dixerint: vt notauit Anchar. *consil.* 349. *de iure communi, in princip.* Alexand. *in l. post dotem* 41. *num.* 25. *ff. solut. matrimon.* Barbos. *in eadem l. num.* 49. Surd. *consil.* 206. *num.* 28. *& 29.*

Sed quamuis præmissa vera sint, non est tamen 4
existimandum, creditores paternos in summis notabilibus concurrentes, viduæ præferendos esse: quia licèt dos ad patrem reuertatur; ipsam tamen minuere, aut quouis modo eius conditionem deteriorem facere non potest, *l. cùm à socero, Cod. de iur. dotium, Authent. sed quamuis, Cod. de rei vxor. act.* † Cuius dispositio locum habet tam 5
in dote soluta, quàm promissa. Pascal. *de patr. potest. part.* 1. *in allegation. post cap.* 4. *numero* 89. 95. *& 96.* † talísque dos ad patrem reuersa remanet adhuc dos, & retinet priuilegia dotis: per text. *in l. si socius pro filia, versicul. quod si* 6
salua societate, ff. pro socio, vt post plures tenuit Rota *decision.* 156. *num.* 2. *& 7. part.* 2. *diuersorum.* † Vbi dicitur hoc habere, locum siue dos 7
consistat in specie, siue in quantitate; vtroque enim casu dominium dotis non transit in patrem, nec cum bonis eius confunditur, nec à patre potest alienari, vt etiam probatur per text. §. *quia verò, in Authent. de æqualitate dotis*, quem ad hoc ponderat *dicta decis. n.* 7. & optimè ostendit

Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 82. *n.* 6. *uſque ad* 15. & tenuit Gloſſ. 1. *in l. rem quam* 22. *Cod. de iur. dot.* Iaſ. *in rubric. ſolut. matrim. n.* 12. per dictam *Authent. ſed quamvis, Cod. de rei uxor. action.* & *ibi* Salicet. & alii DD. communiter.

8 Quo ſic præſuppoſito, ceſſat illa quæſtio de qua Theſaur. Jun. *lib.* 3. *q.* 72. ubi diſputat, utrùm filia habeat hypothecam ſuper bonis paternis pro dote, quæ ad patrem reverſa eſt, ob mortem mariti: & quæ tradit Rota *deciſ.* 299. *num.* 6. *part.* 6. *recent.* ubi dicitur filiæ hoc caſu non dari viam executivam contra patrem vigore ſui inſtrumenti matrimonialis, ſed ſolùm ludicis officium.

9 Quia ſufficit, quod pater non poteſt dotem illam ad ſe reverſam diminuere, nec per conſequens hypothecare: ex doctrina Bartoli *in l. in quorum, ff. de pignorib.* Neguſant. *de pignor. 2. part. membr. 2 num.* 31. Oddo *de prohib. alienat. quæſt.* 20. *n.* 220. Fuſar. *q.* 703. *num.* 2.

10 Et ut res clarior evadat, attendenda ſunt verba contractus, ex quibus apparet, manifeſtè patrem voluiſſe quod actio dotis propria eſſet ipſius filiæ, juxta Ca-
11 ſtrenſ. *conſil.* 11. *num.* 1. *verſic. hoc autem, lib.* 1. † donationem quippe ex cauſa dotis filiæ factam ſuſtineri certum eſt; & probatur per text. *in l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. erciſcund.* Bald. Novel. *in tractat. de dote, part.* 6. *privileg.* 80. & hoc fundamentum elidit omnes authoritates & deciſiones quæ in con-
12 trarium afferri poſſent. † Quia hoc caſu dos exit ex patrimonio patris, & efficitur proprium patrimonium filiæ, ita ut eam nepotes non teneantur imputare in legitimam avi, matre ante patrem ſuum prædefunctâ. Duran. *deciſ.* 231. *n.* 21. Cancer. *part.* 1. *cap.* 3. *n.* 62. & ſoli filiæ hoc caſu datur actio ſine patris interventu, pro obtinenda reſtitutione dotis. Surd. *conſil.* 206. *n.* 21. *& ſequentib.*

13 Dictæ autem dotis donationem factam cenſeri filiæ, probatur ex eo, quia maritus dotem receptam & recipiendam recognoſcens, ſignificavit ſe id facere ad utilitatem uxoris, cui recognitioni ad utilitatem filiæ factæ pater conſenſit per ſuam præſentiam: & ideo dotem filiæ donaſſe cenſetur, cùm verba illa *ad utilitatem uxoris*, appoſita ſint in clauſulis diſpoſitivis, & ſubſtantialibus contractus: quidquid aliud eſſet ſi reperirentur in clauſulis executivis, prout in caſu *deciſ.* 708. *num.* 2. *part.* 1. *in recent.* & quando ſola filia ſtipulatur conſentiente patre, totam dotis actionem ad filiam pertinere, probat Surd. *dicto conſil.* 206. *n.* 24. *& ſequentibus.*

14 Addatur præmiſſis, quod pater annuos reditus filiæ dotis nomine aſſignando, ſeipſum diveſtivit, & filiam inveſtivit, conſtituendo eam veram dominam & procuratricem irrevocabilem in rem ſuam, ponendo eam, & ſubrogando in locum ſuum, cum promiſſione evictionis; & ſic à ſe abdicavit totam actionem dotis, eámque filiæ donavit, juxta *dictam l. Pomponius Philadelphus*, & per conſequens totum jus à ſe abdicavit. † Præcipuè quoad cenſus & reditus an-
15 nuos, qui fuerunt effecti fundi dotales, ut dicit Theſaur. jun. *lib.* 3. *quæſt. forenſ.* 72. *num.* 19. *verſic. ſi verò fuerit.*

16 Et licèt iſta ratio videatur duntaxat concludere quoad cenſus illos annuos, qui pro immobilibus habentur; tamen idem dicendum eſt & in pecunia dotali, ſtante pacto expreſſo quod ipſa inveſtiretur in emptionem ſtabilium: hoc enim caſu pecunia res immobilis cenſetur. Lovet. *litera P. num.* 47. *in annotat.* Gratian. *diſcept.* 943. *num.* 15. Burat. *deciſ.* 474. *n.* 3. † Maximè quia inveſtitio fieri debebat ad beneplacitum filiæ, quod oſtendit patrem voluiſſe filiæ jus eſſe quæſitum. Burat. *deciſ.* 471. *num.* 12. ubi quia fuer at dictum, *ad beneplacitum*, prout hîc, verba illa explicanda ſunt pleno jure, & totaliter. † Si igitur filiæ 18
jus fuit quæſitum, ſequitur creditores paternos nihil ſuper illa dote prætendere poſſe, ex notatis potiſſimùm per Surd. *dicto conſil.* 206. contra quod licèt ſcripſerit Marta *de ſucceſſion. legali, part.* 1. *quæſt.* 21. *artic.* 2. quoad caput collationis ſeu imputationis per nepotes faciendæ; non tamen negat, quod ſi ſtipulatio reſtitutionis dotium facta, ſit ad beneficium ipſius filiæ, vel quod ipſa de conſenſu patris fuerit ſtipulata, vel pater ſtipulatus fuerit pro dicta ſua filia, & nepotibus ex ea; actio quæſita fuerit filiæ, & dos in totum ad ipſam pertineat, abſque eo quod pater ſuper ea quidquam prætendere poſſit, ut *ibidem* notat *num.* 9. plures alios allegans, qui brevitatis causâ omittuntur.

Sed ut omnis tollatur difficultas, proponitur ratio 19
potentiſſima favore viduæ, nempe quod pater ipſius decoxit, & ante ſolutum matrimonium per mortem mariti jam erat decoctus, propter magnum æs alienum quo erat obnoxius diverſis creditoribus: unde in terminis repetitionis dotis, perinde eſt ac ſi naturaliter mortuus eſſet, nec dos ei reſtituenda eſt, tanquam illam conſumpturo, *l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore*, ubi Gloſſ. *ff. ſolut. matrim.* Caſtrenſ. *dicto conſil.* 11. *n.* 2. *volum.* 1. Rota *deciſ.* 708. *n. ultim. verſic. nec valet obiectum, part.* 1. *recent.* quæ eſt repetita *deciſ.* 226. *part.* 4. *recent.* quam ſequitur & exornat Ricc. *in collect. part.* 8. *collect.* 3277. Viſel. *in verb. adminiſtrator, concluſ.* 56. *n.* 69. ad Afflict.

Denique deductum fuit aliud fundamentum peti- 20
tum ex emancipatione filiæ per patrem facta; quæ facit ut actio & obligatio dotis quæratur ſoli filiæ, & in ea conſolidetur, nec patri jus quæratur in totum, vel in parte: ut dicit Gomeſ. *ad l.* 50. *Tauri, num.* 28. quia conſenſus patris facit, ut filia de dote liberè diſponere poſſit, *l.* 2. *§. ſi voluntatem, ff. ſolut. matrim. l. non ſolùm. ff. eodem tit.* Alex. *conſil.* 135. *n.* 3. *ante medium, lib.* 2. Gratian. *c.* 882. *n.* 25.

Dictáque emancipatio non poteſt dici facta in 21
fraudem creditorum, cùm de jure liceat ſaltem in foro exteriori (quidquid ſit in foro conſcientiæ) repudiare rem, vel lucrum alicui delatum, *l. quæ autem 6. verſic. proinde, ff. quæ in fraud. credit.* † Quod pro- 22
cedit etiam poſtquam dies debiti ceſſit, quia jus non fuit quæſitum patri, niſi imperfectè & revocabiliter ante acceptationem, & ſub tacita conditione, niſi repudietur: † Vnde cùm poſtea repudiatur, fingitur 23
non eſſe quæſitum dominium, *l.* 1. *verſic. utrùm autem, ff. ſi quid in fraudem patroni.* Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 4. *num.* 8. & nos diximus ſuprà *cap.* 57. *num.* 16. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæſt.* 49. *num.* 17. *&* 18. & maximè *n.* 28. *& ſequentibus*, † ubi benè 24
oſtendit patrem emancipantem filium non poſſe moleſtari à creditoribus, ſub eo prætextu quod talis emancipatio patrem privet uſufructu, & id optimis rationibus comprobat uſque ad finem illius quæſtionis. † Et quod lucrum legale poſſit in præjudi- 25
cium creditorum dimitti, docet Peregr. *in tractat. de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *ſub num.* 40. Vincent. de Franch. *deciſ.* 101. quos citat & ſequitur Capic. Latro *dec.* 34. *num.* 12. *&* 13. negare tamen nolim, quin fundamentum iſtud ab emancipatione deductum, ſit valde diſputabile: ideo conſultius judicavi aliis ſuprà deductis rationibus præcipuè niti.

Ita ut tantùm abeſt ut illa deciſio, quæ contra vi- 26
duam opponebatur, illi noceret, quin potiùs pro ipſa

faceret, tam in *num.* 13. quàm alibi: quia præsupponit ius esse creditoribus paternis quæsitum, quando dos ad patrem deuenire debebat vigore pacti & stipulationis; nec ibi loquitur de patre decocto: † Et sic vult quod cessante pacto dotis ad patrem deuoluendæ, nullum ius illius creditoribus competat: at in casu nostro, nullum adest pactum fauore patris; imò promissio & stipulatio dotis restituendæ facta fuit ad vtilitatem filiæ; & per consequens creditores paterni nihil super illa dote prætendere possunt. Et ita in Rota Auenionensi fuit iudicatum, provt in decisione sequenti.

Decisio Rotæ Auenionensis.

IN causa discussionis generalis bonorum Domini Caroli N. ciuis Auenionens. coram Nobis in Rota pendente, fuit inter cæteras hæc potissimùm agitata quæstio, an fuerit locus reuersioni dotis profectitiæ ad patrem soluto matrimonio per obitum viri, superstite socero, habente filiam viduam in potestate. Factum tale est.

Anno 1630. & die 30. Nouembris, D. Carolus constituit in dotem Domicellæ Magdalenæ filiæ suæ, & pro ea eius marito summam viginti millium scutorum; quam quidem summam dictus Dominus Carolus promisit soluere, nimirum mille de præsenti in pecunia numerata, vndecim millia in remissione cuiusdam census siue capitalis similis summæ, constituti super Diœcesi Vticensi in Prouincia Occitana, residuum verò in pecunia numerata, dilatis solutionibus in certos annos reinuestienda in fundis per patrem. Dictúsque maritus promisit recognoscere, provt ex tunc recognouit super omnibus suis bonis præsentibus & futuris, quidquid exiget & recipiet de illa dote cum pacto restitutionis vniuersæ dotis receptæ, vxori aut suis, & aliis, quibus debebit fieri restitutio in omni casu & euentu restitutionis, aut repetitionis dotis.

Euenit quod anno 1640. obiit idem maritus ab inteſtato, relictis liberis, & superstitibus dicta coniuge & socero, nondum soluto residuo dotis per eundem, qui de tempore talis obitus contrubauerat, & facto concursu per illius creditores, ad eorum instantiam omnia eius bona erant pignorata.

Insurgunt creditores pro solutione summarum sibi debitarum, quorum aliqui sunt anteriores in hypotheca dicta vxore, alij posteriores: vtrique prætendunt se potiores dote eiusdem Magdalenæ: de antetioribus non fuit quæstio, vulgata regula qui potior est tempore, non obstante priuilegio dotis, cùm mulier habens expressam hypothecam posteriorem, non præferatur habentibus expressam priorem; DD. & Gloss. 2. in *l. assiduis, Cod. qui potior. in pign.* & *ibi* communiter DD. Trentacinq. *variar. resol. lib. 3. de pignor. & hypoth. resolut. 9. num. 4. & sequentib.* difficultas fuit ratione posteriorum qui hypothecam tantùm habent super Bonis eiusdem patris post dictum contractum matrimonij; an sint ipsi potiores dicta Magdalena, tam super bonis restantibus dicti Caroli patris, quàm super illo censu remisso super Diœcesi Vticensi.

Quod dubium fuit sæpiùs propositum, & quidem pro creditoribus allegabatur, dotem à patre profectam, ad patrem esse reuersam, soluto matrimonio per obitum viri superstite socero, *l. dos à patre, Cod. solut. matrim.* licèt filij ex filia supersint: cùm hoc casu singulariter limitetur consuetudo Martini. Castrens. *consil. 11. numero 1. libr. 1.* Thesaur. *decis. 138. numero 2.* Honded. *cons. 75. numero 27. lib. 2.* Gabriel. *cons. 165. numero 10. lib. 2.* Barbos. *in l. post dotem 41. numero 49 ff. solut. matrimon.* Rot. *decis. 708. num. 4. part. 1. & decis. 299. part. 6. recent.* & apud Duran. *decis. 153.*

Et sic dicta Magdalena soluto matrimonio per obitum viri, superstite patre, fuit destituta omni actione pro repetitione dotis profectitiæ contra hæredes mariti, & multò magis contra patrem pro residuo dotis promissæ, & non solutæ: vt latè fuit discussum ac decisum in Romana dotis coram Verospio, *decis. 124. part. 4. recentior.* ac iterum in eadem causa *dicta decis. 708. part. 1.* & reproposita causa coram Vbaldo fuit tertiò determinatum, vt legitur *decis. 108. part. 4. recentior. tom. 2.* nec desunt aliæ decisiones concordantes, ex supra allegatis.

Mortuo itaque viro ante exactionem residui dotis, actio quæ viro competebat fuit resoluta, & dos in patrimonio patris consolidata, & pars dotis quæ fuit soluta viro, est eidem patri restituenda, & non filiæ: vt in *dictis decisionibus 708. & 108.* & aliis de quibus supra.

Maximè cùm hic concurrat conuentionalis reuersio, stante promissione restitutionis dotis dictæ Magdalenæ coniugi, aut suis, & aliis, quibus de iure: quo casu non attenditur ordo litteræ, sed iuris dispositio, quo cauetur dotem profectitiam ptiùs esse restituendam patri superstiti. Castrens. *dicto consil. 11. num. 2. versic. Respondeo illud procedere.* Rot. *in recent. decis. 708. num. 1. part. 1.*

Et licèt dos debeat conseruari pro secundis nuptiis, *Authentic. sed quamuis*, vbi Gloss. & Salicet. *num. 7. Cod. de rei vxor. action.* Tamen hoc non impedit quominus actio dotis sit resoluta: sed casu quo filia secundò nubat, datur contra patrem dumtaxat officium Iudicis, pro habenda eadem dote, quod nullam præsupponit obligationem, vel actionem, *l. qui per collusionem, §. 1. ff. de action. empti.* Sed remedium exequutiuum, vel actio hypothecaria denegatur filiæ. Cyn. *dict. Authentic. sed quamuis, numero 4.* Negusant. *de pignorib. 4. memb. 2. part. principal. num. 34. in fin.* & luculenter fuit discussum per Rot. *dicta decis. 108. num. 9. & sequentib.* Duran. *dict. decis. 155. num. 3. & sequentib.* Effectus enim huius reuersionis est, vt omnia sint resoluta, sicut dicimus de feudo ad Dominum reuerso: & quod per illam consolidationem omnes hypothecæ sunt sublatæ, vt bene ostendit Thesaur. *quæst. forens. 72. lib. 3. num. 15.* & illa dos efficitur de patrimonio patris, & adeo vt si filia non nubat, inter illam & fratres diuidatur pro portionibus hæreditariis, provt declarat Castrens. *dicto consil. 11. num. 2. lib. 1.* Salicet. *dict. Authent. sed quamuis, num. 1. & sequentib.*

Quibus tamen nonobstantibus, contrarium fuit conclusum per Dominos in casu de quo agitur, stante decoctione Caroli patris ante solutum matrimonium, qui ob grande æs alienum quo erat obnoxius diuersis creditoribus, contrubauerat, & hac de causa soluto matrimonio per obitum viri, dotis actionem non competere dicto Carolo patri, sed eam esse consolidatam in persona dictæ Magdalenæ, nec esse locum reuersioni dotis profectitiæ ad patrem, & proinde cessare in isto casu dispositionem *dictæ l. dos à patre, Cod. solut. matrimon.*

Quia idem Carolus quoad terminos istos restitutionis dotis, vti decoctus, habebatur pro naturaliter mortuo, nec erat ei dos restituenda, vti eandem consumpturo, *l. si cum dotem, §. eo autem tempore*, vbi

Gloſſ. *ff. ſolut. matrimon.* Caſtrenſ. *dict. conſil.* 11. *num.*2. & pro abſoluto videtur tenere Rot. *in recent. dict. deciſ.* 708. *numero* 8. *part.* 1. repetita *part.*4. *deciſ.*226. *numero* 11. *recent.* Idémque in indiuiduo tradunt Vrſel. *concluſ.*56. *num.*69. & Ricc. *collect.*3277. *in princip. part.* 8. vbi quando pater eſt decoctus, non procedit *l. dos à patre*, ſed actio dotis eſt conſolidata in perſona filiæ, ac ſi per obitum patris facta eſſet ſui iuris. Caſtrenſ. *dicto conſil.*11. *n.*1. *verſic. conſolidatur autem*, & decoctio, & mors naturalis patris in noſtris terminis æquiparatur, *dicta deciſ.*708. *num.*8.

Quæ quidem limitatio non parum exercuit mentes Dominorum, cùm *dicta deciſ.*708. repetita *in deciſ.* 226. *num.*11. *part.*4. *recent.* ſummis quod aiunt labris deguſtauerit hanc concluſionem, & eam perfunctorie deduxerit deſtituram authoritatibus & fundamentis, ac proinde ex parte creditorum opponebatur non eſſe attendendam, vti non examinantem hunc articulum, & conſequenter intrare conſil. Gabriel. 78. *numero* 17. *lib.*2. vbi firmat quod Rotæ Romanæ deciſiones non ſunt attendendæ, niſi in his quæ principaliter deciduntur in illis: quod & repetit *conſil.*126. *num.*26. *eodem libr.* patique ratione non ſuffragari doctrinas Ricc. & Vrſel. *loc. citat.* à quibus pro confirmatione limitationis prædictæ ſolummodo allegatur *dicta deciſ.*708.

Idcirco ad veterum DD. authoritates recurrere fuit neceſſe pro validiori huiuſce articuli reſolutione: adducitur ideo doctrina originalis Gloſſ. in *l.* 2. §. *quod ſi in Patris, verſic. ſui iuris*, vbi Bartol. Caſtrenſ. Alexand. & Iaſon *ff. ſolut. matrimon.* vbi licèt actio de dote profectitia ſit communis patri & filiæ in poteſtate patris conſtitutæ, vt dicitur in *dicta l.* 2. Tamen ſi pater ſit pauper, ita vt ipſam redotare non valeat, poteſt filia etiam in poteſtate exiſtens dotem exigere inuito patre, *argumento l. Imperator, ff. ad Trebellian.* Nam ſicut *ibi* dilapidatio patris facit tranſire fideicommiſſum de perſona patris in filium, damnum conditionis infligente lege, propter fraudem; ita patris inopia facit tranſire actionem de dote in filiam: hæc ſunt verba Bartoli in *dicta l.* 2. §. *quod ſi in patris, numero* 8. *in fine*, & actio dotis reperitur conſolidata in perſona filiæ, ſtante paupertate & decoctione patris de tempore ſoluti matrimonij: ſoláque filia admitti debet ad petendam dotem, etiamſi pater expreſsè contradiceret. Barboſ. *in dicta l.* 2. § *final. numero* 16. *verſic. neque repugnat.*

Hanc Gloſſam ſummoperè commendant DD. inter quos Bartol. *in l. Imperator, ff. ad Trebellian.* vbi obſeruat quod iſta Gloſſa æquiparat patrem fieri pauperem, & mori: ſequitur Ruin. *conſil.*23. *num.*14. *lib.*5. Fuſar. *de fideicommiſſ. quæſt.*519. *numero* 4. *in fin.* Idem Bartol. *in l. ſi conſtante, numero* 47. *ff. ſolut. matrimon.* vbi quando pater vxoris eſt ita pauper, quod ſi dotem perderet, non poſſet eam dotare de nouo; tunc filiæ etiam inuito patre permittitur agere ad dotis reſtitutionem. Eadem eſt pariter aliorum DD. ſententia in *dicta l.* 2. §. *quod ſi in patris*, vltra Bartol. *ibid. numero* 8. *in fin.* nempe Caſtrenſ. *numero* 9. Alexand. *numero* 7. Rip. *numero* 22. Papienſ. *form. libell. quo ag. vxor. ad dot. verſic. procuratorio nomine, num.*6. Campeg. *de dot. part.*3. *quæſt.*7. Illuſtriſſimus Dominus Argellus Archiepiſcopus Auenionenſis *in ſuo tract. de acquirend. poſſeſſion. quæſt.*8. *artic.*21. *numero* 530. *& ſequentib.* vbi ſicut per mortem patris conſolidatur actio dotis in filiam; ita & propter inopiam patris eadem actio denegatur patri, & ſoli filiæ competit, licèt ſoleat eſſe communis.

Sed optimè omnium hanc quæſtionem firmat & decidit Iaſon *in dicta l.*2. §. *quod ſi in patris, numero* 32. cujus hæc ſunt concepta verba: *Habes ex Gloſſa, quod licèt filia donec durat in poteſtate patris, non poſſit exercere actionem de dote; interim tamen ſi pater eſſet pauper, ita poteſt intentare actionem de dote propter inopiam patris, ſicut ſi ipſa eſſet emancipata, vel pater eſſet mortuus: & ſic iſta duo æquiparantur, quod filia ſit emancipata, vel pater ſit inops, & illa in poteſtate.*

Quod præſertim militat in caſu iſto, cùm pater non ſibi ſoli fuerit ſtipulatus in contractu dicti matrimonii, ubi legitur quod reſtitutio fiat dictæ Magdalenæ filiæ, aut ſuis, & aliis, quibus de jure debebit fieri: quod quidem pactum non plus operatur quàm ſimplex juris diſpoſitio. Bartol. *in l. uxorem*, §. *teſtamento* 2. *ff. de legat.* 3. Caſtrenſ. *in dicta l.*2. *dicto* §. *quod ſi in patris, num.*8. *& dicto conſil.*11. *n.*2. *verſic. reſpondeo illud procedere.* Bald. *in l. final. num.*9. *Cod. communia utriuſque iudic.* Gabriel *conſil.*58. *n.*16. *lib.*1. & clariſſimè præſupponit Rot. *dicta deciſ.*708. *part.*1. *recent.*

Ex quibus doctrinis apertiſſimè convincitur, quod ſi de tempore ſoluti matrimonii & reſtituendæ dotis conſtet de inopia & decoctione patris (prout hic) non poſſe patrem exercere actionem de dote, ſed eam reperiri conſolidatam in perſona filiæ, quæ eo caſu habebitur pro emancipata, & pater pro mortuo: ac proinde quod nimium perſtrinxiſſe videbatur Rot. *dicta deciſ.*708. tot authoritatibus ſatis fulcitum comprobatur.

Neque novum eſt, ut decoctus habeatur pro mortuo, non ſolùm in iſtis terminis repetitionis dotis profectitiæ, verùm etiam in alia & quacumque materia, ut per Rot. apud Seraphin. *deciſ.*794. *num.*17. Rot. Genuenſ. *deciſ.*1. *num.*40. *in fin.* Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloſſ.*5. *n.*329. Rot. *part.*5. *recent. deciſ.*345. *num.*6. Gait. *de credit. capite* 2. *tit.*7. *num.*2399. *&* 2421.

Quam opinionem eo magis & abſque difficultate amplexa fuit Rota, tanquam æquitate pleniſſimam, ne alioquin detur caſus quo mulier volens ſecundò nubere, non poſſit, uti dote deſtituta; & ſic ſecundum matrimonium impediatur: cùm ſit tutius rei incumbere, quàm inutili Iudicis officii implorationi: & in his terminis bene intrare videntur conſiderata per allegatos per Abbat. Panormit. *reſolut.*28. *ex n.*1. *part.*1. qui in ſpecie ponderant omninò præcavendum eſſe ne mulier remaneat indotata, & ne impediatur conſtitutio ſecundi matrimonii, contra favorem publicum.

Ceſſante itaque diſpoſitione *l. dos à patre*, potuit dicta Magdalena poſt obitum viri repetere dotem à viro receptam contra hæredes viri: & cùm ipſa fuerit proviſa de tutrice liberorum, potuit abſque alia ceſſione experiri contra patrem pro obtinenda integra ſolutione dotis ab eodem patre promiſſæ, abſque quod impetretur ceſſio ab hæredibus viri quæ de jure aliàs videretur neceſſaria: juxta *l. ſi pater, Cod. de dot. promiſſ.* & *l. ſi ſocer*, §. *Lucius, ff. ſolut. matrimon.* Franch. *deciſ.*33. *num.*1. Cùm enim ipſa ſit tutrix hæredum mariti, poteſt exercere actionem pro ſolutione reſidui dotis, etiam ſine ceſſione contra patrem qui dotem promiſit.

Nec obſtat quod potenter fuit oppoſitum pro parte creditorum, quod cùm jus iſtud reverſionis dotis profectitiæ, ſit comprehenſum ſub generali obligatione omnium furium præſentium & futurorum,

facta

facta per patrem tempore habili ad favorem creditorum, sit irrevocabile ; quia iura conditionalia è contractibus derivantia transmittuntur ad hæredes, §. *ex conditionali, Instit. de verbor. obligat.* & *l inter socerũ, ff. de pact. dotalib.* cum existentia conditionis retrotrahatur ad tempus quo contrahitur, *l. potior, in princip ff. qui potior. in pign. l si filiusfamilias, ff. de verbor. obligation.* ex eó que licèt sub pacto conditionali possint indistinctè creditores juvari, ut fusè discutit novissimè Capyc. Latr. *decis.* 34. *n.* 12. ubi decidit, quod cùm in contractu matrimonii filiæ, adesset pactum reversionis sub illis verbis, *restitutio dotis fiet cui ius & casus dederit*, non potuit pater in præjudicium creditorum qui contraxerunt cum ipso post dictam dotis constitutionem præstare consensum, ut filia sua carens liberis prædictam dotem donaret causâ mortis sorori suæ ; quia per talem consensum dotem repudiabat in præjudicium creditorum, quibus jus istud reversionis fuerat quæsitum irrevocabiliter per stipulationem paternam, *d. ct. §. ex conditionali.*

Respondetur enim in istis conditionalibus desiderari habilitatem in utroque extremo, ad hoc ut fiat retrotractio, nempe temporis à quo actus incipit, & temporis ad quod refertur fictio translatitia, *l. quoties ff. de novat. l. post quam ff. ut legat. nom. caveat. l. Titius ff. quæ res pign.* Cost. *de retrotract. cap. 7. per tot.* Ideo cum de tempore quo reversio competebat patri ex iuris dispositione, propter decoctionem pater habeatur pro mortuo, consequenter habetur pro inhabili ad acquirendum, & respectivè transferendum jus illud reversionis ad favorem creditorum: resoluto enim jure ejus à quo quis causam habet, resoluitur quoque ius ipsius, *vulgata l. lex vectigali ff. de pignoribus.* Bald. Salicet. & Castrens. in *l. Præses provinciæ, Cod. de servit. & aqu.* & *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.*

Præterquam quod in casu dictæ decisionis Capic. Latr. interveniebat factum hominis ; in nostro solum ministerium hominis, extinguens ius illud reversionis propter decoctionem : ideóque nulla fuit habita ratio emancipationis factæ per patrem pendente lite, & formato concursu, uti factæ in fraudem creditorum. Honded *consil.* 32. *num.* 10. & *sequentibus, lib.* 1. Cyriac. *controvers.* 429. *per tot.* & Domini non dubitabant quin ageretur de iure quæsito, licèt sub pacto conditionali, ex superius adductis, si pater fuisset habilis de tempore soluti matrimonii : fuit namque ius quæsitum sub tacita legis conditione, nisi de tempore soluti matrimonii interveniret suspicio patris dotem consumpturi, multò magis necessaria dilapidatio pro solutione æris alieni, prout hîc ; pro quibus faciunt ea quæ adducuntur eleganter per præfatum Illustrissimum Archiepiscopum Avenionensem *dicto tractat. de acquir. possess. art.* 8. *quæst.* 22. *n.* 581.

Alia allegara pro parte creditorum possent sibi locum vendicare, quando inopia patris de tempore quo restitutio dotis fieri debet, nondum supervenit ; sed solùm post factam eius exactionem, quo casu solutio facta patri cùm sit legitima, ut innuit Gloss. supra citata in *d. §. quod si in patris, & ibi* Rip. *n.* 22. Intrat quæstio an mulier vidua pro repetitione dotis præferri debeat super bonis patris eius creditoribus, qui medio tempore contraxerunt ; de qua quæstione apud Thesaur. *quæstione forens.* 72. *lib.* 3. ubi controversia non fuit visa absque magna difficultate, quæ tamen cessat ex decisionibus Rotæ Roman. *suprà* allegatis, ex quibus mulieri volenti secundò nubere denegatur hypotheca super bonis patris, & solum ipsi competit officium Iudicis, ut supra firmatum fuit.

Ex quibus & aliis hinc inde oppositis utraque parte informante fuit decisum ad favorem dictæ Magdalenæ filiæ, & in sequelam fuit collocata in sententia discussionis bonorum patris, iuxta gradum suæ hypothecæ de tempore contracti matrimonii.

INDEX

INDEX

Eorum omnium quæ in hoc libro Quæstionum Civilium continentur.

A

Acceptatio.

ACCEPTANDO hæreditatem sine inventario, electus tenetur ad onera sibi per eligentem imposita. cap. 50. numero 39. p.110

Acceptatio legati facta sub qualitate hæredis cum beneficio inventarii, non onerat hæredem ultra valorem bonorum. c.80.n.26. p.184

Accessorium.

Accessorium non omninò cohærens suo principali (in actibus translativis) & quod ab eo dividi & separari potest, non continetur. cap.84. num.3. pag.190

Accidens.

Accidens non mutat naturam rei, nec impedit quominus ipso sublato res redeat ad pristinam naturam. Ideo clausum ad tempus, finito tempore perinde est, ac si nunquam clausum fuisset. capite 94. num.15. p.210

Accollatio.

Accollatio habet vim solutionis inter accollantem, & eum ad cujus exonerationem fit accollatio. cap.9. num.3. p.17

Per assumptionem debiti alieni absente creditore factam, non extinguntur hypothecæ. cap.9. num.2. pag.17

Qui alienum debitum in se assumit, tenetur soluere eodem modo, quo primus debitor, ad cujus exonerationem sese obligavit; & in eadem moneta. cap.9.n.4. p.17

Omnia onera transferuntur in eum, qui alienum debitum in se assumpsit. c.9.n.5. p.17

Assumens in se alienum debitum, subrogatur in locum primi debitoris. c.9.n.6. p.17

Assumptio seu accollatio alieni debiti constituit partem pretii. ibid. n.7. p.17

Assumens alienum debitum multò magis obligatur si promiserit relevare, & indemnem servare primum debitorem, cum clausulis amplissimis. cap.9. n.10. pag.17

Acquirens.

Primus acquirens feudum vel emphyteusim, potest bona illa creditoribus obligare, aut aliàs de illis disponere. c.80.n.1. p.183

Intellige si acquisitio facta fuerit titulo oneroso, & ex re & pecunia acquirentis; secùs si lucrativo. cap.80.n.2. p.183

Primus acquirens non potest fundare capellam de fructibus prædii emphyteutici. c.80.n.14. p.183

Si tamen bona propria æquivalentia reliquerit, fundatio subsistit usque ad concurrentiam illorum bonorum. c.80.n.15. p.183

Acquisita.

Acquisita per hæredem ex fructibus, ad ipsum jure proprio pertinent. c.77.n.8. p.73

Potest tamen testator mandare, ut fructus investiantur ad utilitatem fideicommissi. cap.77. num.9. pag.173

Actio.

Actio omnis quæ competit respectu rei, tollitur re peremptâ. c.31.n.33. p.67

Actio ex testamento dirigi non potest adversùs bona per ipsum testatorem vita durante alienata. c.33. num.5. p.71

Si lata fuerit sententia in favorem actoris in actione redhibitoria, potest actor ab illa sententia recedere, & ea non uti, etiam invito reo condemnato. cap.66.n.11. p.153

Actori quod licet, reo denegari non debet. cap.66. num.2. p.153

Adimplementum.

Quando ex utraque parte contrahentes aliquid adimplere debent, inspiciendum est quis prior adimplere teneatur. c.16.n.9. p.29

Exceptionem non implementi opponere nequit, qui ex non implemento damnum non patitur. cap.16. num.11. p.29

Ab exceptione non implementi tacitè recedi potest. cap.16.n.12. p.29

Aditio.

Aditio hæreditatis est actus qui unico temporis momento expenditur. c.58.n.12. p.137

Hæreditas post aditionem non est amplius hæreditas, sed proprium hæredis patrimonium. c.58. n.13. p.137

Adjutorium.

Pactum de adiuvando Dominum in casum matrimonii filiarum, debet intelligi in casum paupertatis Domini, & in subsidium. capite 65. numero 6. pag.152

Quid si feudum acquirat Ecclesia, quæ liberos habere non potest. ibidem. n.10. p.152

Hoc non procedit quando certa & limitata summa fuit promissa; nam hoc casu solui debet, etiamsi Dominus non egeat. ibid.n.7. p.152

Cessante pacto, & inspecto solo jure communi, ista subventio non debetur Domino. cap.65. num.11. pag.152

Vtrùm debeatur ista subventio pro maritanda filia spuria, vel illegitima, concluditur negativè. c.65. num.12. p.152

Administrator.

Administrator particularis tenetur duntaxat reddere rationem de administratis, nec tenetur librum conficere. c.68.n.1. p.157

Qui

Rerum & Verborum.

Qui non accessit ad administrationem omnia gesturus, non tenetur nisi de administratis. cap.58.n.3. pag.157

Qui agit contra administratorem particularem, tenetur probare in specie quid per eum fuerit administratum. c.68.n.4. p.157

Vtrùm quis fuerit generalis administrator, probatur ex lectura mandati. c.68.n.5. ibid.

Generalis & libera administratio non censetur alicui concessa, nisi id in mandato exprimatur in specie. c.68.n.6. p.157

Advocatus.

Advocatus potest contrahere cum Cliente de re in judicium non deducta. c.68.n.9. p.157

Advocatus potest emere à Cliente, aut ab eo donationem omnium bonorum accipere; licèt in illis aliqua sint litigiosa.c.68.n.10. p.157

Ædificare, Ædificium.

Ædificare quilibet potest in solo proprio,etiam cum incommodo vicini, nisi constituta sit servitus altiùs non elevandi. c.88.n.30. p.199

Ampliatur hoc procedere, quamvis per tale ædificium claudatur fenestra vicini, nisi constituta fuerit servitus altiùs non tollendi. cap.88. num.31. pag.199

Relicto spatio duorum pedum juxta vicini domum ædificari potest. ibid.n.32. p.199

Duo pedes an mensurandi sint à pariete, vel à loco ubi cadit stillicidium. c.88.n.33. p.199

Ædificia facta ad usum Castri, in loco vicino restituenda sunt per Dominum retinere volentem. capite 75. n.18. p.171

In dubio non præsumitur ædificium fieri ad æmulationem. c.88.n.25. p.199

Æqualitas.

Æqualitas dubii in monetis, non est ratio adæquata validitatis pacti redemptivi in certa specie. c.2. num.43. p.7

Æstimatio.

In casibus in quibus pro legato facto in pecunia solvi potest æstimatio, illa debet solui juxta tempus testamenti. c.13.n.14. p.24

Amplia,etiamsi testator dixerit diem solutionis: contra Thesaur.Iun.ibid.n.15. p.24

Amplia ut procedat, etiam in legatis conditionalibus, vel in debitis annuis. cap.13.numero 16. pag.24

Æstimationem præcedere debere, quando nulli alii licitatores concurrunt, & adjudicatio fit ipsi creditori, nonnulli existimant. capite 28. numero 1. pag.57

Contrarium tamen verius est, & tenet liberatio, si debitor non probet læsionem ultra dimidium iusti pretii. c.28.n.2. p.57

Datio in solutum pignoris ipsimet creditori extraiudicialiter facta, non valet,nisi sub vera æstimatione facta fuerit: secùs si judicialiter, & in incantu publico.c.28.n.7. p.57

Æstimatio fundi in solutum pro dote dati, si nulla præcedat certæ summæ in pecunia promissio,censetur duntaxat facta ut verus valor sciatur; non ut dominium in maritum transferatur. c.52.num.13. pag.116

Æstimatio tacitè facta dicitur, quando dantur in solutum res, quæ consistunt in pondere, numero & mensura. c.52.n.14. p.116

Quando res particularis cum universitate alienata redimitur,non debet æstimari prout separata, sed secundùm pretium totale venditionis. capite 91. num.20. p.207

Ætas.

Tunc dicitur habitus fuisse respectus ad solam ætatis prærogatiuam, quando testator simpliciter vocauit maiorem natu ex aliquo genere,& habitâ consideratione certi gradus,& lineæ,veluti primogenitorum. c.89.n.16. p.201

Alienatio.

Alienare qui prohibetur,potest nihilominus transigere, si transactio non fiat dimittendo, sed acquirendo. c.25.n.5. p.53

Quæ alienari prohibentur,præscribi non possunt. capit.25.n.13. p.54.

Limita, nisi agatur de præscriptione 30. vel 40. annorum; tunc enim possunt talia bona præscribi. c.25.n.14. p.54

Præscriptio immemorialis, nec in expressa, nec in tacita alienationis prohibitione comprehenditur.capit.25.n.15. p.54

Alienatio bonorum super quibus vxor consignata est, adeo nulla est, vt nec iuramento confirmetur. c.30.n.3. p.62

Alienationes patris voluntatiæ, & quæ non sunt onerosæ, non nocent legitimæ liberorum. cap.35. num.16. p.75

Alienatio ex quibus dicatur voluntaria. cap.35.n.17. pag.75

Alienatio non est onerosa nisi lucrum & onus ex vtraque patre æqualitatem contineat. cap.35. num.8. pag.75

Alienatio non minuit legitimam, quamuis pro parte esset lucratiua; sed debet esse in totum onerosa, vt præiudicet legitimæ liberorum. cap.35.num.19. pag.75

Alienatio facta per vxorem non potest præiudicare marito quoad fructus illi debitos. cap.40. num.6. pag.83

Si mulier spem restitutionis suæ dotis alienauerit, talis alienatio effectum sortitur, soluto matrimonio, si dos ad mulierem reuertatur. capit. 40. numer. 8. pag.83

Alienationes primæ imputantur hæredi grauato in detractiones.c.46.n.3. p.95.

Quæ sit differentia inter alienationem hæredis grauati, & alienationes seu obligationes mariti in præiudicium hypothecæ vxoris. cap. 46. num.13. pag.96.

Alimenta.

Alimentis futuris cum decreto Prætoris, & pro euidenti vtilitate renunciari potest. capit.30. num.13. pag.63

Alimenta sine temporis præfinitione relicta, debentur pro toto vitæ tempore. capit.38. numero 4. pag.80

Obseruantia consideranda est in materia alimentorum. c.38.n.9. p.80

Mater alimenta filio pietatis intuitu donasse censetur, nisi protestata fuerit. capit. 38. numero 10. pag.80

Mater administratrix bonorum filij censetur ei donasse alimenta in eo, in quo excedunt fructus bonorum. c.38.n.11. p.80

Per alimentorum præstationem sors principalis non debet diminui.c.38.n.12. p.80

Mater, & successiuè frater tenetur ad alimenta iure sanguinis. c.38.n.13. p.80

Alimenta non taxata debentur ad ratam fructuum: secus est si certa & determinata summa fuerit promissa. c.63.n.8. p.152

Allodium.

Allodium quid sit. c.41.n.23. p.88

Explicatur

Index Posterior,

Explicatur differentia inter prædia merè allodialia, servilia, & franca, seu franco modo, vel in feudo franco possessa. c.41.n.22. p.87

Alluvio.

Alluvionis jus non potest competere iis quibus prædium limitatum concessum est. c.71.n.1. p.163

Alluvio non mutat confines territoriorum, nec parochiarum, quando sunt limitati. c.71.n.2. p.163

Alluvio utrum mutet terminos jurisdictionum. Remissivè. c.71.n.3. p.163

Si agri non sint limitati, quod alluvione quæritur pertinet ad prædium vicini jure gentium. cap.71. num.4. p.163

Officiales Principis jure prætendunt incrementa alluvionis, si talis sit consuetudo. c.71.n.5. p.163

Si Dominus loci incrementa alluvionis possideat, præsumuntur feudalia. c.71.n.16. p.164

Alternativa.

Alternativa dictio resoluitur in conjunctam, quando post promissionem restitutionis faciendæ in iisdem speciebus monetarum, adjecta est clausula, *eiusdem vel non minoris bonitatis intrinsecæ, vel extrinsecæ*. c.17.n.17. p.31

Si alternativa non resolveretur in conjunctâ in prædicta promissione restituendi easdem species eiusdem bonitatis intrinsecæ, vel extrinsecæ, oriretur magna inæqualitas inter creditorem & debitorem in præiudicium ipsius creditoris. c.17.n.19. p.32

Alternativa habet vim copulæ, ne sequatur correctio in eodem instrumento. c.18.n.3. p.33

Alveus.

Alveus qui fit ad littus fluminis publici, privatus est, non publicus. c.48.n.3. p.100

Angelus.

Angeli doctrina in *l.1 ff. de loc. public.* explicatur. capit.59.n.5. p.139

Annus.

Annus qui datur à consuetudine vicinis retrahere volentibus, non currit nisi lapso tempore retrovenditionis convento. c.83.n.15. p.189

Antiquum.

In antiquis Iudex argumentis & coniecturis contentus esse debet. c.40.n.22. p.84

Aqua.

Aqua quando fundum alicuius est ingressa, ipse efficitur dominus aquæ, & de ea ad libitum disponere potest. c.48.n.1. p.100

Hoc procedit, sive aqua deducatur ex flumine publico, sive ex prædio, aut loco privato. cap.48.n.2. pag.100

Aqua ad flumen publicum reversa, efficitur publica per commixtionem. c.48.n.4. p.100

Nemo ius aquæ ducendæ præscribere potest, nisi doceat se illâ usum fuisse iure servitutis, non autem iure familiaritatis. c.48.n.5. p.100

Aquæ possessio non procedit, nisi scientia adversarii probetur. c.48.n.6. p.100

Iure servitutis aquam possidere dicitur, qui illam deducit opere manufacto, si tale opus factum fuerit in prædio illius contra quem prætenditur possessio. c.48.n.8. p.100

In materia aquarum attendenda est consuetudo, & temporis antiquitas. Intellige ut hîc, num.10. ut procedat, quando inferior præscripsit ius aquæ ducendæ. c.48.n.9. p.100

Quando agitur de publica utilitate, non potest impediri aquarum derivatio. c.48.n.11. p.100

Concessio aquæ facta à Principe, intelligitur sine præiudicio iurium tertii. c.48.num.12. intellige ut num.13. p.100

Quando tertio ius est quæsitum ante concessionem. ibid. p.100

Si aqua duobus sufficere potest, prima concessio non impedit quin aqua alteri etiam concedatur. c.48. num.14. p.101

Aqua dicitur sufficere duobus, quando illius usus dividi potest per tempora. c.48.n.15. p.101

Quamvis aqua duobus sufficere possit, si tamen ex restagnatione fiat præiudicium molendino superiori, non subsistit secunda concessio. cap.48.n.16. pag.101

Aquam turbidam ad impinguanda prædia nemo accipere prohibetur. c.48.n.17. p.101

Concessio aquæ generaliter facta, intelligenda est de ea, quæ supereſt deducto usu publico. cap.48.n.18. pag.101

Concessio aquæ per Principem facta, nulla est, si ex ea oriatur publicum incommodum. cap.48.n.19. pag.101

Aqua ad publicos fontes destinata, non potest pro hortorum deliciis per meatus subterraneos diverti. c.48.n.20, p.101

Aquam nemo per vias publicas sine speciali Principis licentia deducere potest. c.48.n.21. p.101

Aquam ad meum prædium cuniculo, vel fossa deducere possum. ibid.n.27. p.101

Venas aquæ in suo prædio quilibet incidere potest. ibid.n.28. p.101

Solitum aquæ cursum possum impedire per opus factum in meo prædio, si nulla servitus sit constituta. c.48.n.30. p.101

Qui est dominus fundi, est quoque dominus æquæ. cap.48.n.31. p.101

Pro aquis & fontibus dantur interdicta possessoria. cap.48.n.32. p.101

Pro aquis datur interdictum de aqua quotidiana & æstiva. c.48.n.33. p.101

Aquarium.

Aquarium quod clandestinè fieri potuit, non probat proprietatem parietis. c.88.n.11. p.198

Argumentum.

Argumentum à contrario sensu facilè retorquetur. cap.55.n.36. p.125

Argumentum à contrario sensu nunquam sumitur ad correctionem alterius partis testamenti. c.87.n.15. pag.197

Argumentum à contrario sensu debet strictè & secundùm limites verborum accipi. c.98.n.9. p.217

Ex argumento à contrario sensu non potest colligi dispositio, sed duntaxat exclusio. cap.98.num.10. pag.217

Datur medium inter excludere, & vocare. ibid.n.11. pag.217

Ostenditur quod tria specialia contra iuris dispositionem in eodem casu concurrerent, si argumentum à contrario sensu non caperetur præcisè iuxta limites verborum. c.98.n.13. p.217

Articulus iuris difficilis & intricatus æquiparatur quæstioni facti. c.53.n.27. p.119

Augmentum.

Augmenti eadem debet esse ratio & decrementi monetarum, tam quoad debitorem, quàm quoad creditorem. cap.1. num.14. pag.2. & cap.3.n.62. pag.10

Augmenti & decrementi monetarum æquale debet esse dubium. c.2.n.35. p.5

Augmentum & decrementum monetæ, stante partium conventione, dicitur evenire per accidens. cap.2.n.42. p.7

Augmentum pertinet ad liberos primi matrimonii, si ex

ex illo proveniat, in eo tantùm casu est lucrativum. c.46.n.2. p.95
Augmentum quod maritus lucratur, non capitur solùm super dote, sed etiam super omnibus bonis uxoris.c.46.n.6. p.95
Creditum seu nomen augmenti dotalis debitum marito consideratur uti res inanimata, existens in bonis mariti, ita ut illius compensatio cum dote fieri nequeat in præjudiciũ creditorum.c.46.n.10.p.96.

Authoritas.

Authoritas prò integratione requisita non potest interponi ad proprium commodum, sicut nec alia quælibet quæ præstatur ratione officii. c.63.n.18. pag.148
Authoritas patris requiritur ad integrandam personam filii in casibus in quibus patri competit usufructus.c.63.n.20. p.148
Contractus facti sine authoritate paterna, in casibus in quibus pater habet usumfructum, adeo nulli sunt, ut nec juramento roborentur.cap.63.num.21. pag.148

Aurei.

Aureorum quis fuerit valor annis 1475.& 1488.c.4. num.4. p.11
Aurei valore mutato, mutantur etiam rerum omnium pretia.c.6 n.4. p.13
Aurei æstimatio utrùm taxationis, vel demonstrationis gratiâ facta sit, variæ sunt DD. sententiæ, ex quibus bona fides ad præscribendum oritur.cap.6. num.7. p.13
Aurei in auro per sexaginta solidos æstimati, ita ut sexaginta solidi aureum in auro conficiant, quomodò solvendi. c.6.n.10. p.14
Quando conventum fuit, solutionem fieri in aureis monetæ currentis, quæ sit vis horum verborum *monetæ currentis*.c.6.n.12. p.14
Si aurei simpliciter promissi fuerint, admittitur debitor ad solvendam æstimationem: sed si promissio ad certam speciem, vel ad substantiam etiam auri referatur, auri substantia solvenda est, veluti si dictum fuerit de aureis in auro.c.13.n.2. p.22
Aureorum interpretationem Latino idiomate esse diversam,& *des escus*, gallico sermone. c.13.n.10. pag.13
Aureis Solis, aut illorum valore legato, sufficit æstimationem præstare.c.14 n.13. p.26

Aurum.

Aurum perfectissimum, sub quo titulo & quibus caractis confici debeat.c.12.n.3. p.20
Proportio auri,& argenti, quæ sit iuxta ordinationes Regias.ibid.n.7. p.21
Quando obligatio respicit certum auri pondus, illud præstandum est, aut saltem illius æstimatio tempore solutionis. c.12.n.11. p.21
Si aurum ad pondus legatum sit, non habito respectu ad speciem, debetur æstimatio temporis solutionis: si verò habito respectu ad certam speciem, sive monetæ, sive auri facti, non signati, sive auri infecti, species ista præstanda est. c.13.n.13. p.23

B

Bajulus.

BAiulus in causa sui Domini potest allegari suspectus.c.40.n.17. p.84

Baro.

Barones impropriè dici possunt, quibus competit iurisdictio civilis & criminalis, cum mero & mixto imperio; nisi & alia concurrant, de quibus ibi. cap.34. num.6. pag.73

Bartolus.

Bartolus in *l.Paulus,num.10.ff.de solut.* salvatur à contrarietate.c.17.n.8. p.31

Beneplacitum.

Beneplacitum Apostolicum in alienatione requisitum, non dicitur solemnitas formalis contractus, sed effectualis: quia potest intervenire post contractum.c.56.n.18. p.133

Bona.

Bonorum meorum appellatione continentur omnia quæ ego possideo.c.50.n.31. p.110
Bona patri donata contemplatione matrimonii, respectu nepotum dicuntur adventitia.c.55.n.1.p.223
Bona universitatis non sunt propriè communia, quia alienari possunt.c.60.n.10. p.141
Quæ sit differentia inter bona quæ publica sunt proprietate,& ea quæ sunt in usu publico. c.60.n.11. pag.141
Bona vacantia pertinent ad fiscum, si quis illo relicto hærede moriatur, necnon omnia bona herema, & à nemine possessa.c.71.n.15. p.164
Si bona possideantur per feudatarium, præsumendum est illa à Principe fuisse possessa tempore concessionis,& tradita feudatario per Principem.ibidem, num.17. p.164
Bona herema & pascua quæ non possidentur per Communitatem, seu per Dominum, præsumuntur esse Domini. c.71.n.19. p.164
Bona in locum alienatorum subrogata veniunt in restitutione fideicommissi. c.87.n.12. p.197

Bona fides.

Bona fides omninò requiritur in eo qui vult modum seu monetæ formam præscribere. c.4.n.2. p.11

Bonitas.

Bonitas monetæ intrinseca in quo consistat. c.1.n.1. pag.1.& c.2.n.30. p.5
Bonitas monetæ intrinseca debet considerari etiam in moneta imaginaria. c.1.n.2. p.1
Promissio restituendi in non minori bonitate monetæ, sonat in restitutionem earundem specierum. c.1.n.13. p.2
Bonitas extrinseca quæ dicatur.c.2.n.31. p.5
Bonitas intrinseca simul & extrinseca monetæ promitti potest in restitutione census. cap.2.num.33. pag.5
Si in eadem oratione fiat mentio bonitatis intrinsecæ,& extrinsecæ, eadem circa utramque debet esse dispositio.c.3.n.53. p.9
Quid in Gallia & Hispania circa bonitatem extrinsecam monetarum observetur. c.3.n.68. p.10

Brunus.

Bruni mens explicatur in *tract.de monet. limit.8.n.5.* & Scacc. *de commerc.* §.2.*glos.5.num.*187.& 188. c.17.num.9. p.31

Bulla.

Bulla in Cœna Domini adversùs Romanam Ecclesiam præscribi prohibet.c.25.n.20. p.54
Quo tempore cœperit hæc Bulla publicari.c.25.n.21. pag.54

Bellus.

Explicatur consilium 103. D.Ludov.Belli.c.25.n.21. pag.54

C

Caducitas.

CAducitati res subjacere non potest, cujus totum dominium est penes debitorem.c.79.n.14.p.181

Caducitas non incurritur, si filia marito in dotem constituerit bona emphyteutica, in quorum concessione ipsa fuit comprehensa, cùm sit proprium patrimonium uxoris.c.80.n.29. p.149

Cancellatio.

Cancellatio instrumenti solo verbo facta, illud destruit & evacuat.c.68.n.23. p.158

Capicius.

Capicii Latro *decisio 34.per totam*,explicatur. c.100. num.27. p.223

Castrum.

Castrum in quo nulli sunt habitatores; propriè feudum quaternatum dici non potest.cap.34.num.7. pag.73

Castri appellatione etiam territorium continetur. cap.75.n.16. p.170

Tunc maximè cum Castro vendita seu concessa jurisdictio censetur, quando concessio procedit à persona privata, secùs si à Principe. cap.84. num.14. pag.191

Si tamen conjecturæ vel probationes sint in contrarium, etiam in concessione facta à privato, non comprehenditur jurisdictio.c.84.n.15. p.191

Venditor exprimendo se vendere Castrum cum jurisdictione,si illi non comperat,tenetur de evictione,uti vendens rem ad alium spectantem. cap.84. num.17. p.191

Quando Castrum venditur tanquam quid universale cum sua jurisdictione, & pertinentiis, venit jurisdictio & alia accessoria:secus si vendatur tanquam res particularis. c.84. n.18. p.191

Cautio.

Cavere tenetur regulariter hæres gravatus de restituendo fideicommissum. c.70.n.1. p.162

Pater vel mater gravati de restituendo fideicommissum, non tenentur cavere. c.70. n.2.p.162. quod an verum sit,vide inferiùs.n.17. p.162

Cautio de fideicommissis præstandis est in usu quoad mobilia, & pecunias, non quoad immobilia.c.70. num.8. p.162

Cautio per hæredem gravatum præstanda est de bonis fideicommissi servandis, & non deteriorandis, & de dolo malo abfuturo, & de restituendo bona casu restitutionis adveniente. c.70. n.10. p.162

Cautio fideicommissi nomine præstari debet idonea, datis pignoribus, vel fidejussoribus.c.70.num.11. pag.162

Si hæres gravatus solùm afferat iuratoriam cautionem, peti potest per fideicommissarium ut mittatur in possessionem bonorum. c.70.n.12. p.162

Cautio iuratoria non admittitur, quando alio modo partibus potest esse consultum, veluti per depositum, vel aliis modis.c.70.n.13. p.162

Quod dicitur hæredem teneri cavere tantùm pro possibilitate, intelligendum est ut procedat quoad immobilia:nam quoad mobilia & pecunias debet cavere idoneè.c.70.n.14. p.162

Cautio admittitur pro possibilitate quando agitur de Regno vel Ducatu. c.70.n.15. p.162

Idem dicendum est si ageretur de tam magno & amplo patrimonio, ut impossibile esset reperiri fideiussorem.c.70.n.16. p.162

Quando mater, aut alius gravatus non potest cavere idoneè, mittitur fideicommissarius in possessionem bonorum causâ rei servandæ, vel providetur partibus per depositum, seu sequestrum apud personam idoneam. c.70.n.17. p.162

Cæcus.

Cæci testamenti quæ sit forma,& praxis. Remissivè. cap.81.n.12. p.185

Census.

Census constitutio nulla est, si pretium non fuerit translatum in venditorem census.cap.32.num.10. pag.69

Quando nihil conventum fuit in pacto redemptivo, restitutio sortis fieri potest in quacumque moneta non reprobata, habito respectu ad bonitatem intrinsecam tempore venditionis census, & ad extrinsecam,quæ est tempore redemptionis.c.17.n.2. pag.30

Census quidam alii sunt meræ reales,alii verò habentes annexam obligationem personalem.c.39.n.14. pag.82

Census habentes annexam obligationem personalem,constituunt partem pretii ad effectum solutionis laudemii. c.39.n.15. p.82

Census imponi potest super bonis patrimonialibus Communitatum. c.60.n.13. p.141

Hæres regulariter tenetur redimere censum super re legata specialiter impositum, quando testator illud sciebat.c.61.n.1. p.142

Ampliatur ut procedat, sive census fuerit impositus ante, sive post legatum factum. cap.61. num.2. pag.142

Maxima differentia est inter census creatos iuxta formam Bullæ, & eos qui in statu Avenionensi frequentantur, ubi Bulla non est usu recepta. cap.61. num.5. p.142

Bulla Pii V. quæ requirat circa impositionem census super certo prædio. c.61.n.6. p.143

Ex Bulla Pii V.licèt in contractu census ultra centum prædium adsit obligatio generalis omnium bonorum; si tamen prædium perçat,perimitur quoque census super eo impositus.c.61.n.8. p.143

Census iuxta formam Bullæ creatus inhæret prædio, & dicitur de illius pertinentiis passivis. cap.61. num.9. pag.143

Census qui non fiunt iuxta formam Bullæ, dicuntur esse de pertinentiis personæ,non prædii.c.61.n.10. pag.143

Census isti in quibus Bullæ forma non servatur, dicuntur ius à re abstractum,& sunt de loco ubi solutio destinata fuit. ibid.n.11. p.143

In nostris censibus sola actio pro exigendis fructibus consideratur, nec aliquod ius reale super re obnoxia censui acquiritur. ibid. n.12. p.143

Quod ad realitatem census fieri debet differentia inter eum qui redimibilis est,& reservativum. c.61. num.13. p.143

In dubio,contractus potiùs censualis iudicandus est, quàm emphyteuticus.c.79.n.6. p.181

In contractu censuali,dominium prædii servientis est apud solventem,non autem apud eum cui soluitur. cap.79.n.7. p.181

Verba impropriantur ad efficiendum contractum potiùs censualem, quàm emphyteuticum. c.79.n.8. pag.181

Censum ex censibus decursis conceptum invalidum esse,multi DD. existimant. c.97.n.2. p.215

Contrarium verius est, quando agitur de vero interesse debito. c.97.n.3. p.215

In censu verum debitum præcedens vim habet numerationis, ubi Bulla non est recepta.cap.97.n.5. pag.215

Census decursos cessante Bulla in sortem converti posse verius est, dummodò cesset depravata intentio. c.97.n.6. p.215

Pignora capi possunt pro securitate census annui, quando adest spes luitionis; secùs si illa spes non adsit.c.97.n.8. p.215

Impositio census super re aliena validatur, si Dominus illius rei, consensum postea præbeat, vel alia sint bona æquivalentia hypothecata. ibid.num.10. pag.215
Idem obtinet si non quidem res sit aliena, sed alicui restitutioni obnoxia. ibid.n.11. p.215
Si tamen censum imponens dolosè se gesserit, potest agi ad sortis restitutionem loco damnorum & interesse, ac ad contractus annullationem.c.97.n.12. pag.215
Si quis scienter super re aliena tanquam propria censum imposuerit, consensus proprietarii superveniens non reddit validum illum contractum. c.97. num.13. p.215
Intellige ut locum habeant prædicta ex mente aliquorum, si census fuerit impositus super certo prædio, non autem generaliter quando super omnibus bonis debitoris, vel super pluribus aliis prædiis idoneis. c.97.n.14. p.215
Sed tamen hoc casu unum saltem prædium cum suis confinibus debet designari. c.97. n.15. p.215
Designationem certi prædii cum suis confinibus, etiam ubi Bulla Pii V. non est recepta, esse necessariam in censu, quidam tenent. cap.97. num.16. pag.215
Designationem certi prædii cum suis confinibus in locis ubi Bulla Pii V. non est in usu, necessariam non esse verius est.c.97.n.17. p.215

Cessio.

Cedere jura possunt omnes, quibus à lege prohibitum non est.c.32.n.1. p.69
Omnis actio, sive directa, sive utilis, cedi potest.c.30. num.2. p.69
Quamvis cedens nomen debitoris promiserit evictionem cessionario, non tamen tenetur de idoneitate & sufficientia debitoris cessi; sed sufficit quod præstet veritatem nominis cessi.c.49.num.1. pag.104
Ampliatur etiamsi cessio facta fuerit cum clausulis amplissimis, non excedentibus metas evictionis. c.49.n.2.& n.5. p.104
Cedens tenetur de bonitate hypothecarum & sufficientia debitoris cessi, habito respectu ad tempus cessionis; quamvis id non esset expressè promissum.c.49. n.10. p.104
Hoc procedit si cessionarius ignorabat insufficientiam debitoris cessi, secus si scivisset illum non esse solvendo.c.49.n.11. p.104
Intellige dummodò ignorantia cessionarii fuerit probabilis.c.49.n.12. p.105
Probabilis ignorantia suffragatur cessionario, quamvis etiam cedens ignorasset insufficientiam debitoris cessi tempore cessionis.c.49.n.13. p.105
Si cessio facta fuerit pro dote, ignorantia quamvis culposa, suffragatur cessionario favore dotis. c.49. num 14. p.105
Cessio limitata ad summam principalem, non extenditur ad interesse.c.21. n.17. p.45
Ficta cessio jurium non potest induci, nisi fictio habeat fundamentum aliquod reale.c.29.n.13. p.60
Cessione jurium opus non est in actione personali. cap.29.n.11. p.61
Cessio jurium facta tertio emptori solventi de pretio bonorum venditorum, non valet tanquam cessio, sed habet tantùm vim liberationis.c.32.num.9. pag.69
Nemo potest acquirere cessionem jurium adversus illum, quem invitum liberavit.c.32.n.11. p.69
Cessio facta solventi de pretio bonorum venditorum valida est, quando solutio facta fuit nomine, & tanquam de pecuniis emptoris, qui voluit sibi jura acquirere, præcedente pacto subrogationis & cessionis faciendæ. c.32.n.12. p.69
Quando i cessio dicatur facta per viam simplicis assignationis, & quando per viam solutionis seu dationis in solutum.c.49. n.4. p.104
Cessio translativa non potest fieri sine prævia acceptatione: ideo donationis naturam induit.cap.57. num.15. p.134

Cessio bonorum.

Qui bonis cessit potest recedere à cessione, & se defendere adversùs creditores. c.66.4. p.153

Cessionarius.

Cessionarius Domini directi non habet vim attractivam pro consolidatione dominii utilis cum directo, cùm illa affixa sit ossibus ipsius domini directi, & ab illo inseparabilis.c.66.n.19. p.154
Cessionarius domini directi solam habet actionem confessoriam pro jure retentionis. c.66.n.25.p.154
Res dicitur integra quoad cessionarium domini directi, donec in ejus favorem lata fuerit sententia pro jure prælationis, & facta actualis pretii restitutio. cap.66.n.26. p.154
Non obstante promissione boniratis, cessionarius tenetur facere suas diligentias.c.49.n.44. p.106
Ampliatur ut procedat, etiam stante clausula *de fournir, & faire valoir*, vel etiam *de prendre à soy*.c.49. num.45. p.106
Tenetur creditor, cùm cessio facta est, facere diligentias usque ad bonorum debitoris cessi subhastationem.c.49.n.46. p.106
Item tenetur denunciare cedenti ut veniat ad defendendum.c.49.n.47. p.106
Limita nisi in instrumento onus denunciationis fuerit remissum. c.49. n.48. p.106
Quando cessionarius agit actione cessa, non est necessaria denunciatio.c.49.n.49. p.106
Si cessionarius nominis fuerit in culpa, propter quam debitor cessus factus est minùs idoneus, ipsi imputandum est.c.49. n.52. p.106

Clausula.

Clausula, rebus sic stantibus, non procedit in iis, quæ augmentum vel diminutionem recipiunt.c.1.n.26. pag.4
Clausula *sive moneta crescant, sive decrescant*, non est necessariò exprimenda pro validitate pacti de restituendo in eadem bonitate. c.3.n.63. p.10
Clausula *sans aucuns patats*, apposita post promissionem certarum specierum, non alterat principalem dispositionem.c.5.n.4. p.12
Clausulam *en bonnes & grosses especes, sans aucuns patats*, non alterare dispositionem præcedentem, in qua clarè promissa est restitutio earundem specierum, probatur exemplo familiari. cap.18.num.2. pag.33
Ostenditur per illas clausulas observari justitiam, & æqualitatem inter debitorem & creditorem; & quod si non intelligeretur de eisdem speciebus, magnum detrimentum & injustitia oriretur adversùs creditorem. c.18.n.8. p.33
Refertur fuisse judicatum pro validitate & justitia dicti pacti, & debitorem fuisse condemnatum ad solvendum in iisdem speciebus in contractu census particulariter dinumeraris, & sententiam fuisse executioni demandatam. c.18.n.9. p.33
Clausula, *non moindres*, æquè respicit favorem debitoris & creditoris.c.18.n.4. p.33
Clausula, *quorum tenores, &c.* facit ut actus enunciatus habeatur pro inserto ad longum in rescripto.c.19. num.8. pag.41

Clausula in rescripto apposita, per quam fit relatio ad instrumentum conficiendum, fortior est illâ quæ fit ad jam confectum: quia prima relatio est vera, secunda verò ficta. c.19.n.9. p.41

Clausula investituræ, *cum furnis & molendinis, &c.* quid importet. c.41.n.17. p.87

Clausula *cum aquis, & aquarum decursibus*, in investitura quid operetur. c.48.n.24. p.101

Liberatio facta creditori cum clausula, *& moyennant ce a quitté*, quem effectum producat. c.49. num.6. pag.104

Clausula, *& moyennant ce, &c.* quid operetur, sive per viam conditionis, sive per viam modi adjecta dicatur. c.49.n.7. p.104

Clausula *garantie*, utrùm impedimenta tam juris quàm facti comprehendat. c.49.n.18. p.105

Concluditur clausulam *garantie*, sola juris impedimenta continere. ibid.n.19. p.105

Quid si dictum fuerit, *garantir de tous troubles & empéchemens*. ibid. n.20. p.105

Quid inferat clausula, *prendre à soy*, in instrumento cessionis appositâ. ibid.n.22. p.105

Quid de clausula *fournir & faire valoir tant en principal, qu'arrerages*. c.49.n.23. p.105

Quid importet clausula Gallica, *fournir & faire valoir*. ibid.n.21. p.105

Quid si clausulæ *fournir & faire valoir, tant en principal qu'arrerages*, addatur clausula *tant & si longuement que la rente aura cours*. c.49.n.24. p.105

Clausula *estre de bon & exigible debte*, quid importet. c.49.n.25. p.105

Clausula *faire avoir & fournir*, quid importet. cap.49. num.32. p.105

Si donator dixerit se donare etiam rem, vel summam, adjectâ clausulâ *à prendre sur tous ses biens*, utrùm censeatur donasse de bonis propriis tantùm. c.50. num.28. p.110

Clausula *salvo iure impertinentium*, non debet apponi, si articuli sunt impertinentes notoriè. c.53.n.31. pag.119

Clausula *jus & justitiam*, non operatur circa remedia contraria intentioni articulantis. c.53.n.32. p.119

Clausulæ salutares in articulis non faciunt ut comprehendatur possessorium, quod fuit suspensum. cap.53.n.33. p.119

Clausula *pro se, & suis*, comprehendit etiam hæredes extraneos, quando concessio facta fuit in contractu. c.55.n.6. p.123

Clausula illa *favore liberorum*, continet causam impulsivam, non finalem. c.55.n.26. p.124

Eadem verba continent demonstrationem, non dispositionem. ibid.n.27. p.124

Clausula, *cum suis iuribus & pertinentiis*, adjecta legato certæ rei, utrùm comprehendat iura tam activa, quàm passiva. c.61.n.3. p.142

Clausula prædicta non continet jura passiva, quando ex conjecturis constat de contraria voluntate testatoris. c.61.n.4. p.142

Promissio de eligendo vim effectualis promissionis obtinet. c.50. n.7. p.109
In electione nihil agendum supereſt statim ubi facta est animi declaratio. c.50. n.8. p.109
Quoties ex facti circunstantiis apparet de voluntate deliberata eligere debentis, electio habetur pro facta. c.50. n.15. p.109
Mater quæ habet facultatem eligendi unum ex liberis, utrùm constituendo procuratorem ad eligendum, censeatur elegisse. c.50. n.16. p.109
Electio facta censetur per generalem hæredis institutionem. c.50. n.19. p.109
Simpliciter usufructuarius disponendo non censetur nominasse, seu elegisse per generalem hæredis institutionem. c.50. n.22. p.109
Alienata titulo lucrativo per eum qui habebat facultatem eligendi, non imputantur in legitimam super bonis ipsius electo debitam. cap.50. num.25. pag.109
Contrarium tamen verius est, ut donatio censeatur facta de bonis propriis donantis. cap.50. num.26. pag.109
Hoc tamen non procedit, si in contrarium adsint conjecturæ. c.50. n.27. p.110
Ius eligendi includitur in bonis illius cui competit electio. c.50. n.29. p.110
Qui habet eligendi facultatem, electum gravare non potest. c.50. n.33. p.110
Electus non habet ab eligente, sed à mandante fieri electionem. c.50.n.34. p.110
Electus gravari potest ab eligente in favorem aliorum eligibilium. c.50. n.35. p.110
Gravatus de eligendo potest electum onerare, si illi bona propria relinquat in compensationem. c.50. num.37. p.110
Electus hæres ab eligente institutus, si confecerit inventarium, non tenetur ad onera sibi per eligentem imposita, nisi pro rata lucri. cap.50. num.40. pag.110
Quando testator posuit in voluntate alicuius ut possit eligere, vel non eligere; tunc electus ab eo gravari potest: & ad hoc expenditur text. *in l. utrùm* 8 §. *cùm quidam, ff. de reb. dub.* cap.50. num.41. & 42. pag.110
Quando libertas eligendi vel non eligendi alicui data est, tunc electus dicitur habere ab eligente, non à testatore. c.50.n.44. p.111
Gravatus de eligendo tempore mortis, non potest eligere

eligere ante mortem. c.50. n.48. p.111
Si electus in vita sit mortuus ante eum qui moriens eligere debet, electio nulla redditur. c.50. n.49. pag.111
Electio tempore mortis facienda, si fuerit facta in vita, confirmatur morte, nisi fuerit revocata. c.50. num.50. p.111
Qui habet facultatem eligendi, tenetur sequi voluntatem testatoris, etiam tacitam. cap.50. num.52. pag.111
Gravamen de eligendo censetur ex coniecturis relatum ad tempus mortis, quanvis testator id expresse non dixerit. c.50. n.53. p.111
Variæ referuntur coniecturæ, ex quibus onus eligendi relatum censetur ad tempus mortis. c.50. n.54. pag.111
Qui eligendi facultatem demandatam habet, non solùm unum, sed etiam plures potest eligere. c.51. num.1. p.112
Si is qui eligere tenebatur, nullam electionem fecerit, omnes eligibiles æqualiter admittendi sunt. c.51. n.2. p.112
Quanvis nulla facta fuerit electio per deputatum, remanet tamen valida dispositio. cap.51. num.3. pag.112
Mandatario non eligente, lex eligit pro ipso. c.51. num.4. p.112
Quando agitur de re quæ apud eligendum non est perpetuò remansura, unus & non plures nominati seu eligi debent. c.51. n.5. p.112
Vnus & non plures eligendi sunt, quando constat testatorem seu disponentem noluisse ut bona sua dividerentur, sed ad unum devenirent. c.51. n.6. p.113
Nulla electione factâ solus primogenitus admittitur, quando disponens voluit bona sua ad unum, & non plures devenire. c.51.n.7. p.113
Voluntas disponentis, quod unus solus eligatur, colligitur ex sæpe repetita mentione personæ eligendæ in numero singulari. c.51. n.80. p.113
Qui habet facultatem eligendi liberos suos, vel *ses enfans*, non solùm liberos primi gradus, sed etiam nepotes eligere potest. c.51. n.11. p.113
Quando electio in tempus incertum & futurum confertur; tunc non solùm nati, sed etiam nascituri sunt eligibiles. c.51. n.18. p.113
Si testator mandaverit eligi unum ex liberis, quem uxor magis capacem iudicasset, eligi possunt nascituri: quia si de iam natis disponens cogitasset, ipsemet elegisset, neque electionem fragili suæ uxoris iudicio commisisset. cap.51. numero 19. pag.113
Gravatus de eligendo unum ex liberis, non potest eligere nepotes, quando verba dispositionis sunt relata ad primum gradum, & liberi primi gradus sunt nominati nomine proprio. cap.51. num.21. pag.113
Quando unus solus ex eligibilibus supereſt, cessat electio, & ille solus succedit. cap.51. num.26. pag.114
In electione rerum, an & quando licita sit variatio. Remissivè. c.51. n.27. p.114
In electione personatum variatio licita est, quando commissio seu mandatum de eligendo datum fuit in diem, aut sub conditione, si electio fiat ante diei, vel conditionis eventum: si verò mandatum datum fuerit purè, factâ semel electione, actus dicitur consummatus, & variatio licita non est. c.51. num.8. p.114
Si electio facta fuerit ex causa dotis, sequutâ traditione cum promissione de non revocando, variare non licet, & electio est irrevocabilis. c.51. n.30. pag.114.
Si electus non sit in humanis tempore evenientis conditionis quo fieri debet electio, pro non facta habenda est. c.51. n.31. p.114
Eligendi facultas quando pluribus commissa est, vel reservata; uno ex illis post factam electionem vitâ functo, superstes non potest variare: quia quando requiritur aliena voluntas, variatio debet fieri de consensu utriusque. cap.51.num.33. pag.114

Emancipatio.

Emancipatio quantumvis generalis non suffragatur, si constet illam ad unum duntaxat actum fuisse factam. c.62. n.14. p.145
Quando filia est emancipata, dotis actio non quæritur patri, sed filiæ, quæ de dote illa ad libitum disponere potest; nec in ea jus aliquod quæsitum est paternis creditoribus. cap.100. num.20. pag.222
Pater emancipans filium non potest molestari à suis creditoribus, sub eo prætextu quod talis emancipatio facta fuerit in fraudem ipsorum. c.100.n.24. pag.222

Emphyteusis.

Emphyteusis natura non alteratur, quamvis solvatur canon æquivalens fructibus. c.25. n.9. p.54
In Comitatu Venayssino ex consuetudine prædia franca in emphyteusim concedi possunt. c.25. n.8. pag.54
In emphyteusi designatio prædiorum necessaria est ad evitandam incertitudinem. cap.64. numero 2. pag.149
Emphyteutica concessio nulla est si in genere fiat, non designatis & specificatis certis prædiis. c.64. n.3. pag.149
Emphyteusis quandoque revertitur ad dominum ipso jure, & aliquando facto hominis; ita ut non sufficiat sola declaratio animi. cap.66. num.22. pag.154
Concessio ad novum accapitum, seu *à nouveau Bail*, arguit emphyteusim. c.79. n.2. p.181
Reservatio juris laudimiorum convenit contractui emphyteutico. c.79.n.3. p.181
Item reservatio jurium dominicalium, prælationis, & similium. c.79. n.4. p.181
Concessio prædii ad meliorandum, probat emphyteusim. c.79.n.5. p.181
Qui non accipit rem à concedente, non dicitur emphyteuta illius rei. c.79. n.9. p.181
Reservans sibi dominium directum, non prædii, sed annuæ præstationis; non ideo dicitur sub se habere emphyteutam. c.79. n.10. p.181
Vtrùm contractus sit emphyteuticus, in dubio ex pretii quantitate judicandum. c.79. n.11. p.181
Quando res annuæ solutioni obnoxia non processit originaliter à creditore, non est emphyteusis, sed census. c.79. n.12. p.181
Pactum quod res in defectum solutionis cadat in commissum, non infert de necessitate contractum emphyteuticum. c.79. n.13. p.181
Rem propriam ab alio accipiens in emphyteusim, sibi non præjudicat, licèt sæpiùs recognoverit per errorem. c.79. n.15. p.181
Contractus est emphyteuticus, si proveniat à concedente, & adsint clausulæ proportionatæ huic contractui. c.79. n.16. p.181
Emphyteuticus contractus non potest transformari in aliam speciem contractus, si in eo adsint

pacta contraria substantiæ talis contractus ; tunc enim & pacta & contractus ipse vitiarur , nullúsque remanet ex defectu consensus. c.75. num.20. pag.181
Emphyteusis Ecclesiastica regulariter non transit ad extraneos, maximè sine consensu domini. cap.80. num.11. p.183
In emphyteusi Ecclesiastica , qui vult succedere, debet esse filius & hæres. cap. 80. numero 13. pag.183
Emphyteutica potiùs est concessio quàm feudalis , si Princeps concedens , emphyteusim nominaverit. c.86. n.1. p.194
Si in concessione Princeps nullum sibi servitium personale reservaverit , sed canonem in pecunia , potiùs est emphyteusis quàm feudum. cap.86. n.2. pag.194
In dubio emphyteusis vel feudum potiùs hæreditaria sunt judicanda. c.86. n.8. p.195
Ad emphyteusim hæreditariam ut quis admittatur, vel mixtam , non sufficit esse hæredem habitu, sed requiritur quod talis sit actu. cap.86. num.11. pag.195.
In emphyteusi Ecclesiastica pro successoribus quibuscumque admittuntur hæredes , etiam extranei. c.86. n.15. p.195
Omnia præsumuntur servilia , si emphyteuta non ostendat quæ sunt emphyteutica. cap.41. num.19. pag.87
Limita nisi adesset probabilis ignorantia. c.41. n.20. pag.87
Quomodo procedant quæ dicta sunt suprà *hoc cap. num.*19. vide hîc, n.21. p.87
Vendito directo dominio,emphyteutam de jure communi se posse oblato pretio redimere, quidam existimant. c.91. n.1. p.204
Sed contrarium verius est in terminis juris communis. c.91. n.2. p.204
In Comitatu Venayssino alienato directo dominio, emphyteuta potest se pro eodem pretio redimere. c.91. n.14. p.205

Emptor.

Emptor solvens de pecuniis propriis , cum expressa declaratione quod vult emere nomen creditoris , & sibi acquirere , potest validè impetrare cessionem jurium in sui favorem. cap.32. n.20. pag.70
Quando res censu annuo onerata venditur , si emptor sibi assumpserit onus extinguendi censum illum , onus hujusmodi partem pretii obtinet.c.39. num.6. p.81

Error.

Error iuris in minore præsumitur. c.27. n.5. p.56

Exactor.

Exactores quando sunt indicati respectu fructuum, si moneta aucta fuerit , debet haberi consideratio augmenti valoris fructuum,qui ex ipsius exactione percipiuntur. c.11. n.6. p.19
Qui sunt illi exactores , qui cum pecunia sui domini negotiari prohibentur. c.16. n.1. p.29
Exactores in quibus casibus negotiari possunt , & componere cum creditoribus Communitatis super maiori valore aureorum. c.16. n.2. p.29
Exactor quando generis est debitor , potest componere & lucrari cum creditoribus Communitatis. c.16. n.3. p.29
Exactor factis pluribus interpellationibus non satisfaciens , tenetur ad excrescentiam monetarum. c.16.n.4. p.29
Exactor cui Communitas remisit suas actiones , tam utiles quàm directas , potest illas alteri solventi cedere, si exigat ad suam utilitatem. c.32. num.3. pag 69
Exactor ad quem pertinet utilitas & damnum exactionis , dicitur potiùs veluti emptor exactionis, & censetur procurator in rem suam. cap.32. n.4. pag.69
Exactoribus competunt omnia privilegia Communitatum circa exactionem. ibid. n.6. p.69
Exactor simplex sine speciali mandato iurium cessionem facere non potest. c.32. n.8. p.69
Communitas non potest agere contra socios exactionum. ibid. Intellige ut c.59. n.1. p.138
Socius exactoris non est socius conductoris. cap.59. num.2. p.138
Exactoris socius ad hoc ut conveniri possit per Communitatem, necesse est ut associatio facta fuerit interveniente Communitate , quamvis conventum esset quod ipse sibi socios assumere posset. cap.59. n.3. Sed contrà. ibid. n.8. p.138.& 139
Electio sociorum exactionis fieri non potest,nisi præsentibus & scientibus Consulibus , alioqui non sunt socii exactionis , sed exactoris. c.59. num.4. pag.139
Subrogati ab exactoribus tributorum fiscalium,non possunt à fisco conveniri, nisi in subsidium. c.59. num.16. p.139

Excavationes.

Excavationes in proprio facere licet,dummodo non ad æmulationem. c.48. n.25. p.101

Exceptio.

Exceptio S. C. Velleiani potest etiam post rem iudicatam opponi. c.45. n.9. p.93
In possessorio iudicio non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem , sed eæ ad petitorium rejiciendæ. c.5. n.1. p.117
Hoc locum habet non solùm in remedio *l. fin. Cod. de edict. div. Adrian. tollend.* Sed etiam in omnibus aliis remediis adipiscendæ possessionis. c.53. num.2. p.117
Quæ sit differentia inter exceptionem non numeratæ pecuniæ quæ competit debitori , & illam quæ datur creditori : & creditori datur duntaxat intra triginta dies , debitori verò intra biennium. c.90. num.7. p.202

Exemptio.

Exemptio quæ à lege conceditur,favorabilior est illa quæ ex rescripto Principis datur. cap.26. num.7. pag.55
Exemptio concessa ob numerum duodecim liberorum,non comprehendit onera iam imposita. c.26. num.8. p.55
Quando peræquatio generalis debitorum Communitatis facta fuit , exemptio postea superveniens ob numerum duodecim liberorum non suffragatur quoad illa debita , etiamsi duntaxat factum fuerit mespartimentum (ut loquuntur) generale, & nondum illius facta distributio. cap.26. num.9. pag.55
Exemptio ob numerum duodecim liberorum non comprehendit onera merè realia aliis quàm Communitatibus debita , veluti laudimia , decimas, & similia. c.26. n.10. p.55
Exemptio concessa propter merita , & grata servitia, dicitur realis. c.44. n.3 p.91

Exequutio.

Exequutio quando nondum est consummata , & debitor adhuc possidet , faciliùs audiendus est , neque tenetur offerre debitum creditori. c.22. n.6. pag.47

Exigibilitas.

Exigibilitatem nominis qui promisit, tenetur si debitor census obtinuerit à Principe salvum conductum. c.49.n.27. p.105

Exigibilitatis promissio quando impleta dicatur. c.49. num.26. p.105

Exigibilitas promissa cum verbis tractum temporis importantibus, censetur promissa pro aliquot annis, sed non in perpetuum, ex mente Rotæ. c.49. num.41. p.106

Hæc tamen decisio in dubium revocatur. c.49.n.42. pag.106

Exigibilitatis promissioni si adjecta fuerint verba perpetuitatem denotantia, cedens tenetur illam præstare absque præfinitione temporis. c.49.n.43. pag.106

Expensa.

Expensæ funerum sunt onus hæreditatis, non societatis conjugalis. c.69.num.14. p.160

Expensæ, vide verb. *Ius prælationis*, & c.23. p.48

Expressum.

Expressum satis dicitur in testamento, quod per conjecturas probabiles elicitur. c.53.n.22. p.118

Eventus.

Eventus sinistros nemo considerare præsumitur, maximè quando agitur de providendo tertiis personis. c.55.n.29. p.124

Evictio.

Evictionem nominis cessi promittens tam de jure, quàm de facto, tenetur de insufficientia debitoris cessi. c.49.n.19. p.105

Plura vide verb. *Clausula*, & hoc cap.49. n.18.19. & 20. p.105

Dictio *manutenere*, respicit tam sortem, quàm fructus futuros, quoad illorum evictionem. c.49.num.31. pag.105

Evictio cessat quando emptor fuit in culpa. cap.49. num.53. p.106

Evictio cessat propter casum supervenientem post contractum. c.49.n.54. p.197

Evictione pendente in limine contractus, danda est cautio emptori. c.66.n.10. p.153

F

Fabricatio.

Fabricans monetam alieni Principis, de jure pœnam mortis non incurrit. c.20.n.4. p.42

Statutum loquens de fabricante monetam, extenditur ad radentem, seu tondentem. cap.20.num.5. pag.42

Facere.

Qui obligatur aliquid facere, tenetur id facere quamprimùm potest. c.67.n.3. p.155

Factum Iudicis est factum partis; & si Iudex nulliter procedit, dicitur spoliare, sicut pars. c.22.num.3. pag.47

Fœmina.

Fœminæ non admittuntur quandiu extant masculi, si ita loquatur investitura. c.24.n.1. p.51

Ampliatur ut procedat in feudo alicui concesso pro se, & successoribus, tam masculis, quàm fœminis: quia fœminæ admittuntur deficientibus masculis, & non aliàs. c.24.n.2. p.51

Si investitura vocaret masculos cum fœminis, uterque sexus admitteretur simul. ibid.n.3. p.51

In investitura in qua fœminæ masculis deficientibus vocantur, masculus remotior fœminam vicinioren excludit. c.24.n.4. p.51

Fœminâ semel admissâ ad feudum ob defectum masculorum, si postea nascantur masculi, utrùm cogatur illis feudum dimittere: quæstio est controversa. c.24.n.8. p.52

Fœminæ multò magis per masculos excluduntur in feudo, ad quod ipsæ masculis deficientibus vocantur, quando concurrunt masculus & fœmina paris gradus. c.24.n.10. p.52

Fœminis existentibus, nullóque masculo, fœmina admittitur: sed tamen interim natura feudi dormit, donec superveniat masculus, qui saltem succedit mortuâ fœminâ. c.24.n.11. p.52

Fœmina continetur sub fideicommisso familiæ relicto. c.47.n.21. p.98

Hoc procedit sine dubio quando fœmina extinctis omnibus masculis superstes remansit. cap.47.n.22. pag.98

Multò magis si fœmina non sit nupta. c.47.num.23. pag.98

Idem si respectus habitus fuerit ad nomen, absque mentione Armorum. ibid.n.24. p.98

Fœmina ultima superstes de familia, potest liberè disponere de bonis familiæ relictis. cap.47.num.25. pag.98

Falcidia.

Falcidiam & hæreditatem augent quæ post mortem obvenerunt in hæreditate ex causa quæ habet originem vivente testatore. c.69.n.3. p.160

Diminutiones patrimonii post mortem testatoris obvenientes, si causam habeant à tempore vitæ testatoris, falcidiam diminuunt. capit.69. numero 2. pag.160

Falcidia non detrahitur ex legatis piis. c.73.num.1. pag.167

Fallit si legatum factum fuerit ad certum & determinatum opus, quando aliunde absque detractione falcidiæ fieri potest. c.73.n.2. p.167

Quod deest de falcidia ex legatis piis, suppleri super non piis quidam existimant, sed contrà inferius. n. sequent. c.73.n.5. p.167

Quando hæreditas est in totum exhausta legatis, omnia, tam pia, quàm non pia falcidiam patiuntur. c.13. num.6. p.167

Amplia, ut falcidia etiam detrahatur de legatis in specie consistentibus. c.73.n.7. p.167

Praxis supputationis falcidiæ, quando hæreditas est in totum exhausta legatis, tam piis, quàm non piis. c.73.num.8. p.167

Privilegium exemptionis legatorum non facit ut falcidia quæ ex illis capienda fuisset, reiiciatur super aliis legatis. c.73.n.11. p.167

Quæ sit praxis supputandi falcidiam, quando hæreditas tota non est legatis absorpta. cap.73.num.12. pag.167

Causa pia adversùs aliam causam piam non detrahit falcidiam. c.73.n.13. p.167

Si legatum non ex dispositione juris, sed ex ordinatione testatoris eximatur à falcidia, quod in hoc deficit, capitur super aliis legatis non exemptis. cap.73.num.14. p.167

Praxis supputandi falcidiam adversùs legatarium usufructus. c.73.n.15. p.167

Falcidia detrahitur ex legato usufructus, sicut ex aliis legatis. c.73.n.16. p.167

Vsuræ imputantur in falcidiam, si probetur hæreditatem illas percepisse. c.74.n.16. p.169

Fallitus.

Omnes contractus, aut alienationes factæ per fallitum post detectâ decoctione, sunt nulli. c.72.n.1.p.165 Vide sub verbo *Decoctor.*

Index Posterior,

Familia.

Fœmina continetur sub fideicommisso familiæ relicto.c.47.num.21. p.98

Familiæ relinquens testator, intelligi debet de effectiva, id est,descendentibus suis. c.47.n.26. p.98

Favor.

Ex eo quod favore donatarii constitutum est,non debet capi consequentia in odium ipsius. c.98. n.14. pag.217

Fenestra.

Fenestella totum murum non penetrans, non arguit dominium parietis.c.88.n.6. p.198

Feudum.

In feudis non attenditur proximitas ejus à quo vacat feudum, sed ejus à quo incipit. cap.24.num.5. pag.51

Feudum semel effectum fœmineum, non impedit quin mortuâ fœminâ masculi præferantur.cap.24. num.9. p.52

Controversia magna est in successione feudi,quando masculi descendentes ex fœminis concurrunt cum masculis descendentibus ex masculis; secus si cum ipsis fœminis ad successionem admitti postulent. c.24.num.12. p.52

Feudum quod à Barone dependet immediatè, sub assensu tamen Principis conceditur, nuncupatur quaternatum.c.34.n.5. p.73

Feuda annexa Baroniæ,ex ea separari & dismembrari nequeunt.c.34.n.8. p.73

Intellige quando agitur de feudis majoribus,quæ sunt feuda dignitatum: & quæ sint Baroniæ majores, quæ minores,& quid ad utramque requiratur.c.34. num.9. p.73

Verius est etiam in feudis maioribus, seu feudis dignitatum, admitti divisionem, & dismembrationem.c.34.n.11. p.73

Ex generali totius Galliæ consuetudine, quæ etiam viget in Comitatu Venayssino, feuda omnia redacta sunt adinstar bonorum patrimonialium. c.34. num.12. p.74

Feudum hæreditarium auget calculum legitimæ liberorum.c.35.n.8. p.75

Feuda in Civitate & statu Avenionensi sunt redacta adinstar patrimonialium. c.39.n.8. p.81

Masculi & fœminæ indistinctè admittuntur in feudis in Comitatu Venayssino, nisi aliud ex investitura feudali colligatur.c.39.n.9. p.81

Feuda redacta sunt adinstar bonorum patrimonialium, quoad facultatem alienandi, & quoad formam succedendi.c.39.n.10. p.81

Quoad jus prælationis & solutionem laudemii feuda semper retinent pristinam naturam, etiam in locis ubi sunt redacta adinstar patrimonialium.c.39.n.11. pag.81

Feudum francum quid.c.41.n.24. p.88

Ex feudo franco debetur fidelitas, sed non servitia. c.41.n.25. p.88

Reservatio dominii directi est de naturalibus feudi; sed non de substantialibus. capit.41. numero 26. pag.88

In quo consistat natura feudi franci.cap.41.num.27. pag.88

Quando alienatur feudum francum, liberum, nobile & gentile,non debetur laudemium. c.41. num.28. pag.88

Concessio in feudum differt à concessione in emphyteusim,& quomodò.c.41.n.31. p.88

Feudum concessum francum ab omnibus utilitatibus feudalibus,francum est à laudemiis,sed non à fidelitate.c.75.n.1. p.170

Quoties feudum devoluitur ad Dominum sine culpa Vassalli,debent illi in primis restitui expensæ meliorationum. c.75.n.14. p.170

Interest domini res sub ejus feudo existentes non dismembrari.c.91.n.18. p.205

Quamvis Castrum fuerit concessum in feudum, non tamen ideo sequitur per necesse, quod concessa fuerit jurisdictio.c.84.n.1. p.190

Si Vassallus feudum habens, jurisdictionem illi ex propria pecunia acquisiverit; finito feudo revertitur quidem ad Dominum,sed sine jurisdictione, quæ spectat ad Vassallum acquirentem. c.84. n.2. pag.190

Feuda jurisdictionem & subditos habentia,nobilitant possessores. c.84.n.6. p.190

Feuda quædam sunt ignobilia,quæ non eximunt possessorem à collectis.ibid.n.7. p.190

Feuda quæ subditos habent, cæteris sunt præstantiora & nobiliora. ibid.n.8. p.190

In Gallia omnia feuda sunt nobilia, & nobiliter tenentur. ibid.n.9. p.190

Feudum nobile solus Rex erigere potest. c.84.n.10. pag.190

Feuda ab alio quàm à Rege obtenta,non sunt mobilia, neque nobilitant.c.84.n.11. p.190

Feudum duobus modis nobile dici potest,nempe aut quia nobilem facit,vel quia nobilem invenit.c.84. num.12. p.190

In dubio si nihil aliud obstet, concesso feudo,præsumitur concessam quoque fuisse jurisdictionem. cap.84.n.13. p.190

Feuda quando non sunt hæreditaria, non possunt pro dote alienari.c.86.n.5. p.194

Etiamsi feudum sit mixtum, tamen ad illud nemo admittitur, nisi sit hæres.c.86.n.10. p.195

Qui vult admitti ad feudum hæreditarium, tenetur solvere debita ultimi possessoris cui successit uti hæres.c.86.n.12. p.195

Si agatur de feudo hæreditario, sive mixto, hæres quamvis confecerit inventarium,tenetur approbare factum defuncti.c.86.n.13. p.195

Feudum ex quibus dicatur hæreditarium.c.86.n.14.& sequent. p.195

Vxor admitti potest ad feudum, quod est hæreditarium.c.86.n.16. p.195

Disputatum fuit à nonnullis, utrùm fœminæ capaces essent succedendi in feudo merè hæreditario, quamvis illas succedere posse verius sit.c.86.n.21. pag.195

Concessio feudi facta pro masculis quibuscumque, non solùm descendentes, sed quoslibet extraneos comprehendit.c.86.n.22. p.195

Si feudum alicui concessum fuerit pro se & descendentibus, tam masculis,quàm fœminis, ita quod stantibus masculis fœminæ non succedant, non ideo minus feudum est hæreditarium. c.86. n.23. pag.195

Quando concessio feudi facta fuit alicui pro se, filiis, & hæredibus quibuscumque utriusque sexus, feudum est hæreditarium & transitorium ad quoscumque hæredes,etiam extraneos.cap.86.num.24. pag.195

Feudum Domino de Agonto concessum pro se, ac suis hæredibus utriusque sexus, & ex suo corpore natis vel nascituris,& successoribus quibuscunque, esse hæreditarium consuluit Bertrandus.c.86.n.25. pag.195

In istis tamen casibus consultius est, ut obtineatur,si fieri potest, ampliatio seu declaratio à Principe concedente.c.86.n.27. p.195

Fictio

Rerum & Verborum.

Fictio.

Fictio non potest inducere consensum in ignorante, veluti in furioso, & similibus. cap.29. num.14. pag.60

Fideicommissum.

In fideicommisso Drogheriæ inspiciendum est quoad valorem tempus mortis testatoris,non autem hæredis gravati.c.14.n.18. p.26

Dubia redditur opinio, quod bona fideicommisso supposita possint alienari pro fructibus dotis decursis. c.21.n.23. p.46

Fideicommisso universali præcedente,inutile est particulare, ex sententia quorundam DD.c.47. n.18. pag.98

Sed contrarium est verius.n.19. ibid. pag.98

Fideicommissum universale non destruit particulare certos casus vel personas respiciens, nec è contra: sed utrumque effectus suos producit in suo casu. c.47.num.20. p.98

Fideicommissa ex alterius testamento debita sunt tanquam æs alienum. c.74.n.11. p.169

Fidejussio.

Fidejussoris contractus non potest sortiri naturam donationis. c.57.n.12. p.134

Fiduciarius.

Fiduciarius hæres est potius minister,quàm verus hæres. c.77.n.5. p.173

Quatuor requisita concurrere debent ad faciendum hæredem fiduciarium.c.77.n.4. p.173

Hæres gravatus de restituendo quidquid ad eum ex hæreditate provenerit,non propterea dicitur fiduciarius.c.77.n.6. p.173

Non convenit fiduciario gravamini quod institutioni adjecta fuerit conditio, quæ etiam vivente fideicommissario potuerit non existere. c.77. n.12. pag.173

Concurrentibus conjecturis hæres fiduciarius declarandus est, non obstante mixtura aliarum conditionum extrinsecarum.c.77. n.13. p.173

Quod uxor gravata sit restituere post mortem, non præjudicat fideicommisso confidentiali. capit.77. num.14. p.173

Gravamen impositum de restituendo integrè, & sine detractione, deductâ certâ summâ, arguit hæreditatem confidentialem. cap.77. numero 15. pag.173

Iussus aliquid retinere, videtur jussus totum residuum alteri restituere.capit.77.numero 16. pagin.174

Si mulier jussa fuerit hæreditatem restituere dote retenta; ex eo confidentia arguitur. cap.77.num.17. pag.174

Geminatio & inculcatio verborum multùm prodest ad inducendam fiduciariam restitutionem.capit.77.n.20. p.174

Vxor hæres fiduciaria dotem suam cum fructibus illius deducit de fideicommisso. cap.77. num.21. pag.174

Fiduciaria restitutio non inducitur, si ex conjecturis colligatur illam fuisse absque fiducia gravatam. c.77.n.25. p.174

Fiduciarium gravamen non inducitur nisi ultra causam adsint etiam verba testamenti, ex quibus fiduciaria argui possit. cap. 77. numero 26. pagina 174

Magna est differentia inter substitutionem fiduciariam hæreditatis, & legatum secretò fidei hæredis commissum; quod justis de causis testator coram testibus declarare noluit. cap.77. num.27. pag.174

Hoc posterius confidentiæ genus probatur etiam per testes singulares. c.77.n.28. p.174

Sufficit quod testes deponant se audivisse hanc confidentiam ex ore testatoris, vel hæredis. c.77.n.29. pag.174

Favore liberorum declaratio testatoris circa fiduciam probatur duobus testibus. cap.77. num.30. pag.174

Filia, Filius.

Filia familias quantumuis nupta, testamentum condere non potest,cum per matrimonium non liberetur à patria potestate. c.78.n.3. p.179

Filiifamilias generaliter testamentum condere nequeunt.c.78 n.4. p.179

Filiafamilias de dote profectitia testari nequit. c.78. num.5. p.179

Filiisfamilias potestatem testandi consuetudo defrete potest.c.78. n.6. p.179

Filiæfamilias testamentum de dote profectitia sustinetur in vim donationis causâ mortis, quando in eo adsunt clausulæ requisitæ cap.78.numero 8. pag.179

Filius in adventitiis, quorum ususfructus patri quæritur, sine ejus authoritate contrahere non potest: c.35.num.2. p.74

Filii differunt à liberis tanquam species à genere.c.51. num.16. p.113

Filiorum nomen est appellativum, liberorum verò collectivum. ibid.n.17. p.113

Filiusfamilias in casibus in quibus patri non quæritur ususfructus, sine authoritate patris in judicio stare potest.c.63.n.6. p.147

In hujusmodi bonis filius habet omnimodam potestatem quoad actus extrajudiciales.cap.63.num.7. pag.147

Filia de dote adventitia disponit constante matrimonio.c.63.n.8. p.147

Amplia ut de ea etiam soluto matrimonio disponere possit.c.63.n.9. p.147

Iocalia spectant ad filiamfamilias, tam quoad proprietatem,quàm quoad usumfructum;& ipsa de illis ad libitum absque interventu patris disponere potest.c.63.n.10. p.147

Idem existimant aliqui DD. de lucris nuptialibus: quod tamen revocatur in dubium hîc, num.12. c.63.n.11. p.147

Filiusfamilias cum authoritate patris donationem causâ mortis facere potest in casibus in quibus pater habet usumfructum. capit.63. numero 13. pag.147

Idem dicendum est in donatione inter vivos eorumdem bonorum. c.63.n.14. p.147

Donatio per filiumfamilias facta de bonis in quibus pater habet usumfructum, sine authoritate patris, nulla est tam quoad proprietatem quàm quoad usumfructum.c.63.num.15. p.147

Contrarium tamen plurimi censuerunt esse verius,ut quoad proprietatem sit valida, non quoad usumfructum.c.63.n.16. p.148

Si filia moriatur ante patrem, superstite marito, & liberis, dos non redit ad patrem, sed liberis acquiritur ex consuetudine Martini.cap.100.num.1. pag.221

Filia utrùm habeat hypothecam pro dote ad patrem reversa, difficilis est quæstio. cap.100.numero 8. pag.222

Finis.

Finis quando habet necessariam connexitatem ad suum principium, debet haberi respectus ad principium,& non ad finem.c.69. num.22. p.161

Floreni.

Florenorum duo genera exponuntur. cap.4. num.3. pag.11

Florenos duodecim solidorum deberi in casu hîc proposito, licèt contractus fuerit conceptus in florenis 24. solidorum, ostenditur. cap.4. num.6. pag.11

Floreni olim pro scutis aureis capiebantur, quod notandum est ne quis decipiatur in intellectu doctrinæ Bartoli,& aliorum in *l. Paulus.ff.de solut.*c.15. num.3. p.27

Flumen.

Flumen dicitur navigabile, quamvis non omni navigii genere sit navigabile,ideo illius incrementa dicuntur de Regalibus.cap.71.n.13. p.164

Cursus aquarum, flumina, & lacus pertinent ad eum ad quem petinent Regalia. cap.71.num.14. pag.164

Forenses.

Forenses alicuius loci non possunt in eo publica munera obire.c 62.n.7. p.145

Forensium congregationibus qui intersunt,non sunt ad loci congregationes vocandi, nec admittendi. c.62.num.9. p.145

Forensium in electionibus qui vocem habet,non potest habere vocem activam vel passivam in electionibus Consulum.c.62.n.11. p.145

Forensis declaratio quod vult subire onera habitatorum, non relevat si post electionem facta fuerit. c.62,num.12. p.145

Declaratio forensis post maturatum tempus electionis Consulum, dicentis se velle subire onera habitatorum, illi non prodest. capit.62. num.15. pag.145

Forma.

Formæ defectus vitiat etiam in levibus & modicis. c.82.n.9. p.187

Frater:

Frater qui tenetur dotare sororem, cogi potest ad illi tradenda scrinia, & apparatus nuptiales.c.95.n.7. pag.211

Fraus.

Fraus præsumitur quando res pro parte venditur, & pro parte donatur.c.39.n.5. p.81

Quod fit immediatè ante electionem, non suffragatur uti in fraudem factum.c.62.n.13. p.145

Quando debitor recognoscit bonam fidem pro summa verè per eum debita, & ad cuius solutionem cogi poterat,cessat suspicio fraudis. cap.72. n.14. pag.166

Fructus.

Fructus indebitè percipiens illos tenetur in sortem imputare. c.13.n.19. p.24

Fructus non sequuntur hypothecam summæ principalis,cum agitur de legatis.c.21.n.3. p.44

Fructus annuorum redituum propriè non sunt accessorii sortis, cùm per se principaliter debeantur. c.21.num.19. p.46

Fructus pendentes & radicati tempore mortis mariti sunt hæreditarii, sed expensa culturæ pertinet ad communionem.c.69.n.7. p.160

Fructus pendentes in bonis patrimonialibus uxoris non cummunibus, spectant ad uxorem tempore mortis mariti,& fit eorum compensatio cum fructibus pendentibus in bonis mariti. cap.69. n.8. pag.160

Fructus per hæreditatem percepti, in falcidiam sunt imputandi.c.74. num.12. p.169

Intellige de fructibus perceptis ex rebus legatis, non de iis qui ex hæreditate percipiuntur : hi enim in falcidiam non imputantur. c.74.num.13. pag.169

Quæ sit in hoc casu diversitatis ratio inter falcidiam, & Trebellianicam.c.74.n.14. p.169

Hæres regulariter fructus pendente conditione fideicommissi perceptos, non tenetur restituere fideicommissario.c.77.n.1. p.173

Fructus fecit suos hæres gravatus post eventum conditionis,si fideicommissarius fuerit negligens à petendo.c.77.n.2. p.173

Limitatur si fideicommissarius habuerit justam causam absentiæ, vel sit minor,pupillus, vel furiosus. c.77.n.3. p.173

Fructus hæreditatis non sunt hæreditarii.c.77.num.7. pag.173

Quando dilatio data fuit favore tam hæreditatis, quàm substituti, quidam existimant etiam fructus esse restituendos.c.77.n.19. p.174

Fundus.

Fundi dotalis dominium, constante matrimonio spectat ad maritum, non obstante consignatione dotis uxoris.c.30.n.5. p.62

Fundi dotalis alienatio pro alimentis, aut alia necessitate liberorum,valida est.c.30.n.8. p.62

Item pro excarcerando filio,aut eum liberando à lite criminali.c.30.n.9. p.62

Fundi dotalis alienatio valida est pro filio à carceribus liberando; quamvis nondum esset carceratus, sed tamen de proximo timeretur carceratio.c.30.n.10. pag.62

Fundi dotalis alienatio etiam in Gallia valida est, si fiat cum universitate bonorum. cap.40. num.2. pag.83

Fundum dotalem soluto matrimonio mulier alienare potest.c.40.n.7. p.83

Fundi dotalis alienationem, juramentum reddit validam. c.40.n.9. p.83

Contrarium in Gallia servatur. cap. 42. num. 10. pag.83

Fundus in solutum datus pro dote promissa in pecunia,non est dotalis. c.52.n.1. p.115

Hoc procedit quamvis nulla præcesserit æstimatio talis fundi, quia æstimatio censetur facta à lege pro pretio quod tunc bona valebant. c.52.n.24 pag.115

Quæ sint conjecturæ ex quibus colligi possit fundum esse dotalem. c.52.n.5. p.115

Fundus non efficitur dotalis nisi datio in solutum facta fuerit ipsi marito nomine proprio,& tanquam marito. c.52.n.7. p.115

Maritus fundo in solutum accepto, remanet pecuniæ debitor, si pecuniam uxori recognoverit & restituere promiserit. c.52.n.8. p.115

Si pater filiæ fundum in solutum dederit, & filia in eodem contractu illum marito in dotem constituerit, perinde est ac si pater ipse marito in solutum dederit, stante recognitione dotis per maritum facta,cum promissione de restituendo dotem in pecunia. c.52.n.9. p.115

Fundus dotalis efficitur,si maritus illum receperit uti conjuncta persona uxoris, vel nomine ipsius.c.52. num.10. p.116

Maritus recipiens fundum nomine uxoris, censetur illud feciſſe uti procurator ipsius, & in vim mandati quod habet à lege.c.52.n.11. p.116

Fundus quamvis æstimatus à patre filiæ assignatus, remanet profectitius, & proprius ipsius; & hæc qualitas à fundo separari non potest. capit.52. num.2.nisi in casibus de quibus, ibidem, num.12. pag.116

Fundi legatum ab illo fruendum,transmissibile est ad hæredes.c.87.n.2. p.196

G

Gabella.

GAbellam seu impositionem Ciuitas potest facere in ingressu portarum, pro solutione suorum debitorum. c.31.n.29. p.66
Gabellarum non fruitionem infert commercij prohibitio.c.31.n.30. p.66
Gabellarum vsus amittitur,si plures personæ moriantur.c.31.n.31. pag.66

Gargiareus.

Gargiarei *consil.60.vol.2.n.17.*explcatur. c.19.num.2. pag.41

Geminatio.

Geminatio quitanciarum multùm illas corroborat. cap.68.num.27. p.158

Giurba.

Giurbæ *decis.1.n.46.* quomodo sit intelligenda,& in quibus casibus locum habeat.c.27. n.14. p.56

Gradus.

Gradus sunt in linea,& lienæ ex gradibus causantur: scala verò ex diuersis gradibus componitur. c.89. num.5. p.201
Gradus non considerantur,nisi inter eos qui sunt eiusdem lineæ.c.89.n.6. p.201

Gratia.

Gratia conditionalis non solùm adimplenda est, sed etiam adimplenda tempore congruo.cap.67.n.21. pag.156
Gratia conditionalis concessa per Vicelegatum, non potest sortiri effectum, nisi conditio fuerit adimpleta durante officio ipsius Vicelegati, nec sufficit adimpleri post aduentum alterius Vicelegati.c.67. num.22. p.157

Gratianus.

Gratianus *cap.*781. refellitur in eo quod vult patris consensum seu authoritatem requiri, etiam in bonis in quibus non habet vsumfructum. cap.63.n.5. pag.147

Gratificatio.

Gratificationi aliquorum de familia locus est in fideicommisso prohibitorio fuore familiæ; secus est in restitutorio.c.50.n.5. p.108

Grauamen.

Grauamen super bonis hæredis impositum subsistit pro rata bonorum propriorum sibi à patre relictorum.c.80.n.17. p.183
Grauatus de restituendo vtrùm debeat restituere bona sibi data in solutum, an verò illorum pretium. c.14.num.15. p.26

Grossi.

Grossorum antiquorum & paruorum solidorum quæ fuerint olim differentiæ.c.4.n.5. p.11

H

Hæres, Hæreditas.

HÆreditas mariti consideratur tanquam res inanimata,reperta in bonis vxoris.c.58.num.25. pag.138
Hæredis creditores non est verum quod repræsentent illius personam quoad exceptionem compensationis; cùm imò repræsentent propriam. capit.58. pag.138
Non benè infertur ab exceptionibus quæ aduersùs hæredem opponi possunt, ad eas, quæ aduersùs creditores illius.c.58.n.26. p.158
Hæres qui fuit in mora, vltra legitimum interesse tenetur ad maioris valoris pecuniæ augmentum. cap.14.n.20. p.26
Hæredum nomen respicit eos qui succedunt iure ciuili:successorum verò,qui iure prætorio.c.44.n.1. pag.91
Hæreditaria qualitas quando requiritur in contractu, illa debet actu interuenire, nec sufficit quod habitu sit hæres.c.55.n.23. p.124
Hæres cum beneficio inuentarij non potest repudiare iura delata, non quæsita in præiudicium suorum creditorum.c.57.n.20. p.135
Hæres non tenetur negotiari ex pecunia hæreditaria pro legatario.c.74.n.15. p.169
Hæres semper potest dicere se tenuisse pecunias otiosas, & sic fructus in falcidiam occasione pecuniæ imputare non teneri.c.74.n.17. p.169
Filius hæres cum beneficio inuentarij potest agere pro sua indemnitate aduersùs bona paterna,ratione oneris impositi super fructibus bonorum, ad quæ vocatus est ex concessione emphyteutica.c.80. num.16. p.183
Hæres faciens mandatum sub qualitate hæredis cum inventario, & obligatione bonorum propriorum, sibi non præjudicat.c.80.n.18. p.183
Quando non constat hæredem habuisse animum nouandi legalem obligationem, non tenetur de proprio.c.80.n.24. p.184
Si hæres dixerit quod se obligat tam particulari nomine quàm vti hæres & pro sua vtilitate, tenetur de proprio.c.80.n.23. p.183

Homagium, Homo.

Homagium & fidelitas quæ præstatur à subditis erga Dominos, est quædam adstrictio seruitutis liberi hominis, non solùm bona, sed etiam personas respiciens, in quo differt ab emphyteusi quæ bona sola respicit.c.84. n.24. pag.191
Homo meus dicitur ille, qui mihi præstat seruitium & fidelitatem.c.84.n.22. p.191

Hortus.

Hortus non comprehenditur in donatione domus, quando verbis claris fuit à donatione exceptus. cap.94.n.1. p.209
Hortus quando ponitur tanquam vnum ex confinibus domus donatæ, non censetur in donatione contentus.c.94.n.2 p.209
Hortus in dubio non comprehenditur sub donatione domus.c.94.n.5. p.210
Hortus vt ex coniecturis sub donatione domus contineatur, requiritur concursus plurium coniecturarum.cap.94.n.6. p.210
Hortus ex quibus domui accedat, tres proponuntur coniecturæ.c.94.n.8. p.210
Hortus diuersa tempore, & diuerso pretio comparatus, non continetur sub domo donata.cap 94.n.9. pag.210
Hortus vt sciatur cui domui accedat, in casu dubio standum est libris rationum patris donatoris.c.94. num.10. p.210
Hortum ab ipso donatore, si donatarius post donationem titulo locationis acceperit, ex hoc desumitur coniectura, non eam fuisse partium intentionem, vt hortus donatus esset. cap.94. numer.11. pag.210
Sola coniectura petita ex eo quod donator hortum destinasset viuens ad vsum paruæ domus, non sufficit vt ex eo concludatur hortum sub donatione domus contineri: sed præterea aliæ coniecturæ requi

requiruntur.c.94.n.12. p.210
Pro coniectura non sufficit quod ad hortum pateat aditus ex domo donata, sed probandum est ita ex ea ad hortum patere aditum, vt aliunde patere non possit. c.94.n.13. p.210
Horti diuisio facta per sepem ligneam & mouibilem, nihil infert ad proprietatem prædij diuisi per illam sepem temporariam. cap.94. num.14. pag.210

Hypotheca.

Aliud est in ius hypothecarium succedere, aliud emptorem esse securum.c.29.n.19. p.61
In hypothecis creditoris dimissi succedit creditor ex cuius pecunia anterior dimissus est. c.21.n.1.Intellige vt ibi n.seqq. p.44

I

Ianua.

IAnua non potest aperiri super loco, qui proprietate publicus est.c.60.n.14. p.141
Ianua vel ostium etiam super via publica fieri non potest, si inde damnum Communitatis oriatur. cap.60.n.15. p.141

Immissio.

Immissio vt detur ex sola lectura testamenti,de fideicommisso constare debet.c.53.n.4. p.117
Immissio fideicommissatio denegatur, quando certum est hæredi competere detractiones. c.53.n.7. pag.117
Si fideicommissarius petat se immitti in casibus in quibus immitti non debet, hæres debet absolui ab obseruatione iudicii,saluo iure rectiùs agendi. cap. 53.num.9. p.117
Fumus tituli eæ parte successoris sufficit ad effectum vt detur illi dilatio ad probandum titulum, suspensâ interim immissione. cap.53.num.18. & 19. pag.118
Immissio datur,si de vocatione constet ex lectura testamenti, & nihil releuans dicatur in contrarium. c.53.n.21. p.118
Immissionem impedit qui se ex eodem testamento vocatum prætendit.c.53.n.24. p.118
Immissionem qui potest prætendere non possidens, multò potiùs possidens illam potest impedire. c.53. num.26. p.118
Immissio vt impediatur propter detractiones hæredis, sufficit quod detractiones sint possibiles,nec necessaria est illarum probatio in specie.c.53.n.28. pag.119

Immunitas.

Immunitas non solùm pro bonis quæsitis, sed etiam pro quærendis in futurum patri concedenda est ob numerum duodecim liberorum. cap.26. num.3. pag.55.
Amplia vt procedat, etiamsi talia bona iam essent descripta in catastro Communitatis.cap.26. num.4. pag.55
Immunitas ob duodecim liberos comprehendit tam onera ordinaria,quàm extraordinaria. c.26.num.5. pag.55
Immunitas ob duodecim liberos comprehendit exemptionem ab oneribus, causâ belli, pestis & aliis ad vtilitatem publicam factis.c.26.n.6. p.55
Immunitas concessa contemplatione benemeritorum & seruitiorum, est realis, & transitoria ad quoscumque successores.c.44.n.8. p.92
Ampliatur etiamsi persona fuerit causa proxima, & immediata concessionis,dummodòetiam co nsi de rata sint illius seruitia.c.44.n.9. p.92
Immunitas alicui concessa potest ad emptorem bonorum immunium per cessionem transferri. cap.44. num.11. p.92
Immunitas realis est si non per modum priuilegij, sed per viam beneficij concedatur.c.44.n.12.p.92
Immunitatis priuilegium non amittitur per non vsum, nisi constet de solutionibus per 30.annos factis.c.44.n.14. p.92
Immunitas ob numerum duodecim liberorum non eximit à solutione laudemiorum. cap.75.num.11. pag.170

Implementum.

Ob non implementum quæ actio competat contra non adimplentem, vel eius hæredem. c.49.num.8. pag.104
Datur cessionario actio in factum contra cedentem non adimplentem quod promisit. cap.49. num.9. pag.104
Non adimplens contenta in rescripto intra tempus in eo designatum, non potest postea se iuuare illo rescripto.c.67.n.4. p.155
Implementum non releuat nisi factum fuerit tempore habili.c.67.n.23. p.156

Imputatio.

Imputatur donatio in legitimam licèt contemplatione matrimonij facta fuerit.c.35.n.24. p.76
Ad euitandam inæqualitatem inter liberos, multa computantur quæ aliàs non computarentur.c.35. num.23. p.76

Inæqualitas.

Inæqualitas magna si successu temporis insurgat in contractu consuali, Iudex illam ad æqualitatem reducere potest, iuxta multorum sententiam.c.6. num.8. p.14
Contraria tamen opinio verior est, quia læsio iuxta tempus contractus consideranda est. cap.6.num.9. pag.14
Inæqualitas donationis inter virum & vxorem sustinetur, præsertim quando procedit ex conuentionibus ante contractum matrimonium factis.cap.95. num.12. p.212

Incolatus, Incrementa.

Incolatus renunciatio tam facto quàm verbis inducitur.c.62.n.10 p.145
Incrementa alluuionum hodie iure Romano fiscus occupat.c.71.n.7. p.163
Incrementa in Gallia pertinent ad Regem.c.71.n.6. pag.163

Indebitum.

Indebitum dicitur non solùm id quod non debebatur, sed quod vltra vires hæreditatis solutum fuit.c.17. n.1. pag.56
Si hæres plus promiserit quàm vires hæreditatis patiantur, dicitur plus debito promisisse.c.27.num.2. pag.56
Indebitum nomine pupilli si tutor soluerit, pupillus ipse condictionem habet. c.27.n.6. p.56
Ampliatur vt procedat siue solutio facta fuerit de pecuniis tutoris, siue de pecuniis ipsius pupilli.c.27. num.7. p.56
Non est nouum vt vnus indebitum soluat, & alius indebitè solutum recipiat.c.27.n.8. p.56
Non solùm hæres, sed etiam creditores hæreditarij repetere possunt quod plus debito, id est vltra vires hæreditarias solutum est.c.27.n.9. p.56

Indiuiduum.

Indiuidua res dicitur quando pars non tantam affert vtilitatem respectu partis, quantam afferret in toto respectu totius.c.91.n.16. p.205

Rerum & Verborum.

Infans.

Infantibus acquiritur per donationem, nemine pro eis ſtipulante. c.78.n.14. p.179

Inſinuatio.

Inſinuatio in Gallia debet fieri coram Iudicibus ordinariis locorum, in quibus bona ſunt ſita. cap.56. num.1. p.132

In Civitate Avenionenſi, & in Comitatu Venayſſino, conſtitutiones circa inſinuationes ſunt diverſæ. c.56.n.2. p.132

Probatur multis rationibus, donationem in civitate Avenionenſi factam, & ibidem regiſtratam, nullam eſſe quoad bona Comitatus Venayſſini, ſi non fuerit inſinuata in Comitatu coram Iudicibus ordinariis locorum ubi bona ſunt ſita. cap.56. num.3. pag.132

Donatio facta extra civitatem Avenionenſem nulla eſt, ſi non fuerit regiſtrata in libro inſinuationum civitatis Avenionenſis. capit.56. numero 4. pag.132

Inſinuationem reſpicere ſolemnitatem contractus, & ideo in ea attendendum eſſe ſtatutum loci contractus, multi exiſtimant, & probare conantur. c.56. num.5. p.132

Quando agitur de præjudicio tertii, verius eſt inſinuationem in uno loco factam, non porrigere vires ſuas ad alia loca, in quibus viget ſtatutum de inſinuando. c.56.n.7. p.132

Oſtenditur contrarietas & diverſitas inter conſtitutiones civitatis Avenionenſis, & Comitatus Venayſſini, necnon ordinationes Regias quoad inſinuationem. c.56.n.12. p.132

